
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 E
14

PRACTICA AVREA IO. PETRI DE FERRARIIS PAPIENSIS I. C. EXIMII,

Ex omni parte iussu sanctiss. Inquisitionis repurgata.

Celeberrima quidem omnium, & iusdicentibus, caussarumq. patronis vtilis in primis, ac necessaria: CVRTII, LANDRIANI, & aliorum adnotationibus prius aucta.

RECENS VERO

IOANNIS ANTONII MASVERI *Caramuniensis I. C. & in sacro Subalpinorum Senatu aduocati, innumeris accessionibus locupletata.*

Suis locis adiectis

Receptarum Sententiarum, quas COMMVNES OPINIONES vocant, Forensium Quæstionum, & Decisionum centurijs.

ACCESSIT ETIAM IN HAC POSTREMA EDITIONE

Titulorum, ac libellorum nouus vnus, & rerum alter, alphabetica serie locupletissimus Index, vt in hoc opere nihil amplius desiderari posse videatur.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Franciscum Zilettum, M D LXXV.



AMPLISSIMO TAVRINEN. ARCHIEPISCOPO HIERONIMO A RVVERE.

Ioan. Antonius Masuerus. S. D.

IOAN. PETRI FERRARII Ciuilem praxim ecclesiastica censura purgatam: opus verè aureum, ac ijs, qui in foro versantur planè necessarium, cum diligenter, sepiusq; euoluissem (religiosissime Præsul) idq; varijs mendis fœdatum, magno studiosorum incommodo: obseruassem, non alienum à studiorum meorum ratione fore existimaui, si illud mendis, superfluisq; expunctis, varijs & accommodatis scholijs illustratum, nouumq; propè factum sub tuis auspicijs Iurisperitorum & Causidicorum ordini restituerem. Tu enim is es, cui præter priuata tua in me officia & merita, non modo ob linguarum, Christianæq; Theologiæ, quam cum eloquentia, ipsaq; philosophia coniunxisti, multiplicem eruditionem, sed ob iuris ciuilis peritiam, quam tuis alijs egregijs animi dotibus in Patauino olim gymnasio magna cum laude adiunxisti, huius meæ, licet tenuis, operæ fructum debeo, maioraq; debere sentio. Accedit ad hæc natalium tuorum splendor eximius, vitæq; & morum sanctitas, ac (quod potissimum duco) diuina illa beneficentiæ virtus, qua literatos omnes foues atque complecteris, vt tibi propterea omnis eruditorum, piorumq; hominum natio assiduis à Deo precibus: summa quoque expetat honorum, auctoritatis, dignitatisq; additamenta. Quod benigna GREGORII XIII. PONT. MAX. in te, tuiq; similes voluntas, bono esse animo iubet. Accipe igitur hanc, quamuis exiguam, mei erga te animi significationem: & laborum meorum primitias, quas tuis auspicijs obtrectatorum calumnijs, cri-

ticorumq; cenſuris tutas fore ſperamus, & me, qua cœpiſti beneuolentia proſequere, interim Deum ſupplices orabimus, vt te in primis conſeruet, amplificetq;. Vnde & CHRISTI eccleſiam, literariamq; Rempubl. magna incrementa accepturas ſperamus.

Vale ex Auguſta Taurinorum vrbe Calend. Iunijs Anno Iubilei M D LXXV.



PHILIBERTI PINGONII CVSIACENSIVM BARONIS, ET DVCALIS REFERENDARII CARMEN.

ADDERE sit facile inuentis melioribus vti.
Difficile, absoluit nil malè prisca dies.
Imperijs en qui succedunt, Artibus en qui,
Nullus Alexander, nullus Aristoteles.
Hìc tamen est natura ferax, Padus ore tumenti,
Ticinas Auræo margine ditat aquas.

In Operis commendationem. Honorati Draconis Ducalis Senatoris Tumultuarium Carmen.

IN paruis pretium est rebus plerunque frequenter
In magnis minimè gratia rebus inest
Ut pretio silici præfertur gemma molari
Carior est grandi sic melithæa cane.
Chaonia est Paphice, concedunt robora plantæ.
Et pandioniæ strutho camelus aui.
Displiceat quamuis Cyno, verum illud apertè est.
Nulla est in longo corpore mica salis.
Quidni etiam in libris simile, & par esse putemus?
Vilis cum longa est Marsus Amazonide.
Est tamen ex vno tantùm paruoq; libello,
Doctorum adprime Persius ore frequens.
Dispeream, si non & idem fateatur oportet,
Qui tua Ticini ò accola, scripta legit.
Pauca quidem verbis sed sensu plurima, namque
Sunt quamquàm rudibus scripta ea causidicis,
Hìc tamen inueniunt causæ cuiusque patroni
Quo peragenda siet. quove tuenda modo.
Inuenit & iudex, quì disceptatio rectè
Discutiatur, & vt dicere iure queat.
Horum ergo quamquàm per se est laudabilis auctor
Multæ esset quàmuis utilitatis opus.
Accessere tamen Masueri auctaria docti
Quæ bene dicta probant, & minùs apta monent.
Nàm quamquàm per se est muliebris grata uenustas
Ornatu tamen est hæc speciosa magis.



BARTOLAMAEI CVFFI Vigonensis in comendationem auctorum.



Omanos in Pontifices, sacrumq; Senatum
Ni foret asperior
Nostri iudicio saeli, veterumq; priores
Hic meritò tulerat.
Inde pijs interdictus, grauiterq; notatus
In manibus nec erat.
Eius sed famae, & studijs iuuenumq; senumq;
Subuenis, o Masueri.
Eq; viri chartis maledicta expungis, & illis
Optima substituis,
Collecta ardenti studio, collecta labore
Assiduoq; fori.
Mitto quod errorum syluam, librarius audax
Quam serit, erueris.
Quare quod redeat Ferrarius, atque legatur,
Omnibus ac placeat,
Sedulitas, & doctrinae, ingenium, pietasq;
Dat celebranda tua,
At Lector tanto pro munere candidus optet,
Omnia laeta tibi.

Philiberti Cuffi Vigonensis iuris candidati.

Cùm te multa fori Masueri cura, domusq;
Vexet, opus tantum qui excoluisse potes?
Veridico Astrææ Diuinæ ex Virginis ore
Quærenti tandem est cognita causa mihi,
Quod cùm sis verus vindex æquiq; boniq;
Publica priuatis commoda prætuleris,
Hinc viues fælix, Masueri, tempore in omni
Munere pro tanto præmia digna ferens.



ELENCHVS TITVLORVM,

AC LIBELLORVM, IN PRAC. PAP.

NOVO ORDINE CONSCRIPTVS.

LOCORVM COMMVNIVM, VOCVM, SENTENTIARVM, RERVMQVE NOTAB. NOVVS INDEX IN PRAC. PAPIEN. ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A



Actio-

Quomodo

Ap-

B



Bellum

C



D



Dictum

De do-

E



Exe-

F



Frater

Inqui-

Instru-

Iudex

M



plures

N



¶ Negans

Nun-

Promittens

Q



Rues

in

Subſti-

T



Testis

V



FINIS.

IOANNIS PETRI FERRARII PAPIENSIS, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI

Aurea omnique ex parte repurgata Praxis.

PRAEFATIO.



QVONIAM vita breuis, ac incerta qua fruimur, sensusque hebes, negligentiæ torpor, multimoda diuersorum occupatio, nos pauca scire permittunt, & quæ plerunq; sunt scita ingiter, excutit & euellit fraudatrix obliuio, memoriæ inimica. Necessarium fuit, vt prouidentia diuina in remedium infirmitatis humanę literarum usum mortalibus exhiberet, ut per illum quæ gesta sunt, & geruntur, conseruentur in æuum: nisi enim ipsa diuina natura Philosophos produxisset antiquos, quorum beneficio plura insinuata sunt posteris quibus gaudemus & eorum imitamur inuenta; unde meritò ritus eorum colendi sunt, a quibus tanti boni initia fluxerunt. Qua de re animaduertens ego Io. Pet. de Ferra. inter legum doctores minimus, filius. q. egregij doctoris Do Augustini ciuis inclytæ ciuitatis Papiæ, quòd diuitiarum & fortunæ gloria fluxa atque fragilis est, virtutum autem gloria clara, æternaq; habetur quòdq; etiam nulli nato præclusa est uia aliquid inuentis adijcere cùm ipsa ueritas nondum sit occupata, sed ex ea multum futuris relictum est, proposui sequi eximij Catonis exemplum, qui 86. agens annum, ut ne memoriam tardiorem, aut laterum infirmitatem, aut quassatam carnem, aut membra torpentia, aut linguam impeditam quisquam animaduerteret, græcis literis post latinas appetijt erudiri; Et cum sibi eloquentiæ gloriam comparasset, id egit ut iuris quoque ciuil. peritissimus haberetur: & in mei aliqualem memoriam, ac Manfredi filii mei, nec non procuratorum, & notariorum dictæ ciuitatis Papiæ doctrinam; præsens opusculum modernæ iudicialis practicæ aggregare sub breuiori, & clariori compendio, quàm fieri mihi possibil: fuit, ut eo mediāte facilior uia fit singulis capere in bienoio, ad quod quærendum antea difficile peruenire fuerat in decēnio. Itaque fratres & filioli prædicti alacri studio præsens opusculum sub memorabili noua ætate inchoatum anno nunc currente. M.cccc. quo anno mense Septembris natus est prædictus Manfredus filius meus, gratiose suscipite, curiosè perlegite, & fructuosæ memoriæ commendate, ut digni efficiamini rempublicam uestro patrocinio gubernare, ut inquit Imperator in prooemio Insti. in fi. & in l. aduocatos C. de adu di. iud. Amputantes solicitè materiam iurgiorum, per quæ Respublica læditur, & plerunque confunditur, ut l. si quis ingenuam § in ciuilibus. ff. de capti. & postli. re. Sed quoniā pauci ad ann. xxx. pauciores ad xl. paucissimi ad lx perueniunt; & si tempora detrahantur dormitionis, ac infantilis & decrepitæ ætatis, paruissimum tempus restat alicuius fructuosæ operationis. At secundum S. Thom de Aqui. alius succedere debeat altior intellectus; nescio consulere alicui personæ, nisi forsitan clerico, aut magno diuiti, quod in huiusmodi scientia gradum doctoratus ascendat, sed ad sobrietatem sapere sufficiat. gradus enim iste redigit hominem de libertate in seruitutem, cum sumptu etiam magno quæritur & anxietate tenetur. Ideo nos admonens Sene. inquit. Quanta dementia est, superuacua ducere in tāta temporum egestate, & ex hoc tempore quod sufficere nec ad necessaria quidem potest, etiam si diligentissime custoditum fuerit, maiorem partem in superuacua erogare. Deo gratias.

Forma interrogationis fiendæ cum reo conuento actione reali.



CVM iure cautum sit, quod agere intēdens quauis actione reali, prius requirere debeat, an reus cōuenien-dus, sit illius rei possessor, uel etiam detentator, super qua libellus est offerendus, ne illo non possidente, seu detinente, frustratorie laboraret. Icci co a uobis D. potestate uestroque vicario ciuitatis Papiæ petit, & requirit Andrinus de la Corona suo proprio nomine, quatenus ex officio uestro, & omni modo, iure, uia, & forma, quibus melius fieri, potest, interrogetis [a] in iure Ioannem de Olia-rijs super omnibus & singulis infrascriptis, interrogatum
b respondere cogatis [b] sub eius calumniæ iuramento, & omnibus iuris remedijs. Primò an dictus Ioan. teneat &
c possideat [c] petiam unam terræ cultæ positam & iacentē in loco Sartyranæ, quæ est perticarum 100. cui cohæret ab una parte &c. Item an insolidū, uel pro parte teneat, uel possideat ipsam petiam terræ. Item & pro quota & quanta illam tenet & possidet. Item quo iure & titulo. Item an dolo, uel culpa ipsam terram desierit possidere, & tenere, &c.

ADDITIONES.

a Interrogetis, adde quo iure interrogationes fuerunt inuentæ, Speculat. in ti de posit. §. 3. & ibi qualiter differant a positionibus, & per glo. in c. 1. de confess. in 6. per Host. in sum. eo. titu per Pau. de Castr consi. 300. in 1. impress. Adde quòd est in consil. 347. in 11. uolumi. consi. nouorum, Io. Tho. Et qualiter & quibus interrogationibus iudex debet facere responderi, uide per Specu. in §. de seruit. uer. post lit. & in uers. sed quæritur. Et interrogatio non est admittenda, quę interrogantem non releuat. c. cum contingat, de of. deleg c. pertuas, extra de sim firmat Rom. consil. 249. & late in de Spec. in ti. de interro.

 quæ

quæ fiunt ante lit cont Bern.

b Cogatis. Adde & hic quæro, quæ etiam possunt addi infra in uerbo, quatenus ex officio uestro. An iudex post conclusum in causa possit interrogare, & uide Alex. de Imo in auth. qui se nel, in apostil. C. de probat. ubi quod sic, & quod possunt fieri, & per Georgium Natā in repet. cle. sæpe. 6. & quia. col. 22. in glo. in uer. interrogabit. & in colu. 5. uersic 11. no. & ibi an etiam super non agitatis, & dicit quòd sic. alleg. Ant. de But. in c. cum Ioannes, & ibi Imo. extra de fid. instr & ibi Abb. & Rom. in l. admonendi. col. 10. uersi. & ad hoc. ff. de iureiur. & quod interrogationes fiant etiam post conclusum in cā, adde Roman. consilio 73. & Alex. de Imol. in consi. 43. in fin. in 4. volum & in consil. 73. eod. uol. ubi in causis, in quibus proceditur summariè, iudex interrogat ad instantiam partis, etiam post conclusum in causa. Quod not. pro statutis terrarum, in quibus disponeretur, quòd in omnibus causis procederetur summarie &c. uide eundem Alex. in consil. 62. col. 2. post principium, ubi etiam in causis ciuilibus iudex etiam parte absente interrogat, & post conclusum in causa. Veruntamen no. in practica, quòd quando interrogatio non releuat; uel iudicium esset finitum, talis interrogatio fieri non debet. ita Roma in consi. 24. quinimò dicit Paul. de Castr. & ibi etiam dixi in l. iudices C. de iudi. col. 2. uersi in tex. ibi, sæpius. quod quando interrogatoria fierent circa merita causæ quis non tenetur respondere, secus si circa præparatoria Quod intelligetur uerum quando fierent ante litis ingressum, secus quādo fierent post; per ea quę dicunt Doc. in d ca. cum Ioannes, & in l. 4. § hoc autem, ff. de dam. inf. & de materia, quando iudex possit interrogare ad merita ante litem contestatam & post conclusum in causa, uide per Fran. de Aret. in ca. 1. de iudic. post do. Ant. & alios ibi, & per Fely. in d. c. cum Ioannes. colum. 4. uersi. in text. ibi quoties. & ultra prædicta, quòd iudex interrogat post conclusum in causa. adde Alex de Imo. in consi. 53. colu. fin. versi. & hoc potest, in 2. vol. & Barba. in consil. 30. incip. scribitur. &c. quidem nullo processu. Franc. Cur. Adde Alex. de Imo in l. 4. §. hoc autem iudicium. colu. 4. uersi. 3. adducit. ff. de dam. inf. Ias. in l. admonendi. in 13. car. in prin. ff. de iureiur. Fely. in c. ad petitionem. col. 5. versi. & istis adde quod no. Do. Ant. de accus. Car. Flor. in cle. sæpe. & ibi Lanfr. de Oria. colu. pen. uersi. interrogabit de uerbo. sign. & Io. de Arno. in singul. 36. incip. tu habes tex.

Cogatis. ADDE Qui Interrogatoria fieri possunt post litem contest. & post concl. In causa. c. cum Ioannes, vbi Fi li. de fid. instr. Nat. consil. 56. vbi declarat l. vbicunque. ff. de interro. act. Barto. in. l. qui petitorio ff. de rei vend. dummodo interroget Iudex circa dubium eorum quę ante concl. In causa acta sunt Hypol. sing. 155. Declarat vt per Rob. de ord. Iud. c. 13. nu. 28. Rom. consi. 176. Dec. in capit. 1. secunda lectu. vbi Rip. 4. not. de iud. pulchrè Bellonus consil. quinquagesimonono. nume 6. & sequen. cui Adde eundem Dec in Rub. post princip. extra de prębend. vbi Doc. in apostil. dicunt hoc obseruari quòd vsque ad sentētiam interrogari posit, ut per Fel. d. Rub. de præben. in fin. Quam conclu. intellige procedere super actis, ut ipsi dicunt, antiquis iam allegatis, non autem super nouis articulis, quia sicut noua facta allegari non possunt post concl. in causa: ita nec super nouis peti potest partem interrogari: Doc d. c. cum Ioannes. & hic Dec. d. c. 1. 2. lec. vlti. 3. post med. bene mutauit opi. qui iudex posit interrogare vbi æquitas suadet, & 1. ante litis contesta. 2. post litem contest. & post concl. in causa, Quod maxime locum habere dicit in summarijs. in quib. etiam ad partis instantiam, post concl. in causa iudex interrogare potest. Maiuer.

c Teneat & possideat. Adde quòd conuentus rei uendicatio. non tenetur. respondere de qualitate suæ possessionis, ita Paul. de Castr. in consi. 34. col. 3. in 2. uol. uersi. sequitur uidere & consi. 469 incip. super Primo dubio, in 1. uol. consi. nouorum, & ibi, quod si interrogetur in petitione hæreditatis, non tenetur respondere an sit hæres ex testamēto, uel ab intestato. Et adde, quòd interrogationi superfluæ, uel calumniosæ, uel aliter nō admittendæ, quis non tenetur respondere, ita Ang. Are. in §. actionum, car. penul. Institu. de actio. Francis. Curt.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile, & canonicum super exemplis fundatum est.*

2 *Doctrina iuris hodie est maleuolentia.*



AD declarationem præsentium interrogationum, cum Dei eiusque Matris uirginis, gloriosæ, cuius hodie vigiliam celebramus auxilio & suffragio accedente capio literam ibi, Cum iure cautum sit Dic quod illud ius habetur in l. qui petitorio, in princ. ff. de rei uind. & in l. qui seruum. §. in iure.
1 ff. de interroga. actio. † Et quia de iust. & iure tractaturi summus sciendum est, quòd uniuersum ius ciuile & canonicum fundatum est super exemplis tam hodie quàm olim occurentium casuum; nec immerito, quia, ut inquit Senc. longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Ex his enim exemplis res fit magis clara & manifesta, ut in l. prætor. §. quoties. ff. de colla. bono. & Insti. de gradi. in §. hactenus, super quibus exēplis elicitæ sunt in iure quædam generales regulæ, ut ff. de regul iur. & extra eod. titu. per to. & etiam a legum Doct. eliciuntur multæ conclusiones generales, quę a plerisque summaria
2 appellantur. † Sciendum est etiam, quòd peritia & doctrina huius iuris fuit olim eximiæ reuerentiæ, sed hodie est maleuolentia, ut inquit Tullius, qui sic ait. Iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atq; interpretatio, quam ante hanc cōfusionem temporum principes in ipsa possessione retinuerunt: Nunc verò ut honoris & omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est, nec immerito; uidemus enim hodie plurimas prouincias, quæ legibus non utuntur, sed uel statutis, uel consuetudinib. reguntur; & hoc propter multifarias cauillationes professorum in hac scientia, sola uerò medicina ubique locorum retinet gradum suum. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Possessorum requisitio in actionibus personalibus non est utilis nec necessaria.*

2 *In actione in rem scripta, si agitur contra possessorem, idem seruatur quod in merè reali.*

3 *In actione mixta quò ad formam interrogandi attenditur modus & qualitas agendi.*

4 *In actionib. personal. quamuis non expedit interrogare possessorem sed solum obligatum, tamen aliæ interrogationes sunt utiles & necessaria.*

5 *Pro damno dato possunt fieri interrogationes.*



QVAVIS actione reali. Exempla huius patent in rei uindi. ut d. l. qui petitorio, & l. si. C. de ali. iud. mut. ca. fac. cum si. & in actione hypo. quæ realis est, ut l. & quæ nōdum sunt §. quòd dicitur. ff. de pig. facit. l. iij. §. est autem. ff. ad exhi. Similiter & in actione publiciana, ut in l. cum qui. & in §. si petenti. & in §. in publiciana. ff. de pub. & in multis alijs actionibus realibus, de quibus habetur & not. Insti. de actio. §. 1. & 2. Secus autem dico, si agendū sit aliqua actione personali, puta actione depositi, uel cō
1 modati, aut pro socio, uel simili. † Nam in actionib. personalib nō est utilis nec necessaria requisitio possessorū; quia earum natura est, ut persequantur personam, & non rem,

rem, uel actionum genera: in §. j ff. de actio. & obl. & in l. ideicô. in §. tractatum. ff. de iudi. & in l. j. §. si hæres per-
1 cepto fundo. ff. ad Treb. † Sed quid erit in actione in rē scripta, puta in actione, quod metus causa, uel ad exhibē dum? dic quòd si agitur contra possessorem, idem seruan dum, quod supra dictum est in mere reali, ut in l. iij. in fi. cum l. seq. ff. ad exhi. & in l. metum. §. cum autem. & l. si cū exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. Deinde quæro, qd
2 in actione mixta, ut fa. ercisc. communi di. a & finium re
3 gun. de quibus in §. quædam. Insti. de actio. † Respondetur, attendendum esse modum & qualitatem agēdi, quia in his actionibus diuersimode agi potest, ideo iudicatur de eis, & proceditur qñque tanquam de personalibus, qñ-
4 que tanquam de realibus, ut ibi not. per gl. & Dyn. † Vnū
b tamen b est aduertendum, quòd licèt præmiserim in personalibus actionibus non expedire interrogare possessorem, sed solum obligatum, non credas per hoc in perso-
c sonalibus actionibus interrogationes c esse superfluas, imo dico quamplures esse utiles & necessarias interrogationes, maximè si agitur contra hæredem obligati; nam interrogabitur, an sit hæres, & pro quota parte, ut in l. j. in princ. & in l. qui interrogatur, cum sim. ff. de interrog.
5 act. † Item si agitur pro damno dato per seruū, uel aliud animal, fieri poterunt interrogationes, ut l. si quis in iure. & l. qui seruū. in prin & l. si defensor, in fi. ff. de inter. act. & in pluribus alijs casibus, quos enumerat glo. in d. l. j. uer. est autem. ff. de interro. act. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Et finium regundorum. Adde quæ scribit Hyero. de Monte in tracta. fi. reg. in c. 38. incip. & cum superioribus. nu. 22. Zilet.

b Vnum tamen. adde etiam quòd interrogari potest ante litem contestatam ad instantiam partis ille qui conuenitur uigore scripturæ priuatæ per eum confectæ, an talis scriptura quæ producitur sit sua manu scripta, ut consuluit Ro. consi. 363. Bernar. Landria.

c Interrogationes. quid si reus interrogatur, an possideat, & responderit se non possidere? actor potest petere se mitti in possessionem tanquam in possessionem à reo uacantem. no. An. in l. si. C. de rei uin. Spec. in tit. de interro. quæ fi. ante litem contest. §. j. Bald. in l. seruum. §. qui in iure. ff. de interro. actio. Adde tu melius ad id quod hic dicitur, quando hæres possit interrogari. Old. consi. 205. in fi. Roma. consi. 249. & latè per Bald. consi. 192. & sequen. lib. 1. & si reus negat se possidere, dic quòd possessio transfertur in actorem absque alio libello, uel lit. contest. ut est glo. not. in §. illud in l. ij. in Auth. de trien. & semis. quam communiter Doct. sequuntur, & eius opi. aliquibus medijs comprobat Rom. consi. 71. & uide Spe. in loco allega. in apostil. præcedenti, quia unum uerbum dicit quod hic deficit. Ber. Land.

SVMMARIVM.

1 *Possidere, & detinere sunt diuersa, tamen contra utrunque competit actio realis.*



1 EL etiam detentator. † Hoc ideo dicit, quia aliud est rem possidere, & aliud detinere, ut probatur in l. stipulatio ista. § hæc quoque. ff. de uerb obl. & l. j. §. adipiscimur. ff. de acquiren. pos. & reales actiones dantur tam contra detinentem, quam contra possidentem, ut in l. officium. ff. de rei uin. cum sim. &c.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus si non possidet, uel sine dolo & culpa sui possidere desinit, absoluitur; secus si cum dolo uel culpa.*

1 F RVSTRATORIE laborare. † Huius
a est ratio, quia si apparet reum non possidere sine culpa & dolo sui; siue ante litem contest. siue post, deberet absolui, ut in d. l. qui petitorio, & in l. si autem, in princ. ff. de rei uin. & l. si fundus. §. in uendi. ff de pignor. cum similibus Vbi autem desijsset possidere dolo uel culpa, tunc perinde condemnandus esset, ac si possideret, secundum determinationem l. si culpa. & l. si is qui dolo. ff. de rei uin.

ADDITIO.

a Frustratorie. Adde quòd & iudex debet inuigilare, ne elusorij actus & frustratorij coram eo fiant, ut dicit Roma. consi. 366. Bern.

Frustratorie. ADDE. quòd Iudicis interest, ne acta corā eo nulliter fiant, ut no. Dec. in c. cum quæ. col. 1. de iudi. Neuiz. consi. 17. nu. 11. Hipol. in l. si quis ne questio. col. 3. ff. de quest. Ro. consi. 67. col. ult. 170. nu. 2. Accedit, quòd actus frustratorios & inutiles, & qui reddunt iudicium nullum, idem iudex ex officio repellere debet, Roma. consi. 42. nu. 4. consi. 51. 60. 69. nu. 11. 224. nu. 5. supplet enim ex actis etiam parte non opponen. Rom. consi. 217. col. 2. nu. 4. Aret. consi. 48. nu. 6. Alex. consi. 186. ante fi. lib. 2. Dec. in l. non uidetur cœpisse. nu. 4. de regu. iur. Roma. consi. 51. fac. quæ no. Ias. in l. ubi pactum nu. 11. C. de transac. & dic, quòd ad iudicem spectat ueritatem discutere: non petitionem attendere, quod procedit, quò ad diffinitionem causæ, non quo ad fundādā iurisdictionem in procedendo teste Mising. cent. 2. obser. 9. ubi ponit declarationem. Quid super nullitate actorum apparen. ex processu & sic notoria: an parte non peten. pronuntiare possit? Dic, quod sic, Bar. in l. properandum. §. sin autem. C. de iud. Mising. Cent. 1. obser. 20. Intelligendo, ut per eum ibi, qui loquitur in causa appel. de quo uide quæ scribit Guid. pap. q. 436. nu. 68. Seb. Van. de null. c. 1. num. 22. c. 3. nu. 13. Lanfr. concl. 350.

MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationes non fiunt iure actionis.*
2 *Interrogationes præparatoriæ fiunt ad lit. contest. a. cum libello simul, uel ante libellum.*
3 *Interrogationes decisoriæ fiunt post lit. contest.*

a Q VATENVS ex officio a uestro. † Notanter
1 dicitur in litera, ex officio; quia interrogationes non fiunt iure actionis, ut no. gl. super rub. ff. de interrog. act. nec in eis offertur libellus, sed summatim per iudicem expediuntur, ut l. si defensor, in §. illud quæ-
2 ritur. ff. de inter. act. † sed quo tempore fiunt huiusmodi interrogationes? dic quòd quædam sunt quæ fiunt ad litis ordinationem seu præparationem, & istæ fiūt ante lit.
3 contest. ut illæ de quibus supra. † Quædam uero fiunt ad litis decisionem, & istæ fiunt post litem contest. ubicunque iudicem æquitas mouerit, ut l. ubicunque. ff. de inter. act. & ibi gl. & Doc. de hoc etiam glo. disputat late in l. j. in prin. ff. eo. tit. & Spe. in tit. de interr. §. 1. Et secundum aliquos fiunt tales præparatoriæ interrogationes uno contextu cum libello. Aliqui autem faciunt ante libellum, ut no. per gl. in l. j. ff. ad exhib. & per Bar. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. uer. item quæro. Vtrunque est satis tolerabile, & practicabile. Sequitur in litera.

ADDITIO.

a Ex officio. Adde an interrogatio fiat officio iudicis; & an in quacunque parte iudicii. Rom. consi. 20. & 176. & consil. 371. ubi de uerbo ubicunque, de quo etiam per Old. consi. 323. Bern.

SVMMARIVM.

1 *In iure interrogare, est coram iudice interrogare.*

1 **INTERROGETIS** in iure. † Intellige
in iure. i. coram iudice & apud iudicem ubicunque constitutus sit siue ad tribunal, siue in camera, siue in alio honesto loco, ut l. uoluit, in fi. & l. qui seruum. §. in iure. ff. de interrog. act. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Interrogatus si nolit respondere, compellendus est per iudicem iuris remedijs.*
2 *Paratus respondere, sed nolens iurare de calumnia, afficitur damni totius causæ.*
3 *Recusans respondere, uel obscure respondens, quamuis iurauerit, habetur pro negante uel confesso, prout melius expedit interroganti.*
Respondere obscure, & non respondere, paria sunt.
4 *Solemniter facta responsio obligat respondentem, si sit emissa in iudicio.*
Confessio emissa in iudicio, regulariter præiudicat confitenti.
5 *Responsio emissa extra iudicium parte præsente obligat.*
6 *Confessio emissa extra iudicium parte absente coram uicinis an præiudicet confitenti.*
7 *Responsionem suam quis potest ex causa iusti erroris reuocare.*
Quando, & quo tempore talis reuocatio admittatur, uide ibi.
8 *Confessio extra iudicium scienter facta an & quando reuocari possit.*
9 *Confessio emissa in ultima uoluntate an possit reuocari.*
10 *Confessio facta ignoranter, an reuocetur.*
11 *Confessio facta in iudicio, an & quando reuocari possit.*
12 *Confessio facta in facto proprio præcedente deliberatione super eo, an possit reuocari.*
13 *Error in confitendo factus qualiter probari possit. & nu. 14.*
14 *Iuris error non præsumitur.*
15 *Distinctio, an error factus in confitendo coram iudice reuocetur, an habeat locum etiam coram arbitro electo cum pœna, & arbitratore.*

1 **COMPELLATIS** respondere. † An autem iurabit de calumnia? puto quod sic per
2 l. 2. §. 1. C. de iur. cal. & c. 1. extra de iur. cal.
Quid autem si nolit respondere [a]? dic quod per iudicem est compellendus iuris remedijs, ut in l. noluit. in prin. & in l. si defensor. §. illud quæritur. ff. de inter. act. nisi fortasse iustam causam haberet recusandi, ut in l. & quia in §. interdum. eo. tit. de quo iudex summatim cognoscet, & si opus fuerit, tempus ad de
a liberandum reo statuet, ut in d. §. illud, & l. qui interroga
b tur, eod. tit. † Sed quid si est paratus [b] respondere, sed non uult iurare, an tenebit r̃nsio? dic quod in pœnã suæ cõtumaciæ damno afficietur totius causæ, ut c. fi. extra de iur. cal. & in
3 d. l. ij. in fi. C. eo. tit. † Quid autem econtra, si iurauit, & tamen respondere recusauerit? dic quod habetur pro negante, uel confesso, prout habetur uel fuerit utilius interroganti, ut in l. de ætate. §. qui tacuit, ff. de inter. act. & idẽ si obscure respondeat, quia hæc sunt paria, non respondere. ut d. l. de ætate. in §. nihil. & facit ad prædicta c. 1. & 2.
4 & quod ibi no. extra de confes. lib. 6. † Sed posito quod solenniter sit facta responsio, an obligetur ipse respondens ex hac responsione? dic breuiter, quod sic, sicut si
c contraxisset, [c] ut in d. l. de ætate. §. qui interrogatus, & l. fi. & l. is cuius. §. fi. ff. de inter. act. nisi talis responsio iuri, &
d naturæ repugnaret, [d] ut l. confessionibus, & l. si is cuius. ff. eo. tit. & no. per glo. in l. 1. C. de confes. Regulariter. n. confessio præiudicat confitenti, si fuerit emissa in iudi
5 cio, ut d. l. 1. Item si fuerit emissa extra iudicium parte præsente, secus autem si ea absente, ut l. certum, in §. si
e quis absente. ff. de confes. [e] † Sed quid erit, si confessio sit
6 emissa extra iudicium parte absente coram uicinis, an præiudicet confitenti? dic quod aut confessio emissa est in ultima uoluntate, & tunc præiudicat, si non fuerit reuocata, tam ipsi quam hæredi suo, ut plene no. per Cyn. in l. generaliter, in 7. q. cum seq. C. de non num. pec. Aut fuit emissa inter uiuos, & tunc aut est obligatoria, & non præiudicat, ut in l. cum de indebito, in fi. ff. de prob. & not. in d. l. 1. per Doct. Aut est confessio liberatoria, & tunc opiniones sunt contrariæ, Glo. & Doc. ut plene disputat Bar. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de lib. leg. dicunt quidam quod ex hac confessione parti quæritur doli exceptio, quæ æquitate nititur, ut in l. qui æquitate. ff. de doli excep. & hanc opi. tenet Gl. in d. §. si liberationis, & in l. Pomponius scribit, ff. de neg. gest. pro qua facit quod no. Inno. in c. ueniens. extra de renuncia. & Docto. in l. postquam, C. de pact. & in Authen. de testa. §. & licet. Alij dicunt, quod nulla exceptio quæritur, quam opin. sequitur Gl. in l. idem in duobus, ff. de pact. & in l. hæredi. §. nos autem. ff. de pact. & §. Iulianus. in Glo. quæ incipit non idem in extraneo, & hanc partem Bar. sequitur. Non obstant cõ
7 traria; quia dic ut per eũ not. in d. §. si liberationis. † Quid autem dices, si facta responsione dictis interrogationib. per reum, postea dicat ipse reus me pœnitet talis responsionis factæ tali interrogationi, vnde ipsam reuoco, an sit audiendus? Dic quod sic regulariter, si subsit iusta cã pœnitentiæ, & ius actoris non lædatur, nec deterius ex tali reuocatiõe efficiatur, ut in l. de ætate. §. Celsus, & in §. ex cã, & in §. qui iniuria. ff. de interro. act. de quo latius dic, ut infra determinabitur. Sed circa hoc quæro, quando, & quo tempore admittatur talis reuocatio, & pœnitẽtia? & quidam dicunt quod ante litẽ contestatã tantùm. Alij quod & post, de quo not. per Glo. in d. §. Tu tamen secundùm Doc & Bar. dic, ut not. in l non fatetur. ff. de confes. distinguendo sic Si quæritur an & quando quis reuocare possit confessionem uel responsionem, aut loquimur de confessione emissa extra iudicium, & de ea dic ut habetur per Cyn. & Iaco. But. in l. error. C. de iur. & fact. igno. & per Dyn. in c. ignorantia. extra de re. iu. in 6. & per Glo. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. & l. cum de indebito, in fi. ff.
8 de proba. In quo articulo distinguitur per eos sic. † Aut quis confitetur aliquid extra iudicium scienter, aut ignoranter; primo casu, aut cõfessio iuri, uel naturæ repugnat, & non tenet ipso iure, ideo de facto reuocatur sicut de facto processit, ut l. confessionibus, & l. si is cuius. ff. de interrog. act. Aut cõuenit iuri, & naturæ, & tunc subdistingue; aut confessio emittitur super his quæ per consensum possunt induci. & non potest reuocari, ut l. 3. §. amittenda, & l. si quis ui §. differentia, ff. de acq. poss. l. tale pactum. ff. de pact. Aut emittitur super his quæ per consensum induci non possunt, & potest reuocari, ut l. cum falsa, secundùm
9 primam lect. C. de iur. & facti igno. † Sed quid in confessione emissa in ultima uoluntate, an possit reuocari? dicit Cyn. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. in 12. q. quod nõ pot reuocari secundum Petr. sed Iac. de Bel. in Auth. de iureiuran. distinguit aliter. Aut confessio est facta parte præsente, uel alio eius nomine recipiente per quem põt parti absenti acquiri, ut puta notario, seruo, uel filio, & tunc nõ potest reuocari. Aut confessio est facta parte absente, & notario nullius nomine recipiente, & tunc non præiudicat, & potest reuocari, quam opi. tenet Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg 3. argumen. l. fi. de interro. actio. & l. certum. §. si quis absente, ff. de confes. iuncta prædicta l. generaliter, cum fi. & quod no. in l. hæredes palã.
10 §. fi. ff. de testa. † Secundo casu principali cum quis confi
f tetur ignoranter, & erranter, dic secundum Dyn. ubi supra, quod aut erratur in iure, aut in facto, si quidem erratur in iure, aut erratur in iure naturali, & error non excusat, nec reuocatur, ut in l. si adulterium cum incestu. §. stuprum. ff. ad leg. Iulia de adul. Aut erratur in iure communi quasi naturali, & adhuc idem, ut l. 2. C. de in ius uocand. Aut erratur in iure ciuili, & tunc aut agitur de dãno euitando, aut de lucro captando; si quidem agitur de damno euitando, & tunc aut erratur in eo, in quo requiritur dolus uerus, aut in eo, in quo sufficit dolus præsumptus, uel lata culpa, uel leuis, uel leuissima. Si quidem erratur in ca

su.

su,in quo verus dolus requiratur,tunc error talis excusatur & reuocatur, ut l. si quis in graui. §. si quis ignorans, ff. ad Silla. Si uerò in eo in quo sufficit dolus præsumptus, uel lata culpa, tunc subdistinguendum est: aut illud tale erat publice notũ verè, vel præsumptione iuris; ut q̃a facta est lex,
g & cucurrerunt duo menses g. à tempore publicationis ipsius,& tunc error talis non excusatur,nec reuocatur,ut in l. leges sacratissimæ.C.de leg.& C. de iur.& fact.ignor.l.constitutiones & l. fi.§.licet.ff.de pub.iu. & l.diuus Claudius.in prin.ff.ad leg. Cor.de fal. Si uerò non erat publice notum vere,vel præsumptiuè,tunc error reuocatur,& ignorantia excusatur,ut l.vlt.ff.de decre.ab ordi.fac. Vbi autem agitur de lucro captando, subdistingue; quia aut lucrum procedit cum alterius iniuria, ut est in usucapione,& præscriptione, & tunc error non reuocatur,neque ignorantia excusat,siue potuit peritiores consulere,siue nõ,ut ff.de iur. & facti ign. l.iuris ignor.& ff.de usuca.l.nunquam,& l. si fur. Aut lucrũ procedit sine alterius iniuria, & tunc distingue; aut potuit consulere peritiores,& tunc non excusat,nec error reuocatur:aut non potuit consulere,& tunc ignorantia toleratur,& excusat,& si opus est error reuocat,ut ff.de iu.& fa. igno. l. regula.§.sed iuris.& § siquis.& ff.de bo. pos. l.in bonorum, & ff.quis ordo in bo.pos.ser.l.2.§.fi.Fallit in casu l.si duo.ff. de acqui.hær.quod ea ratione contingit,quia ibi causa, de qua agebatur,originẽ sumebat à lucro; ideo licèt in consequentiã damnum inducat,non p̃ hoc dr̃ q̃ tractetur ibi simpliciter de damno uitando: quia origo, & principiũ magis attenditur, q̃ id quod postea,& in consequentiã sequit̃ ut l.1.in princ.ff.de auc tu.& l.quia in princip. ff.de don. & l.clam possi. & l. tutor.ff.de acqui.pos.& l.tutor.ff.de fideius. Secundo casu principali quando videlicet erratur in facto,tunc distingue;aut erratur in facto proprio, aut in alieno. Si in alieno,tunc subdistingue;aut tale factũ erat publicè notum, & ignorantia nõ excusat nec error reuocat. ut l. sed si pupillus §. proscribere.ff.de insti. Aut non erat publicè notũ, & tunc error excusat & reuocat. ut l.fi.ff.pro suo, & in regula,cum quis in ius.de reg.iur.lib.6.Si verò fuit error in facto proprio,super quo emissa dr̃ responsio, uel confessio;aut confitens tractat de damno uitando, uel de lucro captando. Si quidem de lucro captando, tunc error non toleratur,nec reuocatur,ut l.regula,& l.cum quis. de iu. & fac. ign. Si uerò tractatur de damno,aut cum alterius iniuria,& tunc error non excusat,ut l.q̃q̃.ff.ad S.C. Vel.Aut sine alterius iniuria,& tunc error reuocatur & excusatur,ut ff.de cõdi.indeb.l.sed si me putem,in princip.& in §.cum inter.ff.de actio.empti. l. si tibi liberum. & sic intelligatur l. si res obligata,& qđ ibi nota.ff.de leg.1. † Quid autem dicemus in
11 cõfessione,uel rñsione facta in iudicio?dic sm̃ Bart. & alios Doct.ut no.in l.non fatetur. ff.de confes. & in l. error.C.de iur.& fact.igno.& in l.1.C.de confes. sic distinguendum esse,quia aut quis confitetur falsum scienter,aut ignoranter, & per errorem;si quidem confiteatur scienter,aut talis cõfessio fit super aliquo tendente ad litis præparationem,aut ad litis decisionem. primo casu q̃n tendit ad litis præparationem,aut illa responsio, uel confessio respicit iurisditionem iudicis,& tunc non reuocatur, sed potius obseruatur, ut l.1. & 2.in prin.cum ibi not.in glo. ff. de iud. aut respicit prosecutionem causæ, & tunc aut actor sciebat illũ falsum esse,sicut ipse confitens & respondens,& potest talis confessio,uel respõsio reuocari,ut l. nam si actor,ff.de rei vin.Aut ignorabat,& tunc aut lis nondum est contestata,aut erat cõtestata;si nõ erat cõtestata,tunc subdistingue, aut actor erat ignorans de persona contra quam dirigeret actionem suam & hic obtulit se defensioni litis scienter tanquam possessor rei, & tunc non poterit confessio, & responsio reuocari, ut l.is qui se obtulit. & ibi no.p̃ gl.ff.de rei vin.Aut actor erat certus de persona contra quam intendebat agere licet iste se obtulit,& tunc aut ex reuocatione confessionis,uel respõsionis actoris ius efficeretur deterius, & non auditur,nec admittitur reuocatio,ut in d.l.de ætate.§.Celsus.aliàs secus ut ibi. Si verò lis esset contestata,tunc indistinctè reuocatio non habet locum, nec admittitur,ut in d.l.is quis se obtulit, in principio. Vbi autem confessio, uel responsio fit super his quæ tendunt ad litis decisionem,quod est secundum mẽbrum principale distinctionis, distingue sic. Aut confessio fit in causa corporali & criminali, & non ligat confitentem,
h h nisi in ea perseueret, ut ff.de appel.l. non tantum. & l.1.§. diuus.& §.si quis ultro.ff.de quæstio.unde posset reuocari. Aut fit confessio in causa ciuili & pecuniaria,& tunc regulariter non potest reuocari, imò confessus statim habetur p̃ iudicato,vt in l.1.C.de confess.adeo quòd in confessum nullæ sunt partes iudicis,nisi in ferendo sententiam contra eũ, si lis est contestata,ut l.proinde.ff.ad leg. Aquil.Item in assignando terminum ad solutionem faciendam lite non contestata, vt l.si debitor.ff.de iudi. Fallit tamen regula in casibus positis per gl.& Doct.in d.l.1.de confess.Dixi ulterius, q̃ aliquando quis confitetur in iudicio falsum ignoranter, vel erranter;& hic considera,quia aut talis erronea confes-
i sio i remittitur circa ea, quæ respiciunt iurisdictionem iudicis, & tunc potest reuocari tam ante sententiam, quàm post,ut l.si per errorem ff.de iurisd.omn.iud.& l.1.& 2.C.si à non compe.iudi.& no.in l.2.in prin.ff.de iudi. Aut respicit præparatoria, & prosecutionem causæ;& tunc in omnibus præmissis casibus,in quibus dictum est q̃ potest confessio reuocari facta sciẽter,poterit & multo magis facta ignoranter,uel erranter. In alijs autem casibus subdistingue;aut error ille nullam habet in se culpam, & poterit confessio reuocari usque ad sententiam probato de errore, ut in l.error & ibi not.per gl.C.de iuris & fac.igno.& hoc ipso iure. Sed aliquando ope restitutionis in integrum admittitur reuocatio post sententiam ex clausula generali,ut d. l.de ætate.§.ex causa.ff.de interroga.act.& l. fideicom. ff.de confess. Aut error habet in se culpam annexam, & tunc aut latam, & non potest reuocari confessio,vt d.l.de ætate.§.qui iusto. in fine.Et pro tanto si quis errat in iure,non auditur uolens confessionem reuocare; quia lata culpa est ius ignorare.ff. de uerb.sign.l.latæ culpæ.& l.leges sacratissimæ. C.de legi.
12 etiam no.in d.§. qui iusto. † Similiter non auditur, quis quando in facto proprio, & præcedente deliberatione super hoc,puta q̃a habuit terminũ deliberandi,& respondendi à iudice assignatum,confessus est aliquid,ut no.per Arch.& alios in c.si.de iureiur.li.6.& fit rõ, quia est tunc in lata cul-
k pa. k Secus ergo si in facto alieno confessus fuerit, ut ibi no.Aut error hẽt in se leuem culpã, & tunc potest reuocari ẽt usq; ad sñiam probando contrarium,ut l.non fatetur.ff.de confes.& ibi not. de hac materia. Et prædicta procedunt in confessione emissa scienter uel ignoranter ab ipsa principali persona.Si aũt talis confessio emissa fuerit à procuratore eius, uel tutore, uel curatore, an præiudicet domino? dic ut hr̃, & not. in l. certum.§.sed an ipsos ff.de confes.& p̃ gl.in cap.1.in fi.ut lit. non contest.& ibi per doc.& uide quæ scripsi infra circa responsionem sequentis libelli in gl.super
14 verbo.Simoninus Spelta. Sed † hic restat quærere,qualiter
l probabit de errore? Respondetur l secundum gl.cõmuniter ut no.in d.l.non fatetur,& in d.l.certum.§.sed an & ipsos,& ibi de hoc. ff. de confes. & in l.cum de indebito.ff.de proba. & per Doct.in d.l.error,quòd probabitur si dimonstrabitur rem se hr̃e aliter q̃ confessus fuerit, cui opi.consonat tex. in d.l.de ætate.§.ex ca, ibi {Mox prolato testo.} Et facit quod no.per Dy.in c.ignorantia p̃sumit,extra de reg.in.li.6. Tu tñ sm̃ Bar. plenius distingue, aut loquimur de errore adhibito extra iudiciũ,aut i iudicio. Primo casu aut q̃s uult reuocare errorem alienum,qui fingitur esse proprius: ut puta procuratoris,sui uel tutoris,seu curatoris, & tunc sufficit probare rem aliter se habere quam eius confessio exprimat, ut in dicto.§.sed an & ipsos, & ibi Gloss. licet ille.§. prima facie loquatur in confessione iudiciali. Aut quis vult reuoca-
m re errorem uere suum m proprium, & tunc aut confessio interuenit super facto eius proprio, & tunc aut ille qui allegat suum errorem tractat de damno uitando, & ad

 uersariu-

uersarius de lucro captando, & ad hoc sufficit probare rem aliter se habere, ut l. si post diuisionem, C. de iur. & fa. ign. & l. sed si me putem. in §. cum inter. ff. de cond. inde. & gl. in l. cum de indebito, ff. de probationibus. Exemplum in pecunia soluta, quæ tanquam indebita repetitur. nam sufficit probare causam falsam propter quam sequuta est solutio. Aut uterque tractat de damno uitando, & sic sunt in pari causa, & tunc si error interce- sit in facto alieno, sufficit probare, rem aliter se habere, ut supra dictum est. Si uero interuenerit in eius facto proprio, tunc non sufficit probare rẽ aliter se habere, nisi probentur aliæ circunstantiæ, ex quibus uerisimiliter potuerit cadere in errorem, ut uerbi gratia, si probet se inductum aduersarij, uel alterius calliditate ad sic respondendum; ut l. prima in fine, ff. quando actio de pecul. est annal. & in l. hominem. ff. pro suo. item si responsio, uel confessio facta est super eo quód erat multum de longinquo, in quo potest cadere error, uel ignorãtia, ut l. peregre, in prin. ff. de acqui. possess. & not. per Dyn. in cap. præsumitur ignorantia, de reg. iur. in 6. Vel si intercessit super aliquo facto implicito, ut l. pe. ff. de confe. & l. emptor, in §. Lucius, ff. de pact. Secundo autem casu principali, cũ loquimur de errore interueniente in iudicio, tunc considera, quia aut error interuenit circa præparatoria iudicii, uel causę, & sufficit probare rem aliter se habere, & probatio de errore præsumitur, ut dicta l. de ætate. §. qui iusso. Aut interuenit circa decisoria causę, & tunc non sufficit, pbare rem aliter se habere, nisi probentur circunstantiæ, de quibus supra, dixi. Si uero in facto alieno, & tunc sufficit probare rem aliter se habere, ut not. in d. §. sed an & ipsos, &
14 prædicta procedunt id errore facti. † Quin aũt dicam de errore iuris? Dic quod regulariter iuris error non præsumitur, probatur tamen de iuris errore ex qualitate personarum, & negotiorũ, ut l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. & l.
15 si adulterium cum incestu. §. 1. ff. de adult. † Quæ autem superius dicta sunt de errore adhibito coram iudice, locum habent etiam coram arbitro electo cum pœna, uel sine rato manente pacto, ut l. cum multa C. de arbit. etiam coram arbitrio electo cum pœna, uel sine rato manente pacto, ut l. cum antea, C. de arbit. etiam coram arbitratore, cuius sententia ex forma statutorum mandatur executioni sicut sententia iudicis, ut sequitur Bart. in d. l. non fatetur, in fin. ad quod facit, quod de arbitratore no. per eum in l. post rem. ff. de transac. & in l. a diuo Pio. §. 1. ff. de iudic. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Nolit respondere, not. quid sit fiendum si nolit respondere, uide Glo. singularem in l. certum, in princip. ff. de confess. per Cyn. in l. 2. §. pen. C. de iuramen. calu. & extra de confess. cap. 2. lib. 6. per Bart. in l. 1. §. ex hoc rescripto, ff. de ue. inspicien. &c. Quæro an ad interrogationes aduersarij cogatur quis respondere? Gloss. in l. si sine, ff. de interroga. actio. dicit quod non, si tamen respondebit, præiudicabit responsio, ut ibi; hoc uerum secundum Goff. quando fit interrogatio ante litem contest. sed positionibus, quæ fiunt post litem sic, quia tenetur respondere, assignat Goffr. rationem, quia interrogatio non fit per iud. sed positio sic. Ego dico idem in positio. sicut in interrogatione. Nam interrogatio & positio, licet fiat per partem, tamen pars non arctatur ad respond. nisi præcedente iussione iudici. Ideo stilus curię se habet, quód pars non arctatur ad respondendum positionibus, nisi sint datæ in scriptis, ut ponens confiteatur. & sic ęqualitas hinc inde seruetur, ut l. fi. C. de fruct. & expen. cap. non licet, de reg. iur. in 6. Interrogationes añt ante litem contestatam, de practica curię illę non dantur in scriptis, sed iudex ad instantiam partis interrogat, secundũ Domi. de Rot. 30 conclus. fatentur tamen, quod si non datis in scriptis uoluntariè respondeatur, præiudicabit sibi confe. Quęro an sufficiat quęlibet responsio? dic ꝙ non, imo debet facere certum illum cui respondetur. ff. eo. l. de ętate. §. nihil, aliás fiet contra ipsum interpretatio. extra de dolo & contu. c. dilecti. Istę tamen interrogationes possunt fieri aliter quam in iudicio, et iudice sedente pro tribunali, qui possunt fieri in itinere, & domi, tex. in l. uoluit. ff. de intero act. tamen ubi reperiretur scriptum Petrus in iure constitutus, intelligeretur in iudicio iudice sedẽte pro tribunali, quia aliter non posset dici constitutus in iure, ita uidetur concludere tex. ibi cum glo per locum a speciali, ubi dicitur, ꝙ alibi quam in iure fieri non possunt, & gl. exponit, idest in iudicio, ubi dicitur in iure in l. 1. in prin. & in l. fi. ff. de inter. act. Adde quò ad prędicta uidendum Imo. in l. cum mulier, ff. sol. mat. Alex. in l. de pupil. §. siquis ipsi prętori. ff. de oper. no. nun. & per Cyn. in loco alleg. ibi, per Bar. in d. l. uoluit, per Io. de Ana. consi. 85. infra allegan.

b Paratus. Adde ꝙ interrogatus an sit hæres filii. median. persona Sempronij, non sufficit, si rñdeat se hęredẽ dicti Sempronij, quia interrogans nõ põt deliberare, utrum sibi expediat agere contra talem uti hæredem, cuius rei gratia interrogatoria introducta sunt, l. si defensor. §. illud quæritur, ubi Bar. nu. 5. dicit procedere si impeditur deliberatio, aliás secus, & tenetur respondere sub iuramento calumnię, teste Nat. consi. 228. ubi alleg. pap. hic, uel magis practicè loquendo dic, quod interrogatus an mediate, uel immediate, & qua persona median. sic hæres: tenetur respondere, quando interest partis, & quando alias quis impediretur deliberare, Bart. d. l. si defensor, & in l. ueluti. num. 2. ff. de pet. hær. Ias. in l. si quis filium. §. in omni. nu. 4. uer. limita. ff. de acq. hær. de quo uide quæ scribit Bald. in l. quidam elogio. C. de iur. delibe. Neuiz. consilio 5. MASVER.

c Si contraxisset. Adde Roman. consi. 154. colu. 1. in fi. l. 3. § Idem scribit. ff. de pec. & quam actionem pariat talis confessio per eundem singu. suis, fol. 1. Bernar. Landria.

d Repugnaret. Adde qñ cõfessio repugnat iuri, ꝙ non prejudicet, Bal. consi. 28. li. 5. Cepo. consi. 33. Alex. consi. 116. li. 3. Ber. Land.

e De confess. Nec de confessione extra iudicium, not. tamen ꝙ confessio facta coram sacerdote preiudicat confitenti, & probatur per solum sacerdotem, not. Gloss. singul. in c. tua nos, extra de sponsa & in c. significasti, extra, de homi, & Alb. in l. unica. C. de confess. adde quód Bal. in l. Archigerentes, C. de episcopa. aud. tenet quód confessio facta corã sacerdote non probat in iudicio, quia facta ẽ tanquam Deo non homini. Adde tu ad hoc Abb. in c. fi. de successio. ab intest. Et sic confessio, quam quis facit quód usuras extorserit, uel quid male abstulerit, in testamento absente parte potest reuocari reuocando testamentum: quia non est species probationis, ut quis ex ea possit conueniri, sed est species ultimæ uoluntatis, quæ reuocari potest, alleg. Bal. in addi. ad Spec. titu. de confess. in §. confessio facta &c. Pro quo not. glo. in l. heredes palã. §. fi. ff. de test. & ex prædictis potest colligi, quód ex tali confessione reuocata non probatur quis usurarius manifeus, de quo in ca. quamquam, de usur. in 6. & ita ad hoc alleg. Ang. in quæstione per eum disputata, quę incipit, Astensis miles. Florian. in l. si quis testamentum. ff. ad l. Aqui. ita tenet Bar. in l. cum quis decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. 2. Contrarium tenet Bal. in l. rationes. C. de probat & clarius in l. generaliter, C. de non num. pec. quia confessio quę emanat in ultima uoluntate quoad forum pœnitentiale, uel spirituali fauore animæ potest reuocari, idem Bal. in c. innotuit, extra de elect. pro qua opin. est glo. in c. quoties cordis oculus. 1. q. quia non est necessaria præsentia partis in confessione pœnitentiali, uel spirituali &c. Cogita. Adde tu supradictis, quæ ad propositum non faciunt Ab. consi. secundo 2. lib. Fran. de Are. consi. 64. Fed. cõsi. 64. Lap. alleg. 30. & 127. Quò uero ad dicta hic p dñm Ioan. Pet. de confessione iudiciali, & extraiudiciali absente parte, uide Io. de Ana. consi. 75. ubi unum dictum pulchrũ uidebis. per Math. not. suis fo. 23. per. Ro. sing. suis. fol. unde cimo Franc. Aretinus consil. supra allega. & consilio 60. & de

& de confessione in reali facta absente parte per eundem consi.36.per Rom.consil.167.& 206.& 291. per Alex. consil.20.per Io.de Imo.consi.123.& 132.& 138. & quib. casibus ualeat confessio facta parte absente per Pau. de Castr. consil.155. in 2.uol. & quando ualeat confessio coram notario, uel uicario per Old. consi.292. & de confessione facta coram uicinis per creditorem, quòd est satisfactus, per Bal.consi.118.lib.5.Fed.consi. 128. & de confessione emissa in ultima uoluntate uide Abb.consil.85.do.Car.consi.37. Franc.de Aret.loco supra alle.Fulg.consi.135. Car. consil. 25. & an confessio possit reuocari, & quid de iudiciali uide Ale.consi.90.lib.1.per Rom.consi.346. & ibi quid de extraiudiciali, & quid si est geminata. Et an confessio emanata à creditore prosit debitori absenti ad liberandum, uide in l.1. C.de falsi.caus.adiect.leg.& quod not. Bar. in l. non solum. §.liberationis uerba.ff.de liber. legat.not. de confes. emissa in ultima uoluntate an possit reuocari. Adde tu de hoc, & uide etiam per Bal.in l.rationes.& auth.ibi posita.C.de proba.Pastor.in c.fi.de succes.ab intest.& Ale.in consi.45.col. uer. sed præmissis in 1.uol.& consi.24. col.pen. & in consil. 354.in 2.uol.& 4.consi.19. & consil. 30. in princ.Fran. Cur.

f Ignoranter. Adde uidendum Ioan.de Imol.in consil.75. Et qualiter quis debeat probare errorem suæ confessionis quā vult reuocare per Calderi.consi.1.de confes. Et an in criminalibus quis possit confessionem erroneam reuocare, uide Fran.de Are.in consi.146. Et quid in ciuili per Calderi. consil.3.de confes.per Ang.in consi.135.Pau.de Cast. in consil. 342.in 1.par.Alex.consil.20.supra allega. Bellissime per Ludo. Roma. consil.313. Et quid de confessione facta calore iracundiæ, uide eundem in singula. suis fol. 9. Bernar. Landrian.

g Duo menses. Adde quod uoluit Rom.consi.330.d.Card. cōsil.33.& Fed.consi.290.Ber.Landrian.

h Non ligat confitentem: Adde quando & quomodo confessio facta in tormentis possit reuocari Gl. in c. ex literis, in uer.admonita,extra de diuorti. in 6. Romana. §. si autem in uer.uel de quo.de appella.lib.6.Gandi.in tracta. malefi.titu.de quęstion.in 5.col.uersic. sed quid si confessus, Guido. de Suz.tracta.de tormentis.fol.79. in paruis.nu.66.uersi. sed quid de quęstione,quam sæpe de facto uidemus,& ibi in additio incip.reuocationem erroris.Bal.in l.fi.col.1. C. de proba.in l.in bonæ fidei, col.2. C. de reb.credit.& in l.in minoribus.C.de iis quib.ut indig.& in tract.Statuto. in uer. confessio,in uersic.statutum.Saly.in l.2.col.pe.C. de custo.reo. Anch.in consi.24.incip.uisa inquisitione.Zabarel. in consil. 301.incip.in causa appellationis.Rom. in consi.346. incip. in casu consi.391. incip.ut præsupposita. circa medium & in consi.520.incip.circa propositum. in 3.col. Io. de Imo. in l. constitutiones.ff.de appellat.Ang.Are.in tract.maleficio.in glo.comparent dicti inquisiti, in prin. & ibi Arimin. in addit.prima.Pari.de Puteo in tract.Syndica.in uer.confessio, el primo,in uersic.potestas qui remisit,in uer. sequitur quæstio quotidiana.Et in uersi.testis fuit tortus Christophor.de Castellio.in consi.5.incip. Titius murum diœcesis.in fi.Fran. Aret. in consil. 146. incipien. uisa consultatione & statutis. Fely.in c.cum dilectu.col.5.uersic. not.11. & ultimo extra de accusatio.Ias.in l.magistratibus,in 2.col.ff.de iur. omn. iud. Hppoly.de Marsil.in d.l.1.§.si quis vltro,col.15. uersic.modo expeditis,ff.de quæstio.& in praxi. in §. quoniam, col.3. nu.6.uersi.& subdit quod confessio.& in consi.118. incip.diuina clementia.nu.21.in 2.uolum. Afflict. in constit. super incisionibus,col.8.uersi.aduerte quia si iudex.de malefi. clādesti.& in constit.damna clandestina,col.16. uersi.decimoquartò nota.de homici.clandesti.Gram. in consi. 69. incip. in causa Benedicti,in princ.in uoto 7.incip.in causa nobilis Fabij,num.3.& 4.qui alleg. Andr.de Iserni.in d.consti. damna clandestina,& in uoto 10.incip.cœlestis curiæ.nu.33.Ferdinan.de Loazes Instit.de iusti. & iure, in §. his itaque. nu. 104.& quæ scribit Petrus Follerius in praxi in 1.par.3.par. in uer.& si confitebuntur,nu.50.cū seq. Io Baptista Ziletus

i Confessio. not. quòd si statutum dicit, quòd aliquis habeatur pro confesso,debet intelligi si iudici uidebitur; & sic super hoc est interloquendum,Bald.in l. 1.C.ne ex delic. def. Item quid significat haberi pro confesso.no. Barto. in l. eius ff.de iur. fisc.uide in c.2.de confes.lib.6.Adde huic impertinenti apostillę quod uoluit Are.consi.348. & facit; quia partium consensus non potest iurisditionem tribuere. Quæro an confessio procuratoris noceat domino? Distingue, Aut procurator habet speciale mandatum ad sic confitendum, & tunc clarum est quòd sic,argu.not.in l.proinde.ff.ad legē Aquiliam: Aut non habet tale mandatum,sed est generale, & tunc aut confitetur in præsentia domini non contradicentis & præiudicat,& sic intelligitur vna opi. recitata p Cyn. in l. vnica. in 8. q. C. de confes. Aut confitetur in absentia domini,tunc aut confitetur per uiam uoluntariæ iurisdic. & non præiudicat; puta quia uoluntariè accedit ad iudicem, & ipse confitetur,quod limitat Io.de Imo.quando procurator conuenit cum aduersario de adeundo iudice; aut procurator confitetur per uiam contentiosæ iurisdōnis,quia respondetur quòd possit his quibus arctatur respondere, & tunc præiudicat domino c.2.de confes lib.6.& sic intelligo not.per glo.& alios in l.certum.§.sed an & ipsos ff. de confes. &c. Adde an confessio procuratoris noceat domino Oldr.consi.126. & 263. Alexand. consil.86. 2.lib. Bernar. Landria.

K In culpa.adde Rom.con.supra alleg.391. ubi latius.Bernar.

l Qualiter probabitur error, adde Alex.consi. 89.3.lib. Calde.consil. 1.de confes.supra alleg.Bernar.

m Errorem ue re suum. not. tamen non posse corrigere errorem,nisi parte citata,& causa cognita ex doctrina Bart.in l. si librarius ff de reg.iur.quando est de pertinentibus ad partem,& iam data copia parti,ut dicit ibi Bar.non posse corrigi talem errorem,nisi parte citata & de mandato iudicis,facit quod not.Bar.in l.imperator ff.de sta.ho. Canon. in cap. cum P.tabel.de fid.instr. Adden.hic non puto, quia de hoc hic non agitur,sed alibi ponam errorem iuris.


VB EIVS calumniæ iuramento. An autem teneatur tale iuramentum prestare. Dixi supra, in præcedenti glo.& uide in glo.fi.infra,tit.proxi.sequenti. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Possidere refertur ad ius, tenere ad factum.*

2 *Negans se tenere, uel possidere, si probatur tenere, uel possidere, priuatur possessione.*

PRIMO an dictus Ioannes teneat & possideat.
1 † Differentia est inter tenere & possidere;cum tenere ad nudum factum,possidere autem ad ius referatur, vt supra,dixi,& probatur in l.1.§.3.ff.de acq. poss. † Quid autem
2 dices,si respondet se non possidere,nec tenere,& tamen re uera probatur,ipsum tenere & possidere? Dic quòd in pœnam sui mendacij aufertur sibi possessio, & efficietur ipse reus de reo petitor, vt l.fin. a ff.de rei vind.& l.qui seruū. §.in iure ff.de interro.act.& facit auth.hoc si debitor. C.de pign.

ADDITIO.

a L.fi.& d.lex habet locum in reali,secus si personali agatur, secundum glo.ibidem,ita tenet Bar.Bal.& Ang.in d.l.fi.alle.& est tex.opti.& melior gl.quæ fit in iure,in §. illud quoque in Iudicijs arbitramur. In gloss.Ver. conuentus.in Authen.de trien.& semiss.idem si facta interrogatione, & responderis nominando Titium possessorem,qui non possidebat,sed interrogatus conuictus de mendacio priuatur possessione,& non potest fateri postea dicendo, possideo pro me: ita Spe.in titu.de primo & secundo decre.§.restat.ver. quid si nominatio.& not. Bartol.in d.l.fin.quod intelligas

uerum, nisi pœniteat ante litem contest. secundum Bal. ibi, & sic propter mendacium priuatur possessione, adeo quòd non potest opponere exceptionem dominij, etiam si velit incontinenti probare, alias non puniretur de mendacio, licet officium iudicis sit adipiscendæ possessionis, vt no. glo. in d. l. fi. ibi Bart. & Bal. Sed an requiratur nouus libellus? Bar. quòd non, sed officio iud. expeditur, in d. l. fi. de quo vide glo. in d. §. illud, quæ uidetur dicere contra, sed breuior uia, quando actor non vult probare de mendacio, est, ut petat se immitti in possessionem illius rei in præiudicium negantis, & non alterius. in d. §. illud, qui uidetur dicere contra, & ista est sin. practica secundùm Ang. in d. l. fi. uide Bal. in l. si seruum. §. in iure. ff. de inter. actio. & Spe. in tit. de inter. quæ fi. ante lit. conte. §. 1. & dum hanc viam practicassem in castro nostro nouo in causa Tidini & Bertrami fratrum de Lanz. contra illos de Gratijs uenit pars aduersa post lit. contest. & dixit confitendo se tenere aliam tertiam partem; interrogati enim primò an possiderent domum, responderunt, quòd sic pro duabus partibus tantum, & quidam curator datus bonis uacantibus fratris ipsorum absentis respondit, quòd ipsi duo totam tenebant, sed intendebat consequi ab alijs duobus partem suam tertiam, quæritur an stante cõfes. missio in poss. locum habeat? quædam gl. in d. l. fi. facit ꝙ non, quia non fuerunt grauati onere probandi de mendacio, facit text. clarus in d. §. illud quoque, contrarium obtinui, quia lis erat contest. & sic actor captatus, quia reus fuit in dolo sic respondendo, cum ipsi de Gratijs emissent à tertio fratre absente. facit opt. tex. in l. electio. §. neque. ff. de noxa. & l. de ætate. ver. Celsus ff. de inter. act. & l. is qui ff. de rei uin. & sic põt intelligi gl. in d. l. fi. ante lit. cõte. qñ ꝓcederet ante lit. ꝯte. ad probadũ de mendacio, quia nullũ est damnũ actoris, qñ confitetur, imò releuatio ab onere probandi, & sic loquitur materia auth. contra qui propriam C. de non nume. pec. sed vide dictum Bart. in l. ætate. §. qui iusto supra alle. ꝙ ubi scienter quis falsum dixit in ꝑparatorijs iudiciorum, probando rem aliter se habere ex testibus, uel instrumentis præsumitur error, sed se remittit ad no. in l. non fatetur. ff. de confes. Franc. Cur. Adde tu melius uidendum per Ro. consi. 71. per Abb. consi. 17. qui in eodem facto consuluerunt. Bernad. Land.

L. fin. ADDE De materia d. l. fin. de rei vind. & uide quæ habentur in apostil. supra uerb. quauis actione reali. & Dic, quòd prac. hic alleg. refert Cur. in l. quod te. nu. 41. ff. si cert. pet. & laudat Cepol. caut. 161. ubi quando reus conuentus negat se possidere: debet actor petere se mitti in possessionem in præiudicium conuenti, tanquàm sua non interfit, ex quo dicit se non possidere, saluo iure cuiuslibet alterius possessoris, & hoc facere potest: absque eo quòd probet de dominio, uel alio iure sibi competenti, hæc fuit originalis doctrina Ang. in d. l. fi. ff. de rei uin. quã refert etiam & sequitur Ias. in §. omnium. nu. 90. Inst. de act. Quo remedio utitur omnes causarum patroni tam in reali quàm personali, licet in personali aliqui sint: qui dissentiant, De quo uide quæ scribit Abb. consi. 17. colum. lib. 11. Brun. consi. 83. Rom. consi. 59. nu. 9. consi. 70. num. 4. Hypol. sing. 242. Nat. consil. 206. capel. tolos. q. 167. Accedit, quòd ad pœnam d. l. fin. de rei uind. requiritur negationem fieri dolo, uel lata culpa, ut not. Alex. consi. 35. lib. 5. Quid de pœna mendacis dicendo se alieno nomine possidere: uide Afflic. decis. 18. Ias. in l. quod te, num. 30. si cer. pet. & tex. d. l. fi. dispositio locum habet in negante, qui tamen statim suam negationem reuocauit: antequam actor probationis onere grauaretur: & Dic, quòd non, per Rom. d. consi. 70. colum. 4. nu. 6. Abb. d. consil. 17. 1. dub. lib. 2. & est communis, secundum Rom. d. consil. 59. ult. dub. Quæ omnia declarate, ut latius per Por. lib. 1. concl. 30. ubi materiam d. l. fi. examinat. Gabriel. com. opi. lib. 5. tit. de acq. poss. concl. 5. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Reus ad interrogationem, quo iure, & titulo quis possideat, respondere non tenetur.*

2 *Positioni vel interrogationi iuri contrariæ, quis respondere non compellitur.*

1 ITEM quo iure & titulo. † Licèt autem huiusmodi interrogatio posit fieri, tamen non tenetur reus respondere, quoniam est iuri contraria, ut l. cogi possessorem. C. de pet. hæred. & ibi not. † & regula est quòd positioni, uel
2 interrogationi, quæ fit contraria iuri, nõ compellitur quis
a respondere, [a] ut not. in l. 1. C. de confes. & per Bart. in d. l. non fatetur, circa finem, & in l. ornamentorum. ff. de auro & arg. legato, sequitur in litera.

ADDITIO.

a Respondere. Adde quid si respõdeat positioni, cui respondere non tenebatur, an sibi præiudicet? d. Abb. consi. 98. alias 118. & an quis cogatur ostendere tit. possessionis suæ, uide in capit. ordinarijs. de offic. ordi. in 6. & per Cald. consilio 33.

SVMMARIVM.

1 *Reus ad interrogationem, an dolo quis desierit possidere, respondere tenetur.*

ITEM an dolo desierit. Ista interrogatio non est multum in usu, sed tamen fieri potest; quia omne quod est probabile, est ponibile, uel in modum positionis, uel interrogationis, ut not. glo. in cap. 1. & 2. extra de confes. lib. 6. & Bar. in d. l. non fatetur, & Spec. in tit. de posi. in prin. Si enim probetur quòd dolo, uel culpa possidere desierit, perinde conuenitur & condemnatur, ac si possideret, ut in l. parem. ff. de reg. iur. & l. is qui dolo, & l. si culpa. ff. de rei uind. & facit l. qui petitorio, ff. de rei uind. & l. si rem. ff. de excep. rei
1 iud. cum si. † Vnde tali interrogatione tenetur respondere. l. quoties, in §. prætor ff. de nox. quod sequitur Bart. in l. si gener. ff. de his qui ut indig. Insuper scias, quòd hic potuissem recitare materiam positionum. Sed ipsam reseruo infra in speciali tractatu positionum, sub titu. de positi. His præparatorijs expeditis, uenio ad formationem libelli, &c.

Forma libelli in actione reali.



CORAM uobis egregio & potenti uiro D. Potestate ciuitatis Papiæ, nec non D. Vicario uestro, agit, & in iure proponit non in modum solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, seu facti narrationis Andrinus de la Corona suo proprio nomine, contra & aduersus Ioannẽ de Oliarijs, & contra quancunque personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens & in iure ponens, quòd suprascriptus Ioan. licèt indebitè & iniustè, tenet & possidet quandam petiam terræ cultæ perticarum centum positarum & iacentium in loco & territorio Sartiranæ districtus Papiæ, cui cohæret ab una parte &c. Quæ quidem petia terræ simul cum pertinentijs suis spectauit & pertinuit, & hodie spectat & pertinet ad suprascriptũ Andrinum iure dominij, uel quasi, ex ueris & legitimis titulis & causis. Idem dicit & proponit, ut supra, quòd idem Io. spacio annorum quinque proximè præteritorum habuit & percepit, & uerisimiliter percipere potuit ex dicta petia terræ tot & tantos fructus inter frumentum & siliginem, qui fuerunt & hodie essent, si extarent, pretij & ualoris uno anno cum alio computato in summa totius temporis antedicti florenorum 300. Item dicit & proponit ut supra, quòd ipse Ioan. suprascriptam petiam terræ simul cum fructibus perceptis, & quos percipere potuit ex eadem huc usque, dare, soluere, relexare, ac dimittere recusauit, & hodie recusat indebitè & iniustè &c. Quare petit & requirit idem Andrinus à uobis Dominis Potestate & Vicario antedictis, quatenus

tenus ex officio uestro, & omni modo, iure, uia & forma, quibus melius de iure potestis, per uestram diffinitiuam sententiam pronuncietis, & declaretis supra scriptam petiā terræ cultæ spectasse, & pertinuisse, & hodie spectare & pertinere ad ipsum Andrinum iure dominij, uel quasi, quodq; condemnetis supradictum Ioannem uerius dictum Andrinum, & eūdem natum omnibus iuris remedijs compellatis ad dimittendum, restituendum, & relaxandum, ac dandum, & soluendum ipsi Andrino præfatam petiam terræ, cum pertinentijs suis, simul cum fructibus & redditibus inde perceptis, & qui percipi potuerunt, si extant; & si non extāt, in ualore, precio: & æstimatione prædictis; ac etiam in florenis 15. pro damno, & interesse passis, factis & supportatis, ac supportandis, fiendis, ac patiendis in futurum, & ulterius in expensis præsentis causæ, & quæstionis, factis & fiendis, prout liquidabitur in processu. Et prædicta petit & requirit per uos fieri debere, & executioni mandari summariè & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & uelo leuato: deducendo in præsenti iudicio omne ius suum sibi competens & competiturum undecunque, quomodocunque, & qualitercunque. Saluo iure minuendi, addendi, mutandi & corrigendi, & alterius petitionis quandocunque fiendæ. Non se astringens propterea ad probandum nisi solùm ea omnia & singula, quæ sibi sufficiant ad uictoriam suæ causæ. Petens insuper idem Andrinus debere cogi & compelli dictum Ioan. respondere petitioni & contentis in ea, per sacramentum calumniæ. Et inde &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia secundum libelli tenorem est formanda.*
2 *Libellus quot modis sumatur.*
3 *Libelli quæ sit diffinitio.*
4 *Libellus debet esse breuis.*
5 *Ordo petitionis non debet conuerti.*
6 *Libelli conclusio facti narrationem præcedere non debet.*
7 *Scriptura regulariter est de substantia libelli.*
8 *Consuetudo fori iuri scripto derogat.*
9 *Libellus non solùm iudici sed etiam parti est dandus.*
10 *Libellus est offerendus in ciuilibus, ac etiam in criminalibus.*
11 *Libellus an de necessitate coram omni iudice sit offerendus.*
12 *Libellus coram arbitratore necessariò non offertur. Nec coram alio iudice, qui sine figura iudicij cognoscere potest.*
13 *Libellus an possit remitti à partibus in iudicio, uel extra.*
14 *Actor dat libellum reo expensis ipsius actoris, parte non remittente libelli petitionem.*
Offerre uerbum, spontaneam oblationem significat.
15 *Reus ante libelli oblationem citari debet.*
16 *Dilatio. xx. dierum est danda reo ad respondendum libello, quæ tamen per iudicem abbreuiari potest.*
17 *In actione uniuersali & generali sufficit causam, & rem, quæ petitur uniuersaliter & generaliter exprimere.*
18 *In actione singulari, causa remota debet in libello exprimi, & res quæ petitur designari.*
19 *Cuiuscunque actionis tam realis, quàm personalis, duplex est causa, scilicet proxima & remota.*
20 *In actione personali non sufficit exprimere causam proximam.*
21 *In actione reali pro dominio, uel quasi sufficit exprimere causam proximam.*
22 *Res plurium insolidum esse non potest.*
23 *In actionibus, quæ competunt ratione alterius iuris quàm dominij, an sufficiat exprimere causam proximam.*
24 *Actionis proximum nomen, an exprimi debeat in libello.*
25 *Libellus an in omni causa debeat offerri.*



D euidentiam. Et pro clariori intellectu tā præsentis libelli, quam generaliter omnium libellorum, maximè de quibus inferius tra-
1 ctabitur. † Sciendum est, quòd discretus iudex & aduocatus ante omnia debet diligenter considerare formam libelli, & qualitatem propositæ
2 a actionis: quia secūdum libelli tenorem sententia [a] est formanda; aliàs si iudex contra uel præter libelli formam pronunciet, fatuus reputatur, ut dicit tex. in l. ut fundus, ff. com. diui. & c. licèt helv. extra de sim. & l. fin. C. de fideicom. lib.
2 † Item sciēdum est, quòd libellus in iure nostro sumitur mul-
b tis modis. [b] Primo modo sumitur pro pane albo, ut probatur per tex. qui non est alibi. l. iudices, C. de episc. au. Secundo modo dicitur libellus petitio, & assertio actorum facta in iudicio cum solemnitate iuris, de quo in authen. offeratur, C. de lit. contest. & in c. 1 & 2. extra de lib. obl. Et isto modo sumitur in præsenti opusculo & tractatu. Tertio modo dicitur libellus qui datur à iudice parti appellanti à sententia, ut l. 1. ff. de lib. dimiss. Quarto modo dicitur libellus scriptura priuata facta ad alicuius infamationem, ut l. 1. C. de famo. li. Quinto modo dicitur delegatio causæ, ut l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proc. & leg. Sexto modo dicitur libellus paruus liber ad differentiam magni,
3 prout dicimus in uulgari. † Deinde quæro, quæ sit diffinitio libelli, de quo loquimur in præsenti tractatu? Respondeo quòd libellus est breuis & ordinata scriptura claram continens, iudici ac parti demonstrans intentionem agentis, uel accusantis: quam diffinitionem approbat Cyn. in d. auth.
4 offeratur. † Condescendo ad declarationem eius quod dixi. Dixi ego in diffinitione {Breuis} hoc ideo dictum est: quia uerborum prolixitas à iure respuitur, ut l. amplio-
5 rem. §. in refutatorijs. C. de appellat. † Dicitur etiam in diffinitione {Ordinata} quod ideo sequitur, quia ordo petitionis non debet conuerti, ut prius uelit quis petere executionem, quam sententia sit lata, ut l. 1. C. de execu. rei iudi.
6 † Nec debet etiam conclusio libelli præcedere facti narrationem, ut l. precibus, C. de impu. & al. subst. & l. ut responsum, C. de transa. Verumtamen si quis in libello sic formaliter diceret {Peto talem cogi & condemnari &c.} nō per hoc talis conuersio ordinis uitiaret libellum: quia sermo iste reducitur iuris interpretatione ad congruum ordinem attenta potius mente proferentis quam forma scripturæ, ut in l. talem, ff. de [h]er. inst. & hoc sequitur Bart. in l. si cū
7 nulla. ff. de re iud. & aliàs plenius dicam. † Item dicitur in diffinitione {Scriptura} quod non sine ratione exprimitur, quoniam scriptura est regulariter de libelli substantia, ut in d. auth. offeratur, & c. 1. de libe. obl. & in c. quoniam contra falsam, extra de prob. Fallit tamen huiusmodi regula in pluribus casibus, qui notari solent per gloss. & doc. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procon. & leg. in Auth. de exhi. reis. §. sancimus igitur. Fateor tamen secundū Cyn. vbi supra, quòd si consuetudo fori esse, quòd libellus posset offerri in vulgari, vel sine scriptis, quòd tunc scriptura
8 non esset de substantia; † quia consuetudo fori [c] deroga-
c ret iuri scripto, ut l. 3. in fi. ff. de testi. & arg. l. de quibus. ff. de legi. Subiungitur insuper in diffinitione {Claram} nec immerito; quia claritas est amica legi, ut in Auth. de testa. imperfect. §. 1. obscuritas autem est iuri inimica, vt l. ita fi-
9 dei, ff. de iu. fis. † Denique dicitur in ea {Iudici, & parti} quod quidem ideo est, quia non solùm iudici, sed etiam
d parti [d] libellus est dandus, ut in d. auth. offeratur, ad hoc vt iudex possit iuxta formam libelli suam proferre sententiam, ut l. ut fundus, ff. com. diui. & ipsi parti, ut possit deliberare, an uelit cedere liti, uel contendere, ut l. 1. ff. de edē.
10 † Postremò subinfertur {Vel accusantis} quod ideo exprimitur, quia nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalib. li-
11 bellus offerendus est. ut l. libellorum. ff. de accusa. † Quæro vlterius an coram omni iudice sit de necessitate offerēdus libellus? dic quòd sic; siue sit ordinarius, siue delegatus, siue arbiter, per tex. in d. auth. offeratur, qui generaliter lo-
12 quitur iuncta l. pen. in fi. C. de arbi. † Sed coram arbitratore non offertur de necessitate libellus, quia nullus ordo iudiciarius coram eo est necessarius, ut not. Innoc. in c. Quintauallis, extra de iureiu. & Spec. in titu. de arb. & per Do. maximè Bal. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Nec
e coram illo iudice, qui potest cognoscere sine figura [e] iu-
13 dicij, ut in cle. sæpe. de uerb. sign. † Secundò quæritur, an libellus possit remitti à partibus in iudicio, uel extra? super quo sunt opiniones, ut refert Cy. in d. auth. offeratur. Tu tamen

men secundum eos & alios distingue, Aut quæritur an remissio facta a partibus teneat quo ad ipsas partes, ne possit altera ab altera petere sibi libellum offerri; & dicendũ est, quod hoc respectu tenet remissio: vnde quia communiter solent in instrumentis notarij dicere, quòd vna pars promisit non petere libellum &c. repellitur uolens petere ipsum, cum liceat unicuique iuri pro se introducto renunciare, ut l. si quis in conscribendo. C. de pac. Aut quæritur an talis remissio teneat quo ad iudicem. Et dico quod non; quia quò ad eum libellus est principium & fundamentum sententiæ proferendæ; ut sup a dictum est; cum secundũ tenorem libelli sententia sit formanda, ut l. ut fundus, ff. com. di. & est de substantialibus iudicij, ut no. glo. in cap. de causis, extra de offi. deleg. unde opus erit partium suum libellum offerre iudici describendum per notarium in actis, de quo potest aduersarius exinde copiam postulare per notarium sibi suis propriis expensis fieri.

14 † Quid [f] ergo si pars non remisit petitionem libelli, nunquid actor dabit libellum reo expensis propriis ipsius rei, an uero expensis

g ipsius actoris? [g] Io. And. dicit quòd est dandus expensis actoris, ut not. per eum in cle sæpe. de uerb. sign. quæ opin. probatur per text. in d. auth. offeratur, nam offerre est non

h petenti dare, [h] ut l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. quia igitur offert actor libellum, ut astringat reum inuitum in iudicio stare, ut l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerbor. obli. merito non debet reus grauari onere illius uel expensis, quas subit inuitus, licèt Cy. ubi supra, sentiat contrarium.

15 † Quæro an

i ante libelli oblationem reus debeat citari? [i] & de hoc sunt opiniones inter aliquos, ut refert Cyn. ubi supra. Credo & de iure uerius est, quòd reus prius citari debeat quam libellus offeratur, per text. d. auth. offeratur, cum ibi dicatur {Quòd libellus offertur ei qui ad iudicium uocatur} ergo patet quòd reus esse debet in iudicio, quando offertur libellus; & hanc partem sequitur glo. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, extra de constit. & probatur per c. quoniam contra falsam, extra de prob. Verum communis practica plurium, se habet, q uel prius citet reus ad accipiendũ libellũ, uel libellus ex parte iudicis mittatur reo ad domum: quæ practica fundatur ex c. significauit, extra de lib. obl.

16 † Sextò quæro, an reo sit danda dilatio, & quanta ad respondendum libello. Dic quòd dari debet terminus 20. dierum per d. auth. offeratur, qui quidem terminus an possit de iure per iudicem abbreuiari, fuit opin. & contentio inter Doc. ut refert Cyn. & Iac. But. in d. auth. offeratur. Verumtamen generalis consuetudo approbauit, quòd talis terminus possit per iudicem abbreuiari, quæ consuetudo uidetur confirmari auctoritate l. 1. & ibi not. ff. de re iud. Septimò quæritur de forma, & tenore libelli. Ad quod respõdendum est, in hoc

17 esse considerandam actionis qualitatem. † Aut enim agitur actione uniuersali, ut puta uniuersali hæreditatis petitione, uel actione generali, ut negociorum gestorum, & tutelæ; & in his casibus sufficit causam & rem, quæ petitur, uniuersaliter & generaliter exprimere, uerbi gratia {Peto hæreditatem Sempronij} uel {Peto, ut reddas mihi rationem administrationis tutelæ, uel curæ} nec est necesse, cùm peto hæreditatem, dicere causam, an ex testamento, uel ab intestato ad me pertineat; sufficit enim quod hoc liquidetur ta causæ processu, ut l. si mater, in princ. ff. de excep. rei

18 iudi. & not. per glo. in l. 1. in princ. ff. de eden. † Aut agitur iudicio siue actione singulari, ut ex uendito, locato, uel commodato, & tunc causa remota debet in libello exprimi, ut l. an & eandem. §. actiones, & l. mater. ff. de exce. rei iudi. & l. edicto. §. sinautem. C. de edic. di. Adri. tol. Ac etiam res, quæ petitur, debet designari per loca, latera & confinia, si sit res immobilis, ut l. forma. ff. de censi. & no. per glo. in c. significantibus, extra de lib. obl. Si uerò sit res mobilis, tunc debet demonstrari per numerum, & colorem, ut l. si in rem. ff. de rei uindic. de quo no. per glo. in d. l. 1. in prin. de eden. & p Io. An. in c. conquerente, in gl. fi. extra de of. or.

19 † Verum quia superius dictum est, causam in libello ex-

K primẽdam, [k] quæritur quæ sit ista causa. cuius gratia sciẽdum est, quòd cuiuscunque actionis, tam realis, quam personalis duplex est causa, scilicet proxima & remota. Proxima autem causa in actione reali est dominium, ut l. in rem, in princ. ff. de rei uind. remota autem est contractus, ut l. 3. §. ex plurimis. ff. de acq. possess. In actione uerò personali proxima causa est obligatio, ut in l. licèt. §. ea obliga. ff. de procur. remota autem est contractus, ut l. consensu, & l. actionum genera. §. actionum quædam. ff. de acti. & obl. &

20 Inst. de obli. ex cons. §. 1. † Ad propositum ergo est dicendum, q si quidem agitur actione personali, sufficit exprimere causam proximam secundum quosdam, puta si dicatur in libello {Peto decẽ, ad quę es mihi obligatus.} Sed uerius est dicendum, non sufficere expressionem talis causæ, secundum Cyn. & alios Doct. quia per expressionem simplicis causæ proximæ reus non redditur certus, an cedat, vel contendat, quod fieri debet, ut l. 1. in prin. de eden vnde requiritur expressio causæ remotæ, ut dicatur sic. {Peto à te decem, ad quæ es mihi obligatus ex causa mutui, uel depositi} quam opi. sequitur Archid. in c. abbate sanè. extra

21 de sent. & re iudi. col. pe. uersi. fundauisse, lib. 6. † Si uerò agitur actione reali pro dominio, uel quasi, tunc secun-

l dum omnes sufficit exprimere [l] causam proximam, hoc modo. {Peto talem rem, q̃ mea est iure dominij, uel quasi} per hoc enim reus certus efficitur, an cedat, uel contendat,

22 † cum res non possit esse plurium insolidum, ut l. si ut certo §. si duobus uehiculum. ff. commo. & l. Pomponius. §. sed & is. ff. de proc. nec etiam unius tantum ex pluribus causis, sed ex vna sola. ut l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poss. &c.

23 † Quid autem iuris sit in aliis actionibus realibus, quæ cõpetunt ratione alterius iuris quàm dominij, dicam infra, &

24 tangitur per Bar. in d. l. & an eandem. §. actiones. † Octa-

m uo quæritur, an proximum nomen actionis [m] exprimi debeat in libello, ut sit necesse dicere {Ago contra te actione depositi, uel publiciana, uel seruiana, & simili.} Dic q aut causa, quæ exprimitur in libello, est apta producere vnam solam actionem, & tunc sufficit eam exprimere, & nomen actionis tacere, ut V. G. {Dico domine iudex, quòd Titio commodaui librum talem, quem peto condemnari ad restitutionem} non enim est necesse exprimere {Ago actione commodati} & idem in similibus. Aut causa proposita est apta producere plures actiones, ut patet in exemplo de colono, qui arbores succidit, ut l. duobus. §. colonus. ff. de iureiur. & ff. arbo. fur. cę. l. 1. & l. pen. Quo casu dãtur tres actiones, uidelicet ex locato, & lege acqui. & ex lege. 12. tab. ut ibi habetur, & tunc debet exprimi nomen actionis quam intentare intendit, ne sola expresso nudæ causæ reddat reum incertum super qualitate actionis propositæ, se-

25 cundum Cy. Iac. But. & alios doct. ubi supra. † Nonò quæ-

n ritur, an in omni causa [n] debeat offerri libellus. dic breuiter, quòd aut loquimur de causa principali, aut de causa appellationis, primo casu subdistingue; quia aut proceditur iure actionis, aut officio iudicis. Si iure actionis, aut causa sui natura est plenaria, aut summaria; si quidem plenaria, & tunc offertur libellus, vt in d. auth. offeratur, & in c. 1. extra de lib. obl. Aut causa est summaria vel ex forma iuris communis, vel municipalis, aut rescripti, qui casus ponuntur per gl. in l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. & in Authen. de exhib. re. §. sancimus igitur, & in d. l. nec quicquam §. de plano. ff. de offi. procons. & leg. & tunc non offertur libellus parti, sed qualis qualis petitio offertur iudici inscribenda apud acta, de qua petitione reus accipit copiam suis expensis, si vult, vt in cle sæpe, de verb. sig. super qua iudex formabit suam sententiam, ut in l. 2. C. de sent. ex breui. re. & in auth. nisi breuiores, ibi posita. Si verò agitur officio iudicis mercenario deseruiente actioni propositæ, & tunc in illo non offertur libellus, quia sufficit, quòd semel super actiõe sit oblatus, & sic intelligitur gl. in l. 1. ff. de inter. act. Aut agitur officio nobili, & tunc aut petitur aliquid dari

iui:

aut fieri à parte, aut à iudice tantùm. Si à patre, tunc est causa plenaria, & offertur libellus, ut l. quod si minor. §. restitutio ff. de min. & in §. fi. Aut causa est summaria, & qualis qualis petitio sufficit, vt dictum est, per l. 1. §. cum patronus. ff. de offic. præfe. vrb. & l. si quis à liberis. §. meminisse. ff. de libe. agnos. & l. si iudex. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Si autem petitur aliquid fieri a iudice simpliciter, ut puta decretum interponi super alienatione rei, super constitutione tutorum, uel curatorum, uel actorum, & simili. & tunc nõ offertur libellus, nec petitio in scriptis est necessaria, ut l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconf. & in l. omnia. ff. de reg. iur. Secundo casu principali cum loquimur de causa appellationis, dic in illis casibus, in quibus est in causa principali necessarius libellus, in illis est necessarius
o in causa appellationis, ° alias non. quia causa appellationis assumit sibi naturam causæ principalis, ut illis modis reguletur, ut in Auth. ut cum de app. cogn. in princ. colla. 8 de quo tangit Spec. in tit. de app. in §. dicendum restat, & Inu. in c. cum contingit, de offi. deleg. & Bart. in l. 1. in fi. ff. de appel. His igitur omnibus præmissis sic conclusis, accedamus ad tex. libelli præsentis, qui se habet in hunc modum.

ADDITIONES.

a Sententia. Adde Ant. Corset. in not. suis, in ver. libellus, et 1. Iac. Gen. in tracta. de ordi. iud. §. in nomine, num. 51. & Hiero. de Monte in tract. fin. regun. c. 42. incipien. cum autem superius. Zilettus.

Sententia. ADDE ad concl. quòd sñia debet esse conformis libello: quòd fallit ea concl. in principe qui sententiam non conformem concl. libell. ferre potest, teste Iac. in l. 1. nu. 21. ff. de eden. Item fallit in spiritualibus. Item in criminalibus ut not. Doc. in l. uinum ff. si cert. pet. vbi Dec. col. pen. ponit ampl. & limit. ad reg. l. vt fundus. de qua etiam plura. no. Sob. de ord. iud. c. 13. nu. 61. & aliis seq. Seb. Vant. de nullit. c. 6. nu. 108. & seq. Euer. lib. argu. loco à lib ad sententiam Blanc. prac. crim. c. 6. nu. 92. c. 2. num. 82. Mising. Cent. 4. obser. 81. qui tamen loquitur in criminal. in quib. non procedit d. reg. vt latè per eum ibi, & not. Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs qui not. infam. Bal. in l. etsi seuerior. C. eo. tit. Alex. in l. 1. ff. de eden. Boer. q. 42. nu. 23. 24. par. 1. vbi plura notab. in prac. Masuer.

b Modis. Adde Spe. in tit. de lib. cõce. in prin. & Host. de lib. obl. & Spe. eo. ti. vbi dicit, quòd libelli fiendæ sunt tres copiæ, de quibus ibi vide.

c Fori. Adde quod libel. possit formari secundum stilum curiæ. Ang. consil. 114.

d Sed parti. Adde quòd primo iudici, ut dicit Spec. in tit. de lib. concep. §. restat uidere.

Ad dicta hic per Auctorem, adde quæ scribit D. Hiero. de Monte in tract. fi. reg. c. 42. incip. cum autem superius, nu. 4. Zilettus.

e Figura. Adde videndum per Spec. multos casus in quibus requiritur libellus in tit. de lit. cont. §. nunc videndum, & in §. restat uidere, & ibi an coram arbitratore offeratur.

f Quid, vide not. Bal. in l. non ignorat. C. de fru. & lit. expen. quod potest peti expensa instrumenti debiti habiti à tabellione quando eum prius interpellauit, &c.

g Expensis Adde Tiraquel. de retract. consang. in §. 1. glo. 10. nu. 107. & in gl. 17. nu. 7. qui dat plures remissiones, Zilet.

Expensis. ADDE, ꝙ libelli copia datur reo sumptibus actoris per gl. in clem. causam. uer. porrecto de elec. Boer. q. 303. nu. 7. not. Guid. pap. q. 116. qua in re, distingue, vt per Auf. ad capel. tolos. q. 91. quid in copia procuratorij? & dic quòd sumptibus domini danda est, secundũ Var. in l. prætor. §. defendi. ff. ex quibus cauf. in possess. in l. j. in fi. C. de procur. Boer. d. q. 303. nu. 2. Ias. conf. 129. col. pen. lib. 2. Rol. conf. 46. nu. 2. lib. 11. & ideo si actor in libello fecerit mentionem de instrumento, priuilegio, uel scriptura, super quibus se fundet: compellitur ante omnia exhibere, ut detur copia reo deliberaturo: an cedere debeat uel contendere teste Abb. et aliis in c. 1. de prob. Spec. tit. de instr. edit. §. nunc dicamus. uer. quid si quis in libello, nu. 2. Bald. in l. fin. C. de preci. imp. off. reprobata distinctione, an reus possit esse instructus per se, an enuntiatiuè, ut per eundem. Abb. d. c. 1. & sic eo casu fit assignatio ad exhiben. & facta exhibitione: datur copia sumptibus actoris, maximè quando scriptura producta principaliter tangit fundamentum petitionis, quòd si non fiat mentio iurium in libello: sed actor ad cautelam non producta in principio litis; verum post litis contestationem, dic, quòd si sunt iura concernentia legitimationem personæ: datur copia sumptibus actoris: si verò concernunt merita negotij principalis: detur sumptibus rei, quã prac. seruant nostri Taurini: causidici in sacro Ducali Senatu huius subalpinæ patriæ, de qua vide quæ sc. ibi Lanfr. Balb. concl. 189. 297. Masuer.

h Dare. Adde Abb. Panor. in clem. sæpe, de uerb. sign. col. 2. & post eum Georg. Natam ibi col. 85. & eundem Panor. in cap. peruenit, ad fi. de deci. Philip. Dec. in l. filiæ licet. C. de coll. et alios quos refert And. Tiraq. in trac. de retract. con sangui. in §. 1. glo. 17. nu. 2. Zilettus.

i Citari. no. quòd ubi ex forma statuti debet citari per diem ante, ut in castro nouo, non ualeret petitio si citaretur ea die, facit l. de vno quoque. ff. de re iud. c. inter quatuor, extra de maio. & obe. l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. Contra uidetur facere not. per Bar. in l. leuia ff. de ac. & ibi An. quia forma statuti non est seruanda in leuibus, sed Bal. primum dictum tenet, & notaui in c. 1. de mil. va. qui cont. est; quòd forma statuti ad vnguem sit obseruanda, tenet Bal. in repertorio super Inn. ue. contumax, adde ꝙ melius scribitur per Ange. cons. 216. ubi concludit, quòd citatio est nulla, cum non seruatur forma tradita a statuto.

k Exprimendam. Adde an quis teneatur causam exprimere, vide Alex. cons. 121. 1. lib.

l Exprime. e. Adde Inno. in c. conquerentes, in pe. col. uer. nota, quòd quando quis, de offic. ordi. Bar. & Ang. in l. fin. in 2. col. C. de an. exc. Zilett.

m Nomen actionis. Adde, an actio in libello exprimẽda sit, Oldr. cons. 314.

n Omni causa. Adde Spec. in tit. de lib. conce. §. nunc uidendum, per totum.

o In causa appellationis: Adde Rom. singu. suis, fol. 22. sup. alleg. in apostil. an libellus possit remitti.

In causa appellationis, ADDE quæ habetur in pri. for. lib. appell. uers. coram. In prin. per Rom. consil. 381. post. num. 2. Rob. de ord. iud. ca. 54. num. 245. facitque quæ dicuntur de litis contest. an requiratur in causa appell. de qua per Mathes. sing. 66. ubi Doc. in apostil. pro resolutione autem, Dic, quòd in causa appellationis à diffinitiua; quando proceditur inter præsentes: requiritur litis contestatio quæ, si omittatur: processus est nullus l. 1. C. ne lic. in una eademque cum te. tio prouoc. Sed quando proceditur una præsente & altera absente per contumaciam, non requiritur litis contestatio, l. fi. §. illud. C. de temp. appell. distingue tamen ut latius per Mathes. d. sing. 66. Rip. in l. naturaliter. §. nihil. commune nume. 189. ff. de acq. possess. prædictis accedit quòd dicitur ualere quod in causa appel. procedatur absque libello & litis contestatione: etiam utraque parte præsente: secundum Bal. d. l. fi. in princ. C. de temp. appell. Rom. sing. 400. Quam concl. declara, ut per Dec. in c. per tuas. de appell. Masuer.

SUMMARIUM.

1 *Libelli quot partes sint.*

1 CORAM nobis D. Potestate. † Libellus iste continet duas partes principales. In quarum prima præmittitur facti narratio. In secunda subijcitur narrationis

nis conclusio. Secunda ibi § Quare petit &c. § Prima pars continet quinque, prout continere debet quilibet solemnis libellus, uidelicet Nomen iudicis proprium, uel appellatiuum, coram quo libellus offertur. Secundo, Nomen actoris. Tertiò, Nomen rei, contra quem libellus producitur. Quartò causam, qua agitur. Quintò rem uel quantitatem, quæ postulatur; de quibus notatur per glo. in ca. si contra unum, extra de offi. deleg. li. 6. & l. 1. in prin. ff. de eden. & l. edita. C. de eden. in d. auth. offeratur.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius appellatur quasi gerens vices potestatis.*

2 *Potestas solus vel vicarius solus si uelit in aliqua causa procedere, & sententiam ferre, an possit sine altero.*

Delegati ad vniuersitatem causarum aequiparantur ordinarijs.

3 *Ex pluribus iudicibus ordinarijs uel ad vniuersitatem causarum delegatis, qui coeperunt de aliqua causa cognoscere, si vnus eodem tempore sententia diffinitiua iurauerit sibi de causa non liquere, an cæteri possint ferre sententiam.*

4 *Iudices plures si simul de aliqua causa cognouerint, & diuersas tulerint sententias diffinitiuas, an omnes uel nulla earum, uel quæ tenebit.*

5 *Delegatis tribus si duo tantùm tertio nolente ferant sententiam diffinitiuam in concordia, an talis sententia ualeat.*

1 NEC non D. Vicario. † Vicarius [a] appellatur uices gerens ipsius potestatis, ut l. 1. C. de offi. eius qui uices alterius gerit, & in c. 1. & 2. extra de offi. iu. & consetu. idem esse tribunal, & auditorium utriusque, adeo quòd b à sententia lata ab uno non appellatur ad alium, [b] ut in c. 1. de constit. lib. 6. & not. per glo. in c. si contra unum, in fin. extra de offic. deleg. lib. 6. Suntque ambo iudices ordinarij, 2 ut in dictis iuribus. † Pro cuius declaratione quæro, si Potestas solus, uel Vicarius solus uelit in causa ista procedere & sententiam ferre, an possit sine altero. Ad solutionem huius quæstionis sic est latius considerandum, & distinguendum. Aut illi iudices, coram quibus simul est libellus oblatus, sunt omnes iudices ordinarij. Aut sunt omnes iudices delegati. Si sunt omnes iudices ordinarij, ut hic dicitur: tunc aut omnes cœperunt de causa cognoscere simul, aut unus solus. Siquidem omnes, poterit tunc ex eis unus solus in ipsa causa procedere, & sententias interlocutorias c ferre. Diffinitiue autem pronunciare non poterit [c] solus, ut in l. Pomponius, alias incipit, si uni. ff. de re iudic. & ibi not. per glo. & Bart. Si uerò unus solus cœperit cognoscere, tunc omnia facere poterit, & sententiam diffinitiuam solus proferre; quia iurisdictio est insolidum in omnibus; ut l. unica ff. de offic. consul. & occupantis melior est conditio, ut in c. cum plures, extra de offi. deleg. notatur in d. l. Pomponius. Secundo casu principali, quando omnes sunt delegati, subdistingue; quia aut sunt ad uniuersitatem causarum, aut ad certas speciales causas. Siquidem sunt delegati ad uniuersitatem causarum, tùc dic per omnia ìn eis, sicut dictum est supra, in pluribus ordinarijs; quia tales delegati æquiparantur ordinarijs, ut ff. de offi. eius cui mandat. est iurisdict. l. 1. in princip. & ibi no. per glo. & l. a diuo pio. in princip. ff. de re iudi. & per Bart. in d. l. Pomponius, & glo. & Doct. in c. prudentiam, de offi. deleg. Vbi autem sunt delegati ad certas speciales causas, tunc est subdistinguendū; quia aut sunt delegati omnes purè, simpliciter, & sine clau-d sula; & tunc unus non potest sine alio procedere, [d] nec sententiam diffinitiuam proferre sine alio, ut in d. cap. prudentiam, & in l. duo ex tribus. ff. de re iudi. & quod notatur in d. l. Pomponius. alias, si uni. eod. tit. Aut sunt delegati cum e clausula conditionali, uidelicet § Quòd si omnes [e] interesse nequiuerint, tunc unus, aut duo procedant &c. § & tùc aut constat de impedimento tertij, & tunc alter, aut alij potuerunt in causa procedere; aut non constat de eius, uel ipsorū impedimento, & tunc aliter sine aliis, vel alio non poterit in causa procedere; & habentur hæc in d. cap. prudentiam. Aut sunt delegati cum clausula alternatiua, videlicet § Quòd vnus, aut duo possint in causa procedere § & tunc occupantis melior est conditio; quia alternatiua contulit iurisdictionem, & eius exercitium cuilibet insolidum, vt in d. ca. cum plures, extra de offic. deleg. li. 6. & tangit Bar. in d. l. 3 Pomponius. alias, si vni. † Sed circa præmissa occurrit dubitatio, si sunt plures iudices ordinarii, vel delegati ad vniuersitatem causarum, qui simul cœperint de quadam singulij cā cognoscere, deinde tempore sententiæ unus dicit sibi de causa non liquere, & hoc iurat, an cæteri poterunt ferre diffinitiuam sententiam? Distingue, aut isti iudices sunt numero tres, uel plures, aut duo tātum. Primo casu tenebit sententia aliorum. Secundo casu non, ut l. Pomponius. alias, si uni. ff. de re iudi. Et sit ratio, quia lex non tantum confidit de sententia unius solius, sicut de sententia plurium, ut in d. ca. prudentiam, pro quo facit d. l. Pomponius, alias, si uni, ibi 4 § Plurium sententia &c. § † Denuo quæro, quid si plures iudices simul cognouerunt de certa causa, & inter se diuer-f sas [f] sententias diffinitiuas protulerunt, an omnes sententiæ, aut nulla, uel aliqua tenebit? Distingue, aut isti iudices erant omnes ordinarii, uel delegati ad uniuersitatem causarum, qui ordinariis æquiparantur, & tunc si quidem sententia lata sit super statu personæ, ualebit illa quæ lata est pro libertate. Si uerò sit lata super re alia, tunc ualebit illa quæ lata est pro reo, ut l. inter pares. ff. de re iudic. Aut omnes erant delegati in certa causa speciali, & tunc ualebit sententia illius, quam ordinarius confirmauerit, ut l. duo iudicem. 5 ff. de re iudi. & in ca. fin. extra de re iudi. † Item quæro, pone causa delegata est tribus iudicibus, duo tantum sententiam diffinitiuam in concordia protulerunt, alter uero nil pro-g nunciauit, an ualebit sententia duorum? [g] Distingue sic. Aut talis sententia lata fuit tertio præsente, & ualet: aut eo absente, & tunc aut causa fuerat commissa cum clausula, quòd duo ex eis possent tertio absente procedere, & tūc si lata fuit ipso monito & citato ualet, alias non, ut in d. c. prudentiam de offic. delega. aut causa fuerat commissa simpliciter sine clausula, & tunc non ualet, ut in d. l. duo ex trib. de re iud. & de his alias dicam.

ADDITIONES.

a Vicarius. Adde quot sint genera Vicariorum, & de eorum potestate per Feder. de Sen. consi. antepen. Adde Io. de Lign. in cle. 1. & ibi Car. in 3. q. de offic. uica. Io. de Imol. in cle. 2. col. 2. de præb. Pet. de Anch. & Dom. de Sancto Gemi. in ca. super eo, de præb. lib. 6. Abb. in c. postulasti. in 1. no. & ibi Fel. in prin. & Mod. de rescrip. eundem Abba. in repe. c. extirpandæ. §. quia uerò. colum. 3. uersi. nor. quòd in talibus ecclesijs de præben. & in cap. G. perpetuus, in 1. not. de fide instr. Alex. de Imo. in rub. ff. de offi. eius col. 5. uer. sed in hoc puto pro ueritate. & ibi Clau. Aquens. colum. 2. uersicu. 1. circa uicariam. Lud. Roma. consi. 59. Car. consil. 33. incip. in hac dubia causa. Maran. in tract. de ordi. iud. in 1. par. 3. dist. col. 2. uersic. uenio ad primam. Zilet.

Vicarius. ADDE ꝙ Vicarius prætoris vel alterius officialis potest omnia, quę potest ipse officialis, pręter mortis illationem: seu pœnam sanguinis. Nam talis pœna non intelligitur ipsi Vicario demādata, ut per Lanfr. Balb. cōcl. 50. & hoc licet uices suas committendo simpliciter uideatur in totum commisisse, per c. uenerabilem. ubi gl. & Abb. extra de off. deleg. Lanfr. conclus. 512. qua in materia Vicarij plura not. Iacobin. in inuest. uer. Vicarius, Rob. de ord. iudic. c. 8. 5. dist. nu. 6. Bal. in l. aliquando. ff. offi. procons. Abb. in c. si quis contra clericum. num. 30. in reper. nu. 35. de foro compet. Quid in Vicario Episcopi an possit esse laicus? & Dic, quod non, per Abb. qui dicit communem in c. decernimus, nu. 12. de iudi. qui Vicarius primus non censetur reuocatus per creationem 2. teste Boer. q. 347. numer. 7. Quid in appellatione, & an à Vicario qui gerit uices ordinarij in eodem loco & tribunali, quo consueuit ipse ordinarius: appelletur ad ordinarium? & Dic, quod non, secundum Rol. consi.

consi. 75. colu pen. lib. 3. ubi num. 17. dicit non ualere consuetudinem quòd a Vicario Episcopi appelletur ad Episcopum & inconsue. d. consi. agitur de appel. à prętore generali qui uices ordinarij gerit, & sedet in tribunali uasalli de quo per Iacob. d. ver. Vicarius. colu. 2. Brun. consi. 102. col. 1. & seq. Quid de Vicario generali, & Vicario foraneo? & Dic, ut per Rol. d. consi. 75. num. 19. Imbertum in Enchirid. iuris Gallię uer. Vicarij, & an Vicarij, Iudicum ordinariorũ possint aliqua expedire in absentia Iudicis ordinarij? Dic, ut per Bald. d. l. aliquando 6. oppos. ff. de off. procons. Catel. ver. Iudices ordinarij Lanfr. d. conclus. 30. Masuer.

b Non appellatur ad alium, Adde de hoc uidẽdum per Cal. consi. 2. de app.

c Non poterit. Adde Rom. consi. 92. per dominos de Rot. decis. 851. in nouis. de arbi.

Non poterit, ADDE quòd quando sunt plures iudices ordinarij: potest unus sine alio ab initio cognoscere, & sententiare, l. Pomponius. ubi Bar. ff. de re iud. ratio est quia quilibet habet officiũ insolidũ, l. Imperator. ff. ad municip. secus in delegatis, quia si unus sine alio procedit: processus est nullus, l. duo ex tribus. ff. de re iud. adeò quòd etiam si proferenda sit interloquutoria, non potest unus sine alio eam proferre, fallit tamen, quando in commissione adesset clausula, quod si non omnes. & aut alia similis de qua uide quæ scribit Rob. de ord. iud. c. 8. nu. 31. ubi distinguit, & not. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. qui. mo. Citatio impunè. nume. 4. ubi duas ponit concl. Quarum prima est quòd unus solus ex pluribus ordinarijs potest per se citare & cognoscere, secunda quòd unus ex pluribus delegatis per se procedere non potest, nec sententiare, intellige, ut per eos ibi, ubi declarant dicta Doc. in l. si uni, quæ in aliquibus libris incipit Pomponius. ff. de re iud. ad quæ facere, uidetur, quòd si fit delegatio pluribus iudicibus de eadem re, & in delegatione non sit adiecta clausula, quòd si non omnes, quisquis eorum præueniat in cognoscendo erit prior alijs suis collegis, ita not. prac. Bal. tit. de iurisdic. q. 8. ubi tamen distinguit, & plura scribit de clausula si non omnes, & de clausula insolidum, & ibi quòd facta electione, uel commissione de pluribus ad aliquod officium uel iurisdictionem exercẽdũ: uno eorum absente, uel recusante: interim totius commissionis iurisdictio ad collegam pertinet, qui officiũ acceptauit, l. Imperatores. §. si magistratus. ff. de appell. de pluribus autem delegatis cum clausula, quòd si non omnes, uide Ias. in l. tunc autem. numero 4. ff. de re iud. MASVER.

d Procedere. Adde quod domini de Rot. decisio. 110. in nouis. de offi. d. deleg. dicunt quòd citatus ab uno ex tribus collegis datis insolidum, nõ tenetur comparere coram eo qui non citauit, nec tenet processus.

e Quod si omnes. Adde dominos de Rot. de offi. deleg. in nouis. decis. 166. & 214.

f Diuersas. Adde Pau. de Castr. consi. 23 in 1. impressis.

g Sententia duorum. Adde Io. de Ana. consi. 50

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid differat à quali quali petitione.*

1 a QVALIS & qualis petitionis. † Quæritur hic quid differat libellus à quali quali petitione? Respondeo quòd libellus b est solemnis scriptura, ut supradictũ est in eius diffinitione. Sed qualis qualis petitio est breuis facti narratio minus solemniter apud acta descripta, quæ solùm in causis modicis uel summarijs admittitur, ut in authen. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. rec. & in clemen. sæpe. de uerbor. signifi. & in constitu. Feder. quæ incip. ad repri. Licèt ergo de consuetudine talia uerba inserantur, tamen modicum operantur in causis magnis. & in quibus uertitur plena causæ cognitio, nisi forte in negotijs, in quibus per partem renunciatum est petitioni libelli, ut fit quotidie in instrumentis obligationum, ut supra, dixi

ADDITIO.

a Qualis. not. differentiam inter libellum & qualem qualem petitionem, & aduerte quòd uerba generalia trahi debent ad iuris intellectum, ut disponant de iure; unde si in libello fiat narratio, licèt postea non concludat, tamen ex eo sequi debet iuridica dispositio; unde sufficit dicere § uendidi talem rem tali pro tanto pretio, ideo peto condemnari ad pretium § nec oportet dicere § Act. ex empto &c. § de quibus uide aurea dicta Bal. & Doc. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posth. &c. Adde unum ue. bum aureum, quod sicut libellus ineptus in plenarijs uitiat processum, eodem modo in summarijs qualis qualis petitio inepta; dictum est Petr. de Anch. consi. 33. incip. in Christi nomine per statutum, & ibi uide rationes, uide de hoc per Alex. in l. uinum. col. fi. in fi. ff. si cer. pet. & per do. Maria. Soz. in c. 1. de libel. obl. Curtius.

Qualis, ADDE, quòd si in causis ordinarijs requirentib. libellum: libellans dicat, in forma non solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, debet succumbere, nisi adijciat illa uerba nisi si & quatenus à iure requiratur, teste Ias. in l. elegante. §. si quis post transactionem. post. nu. 5. ff. de cond. indeb. de quo uide quæ scribit Aym. consi. 151. idem Ias. in l. non solum. §. morte. nu. 46. ff. de op. no. nun. quam concl. declara, ut per eundem. in l. ait prætor. col. 3. in fi. ff. de iu iur. & quid operetur ea clausula? Dic ut per Rob. de ord. iud. c. 13. num. 15. ubi inter alia, dicit, quòd adiecta ea clausula in libello: non datur illius copia sumptibus actoris, quod tamen nunquam uidi obseruatum; pro cuius quidem clausulæ mate. ia adde facere quæ ponit Alex. consil. 138. col. 1. lib. 7. Tremol. ad prac. Bonacurs. tit. qui. mo. suo no. ciuil. nu. 31. Rol. consi. 71. nu. 3. lib. 1. Ias. d. l. ait prætor. nu. 19. de iureiur. Masuer.

b Libellus. no. tamen unum, quòd contenta in libello quis uidetur fateri. l. cum precum, & ibi glo. C. de libe. causa quæ dicit idem in libello supplicatorio. Libellus, Adde quòd hanc concl. declarat Gab. iel. com. opi. lib. 1. tit. de confess. concl. 4.

SVMMARIVM.

1 *Legitimè comparent nomine alieno quis sit.*
2 *Sententia an mandetur executioni contra procuratorem.*

1 LEGITIME comparentem. † Sed quis dicitur legitime comparere alieno nomine? Respondeo qui libet procurator habens generale vel speciale mandatum, ut in l. 1. C. de procur. & l. 1. & l. non solum. & l. sed hæ. in fin. cum l. sequen. ff. de procur. & c. qui generaliter. extra de procur. lib. 6. Item simplex defensor sine mandato cum satisdatione tamen de iudicato soluendo, ut l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. & l. quæ proprio. §. 1. eod. titu. & Insti.
2 de satisdation. §. si autem. † Sed an contra procuratorem, uel defensorem mittetur sententia executioni? dic ut infra, dicam in titu. de forma execu. sententiæ. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio habet duo substantialia extrema, dominium vel quasi ex parte agentis, possessionem uel detentionem ex parte rei conuenti.*
2 *Processus contra reum conuentum tenet quamuis neque teneat, neque possideat, si tamen tempore libelli oblati asserat se tenere uel possidere.*
3 *Reus conuentus si desijt possidere lite pendente, an debeat absolui.*
4 *Simpliciter detinens ut depositarius &c. potest euitare iudicium nominando dominum, qui tamen litem suscipiat.*
5 *Desinente reo possidere uel lata sententia, uel lite pendente, an executio fieri possit sine nouo processu contra reum successorem.*

Tenet

a TENET a & possidet. ‡ Hoc enim est necesse
1 ut aduersarius teneat uel possideat, nam rei uindicationis duo sunt substantialia extrema, scilicet dominum uel quasi ex parte agentis, ut l. in rē actio,
b in prin. ff. de rei uind. possessio b uel detentatio ex parte rei conuenti, ut l. officium, & l. is qui destinauit. ff. de rei uind. & in l. 1. C. de alien. iudi. mu. cau. facta. & ibi plenè per Doctor.
2 † Quid si iste conuentus tempore libelli oblati non tenebat nec possidebat, sed tamen asseruit se tenere uel possidere, an tenebit processus contra eum factus? uidetur quod non, quasi deficiat unum ex extremis substantialibus arg. l. 3. §. hoc autem a superiore. ff. de itine. actuque priua. In contrarium est ueritas, unde dic quod tenet processus in odiū mendacis & dolosi, & proinde condemnabitur ac si uere teneret uel possideret, ut l. si is qui se obtulit. ff. de rei uindic. cum distinctione de qua ibi. & in l. sin autem. ff. eod. titu. facit l. 3. in princ. ff. de re iudic.
3 † Sed circa hoc quaeritur, quid si reus conuentus desijt possidere lite pendente, an debebit
c absolui? Respondetur, Aut desijt c possidere dolo uel culpa lata, & tunc condemnabitur, ac si possideret, ut l. si is qui dolo & l. si culpa. ff. de rei uindic. Aut culpa leuissima uel casu, & tunc debet absolui, ut d. l. sin autem. §. 1. ff. de rei uind. l. tigni. §. si quis. ff. ad exhib. Et hoc si sit bonaefidei possessor, & iustam causam habuerit litigandi, aliter enim tenetur ad aestimationem, & haec probantur in l. Item si uerberatum, in fi. cum l. seque. ff. de rei uindi. & ibi plene notatur per gl. & facit l. illud. cum simil. ff. de petitio. haered.
4 † Item quaero, si agitur contra simpliciter detinentem, puta colonum, depositarium, uel commodatarium, quod fieri pōt, ut d. l. officium. ff. de rei uendic. an poterunt tales personae euitare iudicium? dic quod sic nominando dominum rei in iudicio, quo nominato & eo incipiente litem in se, tunc actor litē prosequatur contra ipsum dominum nominatum; ut haec & alia probantur in l. 2. C. ubi in rem actio. & ibi per Cyn. & Doct.
5 † Postea quaeritur si lata sit sententia contra reum detinentem uel possidentem, uel si adhuc lis pendeat, & desinat eius dolo possidere, an poterit fieri executio sententiae sine alio nouo processu in ipsum reum successorem? Dic ꝙ aut iam lata erat sententia, aut lis pendebat. Primo casu poterit fieri executio contra hunc successorem & absque alio processu, ut l. si superatus §. fin. ff. de pign. & l. si mater, in §. fi. & l. iudicatae rei, in fi. & l. si à te, in fi. ff. de excep. rei iudic. Secundo casu subdistingue, aut per talem litem res facta erat inalienabilis, ut quia agebatur causa de rei dominio, & hoc casu ius exequendi transit contra ipsum successorem. ut C. de litigiosis. l. 2. & l. fin. 2. respon. Aut res non erat effecta litigiosa, quia agebatur de iure pignoris, & tunc non transit ius exequendi sententiam postea latam in successorem, sed opus est nouo processu, ut in Authenti. de litigio. §. ad hoc, quae est in auth. posita super d. l. 2. de quo uide Cy. in l. 1. C. de alie. iudi. mu. cau. facta. & Bar. in l. creditores. C. de pignoribus.

ADDITIONES.

a Adde Bald. in l. 1. column. pen. C. de confes. qui tenet. not. quòd aliud est tenere, aliud possidere; quia tenere importat possessionem facti, possidere ciuilem & iuris possessionem, uerbum habere potest referri ad utrunque. l. stipulatio ista. §. haec quoque. & ibi Bart. & do. ff. de uerb. oblig. qui dicunt quòd eo ipso quòd quis tenet praesumit de iure possidere. Idem Inn. in cap. cum olim, de priui. cre. quod not. & dicit ibi Bar. quòd non ualet dictum testis qui deponit super possessione ciuili, quia non cadit in eius auribus &c. Sed quaero an ex possessione praesumatur dominium; Distingue, aut agitur principaliter de dominio, aut incidenter, primo casu non, secundo sic, ita Bart. in l. pen. ff. de cond. inst. quem refert do. Raph. Fulgo. in l. si à furioso. ff. si cer. pet. uide glos. in l. sicuti. §. si quaeratur. ff. si serui. uind. idem An. in l. si Titio ff. de pig. qui allegat Bartol. in l. apud Trebatium. ff. de aqua plu. arcen. idem Ang. in l. iur. ff. de pig. uide etiam Bald. in l. plures. §. si seruus. ff. ad legem Aquil. qui uult, quòd ubi dominium deducitur incidenter, uel accessorie, sufficit probare possessionem cum tit. alle. l. Titia. de solu. & d. §. si quaeratur. & ubi statuto cauetur, quod missus in possessionem lucretur fructus, per talem missionem possessio transfertur, Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, &c. Adde an possidens ciuiliter teneatur libellum offerre naturaliter possidenti? Fulgo. cons. 33 o. Franc. de Aret. cons. 22. Et qualiter debeat deponere testis de possessione, dicetur loco suo, & an ex possessione praesumatur dominium. uide Fran. de Aret. consi. 154. Alex. consi. 88. 3. lib. & consil. 104. lib.

b Possessio vel detentatio ex parte Rei conuen. Adde, Quid si feratur sententia absolutoria in fauorem rei: quia non possidet? & Dic, quòd ferri etiam poterit vnico contextu declaratoria dominij actoris, & talis sententia eius est effectus: quòd poterit mandari executioni contra reum, si in eius persona superueniat possessio rei controuersae secundum Rol. qui dicit magis communem consi, 56. num. 6. nu. 8. lib. 2. cui adde Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 139. & seq. ff. de acq. posses. ubi, quod si Rei uindicatio intentatur contra aliquem, qui tempore ferendae sententiae non possidet, Actor pronuntiabitur dominus, & absoluetur reus, & uirtute talis declarationis, aufertur à reo, si inueniatur possidere, ita Ias. ibi, qui dicit communem, pro qua vide etiam no. per Lafr. Balb. conclus. 73. Mathes. sing. 138.

MASVER.

c Desijt, Adde quod uoluit Oldr. consi. 220. vbi vide quis probare debet quòd dolo desierit possidere.

d Dominum. not. quod habens ius in re potest nominare dominum in iudicio, Bar. & Bald. in l. 2. C. vbi in rem ac. Spec. in tit. de 1. decre. §. restituat, versi. sed nunquid. & ibi Ioan. An. in c. quoniam. §. in alijs, vt lit. non contest. & qualiter debet fieri nunciatio domino absenti & an ipso veniente sit opus nouo libello, & an sententia lata contra ipsum non defendentem, licet alius defenderit, noceat, & sufficiat si aliter sibi nunciatum fuerit, uide ubi supra, & Bart. & ff. de rei vind. l. officium, & ff. de acquir. poss. l. peregre. §. quibus. An executio possit fieri contra successorem sine nouo processu, quando pedente lite est alienata, uide etiam infra in forma execu. sententiae in uersi. sed quid dices si se opponēs &c. Adde, an simpliciter detinens teneatur dominum nominare, dic quòd si non nominat, domino praeiudicat, nisi aliter sit dominus certificatus, & quòd hoc solum habet locum in reali. in personali autem nominatio locum non habet, ut concludit Rot. decis. 76. incip. ubi colonus. de causa possess. & proprie. uide Spec. de actio. seu petitio. §. 3. circa princ.

Dominum, ADDE ꝙ nominato dño datur nouus libellus, absoluitur nominans ab obseruatione Iudicij, remittitur causa Iudici nominati, teste Nat. consi. 314. de qua uide etiam quae scribit Dec. consi. 62. nu. 3. Rob. de ord. Iud. c. 33. nu. 9. & dic, quod conuentus actione Reali uel mista: per nominationem domini non euitat Iudicium. Quibus autem casibus & quando permissum sit nominatio dñi, uel non? Vide Mising. Cent. 2. obser. 58. Affil. Decis. 217. & De nominatione authoris, eundem Cent. 3. obser. 24. & quando locum habeat nominatio domini in Iudicio? & plura ad declarationem materiae: uide quae ponit Fich. Inter cōmu. opin. lib. 12. uers. nominatio Rob. d. c. 33. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Res immobilis quae petitur debet designari per loca generalia, & specialia & per latera, & confinia, & per qualitatem suam mobilis per quantitatem, qualitatem pondus, & numerum.*
2 *Agens an debeat exprimere in libello, an petat rem in totum uel pro parte.*

3 *Confines & cohærentia qualiter probentur.*
4 *Libellus non vitiatur si erratur in demonstratione finium.*
5 *Error in demonstrandis confinibus tam in contractibus quàm vltimis voluntatibus non nocet.*
6 *Actor tenetur demostrare rem quam petit, si reus dubitat an teneat vel possideat.*
7 *Celebrato contractu de pertica terræ, an attendatur mensura loci contractus, vel loci vbi situata est terra.*

1 CVI Cohæret ab una parte. † No. quòd res
quæ petitur. si est immobilis, debet designa-
2 ri per loca generalia, a & specialia, & per
b latera, & confinia b saltem duo, c vt l.
c forma. ff. de censib. & l. si rem, in fin. ff. de rei
vind. & not. glo. in c. 2. extra de libelli obla. Sed non puto quòd
mensura vel numerus perticarum sit de necessitate expri-
mendus, vbi constat de confinibus, arg. l. patronus. §. 1. & 2.
d ff. de leg. 3. Debet etiam designari qualitas d rei an sit pra
tum, uinea, an terra culta, ut in d. l. si rem, in fi. ff. de rei uind.
& l. si quis intra prouinciam. C. de bon. proscrip. vbi autem
res mobilis petitur, tunc debet exprimi eius quantitas, &
qualitas, pondus & numerus, & color secundum naturam
rei, ut d. l. si rem, in princ. & §. 1. & optime facit l. 1. §. si quis
argentum, & §. stipulationes. ff. depo. & l. in actione, in prin.
2 ff. de furt. † Sed an agens debeat exprimere in libello an
petat rem in totum uel pro parte, & determinat etiam hoc
Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. nou. nuncia. quòd
aut quis vult petere partem rei tantum, & tunc debet hoc
exprimere. & sic intelligatur glo. in l. Pomponius. §. si is. ff.
de procur. Aut uult petere totam ipsam rem, & tunc suffi-
cit simpliciter rem petere. & ita procedit glo. in l. si rem.
3 ff. de rei uind. † Sed qualiter probabuntur confines e uel
e cohærentiæ? dic per testes, uel per instrumenta. ut not. per
glo. & Doct. in l. cum aliquis. C. de iu. delib. l. optimam. C.
de contrahen. & commit. stipu. & in l. prædijs. §. Titio. ff. de
leg. 3. & etiam alijs modis, ut pulchrè notatur per gl. & per
Doc. in c. cum olim; ex de censib. & c. cum causa, extra. de
probat. uerumtamen secundum Bald. in quodam consi. suo
sciendum est, quòd interdum loca territoriorum, seu confi-
nium sunt euidenter & notorie discreta, quod quidem con
tingit uarijs modis, aliquando scilicet per uias regales, &
quandoque per montes uel flumina; quandoque per lapi-
des, uel signa alia multum apparentia, quibus modis confi-
nia communiter distingui consueuerunt. ut notant Gof. &
Ioann. Andr. in dict. capit. cum causam. de probat. Inter-
dum probantur fines iurisdictionis per expressas uel taci-
tas assertiones partium, ut habetur & notatur per gloss.
in d. l. optimam. & l. cum aliquis. Aliquando uerò proban-
tur per uulgi opinionem, & iudicium circumcolentium,
qui præ cæteris in hac re idoneiores sunt testes. ut l. 1. §. 1.
ff. de flumini. Aliquando uerò probantur per sententiam iu
dicum uel arbitrorum. ut ff. de arbi. l. inter castellianum. &
Instit. de offi. iud. §. fina. Aliquando uero per perceptionem
redituum. ut C. fin. regundo. l. si quis super. Quandoque
probantur per appositionem custodum. ff. de fund. instruc. l.
si ita. §. mulier villæ custos. Item per exercitium iurisditio
nis, ut no. Inn. in c. cum ad sedem, de restit. spol. & facit c. su-
4 per quibusdam. de uerb. sign. † Sed quid dices, si erretur
in demostratione finium, an uitiabitur libellus? dic quòd
non, si tamen aliter constat de corpore, uel per rei euiden-
tiam, uel alijs modis. ut probatur in d. l. patronus. §. 1. & 2.
ff. de leg. 3. Hinc est quòd si certo nomine aut singno res demon
stretur, non est necessaria expresio aliorum cófinium, ut in
5 l. cum seruo, in fi. ff. de contr. empt. † Postea circa hoc quæ
ro, quid dicendum est in contractibus, & in ultimis uolun-
tatibus, puta in legatis, si dictum sit uendo uel lego omnes
possessiones, quas habeo in tali loco uel uilla; nec aliter de
finibus, vel cohærentijs expressum sit, an uitietur legatum,
f seu uenditio? dic quòd non, f ut l. uxorem. §. legauerat. ff. de
6 leg. 3. † Sed quid si reus dicit, dubito super re quæ petitur
an illam teneam uel possideam, faciatis, quòd actor ostendat
g mihi ad oculum illam rem, an teneatur actor g hoc facere?
Dic quòd sic. ut in c. significauit. extra de libell. obl. & not.
7 Bart in l. 1. in prin. ff. de edendo. † Denuo quæro de quadam
quæstione de facto occurente, ecce Titius uendit simplici
ter perticam terræ situatæ alibi quam in loco contractus,
contentio oritur inter emptorem & uenditorē super quan-
h titate mensuræ, cùm ita sit quòd alia sit mensura h loci, ubi res
sita est, & alia loci contractus, quæ ergo mensura attendi-
tur? uidetur quòd attendi debeat mensura, quę seruatur in
i loco contractus, i ut l. si fundus. ff. de euicti. & in l. semper in
stipula. ff. de reg. iur. Alij dicunt inspici locum illum in quo
uigeat mensura utilior pro emptore. argu. l. ueteribus. ff. de
pactis. Alij dicunt obseruari debere aliam mensuram quæ sit cō
munior & generalior in uniuersa regione, & sic intelligūt
l. imperator. ff. de contrah. emp. & quod habetur in l. arbi-
trio. § de eo. ff. de dolo. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Loca generalia. Adde an sufficiat dicere, peto, quicquid ha-
bes in tali loco. Alex. consi. 184. lib. 2.
b Confinia Adde scripta per Paridem de Puteo in cap. an sit
erratum. num. 3. de fin. feu. & Hyer. de Monte in tract. fi. re-
gun. cap. 43. incip. & quia nu. 51. Zilettus.
c Duo, adde Alex. consi. 75. 5. lib. & qualiter probentur con-
finia per Baldum cons. 154. & an per coniecturas, cons. 218.
& an per literas antiquas, per eūdem consi. 361. 1. li. Et adde
per quæ probentur confinia, quę ponit Bartho. Sozin. in
cons. suo 86. colum. 1. in fi. & seq cons. 79. in colum. 1. & 2. &
in colum. fi. uersicu. præterea, & ibi quod fines episcopatus
probantur in antiquis per instrumenta, & in dictis locis quā
do sufficiat fama & communis opin. & uide eundem in cō
si. 166. & consi. 96. colum. 6. uersi. præterea ex alio, & ibi per
quos testes, & uide eundem in consi 194. col. pen. uersic. 2.
quia est. ubi quod per instrumenta inter alios confecta non
probantur fines iurisdictionis & in col. fi. uersi. confirmatur
ista conclusio licèt probentur per coniecturas, tamen hoc
non procedit quando constaret de iustitia possessionis il-
lius contra quem ageretur. Adde tamen quod res præsu-
mitur esse illius facta, cuius confines sunt. Bart. in l. cum ser
uo. §. demonstratione. ff. de cont. emp. & Bart. & Alex. in l.
demonstratio falsa. ff. de conditio. & demonst. Alex. in con
si. 54. in 5. uolum. & Sozin. in d. consi. 86. col. 2. circa mediū
dup. in consi. 166. & in consi. 127. & in consi. 161. & in cons.
181. colum. 2. post medium uersi. circa secundum, & de pro
batione finium uide per Alex. consi. 2. 4. uolum. Curt.
Adde Corn. in consi. 171. incip. uidetur in hac consultatio
ne. col. 2. uersi his tamen non obstantibus in 1. uol. & consil.
219. incip. uiso rescripto colum. 2. in princ. eod. uol. Alber.
Brun. in consi. 34. feudalium incipit in causa & differentia
Paris. in consi. 27. incip. in præsenti consultatione duo prin
cipaliter. num. 15. in 2. uol. & in consil. 104. nu. 24. eod. uol.
& Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratribus, par. 5. nu. 31.
Zilettus.
Duo, ADDE quòd agens ad prædium: debet secun-
dum communem probare de identitate, saltem per duo cō
finia, teste Rol. consi. 67. num. 4. lib. 2. quorum confinium li
cet duo sufficiant ad probationem prædictam: fallit tamen,
quando in instrumento essent descripta quatuor, quorum
duo conueniunt rei petitæ, & aliud non, sed contrarium
scribit idem Rol. d. consi. 67. num. 18 nu 19. ubi latius pro-
sequitur declarando, & not. Alex. consi. 89 nu. 6. consi. 159.
col. 2. lib. 5. cuius probationis pacem docet Dec. consil. 42.
colum. 9. consi. 146. post. num. 14. consi. 109. Nat. consi. 235.
colum. 9. & 10. consilio 314. Doc. in l. si innomine. C. de
testam. & in antiquis Afflict. decis. 233. Nat. d. consi. 235.
colum. 4. Matuer.
d Qualitas. Adde D. Hierony. de Monte in tract. finium re-
gundorum, in cap. 43. incip. & quia nu. 54. Zilettus.
e Confines. Qualiter autem probentur confines. uide Mont.
in

in prælleg.tract.finium reg.cap.52.incip. aliter etiam probantur,num.1.cum seq.cap.53.incip. alijs etiam speciebus num.cum seq.& c.62.incip.cum autem, num.2. & cap.56. incip.& quia.nu.1.Zilettus.

f Dic quod non, adde & uide dom.Alexan.in l. locus.ff.de acq.poss.Cur.

g Acto. Adde quæ scribit Plot.in rep.l.si quando nu. 824. p.ope fi.C.vnde vi.Zilet.

h Mensu a loci, quod locus contractus debeat semper attendi. Adde secus esse in matrimonijs ubi seruantur statuta domicilij viri.l.exigere,& quæ ibi notantur per Ang.& Mod. ff.de iudi.Cur.

i Contractus. Adde quod hoc idem tenet Hierony. de Monte,in tract.fi.regund. in c.26.incip.in terminis autem num.7.Zilettus.

Contractus, ADDE an in uenditione prædiorum, attendi debeat mensura loci contractus: an uerò loci in quo sita sunt prædia? & Dic, attendendum esse mensuram contractus,secundum Osasc.decis.114.num.3.ubi dicit contrariam sententiam uti æquiorem per maiorem partem dd.senatorum fuisse approbatam, cuius etiam q. meminit Rol.consi.100.num.7.nu.14.& col.6.in fi.lib.3.ubi idem concludit secundum locum contractus. mensurationem fieri debere,ex receptiori Doc.sententia,de qua plura ponit Cagnol.in l.semper in stipulationibus.de reg.iur. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Actor libellum per hæc uerba spectat & pertinet, uidetur omne ius suũ in iudicium deduxisse.*

2 *Actor non potest utrumque ius deductum in libello prosequi, puta dominij & pignoris.*

a SPECTAT & pertinet. a † Per hæc uerba uidetur
1 actor in iudicium omne ius suum deduxisse,tam ius dominij,quàm pignoris,propter eorum generale significatũ, ut l.uerbum pertinere.ff. de uerbor. signifi. quod sequitur gl.in c.inter dilectos.extra de fid.instr.in glo.super uer.pertinere.& in l.si quis intentione ambigua.ff.de iud. & Inn.in
2 c.cum ecclesia Sutrina.extra de causa poss.& propriet. † Tamen non posset utrunque ius prosequi, quia ius dominij & ius pignoris in eadem re non concurrunt,ut in l. neque pignus.ff.de reg.iur.& l.sextante.§.latinus.de exceptio. rei iudic.sed debet eligere iuxta nota.in l.quod in hærede.§. eligere.ff.de tribut.& per Dyn. in regula, nullus pluribus.

ADDITIO.

a Spectat & pertinet. Adde quid si dicat, spectasse & pertinuisse,an libellus procedat.&do.de Rot.decis.325.incip.si in libello de libe.obl.in nouis,dicunt quod sic,quia sufficit libellum præsumptiue concludere, & ibidem respondent ad contraria.

Spectat & pertinet, ADDE hoc uerbum uerificari etiam in possessione Ciuili, teste Paris.consi. 58. colum.5. cap.fi.lib.3.de quo plura not.Ias.in l.Centurio. num.68. ff. de vulg.in l.licet inter priuatos.nu.14.C.de pact.Nat.consi.235.col.7.in fi. & habetur infra uersi.seq.num.37. & for. lib.ipol.poss.uers.pleno iure interim tamen illud notandũ est, uerba hæc,spectare & pertinere,dici ambigua, & generalia,quia possunt intelligi de alia ratione, quam de ratione dominij,l.uerbum pertinere.de verbo.signi. Alex.consi. 89.col.1.in fi.lib.5. comprehenditque uerbum prædictum pertinere etiam eum,cui aliquid debetur actione personali,secundum Rol.consi.51.num.22.lib.1. post Bart.consi. 154. & quid dicatur pertinere ad fundum quando legatur fundus cum pertinentijs, Dic, ut per Nat.consi.243.colu. pen.ad quod facit not.per.Ias.in l. beneficium.1.& 2. col. ff.de const.princip. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Libellus procedit,etiam si nullam causam actor in eo expresserit.*
2 *Dominium quid sit.*
3 *Dominium quotuplex est.*
4 *Dominium duplex est in substantia,vtile scilicet & directum.*
5 *Quasi dominium est tertia species dominij.*
6 *Dominium utile est duplex,scilicet aduersans directo, & concurrens cũ directo.*
7 *Dominium quibus modis acquiratur.*
8 *Vtile & directum dominium est proprium dominium; quasi dominium est dominium improprium.*
9 *Vtile dominium aduersans directo acquiritur ex præscriptione.*
10 *Vtile dominium concurrens cum directo quot modis acquiratur.*
11 *Dominium directum de iure gentium quæritur per occupationem primi.*
12 *Dominium directum eodem iure quæritur per inuentionem thesauri.*
13 *Dominium directum eodem iure quæritur per alluuionem.*
Alluuio quid sit.
14 *Dominium directum eodem quæritur per captiuitatem hostium.*
Hostes qui dicantur.
15 *Indicto bello inter inferiores principes Papa & Imperatore, an res uel personæ captæ fiant hostium.*
16 *Inferiori pro defensione sui, & suarum & rerum licitum est indicere bellum.*
17 *Bellum an pro recuperatione suarum rerum liceat ex internallo indicere.*
18 *Bellum indicere licet in sibi subiectos pro exercitio propriæ iurisdictionis.*
19 *Iustitia denegata concedi possunt represaliæ.*
20 *Iustitia quando negata dicatur.*
21 *Sententia iniusta lata contra actorem per iudicem rei indicata, & semel & iterum in appellatione confirmata, an actor possit habere recursum ad suum iudicem pro represalijs.*
22 *Coacto ro represalias soluere quomodo succurratur.*
23 *Dominium directum quæritur iure gentium per rei traditionem.*
24 *Dominium non omni traditione transfertur.*
25 *Persona quæ tradit,ad hoc ut transferat dominium, necesse est ut habeat rei liberam alienandi facultatem.*
26 *Fundi dotalis alienatio non tolerantur.*
27 *Solus titulus regulariter non transfert dominium, nisi sequatur traditio. Fallit in legato & hærede.*
28 *Res qualiter dicatur esse tradita.*
29 *Castro uendito cum eius territorio, an per apprehensionem castri uideatur quæsita possessio territorij.*
30 *Iurisdictio uenit in donatione castri a principe profecta.*
31 *Dominium rei traditæ ut quæratur,non est necesse quòd cum res traditur,fuerit uacua possessio.*
32 *Dominium quæritur de iure gentium per plantationem, uel ædificationem.*
33 *Dominium,& quasi dominium possunt simul proponi in eodem libello in modum agendi disiunctiue, secus si copulatiue.*
34 *Verbum dominij,simpliciter positum in libello, refertur tam ad directũ quam ad utile.*
35 *Actore proponente ius quasi dominij,uidelicet publicianam,& tã actor quàm reus probent de iure proprio & traditione rei, quis obtineat.*
36 *Proponens disiunctiue simul ius dominij uel quasi, non potest utrunque prosequi.*
37 *Lata absolutoria contra prosequentem causam dominij tantum, an obstet exceptio rei iudicatæ si uelit prosequi causam quasi dominij.*
38 *Sententia simpliciter lata,ad omnes causas in libello contentas refertur.*
39 *Libellus generaliter conceptus nulla causa expressa procedit, licet reus petere possit causam exprimi.*
40 *Petente reo exprimi causam in libello, quæ causa sit exprimenda tam in personali,quam reali,& mixta.*
41 *Rem ad se pertinere pleno iure, significet ius dominij.*
42 *Pendente iudicio in actione reali,& personali generaliter proposita, si superueniat ius actori de nouo, an tale ius claudatur sub illa generali petitione.*
43 *Dominium directum acquiritur de iure ciuili per successionem.*
44 *Dominium directum acquiritur de iure ciuili per arrogationem, uel adoptionem.*
45 *Arrogatio uel adoptio quid sit,& quomodo fiat.*
46 *Dominium directum acquiritur per ingressum religionis.*
47 *Professionis forma quæ sit.*
48 *Dominium numquid acquiratur ecclesiæ per ingressum sine traditione.*

an

...eo etiam idem in possessione, nunquid etiam idem in quasi dominio.

49 Ingressus cum pacto de retinendo sibi bona sua, circa bona uitiat retentionem.

50 Ingressus cum prædicto pacto nunquid uitiet etiam ingressum circa personam.

51 Ingressu uitiato propter naturam ... an uitiabitur dedicatio bonorum.

52 Cõuersi non sunt religiosi, sed solùm eximuntur à iurisdictione seculari.

53 Dominium directum quæritur de iure ciuili per usucapionem.

54 Directum non quæritur sed utile dominium per præscriptionem.

55 Dominium an per sententiam transferatur.

a IVRE dominij[a] uel quasi. Item si dixerit rẽ ad se pertinere pleno iure, ut dicam infra uer.
1 sextus modus, circa fin. † Quid si nullam causam expressit, sed simpliciter dixit rem ad se pertinere, an procedat libellus? dic quod sic; tamen si reus petat exprimere causam tunc actor illam tenetur exprimere: aliter non procederet libellus, ut no. in cap. abbate sane, extra de re iudic. li. 6. & uide quod infra dicam
2 uer. tunc autem. & uer. quæritur quid sit libellus. † Hic quærendum est de aliquibus, & primò quæritur quid sit dominium: secundum doct. dic ut refert Bart. in l. si quis vi §. differentia. ff. de acq. poss. quod dominium est ius de re corporali perfecte disponendi nisi lege prohibeatur. Declaratur diffinitio sic. Dicitur. n. in ea {ius} quod ideo in ea ponitur, ut differentiam denotet a re ipsa, in qua cadit ipsum ius; res nanque de se facti est, quod probatur ex rubrica, de acquir. rer. do. & ad hoc facit l. & an eadem. §. actiones. ff. de exc. rei iu. Subiungitur subsequenter {De re corporali} quod positum est ad differentiam rei incorporalis, in qua non cadit proprie dominium, ut in l. 4. & ibi not. ff. de usufru. Postea subinfertur {Perfectè disponendi} ut l. in re mandata C. mãd. & ad differentiam simplicis possessionis, quæ est ius insistendi rei, ut no. in l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. Quod autem adijcitur {Nisi à lege prohibeatur} dictum est ideo propter res pupilli & ecclesiæ, & quarundam aliarum personarũ, quæ à iure alienari prohibentur, nisi certa interueniente solemnitate, ut C. de præd. min. per totum, & in Auth. de nõ alien. per totum, & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. ecc. & extra, de reb. eccles. non alie. per tot. & ff. de reb. eo. per tot.
3 † Deinde quæritur quotuplex est dominium; dicitur quidem quod est unum solum numero & substantia, licet eius qualitates sint plures, ut uidetur colligi ex rub. de acqui. rer. do. nam dicitur ibi {Dominio} non in plurali, sed in singulari ergo patet esse unum. in contrarium tenet Bart. & alij doct.
4 ut ipse no. in d. l. si quis ui. §. differentia. † Videlicet quod sit duplex in substantia, scilicet directum, & utile, probatur hoc per l. possessoris, in fi. C. de fun. patr. lib. 11. ubi dicitur q emphyteuta est dominus, idem probatur in l. 1. & 2. C. de iure emphy. & tamen constat quod alius est dominus, scilicet ille cui debet solui census, uel afflictus, ut ibi sequitur, ergo quòd sint domini diuersa specie dominij; nam eadem specie dominij non potest esse quilibet eorum dominus, ut l. tertia, §. ex contrario. ff. de acqui. pos. l. si ut cc. to. §. si duobus uehiculum. ff. commo. ad quod optime facit ca. 1. de inuest.
5 de re alie. facta. in usibus feud. & l. 2. ff. si ager uecti. † Potest etiam adijci tertia species dominij, licet sit impropria, ut est quasi dominium, quod competit ei, qui rem emit à non domino bona fide, nec eam usucepit adhuc, ut habetur in l. 1. ff.
6 de publi. † Vltra quæritur, an utile dominium, de quo supra sit vnum solum, sicut directum? Dic quòd est duplex, unum quippe est utile dominium, quod est oppositum & aduersans suo directo, ut est exemplum in utili dominio quæsito in re immobili ex longeua præscriptione, ut no. in l. si quis emptionis. §. 2. C. de præsc. 30. uel 40. an. & in auth. nisi. C. de bo. mate. & in l. usucapio, ff. de usuca. Aliud verò est utile dominium, quod est conforme, & compatibile cum directo concurrens cum eo, & exhibens illi reuerentiam tanquam suo superiori, cuius exemplum est in utili dominio, quod cõ petit emphiteutę, superficario, feudatario, & sim. ut in d. l. 1.
7 C. de iure emphy. cum sim. † Nunc autem quæri potest quib.
b modis dominium acquiratur [b], pro cuius solutione sufficeret remissionem facere ad leges, & iura quæ habentur. ff. de acqu. rer. do. per tot. ti. & Inst. de re. di. §. singulorum, cum sequ. Verum tamen vt iuuenes facilius capiant, explanabo
8 Sciendum est igitur prout supra præmisi, quòd duplex est dominium, proprium scilicet, & improprium, quod autem est proprium subdiuiditur, nam quoddam est directum, & quoddam utile. Improprium autem dicitur quasi dominiũ; ideo aduertendum est, quòd si quæratur qualiter quasi dominium acquiratur, dicendum est quòd illud acquiritur ex traditione facta à non domino ex aliquo iusto uel legitimo tit. vt l. 1. cum seq. ff. de publ. & Instit. de act. §. sed istæ, &
9 ibi not. † Vtile autem dominium qualiter acquiratur, respõderi potest, quòd si quæritur de dominio, quod est oppositum ipsi directo, tale dominium quæritur præscriptione,
10 ut d. l. si quis emptionis. §. 1. cum simi. supra alleg. † Si vero quæritur de dominio concurrente cum directo & cognoscente directum, tunc tale utile dominium quæritur tripliciter. Vno modo traditione facta ab eo qui est dominus directi ex iusto tit. vt in d. l. 1. de iur. emphy. & d. cap. 1. de inuest. de re alie fac. & l. 1. ff. si ager vec. per to. & in cap. 1. quis dic dux mar. cum si. Secundo modo quæritur per successionẽ ut in c. 1. de gradi. suc. in feu. 10. coll. Tertio modo quæritur per præscriptionem, ut in cap. si quis per 30. annos, si de feu. fue. controu. col. 10. & not. per Cy. in l. comperit. C. de præ-
11 scrip. 30. vel 40. anno. † Si aũt quæratur de acquisitione directi dominij, tunc dicendum, quod directum dominium quæritur certis modis à iure gentium introductis, & alijs modis per ius ciuile supe. auditis. De iure itaque gentium quæritur directum dominium 14. vel 15. modis, ut apertè colligitur. Instit. de re. di. §. singulo. ũ. vsque ad fi. inter quos sunt 5. qui sunt quoad præsens digni recitatione. primus modus acquirendi est ille qui fit per occupationem rerum, quæ in nullius priuati sunt bonis, sed esse possunt, ut in volatilib. cęli, & animalibus siluestribus, & piscibus fluminũ, habetur Inst. de re. diu. §. singulorum, & ff. de acquir. rer. do. l. 1. in fin.
12 & l. 2. & 3. † Secundus est modus quem nec uidi nec audiui de facto contingere, videlicet, per inuentionẽ thesauri, ut in §. thesauros, Inst. de re. di. & in l. nunquam. §. thesauros, ff. de acq. re. do. Circa quod sic solet plenius per gl. & Doct. distingui. Aut thesaurus reperitur in loco priuato, aut in loco sacro, aut in loco fisci, uel in publico, uel ciuitatis. Siquidem reperitur in loco priuato, subdistingue, aut reperitur in suo aut in alieno, si in suo proprio, tunc aut est inuentus arte magica, & sic opera illicita & reprobata, & tunc directum dominium efficitur fisci non autem inuentorũ, ut l. 1. C. de thesa. lib. 10. aut est inuentus casu fortuito, vel data ad hoc opera licita, & tunc efficitur in totum inuentorum, ut in d. §. thesauros, & in d. §. thesauros, aut reperitur in alieno, & tunc si-
c quidem casu fortuito [c] dimidia pars efficitur inuentorum alia verò dimidia efficitur domini loci, in quo inuentus est. Si verò data ad hoc opera licita, tunc in totum efficitur domini loci; ut hoc probatur in d. §. thesauros, & hoc siue ille esset dominus loci utiliter, ut feudatarius, & emphyteuta; siue directò, ut no. in d. §. thesauros Vbi autem thesaurus inuentus est in loco publico, uel fiscali, aut ciuitatis, & tunc siquidem data ad hoc opera licita, efficitur in totum domini ipsius loci; si uero casu fortuito, tunc thesaurus diuiditur, & dimidia quæritur inuentori, alia quæritur fisco, ut cap. 1. in fine quæ sint regalia colum. 10. Sed si fuerit inuentus in loco sacro uel in religioso, tunc si data est ad hoc opera licita, quæritur in totum domino loc. Sed si casu fortuito; licet de hoc sint opi. tamen idem dicendum quod supra, uidelicet quòd dimidia sit inuentoris, & alia fisci. ut l. 3. §. fina. ff. de iu. fis. Sed quare non est presbyteri uel Pontificis potius q̃ fisci, non uideo; unde forte hodie per iura canonica Pontifici applicaretur. ar. c. quæ in ecclesiarum, extra de consti. & in
13 cap. ecclesia sanctæ Marię. eod. titul. † Tertius est principalis modus

modus per alluuionem, ut Instit. de rer. diu. §. preterea, & ff. acqui. rer. do. l. adeo. §. 1. Est autem alluuio incrementum latens facto fluminis interueniens, ut dictis iuribus comprobatur: ubi uerò esset incrementum patens & apertum, ut puta si quodam impetu flumen agrum meum diuiserit in partes duas, uel si eodem impetu ipsum agrum in formam insulæ redegerit, tunc non perditur dominium nec alij acquiritur, ut d. §. preter ea, & in §. q si aliqua parte. Inst. de re. di. vel si crustam agri mei in alium agrum transtulerit, dummodo radices ibidem non emiserit, non perditur dominium, ut in dictis iuribus, & in l. hoc amplius. §. Alphenus. ff. de dam. infe. & idem si opere manufacto ipsum flumen alueũ muta-
24 uerit. † Quartus modus acquisitionis est per rei uel personæ apud hostes constitutę captionem, & apprehensionem, ut in §. item ea quæ. Inst. de rer. di. Sunt autem hostes illi, quibus populus Romanus, vel Imperator seu Papa bellũ indixit, & econtra illi qui ipsis bellum faciunt, & indicũt, siue sint Christiani, uel Sarraceni, ut l. hostes ff. de ca. & postl. re. & l. quos nos. ff. de uerb. sig. & ex hoc sequitur, quod non omnia quę capiuntur in alijs bellis aliter, & inter alios, efficiuntur
25 capientium. † Vnde quęro, quid si bellum fiat, & indicatur inter alios inferiores principes uel dominos, prout fieri quotidie uidemus, an illa quę inuicem capiuntur, efficiantur capientium, & an homines capti efficiantur serui? Respond. secundum Inno. q personę captę non efficiuntur seruę, ut no. in c. olim cã, extra de resti. spo. quam opi. sequitur Bart. in d. l. hostes. res aũt captę efficiuntur capientem de consuetudine sm. Bart. ubi supra, sed de iure non, per d. l. hostes, qd̃ sequitur Inn. in c. sicut, extra de iureiur. imò secundum Inn. de iure hoc est, q quilibet inferior Imperatore, uel Papa, q bellum fecerit iniustè, tenetur ad restitutionem omnium damnorum & rerum ablatarum in huiusmodi bello iniusto, argu. l. si cũ excep. §. pedius, & §. in hac. ff. quod met. cau. cum
26 fi. & ita no. per Doc. in c. fi. extra quod met. cau. † Sunt tamẽ aliqui casus speciales, in quibus licitum est inferiori bellum indicere sine Imper. uel Papę licentia, uidelicet pro defensione suę proprię psone, ac rerũ suarũ, ut habet & no. in l. ut
27 uim. ff. de iu. & iu. & l. 1. C. unde ui † Item pro recuperatione suarum rerum, dum tamen fiat incontinenti, l. 3. §. cum igitur. ff. de ui & ui ar. & si forsitan non esset copia iudicis superioris, ad quem possit habere recursus, adhuc liceret bellum indicere ex interuallo, ut l. nullus. C. de iud. & l. si alius. §. bellissime ff. quod ui aut clã & l. ait prętor. in § si debito-
28 rem. ff. quę in frau. c. e. † Item pro exercitio iurisdictionis propriæ in sibi subiectos, ut l. qui restituere ff. de rei uind. & l. non est singulis. ff. de reg. iu. & l. si quis missum. ff. ne uis fiat ei. quos casus no. Inn. in d. c. sicut, & in c. olim causam, ubi ui
d de. Idem secundũ eum põt iuste indici bellũ [d] contra dominum uel superiorẽ, qui denegat iustitiam facere de homine suo qui iniuriam aut dãnum intulit homini meo, ut multotiens fieri uidemus per Marchionẽ Montisferrati, Comitẽ Sabaudię, & Principem Acayę, & capere de ipsis hominib. usq; ad integrã satisfactionem iniuriæ, & damni dati, ut no. in ca. dilectus, extra de appel. cui opin. multum refragari uf l. 1. C. nullus exigat pro alie. debi. li. 11. & in Auth. ut non fiãt pign. §. 1. & ibi nõt. per Iaco. de Bel. & C. ne filius pro patre
29 per totũ. & C. ne uxo. pro mar. per totum. † Sed aduerte, q in hoc conueniunt omnes, ut pro Iustitia denegata possint
e concedi represaliæ, [e] quę de iure ciuili appellantur pignorationes, ut not. in d. Auth. ut non fiant pig. & habetur & not. in c. 1. extra de iureiur. li. 6. & est tex. aureus, 23. q. 2. c.
20 dominus noster. † Dicitur autem denegari iustitia; si agens porrexit libellũ suum coram iudice, qui iudex ipsum admittere, & audire recusauit sine causa legitima, nec sufficit ipsi actori ire cum literis sui iudicis ad iudicem rei super iustitia obtinenda sine libello mõ debito ordinario, in quo multi errant, secundum Bar. ut plenè scripsit in suo trac. represaliarum. Sed cum talibus literis det etiã ipsi iudici rei suũ libellum dirigere, & in ipsa lite persistere modo debito; ut traditur in d. auth. offeratur, cum si alioqui non diceretur iustitia denegata. Quid ergo si libellum obtulit & litẽ prosequutus est usque ad sñiam inclusiue, & iudex ipse reũ absoluit, ubi condemnare debuit, an diceret iustitia denegata? uidetur q non: quia ius & iustitia ministrari dr̃, etiam cum per iudicẽ iniq; decernitur, & pronũciatur, ut l. pe. post prin. ff. de iust. & iur. & probatur in l. 1. §. in hoc interdicto. ff. de lib. exhi. & in c. cum inter uos, in fi. extra de re iud. & not. per gl. in l. 1. in prin. ff. ad Tur. Bar. uero in d. tract. distinguit, aut extat iudex appellationis, & tunc ad eũ est habendus recursus, ut in tit. de appel. maximè in l. 1. §. siquis in appel. ff. de ap. si autem nullus sit iudex appellationis, tunc pro represalijs poterit ad iudicẽ suũ habere recursum, qd̃ uerũ intellige prius eidem facta fide legitimè de iniustitia & pręcedente debito
21 processu secundũ eum. † Quid aũt dices, si lata sententia iniusta contra eum per iudicẽ rei conuenti actor appellauit semel & bis, & per iudicem appellationis fuit prima iniusta sententia cõfirmata, an poterit actor pro represalijs ad suũ iudicẽ habere recursum? dicit idem Bart. q aut est lata iniuste proprio motu iudicis, & tunc nullũ est remedium; aut est lata pp grauamen partis, & tunc sicut posset peti restitutio in integrum coram superiore, ut l. prefecti ff. de mino. ita represalię coram suo iudice. Aut est lata ob gratiã, uel inductionem p̃sidentis, & tunc ipsi tenentur ad interesse, ergo p consequens represalię erunt concedendę, argu. l. nec quicquam. ff. pro socio. Nec credas, quòd quilibet officialis possit concedere represalias, immo solus superior omnium, puta Principes, uel Rex, aut Dux, uel Marchio illas concedere possunt, secundum eundem Bar. in auth. habita C. ne fil. pro
22 pat. † Quomodo autem succurratur illi qui uirtute represa
f liarum coactus est soluere? [f] dicit Bar. distinguendũ. Aut represalię sunt concessę contra officiales, uel iudices, & exactio contra eum secuta, qui iustitiam facere denegauit. Aut sunt concessę generaliter contra quemlibet de ciuitate, & exactio contra alium de populo secuta est. primo casu subdistingue, aũt iudex peccauit faciendo iustitiã, puta iniquè pronunciando, aut peccauit simpliciter negligendo. Primo casu non succurritur contra principalem debitorem, ut no. in l. si quis dolo ff. de reg. iur. Secundo aũt casu sibi succurritur, arg. in l. missi opinatores, in fi. C. de exac. tri. li. 10. ubi uerò fuerit exactus alius de populo tunc ei succurritur contra ipsum debitorem, secundum Iaco. de Are. per l. 2. in fine, & ibi no. ff. de uerb. ob. & ff. de neg. ge. l. nã & seruus, & ff. nau. cau. sta. l. licet. §. fi. & ff. de his qui. deie. uel effu. l. si uerò, in §. cum aũt, & si uoluerit, poterit petere ille priusquam soluat, ut sibi cedantur à creditore actiones ad exemplum correi,
23 & fideiussoris, &c. per d. l. licet, in fi. † Quintus modus acquisitionis est ille, qui fit per rei traditionem factam ab eo qui rei dominus est, ut l. traditionib. C. de pac. & l. traditio. ff. de acq. rer. do & §. per traditionem, & in §. uenditæ, Inst. de rer. di. & hic modus quotidie est in usu. Ideoque notandus est.
24 † Igitur sciendum est, q non omnis traditio transfert dominium, sed debet habere causam ad hoc dispositam, ut l. nunquam nuda. ff. de acqui. re. do. debet etiam res esse talis naturę, quę subijci possit alterius dominio, nam si esset res sacra, uel religiosa, aut homo liber, non posset traditio dominium transferre, ut l. in tantum. §. sacrę. ff. de acqu. re. do. & Inst. de
25 re. diu. §. sacrę, & l. liber. ff. de contrah. emp. cũ si. † Item psona, quę tradit, debet esse talis naturę, status, & conditionis, ut
26 habeat ipsius rei liberam alienandi facultatem. † nam maritus non potest fundi dotalis dominium in alium transferre, ut ff. de fun. doc. l. 1. & inst. quib. alie. lic. in princ. nec tu
g tor rem pupilli, [g] nisi cum magna solennitate, ut in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. & l. lex quę tutores. C. de admi. tut. & inst. qui alie. licet. §. nunc admonendi. Nec etiã prelatus rem ecclesię sine magna solẽnitate, ut extra de reb. eccl. non alie. ca. 1. & 2. & facit aut. hoc ius porrectum C. de sacrosan. ecc. Nec seruus uel filius rem domini, uel patris sui, ut l. si seruus. C. de pac. & l. quanto magis, de iureiu. cum
27 simi. ibi no. † Et aduerte quòd notanter dictum est de tradi-
h tione rei, quia solus titulus [h] regulariter non transfert dominium,

minium, nisi sequatur traditio, ut l. si ager. ff. de rei uin. Fallit in legato, in quo transfertur dominiũ sine traditione, ut l. a Titio. ff. de fur. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & l. fin. C. quando dies leg. ced. Item fallit in hærede, ut no. in d. l. si ager, & habetur in d. l. cum hæredes, C. de acqui. poss. & in l. ecclesia, & l. fin. C. de sacrosan. eccles. & in alijs cæteris ca
28 sibus, de quib. aliàs loquemur. † Ad declarationem aũt eius quod de traditione rei diximus; est uidendum, qualiter dicatur res esse tradita; ubi respondetur quamplurib modis, de quibus plenè no. per glo & Doct. in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. & in c. 1. consue. recti. fe. collat. 10. primo dr̃ res tradita, si introducatur emptor in corporalem possessionẽ ambulando per ipsam, ut l. si me in uacuam. ff. de acqu. poss. Secundo si sciente, & volente, & patiente domino rei emptor ingressus sit per seipsum rem, ut l. a. C. de acquiren. poss. secus est eo inuito, quia tunc uim committeret, ut l. si ex stipula-
i tu. ff. de uer. ob. Tertio si tradunt sibi claues ⁱ portę domus vel solarij vel scrinij, in quo res recondita est, ut l. clauibus ff. de contrahen. empt. Quartò si emptor ponat custodẽ ad rẽ ipsam, ut l. quorundam. ff. de acqu. pos. Quintò si res est in
K conspectu ᵏ, & dicat tradens ʒ Habeas tibi illam remʒ uel similia, ut l. 1. §. si iusserim. ff. de acqu. pos. Sextò si alienans rem, quam possidet, constituat se eam rẽ præcario nomine
l ˡ emptorum possidere, ut l. quod meo. ff. de acq. poss. & l. interdũ, in prin. & §. si eo. tit. & in c. cũ uenissent, in fin. extra de res. spo cũ si. Septimò si alienãs tradat emptori instrũ pcedẽtis acquisitionis ipsius rei, ut l. 1. C. de don. Octauò si aliena
m tor retineat vsumfructum ᵐ rei alienatæ, ut in l. quisquis.
29 C. de donat. † Vlterius quæritur, si aliquis uendit castrum cum eius territorio, an per apprehensionem castri uideatur quæsita possessio territorij? Distingue tres casus pro omnium doctrina. Aliquando quis uendit castrum modo prædicto. Aliquando quis uendit plures fundos separatos, & sequitur apprehensio unius, an uno apprehenso uideatur quæsita possessio cæterorum? Aliquando quis uendit unũ fundũ & secuta est apprehensio partis, an uideatur quæsita possessio cæterarum partium? Primo casu ubi quis castrum uendit dic quòd per apprehensionem castri quæritur possessio etiã
n territorij ⁿ eius, argu. in l. Caius. ff. de leg. 2. & in l. Caia, & in l. patronus, & in l. Titia testamento. ff. de legat. 3. pro quo facit quod not. Inn. in c. in literis. extra de resti. spo. & sequitur Bar. in d. l. 2. & adde quod not. Innoc. in c. dilectus, extra de capell. mo. & ipse Barto. in l. 3. in prin. & in §. si quis. ff. de
30 aqua plu. arcen. † Nam & si princeps donet castrum uidetur concessisse iurisdictionem contentam in castro, ut not. Bar. & Doct. in l. 2. C. de bo. ua. Secundo casu cum facta est alienatio plurium fundorum, tunc per apprehensionem unius fundi non acquiritur possessio aliorum, ut no gloss. in d. l. 3. Tertio autem casu apprehensione partis prædij inducitur
31 acquisitio possessionis in toto, ut in d. l. 3. in princ. † Vnde quæro ad prædictorum declarationem, an ad hoc ut quæratur dominium rei traditæ sit necesse, quòd tunc cum trade-
o batur, fuerit vacua ᵒ possessio, aut à nullo alio occupata? dic quod non, ut l. si fundum. ff. de fund. dota. licèt quò ad
p præscriptionem ᵖ inducendam, & publicianam intentandam sit necessaria vacuæ possessionis traditio, ut no. Iaco. But. & Saly in l. 2. C. de acqui. poss. conuertuntur. n. hæc inter
32 se. ut l. eum qui, in prin. ff. de publ. † Sextus modus additur, per quem dominium quęritur, videlicet per plantationem uel ædificationem, ut §. cum in suo. Institu. de rer. diu. & l. si quis sciens. C. de rei uindic. unde uersus. Quicquid planta-
q tur, seritur, uel ædificatur, Omne solo cedit, ᑫ radices si tamen egit. Demum sciendum est, ꝙ ex uerbis in præsenti libello positis dum diciturʒ Iure dominij, vel quasiʒ demõstratur qualitas & essentia propositæ actionis, ad quam uerbum pertinet hic insertum refertur & restringitur, cum tamen de se sic latius pateat, ut habetur in l. uerbum pertinere ff.
r ʳ. de uerb. signi. unde ex ea parte qua diciturʒ Iure dominijʒ intelligitur proponi, & in libello deduci directum dominium uel utile, & per cõsequens rei uindicatio, quæ soli domino datur, ut l. in rem, in prin. ff. de rei uind. lex alia autem parte, quæ subiungiturʒ Vel quasiʒ intelligitur proponi quasi dominium, & sic actio publiciana. quæ datur quasi domino. ut l. 1. ff. de publi. Inst. de actio. §. sed istæ, uer. aliæ autem.
33 † Ex quibus patet ꝙ dominium, & quasi dominiũ possunt
s simul proponi in eodem libello in modum agendi. Super quo licet hactenus fuerit dubitatio, tamen hodie firmatum est, ut habes, & not. in ca. abbate sane, extra de re iudic. lib. 6. & per Glo. & Doc. in d. §. sed istæ, & per Dyn. in ca. nullus pluribus, extra de reg. iur. lib. 6. & hoc uerum si utrunq; proponit disiunctiuè, ut hic. Secus autem si copulatiuè proponatur, putaʒ Dico talẽ rem ad me pertinere iure dominij & quasiʒ tunc enim libellus non procederet tanquam contra-
t ria ᵗ manifestè in se continens, argu. in l. 1. C. de fur. & l. vbi repugnantia ff de reg. iur. quod clarè tenet. Io. And. & Ar-
34 chid. in d. c. abbate sanè, & in §. sed istæ. † Sed pone ꝙ actor solum proponat ius dominij simpliciter, dicendo rem ad eũ pertinere iure dominij, quæritur quale dominium uidetur esset popositum, cum (ut supra dixi) duplex est dominiũ, scilicet utile & directum? dicunt quidem quod solum directũ, quia dominium simpliciter prolatum refertur ad directum, ut l. 1. & ibi not. per gl. ff. si ager uectigal In contrariũ quòd
u etiam vtile, ᵘ firmat gl. in d. §. sed istæ, & Bar. & Cyn. in l. si mater. §. eandem. ff. de except. rei. iudica. & hoc uerius per illum. §. & per text in l. si possessori. §. item si iurauero. ff.
35 de iureiur. † Quid autem si actor proponat ius quasi dominij, uidelicet publicianam, & tam actor quàm reus probant de titulo proprio, & traditone rei, quis obtinere debet, cũ uterque sit in pari causa? distingue ut habetur in text. & glo.
36 in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publ. † Sed unum quæro, iste agens proponit disiunctiue simul ius dominij, uel quasi an poterit utrunque simul prosequi, & super utroque probationes & capitula simul facere? quædam gl. in d. §. sed & istæ tenet quòd non, & idem Arch. & Io. And. in d. c. abbate sanè & Bar. in d. §. act. quasi utrunque prosequendo uideatur sibi
37 contrarius. † Quid igitur si actor prosecutus est causam dominij tantum, & feratur superinde sententia absolutoria simpliciter an obstabit exceptio rei iudicatæ, si uelit intẽtare & prosequi ius quasi dominij per se in alio iudicio. Vide-
38 tur quòd sic; † quia sententia simpliciter lata uidetur referri ad omnes causas in libello contentas, ut no. glo. in l. hoc .n. in prin. ff. de exc. tut. In contrarium tenet Arch. & Io. An. in d. c. abbate sanè. Idem sequitur gl. in d. §. sed istę. & Bar. in d. §. actor, pro qua facit l. minor. §. seruus. ff. de euic. & fit ratio, quia sententia debet referri, & restringi ad prosecuta tãtum, ut in l. licet, & ibi not. C. de iud. & l. si certa, & quòd no. in l. sub prætextu. C. de transa. Ex præmissis sequit, quòd si iste actor capitulauit, prout communiter fieri solet, quod talem rem emit à tali, & quòd ipsam possedit spatio 30. uel 40. ann. & non probet nisi possessionem triennalem, & titulum, & traditionem, quod nihilominus reus debet absolui. Ratio est, quia talia capitula referuntur, & respectum habent ad dominium saltem utile, & sic ad rei. uind. unde, quia ex forma processus apparet quòd prosecutus est ius dominij, licet probet de quasi dominio, & sic in publiciana, tamẽ debet succumbere, & reus est absoluendus: quia super utroque non potest fieri prosecutio, ut dictum est, quod no. quia
x multi decipiuntur ˣ in hoc † Nunc aũt quæritur, quid si li-
39 bellus sit conceptus generaliter nulla cã expressa, ut ʒ Peto talem rem, quam dico ad me pertinereʒ an procedat iste libellus? Videtur quod non, quia uerbum ʒPertinereʒ latissimum est, & aptum referri ad omnem actionem tam personalem quam realem, ut l. uerbum pertinere. ff. de uerb. sig. & generalitas parit obscuritatem. ut l. fidei. in princ. ff. de iur. fis. unde sequitur quòd reus non redditur ex hac forma libelli certus, an cedat, uel contendat, quod esse debet ut l. 1. post prin. ff. de edend. Tu dic, quod procedit talis libellus, & uidetur actor deduxisse omne ius suum undecunq; & qualitercunq; sibi competẽs, ut l. si mater. ff. eo. & l. & in eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. & hanc partem tenet glo. in

l. 1. in princ. ff. de edend. & uidetur tex. in d. c. abbate sanè. & idem si sequitur Ioan. Andr. & Arch. & Spec. in tit. de causa pos. propriе. §. sequitur. Puto tamen quod reus posit petere ab actore causam proximam exprimi, nam uerbum} Pertinere } potest habere relationem tam ad personalem quam ad realem actionem, ut dictum est, sed non posset petere exprimi specialem dominij titulum, ut no. glo. in d. l. si mater. uer. denique. quod etiam sequitur glo. & Archi. in d. ca. abbate sanè, licet reus petendo in actione reali titulum specialem exprimi, suum pedem percutiat cum ligone. ut ait Bulg. secundum quòd refert. Cy. in l. edita. C. de eden. & eodem modo admittitur petitio generalis in actionibus personalibus, ut si dicatur} Peto à te 10. in quibus es mihi obligatus) ut l. si. C. de anna. excep. licèt reus posit petere speciale & remotam causam exprimi. ut no. in d. ca. abbate sanè, & in

40 cap. 1. de li. obl. & in iuribus supra alleg. † Quæritur ergo, si reus petat causam exprimi quæ erit illa causa quæ erit necessariò exprimenda, cum (ut supra dixerim) cuiuscunque actionis duplex sit causa, scilicet proxima & remota? dic latius quàm supra dixerim circa principium huius libelli, quòd si quidè libellus offertur in actione personali, tunc utraque causa est exprimenda scilicet proxima, & remota, uel saltem remota, quando per eius expresionem infertur ad causam proximam, quod uerum est ubi agitur contra eum qui contraxit uel eius hæredem, arg. l. cõsensu & l. obligamur ff. de actio. & obl. secus si agatur contra alium, quia tunc puto utranque causam exprimendam, arg. l. si. ff. pro suo, cum simil. Si vero libellus offertur in actione reali, tunc considerandum est, quia aut actio realis proponitur pro dominio utili uel directo, aut pro quasi dominio, aut pro alio iure separato. Primo casu sufficit expresio causæ proximæ, scilicet dominij, puta dicendo} Peto istam rem iure dominij. } Secundo casu requiritur expresio causæ remotæ videlicet titulus, siue cõtractus, ut dicitur in actione personali, cum eadem sit ratio; nam ex pluribus causis competit publiciana. ut l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de publ. Tertio autem casu. v. g. si agitur quasi seruiana uel hypothecaria, quæ realis est. vt instit. de act. §. item seruiana, tunc exigitur expresio causæ remotæ, & sic idem est quod in actione personali ex paritate rationis; quia pignus potest constitui ex pluribus causis, ut C. etiam ob chirog. pecu. l. 1. cum simi. idem dico in confessoria, & negatoria, quæ competunt pro seruitute, eadè ratione, ut l. 3. ff. de usufruct. & l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcend. Quid autem dices de actione mixta, puta petitione hæreditatis? dic idè quod in reali actione, quæ pro dominio competit, ut superius dictum est; cum nõ posit quis esse hæres insolidum, nisi ex una causa, ut l. si mater. & l. ex sextante. ff. de excep. rei iudi. In actione autè personali in rem scripta dicam idem quod in mere personali per eandem rationem, quia ex pluribus causis deberi potest.

41 † Sed quid dices, si dicat actor in libello, talem rem ad se

y pertinere pleno iure? y dic quod hæc uerba} Pleno iure} denotant ius dominij in libello proponi, ut probatur in l. Titia. ff. de aur. & ar. lega. & l. si titio. ff. de usuf. & l. pater. ff. de ser. leg. & l. si tibi. ff. qui. mo. usufr. amit. & in ca. que. elam, extra de elect. & l. generaliter. in fi. ff. qui & à quib. app. li. & c. cum inter. extra de re iud. & ibi per Inno. & adde quod not. in dicto l. si mater. §. an & eadem. ff. de exceptio. rei. iud. per

42 Bart. † Et no. quòd si pendente iudicio in actione reali generaliter proposita superueniat ius actori, quod non competebat tempore libelli oblati, quòd procedat nihilominus iudicium, & includetur hoc tale ius sub ipsa generali petitione, ut in d. c. abbate sanè. de quo iure superueniente iudicio pendente not. per Glo. & Doct. in l. non potest. ff. de iudic. & in d. §. actiones. In actione autem personali generaliter proposita superueniens noua causa seu nouum ius iudicio pendente non clauderetur in ipsa generali petitione; quia hæc actio personalis determinationem habet certi loci, & temporis, quo celebratus sit contractus secundum Bart. ubi supra. Tractauimus hucusque certos casus, quibus dominium directum quæritur de iure gentium quibusdam quæstionibus. Nunc autem connumerabimus certos alios casus, quibus directum dominium quæritur iure ciuili, qui sunt quinque, uidelicet per successionem, per arrogationem, per religionis ingressum, per usucapionem, & per sententiam iudi-

43 cis. † Capio primum modum, qui per successionem inducitur; qui duplex est. Nam uel quis succedit ex testamento, uel ab intestato, ut patet ff. & C. de hær. instit. per totum, & Institu. de hæred. institu. per totum. & C. & ff. de suis & legi. per totum. Aut ergo quæritur de successione ex testamento & per hunc modum quæritur dominium de iure ciuili, quia eius causa est iure ciuili introducta, scilicet factio & ordinatio testamenti, ut institu. de testamen. post princi. & l. testamenti factio. ff. de testa. Aut quæritur de successione ab intestato & tunc puto quòd hic modus quærendi dominiũ, fuerit à iure gentium introductus, iuxta illud. Si filius ergo hæres, ad quod facit quod habetur in §. sui. Institu. de hære. quæ ab intesta & ff. de liber. & posth. l. in suis. & l. cum ratio in prin. ff. de bon. dam. unde iste modus congruè potest adaptari cum alijs præcedentibus modis quibus dictum est dominium quæri de iure gentium, sed licet per successionem dominium quæratur, non tamen possesio quæritur, nisi cor

z pore apprehendatur, z ut l. cum hæredes. ff. de acqu. poss. nec huic repugnat quod de possesione dicitur in l. cum miles. ff. ex qui. cau. mai. quia ibi loquitur quo ad complendum usucapionem iam cœptam, in quo casu singitur possesio cõ

44 tinuari in hæredem, secus autem quoad alia. † Secundus modus à iure ciuili introductus quærendi dominium directum per arrogationem uel adoptionem, de quo loquitur. Instit. de acqui. per arro. per totum, & in l. cum adoptiuus C.

45 de adopt. † Est autem arrogatio uel adoptio actus quidam legitimus, per quem quis efficitur filius, qui secundum naturam non erat, ut in dictis iuribus comprobatur. Arrogatio autem fit de eo qui est sui iuris, sed adoptio fit de eo qui est in alterius potestate, ut in l. 1. & 2. ff. de adopt. & in d. l. cũ adoptiuis, cum simi. Non tamen credas, quod quælibet persona posit sibi in filium aliquem arrogare, uel adoptare, nec quilibet posit adoptari, uel arrogari. Vnde de hoc uide quod habetur in l. 1. in fi. & l. si pater. §. fi. & l. nec ei permittitur, cũ simil. ff. de adopt. & quod not. Azo in sum. C. de adopt. Exigitur enim causæ cognitio hinc inde, maxime in auctoritate præstanda, nam arrogatio fit principis solius auctoritate ut l. secunda, in prin. ff. de adop. adoptio uero fit auctoritate cuiuscunque inferioris magistratus habentis merum & mixtũ imperium, ut l. 1. C. de adopt. facit l. in stipulatione. ff. de adopt. in prin. & Insti. qui mod. test. infir. in prin. Per quæ patet, quòd multæ arrogationes & adoptiones, quæ fiunt in Monteferrato & in Pedemontibus, nullius sunt momenti quia in eis non interuenit debita causę cognitio, nec superioris auctoritas; facta autem arrogatione, uel adoptione transibant olim omnia eius bona pleno iure in patrem arrogatorem, ut l. si pater, in princ. ff. de adopt. Hodie autem in filio arrogato transeunt quo ad usumfructum tantum ad similitudinem filij naturalis, ut Instit. de acqui. per arro. post princ. In filio verò adoptato per extraneam personam nil transit nec bona, nec persona. ut d. l. cum in adoptiuis. & in d. §. sed hodie. Institu. de adopt. & quia iste modus multum

x non est in usu, & rarissime de facto contingere uidi, ideo nõ

46 prosequor. † Tertius est modus acquisitionis, qui fit per ingressum religionis, ut in auth. ingresi. C. de sac. sanc. eccle. & in auth. si qua mulier. eod. tit. & in Auth. de mona. §. illud, facit cap. fin. extra de succe. ab intesta. & in ca. cum ad monasterium, extra de sta. mo. 24. q. secunda, cap. qui ingredientis, in c. si qua mulier, cum simil. Quod intelligo uerum, quando ingressus fit solemniter cum proposito renunciandi secu

A lo & profitendo regulam, A quia non habitus sed professio facit monachum, ut in ca. porrectum, extra de regula. & transeunt. ad religio. &c. consuluit, ne cler. uel mo. cũ simil.

47 † Forma autem professionis B est ut cancellatis manibus

B in præsentia abbatis, uel alterius monachi dicat } Profiteor me uelle

me velle seruare regulam istá totis temporibus vitæ meæ § vt in cap. vidua. 20. q. 1. deinde ponatur sibi vestis monacha
48 lis, ut not. in d. c. porrectum. † acquiritur autem isto casu ecclesiæ ipso iure omnium bonorum plenum dominium sine aliqua traditione fauore ecclesiæ, ut l. fi. C. de sac. sanc. eccl. & in d. auth. ingressi. cum simi. Non idem est dicendú in quasi dominio, pro quo dat publiciana, imò in eo requiritur traditio in ecclesia sicut in priuato, ut tenet Spe. titu. de loca. uer. 63. quia lex scripta in dominio non debet ex
C tendi ad quasi dominium, C argu. l. si verò. §. de uiro. ff. sol. matr. Quid autem dices in possessione, an transibit in ecclesiam sine apprehensione? glo. in d. l. fi. C. de Sacrosan. eccl. tenet ꝙ non, alibi glo. Io. in d. cap. si qua mulier 18. q. 3. tenet ꝙ sic, tu autem pro concor. distingue sic. Aut res alienatur in ecclesiam per dedicationem seu professioné,
D & tunc transiuit possessio D in ecclesiam sine traditione, uel apprehensione; ita loquitur glo. in d. c. si qua mulier. Aut res alienatur alio titulo, puta donatione, uel uenditione, & tunc licèt transeat dominium, non tamen transit possessio, & ita procedit glo. l. fi. C. de Sacrosan. eccl. Præmissa autem quæ dicta sunt, intellige uera de ingrediente religionem aliquam, in qua non potest habere quis proprium in singulari sed solum in communi, ut sunt regulariter monachi. Secus si ingrederetur ecclesiam in qua possit habere proprium in cõmuni & in singulari, ut sunt isti canonici, & presbyteri seculares; quia tunc non transiret dominium in ipsam ecclesiam, sed adhuc remanet penes ingredientem. ut in l. sac. sanc. & in auth. presbyteros. C. de episc. & cler. Et facit 12. q. 1. c. sunt manifesta. & 22.
49 q. 4. c. 1. & 2. extra de pecu. cle. c. 1. & c. inquirente. † Sed quid si aliquis ingreditur solemniter religionem monachalem hoc pacto, & conuentione, ꝙ eius bona non acquirantur monasterio, sed sibi pleno iure remaneant, quæritur an
E ingressus vitietur, E seu sola, retentio bonorum, & an vtrunque? Et certe quantum ad bona pertinet, clarum est ꝙ non ualet bonorum retentio, sed vitiatur omnino; quia est contra substantiá monachatus, ut in c. cum ad monasteriú,
50 extra de sta. mo. † Relinquitur ergo sola dubitatio circa personam, an ingressus ex hoc vitietur. super quo sunt uariæ opin. glo. & Doct. ut refert Cy. & Iac. But. in auth. ingressi. C. de Sacrosan. eccl. tangitur istud dubium in glo. d. auth. ingressi. & in glo. l. per seruum, in fi. ff. de usu & habi. in c. fin. extra de cond. appo. & in c. insinuante, extra qui cle. vel uouen. & ibi Innoc. & Io. And. Conclusiuè autem sic dicendum est, ꝙ aut retentio bonorum in conditione fit quò ad ipsum ingressum. verbi gratia § Dedico me, si mihi liceat retinere bona mea § aut in sola conuentione seu exceptione, ut puta § Dedico me sine meis, uel ꝙ mihi licitum sit mea possidere. § Primo casu uitiatur ingressus, quia actus istius ingressus magis sapit naturam cõtractus inter uiuos, quàm vltimæ uoluntatis. Ideoque conditio ista tanquam impossibilis de iure vitiat ingressum, sicut contractum. ut l. non solum. ff. de act. & obl. & in §. si impossibilis. Inst. de inut. stip. & ita intelligitur glo. iuris canonici præallega. Secundo casu subdistinguitur, aut fit ista dedicatio bonorum incontinenti simul cum ingressu, & adhuc ingressus uitiatur, quasi talis ingressus contineat in se repugnantiam, cum talis retentio bonorum sit contra substantiam ipsius ingressus, ut supra dictum est. Aut fit ex interuallo, & tunc tenet ingressus, & retentio uitiatur. Facit pro hac distinctione tex. in l. 1. §. 1. ff. si usuf. pe. & l. 4. §. si loci. ff.
51 de adimen. leg. & l. per seruum, in fi. ff. de usu & ha. † Quid autem dicemus, si ingressus uitietur propter vxorationem, an uitiabitur dedicatio bonorum; ut ecce quidam habens uxorem sine uoluntate uxoris dedicauit se & sua bona; uxor reperit uirum, quod facere potuit, ut in c. quidam. & in c. sanc, cum sim. extra de conuer. coniug. unde ingressus remanet viciatus, an bona restituentur ipsi uiro, uel manebunt apud monasterium? Ista quæstio est multum reuoluta tam apud antiquos, quàm modernos, ut refert Cyn. in d. auth. ingressi. & diuersimode distinguitur. Pro cuius tamen solutione dic secundum sanam & æquiorem opinionem. Aut ingrediens errauit putans ingressum tenere. Primo casu, bona sibi restituentur tanquam in eis uitietur dedicatio; & sit ratio, quia cum ipsum monasterium succedere debeat in illis bonis tanquàm filius, ut in auth. nisi rogati. C. ad treb. quem tamen filium cum non possit monasterium habere propter defectum ingressus, meritò sequitur ꝙ collata in ipsum monasterium tanquam filium, quem filium esse credebat, qui non est, reuocantur. ut l. si pater. C. de hær. insti. & l. eam quam. C. de fideicommissis. Secundo uerò casu, quando sciebat ingressum non tenere, & tunc subdistinguitur; aut bona sunt dedicata sub conditione expressa, si ingressus teneat, & tunc uitiato ingressu consequenter uitiatur dedicatio bonorum tanquam conditione defecta, arg. l. si militem. C. de condi. ob cau. cum simi. aut sunt dedicata purè & simpliciter, tacitè uel expressè, & tũc non uitiatur dedicatio bonorum, nec fit eorum restitutio, quasi uideatur ille iactare, & donare. argu. l. 1. ff. de condi. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Sunt tamen aliqui, qui uoluerunt hoc casu aliter distinguere dicendo. Aut bona fuerunt dedicata expressè aut tacitè, & recurrunt ad illam materiam brocardicam, an uitiato expresso vicietur tacitum de quo no. per Cy. & alios Doc. in d. aut. ingressi & l. item sic §. qui habet ff. de serui. rust. prædio. tene pri
52 mam. † Sed circa prędicta quæritur, quid iuris de conuersis, qui assumunt habitum simplicem conuersorum, & uxores retinent & bona, ut de Bighinis & fratribus gaudenti
F bus F. Dic breuiter, ꝙ tales non sunt religiosi, sed solum eximuntur à iurisdictione seculari, ut habetur & notatur in cle. 1. extra de rel. dom. & 12. q. 1. c. duo sunt genera, & not. per Bar. in l. fi. ff. de iureiur. & per Ioan. And. in clem. cum ex eo. in prin. extra de sent. excom. Habes ergo ex præmissis unum amplum ecclesiarum priuilegium, & multa alia ecclesiarum priuilegia non immerito ab Imperatoribus eis collata. uide in tit. de Sacros. eccl. & in titu. extra de
53 immu. eccle. † Inter quæ est, ut ecclesia G non teneatur ad
G expensas murorum ciuitatis, quamquàm teneatur ad refectionem pontium & viarum, ut not. in l. ad instructiones. C. de Sacrosan. eccle. & in c. fi. extra de immu. eccle. quamuis Iacob. Butrig. in d. l. ad instructionem, per illum text. contrariam senserit opi. cauillando, ꝙ quemadmodum ecclesia tenetur ad expensas custodiæ ciuitatis, ut in c. 2. de immu. eccl. ergo & eodem modo ad expensas murorum, quæ fiunt propter custodiam. Quod tamen genus argumentandi à paritate uel etiam à maioritate rationis non admittitur ad restringenda priuilegia etiam profanis reb. data nedú ecclesijs concessa, cú semp ampliari eorú natura, minime autem restringi debeant, ut l. fi. ff. de const. prin. l. priuilegia ff. de reg. iur. & c. beneficia. extra eo. tit. & ibi Ioan. And. in suis mercurialib. ultra ꝙ in specie ecclesia nõ teneri ad refectioné murorú expresse decidit glo in d. l. ad refectioné. in uerb. titulo. Quartus subijciat modus acquisitionis per usucapioné. Est autem usucapio acquisitio dominij per legitimi tituli interuentum & possessionis continuationem spacio & tempore à lege diffinito, ut proba-
54 tur, & not. in l. usucapio. ff. de usucapio. † Et notanter dixi, per usucapionem quæri dominium directum, ut l. traditionibus. C. de pact. ad differentiam præscriptionis longi uel longissimi tẽpis, ná per illam non quærit dñium directum, sed utile tm̃, ut supra dixi, & probatur in l. si quis emptionis. §. sed & si quis C. de præscriptio. 30. uel 40. ann. & not. per glo. & Doct. in d. l. usucapio. Circa quem modú acquisitionis de plurib. esset uidedum, de quib. uide quod scripsi infra circa responsioné libelli in gl. sup uerb. § Præscriptio
55 nis. § † Quintus modus subinfertur, qui fit per sententiá iudicis, circa quem modum sic est distingendum. Aut sententia fertur in actione reali, aut personali. Primo casu per sententiam non transfertur dominium, quia iudex simpliciter declarat cuius est dominium, vt l. ex diuerso. ff. de

rei vendica. non autem agit disponere uel dominium de uno in alium transferre, merito ultra eius intentionē sententia nō operatur. l. non omnis. ff. si ce. t. peta. l. si cum testa neuto, in princ. & l. ii ex testamento, in fi. ff. de excep rei iudica. & hoc sequitu glo. in l. inter officium. ff. de rei uend. licet alij contra, ut plene not. Cyn. in l. 1. C. communia utriusque iudi. Secundo autem casu sententia transfert dominium propter rei iudicatæ aucto itatem, ut l. 2. in fi. ff. si ex noxa. cau. agatur, & l. generaliter, & l. qui ex pluribus. ff. de noxa. & not. per glo. Instit. de offi. iudi. §. fin & l. Pomponius. §. si iussu. & ibi per ac. ff. de acquir. poss. cum simil. pro quo optime facit tex. in l. si & quis. ... ibi ¿ Et dominium habeatur, &c. ¿ & in l. fin. ff. de relig. & sumpti. fune. dicam de hoc infra, in rubr. de forma sententiæ diffinitiuæ.

ADDITIONES.

a Iure dominij uel quasi. Adde tu quòd licet quis dicat rē ad se pertinere iure dominij, uel quasi, quòd tamen non sit & ... ex alia causa spectet; ꝙ libellus sustinetur & iudicium procedit, ita Pet. de Anch. in consi. 83. in fi. & facit, quia multiplicatio verborum non necessaria non mutat substantiam actus. l. insulam ff. de præscri. uerb. & l. pediculis. §. 1. ff. de aur. & arg leg. Fran. Cur.

b Dominium acquiratur. Adde Spe. in tit. de actio. & pet. §. ... uersi. at autem.

c Casu fortuito. Sed hic extrauaganter quæro, an incendiū connumeretur inter casus fortuitos, p̄ imo uidetur ꝙ sic. C. de peri. tu. l. si res & pro so. l. in duobus §. da nna, econtra ꝙ non sit casus fortuitus, imò inhabitantibus imputatur quasi p̄ æsumatur eorum culpa factum l. nam salutem. §. 1. ff. de offi. præfect. uigi. ubi est dictio plerunque, quæ facit regulam & ff. de proba. l. si factum, ad idem ff. de pericu. & commo. rei ven. l. si uendita, Conclude ergo aut loquimur in incendio cui nullo modo potest prouideri; ut quia hostis fecit, & tunc potest dici casus fortuitus ut in iuribus supra alleg. aut fuit factum alio modo, quia habuit originem in loco de quo agitur & non sit sine culpa habitantiū, quod intellige in genere, sed bene potest fieri sine culpa sing. personæ, secundū Bart. in d. l. si vendita, & ideo si dominus domus, in qua incendium ortum est, reperiatur talis qui teneatur de facto habitantium. ut quia caup. nauta, uel ita siue hospes, & dico ꝙ ratione huius culpæ tenetur, & potest conueniri, & ita fuit consultum Paduæ per Ra. de Sal. in quodā hospite in cuius domo hospitij equi quorundam ambasciatorum fuerunt combusti ff. nau. cau. sta. l. 2. in prin. Aut incendium habuit ortum aliunde, tūc aut a loco ita remoto ꝙ poteram mihi prouidere per depositionem siue demolitionem mediæ domus uel alio modo, & tunc dicit in culpa, nec erit fortuitus. si uerò prouidere non poteram, quia in loco proximo habuit ortum ita ꝙ non erat populorum prouisio. & dicatur casus fortuitus, ita Cyn. in d. l. 2. de offi. præfect. uigil. Quæ autem sit pœna incendiarij uide Dyn. & Cyn. in l. data. C. qui accus. non pos. Et adde quod Nicol. refert de facto se. uatum, ꝙ pœna ignis, de qua loquitur. l. quæ ædes, de incen. rui. & naufrag. fuit imposita l. si quis furno. §. ꝙ dicit. ff ad leg. Aqui. & uide in eo. tit. l. qui occidit §. in hac quoque ac. & c. adde quia nihil ad propositum hæc apostilla facit, uide in apostill. ad Bar. in l. 1. ff de offi. præfec. uig.

Adde An incendium connumeretur inter casus fortuitos, Franc. de Rampon. in consil. 30. incip. duo sunt uicini nu. 2. cum seq. 1. uol. consi. criminalium per me edito. & Bart. de Saly. in cons. 31 incip. uenio ad quæstionem propositā num. 1. cum seq. in eod. uol. & Angel. de Vbal. in consi 32. Goza. in cons. 53. incip. prima facie. nu. 11. Qualiter autem incendiarius puniatur, uide in eo. uol. consiliorum criminali. Melchior. de Facinis in consi. 81. incip. coram egregio, nu. 1. cum seq. Ang tract. male. in glo. in uer. incendiario. Iodocum in enchiridio rerum crimi. in rubr. de incendiarijs Plot. in repe. l. si quādo. nu. 731. §. 45. C. unde vi. ac Foller. praxi cri. in 6. part. prin. in forma capitulorum nu. 6. nu. 13. & 14. & in fragmentis. nu. 200. Ziletus.

* Adde, ꝙ incendium ortum in aliqua domo: in dubio culpa inhabitantium processisse præsumitur, teste Euer. lib. Arg. loco à communiter accidentibus, de qua plura scribit Ias. in l. sed etsi quis § quæsitum, col. pen. in fi. & col. seq. ff. si quis caut. & casum not. ponit Alex. consi. 50. lib. 1. & qui teneantur de incendio domus uicinæ uide Affl. decis. 57. quum in materia, plura not. Ias. in l. domos ff. de leg. 1. Ro. consi. 401. sing. 29. Quid de conductore domus an teneatur de incendio, & Dic ut per Ancha. consi. 348. igne autē exorto in uicinia: si domus alicuius destruitur à uicinis ne ignis ulterius progrediatur; Dic, ꝙ damnū ei à uicinis, cōmuniter resarciri debet, secundum Rol. consil. 69. nu. 31. lib. 2. post Bar. in l. si alius. §. est & alia. ff. quod ui aut clam Bal. in l. 2. uer. æquissimum ff. ad l. Rod. de iac. quo in casu cautel. ad defendendum intitulatum de incendio docet Idem Rol. consi. 95. nu. 21. lib. 2. ubi doctè suo more artic. examinat post Turz. inter com. opi. lib. 9. uer. incendium. Mauer.

d Bellum. Not. secundum Bart. in l. hostes. ff. de ca. & postli. re. ꝙ bona quæ capiuntur in bello etiam iusto efficiuntur capientium de consuetudine &c. Adde quis possit indicere bellum, Old. consi. 70. per do. Card. consil. 19. an prælati possint bellum indicere per Calder. consi. 1. ubi quis possit bellum indicere, & cuius sunt in bello capta, Ber.

e Represaliæ adde Rom. consi. 339. & Calde. ubi proximè, dicit Rom. consi. 331. ꝙ præsumitur ꝙ supe. ior faciat iustitiam. Ber.

* Adde, ꝙ represaliarum originem refert Cagnol. in l. 2. in prin. nu. 29. de orig. iur. quibus autem de causis concedantur, & Dic, ꝙ quemadmodum ob denegatam iustitiam cōceduntur: Ita ob neglectam, teste Rom. cons. 169. num. 2. Bertr. consi. 103. nu. 12. lib. 2. in no. item etiam contra clericum debitorem concedi possunt, secundum communem per Guid. Pap. q. 34. & ꝙ possit captus & exactus pro Represalijs concessis ex facto uel delicto alterius repetere quod soluit nec non damna & interesse quæ passus est, communem dicit Ias. in l. 2. §. fi. uer. extra glo. nu. 23. de uerbo. obl per reg. tex. d. §. fi. ꝙ quando quis condemnatur ex delicto alterius & cogitur soluere: potest repetere ab eo cuius facto cōdemnatus est. fallit tamen, nisi tales represaliæ fuissent iniustè & indebitè concessæ respectu alicuius sine culpa illius, quia talis resarcire non tenetur, ut per doc. ibidem, & not Suarez lib. co. opi. uer. represalijs Bos. trac. crimi. tit. de dam. dat. num. 8. Qua in materia plura not. Dec. consi. 352. Iodoc. prac. crim. c. 98. pulchrè Rol. cons. 79. nu. 30. 37. lib. 3.

f Coactus est soluere. Vide Alex. cōs. 147. in 1. col. 2. li. Ber.

g Rem pupilli. Adde ꝙ nec decreto iudicis nullo transfert dominium rei minoris, ut ff. de re. eorum. l. 1. uers. manente & l. magis puto. §. maneat. eo. tit.

h Solus tit. No. ꝙ ubi p̄cessit titul' & reperiī habēs tit. possidere, p̄sumit vigore tituli p̄ambuli possidere, gl. Doc. in l. q̄dam mulier. de rei uend. & in l. 2. C. de acq. pos & not. ꝙ dn̄ium ēt pōt p̄bari p̄ indicia. Bart. in l. Celsus. ff. de usuc. Bal. & Ang. sequūt in l. indicia. C. de rei uend. ubi dn̄t ꝙ nō solū p̄ instr̄m, sed ēt p̄ alia indicia pōt p̄bari dn̄iū. Vnde infert Bal. ꝙ si pr̄ tenuerit rē aliquā, & decessit. Et ego successor possideo illā rē, ita ꝙ p̄bat possessio 10. ann. mei & patris, p̄bat dn̄ium ēt nō apparēte de titulo patris mei. Amplius ibi dicit Ang. ꝙ si habeo titulū & reperior in possessione, ꝙ p̄sumit possessio mihi tradita p̄ titulū p̄cedentē, ut d. l. q̄da mulier, & ideo ex hoc satis indicat dn̄ium, ut obtinere possit in rei uē d. l. indicia, & ibi p̄ Bal. in 3. q. facit ꝙ no. ipse Bal. in rubric. extra de rescrip. in 4. col. & Bar. in d. l. Celsus, maxime in versi. pone, pater tuus emit fundum &c. Adde an quis præsumatur vigore tituli possidere ubi præcessit titulus, Alexand. consi. 78. & qualiter probetur dominium

minium, per Roman. consil. 323 Alex. consi. 4. 2. lib. Bern. Land.

i Sibi clarus, Adde quòd si tradantur ab eo qui non potest de re solus disponere, quod possessio non transfertur, ut per Oldr. consi. 209.

Adde Dyn. in regula beneficium, uersi. quæri posset, & ibi addi. de reg. iur. lib. 6.

K In cospectu, adde an per illa uerba, dedit, tradidit, præsumatur res fuisse in conspectu, Oldr. consi. 217. Rom. consi. 419. Bern.

l Precario nomine. Adde quando per constitutum transferatur possessio, Alex. consi. 81. 3. libr. & consi. 28. 2. libr. per Oldra. consi. 139. & uide Matth. not. suis fol. 30. & 31. Ber.

Adde Spec. in tit. de empt. & uend. §. 1. uersi. & not. quod expresse, & uers. sed quid si in instrumento contineť, Arch. in c. hoc consultissimo, col. 2. in prin. uersi. tenere hic uult, de reb. eccl. non alien. lib. 6. Host. & Io. And. in c. precariū & ibi Abb. Pan. col. 2. uersi. not. bene, de preca. Bar. in l. quædam mulier. ff. de rei uendi. & ibi Ang. & in l. quod meo, in prin. uersi. uisis contrarijs. ff. de acq. poss. in l. interdum, in prin. eo. tit. & ibi Alex. & in l. si ager. ff. de rei uend. Ange. de Vbal. in consi. 218. incip. uisa narratione, col. pe. uersi. nunc descendo Paul. de Cast. consi. 171. incip. in casu præsenti, in prin. in 2. uol. & consi. 261. col. 1. uersi. non obst. quod dicitur, eod. uolum. Raph. Cum. consi. 173. incipien. Galuanus, colu. 2. Raph. Fulg. consi. 191. incip. in causa Iacobi, in fin. Alex. de Imo. consi. 92. incip. perspectis his quæ in themate, col. 2. uersi. quod autem in possessorio. in 1. uol. consi. 28. incip. uiso & præhabito, col. 1. uersi. nec prædictis, & uersi. præterea fateor, in 2. uol. consi. 2. incip. ex narratis, colu. 2. uersi. item quia licentia, in 4. uolum. Franc. Aret. consi. 21. incip. si diligenter, col. 2. uersi. amplius, Cor. consi. 15. inci. ex quo dictus, col. 3. uersi. quia per precarium, in princi. 1. uol. consi. 106. incip. licet in hac, colu. 2. uersi. his tamen nō obstantibus, eod. uol. & consi. 113. incip. circa primum, col. 1. uersi. quia per constitutionem, eod. uol. Bar. Cepo. consil. 8. causarum ciui. incip. casus super quo consilium, colu. 3. uersi. præterea interuenit, Ias. consi. 148. incip. uiso processu causæ, col. 2. uersi. item non est probatum, in 2. uol. Lud. Gozad. consi. 14. incip. prima facie uidetur, col. 2. uersic. 2. cui actualis, & consi. 28. incip. uidetur prima facie, colu. 7. uersi. 3. & Parisi. consi. 129. incip. potuit licite, numer. 11. & 12. cum seq. in 1. uolum. & consi. 98. incipien. quoniam reuerendi. nu. 20. in 2. uol. Ziletus.

m Vsumfructum. Adde Old. consi. 217. supra alle. Ber.

n Etiam territorijs. adde Ro. consi. 344. Old. consi. 252.

o Vacua. adde quot modis possessio dic i possit uacua. Old. consi. 311.

p Ad præscriptionem. adde quod ad præscriptionem ficta possessio non sufficit. glo. quam Ro. dicit singularem in cap. fine possessione, de regu iur. Ber.

q Solo cedit adde quod hoc est de iure naturali non gent. ut hic dicitur, & per principem tolli non potest, & dicit Ro. sin. suis 333. incip. tu hai udito. alle. l. qui domum. ff. ad leg. Aquil. Ber.

✱ Solo cedit Adde Rom. sing. 383. & 27. l. qui domum. ff. ad l. aquil. doc. In apostil. ad Saly. in l. si aquam nu. 3. C. de ser. & aq. Quando autem & quo casu ędificium solo cedat, vide Rol. consi. 28. num. 15. lib. 1. Doc. in l. senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. Ias. in l. 1. §. nunc uideamus. ff. de op. no. nun. & Dic, quod tunc non cedit quando subest coniectura aliqua, quod factum fuerit sine animo donandi, Rui. consil. 165. colum. 2. lib. 4. consi. 134. colum. fin. libro 3. Masuer.

r Pertinere. Adde Rom. consi. 112.

s Simul proponi. adde Alex. consi. 97. 4. lib. & consi. 21. lib. 1. & 207. lib. 2. Ber. Lan.

✱ Simul proponi, Adde, quòd qui petit pronuntiari aliqua bona ad se spectare iure dominij, seu quasi: videtur intentasse rei uēdicationē & publicianam simul. Quę duo de cō suetudine cumulari possunt, teste Nat. cōsi. 200. col. 1. ubi quòd consuetudo ita specialiter disposuit, ut alternatiuus, uel disiunctiuus admittatur, quia difficilis est probatio dominij, pro quo uide quæ habetur per autorem infra libello spol. poss. uersi. pleno iure, Alex. consi. 96. col. fi. lib. 4. & col. pen. ubi de libello in rei uend. & publ. & 101 quid de sententia, & uide eundem Alex. consi. 89. lib. 5. 192. col. 2. in fi. lib. 2. Dec. consi. 62. col. 1. Masuer.

t Contraria. adde Ang. consi. 166. B.

u Etiam utile. adde an statutum faciens mentionem de dominio, comprehendat utile. Fran. de Are. consi. 29. Ber. Lan.

✱ Adde quòd appellatione dominij in dubio de directo intelligitur teste Ias. in l. indebi i. §. sed etsi nummi, post. num. 6. ff. de cond. indeb. in l. si domus §. si fundus. nu. 3. ff. de leg. 1. Quid autem sit dominium directum & vtile, uel quasi & quomodo differunt? vide glo. in l. si minor §. si seruus. ubi Bar. ff. de euic. Syluest. in summa. uersi. dominium, & ad hoc vt quis dicatur directò dominus dic, quòd tenetur probare tria quæ habentur in l. cum res, vbi gl. C. de proba. in l. 1. §. 1. ff. ad Sillan. Quibus autem modis probet quis se dn̄m scribit Ias. in §. omnium. Inst. de act. Masuer.

x Decipiuntur. adde Spe. in tit. de pac. & peti. §. 2. uersi. item not. Bern. Land.

y Pleno iure. adde quid importent hæc uerba Franc. de Are. consi. 156. Ro. consi. 75. Oldr. consi. 224. Bernar.

z Corpore apprehendatur. adde quòd ideo ut plurimum in ciuitatibus sunt statuta, quòd possessio defuncti continetur in hæredem, de quorum uigore uide per Alex. consi. 114. Bern. Landria.

✱ Adde quæ scribit Catel. uer. decretum mediol. Plot. de in lit. iur. § 3. nu. 25. Coras. miscell. lib. 6. c. 12.

A Prōfitendo regulam. adde, quòd si regula sit approbata, profitetur in manibus Abatis potestatem recipiendi professionem, iuxta no. per Calderinum consi. 23. & 27. & 28. de regula. per Lap. alleg 139. & Abb. consil. 113. 2. lib. Bern. Landria.

B Formam professionis. Adde quotuplex sit professio, & qualiter fiat, do. Car. consi. 21. Bern. Landria.

✱ Adde plura de professione, & illius forma, per Syluest. in summa. uers. religio. 3. Imbert. In enchiridio iur. gall. ver. monasticum. ea med. Qn̄ autē & quibus casibus professionem quis facere censeatur, & quibus casibus, uide Guid. Pap. q. 502. & Dic, quòd ingressus monasterium nō dicitur nisi professionem fecerit, teste Bart. in auth. si qua mulier. col. fi. C. de sac. san. ecc. Bard. temp. util. & contin. c. 3. num. 10. Guid. Pap. d. q. 502. Accedit, quòd professio facta non seruata forma tradita per Reg religionis: ligat tamen quo ad Deum etiam in foro conscientiæ, secundū Ias in l. si post diuisionem. nu. 13. C. de iur. & fac. ignor. in l. etsi inutiliter. nu. 4. C. de fideicom. Masuer.

C Quasi dominium. adde Are. consi. 29. Bern.

D Transiuit possessio, adde Oldr. consi. 278.

E Viuetur, adde quæ posui in auth. ingressi, in apostil. ad Bart. in impres. de tortis, & quando monachus possit habere proprium, uide per Calder. consi. 2. de regula. Ber. Land.

F Fratribus gaudentib. Nota quod milites gaudentes nō gaudēt clericorū priuilegijs, & ideo teneri ad collectas, ut l. circa. §. fi. ff. de mun. & hon. ita Bal. C. de test. mil. l. 1. idē Spec. tit. de stat. mon. quod ille qui exercet aliquā hospitalariā, & habet ppriū, & uxorē, nō dēt defendi ab ecclesia tanquā persona ecclesiastica, nisi de epi auctoritate fine recepti. Quòd imò rector hospitalis sit persona ecclesiastica, tenet Spe. d. titu. uers. 31. & sic gaudet priuilegio clericali. 28. q. 1. c. ut lex 11. q. 1. c. aliud, extra. de sen. excō. c. parochianos, 12. q. 1. c. duo, sunt, & c. quisquis, 18. q. 4. in gl. ordo in uer. in uerbo ecclesiastici. Igiť ad suū iudicē ecclesiasticū toto processu forma to cōtra ipsum est remittendus, ut c. si iudex laicus, de sent. excom. li. 6. nec potest reuerenter sine pœna canonis ipsum retinere &c. Adde an bighini & assumentes aliquem habitum conuersorum gaudeant priuilegio clericali. Ant. But. consi. 19. Calder. cōl. 7. de iudi. Cardi. consi. 12. Ber. Lan.

Adde Bar. Socin.consi.230.incip.viso testamento,versi.circa secundam dubitationem,circa med.cum uersi.seq.in 2.vol.Fel.in trac.quando lite.apostol.noce.patr.eccl.nu.24.cum sequen Ca[illegible].Lambert.in tract.de iu.pat.in 1.lib.in 1.q.princ.artic. 10.& in 1.pa.t.2.lib.7.q.princ.artic.4. Ziletus.

ADDE quid de illis qui sunt tertij ordinis, & tanquã religiosi, & vide Rom.consil.367.col.5.in prin.num.14. vbi quod potius inducit tertius ille ordo quendam modũ viuendi approbatum a summis Pontificibus: quàm ueram religionem,& an tales succedant in feudis? Dic,quòd non, cuius contrarium scribit Capic.decis.10.num. 10.num.17. de quo plura not.Clar.§.feudum. q. 78. versic. de clerico, pulchrè Ofasc.decis.27. quid de mulieribus tertij ordinis? & vide Imbe.t in Enchiri.iur. gall. uersic. monasterium. col.fi. Masuer.

G Ecclesia. quòd ecclesia, ecclesiasticorũq; personæ in collectis,alijsque oneribus, quæ a laicis prætextu necessitatis belli,vigiliarum,ciuitatis murorum ædificandorum, reficiendorumve imponuntur,contribuere non teneantur, diuino iure,omnique humano probatur.Diuino quidem Genes.c.47.relato in c.tributum §.quamuis 23.q. vltima. ubi Pharao cum tempore famis, & sic necessitatis, ministerio Ioseph uniuersam terram Aegipti emisset,eam tradidit vẽditoribus sub conditione,quòd quinta pars fructuum Regi solueretur,& hoc factum fuit in legem,absque terra sacerdotali,quam a tali conditione liberam esse præcepit. Cui conuenit quod Dauit in persona Dei exclamat.psa.104.Nolite tangere Christos meos,& in prophetis meis nolite malignari. Et habetur Esdræ lib. 1.c. 7. ubi dicitur. Vobis quoque notum facimus,de uniuersis sacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathineis,& ministris domus Dei huius,vt vectigal,& tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. & lib.3.c.8.Vobis autem dicitur,ut omnibus sacerdotibus,& leuitis,& sacris cantoribus,& seruis templi,& scribis templi huius,nullum tributum,nec vlla alia indictio irrogetur, neque habeat potestatem quisquam obijcere eis. Nam quam plures libertates in ædificatione templi rex Salamon obtinuit a Deo.vt 3.Reg.c.8.& 9.& Exo.19 ait Deus: Mea est omnis terra,in qua disposuit,ut ecclesiæ. & sacerdotes earum essent liberi ab omni potestate secularium.& Machab. 2.ca. 3.Deus noluit,quòd ecclesia violaretur etiam in bonis temporalibus secularium,quæ erant solùm in templo deposita pro custodia;multò ergo minus in bonis clericorum & ecclesiarum.auth.multò magis.C.de Sacrosf.eccl. Et ratio, cur ita cautum fuerit,est;quia omne,quod dño consecratur, siue homo,siue animal,siue ager,siue quid aliud,Sanctũ Sanctorum erit domino,ad ius pertinet sacerdotum c. nulli liceat.12.q.ij.& c.conuenior.23.q.vlt.l.in tantum.§.sacræ.ff. de rer.diuis.& Instit.de re .diuis.§. nullus. & seq.glo. 1. in d.c.tributum. Vnde sequitur illud diui Matthæi.22 Reddite,quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt Dei Deo. Et hoc pariter iure Canonico,sacrisque generalibus concilijs decretum legitur,videlicet Parisiensi.c.secundùm Canonicã, & in c.sanctum.23.q.vlt. vbi de agro ecclesiastico non cogitur presbiter centum persoluere,nec aliquam redhibitionem temporalem præstare. Item in Lateranensi Concilio. c.non minus.& Concilio generali.c.aduersus de immu. eccles. Item in Viennensi.clem.unica.de immun.ecclesc.1.& c.clericus.eod.tit.lib.6.c.penul.& ibi glo.in uerb.Diuino, de censib.in 6.Abb.in c.peruenit.& in d.cap. non minus,& consi.3.parte prima. vbi ostendit l. ad instructiones. C. de Sacrosan.eccles.esse correctam per auth. item nulla communitas.C de epis.& cler.quod etiam affirmat Ruinus consi.3.num.16.uol.5.Guid.Pap.q.281.quos refert Aufr.de potestate secul.super eccl.perso.in ij.regul.fallen.27. summa Angel.in uerb.Immunitas.num.37.uersi.sed dubitatur,ubi dicit hanc esse magis communem etiam doctorum opinionem, Quæ cõmunis opinio a iure etiam ciuili adiuuatur. l. placet.C.de Sacrosf.eccl.& in auth. item nulla communitas.C.de episc.& cler.glo.in l.fi.C.quib.muner. nem. liceat se excus.lib.10.& in d.l.placet.& ibi Bart.& in l. rescripto. §.fi.ff.de munerib.& honor.& in l.unica.C. de mulierib. & in quo loco.Dec.consi.285.num.4.post alios per eum relatos.Cald.cons. .de censib.Petrus antil.tract.munerum. fol. 26.& sequitur Ias.in l.placet.in 2.lect.nu.16. C. de Sacrosf. eccl.late Benedictus Capra in suis regulis.c. 96. num.73.& seq. Leonard.

Adde,& declarã hanc concl.ut per Nat.consi.203.280. col.pen.& fi.Syluestr.in summa.uersic. immunitas. Doc. in apostil.ad Bart.in l.nullus.C.de curs.pub.lib.12.ubi est locus proprius ad q.hic excitatam. Masuer.

H Sententiam iudicis. Adde Alex.cons. 86.in 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus titu. est qui lege firmatur.*
2 *Contractus efficitur minus legitimus ratione defectus formæ, vel consensus.*
3 *Contractus aliquando redditur inutilis personarum ratione.*
4 *Infans regulariter contrahere non potest.*
5 *Infans ex delicto obligatur.*
6 *Maior infante an obligetur,& quando.*
7 *Tutoris auctoritas in alienatione rei immobilis pupilli non sufficit, sed necessarium est etiam decretum iudicis.*
8 *Pupillus habet beneficium restitutionis, etiam super alienatione solemniter facta.*
9 *Maior pubertate,sed tamen minor 25.anno. an obligetur.*
10 *Infantia,pupillaris ætas,pubertas,adolescentia, & familia quid sint.*
11 *Contractus redditur inutilis ex defectu propria potestatis.*
12 *Contractus gestus per mutum,an teneat.*
13 *Furiosus an & quando possit contrahere.*
14 *Mentecaptus quis sit.*
15 *Prodigus an possit contrahere.*
16 *Ratione prohibitionis legis,quis non potest contrahere.*
Statutum tantæ est potestatis in sua ciuitate, quantæ est lex communis in uniuerso.
17 *Dominium rei an transferatur ex contractu inutili.*
18 *Contrahere ratione prohibitionis iudicis quis prohibetur.*
19 *Sententia arbitri à contrahendo potest persona prohiberi.*
20 *Contrahere ratione prohibitionis testatoris quis non potest.*
21 *Prohibitus à testatore contrahere,uel alienare, contrahendo, an teneat contractus,& ex eo transferatur dominium.*
22 *Facta prohibitione à testatore,cum causa vel contemplatione certa personæ ne res alienetur, instituendo alium hæredem, an videatur alienare.*
23 *Si omnes illi, quorum causa est facta prohibitio à testatore, alienationi consentiat,tenet alienatio.*
24 *Alienatione facta per hæredem contra prohibitionem testatoris, nunquid filij superstites, vel nepotes testatoris possint alienationem reuocare.*
25 *Personæ,quarum contemplatione est facta prohibitio à testatore, possũt inter se inuicem rem prohibitam alienare.*
26 *Alienatione secuta inter illos,quorum gratia testator prohibuit, an exinde valeat in extraneum fieri alienatio.*
27 *Dominium an transferatur si contra fiat pacto in contractu contento de non alienando.*
28 *Qualiter succuratur illi qui pactus est, ne res alienetur contra ipsum alienantem.*
29 *Dominij translatio per quem modum in contractu possit impediri.*
30 *Hereticus non potest contrahere uel rem alienare.*
31 *Excommunicatus an possit contrahere, & facere testamentum.*
32 *Apostata an possit contrahere, & quis sit apost.*
33 *Iudæo,& sarraceno an liceat contrahere.*
34 *Christiani non possunt propria auctoritate accipere,& vsurpare res,& bona infidelium.*
35 *Damnatus crimine lesæ maiestatis non potest contrahere.*
Filij committentium crimen lesæ maiestatis in principem, vel contra eos qui circa eius latus sunt,aut contra rempublicam ciuitatis Romanæ excluduntur à materna & alia quacunque hæreditate.
36 *Damnatus crimine lesæ maiestatis,an possit facere testamentum.*
37 *Ante crimen lesæ maiestatis commissum si fuerit facta alienatio,uel contractus,an sequuto crimine reuocari possit.*
38 *Fraus commissa in alienando ante commissionem criminis, qualiter probetur.*

39 Aliena-

39 *Alienatio, seu contractus factus post crimen commissum, an reuocari possit.*
40 *Alienatio uel contractus post accusationem criminis porrectam, & ante lit. cont. facta an possit reuocari.*
41 *Alienatio post accusationem porrectam & lit. contestata, an possit reuocari.*
42 *Alienatio post latam sententiam propter crimen facta, an reuocetur, & quando non.*
43 *Fiscus in pœnis an habeat tacitam hypotecam, sicut in contractibus.*
44 *Persona an prohibeatur contrahere ratione sexus.*
45 *Defectu naturæ res alienari non potest.*
46 *Defectu iuris prohibentis res alienari non potest.*
47 *Publica quò ad proprietatem tantum alienari non possunt.*
48 *Rei immobilis ecclesiasticæ simplex alienatio sine certa solemnitate non tenet.*
49 *Quæ sit forma tractatus in alienanda re ecclesiastica immobili.*
50 *An sufficiat unus tractatus in alienatione rei ecclesiasticæ.*
51 *Solemnitas tractatus debet haberi tantum in alienationibus perpetuis.*
52 *Si dicatur in instrumento alienationis rei ecclesiasti. quod interuenerunt tractatus, & cætera solemnia, per tale instrumentum non probatur de solemnitate requisita tali alienationi.*
53 *Solemnitas requisita à iure in alienatione rei ecclesiast. per consuetudinem remitti potest.*
54 *Alienatio facta sine solemnitate requisita est ipso iure nulla.*
55 *Ecclesia læsa ex alienatione quantacunque solemnitate celebrata restituitur in integrum.*
56 *Abbas, prior & similes personæ si alienent res ecclesiæ, an sufficiat eorũ consensus sine consensu episcopi.*
57 *Actio personalis uel realis competens ecclesiæ an possit cedi uel alienari sine solemnitate requisita in alienatione cæterarum rerum ecclesiæ.*
58 *Feudus dotalis an possit alienari.*
59 *Res litigiosa an possit alienari.*
60 *Res uel actio qualiter fiat litigiosa.*
61 *Res ciuitatis uel loci potest alienari cum certa solemnitate.*
62 *Alienatio rei non litigiosæ facta ante litem motam an ualeat.*
63 *Contractus non tenet ratione turpitudinis.*

a
1 VERIS ac legitimis a ti. † Est enim legitimus titu. qui lege iuuatur & approbatur, ut l. legitima ff. de pact. & est quando in eo concurrunt sua substantialia, ut in l. consensu, & l. obligationum. ff. de actio. & obligatio. Ille uerò titul qui reprobatur à iure, non est legitimus, sed pro nullo reputatur, ut l. 2. & l. fina. C. de usucapio. pro empt. & l. nullo. C. de rei uend. & facit l. si nulla, & l. improba. C. de acquir. posses. cum simil. Et notanter dicitur § Legitimis titulis § quia nuda traditio sine uero titulo, uel saltem putatiuo non facit transire dominium, nec causam præstat præscribendi, ut d. l. nullam, cum si. & ff. de acquir. re. do. l. nunquàm nuda. Redditur autem contractus minus legitimus
b b tribus modis principaliter. Primo casu ratione defectus formæ, uel consensus, uel propter accidens aliquod seu adiunctum. Secundo principaliter ratione defectus perso-
2 narum contrahentium. † Tertio ratione defectus rei super qua fit contractus. Ratione nanque formæ, contractus efficitur inutilis multipliciter; ut patet in contractibus qui uerbis contrahuntur, ut stipulatio. Nam si responsio præcedat interrogationem uitiatur stipulatio, ut ff. de uerbo. oblig. l. 1. §. 1. uel si ad interrogata non adaptaretur responsio, ut Inst. de inut. stipu. in §. præterea. Item & ex defectu consensus, ut patet in contractibus qui re contrahuntur, ut depo. commoda. ut Inst. quibus mod. contrahi. obl. per totum, & in contractibus qui solo consensu contrahuntur, ut locatio, uenditio, & sim. ut Inst. de oblig. quæ ex consen. per totum. Nam si in omnibus his deficit consensus, contrahentium contractus inutilis est, ut ibi, & l. in uenditionibus, in princ. ff. de contrah. emp. & l. quid tamen, eo. titu. Item etiam est exemplum in contractibus simulatis, in quibus ualet quod agitur tacitè, non quod expressè concipitur; quia in expresso deficit consensus, ut l. 1. & 2. C. plus ual. quod agi. & l. imaginaria. ff. de reg. iur. & l. nuda. ff. de contrah. empt. Adeo quòd ex tali imaginario contractu non trãsit dñium, ut ibi, sed possessio bene transit, q̃a in illa non auferenda, non requiritur titulus, uel causa. l. 1. §. si uir. ff. de acquir. posses. licet ipsa translatio possessionis præsumatur simulata si contractus esset simulatus, arg. l. cum proponas C. si quis alteri, uel sibi. quod tenet Bartol. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. Item eodem modo redditur inutilis ratione alterius accidentis uel adiuncti; ut puta quando contractui adijcitur conditio impossibilis, de iure, uel de natura, seu de facto; ut l. non solum ff. de act. & obl. &
3 Inst. de inut. stip. §. si impossibilis. † Dixi secundo, quòd ratione personarum contrahentium redditur inutilis contractus, quod quidem uarijs modis contingit. Primo defectu ætatis. Secundo ex defectu suæ potestatis. Tertio ex defectu naturalis sanitatis. Quarto ratione prohibitionis. Quinto ratione delicti. De primo contingente ex defectu ætatis, patet exemplum in infante, cuius ætas quicquid ui-
4 det ignorat, ut l. 1. in fin. C. de fal. mon. † hic enim regulariter contrahere non potest, nec obligare. l. 1. in prin. & l. si minor. ff. de uerbo obliga. & in l. 1. §. furiosum. ff. de acti. & & obl. & Inst. de inut. stipu. §. pupillus. Fallit in duobus casibus. Primus est in stipu. rem pupi. sal. fo. ut l. seruum. ff. rem pupill. sal. fo. Secundus est in obligatione, quæ nascitur ex negocio utiliter, uel necessariò gesto, ut l. furiosus.
5 ff. de actio. & obli. † Quinimò nec ex delicto infans obligatur, ut l. quòd infans. ff. de rei uind. & l. infans. ff. ad l. Cor. de sic. De his no. per gl. in l. pupillum. ff. de reg. iur. & l. 1. ff.
6 de nouatio. † In maiore autem infante distingue. Aut est proximus infantiæ, & tunc idem ferè per omnia dicendum est, quod in infante supra dixi, ut in d. §. pup. cum simil. Inst. de inut. stip. & not. in d. l. pupillum, de reg. iur. Aut est proximus pubertati, & tunc idem dicendum quod in impubere, in quo impubere distinguit glo. in d. l. pupillus, de re. iur. quia aut contrahit cum suo tutore eius auctoritate, &
c tunc est contractus nullus, c ut in l. 2. post princ. & l. pupillus, in §. item ipse. ff. de auct. tuto. Aut contrahit cum suo tutore alterius contutoris auctoritate, & tunc ualet contractus, ut d. §. item ipse. Aut contrahit cum alio quàm cum tutore; & tunc siquidẽ contrahit sine tutoris auctoritate, tunc contractus est nullus, ut l. obligari, in prin. ff. de auct. tut. & Insti. de auct. tut. in princ. & in §. sed neque. Aut contrahit cum auct. tuto. & tunc ualet contractus, ut Instit. de auct. tut. post princ. & l. impuberes ff. de auct. tuto. & l. clarum. C. de aut. præst. dumtamen auctoritas sit legitimè interposita, aliter pro non interposita habetur, ut l. 1. in fi. & l. 2. & l.
7 l. obligari. §. tutor. ff. de auct. tuto. † Hæc autem uera sunt, nisi fieret contractus super alienatione rei immobilis ipsius impuberis, quia tunc sola auctoritas tutoris non sufficit, ut contractus teneat, sed exigitur etiam decretum & auctoritas iudicis, alias contractus esset nullus, ut in l. magis puto. §. nec passim. ff. de re. eo. & C. de præd. min. l. 2. & l. non solum, & l. minorum, & l. prædiorum, cum si. Licèt factus maior uenditionem factam sine decreto possit expresse confirmare, ut C. si ma. ali. ra. ha. l. fin. libr. 5. Et etiam tacitè confirmaret, si post 25. ann. taceat per quinquenniũ continuũ,
8 ut l. fi. C. si maior fac. uen. sine decreto. quod est no. † Illud tñ est & per te memoriæ commendandum, q̃ in omnibus casib. in quibus dictum est contractum factum cum pupillo, uel minore, si apparet q̃ ipse minor ex huiusmodi contractu, uel uenditione de re sua immobili quantumcunque solemniter facta lædatur, potest petere rescindi per beneficium restitutionis in integrum huiusmodi contractum, & uenditionem, ut in l. in causæ §. inte dum. ff de mino. & l. et & l. fi. C. si tut. uel cu. interue. & l. fi. C. si aduer. uend. cum ti.
9 seq. † Ubi autem esset maior pubertate, minor aũt 25. ann. tunc dic per omnia ut dictum est in impubere habente tutorem, ut l. cum & minores C. si aduer. rem iud. Aut nullum habet curatorem, & tunc tenet uenditio & quilibet alius contractus ab eo gestus, si tamen ex eo sit læsus: potest petere se in integrum restitui, ut ff. de mino. l. 1. & per totum ti. & C. si aduer. uen. l. 1. cum alijs ti. seq. Nisi iurauerit non uenire ꝯ contractum, ut in auth. sacramenta pub. eru. C. si aduer.

d uer.uend. de quo alias dicemus d uide quod not ibi per
10 glo.& Doct. † Quid autem sit infantia, pupillaris ætas, pubertas, adolescentia, senectus, & ætas decrepita, & quid sit ætas proxima infantiæ, quid proxima pubertati, uide quod no.per glo.Insti.de inut.stip.§.pupillus, & c. 1. de pace iur.
11 firman.col.10.& per Arch.in c.1.de cle.coniu.lib 6. † Venio nunc ad secundum principale, quod est, quando contractus redditur inutilis ex defectu propriæ potestatis, cuius exemplum est in filiosa. & seruo contrahentibus cum eorũ patre, uel domino, & in monacho uel alio religioso. Et quidem si filius contrahat cum patre, aut est emancipatus, & ualet omnis contractus inter eos habitus, ut l.si.C.de in ius uocand.& not.in l.lis nulla.ff.de iu.aut est in potestate, & tunc aut contractus celebratur super re profectitia, uel aduentitia, & contractus est nullus, licèt obligatio naturalis
e e tantum oriatur.aut super re castrensi uel quasi, & tunc tenet, & hæc habentur per Doct.& glo.in l.frater à fratre.§.j. ff.de cond.indeb.& l.siue mancipatus.C.de don.quia in peculio castrensi, uel quasi reputatur filius tanquam pater familias & sui iuris, ut in l.1.in fi.& l.2.ff.ad Maced. Aut contrahit cum extraneo, & tunc aut contrahit cum alio fratre suo in eadem potestate constituto, & idem dic quod in patre, per d.l.frater a fatre.aut contrahit cum alio penitus extraneo, & tunc tenet omnis contractus cum eo habitus regulariter.ut l.si quis cum filio. ff.de pecul. & l. tam ex contractib.ff de iud.& in l.filiusf ff.de act. & obl.Fallit in mutuo, ut C.& ff ad Mace.& in uoto, ut l.si quis rem, in §.uoto. ff. de pollicita. licet iste casus non pertineat ad contractus, Si uerò seruus contrahit cum domino suo, tunc nulla nascitur ex eo efficax actio, sed sola naturalis obligatio. l. si id quod dominus.ff.de cõd.indeb.& Inst.de inut.stipu. §. itē inutilis, ubi aũt ꝯhit cũ extraneo, tũc aut ꝯhit acquirēdo dño suo, & tenet ꝯtus, ut Inst.de inut. stipu.per totum, aut contrahit alienando, & se obligando, & tunc non tenet contractus, sed naturaliter tantum obligatur, ut l.in personam, ff.de reg.iur.& l.nec seruus ff.de pecul.& l.serui.ff.de acti.& obl.Fallit in casibus not.in l.3.C.an ser.ex facto suo. Dominus autem ex contractu gesto per seruum cum extraneo obligatur ciuiliter & naturaliter solummodo de peculio etiã inuitus, ut l.si quis seruum, in fi.ff.de pecu.tenetur etiã actione quod iussu, si iussisset seruo ut contraheret, ut ff.q.iussu. l. 1. & 2. item tenetur de in rem uerso, si seruus uertisset in utilitatem ipsius domini, ut ff.de in rem uer.l.1.& 2.,& hoc generaliter. Fallit tamen in aliquibus casibus, in dictis titulis annotatis. Vbi autem monachus, uel religiosus contra
f hit, uel testatur, non ualet contractus, f nec testamentum, ut in auth.ingressi.C.de Sacrosanct.eccl.19.q.3. in c.quia ingredientibus, & in c. si qua mulier, ea.q. cum simi. Transeo ad tertium principale, quando contractus redditur inutilis ex defectu naturalis sanitatis, cuius exempla inueniuntur in muto & surdo a natura, prodigo, furioso, & mentecapto.
12 † Quæritur ergo primò quid iuris sit in muto, an teneat contractus per eum factus.dic quod aut cõtrahit acquirendo, aut se uel sua obligando. Primo casu, aut per eum geritur contractus, in quo requiritur de substantia uerborum expressio uel stipulatio, & tunc non tenet huiusmodi contractus, ut l.1.in princ.ff.de uerbo.oblig.& Inst. de inut.stipu.§.mutum, & ff.de act.& oblig.l.1 in fi. Aut gerit contractum, in quo sufficit solus cõsensus, ut est uenditio, emptio, & locatio, & simi.tunc tenet contractus, ut in l. quibuscunque negocijs.ff.de act.& obl.& no.in l.ubi non uoce. ff. de reg.iur.Et idem dic per omnia seruandum in surdo per iura prædicta. Secundo uerò casu cum contrahit se uel sua obligando, tunc distinguendum est. Aut tempore contractus habuit curatorem, & non tenet alienatio uel obligatio, nisi curatoris auctoritas & iudicis decretum intercesserit, ut probatur in d.l.cum & uos minores.C. si aduer. rē iudi.& l.si curatorem habens.C.de in integ.rest. mino.& facit l.consil.in prin.& l.Iul.ff.de curato.fu .& C.eo.tit.l. 2.& Insti.de cura.§.item.Aut nullum habuit curatorem, & tunc aut gerit contractũ uerborũ, & non ualet cõtractus per d. l.1.in princ.cum simi. Aut gerit contractum alium, & tunc ualet, arg. d. l. curatorem habens. & quod ibi not. cum si-
13 mi. † In furioso g autem qui seipsum percutit & alios,
g ut in l.congruit, in fin.ff.de offi. præsi. dicendum est, quòd cum iste accipiat ipso iure à lege curatorem, & per consequens à iure sit eidem interdicta potestas alienandi, ut not. glo.Insti.de cura.§.furiosi.& ff.de cur.furio.l.1.in princ.non possit alienare nec obligare sine iudicis ac curatoris auctoritate, ut in iuribus proximè alleg. An autem possit acquirere per seipsum, dubitatio est, tamen est distinguendum. Aut gerit contractum qui re contrahitur, ut mutui, uel depositi, aut uerbis, uel consensu. Primo casu tenet contractus, ut l.si à furioso.ff.si cert.pet.& idem in quibuslibet casibus, quibus alijs sanę mentis ignoranti obligatio quæritur, ut l.si à furioso.ff.de actio.& obliga.in secundo autem casu dic, quòd non tenet contractus gestus per seipsum, ut ex eo sibi quæratur, propter defectum consensus, ut habetur in l. furiosi.ff.de reg.iur.& l.1.§.furio ff.de actio.& obligatio.& facit l.qui ad certum.ff.loca.& condu.& l. emp. C. de contrahen.emptio.& quod habetur, & no.in d.l.ubi non uoce in fi.ff.de regu.iur.& l.2.§ uoluntate.ff.sol.matr. Et hæc eadem distin.per omnia seruanda est in mentecapto per iura
14 prædicta. † Est autem mentecaptus qui nullum offendit,
15 carens penitus intellectu. † Quid autem dicendum sit in prodigo, uidetur idem per omnia, quod in furioso dictum est: quia furiosus, & prodigus à iure æquiparantur, ut in d.§. fur. Instit.de cur.ff.de cura.furio.l.1.in princ. Ad cognitionem huius est uidendum, an prodigo sit interdictum bonis à lege ipso iure, sicut furioso, an uerò requiratur quòd fiat interdictio a iudice. & uidetur primò quòd sit a lege interdictio facta prodigo, sicut furioso, pro quo facit similitudo, de qua sup a, & tex.in l.1.ape.ff. de curato. furio. qđ uidetur confirmare gloss.Instit.de cur.§.furio.& l.is cui ff. de testa.In oppositum uidetur quòd requiratur interdictio
h h iudicis, ut l.Iul.ff.de curato.furio.& hanc opin. tenet gl. & Bartol.in l.is cui bonis.ff.de uerbor. obliga. & in l. 1. in princ.ff.de cura.furi.& in d.l. furiosi ff. de regu. iur. & hæc est uerior sententia, secundum quam est ad quæsitum respondendum hoc modo; quia aut prodigus contrahit alienando, uel acquirendo ante interdictum sibi factum a iudice, uel dationem curatoris, & tunc aut contrahit sibi acquirendo, & tenet contractus. aut contrahit se obligando, uel sua alienando, & non tenet, ut d.l.is cui bonis. ff. de uerbor. oblig.cum simi.supra alle. Descendo ad quartum casum, quando cõtractus est inutilis ratione prohibitionis, in quo articulo est attendendum, quod persona prohibetur contrahere aliquando à lege, aliquando ab homine: & si quidem ab homine, aliquando prohibetur à iudice, aliquando à priuato.& si à priuato, aliquando in ultima uoluntate, aliquan
16 do inter uiuos. † Venio ad primum, cuius exempla sunt tam in lege municipali, quàm in iure communi. De lege enim municipali patet, si statuto cauetur, quod forensis nō
i possit emere, i uel contrahere, arg.in l.1.C.non li.habi.metro.lib.11.quo casu, an possit ex successione sibi acquirere, distinguitur, an succedat ex testamento, & sic ex hominis uoluntate, & non potest: aut ab intestato, & sic legis auctoritate, & tunc bene succedit, ut not.Bar.in l.si ita quis. §. ea lege.ff.de uerb.obligat.& facit quod infra dicam, uel pone exemplum. Si uerò statuto cauetur quòd mulier, uel filiusf
K famil.non possit contrahere, k & in alijs multis exemplis, de quibus tangit Bart.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. & l. morē.ff.de acquir.hæ.edi.in quibus casibus contractus redditur inutilis, quia contra legem celebratus.l.non dubium C.de legi. Nec mirum si redditur inutilis, quia tantæ potestatis est statutum in sua ciuitate, quantæ est ipsa lex communis in suo uniuerso.ut l.omnes populi. ff. de iusti.& iur. & ibi not.& in l.cunctos populos.C. de sum.trinita.& fid. cathol. Constat autem per legem communē ꝙ potest persona prohiberi contrahere, ut statim dicam, ergo &
per

per statutum. Subiiciamus ergo exempla, quando de iu
re communi, & per legem communem persona contrahe
re prohibetur: & certe varia sunt exempla, & quidem pro-
hibetur infans, pupillus, furiosus, mentecaptus & similes,
de quibus supra dictum est, & dic ut ibi. Item sunt & aliæ
personæ q̃ prohibentur contrahere de iure communi, lege
prohibente, puta officialis dum est in officio non potest
l contrahere cum sibi subito, l vt l. non licet. & l. qui officij
causa. ff. de contrah. emp. & C. de condi. indebi. l. 1. sed per
consuetudinem legibus est derogatum. Item medicus non
potest cum infirmo durante infirmitate cõtrahere, ut l. me
m dicus m ff. de va. & extraordin. cognit. Item aduocatus
non potest contrahere cum clientulo suo lite pendente, ut
l. quisquis. §. præterea. C. de postu. Item nec illæ personæ,
de quibus habetur in l. 3. & 4. C. de commer. & merca. Item
forensis non potest quicquam emere, uel acquirere ab ha-
bitatoribus metrocomiæ ut l. 1. C. non lic. habit. metr. li. 11.
Item pater non potest filium alienare, ut l. 1. C. de pat. qui
fi. distra. Item nec hæres potest contrahere super re hæredi
taria pend. iud. fam. ercisc. l. alienationes. ff. fa. ercisc. In his
n. casibus, ut gñaliter dixerim, in omnib. casib. in quib. per
sona p̄hibetur contrahere per legem municipalem uel
communem, si contrafiat, contractus redditur inutilis,
ut d. l. non dubium. vnde præscriptio non currit, nec pro-
cedit, ut l. 2. C. de usu. cap. p̄ emp. & l. nullo C. de rei uẽd.
17 † Sed an transferatur dominium rei, quæ traditur ex hu-
iusmodi contractu inutili? distingue latius circa hoc. Aut
contractus est inutilis, quia contra legem, aut præter legẽ.
Si contra legem, ut supra in præcedentibus casibus, tunc nõ
transfertur ex eo dominium, ut l. quemadmodum. C. de
agric. & censi. lib. 11. & ibi not. & bene facit. l. 1. C. non li.
habi. metr. lib. 10. Si uerò est præter legem, tunc transfer
tur dominium, & possessio, ut l. multum interest. C. si quis
alteri, uel sibi, & ibi not. & l. contractus. C. de fid. instru. &
ibi, not. de quo uide quod not. Bart. in l. 1. §. si uir. ff. de ac-
18 quiren. possess. † Dixi ulterius in præcedenti, quòd aliquan
do quis prohibetur cõtrahere per iudicem, de quo patet exem
plum in l. quorum. ff. de pigno. & in l. moris est. §. sunt au-
tem & alii. ff. de pœn. ubi iudex per sententiam potest pro
hibere personam, ne contrahat; probatur etiam hoc in l. u-
trum, in princ. ff. pet. hær. quod tenet Barto. in l. filiusfami-
19 li. §. diui. ff. de leg. 1. † Sed nunquid per sententiam ar-
bitri potest à contrahendo persona prohiberi? Dic quòd
n sic n quemadmodum posset per pactum expressum con-
trahentium, sed tamen si contrafaceret non impediretur
translatio dominij eadem ratione, quia non impediretur
per pactum ut l. ea lege. C. de condi. ob cau. ergo nec per
arbitrum, ut l. non distinguemus §. nunc de officio. ff. de ar
bitris. quod sequitur Inno. in cap. Rainal. extra de testa. &
20 Bart. ubi supra. † Denuo dixi, quòd aliquando persona
prohibetur contrahere à testatore, uerbi gratia, si testator
iubeat uel præcipiat hæredi, ne fundum uendat, uel donet,
ut l. peto. §. fratre. & l. cum pater in §. fidei hæredum. ff. de
leg. 2. & facit l. pater. §. fundum, & §. quindecim. ff. de leg.
21 3. & in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. † Sed circa hoc quæ
ro, si persona prohibita contrahere uel alienare à testato-
o re o contrafacit, nunquid teneat contractus, & transfe-
ratur dominium rei alienatæ? Distingue sic breuiter, Aut
loquimur in alienatione necessaria, aut in uoluntaria. Pri-
p mò casu subdistingue, aut causa necessaria p trahit origi-
nem à defuncto, quia defunctus obligauit se & sua, & ob
hoc creditori res datur in solutum; uel alia similis causa
interuenit, & tunc tenet contractus, & alienatio perpetuò,
ut in l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. 1. & ibi not. ar-
gumen. in l. 1. ff. de fun. dot. & in l. alienationes. ff.
fami. ercisc. Aut causa alienationis trahit originem ab ipso
hærede, ut quia ipse hæres obligauit se, & sua, unde eius
creditori res dantur in solutum, & tunc tenet alienatio in
q uita hæredis q tantum, post eius mortem uerò reuoca-
tur, ut in d. l. peto. in §. prædium. ff. de leg. 3. Si uero loqui-
mur in alienatione uoluntaria, & tunc aut prohibitio est
facta sine certa causa, uel sine alicuius personæ contempla
r tione, & tunc prohibitio est nulla, r & ualet contractus,
dominium transfertur. in d. §. diui. & in l. pater filium. §. Iu-
lius Agrippa ff. de leg. 3. Aut prohibitio, uel interdictio
est facta cum causa legitima, & tunc aut est facta per uerba
præteriti temporis, uerbi gratia; quia dixit. ❡ Si alienasti
uel alienaueris, res deueniat in talem, ❡ & tunc tenet con-
tractus alienatione secuta, argum. in l. stichus seruum. ff. de
manu. test. aut prohibitio est facta pure, & simpliciter per
uerba præsentis temporis, vt quia testator dixit ❡ Nolo
q̃ hæres meus alienet tale castrum, uel talẽ fundum, quia
✱ uolo quòd remaneat in agnatione * mea, ❡ & tunc non
tenet contractus nec dominium transfertur, & statim ad-
mittitur reuocatio, ut in d. §. diui. & in l. cum pater. in §. li-
bertus, & l. vnum ex familia. §. quòd si talia. ff. de leg. 2.
22 † Sed circa præmissa quæritur, si facta sit prohibitio à te
statore cum causa, uel contemplatione certæ personæ, ne
res alienetur, an instituendo alium hæredem uideatur alie
nare? In quo articulo sic distingue, Aut prohibitio est fa-
cta limitatiue respectu temporis, ut quia est facta prohibi
tio, ne alienatio fiat in uita ipsius prohibiti, & tũc uidetur
concessa post mortem, per tex. in l. pater & in §. fundum. ff.
✱ de leg. 2. Aut respectu * personarum, ut quia testator
prohibuit rem alienari in illis de Beccaria, uel de Comiti
bus: & tunc instituendo hæredem aliquam personam ex ip
sis, dicitur alienare, & contra prohibitionem testatoris fa-
cere, & sic contractus nullus, ut l. codicillis. in §. matre ff. de
leg. 2. Aut est facta prohibitio simpliciter quo ad omnes,
& tunc aut res transit ad hæredem extraneum expresse in-
stitutum, & tunc uidetur alienatio prohibita quò ad eum.
ut in l peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. si ita quis. §. ea l. ff. de
uerbor. obliga. Et hoc uerum, quando supersunt illæ per-
sonæ, quarum causa est facta prohibitio, alias si nullus su-
peresset, posset tunc extraneus hæres licite institui, ut l. qui
solidum. §. prædium. ff. de leg. 2. quod est notan. Aut tran
sit ad hæredem legitimum ab intestato succedentem, &
tunc talis alienatio non cadit in prohibitionem, ut l. cum
pater §. cum inter liberos. & ibi not. ff. de lega. 2. de quo
23 dic, ut not. in d. §. fratre. † Quid autem si illi omnes, quo
rum causa testator prohibuit alienationem, consentiant
ipsi alienationi, an tunc tenebit contractus & alienatio?
s Dic quòd sic s vt l. codicillis. §. insulam. & in l. cum pater.
§. libertus. de leg. 2. & in l. nihil. in §. 1. de lega. 1. l. quoties.
C. de fideicom. ubi autem non omnes consenserunt; sed ali
qui ex eis, tunc illi qui non consenserunt, alienationem re
24 uocare poterunt, ut d. §. libertus. † Quid ergo si disposue-
✱ rit testator, q̃ fundus in sua familia remaneret, * & hæ-
res contra prohibitionem alienauit, deinde decessit hæ-
res superstitibus filijs nepotib. testatoris, an poterunt hanc
t alienationem reuocare? t Dic, aut isti nepotes sunt om-
nes hæredes ipsius hæredis prohibiti, & tunc non possunt
reuocare, aut sunt omnes exhæredati, uel aliqui exhæreda
ti, aliqui instituti, & tunc illi soli qui nõ sunt hæredes pro
portionibus suis tantum possunt alienationem reuocare.
Et hæc habentur, & no. in l. filiusfam. §. cum pater. ff. de leg.
2. & in l. vnum ex familia. §. sed si uno, & uersi. talia. ff. de le
ga. 2. & l. is qui cum plures. ff. de leg. 3. Et est ratio, quia hæ
res non potest impugnare factum defuncti, ut l. filios, cum
25 si. cum ibi nota. C. de his quæ in frau. credi. † Sed nunquid
illæ personæ, quarum contemplatione est facta prohibitio,
poterunt inter se inuicem uni alteri, & etiam econuerso
alienare? Responde ad hoc, & dic quòd sic ex præsumpta
uoluntate testatoris, ut in l. quoties. & in l. uoluntas. & ibi
not. C. de fideicom. & in d. §. fratre, & ibi not. in l. pater fi-
26 lium in §. quindecim. ff. de leg. 3. † Quid ergo, si unus al-
teri alienauit: an poterit res ipsa ammodo alienari in ex-
u traneum? u Distingue, aut prohibitio est in rem, uerbi
gratia dixit testator, ❡ Prohibeo rem alienari &c. ❡ Et tũc
prohibitio durat perpetuo, ut in d. §. fratre. & ibi per Bar.
Aut

Aut est facta in personam uerbi gratia § Nolo quòd hæres
meus rē alienet § & tunc si semel facta sit alienatio in per-
sonam permissam, poterit deinceps alienari in personam
prohibitam, ut in d. §. quindecim. Ex quo apparet quòd
sufficit semel satisfactum uoluntati testatoris l. boues §.
hoc sermone. ff. de uerb. signifi. Venio ad alium articulum,
videlicet quando persona prohibetur contrahere inter ui
uos verbi gratia § vendo tibi hanc rem, uel dono, hoc pa-
cto, ne alienes § in quo quæritur si contrafiat, an dominiū
x transferatur x † Dic sic, aut ille qui paciscitur ne res alie
27 netur, aliquod ius sibi in re ipsa reseruat, & tunc si contra
fiat, non ualet contractus, & dominij translatio impeditur,
ut patet in domino qui dedit rem in emphyteusim perpe-
tuo, & est pactus, ne liceat emphyteutæ rem alienare, ut
probatur in l. fi. C. de iure emphy. ad quod facit l. si credit.
ff. de distr. pig. secundum communem literam. Aut nullū
ius sibi reseruat, & tunc aut fit alienatio irreuocabilite, ut
patet in donatione libertatis, quæ non potest reuocari, &
tunc contractus est nullus & alienatio, ut l. ea quidem. C.
si ma. ita fuer. aliena. cum ibi not. Aut est reuocabilis alie-
natio sui natura, & tunc secundum omnium opinio. tenet
contractus, & dominium transfertur, ut in l. ea lege. & ibi
plenè per Cynum. C. de condictio. ob cau. & l. si ita quis.
§. ea lege, per Dyn. ff. de uer. bororum obligatione, & ibi
per Bartol.

28 † Sed dubium restat qualiter succuratur y illi qui pactus
y est, ne res alienetur contra ipsum alienantem, in quo passu
sunt uariæ opi. ut refert Cyn. in d. l. ea lege. tamen conclu-
dendo dic sic. Aut tale pactum, uel conuentio intercessit
super re propria paciscentis, aut super re aliena. Primò
casu, aut eius interest non alienari, & tunc agitur ad inte-
resse contra alienantem, ut in d. l. ea lege. & d. l. si ita quis.
Et intellige sua interesse si facta sit prohibitio fauore cer-
tarum personarum. Aut eius non interest, & tunc non agi-
tur si contrafiat, ut l. fi. C. de pac. inter emp. & uen. Si uerò
pactum fiat super re aliena, & tunc aut non interest paci-
scentis alienari, & non agitur ad aliquid, ut ff. de pac. l. ne-
mo. Aut interest, & tunc si contrafiat potest agi ad inte-
resse, ut l. quoties ff. de fur. Dic latius ut per Cyn. & alios
Doc. in d. l. ea lege & per Bar. in d. l. si ita quis. Patet ergo
ex prædictis, quòd ad impediendam dominij translatio-
nem potentius agit prohibitio testatoris, quàm contrahē-
tis. Cuius ratio esse potest, quia testator potest nuda uo-
luntate sine aliqua traditione dominium in alium transfer
re. ut in l. à Titio. ff. de fur. ergo etiam poterit, ne trans-
feratur, impedire, ut contrariorum sit eadem disciplina,
vt in §. illud. Insti. pro soc. & per regulam, qui potest uelle
potest & nolle, quæ ratio cessat in contrahente, ut in l. tra-
ditionibus. C. de pac. & in § uenditæ. Instit. de rer. diuisio.

29 † Sed nunquid sit dare aliquem modum, per quē in con
tractu possit impediri dominij translatio? Super hoc ergo
multi multa dant consilia, tamen duo pro ueritate sunt re
✠ media ✠ Vnum est, quòd uerba prohibitiua alienationis
referantur ad præambulum ipsius actus alienandi hoc mo
do, § vendo, uel dono tibi hanc rem sub tali modo, condi-
tione, forma & conuentione, uidelicet quòd si perueneri-
ris ad aliquem actum alienationis, quòd res ipsa, ex nunc
prout ex tunc in me reuertatur, & reuersa esse intelligatur
pleno iure, & in eum casum constituis te ipsam rem meo
nomine possidere § vel aliter, & secundo dicatur sic § uen
do, uel dono, ut supra & promittis mihi ipsam rem non vē
dere, & obligas in eum casum specialiter mihi ipsam rem
pignori, § per hoc enim quod remanet ius in re, impeditur
translatio dominij ipsius, ut probatur in l. si creditor. se-
cundùm literam communem. ff. de distrac. pig. de quo ui-
de quod nota. Bar. in l. qui absenti. § 1. ff. de acquir. poss. &
Iac. But. in d. l. ea lege. Nunc autem superest ut accedamus
ad quintum, uidelicet quando quis prohibetur contrahere
ratione delicti, ut hæreticus, excōmunicatus, apostata, dā-
natus de crimine læsæ maiestatis. Discutiamus latius de

30 singulis. † Et primò quæritur, an hæreticus possit con-
trahere, uendere, uel alienare. Ad quod breuiter dicēdum
quod non, ut l. manicheos. C. de hære. & in c. excōicamus, in §.
credētes. de sen. excom. quinimo nec pōt testm̄ facere, nec
testis in iudicio, uel extra esse, ut in dictis iurib. Et ut gene
raliter dicam, isti hæretici omni priuilegio, omniq; digni-
tate, tam ecclesiastica, q̄ seculari sunt priuati, ut in cap. ad
abolendā. & in c. excōicamus. cum seq. de hæret. Bonaque
ipsorum a tpe commissi criminis ipso iure sunt confisca-
ta, sicut infra dicetur in crimine læsæ maiest. ut hr̄, & not.
31 in c. cum secundum leges. extra de hæret. lib. 6. † Quid āt
de excōmunicato dicemus? dic quod excommunicatus suspen
sus est ab administratione, vnde si clericus est, nō pōt alie
nare rem ecclesiæ, ut extra de cleri. excommu. c. fi. & de re
iudi. in cap. ad probandum. quod tenet Innoc. in cap. ueri-
tatis. extra de do. & cont. Super rebus autem suis, siue sit
laicus, siue clericus, potest disponere prout uult, & ipsas
uendere, donare, & alio quouis modo alienare, siue con-
z trahere, z vt in c. si uerò. de sen. excom. & 11. q. 3. c. quo-
niam multos. in fi. sed tn̄ agendo in iudicio esse non pōt, ut
extra de sen. exc. c. per tuas. & extra de sen. & re iud. c. de-
cernimus. & ibi not. extra de sen. exc. lib. 6. quod prosequi
tur idē Inn. in d. c. ueritatis. Nunquid āt possit facere testa
A mentum? Dic quod sic. A ut no. Io. An. in d. c. decernimus, tā
in gl. q̄ in nouella, & idem Bar. in l. si quæramus. ff. de test.
& Iac. de Belui. in Auth. de sanc. episc. in §. omnibus. col. 8.
& Innoc. in c. cum uoluntate, extra de sent. excō. & spec. in
ti. de instr. edi §. cōpendiose, uer. quid de excōmmunicato.
32 Et pro hoc facit c. 2. in fi. extra de sen. excō. li. 6. † In apo-
B stata B quid iuris sit, aduertendum primò quod apostatare nil
aliud est, q̄ temerarius recessus à statu fidei, obedientiæ, vel
religione. Et dicitur apostasia quasi post statio, uel retro
statio, ut hr̄. 26. q. ult. c. non obseruetis. vn̄ apostata dicitur
ille qui ab obedientia, uel ab habitu religionis assumpto
recedit. De hoc not. per gl. in c. 1. extra de aposta. & p Hos.
in sum. extra de aposta. Quærendum est ergo, an apostata
possit contrahere, circa quod est distinguendum, quod aut est
apostata perfidiæ, utputa si christianus factus est iudęus,
uel aliter deliquit in contemptum fidei, & iste non pt̄ con
trahere, nec testm̄ facere, ut hæreticus, ut in l. 3. & in l. apo
statarum. C. de apost. & generaliter oēs illas poenas patit̄,
quas hæreticus, ut no. Inn. in d. c. j. extra de aposta. & facit
quod hr̄. 3. q. 4. c. Vbertus. Si uerò sit apostata inobediētię,
uel irregularitatis, tunc infamis efficitur & repellitur ab
accusando, & testimonio ferendo, & excōmunicandus est,
ut 3. q. 4. in §. si quis à suo. 11. q. 3. c. si āt uobis. & 16. q. 3. c.
legi & 50. distin. c. si. cum simi. non tn̄ prohibet contrahere
uel alia facere, prout de excōicato dictum est supra. & hoc
33 sequitur Inn. in d. c. 1. de apost. † Sed quid dicemus in Iu-
dęo & Sarraceno, an possit contrahere? dic quod inter se &
C Christianos C possunt contrahere, & distrahere super re
bus licitis, & legitimis, ut in l. nemo. C. de iudi. quia Iudęi
omni Romanorum iure regulariter uti possunt, ut in l. Iu
dei. C. de iud. arma āt & loricas non licet christianis uende
re Iudeis uel Sarracenis, ut extra de Iude. in c. ita quorun-
dā. & c. ad deliberandū. & in l. 3. C. quæ res expor. non dēt,
& in l. mercatorum. C. de commer. & merca. Sed nec licet
christianū mancipiū tenere, ut C. ne iude. man. christia. l. 1.
& in c. 1. & 2. ext. de iudei. Postremò nec ullam dignitatē
D D aut honorē consequi possunt hmōi iudei, ut in l. 2. C. de
iude. possunt tn̄ in iudicio litigare, & snīas arbitrales pro-
ferre. ut in d. l. proferre. & in d. l. iudei. in fi. C. de iude. & et
pt̄ legari eis in singulari, licèt non in cōi, ut in l. j. & ibi no.
34 C. de iude. † Sed hic q̄ro, an liceat christianis ꝓpria aucto
E ritate accipere, & usurpare res, & bona infideliū? E Dic quod
non, ut in l. nemo. & in l. nullus. C. de iude. siue sint sarrace
ni, quia dominia, iurisdictiones, res & bona, quæ tenentur
à sarracenis uel iudeis, possidentur ab eis, illa uidelicet
in quibus Romani Imperatores nullum habuerunt domi
nium, unde super talibus bonis non possunt de iure in-
quietari.

quietari, uel molestari. In aliis autem bonis, in quibus Ro-
manorũ Imperatores dominium habuerunt, possunt licitè
✠ inquietari, & eis bellum iustũ indici per Papam uel Imp.
arg. d. l. nemo, & l. nullus, quod sequitur Inno. in c. quòd su-
per, extra, de uoto, & Io. And. in addi. Spec. super tit. de iude.
F Forte tamen possent sarraceni allegare præscriptionem F
tanti temporis, cuius initij memoria non existit, quæ præscri
ptio habetur pro tit. ut l. in hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq.
quoti. & æsti. cum simi. vnde tuti uidentur præscriptione, ni-
si dicas quòd iura imperij nullo tempore præscribantur, ut
in l. coperit. C. de præscri. 30. vel 40. ann. C. ne rei do. uel tẽp.
35 l. 1. & facit c. cum non liceat, extra de præscri. & ibi no. † Se
quitur nunc uidere quid iuris in dãnato de crimine læsæ ma.
G G qui aliquid molitur, seu machinatur dolose contra per-
sonam Imperatoris, uel contra eos, qui circa eius latus sunt
vel contra rempublicam ciuitatis Romanæ arma mouendo
vel tumultus aut seditiones concitando, & simil. ut habetur
in l. 1. & 2. ff. ad legem Iulia. maiest. nam idem dico de tyran
no, uel alia ciuitate, huius quidem criminis pœna est mors,
H bonorum amissio, & publicatio. Filij quoq; H huiusmodi
delinquentis omni successione tam paterna, quàm materna,
necnon & alia quacunq; priuantur, suntq; infames, ut habe-
tur in l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest. Et aliter delinquẽs sta
tim crimine cõmisso efficit intestabilis, nec pt cõtrahere, uẽ
dere, uel alienare, ut in d. l. quisquis, & in c. cum sm leges, ex
tra de hæret. lib. 6. & l. fi. C. ad leg. Iul. maiest. Quid at dice-
mus in aliis delictis, puta in homicida, fure, raptore, falsa-
rio, & similibus? q aut delictũ est tale, ex quo bona nõ sunt
publicanda, ut est hodie regulariter in quocunq; crimine,
vt in auth. bona damnatorum, cum si. C. de bo. dam. & tunc
taliter delinquens potest contrahere, ut l. aufertur. §. in rea-
36 tu. ff. de iur. fis. & in l. reo. ff. de solu. † Sed an testamentum I
I facere possit? dic ut no. Bar. ĩ l. eius qui. §. 1. ff. de test. Aut est
tale delictum, propter quod bona eius sunt publicãda, ut ex
forma iuris, uel statutorum ciuitatis; & tunc considerandi
sunt quinq; tempora. Primum tps est ante crimen cõmissũ.
Secundum post crimen cõmissum, & ante accusationẽ. Ter
tium est post accusationem, & post litis cõtest. Quartum est
post litis conte. & ante sententiam. Quintum est post senten
37 tiam latam. † Circa primũ, quod est ante crimen commissũ
quæritur an crimine postea contracto, & secuto præcedens
K alienatio uel contractus reuocari debeat K Distingue aut
alienatio, quæ crimen præcessit, fuit facta bona fide, & tunc
non reuocatur, ut l. si aliquis, in fin. ff. de dona. cau. mor & in
d. l. post contractum. ff. de don. Aut ipsa alienatio crimẽ præ
uenit in fraudem cum proposito delinquendi, & tunc reuo-
catur secuta sententia, ut in d. l. si aliquis, & in l. in fraudem,
38 in prin. ff. de iu. fis. † Sed qualiter de fraude probabitur, cũ
eius sit difficilis probatio, quia consistit in animo? Dic quòd
ex coniecturis probabitur, altero ex sex modis, ut dicit Bart.
in d. l. post contractum. Primo si alienauit omnia bona sua,
ut in l. omnes. §. Lucius ff. de his quæ in frau. cre. Pro quo fa
cit quod no. gl. in l. qui testamentum ff. de proba & quod ha
betur in d. l. quæ in frau. in prin. ff. de iu. fis. Quod uerum in-
tellige, quando alienatio fit, & causa peruenit de proximo,
& suberat aliqua alia causa suspicionis ipsius criminis; puta
inimicitiæ magnæ, uel cõminationis, & sic probatur per c. fi.
extra de resc. lib. 6. Facit quod not. per glo. in auth. sed iã ne-
cesse. C. de do. ante nup. & l. sed si maritus, in fi. ff. qui & à qui
bus, & in l. si mulier, in prin. ff. re. amo. cum si. de quib. infra di
cetur. Secundo si donauit, uel uendidit personæ coniunctæ,
vt l. pen. C. de bon. quæ lib. in princ. Quod esse uerum intelli
ge, quando alia causa præcessit præsumptiua criminis, quia
per se sola proximitas personarum non sufficeret, ut supra
dixi, probatur in l. si quis post hanc. ver. si quid, C. de bo. da.
& ibi per Cy. de hac materia. Illud tñ scias, quòd ad reuocã-
dum uenditionem exigitur, quòd emptor fuerit particeps
fraudis, ut l. ait ptor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in fra.
cre. contra quem emptorem de participatione præsumam,
si emit à persona coniuncta, cuius qualitatem, & conditio-
nem præsumitur scire, ut l. de tutela. C. de in integ. resti. & l.
octaui. ff. unde cogn. Tertio præsumitur de fraude, si post uẽ-
ditionem uel donationem ipse uenditor uel donator repe-
riatur ipsam rẽ tenere, & possidere, ut l. sicut, in §. superua
cuam. ff. quib. mod. pig. uel hip. sol. & l. si is qui ff. de acquir.
hær. & l. si quis, in fine. C. de nat. lib. cum si. Quod semper ue-
rum intellige alia cã concurrente, ut supra. Veruntamen lex
videtur uelle, quod ex hoc magis arguatur simulatio, quam
fraus, inter quæ est differentia, quia simulata uenditio nulla
est, ut l. nuda. ff. de contrah. emp. cum si. sed uenditio facta in
fraudem reuocatur per actionem reuocatoriam, ut Insti. de
act. §. in fraudem. Et intelligas prædicta fore uera, si uendi-
tor possedit fructus, & redditus in se cõuertendo, alias si no
mine emptoris possedisset, & sibi de fructibus responderet,
non præsumerem ex hoc fraudem, uel simulationem, arg. in
l. litibus. C. de ag. & censi, lib. 11. & in l. Iulianus. §. posses-
sionem. ff. de ac. emp. Quartò præsumitur de fraude, quando
uenditio, uel donatio facta est clã, uel in occulto, arg. l. fi. ff.
de ri. nu. & l. non existimo. ff. de admi. tut. dum tamen præce
dat alia cã simulationis, de qua supradixi. Et isto casu puto
in utroque casu opus esse quòd emptor uel donatarius frau
dem participet, ut in d. l. in fraudem, in §. si quis particeps.
Quintò præsumitur, si de propinquo sequatur delictum, ut
in l. si uentri. ff. de priuil. cre. Pro quo facit quod not. in fi. in
auth. minoris debitor, C. qui tut. da. poss. & in corpore vnde
sumitur, nisi fortasse delictum esset commissum ex inopina-
ta rixa, quia tunc non esset præsumptio in dubio, q animus
præcesserit ad hoc. Sextò psumitur, si contractus, uel aliena
tio facta sit sub expssa conditione, dicendo, {vẽdo vel dono.
si mea bona contigerit publicari,} vt in l. pen. & ibi no. ff. de
stip. ser. & in l. summa cum ratione, in prin. ff. de pecul. Quæ
autem superius dicta sunt, uendicant sibi locum in alienatio
ne facta inter uiuos, ubi autem donatio facta esset cã mortis
extraneæ personæ per huiusmodi delinquentem, tunc lata
sententia cõdemnatoria indistinctè reuocatur, ut l. eius qui.
in fi. ff. de testa. & l. res uxoris. C. de do. int. uir. & uxo. & no. in
l. si aliquis. ff. de do. ca. mort. Si uerò donatio cã mortis fue-
rit facta uxori, tũc nullo modo reuocatur, ut in d. l. res uxo.
de don. int. uir. & ux. & in l. si quis post hac. C. de bo. proscr.
in prin. nisi maritus condemnetur de crimine læsæ maiestat.
cuius memoria post mortem damnaretur, ut l. quisquis. C.
ad l. Iul. ma. & l. cum hic status. § si maritus. ff de do. inter vi.
39 & uxo. & no. per Glo. & Doct. in d. l. res uxo. † Venio nunc
ad secundum principale tempus, quod est post delictum cõ-
missum, & ante accusationem porrectam. In quo dic, quòd
aut delictum commissum est tale, propter quod bona ipso
iure sunt in fiscum statim publicata, ut patet in crimine læ-
sę maiesta. ut d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & in c. cum se-
cundum leges, extra de hæret. libr. 6. & in crimine contra-
hentis incestas nup. in authen. incestas. C. de nup. & in cor-
pore vnde sumitur, & in crimine hæresis sicut in cap. cum se
cundum legẽ. extra de hære. libr. 6. & tunc non tenet aliena-
tio, utpote facta ab eo qui desiit esse dominus. Aut delictũ
est tale, per quod non statim dominium bonorum perditur,
sed sola administratio interdicitur, ut supra dixi in excom-
municato, & in aliis certis casibus, qui probantur in l. quæ-
situm. ff. qui & à qui. & in ex iudiciorũ. ff. de accus. & nunc. l.
non tenet alienatio uoluntariè facta. Secus autem si fieret
ex causa necessaria, ut in l. reo. ff. de solu. & in l. alienationes,
ff. fam. ercíscun. ar. l. pero. in §. prædium. ff. de leg. 2. Aut de-
lictum est tale, propter quod non perditur rerum dominiũ,
nec ipsarum administratio interdicitur, ut est regulariter in
omni delicto, ut l. post contractum. & l. aufertur. §. in reatu.
ff. de iur. fis. Et tunc distinguitur, aut est irreuocabilis alie-
natio, ut manumissio, & non tenet ut in l. qui pœnæ. ff de ma
numiss. Aut est reuocabilis, & tunc tenet alienatio, ut in d.
l. post contractum, cum sim. nisi facta esset in fraudem, ut
40 in d. l. si aliquis. ff. de don. cau. mor. † Descendo ad ter-
tium tempus. scilicet post accusationem porrectam ante lit.
cont. In quo dic, q in omnibus illis casib. in quibus dictũ est
alienationẽ prohibitam post crimen cõmissum, in illis eisdẽ
erit post accusationẽ porrectã multo magis. In cęteris at dic
in

in alienatione voluntaria idem esse, quod supra proxime dixi. In necessaria autem distinguitur, aut reus est præsens, & tunc idem quod supra, aut est absens, & tunc non tenet,
41 ut l.fi.ff.de requi.reis. † Capio quartum tps, quod est post lit. contest. in quo sunt opin.tñ pro veritate dic idem esse per omnia, quod supra dictum est. Circa tertium, quod sequitur Bart.in d.l. post contractum. & Gui.de Cu.in l.non solum. in fi. ff. de in inte.resti. licet glo.teneat contrarium
42 in d.l.ex iudiciorum. ff. de accus. † Postremò ad quintum tps accedo, quod est post sniam latã, in quo distingue. Aut sententia non est suspensa per appellationem, & sic transiuit in rem iudicatam, & tunc non ualet cõtractus, uel alienatio, ut in d.l. post contractum.cum sim. Aut est suspensa per apellatione, & tunc tenet contractus uel alienatio ipso iure, tñ confirmata priori snia postea reuocatur, arg.l.
43 chirographis.§.1.ff de admi.tuto. † Ex pdictis apparet an L fiscus habeat in pœnis tacitã hypothecã L sicut habet in cõtractibus. l. quod placuit.ff.de iure fis. In quo dic, q ante sniam latam, fiscus in pœnis nullũ ius habet hypothecæ, sed post sic, ut C. pœn.fis.cre.l.1.lib.x. Pro quo facit, qm si tale ius haberet ante sniam, posset per hypothecariam à quocunque possessore alienatum reuocare, qđ est falsum, vt patet ex pdictis, quod sequit Bart. in d. l.1.& in d.l. post contractũ, & in l.aufe tur, in §. fiscus, ff.de iu. fis. & Cy. in
44 l.si quis post hac.C.de bo.dam. † Sextus põt prędictis adiũgi casus, in quo persona contrahere prohibetur ratione fragilitatis sexus, ut mulier, & non dico indifferenter, sed solũ in certis casibus, puta si illa pro alijs intercedat transferẽdo in se alienã obligationẽ, uel fideiubendo pro alio, uel si.his.n casibus non obligat mulier in effectu, quia ope
M exceptionis, uelleia. succurritur, M vel. 1.& 2.& l.senatus & l. fœminis, C.ad S.C. Vell. & l.2.ff.eod. Sed si obliget se cum uiro suo, aut pro viro suo ipso iure non obligat, ut in auth.si qua mulier.C.ad Velle. põt tamen mulier iuri hypothecarum renunciare, tam in contractu viri. q̃ extranei,
N & talis renunciatio tenet, N sed tñ renunciatio facta super uno contractu, uel in persona unius ad alium contractum, uel ad aliam personam non extenditur, neq; porrigitur, ut in l.etiam, & in l.iubemus.C. ad Vell. Superest nunc assumere tertium principalem casum, qui est qñ cõtractus prohibetur rõne rei, super qua celebrat contractus, circa quod est sciendum, q contractus potest reddi tunc inutilis
45 principaliter ex duobus. † Primo ex defectu naturæ, ut quia res non extat in natura, nec esse speratur, ut l.nec em-
46 ptio, & l.si consensum. ff. de contra. emp. cum si. † Secundò ex defectu iuris prohibentis, cuius quidem exempla sunt varia, ut puta res propria, res sacra, res religiosa, fundus dotalis, res publica, res ecclesiæ, & aliæ plures; prohibetur itaque primo res propria emi, ut l.suæ rei, ff.de contra.empt. Item prohibetur res sacra aliena.i, & super ea contrahi, quia talis res non põt esse in cõmercio, uel dominio alicuius q̃ solius Dei, ut in §. nullius, Instit.de rer.diu. nisi in certis casibus ibi not. per glo. & in l. sancimus, cum auth præterea. C.de sac.san. eccl.& 12.q.2.c.sacrarum Prohibetur et & res religiosa alienari, ut l.locum. C.de reli.& in §.fi.Inst.de contra.emp & l. liberi.ff.de contrahen.emp. & differt religiosa à sacra, quia res sacræ sunt illæ q̃ sunt Deo dedicatæ cum auctoritate epi, vel superioris plati, ut in d.§.nullius. Religiosæ sunt illæ quæ constituuntur solius hominis priuati uoluntate inferendo corpus mortuum in certum locum, qui locus appellatur sepultura, ut in §. religiosum. Instit. de rer. diu. Et idem est censendum de locis publicis proprietate, & usu, ut theatris & plateis ciuitatis, quæ nec alienari possunt, ut probatur in
47 in d.iuribus, & in l.sed Celsus.ff. de contra.empt. † Si autẽ essent publica proprietate, sed non usu, ut molendina, & mancipia, tunc possunt uendi cum certa solemnitate, ut l. bona & l.inter publica ff.de uerb. si.& in l.fi.C.de vẽ. bon. ciui.lib.11.& not.in d.l.sed Celsus. Idemque dico de libero homine, qui nec pt alienari, ut in d.l.& liberi. In pdictis aũt casib. si emptor fuerit sciens rẽ esse sacrã, religiosam, publicã, vel liberã, non agit contra uenditorem ad in
O teresse. O Si uerò fuerit ignorans, tunc aget q eum ad om-
48 ne interesse suum, ut in d.§.fi.de contrah.emp. † Quid aũt dicemus in re immobili ecclesiastica; ut in fundo, uel domo ecclesiæ? Dic q nec huius rei tenet alienatio, nisi interueniat certa solemnitas tradita tam a iure ciuili, q̃ canonico; quæ quidẽ solemnitas tradita à iure ciuili hr in auth. hoc ius porrectum.C.de sac.san. eccl. & in l. iubemus, e.ti. De iure aũt canonico, cui in hoc standum est, seruatur, &
P seruanda est solemnitas, P quæ traditur 12.q.2.ca.sine exceptione, & in c.dudũ, extra.de reb. eccl. non alien.lib.6.q quidem solemnitas talis est, uidelicet q si quidem uenditur, uel alienatur res immobilis ecclesiæ collegiatæ clericorum secularium, tunc requiritur consensus Episcopi, & ecclesiæ, & capituli, ac etiam tractatus; inter ipsos de capitulo 12.q.2.c.sine exceptione. Aut uenditur res immobilis alicuius monasterij clericorum religiosorum, & tũc
Q requiritur consensus Episcopi, & Abbatis, Q ac etiam consensus monachorum, & tractatus inter eos, ut 12. q. 2. abbatib.& 17.q.4.c.in uenditionib. Aut uenditur res alicuius parrochialis ecclesię, & tunc requiritur consensus epi,
R & presbyteri, siue rectoris eius, R secundum Inn. ut no. per eũ in c.statuimus, in fi.extra de transac.& per Goffr.in summa, extra de reb.eccl.non alie. Ex his autem patet, q
S omni casu auctoritas, & consensus est necessarius. S † Sed
49 ad declarationem præmissorum quæritur, quæ sit forma tractatus, qui requiritur in alienatione rei ecclesiæ? Dic q conuenient omnes de capitulo in uno certo loco cõsueto simul, & fiet coram eis propositio super alienatione fienda de re ipsa, & inde singulariter omnes dicent, quid sibi pro meliori uidebitur fiendum; argu.in l.fi. C.de uen.bon. ciui.lib.11.cum l.seq.de quo fiet instrumentum, & hoc tenet gl.in c.tua nuper, extra de his quæ fi.á præla. fine con-
50 sen.ca. † Sed nunquid sufficeret * unus tractatus, an uerò
* requirantur plures? vr q unicus sufficiat, quia decretalis loquitur in singulari c.dudum, extra de reb. eccl.non alie. licet consultius sit q fiant plures, ut in c.tertio loco. extra de testib.ibi [Quotidie &c.] quam opinionẽ vr tenere glo. in d.c.dudum, super uer.tractatus, licet D.Rol. in suis no-
51 tulis teneat q tertius tractatus intercedere debeat.† Quæ aũt dicta sunt, procedunt in alienationibus perpetuis. In illis aũt quæ sunt temporales, ut est locatio ad 5.uel 6.uel 9. anno.ad plus, non requiritur prædicta solemnitas, sed suf-
T ficit T sola auctoritas abbatis, uel rectoris, uel alterius administratoris, ut in c.1.extra ut eccl.bene.& 16.q.1.c.possessores.qđ sequitur Inn.in d.c.statuimus, de transac.& Ar-
52 chi.in c.3.extra de reb.eccle.non alie.lib.6.† Sed quid di-
* ces de tali quæstione quotidiana, Ecclesia * uendidit, uel alienauit rem immobilem, & in instro ipsius uenditionis, dicit notarius q interuenerunt tractatus, & cætera solemnia de quibus supra, an per hoc instrm probabitur de dicta solemnitate? vr q non, quia illa est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur, & maximè qñ est talis q̃ non potest interuenire tempore celebrati contractus, quia requiritur tractus tẽporis, ut l.3.& q ibi no.C.de fi.instr.& iure hastæ. fi.li 10.& l.quicunq;, in fi.ff.de publi. In contrariũ facit, q à omnia dẽnt præsumi solemniter acta postquã in istro continentur. ut in §.fi.Instit.de fideius.& in l.sciendũ.ff.de ver. obli. Et hanc partẽ vr sentire Io. And.in c.3. loco, extra de test.super gl.& idẽ vr sequi Spe. in titu.de emp.& uend.§. nunc dicendũ, uer. hoc quoq;, sed Bar.tenet q̃riũ in l.scien-
V dũ, & hæc magis placet, & est melior pro V ecclesijs, dẽnt ergo fieri instra separata, p ecclesia de tractatibus præce-
53 dentib.sm Rol. † Vnũ tamen scias, q licèt de iure requiratur illa solẽnitas, si tamen de consuetudine ecclesiæ exigeretur
X minor solẽnitas, illa sufficeret, X sm Inno.in d.c.statuimus, & idem Arch. in ca. dudum. de reb.ecc. non alien. lib.6.& Gofr. in sum.pro quo uide quod not. Cy.in l.1.C. quæ sit lon.consuet.in illa q.circa alienationem rei pupil-
54 laris † Quid ergo si fiat alienatio omissa omni solennitate? dic q est ipso iure nulla, ut in d.l. iubemus, & nota.in d.

ca.sine

ca. sine exceptione & punitur alienator, ut in d.l. iubemus, & in ca. nulli liceat e supra, eccles. non alie. & potest ipse idem alienato- reuocare ipsam alienationem, & ve-
Y nire contra factum suum, Y ut d.l. iubemus, & ca. si quis
55 presbyterorum, extra de reb. eccl. non alien. † Sed quid si in hac alienatione interuenit omnis debita solennitas, tamen ecclesia est de alienatione multum læsa, an poterit reuocari ista alienatio? Dic quòd sic per beneficium in
Z integrum restitutio. Z infra quadriennium à tempore alienationis numerandum, ut habetur & not. in ca. 1. extra de in integ. rest. & in c. pe. extra de reb. eccl. non alie. cum si. sicut in simili restituitur minor si facta sit alienatio cum auctoritate tutoris, & decreto iudicis. ut l. etiam, & in l. fin.
56 C. si tut. vel cura. interue. † Adhuc formo aliâ q. circa prædicta contingit plerunque quòd certi sunt prælati, puta abbates vel præpositi qui habent sub se aliquas ecclesias, vel aliqua monasteria, qui appellantur patres abbates, & aliquando conferunt ipsas ecclesias, prioratus, & abbatias, sicut faciunt episcopi diœcesani. Modo quæritur: si aliquis inferior rector, prior, abbas, vel abbatissa vendat, uel alienat rem immobilem, an sufficiat auctoritas, & consensus istius patris abbatis, an auctoritas episcopi? Dicunt quidã, quòd requiritur auctoritas episcopi, per ea quæ not. in c. hæc ulus prælatio. 10. q. 2. & 19. q. 4. in c. in venditionibus. In contrarium determinat Io. And. in d. cle. 1. extra de reb. eccle. non alien. ubi dicit quòd sufficiat auctoritas dicti
aa patris abbatis, aa quam uidetur approbare Inno. in c. cũ & plantare. §. in ecclesijs. de priuile. & in d. c. statuimus. de transl. Host. verò in d. §. in ecclesijs; circa hoc distinguit, aut ipse pater abbas est exemptus ab episcopo, & tunc sufficit ipsius auctoritas, ut in iuribus primo loco alleg. Aut est subiectus episcopo, & tunc requiritur episcopi auctoritas,
57 ut in iurib. secundo alleg. & hoc magis placet. † Amplius quæritur, actio personalis, uel realis competens ecclesiæ possit cedi, uel alienari sine prædicta solennitate. De quo plenè not. per glo. & Iac. de Bel. in Auth. de non alien. aut perm. re. col. 2. in qua considerari oportet an actiones inter
bb mobilia, uel immobilia bb computentur, quidam dicunt eas inter immobilia computari, quam opin. tenet gl. in l. mouentium. ff. de uerb. sign. & l. si. C. in qui caus. in integr. restit. non est neces. Alij dicunt ipsas inter mobilia tantum computari, per tex. in l. 1. §. exactio. C. de rei uxor. ac. l. 1. & l. 2. uer. mobilis. C. quando & qui. quarta pars debeatur, li. 10. quæ opin. approbatur in l. 1. C. si aduer. uen. Tu autem plenius sm eundem Iac. sic distingue, aut tractatur de actione respectu sui ipsius, aut respectu rei ad quam competit.
cc cc Primo casu omnes actiones censentur immobiles, siue competant pro re mobili, uel immobili, arg. Institu. de re. cor. & incor. §. incorporales, & quod not. in d. l. mouentiũ. Secundo casu, aut agitur de fauore uel odio, aut mixtim de utroque. Si quidem agitur de fauore, tunc si fauor hoc exigit, computantur tanquã mobiles. ut in d. §. exactio. Si aũt fauor. non exigit, tunc loco immobilium computantur, si competunt pro re immobili: si aũt pro re mobili, tunc censentur mobiles: ideoque isto casu possunt cedi, tam in ecclesia, quã in minore, quia res ipsa mobilis posset uendi sm distin. traditã in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & not. in d. Auth. de non alien. §. hæc igitur. & hoc modo debet intelligi quod no. in d. l. si. Si uerò agitur de odio, tunc immobiles censeantur, si odium excluditur, tunc mobiles censendæ sunt aliàs aũt immobiles censeri debebunt. Vbi aũt mixtim de utroque tractat, tunc si ea magis participat in odio, quã in fauore, tunc immobiles censentur, alias aũt inter mobiles computantur, ut l. corruptione. C. de usufr. & de ser. l. sicut. in prin. & de præscrip. long. temp. l. si. Quæ omnia not. pro statutis prohibentibus, uarias personas alienare: Transeamus nunc ad fundum dotalem, reuocando in dubium,
58 † an fundus dotalis possit * alienari. In quo casu sic sub bre
* uitate distingue, aut fundus dotalis alienatur per maritũ, uel uxorẽ ex cã necessaria, & tenet alienatio, ut puta si deẽ

insolidum creditori mulieris, qui peruenit in obligatione fundi ipsum uirum in dote: ut l. 1. ff. de fun. dot. facit in ar. l. alienationes. ff. de famil. ercisc. uel si prouocetur uir ad diuisioné ipsius fundi: nam his casibus permittit alienatio. ut in d. l. 1. ff. de fund. dot. & not. Insti. qui alie. licet uel non, in prin. Si uerò fiat alienatio ex cã uoluntaria, tunc aut fit titulo uniuersali, puta hæredem instituendo, & teneat alienatio, licet transeat cum sua causa, ut in d. l. 1. Aut fit titul. sing. & tunc aut res fuit tradita uiro inæstimata, & non põt alienari, ut l. prædium. C. de iur. dot. & instit. qui alie. licet, in prin. & l. unica. §. & cum lex C. de rei uxo. acti. Aut fuit
dd tradita res ipsa æstimata, dd & hic subdistingue. aut æstimata fuit ea æstimatione, q̃ nõ facit empt. ut q̃a fuit æstimata eo solo respectu, ut sciat quantũ ipsa res sol. ma. sit deterior effecta, & idẽ est, ut alienari nõ possit, ut l. si inter uirũ & quod ibi not. C. de iur. dot. Aut fuit æstimata ea æstimatione, quæ facit emptioné, & tunc aut data est ipsi mulieri electio petendi quòd uelit sol. matr. & tunc non põt alienari, ut l. 1. C. de fund. dot. aut est data uiro electio soluendi quod uelit, uel rem, uel pretiũ, & tunc põt alienari, ut l. quòd si fundus. ff. de fun. dot. & not in l. 1. de fun. dot. In dubio aũt si de hoc non apparet, præsumit esse electio uiri, ut l. plerunq;. §. pe. & fi. ff. de iure do. & no. per gl in d. l. si inter uirum, Si autem uir cõsentiente uxore fundũ dotalé inæstimatũ alienaret, & uxor iuraret non contrauenire alienationi, confirmaretur virtute iuramenti alienatio, ut in c. cum cõtingat extra de iureiur. nisi mulier prius iurasset se nõ alienaturã,
ee quo casu non tñ contractus postea celebratus ee et cum iuramento, cũ prius iuramentũ tollat posterius, not. in ca. licet, circa si. de iureiu. lib. 6. & no. Io. And. in d. c. cum contingat. Deniq; quid iuris sit in re litigiosa, uidendum re-
59 stat. † vnde si quæritur an res litigiosa alienari possit, sic distingue, aut pro re agitur rei uindicatione directa, uel utili, & sic de dominio eius quæritur, & tunc non potest alienari, ut in auth. litigiosa. C. de litig. aut pro ipsa re agit ad usumfructum eius actione confessoria, & tũc idem, quia ususfructus est pars dominij, ut l. 4. ff. de usufr. secus si pro alia seruitute ageret, ut no. in l. 2. C. de litig. aut pro ipsa re agitur actione hypothecaria. & tũc non efficitur litigiosa, & ideo est permissa alienatio, ut l. 3. C. de litig. & l. 1. C. de præsc. lon. temp. aũt agẽ actione psonali, & tunc res ipsa
ff non efficit litigiosa, & inalienabilis. sed ipsa actio ff sola litigiosa efficit, ut in l. 2. C de liti. nec mirũ si isto casu res nõ sit affecta uitio litigiosi, q̃a si actio hypothecaria non efficit rẽ litigiosam, q̃ rẽ ipsam respicit, ut supra dixi, multomagis actio personalis, secundum Iac. Butr. ut per eum
60 no. in d. l. 2. C. de lit. † Hic aũt denuo q̃rit, an ad hoc ut res efficiat litigiosa, uel actio, sit necessaria lit. contest. uel sufficiat sola libelli oblatio? dic sm eundẽ Iac. But. quòd aut quærit de re, aut de actione; si de re, illa efficit litigiosa per solã oblatione precũ facta principi, vel solã libelli oblationẽ, ut in d. auth. litigiosa. Si uerò quærit de actione, tunc illa actio litigiosa efficit, cũ lis contest. fuerit, ut l. 2. C. de liti. qđ sequit Iac. But. ubi sup. & idẽ Iac. de Bel. in Auth. de lit. coll. 8 De iure ft cano. inductũ est, quòd p solã citationẽ res, & actio sit litigiosa, ut in cle. 1. extra ut lit. pend Et not. quòd ille qui rẽ, vel actioné litigiosam alienat, punit, ut l. 3. de liti. & l. si. C. eo. tit. & pdicta pcedunt qñ fit alienatio inter uiuos. Vbi fieret in ultima uoluntate, tunc secus, auth. nũc si hæres. C. de liti. ubi disponit ualere legatũ rei litigiosæ, si cõtingit hæredé obtinere in cã, licèt olim esset atr statu-
61 tũ, ut l. 2. in fi. C. e. ti. † Quid aũt alienatione rei ciuitatis, uel loci? dic quòd est pmissa cũ certa solennitate, ut l. 1. & 2. C.
62 de uen. re. ciu. lib. 2. & not. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. † Quid aũt dices, si fiat alienatio rei non litigiosæ añ litẽ motam q̃ tñ facta est ipe futuræ litis? dic quòd aut talis alienatio facta est in potentiorem ratione officij, & non ualet, & punitur alienator, ut l. 1. C. ne li pot. aut est facta in alium duriorem aduersarium ratione diuitiarum, uel alia simili cã, & tunc agitur ad interesse cõtra alienantẽ, ut C. de alienatio. iudic.

iudica. mutam. cau. fact.l.1.& 2.& aduerte q laici dicuntur habere duriorem aduersarium, quandocunque alienatio facta sit in ecclesiam, ut extra de alien.iudic.mutan.cau.fact.c.fi. & uide quod no.Inno. in c.1.eo.tit. † Postremo & quarto principaliter prohibetur contractus, ratione turpitudinis, ut habetur & not.in l. generaliter.& in l.si plagij.ff.de uerb. oblig.in quo casu sic distingue. Aut id, quod promittitur in stipulatione, est turpe, ut promitto facere homicidium, uel quid simile, tunc est nulla stipulatio, ut in d.l.generaliter.& l.si plagij. Aut id quod promittitur est honestum, sed ipsa promissio turpiter est extorta, puta per dolum, uel metum, & tunc ualet stipulatio, sed agenti obstat exceptio, & ultra promissori datur actio, ut liberetur, ut plene traditur in tit.quod metus causa.ff.& C. de dolo. per totum, Aut id, quod promittitur, est honestum, sed causa propter quam promittitur est turpis, ut promitto tibi centum si feceris homicidium, & tunc licet glo.& Doct. sint in contrarijs opin. ut refert Barto. in d.l. generaliter.& Cyn.in l.2.C.quod met.caus.& in l.ex eo de inut.stipu.tamen uerius est dicendum secundum eum, q sit ipso iure nulla, per l.iurisgen.§.si ob maleficium.ff.de pact. & per d. l. si plagij. Et hæc sufficiant quantum ad presens.

ADDITIONES.

✱ In agnatione. Adde quæ de agnatione scribit Osasc.Decis.127. Quid de domo, cognomine, familia, & uide ibi, quid de clausula illa, volo quòd bona in familia perpetuò conseruentur, & ibi quæritur an fœmina nupta extra famil. excludatur à substitutione, in qua uocatur proximiores de agnatione & post longam disputationem: dicit senatum iudicasse per Agnato contra mulierem, quia fœmina nupta extra famil.non est de familia patris sed uiri. Masuer.

✱ Respectu personarum Adde, quod quando prohibita est alienatio simpliciter in certum genus personarum: tunc non uidetur prohibita in eadem re ab intestato successio, secundum Rom.consi.457.nu.3.& communem dicit Alex. consi.56.col.ult.num.6.lib.1.Dec.consi. 377. num.9.consi. 481.num.[illegible] Masuer.

✱ Remaneret. Adde, quid dicend. prohibita alienatione à testatore omnium bonorum immobilium, quia uoluit ea perpetuò remanere in agnatione. an censeatur inductū fideicommissum inter agnatos? & Dic non fuisse inductū fideicommissum nisi in casu alienationis non facta oblatione ordinata per testatorem. Ita post plura per eum alleg.concludit Osasc. Taurin. Senatus præses grauiss. decis.50.nume.4.ubi declarat l.peto.§.fratre, de lega.2.& d. decis. num. 8.ubi approbat, doc. Bar. in d.§. fratre, qua in re distingue, ut per eum d.decis. num. 14.ubi inquit, aut precessit prohibitio alienandi non simpliciter, sed cum illis uerbis extra familiam, & adiecta est ratio, quia bona remanere uult in agnatione seu familia, & tunc resultat absolutum fideicommissum, etiam quod nulla facta fuerit alienatio, aut uerò prohibitio alienationis est simplex, & sine adiectione illorum uerborum extra famil. sed tamen cum ratione, quia uoluit dicta bona remanere in agnatione: & tunc non inducitur fideicommissum, nisi in casum alienationis, & hoc casu locum habet l.peto.§. fratre, cum simil. de legat.2.in quo Bar.opi.communiter approbatam dicit Ias.consi.4.colum.1.in fin.lib.1.& colu.fin.ubi ponit limit.not.In casu uero d. decis.non fuit prohibita alienatio, sed permissa, licet cum qualitate, ut prius fieret oblatio fratribus, ergo inquit ipse, non uidetur inductum fideicommissum, nisi in casum alienationis, non seruatis præmissis, & ita dicit fuisse iudicatum per senatum prædictum, cui adde quæ scribit Dilec.de arte test.titu.8.c.[illegible] Masuer.

✱ Remedia, Adde Cepol.cautel.38.ubi dat consi.ad impediendam translationem dominij, & uide glo. in l.qui absenti.§.j.uer.extiterit.ff.de acq.poss.ubi Bart. docet cautel. notab.cui adde Rol.consi.46.num.12.li.2. Ias.in l.filiusfa. §.Diui.2.lec.nu.42.53. & seq.de leg.j.

✱ Ecclesia. Adde facit, quæ scribit Ias. in l. inter omnes, col. ij.num.9.ff.qui satisd.cog.q si notarius in instrumento dicat, placuit omnibus de consilio, instrumentum non redditur falsum, quamuis aliqui essent absentes, licet hoc non ponat per constan.Ias.ibi, ubi uide limit. & declar. Masuer. [illegible]

✱ Vnus tractatus. Adde, quòd sufficit unus tractatus, teste Rol.consi.15.consi.33.lib.j. de quo uide quæ scribit Alexand.consi.9.colum.1.li.iij.Dec.consi.174.colum.j. in authen.qui rem.num.21.C.de sac.san.Ias.consi.54.lib.j.Sylvestr.in summa.uer.alienatio Imbert. in enchirid.iur. galliæ.uer.ecclesia. Masuer.

✱ Fundus dotalis. Adde quæ scribit Papien.infra, form. lib.test.in integ.uer.tunc iurauit.num.14. for. lib.ad usumfru.uer.ac etiam.for.Respons.hypothec.uer.exceptionem excuss.colum.7.num.25.& seq.Cepol. caut.131.138.171.174.Bar.in l.si quis per eo, num.8.nume.9.ff.de fideiusso. pract.Bald.titu. de cautel. & remed. cautel. 4. Syluestr. in summa.uer.dos.nume.12.Tremol.ad pract. Bonacur.titu. de peremp.excep.num.4.ubi arti.per.7.conclu.examinat, & de fundi dotalis alienatione per uirum sine mulieris cōsensu: uide Afflic.Decis.349. Quid si cum consensu? Par isis consi.75.lib.1.Afflict.decis.336. Cautelam autem qua sit tutus emens fundum dotalem: docet Cepol cautel. 74. 131. Quid de fundo æstimato dato in dotem? Neuiz. in syl.nup.uer.ampliant primo, num.70.lib.2.Riminal. insti. quib.mod.alienat.num.199.usque ad nume.300. Quibus adde, q aliqui dixerunt fundum dotalem etiam uolente uxo.alienari non posse, quod est contra communem, secus, inquiunt ipsi, si detur æstimatus, Bar.in l.j.ff.de pac.dot.de quo uide quæ ponit Bar.in l.si prædium. C.de iur. dot. ubi q ualet alienatio cum iuramento, quid si uir & uxor simul emant: an cuique pro uirili acquiratur. præsertim ambobus in possessionem missis? & Dic, ut per Osasc. decisio. 140.ubi, num.6.& seq.concludit, q unusquisque pro dimidia sibi acquisit, limita ut per eum ibi, qui in casu dictæ decisio.dicit Senatum censuisse hæredem mulieris iure agere, eiq; relaxandam esse dimidiam prædij empti, salua hæredibus uiri actione personali ad pretium aduersus hæredem mulieris, & rei uindicatione in subsidium, de qua præceden. conclu.uide Bal.consi.349.lib.2.in antiq. Bar. in l.& si initru.num.6.C.de fide instrum.lib.10. Quid si simul uendant, uide Boer.q.23.Bald.in l.mater. num.12.C. de rei uin.Aymo consi.90.lib.1. Afflict.decis.209.Rolan. consi.64.num.8.num.9.lib.1. Masuer.

a Veris ac legitimis titulis, quot modis accipiatur titulus, uide per Alexan.in l. 1.ff.si cer.peta.Fran.Cur.

b Minus legitimus. Adde an minus legitimus titu.excuset a fructibus d.Card.consi.30.& 54. Ber.

c Nullus. Adde q Ang.inclinat q contractus ualeat, sed si inuenit se deceptum potest petere restitutionem in integrum, ita dicit in eius consi.94. Ber.Lan.

Nullus Adde, quod siue pupillus contrahat sine tutore siue cum eo, obligatur tamen naturaliter secundum communem per Ias.in l. interdum col.4. in fi. & col.seq.in prin. ff.de cond. indeb. & quando habet tutorem & contrahit, uel promittit sine tutore pupillus obligatur naturaliter, teste Ias.in l.impuberibus, post nu. 7. ff.de acquir.hæred. in l.1.§.fuit quæsitum.col.2.3.ff.ad treb.ubi etiam quando, & quo casu tutor sibi ipsi autorari possit? Reg. autem negatiuam, quòd pupillus sine tutoris autoritate obligari, non possit, limita ut per Ias.in l. more numero 8. usque ad nu.44.& seq.ff.de acquir.hær. & ad dicta per Papiēsem hic uide eundem Ias.in l.contra Iuris, in prin.ff.de pac.& quod pupillus maior factus possit approbare contractum factū per tutorem, qui de iure non ualebat: scribit Bar.in l.si furem, quæ est l.fi.nu.1.C si alu.res pig. data.sit Masuer.

Dicemus

d Dicemus. Adde quæ ibi ponam.

e Obligatio naturalis. Adde, q Fran. de Are. sequitur opi. Bar. contra Bal. q ex donatione facta per patrem filio oria tur naturalis, & per consequens firmetur iuramento, uide eius consi. 62

* Adde, q in aduentitiis seu ex cã aduentitia inter patrem & filium potest esse obligatio, ex not. per Bart. in auct. de nup. §. si uerò fit, nu. 3. doct. in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. imò ciuilis & naturalis obligatio, l. iubemus §. illud ubi Bar. & Bald. C. ad Trebel. l. pactum C. de pac. conuen. Alex. consi. 185. nu 6. lib. 6. Rip. in l si constante, col. fin. in fin. ff. sol mat. plura not. Ias. d. l. frater à fratre. Et dic, q licèt iure ciuili, iuxta causam aduentitiam non oriatur obligatio efficax inter patrem & filium ad agen. sed tantũ naturalis, ex not. in d. l. frater, de iure tamen Cano. Illud non procedit ubi interuenisset iuramentum, cuius concl. ratio nem ponit Alex. consi. 8. col. 2. in prin libr. 2. pro quo uide etiam quæ late scribit Bar. in l. si quis pro eo. §. item si filius à patre, col. 2. num. 2. ff. de fideiuss. ubi quomodo pater obligetur filio ex causa aduentitia. Masuer.

f Non ualet contractus. Adde, q monachus potest obligare bona monasterij pro expensis studij, ut uoluit Abb. consil. 88. & ibi uide an inter ipsum & prælatum posit fieri obligatio, uide ad materiam Cald. consil. 1. de sol. uide An. consi. 91. Ber.

* Adde, an posit monachus testari, uel donare causa mortis & distingue, ut per Clar. §. testamentum. q. 23. post pract. Bonacur. tit. quibus mod. suo no. ciuil. num. 18. & sequen. Prac. Masueri, tit. de ul. uol. num. 13. 19. Quo autem remedio posit facere testamentum: uide per Dilec. de arte test. tit. 1. c. 4. Masuer.

g Furioso. Adde, qualiter probetur furor, & an semper durare præsumatur, & an ualeat eius obligatio per Alexan. consil. 141 primo lib. quid de demente per Anch. consil. 5. col. 2. per Fulg. consil 80. vbi quid de contractu inebriati. Ber.

h Interdictio iudicis. Adde, hic quæ posui in l. is cui bonis, ff. de uerb. oblig. in apost. ad Bar. in stampa de Tortis. Ber. Lan.

i Emere. Adde, an appellatione forensis ueniat mulier alibi nupta, d. Car. consil. 135. & ibi uide de statuto prohibente alienationem in forensem, de quo per Fulg. consil 215. & per Rom. consil. 509. & ibi uide an stante prædicto statuto si fiat donatio immobilium forensi debeatur saltem æstimatio, & an contractus ualidetur, si fiat statutum, q forensis posit acquirere, & uide de hac materia in consil. Bal. multa quæ credo posuisse in l. cũctos populos, in apostil. ad Bartolum. Ber. Lan.

Adde, quæ scribit Plot. in consil. 118. incip. casus sup quo petitur, per totum, quod est in primo uol. consi. cri. diuer. Doct. Zilet.

K Contrahere. Adde, quòd uoluit Angel. consi. 300. Rom. consi. 208. & 394.

l Sibi subdito. Adde, quòd tamen potest habere concubinã. vt l. fi. ff. de concub. quod sing. alle. Ro. sing. suis. 487. incip. ius ciuile prohibet. & idem dicit glo. in l. prima, C. si rect. prouin. Ber.

* Adde, Ias. in l. principalibus. ff. si cert. pet. & quæ habetur in l. prima, C. de contrac. iudic. limita, ut per glo. in l. cum ipse, C. de contr. emp. Ias. d. l. principalibus l. 2. C. de præd. minor. & uide quæ scribit Ofasc. decil 144. nu. 13. num. 14. Sed an posit conueniri durante officio; Dic, q non, teste Ias. in l. 2. col. j. & seq. ff. de in ius voc. ubi ponit reg. cum ampli. & limit. pro qua uide etiam quæ not. Rom. singul. 758. consi. 415. Masuer.

m Medicus. Adde tamen, quòd si medico promittat. x. dietim ad curandum infirmum, & oporteat eum equitare extra ciuitatem, q illa x. debentur pro diebus, quibus est in itinere, ut est tex. in l. si fine, ff. de oper. libert. quẽ sing. dicit Ro. sing. suis. 290. inc. medico, & de eo Bal. facit festũ. Ber.

ADDE Alex. de Imol. in l. de diuisione, col. 2. uersi. sed quid de medico, ff. sol. mat. & Io. Fran. de Ripa in tract. pestis, in ult. parti. tit. de medi & Sala. col. 11. Zilet.

* Adde, quid medico imputari posit. & uide tex. in l. illicitas §. si eũ. ff. de off. præsid. Rip. de peste c. 7. nu. 129. in l. quominus, col. 5. ff. de flum. plura autem notab. in materia: uide per Rom. sing. 390. Alex. in l. de diuisione, col. 2. ff. sol. mat.

n Dic, q sic Adde Ful. consi. 117. & uide Bal. in l. super possessione. C. de trãs. Alex. in l. si societatem. §. arbitrorũ, in apost. ff. pro soc. & in consi. 120. & in consil. 225. in 2. volu. Fran. Cur.

o A testatore. Adde, an prohibitio alienationis impediat dominij translationem, uel institutionem hæredis, Ful. cõs. 20 per Raph. Cu. consi. 33. & cons. 190. late p Ro. cõs. 356. per d. Car. consi. 17. p Alex. consi. 3. & consi. 55. & 59. 3. libr. & consi. 56. 1. lib. consi. 155. lib. 2. per Ang. consi. 7. & 57. & 160. & vide Ro. consil. 219. consil. 22.

* Adde, an prohibita alienatione censeatur prohibita hæredis institutio, & dic, ut per Catel. uer. alienatione, ubi concludit, quòd non, quam concl. doctè & copiosè & pro negatiua examinat Rol. consil. 80. nu. 35. 37. lib. 3. Quæ procedit ét si testator in testõ expresse & per uerba generalia prohibuisset hæredis extranei institutionem sub pœna ad emptionis bonorum, teste Alex. consi. 155. col. 3. lib. 2. licet sint qui contrarium voluerint, quibus disertè respondet. Rol. d. consi. 30. nu. 33. 36. & seq. Declara ut per Alex. consi. 189. col. 4. lib. 2. Rol. consi. 42. num. 8. lib. j. ubi alienationis uerbo quando lex utitur permissiue continetur & hæredis institutio, item intellige, ut per Nat. consi. 320. col. fi. Alex. consi. 56. nu. 5. lib. j. vbi Doc. in apostil. Rol. consi. 98. num. 25. lib. 2. ubi q prohibita alienatione: licèt non censeatur prohibita hæredis institutio. Secus tamen est, qñ in prohibitione est clausula, uolo, q bona totaliter perueniant ad hæredes, quia ea clausula ampliat dispositionem, & inducit fideicommissum absolutum, vlterius, iura q̃ dicunt ꝓhibita alienatione prohiberi hæredis institutionem l. peto. §. fratre de leg. 2. l. pater filium §. fundum, de leg. 3. Nat. d. consi. 320. col. fi. in fi. locum habent in extraneo hærede: q ab intestato non uocatur, secus in eo cui ab intest. hæreditas defertur, gl. in l. pater filium §. Iulius Agrippa, de le. 3. Quid autem censeatur prohibitum alienatione prohibita, uide Alex. d. consi. 189. nu. 11. lib. 2. Nat. consi. 110. nu. 11. Doc. in apostil. ad Dec. in in l. non alienat, de regul. iur. Bar. in l. fi. per illum tex. C. de reb. alien. non alien. cui Adde, q alienationis prohibitio generalis nõ includit in se alienationem necessariã ex no. p Ro. consi. 107. nu. 2. cõsil. 219. nu 8. 457. nu. 3. Cur. Sen. consi. 27. nu. 15. 63. col. fin. nu. 20. Paris. consi. 98. nu. 79. lib. 1. & an prohibita alienatione uideatur ét prohibita hypotheca, distingue, ut per Dec. consi. 645. & an prohibita alienatione censeat etiam prohibita pscriptio, Rol. concludit, q sic, con. 3. nu. 19. li. j. Quã concl. ipse declarat ibi nu. 83. p qua uide Gabr. com. opi. li. 5. ti. de pscrip. concl. 13. Nat. consi. 437. Quid de transactione: an censeat ꝓhibita p alienationis prohibitionẽ, & dic, ut p Aym. consi. 197. n. 7. ubi vr stare ꝓ affirmatiua, idẽ in confiscatione, q prohibita alienatione censeat ꝓhibita, scribit Rol. consi. 56. nu. 8. lib. 1. ad qđ fac. q̃ Alex. not. consi. 23. li. j. Dec. consi. 442. col. 5. Hyp. sing. 314. Catel. ver. testim, in quo pr, ubi an prohibitio alienationis impediat ne talia bona transeant in fiscũ vigore alicuius delicti, quibus adde, q alienari ꝓhibita non proscribunt proscriptis bonis omnibus, secundũ cõem quã refert. Grãm. decis. 105 nu 31. Clar. in prac §. ul. q. 78. uer. itẽ qro, de qua ét p Rol. cõs. 98. n. 30. con. 31. n. 25. 26. li. j. con. 97. n. 14. li. 2. Boer. q. 278. nu. 6. par. 2. & qui alienationis prohibitione cõprehẽdere constitutionem usus. uctus dixit. quæst. 199. num. 4. part. prima. Masuer.

p Necessaria. Adde Ang. loco supra alle. consi. 7. & Rom. consil. 222. Ber.

q In uita hæredis. Adde Raph.Cum.consil.13. sed quid si res alienata est propter condemnationem prohibiti soluendam, quia e. at in carceribus, uide Bald.consil.186. secundo libr. Et ibi uide quid si permissum est alienare in casu necessitatis, & sit facta alienatio non in casum, an eueniente ca.u possit post modum etiam alienare. Ber.

r Est nulla. Adde q̃ sup.posui in apostil.signata f. Ber. Lan.

s Quod sic. Adde Raph.Cu.cons.33. Ber.

t Reuocare. Adde Rom.cons.18. Ber.

v In extraneum. Adde Bald.cons.378.2.lib. Ber.Lan.

x Transferatur adde Alex.cons.120.3.lib.& consi.90.4.lib. per Fulg.cons.117.& 214. Ber.

✱ Dominium transferatur. Adde, quòd pactum de non alienando habens naturam resolutionis contractus: Dominij translationem impedit, teste Rol.consil.6 .num.17. lib.2.post Salic.in Lea lege.C.de cond.ob cau. & quando pactum de non alienando habet concursum iuris communis: impedit translationem dominij quam al.as non impediret, Alexand.consil.16.num.5.lib.3.de quo uide quę ponit Rip.in l.filiusfami.§.Diui.num.84. de leg.1. in l. si ita quis promiserit.§.ea lege, de uerbor.obli.Rol. cons.6. num.35.54.lib.1. Masuer.

y Succurratur. Adde Fulg.consi.152. Ber.Lan.

✱ Adde Rip.in l.filiusfam.§.diui.nu.84.& seq.de leg.primò.

z Siue contra. adde Spec.in tit.de procur.in prima par.§.si. & ibi uide, an habens ces. de iur. pat. ab excommunicato possit præsentare ante absolutionem ipsius. Ber.

✱ Siue contrahere, Adde, quòd contractus ab excommunicato, ritè recteque geruntur, secundùm communem per Abb.in c.si uero, de sent.excom. Masuer.

A Dic quòd sic. adde Feder.consil.147.alias consi 74. Adde Archid.in cap. pia, de excep.libr 6.numer.quarto. Abb. Panor.in cap.ueritatis, num.32 de do. & contu. Felin. in cap.ad probandum, num.secundo, de sent. & re iudi. & in cap.cum dilectus, num.tertio, de accus. Barto.in con.238. incip. existens Petrus publice excommunicatus, in primo volum. Angel.de Vbald.in consil.decimo, incip.in causa præd.cta, eundem Angel. & Docto. in l. ex facto.§. si quis rogatus ff.ad Treb.Bald.in l.fin. colum. tertia. C. si à non compe iud.& in l.prima.C.de secund.nup.Ioan.Fa. Instit. de test.in § testes autem in na.Angel Aret Instit.de capit. dim.§.minor, num.secundo,& ibi Ioan. de Plat. num. tertio,& Vigli Zuiche. instit. quibus non est permis. fac. testa. in §.eius qui apud.hostes, in fin.Corn. in consil.49. incip. consuluit. D. Ciprianus, nu.2 in primo uol. Zilet.

ADDE vltra superius allegata. Abb. Panor. in capitu. pastoralis§. verum, num.19. & in rubri.de testam.num. vndecimo & Ioann.de Imol.in cap.secundo, de testamen. Angel.Aret. in tract.de testamen.in princip. numer. 31. Andr. Barb. in capit.quia indigentibus, numer.7. eodem titul. Felyn. in cap.cum uoluntate, in fin.de senten.excõmunic. Philip.Franc.in rubr.de testament.libr.6. Ioann. de Selua in tracta. de beneficio. in tertia parte, quæst. 4. numer.quarto. Ioann.Dilec. de arte testan. 2. 1.cautela 10. Math.Neru.in rub.de testam. numer.31. Andr. ab exea.in libro pactorum num.526. Guliel.Benedic in repetu.capitul Raynutius, in uersi. mortuo itaque testatore, el primo, numer.285.Ioan.Ciarroni in lege prima, numer.32. C. de secund. nupt.Iacobin. à Sancto Georgio, in lege, qui deportantur, num.quarto, C. de hæred. instit. Duenas in reg.72. Ziletus.

✱ Adde Papien.in f. a for. respons. rei uer. tanquam publicè excommunicatum.num.12. & for. iur. testium uer.protestante, num.decimo, Dilec de arte test. tit.primo, capit. decimo. Port. com.opin.lib.tertio, concl.23. Pract.Bal. tit.de ult.uol. in rub. num.6.& licet excommunicatus repellatur ab actu actionis: non tamen repellitur ab actu defensionis, Secundum pract.Bald.titul.de statutis, q. 28. num. 3. Masuer.

B Apostata. Adde, Barto in rub. C. de Aposta. Domini. Iacobatium.in t. act.de concilio, libr.octauo, artic. octauo. Cæsa. Lambert.in tracta. de iurepatro. in nono artic. nona q.prin.prima par.secundo lib.num.secundo, cum sequ. Paul. Grilan.in tracta.de hæret.l.prima, q.secunda. col.3. ve. si.apostasia.& Iodocum in praxi crim. capit.61. nu 41. & 42. Zilett.

✱ Adde, quòd Apostata non potest esse episcopus, etiam si summus Pontifex eum ignorans apostatam promouerit, nec etiam potest esse doctor, ex iis quæ ponit Syluestr. in summa, uer.apostasia, quod tamen hodie in doctoratu uix obtinet. Cum ad eum doctoratus gradum. non tantú apostata sed plures hæretici, natu:ales, spurij & alij id genus, ascendant. Qui abusus laicorum christianæ reipublicæ fuit & adhuc est perniciosissimus, & dicitur apostata, qui ad seculum redit, & professionem dimisit non qui ad maiorem religionem transit, teste Carel. uer. apostata pro quo uide Capel tolos. quæst. decimasexta, ubi, quòd monachus, uel alius religiosus qui sine licentia transit ad laxiorem religionem non dicitur apostata & ibi Aufr.dicit, quòd non est uerus apostata quò ad pœnas, largè tamen dicitur apostata, de quo plura not. Rom. consil. 341. & qui apostata: non minus ad pœnitentiam admittetur: quam hæreticus, secundum communem per Clar.in prac. §.ult.q.78.uer.apostata. Masuer.

C Et Christianum, Adde Rom.consil.489.Ber.

✱ Et christianum. Adde, quòd Iudei ligantur legibus ciuilibus teste Rolan.consil uigesimoquinto, lib.tertio, post Alexand.consil.sexto, libr.sexto, & viuunt iure Romano. Nat. consil.434. Coras.Miscell.lib quinto, cap.decimosexto, & ideo subsunt patriæ potestati, secundum Alexan. consi.septuagesimoprimo, colu prima, libr. secundo. Quid de filiis iudeorum an patribus christianis effectis succedere possint? & dic ut per Doct.in apostil. ad Aret.in §. fuerat, num.uigesimosexto institut. de action.& an possit iudæus publica habere officia, & dic, quod sic, quatenus officia sunt onera non quatenus sunt dignitas, ut scribit practi.Bonacur.tit.quibus mod.examen.ord.iud.declin.num. secundo, Roman. singul. 679. plenè Ias. in rubr. de iust. & iur. Hypol.singul.107.273. Roland. consil septuagesimotertio, num.nono, libr.secundo, dict. consil. uigesimoquinto, libr.tertio, & an possit summus Pontifex uel alius princeps de iure concedere, quòd dent pecuniam sub usuris, Dic q̃ sic, teste Ias.in l.cunctos populos, nu 56. & in repet. nu.36.C.de sum.trin.Alex.cons.57.libr.j. cons.j. & 2. lib.2.cons. cons.8.lib.6.Cagnol.in l.curabit, post num.7. C.de act.emp.quibus in locis uidetur concludere pro affirmatiua, & in specie Alex.cons.j. nu.2. lib.2. qui tamen reprehenditur per doc. in apostil.ibi, & licèt hanc communem dicat Marq.trac.iudæor.par.1.c.21.nu.14. mihi tamé magis placet Casalen.senatus præsidis ornatiss. Rol. sententia, cons.55.nu.16.lib.2. q̃ non possit summus Pontifex super hoc dispensare, ac statuere, cum usuræ prohibitę sint per Euangel.Luc.5.mutuum datę, cui sententiæ conuenire uidetur Cur.Iun.in l.eius qui in prouincia, post nu.5. ff. si cert.pet.q̃ iudæi non possunt usuras licitè exercere, imò q̃ peccant fœnerando christianis, secundum communem Theolog.& Canonist.sententiam per Alex.de Neuo consil.100.nu.9.nu.13.consi.101.post nu.14.consi.102.nu.13.licèt de consuetudine seruetur contrarium, quæ consuetudo improbatur ibi d.consi.102.adeò q̃ ecclesia hoc tolerare non debeat, ut contra Principes etiã pulchrè concludit Osasc. decis.137.nu.10.nu.17. q̃ ob subditorum utilitatem usurarios tolerare non debeant quæ opin. antiq. ducal. decretorum huius subalpinæ patriæ dispositione maximè adiuuatur lib.3.cap.de usur. Qua in re laudatur hodie tantum Philibertus Dux Sabaudiæ, ac Princeps noster religiosiss. qui publico edicto iudæorum. In sua ditione usuras taxari & moderari iussit, de quo in dies meliora speramus de qua iudæorum materia, uide quæ scribit Aober. Mar. de or.iud.c.3.nu.50.usq; ad.65.Alex.d.consi.6.lib.6. Mas.

Vllam

D Vllam dignitatem. Adde Anch. consi.283.& quid de neophito. unde Rom.sing.suis.679.incip. nunc ueniamus, & an habeant filios in potestate per Alexand.consi.71. secundo libro.

E Infidelium. Adde quod uoluit Old.consil.72.87.& 291. Ber. Alex.consi.6 lib.6.

F Præscriptionem. Adde, quòd si iudæus rem christiani præscribit, ut dicit Rom.in singu.812.incip.iudæus, non tamé rem ecclesiæ præscribere potest, ut ibi. Ber.

✽ De saraceni. & Turch. uide Alexand. consil. 130. libro septimo.

G Læsæ maiestatis. Adde quod dicatur crimen laes. maiest. Cal.consi.ult.de accu.Old.consi.13.col.pe.uer.circa sextam.q.& late uide per Bar.in tract.ad repri. Ber.Lan.

✽ Læsæ maiestatis. Adde de hac materia quæ scribunt Iodoc.prac.crim.c.62.Bos.tit.de crim.læsæ maiest. Rol.consil.88.lib.2.Guid.pap.q.344. Otasc. deci.79.& seq.omnium pulchrè Clar.prac.crim.§.læsæ maiest.& dic, ꝙ maiestatis crimen subditus tm̃ committit, ex not.per Bald.in l.nihil C.de uind.libert.& in l.2.C.de fals.monet.Ias.in §.rursus.nu.45.Insti.de act.quod not.ad differentiam hostis qui etiam est non subditus, ut ibi per eos. Masuer.

H Filij quoque. Adde an priuentur beneficiis ecclesiasticis. Ro.sing.suis.693.incip.scis quod ex condemnatione, & an statutum dictans quod tale quid committens intelligatur rebellis ipse & sui, comprehendat fœminas. Franc.de Are.consi.23.Bernar.

ADDE an filij committentium crimen læsæ maiestatis priuentur hæreditate & beneficiis Ang.Aretin.in trac.malefi.in glo.etiam eius bona publicamus,nu.27.& Aug.in addi in glo.& ſhai tradito la tua patria,nu.15.in fi. Affiic. in tit. quæ sint regalia, in §.& bona committentium, nu.118.Hiero.Gigas in tract. de crim. læs. maiest. libr. 3. in rub.de pœnis quas filij incur.q.1.nu.4.cum seq.& q.9.nu.1.cum seq. Ziler.

✽ Filij quoque. Adde, quæ scribit Fernand. Tolos. in rep. l. in quartam 2.præfat. col.7.& 3. uersi.circa. & nu.8. Iodoc. prac crim.c.62.nu 9 & seq.Clar.prac.crim.q.78. uer. uidendum est, uer.sed certè.Rol.consi.97.post nu.29.lib.2. Declara, ut per Aret.in §.interdum.nu.13.& seq.Instit. de hær.quæ ab intest.Clar.d.q.78.& in d.prac.§.hæresis.uer fi. & scias,& in §.læsæ maiest.uer.præterea,uer.hæ autem pœnæ.Bos.tit.de crim.læsæ maie.nu.134.138.Clar. d. §. læsæ maiest.uer.fuit etiam,& uer. seq. Masuer.

I Testamentum. Adde, an damnatus ad mortem possit testari. Paul.de Cast.consi.438.in primo uol. Adde Ioã.Fab. Insti.de testa.in §.testes autem,in fi.& Ang.Aret. Insti. quibus. ius pat.pot.sol.in §.cum autem,in fi. Ziler.

✽ Testamentum. Adde, ꝙ testamentum damnati ad mortẽ non ualet, etiam si factum fuerit ante sententiam damnationis, ex not.per Ias.in l.lex Cornelia.num.4.ff. de uulg. Nat.consi.178.posset tamen princeps ex certa scientia mãdare: ut dictum testamentum obseruetur, quia iste est defectus iuris positiui, aduersus quem princeps dispensare potest. Nat.d.consi.num.4.ubi quòd de consuetudine locorum & secundum statuta damnatus ad mortem testari permittitur, quando bona non publicantur, ut latius per eum ibi, cui adde Dilec. de arte test. tit.7. c.9.post num.3. Didac.in rub.de testa.3.par.nu.27.Bar.& alios in l.j. q.4. nu.26.C.de sac.san.eccl. Abb.in rub.de test.col.fi.in c.tuę. de pœnis. Qua in re distingue, ut per Clar. de testamen. q.21. Masuer.

K Reuocari. Adde Pet.de Anch.consi.59. Ber.

✽ Reuocari. Adde Ias.ait prætor §.sed etsi quis iusiurandũ. ff.de iureiur.Cępol.cautel.251.Anch. consi.251.Battend. crim.reg.138. Masuer.

L Tacitam hypotecam. Adde an fiscus habeat tacitam hypotecam in bon.delinquentis.Fulg.consi.179. Ber.

✽ Tacitam hypothecam. Adde Bos.tit.de fisco. num.24.& seq.Battend.crim.reg.140. tex.in l.aufertur §. fiscus ff. de iur. fisci, & an præferatur fiscus creditoribus delinquentis? & dic, quòd præfertur creditoribus delinquẽtis ex delicto, etiam in pœnis pecuniariis, non tamen præfertur, eius creditoribus ex contractu, secundum communem quam refert Clar.in prac.crim.q.78. uer. uidi quandoque & uer. fi. ubi querit an fiscus habeat bona delinquentis tacitè obligata, uel hypothecata, Distingue, ut pe. eum ibi, qui ponit tria cap. & quid quando probationes sunt pares inter fiscum & priuatum, & dic, quòd quamuis fiscus sit actor, sententia in fauorem fisci ferri debet, teste Ias. in l.de dic.primo respon. num.3. ff. qui satisd. cogan. ubi respondet ad l.non puto ff. de iure fisci, de quo fisco: uide quæ scribit Coras. miscell.lib.6.cap.19. Quid de fisco occupante bona alicuius, competentibus creditoribus illius in cuius odium fit executio instante fisco, & uide Bartol. in l.res quæ ff. de iure fisci ubi pulchre & utiliter loquitur Masuer.

M Succurritur. Adde quòd hoc non est simpliciter uerum, sed uide Roma.singul.suis.327. incipien. tu sai quòd mulier.

N Tenet. Adde Ro.consi.140.& 187. Ber.

✽ Renuntiatio tenet. Adde, quòd duo consil.Rom.hic alleg. intelligenda sunt, dummodo maritus habeat alia bona ex quibus uxor. satisfieri possit, ut per Rom.consi.187. in princip.& ita intelligenda esse Rom. consil.140. dicit Negus.tr.ac.pig.3.membro.par.6.prin.ante num.15.quod confirmatur ex not. d. consi.187.ubi quòd mulier renuntiando hypothecæ sibi præiudicat, maximè si confitetur superesse bona ad eius satisfactionem, ad hoc enim ut ea renuntiatio teneat: requiritur quòd alia bona pro dotis cautione supersint.Rom.d.consil.140. sufficit autem quòd eo tempore supersint quo fit renuntiatio, ut d. consil.187. Castr.in l.Meuia §.fundus.num.3. ff. sol.matrimo. ubi loquitur de muliere quæ renuntiauit iuri hypothecæ, de qua per Rom. d.consil. & inter alia, dicit, quòd quando mulier est Actrix & fundat se in negatiua, puta, quòd non sint alia bona mariti, illam probare debet, cuius contrarium uidetur uoluisse Dec.consil.519.colum.fin. in fi. huius tamen rei prac.uide apud Ias.in l.is potest.colu.penul. num.85.ff. de acq.hære in l.decem.num.33.de uer.obl. in l.scimus.§.licentia,num.7. C.de iur. delib. & fac.quæ not. Villal.inter com.opi.lib.2.uer.bona. Paris.consi.50. nu. 66. lib.primo. Nat.consil.214.col.4.238.col.4.Po.e.lib. primo,concl.23.post Alex.consi.55.col.2.lib.1. Sed Imol. in c.peruenit.de emp.& uend.ne mulier ad ius hypothecæ semel; renuntiatum: ulteriorem regressum habeat, dicit non sufficere: si renuntiationis tempore alia extent bona, sed si eo tempore, quo ad dotis restitutionem agitur quod ut æquius, uidetur tenuisse Afflict. decisi. 313. not. Pap.infra for.lib.pro don.ue. ex cauta.colum.fina.nu.14. & for.respons.hypot.uer.exceptionem excussionis,col.7. num.26 & fac.quæ ex communi refert Suarez.lib.co. opi. uer.mulieres, Alc.consil.127.Secundum quam Imolæ sententiam in d.ca.peruenit, uti fauorabiliorem & benigniorem uidi aliquando iudicatum per excell Senatum Taurin. pro quo uidetur stare Nat.consi.552.lib.3.Paris.consil.75.num.13. 14.& aliis seq. lib.3. ubi diluit omnia contraria de iuramento per mulierem præstito, in casu autem de quo per Papien. hic, Dic, quòd renuntiatio iuris hypothecæ firmata iuramento marito non existente soluendo, valet secundum communem per Rol. consil.70. num.20. 25. libr. 2. Quæ opi.ita simpliciter intellecta nimium rigorosa habetur, maximè si concurrerent ea quæ refert Paris.d.consil.75.lib.3. Masuer.

O Ad interesse. Adde Alex. consi.69. 4 lib.

P Est solennitas. Adde Ioan.de Imo.consi.95. Alc.consil.184.lib.d.Car. consi.95. Ber.

Not.de solemnitate quæ requiritur, quando res immobilis ecclesiæ alienatur, quid autem uerbo alienationis contineatur, uide c.nulli.extra de reb.eccl. non ali.

✱ Solemnitas, adde, quod iure Cano. ualet alienatio rerū ecclesiæ sine solennitate subhastationis, teste Rol. consi. 99. nu. 18. lib. 1. de quo uide Guid. Pap. q. 149. Neuiz. consi. 100. Affl. decis. 107. licet hoc potius ex alicuius ecclesiæ consuetudine admitti uideatur, de cuius ualiditate Ias. disputat in l. de quib. nu. 62. ff. de legi. Quæ autem requirantur in alienatione rerū eccl. no. Dec. in c. quæ in ecclesiarū. col. 2. de const. consi. 142. nu. 4. & quæ causæ sint probandæ in ea alienatione, scribit Rol. consi. 15. nu. 16. lib. 1. post Dec. cōs. 282. nu. 6. Neuiz. d. consi. 100. nu. 10. & seq. de quo plura ponit Syluest. in summa. uer. alienatio, Rol. d. consi. 15. consi. 33. num. 12. lib. 1. & Dic, quod et si alienentur ad ipsius commodum & utilitatem: requiritur tamen superioris auctoritas, teste Rol. consi. 44. num. 47. lib. 2. Fel. in c. causam de iudi. Bart. Bal. & alij in l. cum ij. §. eam transactionem. ff. de transa. tametsi in l. contra iuris, in prin. nu. 9. ff. de pac. contrarium innuere uideatur, intellige tamen & declara, ut per eundē Ias. d. §. eam transactionem. Masuer.

Q Et abbatis. Adde quòd abbas conuentu, & monachis carens, potest uendere absque tractatibus, ut consuluit. Ro. consi. 36. Ber.

R Rectoris eius. Adde an si ecclesia sit de iur. pat. requiratur consensus patroni in alienatione rerum, Anch. consi. 277.

S Est necessarius Adde quòd si sit consuetudo, quod inferior ab Episcopo alienet sine eius consensu, quod ualet consuetudo, ut tenet Cald. consil. 8. de his quæ fi. à præl. & quis alienat rem ecclesiæ, & quis auctorizet, per Cald. consi. 10. de reb. eccl. non alie. & an prælatus legatum ecclesiæ solus repudiare possit, uide Lapum alleg. 22. Rom. consi. 84. Federi. consi. 9.

✱ Est necessarius, Adde, quòd sola Pontificis auctoritas rei eccl. alienationem confirmat, teste Rol. consi 15. nume. 4. lib. 1. post Neuiz. consi. 100. nu. 10. nu. 11. pro quo uide quæ scribit Capel. Tolos. q. 97. Qua in re, distingue, ut per Imbertum in enchirid. iur. galliæ. ver. ecclesia. ubi in rei eccl. alien. solemnitates necessarias enumerat, & quando summi Pont. uel Archiep. Decretum uel auctoritas exigatur, & quando non, & an tale decretum post contractum interuenire sufficiat, & quæ opin. apud gallos seruetur? uide ibi. Masuer.

T Sed sufficit. Adde Cal. consi. 5. de reb. eccle. non alie.

✱ Est melior, Adde, quod non probatur tractatus, quando notarius de eo aliter non loquitur, quàm per simplicem sui & partium assertionem, teste Rol. consi. 15. num. 13. lib. 1. post Soc. consi 15. col. 7. lib. 1. Dec. consi. 36. colum. antep. Rol. consi. 90. num. 38. eod. lib. 1. Soc. consi. 52. lib. 4. Ferrar. cautel. 60. num. 4. Ias. consi. 54. lib. 1. Neuiz. consi. 100. nu. 7. Quibus accedant quæ doctè scribit Osasc. decis. 172. dum quærit, an uerbis enuntiatiuis notarij, siue partium, quòd solēnitates, in alienationibus interuenerint standum sit, & quomodo? uide ibi ubi loquitur in feudalibus, & cōcludit negatiue, dicit m̄ emptorē teneri probare solemnitates requisitas interuenisse tempore alienationis, Adde, quòd tractatus & aliæ solemnitates, quæ in reb. ecclesiæ alienandis requiruntur: propter temporis antiquitatem interuenisse præsumuntur, secundum communem per Rol. consi 97. nu. 10. lib. 5. Masuer

V Et est melior. Adde Alex. consi. 17. 4. lib. do. Car. consi. 95. supra alle. Cal. consi. 4. de reb. eccle. non alien. Ber.

X Sufficeret. Adde quòd non ualet consuetudo quòd prælatus solus, uel capitulum solum possit alienare bona ecclesiæ, ut tenet Cald. consi. 3. de his quæ fi. à præla. Ber.

✱ Sufficeret, Adde, quod consuetudo alicuius ecclesiæ in alienationibus rerum ecc. non potest tollere solēnitates à iure cano. introductas, secundum communem per Fich. inter. com. opi. lib. 3. uersi. consuetudo, de quo uide quæ scribit Ias. in l. de quibus nu. 62. ff. de leg. Masuer.

Y Factum suum. Adde an iuramento impediatur, Fran. de Are. consi. 94. Ber.

Z Restitutionis in integr. Adde quod prælatus non potest renunciare beneficio restitutionis in integ. ut uoluit Ang. consi 144. imo quando ecclesia est læsa potest petere restitutionem in integrum.

aa Patris abbatis. Adde Cal. consi. 8. de his quæ fiunt à præla. Ber.

bb Immobilia. Adde Tiraq. in tract. de retra. consang. §. 1. gl. 7. inci. aut quasuis alias, nu. 1. cum seq. usque ad num. 30. Zilet.

✱ Immobilia. Adde, quòd idem iudicamus de actione competente ad rem immobile quòd iudicamus de ipsa re immobili, ad quā competit, adeo quòd illa solennitas quæ requiritur in alienatione rei immobilis requiritur etiam in alienatione talis actionis, ex not. in auth. de non alien. §. 1. doc. in l. 1. C. si aduersus trans. per Alex. consi. 27. num. 6. lib. 3. & quod actio quæ competit pro re immobili dicatur immobilis, not. Rol. consi. primo, num. 127. lib. 3. prac. Masueri, titulo de exec. num. 31. & seq. idem Rol. d. consilio & num. 127. ubi hoc etiam procedere dicit in re mobili & actione quæ datur ad eam, qua in materia plura no. Rom. consilio 509. 4. dub. ubi an actiones computentur inter mobilia uel immobilia? Alc. in l. mouentium, de uer. sig. Alex. & Ias. in l. à Diuo pio §. in uenditione, de re iud. Quid autem dicendum sit de annuis redditibus, perpetuis, uel longo tempore duraturis? Dic, quod inter immobilia censentur. teste Mising. centa. prima obseruatione 69. l. si quis inquilinos ff. de leg. primò, clem. exiui §. cumque annui reditus, de uer. bo. signifi. no. Abb. in cap. nulli, col. 3. de reb. eccle. non alien. Qui quidem annui redditus quòd computentur inter immobilia scribit idem Rolan. d. consi. 54. num. 6. nume. 28. lib. 2. Rom. consil. 159. 188. ult. dub. 302. circa fi. & ideo uendi non posse sine solennitate requisita in uenditione rerum immobilium dicit idem Rol. d. consil. num. 10. & fac. quæ scribit Ias. in l. Gallus. §. uidendum. num. 8. nu. 9. & seq. ff. de lib. & posth. de statuto quod qui uendiderit rem suam forensi, uel uendenti consenserit puniatur certa pœna: an habens spem ad rem puniatur si consentiat & concludit quòd non, & ibi nu. 10. quid de eo qui habet actionem ad rem: an dicatur possessor rei immobilis? De actione autem pro re mobili vide quæ scribit Imbert. In enchi id iur. galliæ uersi. bonorum. Masuer.

cc Ad quam competit. Adde Alex. consil. 27. 3. lib. Roma. consi. 509. d. Alex. consi. 72. Ber. Vtrum fundus dotal. possit alienari. Adde & uide infra in forma libelli in uer. item iurauit, for. lib. rest. in integ. ubi ualet iuramentum. Fran. Cur.

Adde quæ scribit Plot. in repetit. l. si quando §. 10. nu. 10. C. unde ui. Zilet.

dd Aestimata. Adde quòd licet res detur æstimata, tamen si agatur ut res restituatur in casu dotis restituendæ, tunc æstimatio non facit emptionem, nec uenditionem, lege si æstimatæ, & ibi no. Doc. ff. sol. ma. melior tex. in l. si inter C. de iu. do. & ibi no. Bar. in l. si ut certo. §. nunc uidendū, ff. commo. Fran. Are. in consi. 84. incip. in Christi, diligenter, in 1. col. cum multis alle. ibi, uide Panor. in cap. quanto, in col. fi. de iureiur. ubi melius. Io. & adde quod uoluit Oldra. consi. 245. Bernar. Land.

✱ Adde, & de æstimatione rerum dotalium: uide Rol. consi. 92. lib. 1

ee Postea celebratus. Adde quod hoc intelligit uerum Bal. consi. 217. cum ille qui emit est certioratus de iuramento primo, alias secus B.

ff Ipsa actio. Adde Ro. consi. 270. & ibi uide an per lit. contestatio. efficiatur litigiosa. Ber.

✱ Adde Papiensem infra. for. respōs. rei uer. excep. l. lis pen. Syluestr. in summa. uer. lis Osasc. decis. 65. 144.

gg In ecclesiam. Adde Oldra. consi. 30. Ber.

✱ Adde, quod contrahens cum ecclesia debet esse solicitus de conuersione rei in vtilitatem, tribus casibus, ut per Rom. consi. 440. nu. 5. cautel autem qua quis releuetur ab onere probam conuersionem: uide per Cepol. caut. 116. Masuer.

Et

ET percipere verisimiliter potuit. Nunquid reus possessor teneatur ad fructus tã perceptos quàm percipiendos? dic ut dicam infra in gloss. super uer. simul cũ fructibus, & quod nota. per gl. & Cyn. in l. certũ. C. de rei uendica. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum certa quantitas in libello non est necessariò exprimenda.*
2 *Quantitas certa super interesse non debet exprimi.*

* TOT & tantos fructus. Licèt hic exprimat quantitas
1 certa super ualore fructuum, † non tamẽ est de ne
a cessitate quòd actor in libello exprimat ª certam quanti
tatem fructuum, nec æstimationem certam ipsorum, sed re
linquendum est in processu; quia actor certam quantitatẽ
eorum quæ percipit, potest probabiliter ignorare, secundum quod tenet Barto. in l. 1. in prin. ff. de eden. & Cy. in l. certum, in ult. q. C. de rei uen. & in l. cum propria petitio, C. si quis alt. uel sibi. & in l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod in
2 te. in pen. qõ. † Secus aũt est in interesse secundùm quosdam, nam certa quantitas super eo debet exprimi in libello; quia actor de suo interesse, & in quanta quantitate potest certus esse; ut not. per Cy. ubi supra. In contrarium tamen tenet glo. quòd etiam in interesse admittitur petitio
b incerta, & sufficit quòd in processu postea certificetur,[b] ut not. in l. certi cond. in prin. ff. si cer. pet. & in l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod interest p ofe. & in §. curare. Institut. de ac. quam opi. tenet Iac. But. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo qđ interest. & Ba. in l. stipulationes non diui. in prin. ff. de uer. obli. circa fi. apparatus, & hæc communis est opi. secundũ eum. Et sic patet idem iuris esse, tam in fructibus, quàm in interesse, quod uerius est.

ADDITIONES.

a Exprimat. Adde Alex. cons. 90. 2. lib.
b Certificetur. Adde Rom. cons. 411.
* Adde Neuiz. cons. 74. ubi docet prac. in materia interesse & uide Aym. cons. 99. nu. 4. Afflict. decis. 91. Alex. consil. 3. col. ult. lib. 2. Doc. in l. quatenus ff. de reg. iur. Masuer.
* Tot & tantos. Adde, quod licèt Bar. in l. ex diuerso §. 1. de rei uen. tenuerit oportere specificare in libello & sententia quantitatem fructuum perceptorum ante litem cõtest. tamen magis communis opi. est ꝙ non requiritur specificatio teste Alex. cons. 90. nu. 11. libr. 2. ubi notabiliter distinguit in materia fructuũ & ibi q̃d in nõ extan. sed cõsumptis. uide etiam Abb. in c. inter dilectos, nu. 2. de fid. instr. & ibi de libello quomodo petantur fructus, uide Turz. conclusione 72. & infra uer. simul, in qua in materia dic. ꝙ fructus perceptos ante litem contest. & non petitos nõ potest iudex adiudicare, ex not. per Boer. q. 18. nu. 3. & nu. 4. & 5. ubi quando adiudicandi sint fructus etiam non petiti de quo per Capel tolos. q. 194. Boer. q. 98. par. 1. Masuer.
* Certificetur, Adde quod agens ad interesse, non tenetur in libello exprimere quantitatem, Ias. cõem per secundum in l. certi condictio, col. pen. uer. & Bal. ff. si cer. pet. Neuiz. cons. 74. num. 2. & 3. Quod quidem interesse futurum taxari nequit per pactum in mutuo neque alio casu ante morã vt in exemplo notab. Turz. conclusione 155. not. Alex. cõsil. 27. nu. 12. col. fi. lib. 4. melius Dec. cons. 39. col. 3. & fi. & col. seq. ubi de eo qui promittit certã quantitatẽ in nundinis & si non soluerit dabit tot pro interesse quæ promissio nõ ualet, per Doc. ibi de qua materia uide Nat. consil. 370. 450. lib. 2. de pacto autem ꝙ soluantur quinque pro centenario ꝙ ualidum sit in dote scribit Ale. cõs. 200. li. 6. Aym. cons. 189. col. 2. & seq. lib. primo, De quo tamen uide Nat. cons. 198. col. 9. lib. primo. Quibus accedit quòd quando aliquis est in mora obseruandi cõtractum, regulariter tenetur ad interesse intrinsecum, non autem extrinsecum, l. si sterilis §. cum per uenditorem, de actio. empt. Cur. in l. vnica C. de sent. quæ pro eo quod interest, col. 8. cir. fi. idẽ col. 14. in fi. ubi quòd quando lucrum est extrinsecum regulariter non habetur ratio, quam opi. uerioremi dicit secundum Bar. ibi. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Reo non recusante rem restituere, sed rem offerente, ulterius non est procedendum in lite.*
2 *Reo rem offerente, quam actor recipere recusat, an idem actor ulterius sit audiendus.*
3 *In dubio ubi non apparet de animo actoris recusantis accipere rem oblatam, quid censeatur.*
4 *Re mobili perempta lite pendente, an debeat reus ad restitutionẽ pretij condemnari, vel absolui.*

1 ET hodie recusat. † Quid igitur si non recusat, sed
* rem offert? dic quòd ulterius non est procedendum in lite, ut l. si reus paratus. ff. de procur. & in l. si fideiussor.
2 ff. de dol. exce. † Sed quid si ante libellum oblatum rem obtulit quam actor recipere recusauit, an sit ulterius audiendus? Dic aut actor recusauit rem recipere tanquam sibi inutilem omnino, aut quia deteriorata reddebatur. Primo casu uidetur habuisse illam pro derelicto, ideoque ipsius non admittitur petitio, ut l. 1. & 2. ff. pro derelict. & in §. fi. Instit. de re. diui. Secundo casu subdistingue. Aut reus obtulit rem, & interesse deteriorationis, & tunc si actor renuit illam accipere, damnum postea in ea contingens pertinet ad dominum & periculum eius, arg. l. insulam. ff. de uerb. obl. & in l. item illa ff. de constitu. pecu. Aut rem obtulit, sed non interesse deteriorationis, & tunc licuit actori recusare, & reus tenetur ad omne interesse, tam temporis præteriti, quàm præsentis, ut in l. 3. §. reddita, & quod ibi no. ff. eo. & in l. planè. ff. fam. erc. & in l. tutor. §. Lucius. ff. de usuc. cum fi. de quo plenè tangitur per Cy. in l. exhibi-
3 tionis. C. ad exhib. † In dubio autem ubi non apparet de animo actoris recusantis accipere, dic quòd consideranda est qualitas, & quantitas ipsius rei recusatæ, ac etiam qualitas personæ recusantis, ut si reus fuerit uilis, & actor quidẽ diues & potens, præsumitur recusasse, & habere ipsam pro derelicto. Si uerò fuerit res congruẽtis pretij, & actor quidem pauper, & tunc non præsumitur animum habuisse relinquendi, arg. l. cum de indebito. in fi. ff. de proba. Et facit ad hanc distin. quod in sim. no. per gl. in l. cũ quid. ff. si cert. pet. dum quæritur ibi quando aliquis dicit, accipe hanc rẽ
4 &c. & ibi per Bar. † Deinde quæritur, quid si res ipsa, quę petitur, est mobilis: puta equus, bos, qui mortuus est pendẽ
* te lite, an debeat reus ad * restitutionem pretij condemnari, uel absolui? dic esse distinguendum, aut fuerat possessor malæ fidei, uel bonæ fidei, ut plene traditur & not. p Glos. & Doct. in l. item si uerberatum. §. fi. ff. de rei uendi. & l. illud. in prin. ff. de pet. hær.

ADDITIO.

* Et hodie recusat, Adde facere quæ scribit Ias. in l. prætor ait. §. fi. col. 7. ff. de op. no. nun. de eo qui recusauit rẽ oblatã a debitore & ꝙ oblatio iudicialis producat actionem, no. Rol. cons. 7. nu. 29. lib. 3. post Doc. in l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. Boer. q. 124. nu. 27. Qua in materia uide Bar. in l. si reus paratus. ff. de proc. Alex. cons. 92. col. pe. & med. li. 7. Cagn. in l non põt uideri ff. de reg. iur. & ꝙ oblatio debeat esse realis: scribit Alex. cons. 130. col. 3. lib. 4. De quo uide Mathes. sing. 127. Lanfr. concl. 359 Masuer.
* Restitutionem pretij. Adde facere, quod quando rei restituendæ facultas non est, ad illius æstimationem agi potest l. si filio. ff. de don. caus. mor. l. illud §. 1. l. Iulianus. ff. de confes. Ro. cons. 254. cir. fi. pro quo uidetur facere q̃ scribit Afflic. decis. 347.

SVMMARIVM.

1 *Libelli conclusio in actore est pernecessaria, in reo excipiendo non est necessaria.*
2 *Iudex debet animaduertere ad conclusionem actoris, & eius formam.*

1 QVARE Petit. † Hæc est libelli conclusio,& actoris petitio quæ quidē conclusio est semper necessaria in actore,sed in reo excipiendo non est necessaria conclusio, sed sufficit facti narratio, uel exceptiōis allegatio, secundum Bar.ut p eum not.in l.1. ff.de except.& ibi uide.
2 † Ad hanc āt conclusionē actoris,& eius formā, iudex de
a bet multum aduertere a magisquā ad superiorem partē libelli,in qua continetur sola facti narratio,secundū. Ioā. And.ut no.in cap.cū ecclesia sutrina.in prin.extra de caus. pos.& proprie.

ADDITIO.

a Aduertere,Adde Ang.consi.36.& 129.no. q libellus dicit̄ ineptus,licèt impersonaliter concludat,& Dic,q in libello, non quod narratur, sed quid concludatur, inspicitur.
✻ Aduertere,Adde q plus ponderat forma & modus agēdi, substantia facti, & in libello attenditur conclusio , ut not. Doc.in cap.dilecta;ubi Abb.de iudi.Dec. cons.187.col.1. consi.62.Aym.cons.151. col.1. ea enim est,quæ libellū regulat,& in qua tota uis & substantia consistit,tex. in l.non dēt,ad f. ff.de dolo.Accedunt no.per Bar.in l. si prius 5.op. 2.partis.ff.de no. op. nun. in l. certi condictio in prin. ff. si cer. pet. q qualitas intentatæ actionis ex conclusione demonstretur Dec.cons.493.col.fi.nu.28.Nat.cons.120. libr. primo,ubi col.3. in specie dicit,quòd si unum narratur, & aliud concluditur,conclusio attenditur, nec inspicitur qd & quantùm narretur , sed qualiter ex narratis concludat̄, quasi modus agendi stet substantialiter in conclusione,idē d.cons.col.11.in prin.quòd conclusio libelli generalis fieri potest , adiecta clausula peto ius & iustitiam , per quā clausulam index semper dicitur interpellatus , quæ quidē clausula refertur ad omnia narrata , & si actor qui narrat petitorium & possessorium concludit tātum in possessio: poterit tamen etiam super petitorio obtinere , si adijciat̄ illa clausula petēs ius & iustitiā & Nat.d.con.120.col.8. & fi. Ratio est, inquit ipse,nam ubi facta est conclusio specialis in libello,deinde subijcit̄ petēs super præmissis omnibus,& si illud referatur ad specificata in conclusiōe,frustra bis idem repeti uideretur, & esset ea clausula sine ministerio,debet ergo referri non ad specificè conclusa , sed ad alia in libello quouis modo deducta ita ille d.consilio col.9.circa med.ubi latius prosequitur declarādo materiā cui adde Ias.in §.omnium, nu.129.135.inst.de act. ubi inter alia ponit limita. ad illud quod dicitur , conclusionē necessariam in libello,de qua materia,& alijs clausulis libellorum:uide Dec.cons.28.col.3.cons. 251. 302. Neuiz. con.79.& in specie de clausula peto ius & iustitiam,& Capel.tolos.q.232.Guid.pap. q.263. & operatur quod super deductis quouis modo in libello,potest pronuntiari. Nat. d.cons.120.col.11.post med.& col.fin. ubi inuehitur contra proteruos aduocatos,qui literas & syllabas aucupantur.& d.cons.nu.26.quid de clausula omni meliori modo,& plura etiam de libelli ineptitudine saluanda.Quibus omnibus adde,quòd per d.clausulam petēs ius & iustitiam, dicitur intētatum illud quod est fauorabilius actori , & ualet ea clausula ad interpretandū libellum eo modo quo fauorabilius potest iuuari eius intent. Ias. d.§.omnium. nu.147. Neuiz.d.cons.79.nu.5.ubi q requiritur ea clausula secundum conclusionē libelli,quæ semper attendi debet Dec.cōsi.57.c.dilecti,de iudi.Rip.responso 160.col.pe.Quę clausula,peto ius & iustitiam,non pt extendi ad causam nō narratam,præsertim ubi alia specifice deducta fuit. Alex.consil.121.col.pen.li.j. Nat.cons.188.col.fi.li.j.Dec. cons.62. col.2.circa med.ubi quòd qn insurgit cōtrarietas,clausula illa nihil operat̄,uide ibi exempla,& per Aret.inst. de excep.in prin.col.25.q huiusmodi clausulæ ita prosunt actori,q si plura narrauerit,licet in conclusione ad vnum tantū se astrinxerit,super omnib.tamē & singulis narratis sententia ferri pt,Boer.q.42.col.5.nu.17.q.74.Nat.d. cons.180. col.8.lib.j. & saluat libellum ea clausula ab omni ineptitudine,secundū doc.quos alleg.Rob.de ord.iud.c.31.nu.15. ubi plura in ma clausula. libell. sequit Guid.pap.cons.24. nu.3.ubi ponit exempla saluan.ineptitudinē,de qua clausula uide Rol.cons.79.nu.38.lib.j.& melius cons.41. nu.26. libr.3. quę tantæ est potentiæ : q comprehendit omne ius actor,& adaptatur ad eam partem libelli,ad quā adaptantur probationes. Rip. Responso. 188. nu.3. & Resp.seq. nu.5.n.8. & seq.q operat̄, eam Actionem propositam uideri:quæ libellanti utilior iudicari pt.Quid autem de clausula omni meliori modo,Dic,q operatur,ut in casu dubio libellus in fauorem libellantis interpretetur . Alex. cons.6. col.3.li.3.De cuius uirtute plura ponit Feli.in c.super, col. pen.& ul.de of.deleg.Afflict.decis.144.num.2.plures alias clausulas ponen. in libellis ad euitanda condemnationē expen.docet Boer.q.74.par.1.& de concl. libelli Ias.in l.j.ff. de eden. in l.si prius. nu.33.ff.de op.no.nun. Masuer.

SVMMARIVM.

1 Officium iudicis,quod imploratur in actione proposita,appellatur officium mercenarium.
2 Officium iudicis quotuplex est.
3 Officium nobile quotuplex sit.
4 Officij mercenarij quæ sit natura.
5 Implorato officio iudicis nobili,an sit offerendus libellus.
6 Iudex an teneatur impertiri officium suum parte non petente.
7 Iudex dato quòd de necessitate non teneatur ad impertiendum officium suum parte non petente , nunquid illud uoluntariè possit sine partis requisitione.
8 Iudex an teneatur ad impartiendum officium mercena. sine partis requisitione.
9 Iudici an liceat sine partis requisitione nouas probationes inducere in criminalibus.
10 Iudicis officium,an concurrat cum actione.
11 Qualiter sciatur quod detur officium iudicis,& cesset actio.

1 VATENVS ex officio uestro . † Hoc officium iudicis , quod postulatur hic , appellatur officium mercen. quia cohæret actioni propositę, & quia ministerium & auxilium præbet, de quo loquitur l. ædiles.§.
2 item sciendum ff.de ædil.edic.l.4.C.depo.cum sim. † Cuius gratia est sciendum, quòd duplex est in genere iudicis
a officium. a Est enī quoddam officiū nobile, quod ab aliquibus appellatur merū.Aliud est iudicis officiū mercenarium.differentia āt est inter utrunq; officium, quia officiū nobile est illud,quod per se subsistit,nulli actioni,uel exceptioni deseruiens,uel adhærens , sed sui solius nobilitate gaudens,sicut facit hō nobilis,à cuius similitudine nomen traxit officiū nobile.Officiū uerò iudicis mercenarium est illud,ut dixi,quod adhæret actioni uel exceptioni,impotens stare p seipsum, uti famulando deseruit alij , sicut faciunt mercenarij.Ideoq; tali noīe appellat̄ , quia nomina esse dent consequentia rebus,ut in §.est & aliud, Instit. de
3 do. † Præte. eā sciendū est,q officiū nobile est duplex.Nā quoddā est quod tendit ad coadiuuandū ius cōe, quoddā quod tendit ad impugnādū ius cōe, de quo multa sunt exēpla,ut in datione tutoris,& interpositione decreti, ut in l. 1.de iuris.om.iu.in l.naturali ff.de confir.tut. Et in dando aduocatū non habenti,ut in l.1.§.ait prætor ff.de postu.Et in aduocato,& medico faciendo solui de eorū salario,sup quo nulla præcessit certa conuentio,ut in l.1.in prin & §. In honorariis.ff.de uar.& extra ord.cog.& in l.1.C.de suffra.& in aliis similibus exemplis,de quibus per Inn.in ca. 2.extra de of.iudi.& p Spec.in tit.de offi.iud. De secundo tendente ad impugnandum,patet exēplum in integ.restit. per quam rescindit uel rescindi postulatur contractus, sententia,uel præscriptio, aliàs ualidi de iure cōi, ut patet in tit. ff.de minor.& ff.ex quib.cau.min.& C. si aduer. uen. cū tit.seq.& in l.in causæ.in prin. ff. de min.De officio āt mercenario exēpla sunt in fructib. interesse,ac litis expēsis,&

caeteræ

ceteris occurrentibus post libelli oblationem, ut in d.l.4.
C.deposi. & l. ędiles in §. item sciendum.ff. de ędil.edict.
4 † Cuius gratia sciendum est, quòd hoc officium mercena
rium quandoque deseruit actioni, quandoque repugnat ip
si actioni, patet exemplum in except.õe opposita per quã
petitur, quòd expensarum factarum in re petita ratio ha-
beatur, ut in l.planè.ff.de peti.hę edi. & l. si in area. ff. de
condictio.inde.& l in fundo. & l.sumptus, & quod ibi not.
ff.de rei uendicat. De primo autem quando deseruit actio
ni, considera quod aliquando hoc officium deseruit actio
ni proponendæ; ut patet in interrogatoriis, quæ fiunt an
reus, qui conueniri speratur, rem possideat, uel an sit hæ-
res defuncti, & simil.de quo offi.traditur, & not. per gloss.
& Doctor. in rub.de interro.actio.facit l. is qui destinauit
ff.de rei uendicat.& l.uoluit.cum simi.ff.de interro.actio.
quandoq; deseruit actiõi propositæ prosequendæ, ut in di
lationibus dãdis, tam reo, quàm actori, & in citationibus,
& receptionibus testium, & in iuramentis, & si.ut l.1.C.de
dila.& l.testium.& l iusiurandi & l.quoniam liberi. C. de
testi.cum sim. Quandoque deseruit actioni in pronuncia-
tione, & litis decisione, ut in fructibus, & usuris, ac litis ex-
pen.ut in d.l ædiles.§.item sciendum.& d.l.4.depo.& l.ter
minato. C.de fru.& lit.expen.cum simi. Quandoque de-
b seruit in executione b latæ sententiæ, ut l. à diuo pio. in
prin.& in §.in uenditione.ff.de re iudi. & C. de except. rei
iudi.per totum, de quo dic ut no.Bar.in l.1.ff.de iuris.om.
5 iud. † Solet insuper dubitari, an iudicis officio nobili im
plorato offerendus sit libellus, & glo.sunt contrariæ, nam
gloss.in rubri.ff.de inter.act.dicit quod non, & idē sequi-
tur glo.in Auth.de trien.& semi. §. illud, tamen contrariũ
tenet gl.in l de submersis.C.de naufra.lib.11.Idem sentit
glo.in l.1.in prin ff.de eden.Alibi gl.in l.3. §. dies. ff. quis
ordo in bo.pos.ser. distinguit sic, aut officium iudicis im-
ploratur in forma iudicij, & tunc libellus offertur. l.1.C.
de carb.edi.aut imploratur extra formam iudicij, & tunc
c nõ offertur libellus, c ut d.l.de summe.sis.de naufra. sed
tu plene omnia recolligendo distingue secundum Docto.
q aut loquimur de iudicis officio mercenario, & in eo li-
bellus non offerĩ, quia satis est q super actione libellus sit
oblatus, aut de primo offerẽdus, cui actiõi tenet deseruire
& ita intelligaĩ gl.in d.rub.de interr.ac.& in d.§.illud.aut
loquimur de of.iudic.nobili & in hoc similiter distingue,
aut hoc officium nobile impartiĩ loco exceptionis ad im-
pugnandum actionẽ, & nõ offerĩ libellus pp proximitatẽ
& coniunctione actionis, super qua libellus est oblatus. li-
cet posset offerri ſm Dy.in l.scire oportet. ff. de excus.tut.
aut officiũ nobile impartitur loco actionis, & tunc aut in
hoc officio proceditur cũ causæ cognitione quò ad partẽ,
& quo ad iudicẽ, & tunc exigiĩ libellus, ut in salario aduo
cati, ut in d.l.1.§.in honorariis & in l.1.C.de suf.& in resti-
tu.inte.q postulatur à minore uel maiore, ut in d.l. in cau-
sæ.ff.de min.cum si.nam in his, & similib. proceditur iudi-
ciario ordine, tex.est in c.iudicis of.extra de of. iudi. sic pt
intelligi gl.in d.§ dies.aut in eo non proceditĩ cum causæ
cognitione quo ad partẽ, sed solummodo quo ad iudicẽ,
quia a parte nil petitur, ut patet in datione tutoris, uel cu-
ratoris; uel interpositione decreti, & in petenda bonorũ
possessione, & si.ut l.diuus.C.qui pe.tu.& tunc libellus nõ
est necessarius, sic et põt intelligi.d.§.dies.aut in eo proce
ditur sine aliqua causæ cognitione quo ad iudicẽ, & quò
ad partem, & tunc nec in eo libellus offertur; ut patet in
aduocato petendo, ut l.1.§.ait prætor.ff.de posthu. & l.ne
quicquam.in § aduocatos.ff.de of.procons.& lega.de quo
dic.ut not.Doctor in d.rub.& p aliquos in l. ne quicquam
in §.ubi decre.ff.de offic. procons. & lega. dixi et supra in
6 prin.huius libelli, in 1.glo.in fi. † Deinde quæri solet, an
iudex teneatur suum officium impartiri parte non petẽte,
secundo si non teneaĩ, nunquid si uoluntariè suũ officium
interponat, ualeat sine partis requisitione, circa primum
Bart. in l.4. in §. hoc ãt iudiciũ.ff.de dã.infec.ubi plenariè
tractat de his, sic distinguit, aut tale iudicis officiũ, qđ est
interponendũ, respicit principaliter publicã utilitatem se
cundũ suum subiectũ; utputa purgare prouincia delinquẽ
tibus, & tunc iudex tenet suu officium interponere sine ali
cuius requisitiõe, ut in l.cõgruit.ff.de of. præsi. & in Auth.
vt nulli iudi.§.1. & §. qm uero.aut respicit utilitatẽ priua-
tã, & tunc aut respicit honorẽ alterius iudicis, & ſm Bart.
teneĩ officium suu interponere sine alterius requisitione,
vt in apostolis dandis, & pcessu parti appellanti, ut l. cos.
in fi.& l.iudicib.C.de appel.ego puto q non teneaĩ, si tñ fa
cit, ualet, ut determinat gl.posita in d.l.cos.in fi. quæ alle.
ad hoc l.1.§.1.ff.de libe.dimis.aut respicit tale officiũ pri-
uatã utilitatẽ partis tñ, & tũc aut ille actus, super quo est
officiũ interponendũ, est actus pietatis, & fauore misera-
tionis introductus, aut non. Primo casu, aut iudex pt in eo
habere probabilẽ ignorantiã, & non teneĩ officiũ impen-
dere, nisi petaĩ: ut in l.1.§ magistratus.ff.de magis.conuen.
aut non põt ignorantiã prætẽdere, ut quia psona adest in
iudicio corã eo, & tunc teneĩ interponere, ut l. sancimus.
§.1.C.de admi.tut.& ff.de of.procon.& leg.l. ne quicquã.
§.aduocatos. ubi ãt ipse actus explicandus non respiceret
actum piũ, tunc non tenetur impartiri offic.nisi parte petẽ
7 te, & instante, ut in d.l 3.§.hoc at ff.de da.infec. † In secun
dò uerò casu principali, uidelicet si iudex non teneat de
necessitate, nunquid uolũtarie interpositũ ualeat sine par
tis requisitione. sic dicendũ est, q in omnib. casibus, in qui
bus dictũ est supra iudicẽ teneri de necessitate suũ officiũ
impartiri, in illis casibus uoluntariè interpositũ, ualet sine
partis requisitione. In aliis ãt casibus distingue hoc modo.
Aut loquimur in officio nobili, aut in officio mercenario.
Primo casu aut illud officiũ respicit publicã utilitatem, &
valet si fuerit interpositũ, ut in præcedentibus dixi, aut re-
spicit priuata utilitatẽ, & tunc aut in eo est ferenda senten
tia diffinitiua, & tunc non ualet, nisi parte petente, ut in d.
§.hoc ãt iudiciũ, & in c.iudicis offic. extra de of.iud. & in
l.in causæ.§.ca cognita cũ si.ff.de minor. Aut nulla est ferẽ
da sñia diffinitiua, & tunc aut illud officium consistit in dã
da administratione miserabili personæ, aut in aliquo actu
exercendo. Primo casu dic, q ubi dictũ est, iudicẽ teneri ad
hoc de necessitate, ualebit si interponaĩ ex uoluntate. In
alio ãt casu considera qualitatẽ personarũ, nã ille cui dan
dus est administrator aut est psona furiosa, uel prodiga, &
tenet datio sine requisitione partis, ut l. fulcinius.§. 1.ff.qui
ex cau.in pos.ea. Aut est pupillus, & idẽ. In adulto ãt consi-
derandũ est, an detur curator eidẽ ad negocia, & nõ tenet
datio sine eius requisitione. Aut datur curator ad litẽ, uel
iudicia, & tunc tenet sine requisitione, ut probaĩ hoc Insti.
de cura.§.itẽ inuiti.& C.qui pe.tu.l.1.ff.de tut.l.qui hẽt.in
§.si pupillus.& ff.de tuto.& cur.da ab his.l. illud. Si uerò
offi.interponaĩ propter aliud, tunc nõ puto ualere, nisi par
tis requisitio pcedens, uel subsequens interueniat, ut in l.
seruus.in prin.ff.de bo.poss.cõiuncta.l.4.§.inuiti.& in §. ac
quirere ff.de bon. pos. & hæc procedunt in officio nobili
8 † Quod ãt ad officiũ mercenariũ ptinet, distingue: qa quod
dã est officiũ mercennariũ, qđ principaliter radicaĩ in per
sona iudicis, ut dare dilationẽ, ferre interlocutorias, & si.
Quoddã est officiũ qđ radicat principaliter in facto partis,
ut opponere exceptiones, producere testes, & instru. & si.
In primo officio distingue sic, aut tale officiũ exerceĩ con-
tra partẽ contumacẽ, & non tenet nisi parte requirẽte, ut l.
ad peremptoriũ.ff.de iud.& in §. sed & quidẽ. in l. prope-
randũ.C.de iud.aut exerceĩ contra parte præsentẽ, & tunc
aut ille actus ptinet ad litis ordinationẽ, aut ad litis deci-
sionẽ. Primo casu aut respicit iuris publici obseruantiã, ut
in libel.dila.iuramento calu.præstandis, & simi.& ualet et
parte nõ petente, ut l.1.ff.de of.asses.& C. vt nemo priua.
l.2.& de iud.l properandũ §.1.& in auth.iubemus.e.tit. &
l.fi.C.ut infra cer.tem aut respicit partis utilitatẽ, ut puta
q plures rei dent vnũ pcuratorẽ, & nõ ualet pte non petẽ
te.ut ff.iud.sol.l.iam tñ.§.pe. Secundo casu principali quã-

do actus pertinet ad litis decisionem, tunc aut est de actibus emergentibus ante litem contest. & tunc non ualet sine partis requisitione, ut in l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. Nec his repugnat quod habetur in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. ubi iuramen. calum. non præstatur, nisi à parte requiratur, cuius contrarium supra dixi, quia ibi loquitur in iuramento speciali & particulari, quod respicit partis utilitatem: sed quod superius dictũ est, debet intelligi in iuramento generali calumniæ, quod respicit publicam utilitatem. Et hoc de officio mercenario radicato principaliter in persona iudicis. Sed quia dixi secundo, quòd est quoddam officium mercenarium, quod principaliter radicatur in parte, ut opponere excep. instrumenta producere, & simil. In hoc sic distingue. Aut vult iudex suum officium interponere sine partis requisitione, super his quæ tendunt ad publicam utilitatem, uel suum proprium honorem conseruandum, & hoc potest facere. l. quos prohibet ff. de posthu. & l. filiusfa. §. ueterani. ff. de procura. Aut super his quæ tendunt ad priuatam utilitatem, & tunc aut vult probationes inducere interrogando partes, uel repetendo testes productos in iudicio, & pōt licite facere, ut l. vbicunque. ff. de interro. actio. & quod no. in auth. de testi. §. illud tamen. & in c. cum clamor, extra de testi. cum simi. Aut uult officium exercere inducendo testes non productos, uel instrumenta non producta in iudicio, & tunc aut vult hoc facere pro parte absente in casu legitimo, quo contra eum posset ad sententiam diffinitiuam procedi, & potest licitè facere tam in causa principali, ut C. quomodo & quan. iud. auth. qui semel. ibi. {Perquisita veritate &c.} quam in causa appellationis, ut l. ampliorem. §. 1. & quod ibi no. C. de appella. Aut uult inducere pro præsente, & tunc regulariter non potest, per iura quæ dicunt, iudicem non posse in facto supplere, ut C. ut quæ desunt aduo. par. iu. supple. & l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præsi. & ff. de fer. l. 2. & ibi no. cum sim. Fallit hoc in duobus casibus, in quibus potest contra absentem pro præsente, & econuerso officium impartiri. Primo vbi de ueritate instrumenti quæritur, in iudicio producti, ut in Auth. de tabel in prin. Secundò in inquisitiõe, quæ fit super qualitate, & conditione testium, d vt not. gl. in l. 4. sup ver. inimicitiæ. ff. de testi. l. 1. §. si curator. ff. de mag. conuen. & in Auth. de testi. §. 1. in glo. quæ incipit in arte. 9 † Sed circa prædicta quæritur, quid in criminalibus e causis, an liceat iudici sine partis requisitione, nouas probationes inducere? Breuiter secundum Bar. ubi supra, sic distingue. Aut iudex procedit accusatore & accusato præsente: aut accusato absente, & accusatore præsente: aut econuerso accusato præsente, & accusatore absente. Primo casu dic, quòd iudex ex officio suo potest nouas probationes inducere, ut in l. si non defendatur. in fi. ff. de pœ. ubi seruo accusato permittitur tam ipsi seruo, quàm iudici quærere de eius innocentia. Ad hoc etiam facit. l. 1. in fi. ff. de quæstio. vbi iudex post rei confessionem adhuc testes alios examinauit super crimine, ut certior redderetur. ad hoc etiam facit. l. 2. C. de abo. & c. 2. extra de calum. & glo. in l. 3. §. si tibi iudicium. ff. de cond. ob tur. cau. Secundo casu quando reus est absens, tunc regula est ista, quòd in delictis, in quibus pœna imponitur usque ad relegationem, quo casu potest contra absentem procedi vsque ad diffinitiuam sententiam, secundum ueram opi. de qua no. in l. absentem. ff. de pœ. & per Cy. in l. absentem. C. de accus. in ult. q. tunc potest iudex nouas probationes inducere ex officio suo, quia hoc fieri potest in ciuilibus, ut dixi, multomagis in criminalibus in quibus periculum uertitur. Tertio casu quando reus est præsens, & accusator absens, tunc quia de iure cōi iudex non potest sibi assumere officium accusatoris nisi in exceptis casibus de quib. no. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. & l. illicitas. §. ueritas. ff. de of. præsi. idcirco non poterit nouas probationes inducere ex officio suo, quia etiam non potest procedere ad diffinitiuam sententiam ferendã, immo reo postulãte tenet iudex ipsius rei nomen facere aboleri, ut ff. de act. l. liberorũ. §. fi. cũ si. de his not. per Cyn. in l. 1. C. ut quæ desunt aduoca. par. iudex sup. & per Spec. in 10 tit. de dispu. & alleg. §. fi. uer. & breuiter. & uer. seq. † Ex pmissis iãt patet soluta quæstio. qua solet quæri, an iudicis f officium concurrat cum actione, f ut ubi competit actio detur, & intentari posit similiter officium iudicis; in qua quæstione sic dic. Aut loquimur in iudicis officio mercennario, & illud concurrit semper cum actione proposita, ut supra dictum est. Aut loquimur de officio nobili, & hic cõsidera q̃ quoddam est officium nobile, quod cõpetit & datur s̃m ius cõe illud coadiuuando, & tunc illud competit vbicunq; actio competit, ut in c. conquerenti. & ibi p Inn. extra de offi. ordi. cum tale iudicis officium sit latissimũ, vt l. 1. ff. de iurisd. om. iud. Quoddam uerò est nobile officiũ quod datur, seu competit contra ius commune, & illud impugnat, de quo loquitur c. iudicis offic. extra de offi. iud. & in l. in causæ. ff. de mino. ut est in integ. restit. & tunc non datur tale officium, ubi alia actio competeret, sed solum datur in defectum alterius actionis, ut d. l. in causę. quod se
11 quitur Inn. ubi supra. † Denuo pro declaratione pmissorum quæro, quomodo potest sciri, quando illud officium detur, & cesset actio? Dic quòd primò cognoscitur in illis casibus, in quibus cessat actio competere de iure communi, & æquum est aliqua iuris ratione subueniri. Item cognoscitur quòd competit officium & cessat actio secundum Bart. quando uerba legis uel statuti executiua diriguntur principaliter ad ipsum iudicem, ut si lex uel statutum dicat {sic faciat iudex} vt not. in l. solet. ff. de alim. & cib. leg.

ADDITIONES.

a Iudicis officium. Adde Specul. in titul. de offic. omn. iud. Bernard.

* Iudicis officium. ADDE differentias, inter officium iud. & actionẽ, quarum vna est, quia ubi executio sententię vnius iudicis petitur ab alio iudice: officio iudicis ille non poterit exequi, nisi habeat literas à iudi. quòd tulit sententiam, secus si petatur iure actionis, Cast. in l. properandũ. §. sin autem reus. C. de iud. Bar. in l. a diuo pio. §. 1. ff. de re iud. alia differentia est, quia vbi petit executio of. iu. nobili: non cõpetit nisi maiorib. magistribus, secus si iure actionis Lancel. Dec. in l. iubere cauere, ul. not. de iuris. om. iud alia est differentia, quia ubi quis tenetur ad aliqd officio iud. hæres eius non tenetur. l. si quis à liberis. §. itẽ rescriptum. ff. de lib. agnos. Alex. in l. socer. ff. sol. mat. Sed quia obstat. l. si intra, cum l. seq. C. de in integ. rest. & l. si qs ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. collige solutionẽ ex Bart. in l. si tertius. §. 1. col. fin. ff. de aq. plu. alia differentia est, quia ubi expensę ueniunt iure actionis, ut quia sunt promissę in instrumento, possunt peti etiam post latã sententiam super sorte principali, secus si ueniunt officio iud. glo. in l. 3. §. si rem uer. fortassis. de lega. 3. alia differentia est, qa iusta cã litigandi excusat ab expensis, quę ueniunt offi. iud. secus si ueniunt iure actionis glo. d. uer fortassis. in fi. alia differentia est, quia ubi condẽnatio expens. fit of. iudi. potest fieri sine scriptis, secus si fiat iure actionis, Ias. in l. nec qcquam. §. vbi decretum, col. 15. nu. 72. & seq. ff. de offi. procons. & leg. & plura in materia officij iud. ponit idem in l. 1. col 4. & 6. ff. de iur. om. iud. ubi inter alia ponit octo differentias, inter officium iud. & actionem, conuenientias autem uide ibi col. 5. & seq. ubi an officium iud. & exceptio sint idem, ex quibus infert ad multa notab. ut per eum usque ad nu. 12. & de offi. iud. uide quę scribit Tremol. ad prac. Bonacur. tit. de peremp. excep. uer. prescriptiones. ante nu. 4. prac. Bal. tit. de offi. iud. Aret. in §. actionum autem. col. 3. instit. de act. Ias. d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. Masuer.

In

✱ In executione. Adde, quod officium iudicis non competit habenti ius in re, nec possidentibus, sed tantum destitutis omni actione, teste Ossasc. decisio. 40. num. 7. de quo uide quę scribit Ias. in l. prętor ait, §. fi. ff. de ope. nou. nuncia. ubi plura de offi. iud. & quantum duret, cui adde prac. Bald. tit. de offi. iud. nu. 8. Masuer.

b In executione. uide Alexã. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud. & infra in forma executionis sententiæ in ulti. uer. Spec. in tit. de exec. sen. §. postremò. in fin. Bart. in l. inter. ff. de iud. Alex. in l. 2. ff. de iureiur. Fran. Cur.

c Non offertur libellus. Adde quod quando petitur officio iudicis declarari actum nullum, non requiritur necessariò, ut dicatur, quod ex officio hoc facit, sed sufficit dicere quòd declaret actum nullum, ita Petr. de Anch. in consi. 73. inci. uisis omnibus & singulis, col. 2. Fran. Cur.

d Conditione testium. Adde Alex. in d. §. hoc autem iudicium. Ber.

e Criminalibus. Adde quę posui in tract. Ang. de malefi. in apost. in glo. ex mero officio.

✱ In criminalibus. Adde, quòd iudex post publicatas attestationes, ex officio testes ad partis utilitatē rectè recipit, teste Bal. in l. ampliorem, col. 2. C. de appella. Blanc. prac. crim. cap. 5. & num. 1. usque ad num. 17. Foler. prac. crimi. 3. par. tertię par. nume. 54. 56. Capic. decisio. 81. & fac. quę scribit Boss. ti. de fauor. defensionis, num. 6. num. 12. & titu. de litteris principis bannitum admitten. nume. 4. Cepol. cautel. 66. 109. 255. Masuer.

f Cum actione. Adde an procedat libellus, in quo petitur per officium iudicis compelli aduersarium, Cald. consi. 2. de lib. obl. Bern.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus ubicunque offertur in causa, debet super ea ferri sententia diffinitiua.*
2 *Oblato libello, & lit. contesta. si ulterius non est processum in causa, ut quo iudex plenius instructus non potuit ad ferendam sententiam, reus absolui debet ab obseruatione iudicij.*
3 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, an sit diffinitiua.*

PER vestram diffinitiuam sententiam. Meritò petitur 1 ut diffinitiua sententia hoc declaretur. † Quia ubicunque offertur libellus in causa, debet super ea ferri diffinitiua sententia, quia de qua re cognouerit iudex, de ea pronunciare debet diffinitiuè, ut l. de qua re. & ibi no. ff. de 2 iudi. & appellatur sententia diffinitiua ᵃ illa, per quam finis imponitur causæ, ut l. 1. ff. de re iudic. aliàs est interlo 2 cutoria, ut not. in l. quod iussit. ff. de re iudi. † Sed quid si oblato libello, & lit. contest. ulterius non est processum in causa, & non est plenè instructus iudex ex his quid iudicare debeat, quid fiet? respondeo, absoluet reum ab obseruatione iudicij, ut in l. p. operandum, in §. & siquidem, in fin. C. de iud. ad quod facit quod habetur in l. de meis in fin. ff. de arbi. l. Pomponius, lib. 38. ad edictum scribit. si ubi. ff. de 3 re iud. † Sed an hæc sententia ab obseruatione iudicij, est diffinitiua? dic secundum Bart. Aut talis sententia imponit finem principali causæ, ut de cætero agi nō possit, ut puta si dicat, Absoluo te, quia soluisti, & tunc est diffinitiua, ita intelligatur glo. Inst. de perpe. & temp. acti. in fin. Aut talis sententia non imponit finem principali causæ, sed reseruat ius in alio iudicio utrique parti, ut puta si feratur, quia libellus est malè conceptus, ut l. libellorum ff. de acce. uel propter absentiam actoris, & tunc est interlocutoria, & ita debet intelligi gl. in l. Titia. ff. de accus. & in §. & sed siquidem, in l. properandum. C. de iudi. de quo no. per Bart. in d. l. Titia. Sed siue dicas hanc sententiam diffinitiuam, siue interlocutoriam, omni casu poterit appellari, prout glo. no. & Bartol. in d. l. Titia, quia ubi interlocutoria est talis, post quam non speratur alia diffinitiua, tunc à tali interlo✱cutoria semper potest appellari ✱ quia cessat ratio quæ est in alijs interlocutorijs in quibus dicitur ideo non posse appellari, quia damnum per eas illatum est reparabile per appellationem à sententia diffinitiua in causa ferenda quæ ratio cessat in hoc casu, pro quo facit quod no glos. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & l. prætor ait, in §. permittitur, & l. intra utile. ff. de mino. Et hoc de iure ciuili. Sed de iure canonico ab omni interlocutoria appellatur, ut aliàs dicam, & probatur in capi. ut debitus, extra de appel.

ADDITIO.

✱ Appellari, Adde Papien. infra for. appel. ab interloq. ver. In his Ias. in l. Arbitro. colum. 3. ff. qui satisd cog. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. de imped. & excep. post num. 10. Masuer.

a Diffinitiua. Adde Ang. consil. 114. Paul. de Castr. consil. 92. Bern.

✱ Diffinitiua, Adde quòd Appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiua sententia, probatur in l. quod iussit, cum glo. fi. ff. de re iud. Alex. consil. 50. colu. pen. lib. 2. plura not. Mathesi. singu. 93. Hypo. in l. de minore. §. plurimū quoque nu. 206. de quæst. Rob. de ord. iud. c. 53. nu. 5. ubi distinguit nisi essemus in materia indifferenti, quia tunc venit etiam interlocutoria. Quid autem in statutis, uide Alex. cons. 50. num. 2. lib. 2. & Dic, quòd statutum simpliciter loquens de sententijs diffinitiuis comprehendit sententias interlocutorias habētes uim diffinitiuæ, secus si exp. esse loquatur de mera diffinitiua, teste Lafr. conclusione 433. & conclusione seq. vbi quid de appellatione sententiæ in dubio? Quæ autem dicatur diffinitiua sententia, Dic, quòd ea dicitur, quæ diffinit principalem controuersiam, l. 1. ff. de re iud. habetur in l. post sententiam vbi Sali. C. de sent. & interloc, om. iud. not. Guid. Pap. consi. 124. num. 1. & 2. ubi quod sententia diffinitiua est, quæ principalem quæstionem diffinit, & dicitur interlocutoria ubi remanet primęua actio, & ibi quòd sententia lata super desertione appellationis est interlocutoria, idem Guid. consil. 77. primo dub. uer. præterea & q. 11. Quid de sententia lata super nullitate primæ sententiæ? Dic, quod est etiam interlocutoria, non diffinitiua, Guid. d. consi. 77. num. 1. ubi ponit exemplum, si per lapsum triennij fit perempta instantia & iudex absoluat reū ab obseruatione iudicij, talis sententia non erit diffinitiua, quia semper remanet primęua Actio, de qua inter partes agebatur, qua in materia, sententię diffinitiuę & interlocutorię: plura not. Ias. in l. si opus. ff. de ope. no. nun. in Rub. ff. de re iud. in l. imperium, num. 5. & seq. de iur. omn. iud. Rom. consi. 174. col. 1. consi. 357 & consi. seq. & quando dicatur habere uim diffinitiua uel non, Mising. Cent. 3. obser. 88. & qd sit absoluere diffinitiue uel ab obseruatiōe iudicij declarat Ias. in l. iusiurandū, quod ex conuentione. §. cum res numer. 2. ff. de iureiur. in l. properandum. §. & si quidem, nu. 16. C. de iud. ubi dixi. Masuer.

S V M M A R I V M.


1 *Sententia declaratoria, non inductoria, fertur in actionibus realibus.*

1 DECLARETIS. Hoc ideo dicitur, † quia in actionibus realibus sententia fertur declaratoria, non autem inductoria, ut l. & ex diuerso. ff. de rei uend. l. sicut, in §. si quęratur. ff. si ser. uen. facit quod dixi supra in gl. in uerbo, iure dominij, uel quasi. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo iuris est, ut prius feratur sententia, antequam fiat executio.*
2 *Ordo petendi in libello conuersus non uitiat libellum.*
3 *Iuris remedia quæ sint ad aliquem compellendum.*
4 *Oblato libello, & lite contestata, si superueniat alius actor qui libellū producat coram eodem iudice, contra eundem rei possessorem petendo eandem rem, quid sit iudici & reo agendum.*

Reus



5 *Reus si non per suam, sed iudicis negligentiam non potuit habere cautionem a actore de defendendo eum contra alium actorem, est plene liberatus.*

ONDEMNETIS & cōdemnatum Iuris remedijs compellatis. Hic est ordo iuris,
1 † ut prius feratur sententia antequam fiat, uel petatur executio ut l.j.C.de execu.rei iu. & l.si cum nulla. ff.de re iudic.† Sed quid si
2 in libello ✻ ordo petendi conuertitur, vt quia dicat actor § Peto reum compelli & compulsum condemnari; an ex hoc uitietur libellus ? videtur ꝙ sic, quia præpostera est petitio, ut l.ut debitum. C.de hære. ac. Tu dic secundum Bar. quod non uitiatur, ut per eū not. in d.l.si cum nulla, & in l.2.§.interdum ff.de vulg & pap.& in l.quidem. ff.de pecu.lega.& in l.ad reprimendum.& est ratio, quia mens loquentis hoc casu potius, quàm ordo scribentis, debet attendi, arg.l.talem.ff.de hære.insti.& l. siquis intentione ambigua.ff.de iudi.& l.nec enim ordo.ff.de sol.
3 † Inde quæritur quæ sunt iuris remedia ad aliquem compellendum: dic tria, uidelicet manus militaris, ut l. qui resti tuere.ff.de rei uen. Pœnæ impositio, & pignoris captio, ut l.1.ff.siquis iudic.non obtempe cum simi.& est quartum remedium, uidelicet iuramentum in litem contra dolosum,
4 ut no.per glo.in l. a possidente.C.de rei uend.† Quid dices de tali quæstione. Ecce quòd oblato libello, & lite contestata. superuenit alius actor qui libellum produxit coram eodem iudice contra eundem rei possessorem, petendo ab eo eādem rem iure dominij uel quasi, quid faciet reus, & quale erit officium iudicis ? Dic quod iudex adiudicabit rem illi qui melius probauerit de iure suo, & si unus præuenerit in sententia obtinenda, debet reus petere à iudice antequā compellat ipsam rem illi restituere, ut cogat eum idonee cauere ipsi reo de defendēdo ipsum aduersus aliū actorem, ut habetur in l.is à quo.ff.de rei uen.& l.seq. & quod no.in l. siquis à multis. ff. de noxa. aliàs autem si restituerit rem, non exacta neque petita hac cautiōe, teneretur suo auctori ad interesse secundum ueram opin. quia præsumitur fuisse in dolo restituendo sine cautione, ut habetur & nota. in l. dolo.ff.ad legem Falc. & l.hoc autem.§.1.ff.si cui plus quā per legem Falcid.& per Barto.in l pen.ff de peti.hæred. &
5 per Inno.in ca.cum super.extra de re iudic.† Quid ergo si reus fuit sollicitus in petenda cautione, sed iudex fuit negligens in faciendo eam præstari ? dic quod reus plene liberatur, quia sine culpa possidere desijt.ergumen.l.sin autē.§.1. ff.de rei uend. & in l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui notan.infa.cum simi.ibi not.

ADDITIONES.

✻ In libello. Adde, quòd sustinetur libellus, in quo petitur quis cogi ad soluendum, licet non dicatur condemnari, ex not.per Euer.lib.arg.loco à concess.anteced.Lanfr. concl. 298.& uide Papien.supra uerss.ad euidentiam numer.5. Masuer.

✻ Compellendum. Adde, Ias.in l.si prius.nu.48.& alijs seq. ff.de op.no.nun.

✻ Tali quæstione. Adde, quid dicendum quando duo contendunt se possidere, & uide Nat.consi.121 lib.j.237.col. 3.lib.2.Guid pap.q 678. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si concedat castrum, an iurisdictio dicatur concessa.*
2 *Pertinentiarum appellatione quid ueniat.*

1 CVM pertinentijs suis† Quid autem contineatur ap
2 pellatione pertinentiarum, dic quod omnia a illa quæ lege, statuto, uel consuetudine deputata sunt, ut accedant, sicut castro aliquando deputata est iurisdictio; uel certum territorium, quod sibi respondeat, & ecclesiæ deputata est dos sua, & decimæ quæ iure parrochiali debentur, ut in cap.2.extra de censi.& extra de deci.cap.cum contingat Et in interdicto unde ui, in quo est statutum, quòd immobilia, & mobilia, & dāna accedant, ut in cap.grauis, extra de
b rest.spo. cum simil. quæ omnia pertinentiarum b nomine comprehenduntur, ut plene no.per Innoc.in ca. cum ad sedem.extra de resti.spo.& in c.ex literis. extra de iure patro.
2 † Sed quid si princeps concedat castrum, uel donet, an
c iurisdictio dicatur concessa c, uel donata ? dicit Barto & Ang.quòd sic, ut no.in l.2.C.de bo.uac.lib.10.quod verum intellige, si castrum habebat antea annexam iurisdictionem alias non credo quòd intelligatur conferre de nouo iurisdictionem, quia de separatis non est recta illatio, ut l. Papinianus exuli.ff.de mino. Alij dicunt, quòd etiam iurisdictio uidetur ex hoc de nouo collata, quia beneficia principum sunt latissime interpretanda, ut l.fi. ff.de constitutio.principum. [illegible]

ADDITIONES.

a Omnia illa. Adde quæ scribit Hiero. de Monte tract. fin. reg.in cap 80.incip.restat modo, num.7.Zilettus.

b Pertinentiarum. Adde Old.consil. 10.& qualiter intelligātur pertinentiæ, & quid iuris sit de illis, Specu.in tit de relig.do.uer.debent etiam d.Card.consi.47. Abb.consi.62. li. 2.& quæ dicantur pertinentiæ ecclesiæ per Cald. cons.6.de uerbo. signific.& appellatione territorij & districtus proprietas non continetur, ut per Oldra. consil. 176. Berna. Land.

✻ Pertinentiarum, Adde quid dicatur pertinere ad fundum, & uide Nat.consi.243 col.pen.vbi de testatore qui legauit fundum cum pertinentijs, quid si dicat lego iura prediorū quid iurium appellatio comprehendat, uide eundem. d. consi.col.2.post Ias. in l.quominus.nu. 122.ff.de flum.Rol. consi.10.num.32.& seq.lib.3.consi. 2.numer.21.25.eodem lib.& Quid pertinentiarum appellatione contineatur, uide Alex.consi.14. lib.7.Paris.consi.20.nu.72.lib.1.Dec.consi. 516.num.13.Quid si dominus uendidit alicui Castrum cū pertinentijs: & si testator legat castrum in quo sunt nomina debitorum ? & si princeps donet domum, an intelligatur adiacentia, & suppellectilia concessisse? uide Ias. in l beneficium.col.1.& 2.ff.de const.prin.& fac.quæ habētur super ver.iure dominij num.35. & an vendens castrum cum pertinentijs uideatur uendere predia uel molendina? & quid de uendente fundum cum iuribus suis: & de uendente predia quæ habet in tali territorio cum omnibus iuribus suis; an uideatur uendidisse ius pedagij; ac merum & mixtū imperium? uide Rol.d.consil. 10.nu.34.li.3. cui adde quòd. concessio facta per principem de castro, uilla & alijs intelligitur fieri cum suis pertinentijs, teste Nat. consi. 405.ubi de iurisdictione & alijs. & si concedatur castrum cum omnibus pertinentiis. Dic, ꝙ omnia quæ sunt in territorio comprehenduntur, nisi exempta fuerint, no.Dec.consi.517 col.fi.nume.9.Accedunt, quæ scribit not. consi. 313.2. col. cir.med. ubi ponit etiam quando conceditur castrum cum iuribus & pertinentijs, & consi.301.col.pen.lib.2.vbi concessa parte castri: non intelligitur totum concessum, licet pars concessa sit dignior quàm omissa, & quod uendito castro cum pertinentijs, non censeantur uendita predia particularia sita in territorio castri, intelligūtur enim illa uerba cū pertinentiis de rebus q̄ sunt propriè pertinentiæ castri, seu de iurisdictione ipsius territorij, no. Alex.post Imol in l.3. in prin.col.pe.nu.13.ff.de acq.poss.de quo plura not.Ias.in l.beneficium, prima & 2. colum.ff.de const. princ. & an qui uendidit castrum intelligatur uendidisse iurisdictionem, uide Rom.consi.444.ubi elegāter loquitur, & quid si princeps, uel episcopus concedat castrum cum territorio, uel castrum cum pertinentijs, & uide Ias.in l. prima, num.15. num.16.& seq.ff.de iur.om iud. Masuer.

c Con-

c Concessa. Adde Oldrad. consi. 121. 252. & Roland. consilio 444.

Adde Car. Parisi. in consi. 20. incipien. concessio in persona, num. 30. in 1. vol. Ziletus.

❧ Concessa, Adde quòd si quis vendat castrum cum pertinentijs non censetur vendidisse predia particularia sita in territorio castri, teste Alex. qui hoc declarat, post Imol. in l. 3. in prin. col. pen. num. 23. ff. de acquir. poss. & Alibi Bald. in cap. primo de capitaneo qui curiam uendidit, colum. 2. in lib. feud. & ibi etiam Prepos. dicunt, quod concesso castro cum pertinentijs: censentur concessa molendina dicti castri Rol. consi. 10. nu. 2. & seq. lib. 3. Iacob. in inuest. in gl. de castro num. 7. declarando ut ibi per eum, cui Adde quòd si princeps concedit Ali. cui in feudum totam prouintiam, ꝙ non censetur concedere illud castrum quod erat alicuius particularis, Ab in c. nimi , nu. 2. ex. de iureiur. nisi respectu iurisdictionis, Curt. Iun. consi. 4. col. 4. in fi. lib. 1. Accedit ad primum dictum Bald. in d. c. 1. de capita. qui Cur. vend. col. 3. in fi. & col. seq. Rom. consi. 444. col. 2. versi. quò ad secundum, ubi idem concludit quando conceditur castrum, sequitur Bart. in l. si quando, la 1. C. de bon. uaca. lib. 10. Bart. in l. inter eos ff. de acquir. rer. dom. Barto. in l. 1. §. initio, nu. 5. de off. prefec. vrb. dicit quòd concesso castro censetur concessa omnis iurisdictio, imo, & merum imperium Ias. in l. beneficium, secunda col. post prin. ff. de consti. princi. Affli. cap. 1. §. 1. num. 16. de glo. inuest. p o quo uide l. pup. §. territorium, de uerb. sign. qu æ on ma declar. ut per Bal. d. c. 1. ubi Prepos. Oldr. d. consil. 221. Alex. d. l. 3. num. 26. cui conueniunt quæ scribit clarus. §. feudum q. 17. q. 18. Por. lib. 5. côclus. 37. ubi ꝙ pertinentiaru castri appellatione nô ueniût bona particularia in territorio castri existentia. Accedit, ꝙ ubi concessum est castrum cum iuribus & pertinentijs non presumuntur feuda, predia possessa per inuestitos nisi quatenus per alias probationes appareat l mitate de ipsis iurib. & pertinentijs teste Nat. consil. 313. 2. colum. lib. 10. & uide Rol. consi. 10. num. 32. & seq. lib. 3. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti ante libelli oblationem exprimendi sunt per actorem in petitione, alias eos iudex ex officio suo non posset postea in condemnationem deducere.*
2 *Fructuum quantitas non est exprimenda in libello.*
3 *Fructus quando peti possunt, & quando non.*
4 *Possessor condemnatus an sicut tenetur ad rei restitutionem, ita teneatur ad restitutionem omnium fructuum.*
5 *Fructuum restitutio habet locum deductis prius expensis factis pro fructibus percipiendis.*
6 *Facta locatione fundi colono, de reddenda dimidia fructuum domino, deductio expensarum factarum pro illa dimidia in ea non habet locum.*
7 *Appellatione fructuum uenit omne illud, quod est ad usum hominis inductum.*
8 *Vua est fructus industrialis.*
9 *Habitatio domus est fructus.*



a SIMVL cum fructibus. a Notanter † petuntur fructus per actorem in libello; quia
1 si non essent expresi in petitione, iudex nô posset postea ipsos deducere ex suo officio in condemnatione, quod est intelligêdum de fructibus iam perceptis ante libellû oblatum; hi enim necessariò sunt in libello petendi, nec aliter iudex de his posset ferre sententiam. In alijs autem fructibus perceptis post libellum oblatum iudex ex officio suo sine partis aliqua requisitione præcedente pronunciare po
b test, b & cognoscere, & sententiam ferre; ut hæc habentur in l. pactû. ff. de usuris, & l ędiles. §. item sciendum. ff. de ędil. edic. quod sequitur Inno. & Ioan. Andr. in ca. grauis, extra de resti. spo. Fallit autem in tribus casibus, ubi fructus præteriti temporis, & ante libelli oblationem percepti, possunt à iudice in condemnatione deduci sine aliqua petitione actoris, videlicet in interdicto unde ui. & in l. 1. in §. rectissime, & l. idem est. §. fi. & l. si plures. ff. de ui & ui arma. Et in actione qđ met. cau. l. sed & partus. ff. quod met. cau. Et in constitutione l. siquis in tantam. C. unde ui. & ut in ea habetur. Ad quod facit quod no. in cap. 1. extra quod met. cau. in quibus casibus specialibus si lata fuerit sententia super re principali, ulterius ad fructus agi non posset, vel similia accessoria, per regulam traditam in l. 4. C. depo. & l eos. & in l. in bonæfidei. C. de usu, quod not. in l. centû Capuæ. ff. de eo quod cer. loc. & l. 1. C. de iudic. cum simi.
2 † Illud tamen not. quòd quando fructus petuntur, non est
c necesse certam quantitatem exprimere c in libello, sed sufficit quòd in processu causæ quantitas certa, prout est posibile, probetur, (vt supra dixi) in alia glo. de quo per
3 Cyn. in l. certum. C. de rei uend. † Quando autem fructus peti possunt, uel non, tangitur per Bar. in l. si fundum. ff. de
4 verb. oblig † Deinde quæritur, an possessor rei condemnatus sicut tenetur ad rei ipsius restitutionem; ita teneatur ad restitutionem omnium fructuum? Pro cuius solutione sub breuitate ac conclusiuè distinguitur, aut quæritur de fructibus perceptis, aut de percipiendis, hoc est de his qui percipi potuerunt. Primo casu, aut est bonæfidei possessor, & cum tit. aut malefidei & sine titu. Si bonæfidei, aut fructus extant, siue industriales, siue naturales, & tenetur eos restituere, uel iure actionis, uel iudicis officio, secundum diuersitatem opin. ut in l. certum. C. de rei uend. & ibi per
d Cy. & facit l. fructus. C. de usuc. Aut sunt consumpti, d & tunc non tenetur restituere, nec compensare. ut Institu. de offi. iud. §. si verò. & ibi no. & Inst. de rerum diuisio. §. siquis à non domino. nisi ipse possessor expensas in re factas per eum postularet, uel usuras pretij, nam tunc fieret fructuû, & expensarum compensatio, ut in l. sumptus, & in l. emptor. ff. de rei uendi. De percipiendis autem non tenetur propter titulum, ut l. si fundum. & ibi not. C. de rei uen. cû simil. Secundo casu principali, quando fuit malæfidei possessor, subdistingue, quia aut nunquam habuit titulum & tunc tenetur de omnibus tam perceptis, fructibus, quàm percipiendis, & tam extantibus, quam consumptis. ut C. de condi. ex le. l. malæfidei. & l. si fundum. C. de rei uin. & in d. §. si quis à non domino, & ibi no. Aut habuit titu. & tunc aut habuit ti. solemnem, & tenetur de fructibus perceptis extantibus, uel non extantibus, de percipiendis autem pro
e pter titulum non tenetur. e ut in d. l. si fundum, nisi in quatuor casibus ibi no. per glo. qui in infrascriptis legib. comprehenduntur. ut l. sed & partus. in prin. ff. quod met. cau. l. ait prętor. §. per hanc. ff. de his quæ in frau. cre. l. quêadmodum, in fin. C. de agri. & censi. & l. 1. C. de fid. instru. & iure hastæ fis. lib. 10. Aut habuit titulum minus solemnem. & si fuit in mala fide tenetur de omnibus tam perceptis, quàm percipiendis. arg. l. quemadmodum. & not. in ca. qui contra iura. de iureiuran. libr. 6. Si vero fuit in bona fide, tunc idem dicendnm est, quod supradictum est in habente uerum tit. cum bonafide; nam hoc casu quoad fructus talis minus solemnis titulus habetur pro solemni, licèt non quò ad rem præscribendam, ut probatur in l. bonæfidei. ff. de acquir. rer. dom. & confirmat gloss. in l. 2. C. si quis rem mino. sine decre. compa. lib. 10. & in l. sed si lege. §. scire, & ibi per Bar. ff. de peti. hęred. & in l. si fur. §. 1. & l. ubi lex. in prin. ff. de usuca. & per Dy. in ca. possessor. extra de reg. iur.
5 li. 6. quod est ualde no. † Quæ autem superius dicta sunt circa restitutionem fructuum, debent intelligi deductis
f f prius expensis g factis pro ipsis fructibus percipiendis
g ut in l. fructus. ff. solu. matr. & l. si à non domino. §. fi. & ibi not. ff. de peti. hæred. & in l. fundus qui do. in prin. ff. fami.
6 erci. & l. quod in fructibus. ff. de usur. † Quid ergo dices in colono, cui est fundus locatus ad reddendum dimidiâ partem fructuum domino, nunquid de hac dimid. a sumptus per eum factos prius detrahere poterit, & reliquum reddere? Videtur quod sic, per iura proximè alleg. In contrarium est ueritas, secundum Iaco. de Are. & Bar. ut not. in d.

in d.l.fructus.& fit ratio in casu isto,, quia colonus uidetur operas suas & impensas ponere pro reliqua dimidietate
h quam lucratur. h argu.l.cum duobus.§.si in coeunda.ff. pro soc. & ibi no.& ita consuetudo obseruat, quæ obseruanda est. ut l. cum de lanionis.§.asinam.ff.de fun.instructo. & pro hoc benè facit, quod no.glo in l. idem quia.§. Labeo
7 ff.manda † Sed quæro quid comprehendatur appellatione fructuum? Dic quòd omne id quod ad usum hominis inductum est.ut l.in fructu.ff.de usuf.lega.siue sint fructus na
i turales i ut poma &c.siue industriales ut frumentum, & si
8 milia, ut l.fructus.ff.de usufr. † Sed nunquid uua, de qua fit uinum, dicatur fructus naturalis uel industrialis? dic quod est fructus industrialis.cum in huiusmodi fructu magna hominis industria requiratur, ut no.glo.in ca.grauis, extra de
9 rest.spo.& per Cyn.in l.certum.C.de rei uind. † Sed nun-
k quid habitando domum dicatur quis fructum k percipere? dic quod sic, ut l.is qui bona.§.& si antiqua.ff.de pignor l. apud Iul. §.1.ff.de leg.1.& l.prædiorum.ff.de usur.per quod deciditur illa quæstio, quod si emptor domus, qui illam longo tempore habitauit, imputet expensas uictori, quòd ipse uictor poterit sibi compensare fructus habitationis, ut in prællег.l.emptor.& l.sumptus.ff.de rei uind.

ADDITIONES.

a Cum fructibus. Adde quid contineatur appellatione fructuum, Spec.in tit.de interrog.quæ fiunt ante litem contest. §.12.& utrum appellatione fructuum ueniat palea, no.Ro. sing.555.incip.palea.Bern.

* cum fructibus, Adde in restitutione fructuum an ueniant non solum percepti, sed & qui percipi potuissent? aut à possessore, aut ab eo cui restituendi sunt? & uide glo. Alber.& alios in l.si fundum.C.de rei vind. Bar.Bald.Salı.& alios in l.si domum.C.eo.tit.Barto.& Doc.in l fructus.ff.eo.tit.in l. apud Iulianum.§. fructus, ubi Ias. ff.de leg.1. Doc in l.2.C. de fruct.& lit.expen tex.in l.sed & si §.sed fructus ff.de pet. hær.Roma.consi.454.col ult. sing. 538.Quid de malæfidei possessore sine titulo? & Dic, quòd tenetur de omnibus fructibus percipien. quos etiam petitor percipere potuisset, teste Mathes.sing.159.sed distingue, si malæfidei possessor habet iustum titulũ non tenetur de fructibus percipiendis l.si fundum.C. de rei vind. si uerò non habet titulum à princip. sed ex post facto superueniat, an tunc iustus titulus excuset à percipiendis? Aliqui dixerunt quòd sic, ex dicto Cyn. in l. apud antiquos.§.fi.C. de fur.sed Roma.sing.343. hoc uerum non putat, duabus rationibus, de quibus ibi, & consil.423. & habetur per Bart.& Bald.d.l.Apud antiquos. §.fi. C. de fur. qui uidetur tenere contrarium distingue tamen, ut dictum Romani procedat quando ille titulus pendente lite procuratus fuisset, ita loquitur Bartol.d.§. fin.uel ante litem, sed haberet titulum lucratiuum, secus si ante litem & haberet titulum onerosum, & tunc loquatur Cy.d.l.apud antiquos.§.fi.de qua materia possessoris etiam malæfidei uide Roma. consilio 255.singul.337. ubi ponit declarationem ad priorem conclusionem per l. ceterum.§. improbe.ff.de rei uind. & uide Alex.d.l.apud Iulianum, in princ. de leg.1.Doc.ad Bar. d.l.domum C.de rei uind. quas autem expens. deducere possit malæfidei possessor ante restitutionem rei & fructuum, uide per Bald. in l.1.col.1.C. de fruct.& lit.expen.Roma.sing.336.Quem malæfidei possessorem rebus extinctis condictioni obnoxiũ non esse, scribunt Castr. Dec Cur.Iun.Purp.Alc.in l.si quis nec cautam. §.ul..ff. si cert.pet.secundum communem & ueriorem sniã de fructibus & id interesse in contrac. stricti iuris, uel bonæ fidei à quo tempore ueniant? & Dic per Ias.in l.cum fundus ff.si cert.pet.ubi ponit reg. cum limit.& in l.si me & titium. num.2.eod. tit. ubi quod in omni materia, ubi quis tenetur ad restitutionẽ fructuum: ut in cõtrac.bonæfidei à tempore moræ, in contrac.stricti iuris à tempore litis contest.in his si prætereunt tres anni à perceptione: præscribitur, ita ut amplius non teneatur ad restitutionem fructuum, glo.in l. sequitur.§. fructus, ubi Bar. ff.de usucap.Bar.in l.3. C.quod met.cau.& fac.no.per Ias.in l.possidet.§. Neratius.n.5.ff.de acqui.poss. Accedit quod ex sententia lata super principali intelligitur pronunciatum etiam super fructibus, & alijs accessorijs, licet de fructibus in sententia nihil dictum fuerit, teste Ias.in l.ait prætor §.si petitor.nu.10.ff.de iureiur.qua in materia fructuum: uide quę scribit Boe. q.98.268.Ias.in §.omnium, col.pen. & fi.ubi Are.col.12.inst.de act.Olded. lib.Act.forens.Act.2.class.3.Bart.in l.si seruum.§.fi.de verb. ob.in l.eum qui ff.de his quib.ut indig.in l.ex diuerso.§.ubi aũt de rei uend. Dec. & Cagnol. in l. generaliter. ff.de reg. Iur. Quid de fructib.cadentib. de meis arboribus in fundũ Vicin.& dic quòd tales fructus mei sunt, & mihi restitui debent teste Ias. in l. qui seruĩdarum.cir.fi.ff.de præscr.uerb. & uide quæ idem scribit in l. permisisti. eodem titulo, Mauer.

b Pronunciare potest. Adde Spec.in tit.de alle. & dispu.§.3. uersi. sed nunquid. & in titu.de fruct.& interesse.per totum per Spec.in tit.de appellat §.10.uersi.sed pone. & in titu.de expen.§.4. Bern.

c Quantitatem exprimere. Adde quòd licet Bar.in l.ex diuerso.§.1.ff.de rei uin.dicat.quòd requiritur specificatio, tamẽ communis opin.est ut dicit hæc practica, & eam ponit Alexan.de Imo.in consil.90.colu fin.uersi.quo autem.in 2.uol. allegando Inno.& alios, ut ibi per eum.& adde quòd Pau. de Cast.in consi.18.in fine secundum primam impressionẽ dicit, quòd ubique iudex potest facere condemnationem quantitate non expressa.& postea istam liquidare in executione.& in 4.proposito uide Bart.in l.si quod ex Pamphila ff.de leg.3.& quæ ponit do.Maria.Soz.in c.2.de libel.obla. arg.12.q.5.in prin Fran.Cur.Et uide addi.infr. in uerbo & in florenis.

d Consumpti. Adde Ang. consi.34.ubi dicit, quòd tenetur eatenus, quatenus est factus locupletior, de quo p Io. de Imo. cõs.12.per do.Card. consi.110.Bern.

* Consumpti, Adde Rol.consi 41 col.fi li.3.& Dic, quòd possessor bonæfidei regulaliter non restituit fructus, teste Boe. q.98.nu.2.& an teneatur ad fructus consumptos quatenus factus est locupletior, uide Port libro 3. concl.26.de quo possessore bonæfidei plura scribit Nat. consi. 14.lib.1.post Ias.in l. Nesennius.§.fundum. num.3.& 4.ff. de re iud.Quibus adde, quòd bonæfidei possessor fructus iam perceptos usucapit triennio, secundum communem, per Balb. de præscrip.4.part.4.par.prin.q. 35. num.1. quibus autem casibus teneatur restituere id in quo effectus est locupletior ex fructibus perceptis; uide, Dec.in l. si me & titium, post prin. ff.si cert.peta.Rom.consi.149. nu.2. & Quis dicatur bonæfidei possessor quoad acquisitionem fructuum ponit Osasc. dec.26a.num. 15.& an & quando faciat fructus suos; uide Ias.in l.possideri.§ ex contrario.num.36.& seq.ff.de acqui. possess.in l. Nesennius.§.fundum, n.3.& 4 ff.de re iud. ubi docet pract. not. & in materia fructuum quid dicendum quando non obstante titulo conuenitur tertius possessor ex c.reintegranda, an tunc excusetur à restitutione fructuũ, & uide Cur.Sen. consi. 71. ubi etiam quid de fructib.industrialib.naturalib.& cõsumptis, & an & quando Reus principalis excusetur à restituione fructuum propter bonamfidem.not. Abbas in cap.grauis, de restit. spol. Mauer.

e Non tenetur. Adde quòd fallit in minore, quia possessor cum tit.tenetur minor de percipiendis per gl. singularem in l.pater.§.prædium.versi.item ex diuerso.ff.de min.& hoc not quia dicit Roma.singularib. suis, quod ignoratur, & idem tenuit eius consi. 354.

* Non tenetur, Adde Rol.consi.18.num.85.libro secundo consi.41.colum.fin.lib. 3. & ad id quod dicitur, quòd iustus titulus excusat possessorem à fructib.qui percipi potuerunt & percepti sunt, fallit in re minoris, quia tunc possessor etiam cum titulo non excusatur à percipiendis, glossi.in l. patr

patri.§.si pecuniam uer. item ex diuerso.ff.de minor.Rom. consilio 454.tertio dubio.Crem. singul. 135. Ias. in l.apud Iulianum.§. fructus 3.not. ff de leg.1. Masuer

f Deductis. Adde Fel.in ca.ad nostram, in 1.& 2. colum.de iu reiur.Ias.in l.cum quædam puella.§.quoties,nume. 6. ff. de iurisd. omn. iud. & in l.fructus, num.7.ff. de peti.hæred.& Vincenti. Herculan.in d.l.fructus,nu.8.& in l diuortio,nu mero 5.ff.sol matr.Paris.in consil.94.nu.25.in 2.uolu. & in consi. 96. num.25 eod.vol. Catel.uer.fructus, Tiraq.in tra ctat.de retra consangui. in §.15.glo.1.in uer.fructus, nu.1. cum multis seq.& in tract.primogenio.quæstio.74.nu. 7.& Duenas reg. 387.qui alios concordantes affert Ziletus.

✱ Deductis, Adde, quomodo æstimentur fructus, & dic quòd in eorum æstimatione non ubertatis aut sterilitatis ratio habenda est sed considerandum est qui fructus communiter percipi solent, Bart. in l.cotem ferro §. qui maximos, 4. q ff.depublic. Accurr. in l.si pacto.ff.de act. empt. Grama. decis.76. nu.14. & fructus appellatione qui ueniant, vide tex.in l.qui fundum.§.vlt.ff. de contrah. emp.in l. diuortio §.si fundum, vbi.doc.ff.sol.mat.ubi Alex.& Ias.in l. diuortio in prin.Rom.consi.70.col.pe.Alex.consilio 181.col.pen.& plu.li.& an thesauri,lapidicinæ, Argentifodinæ contineantur,uide Boer.q.51.num.2. & fructus qui dicuntur & quo modo intelligantur, uide tex. in l.si à patre §.fin.& seq.ff. de pet.hęr.& Dic quòd fructus pertinent ad quem dominiũ pertinet,l.fructus.ff.de rei uin.de quo uide quę scribit Rol consi.41.colu.fi. lib.3.ubi distinguit Inter petitionem fructuum simpliciter & principaliter factam & eam quæ fit in consequentiam reintegrande possessionis, qui fructus intelliguntur deductis expens. factis,ut not.gl.Bar.& alij in l.in fundo ff. de rei uind.Alexan. & alij in l.fructus, per illũ tex. ff.sol. matr. Feli. in c.ad nostram,col.1.& 2.de iureiur. Are.consi.17.col.9. & qui dicantur naturales, industriales & ciuiles fructus?uide Coras.Miscel. lib.5.c.9.Quid aũt de fructib. pendentib.& Dic, ꝙ sequitur ipsius fundi alienatio nem,& sic si fundus, in quo est colonus partiarius, alienatur per dominum pend. fructibus, illi fructus iure integro sunt ipsius emptoris, qui est singularis successor, teste Roma.consil.309.num.2.Alex.in l.si filiofam.§ fi.nu. 17.ff.sol. mat.quia (ut dixi)ipsi fructus pẽdentes sequũtur ipsius fun di alienationẽ, & sic ad emptorem spectant,l fi.§.fructus.ff. quæ in fraud.cred.l. Iulianus.§.si fructus. ff.de ac.emp.nam uendito fundo ipsius quoque fructus nondum collecti uen diti censentur,Rom.consi.10.cir. med. Aret.consi.159.nu. 14.Corn.consi.150.lib.4.Dec.consi.543.nu.20.Grat.consi. 18.num. 8.lib.1. Quod ultimum nota,quia uidi in facto,in quo quis dederat prædium pignori, & facta per dominum uenditione creditor fructus petebat, qui tñ ad emptorem spectabãt,in qua materia fructuum uide plura per Boer.q 224.col.1.part.2. & q.51.Rom.sing.555. quomodo autem fructus intelligantur deductis expensis vide Paris.consilio 94.col.4. num.25.lib.2. Dec.consi.156.& quòd fructus intelligantur deductis expensis tex.est in l. fructus.ff sol.mat. intellige iure ciuili, non autem naturali, & ciuilis intellectus semper est sententię accommodandus,et si à naturali dissonet,ut in l.litigator C.de fruc.& lit.expensi. ubi Bald. in fin.& Bar.col.1. & in l.cum quęritur.§. prædijs,de lega. 2.sed quid de rebus emptis gratia curandi terram?& seminandi? etiam si perdãtur, an tales impensæ deducantur de fructibus,Dic,quòd non,ex no.per Crem. sing.134.Bald.in l.2.ad fin.C. de fruc.& lit.expens. & quomodo ac qualiter peti possint fructus? pulch. e docet Abb. in c.inter dilectos numero secundo de fid. instrum.ubi ponit formam.libelli. Masuer.

g Expensis. Adde an expensæ deducantur ex fructibus,qui debentur titulo lucratiuo, Ro.consi.130.

h Quam lucratur. Adde an colonus partiarius habeat partem fructuum arborum,& an fructus pendentes diuidat cũ emptore fundi.Spec in titu.de loca.§.5. Roma.consi.360. Quam lucratur. Adde Colonus partiarius quo Diuidat fructus,& quid de fructibus pendentib.&quid in se partis, à solo & uide Roma. consil. 309. & Dic quòd conuentus à domino nõ potest exigi ultra quàm facere possit,idest de ducto ne egeat,secundum Crem. sing. 156.

Naturale. Adde qui dicantur fructus naturales, qui industriales,& ciuiles Fran.de Are.consi.159.& an oliua sit fru ctus industrialis per Bar.consi. 69.Bern.

K Fructus. Adde an pensiones domorum ueniant appellatio ne fructuum Fran.de Aret.consi.sup.alleg. Alex.consi.181. 2.lib.Bern.

SVMMARIVM.

1 *Fructus & reditus, differt.*

2 *Vsusfructus à fructibus non differt.*

3 *Legare alimenta, vel victum, vel ut talis educatur, paria sunt.*

1 ET reditibus. † Quæritur an inter fructus & reditus
2 sit aliqua differentia? dic quòd sic, ut habetur,& not. in l.fundi trebatian.ff.de usuf.& l patrimonij.eod.tit.
2 † Sed inter fructus & usufructum nulla est differentia, paria enim sunt legare fructum,& usufructuum,ut in l.cum ita & l.sequ.ff.de vsufr.leg. † Sicuti paria sunt legare alimen
3 ta,vel uictum,uel ut talis educatur,ut in l. alimenta,& l.fina. & ibi no.de ali. & cib leg.l.uerbo uictus.ff.de uer. sig.

ADDITIO.

✱ Et reditibus. Adde quid si in libello dicatur,peto fundum cum omni cã,& uide Ias.in l.cum fundus.nu.5.ff.si cert.pet.

✱ Legare alimenta, Adde,quid si quis dicat lego fundum ad alimenta? uel relinquo alimenta ex tali prædio, uel lego prædium pro alimentis, uel pro usu? qua in re distinguit idem Ias.in l.si num.4.C.de leg.& Dic, ut per Dilec. tit.de leg.c.23.Ias.in l.cum ij.§.si uni,num.4.de transac.ubi etiam quid si dicat Relinquo ad usumfr. uel habitationẽ,& quid de legatò Domus ad gaudimẽtũ,ut barbare cũ doc. loquar & Dic,quòd est perpetuum, quia modus uel causa de futuro adiecta legato in fauorem legatarij non restringit legatum ex not.per Bal.in l.si habitatio ff.de usu & habi.Crem. sing.34.quid si testator leget fundum ad alimenta, Dic,ꝙ tale legatum dicitur perpetuum, & transmittitur ad hæredes, ide dicunt doc. in donatione,si donaui fundũ ad vsum tuũ,transire ẽt ad hæredes, idem in uẽditione,& qd si dicat vendo fundum ad vsum tuum?& Dic, quòd erit libera uen ditio, quia uerbum ad vsum tuum, non ponitur taxatiuè sed demonstratiuè,ex not.per Cre.d.sing.de quo etiam per Ias.d.l.cum ij §.si uni, num. 4. & 5.ubi quòd ille cui relinquitur fundus ad alimẽta, uel ut ipsi loquũtur,ad gaudimẽ tum, uel ad vsumfructum: habet plenum dominium,& nõ finitur morte, limita tamen, ut per Ang.ibi, ut procedat, d.conclus.quando relinquitur ei, qui est capax dominij & proprietatis, secus si relinquatur incapaci, ut puta fratrib. minorib.quia uerba in dubio sunt intelligenda secundũ cõ ditionem personæ,l. plenum. §.æquitij, de vsu & habit.de quo articulo vide Alex consi.223.col.fi. num.5.lib.2.quòd si testator dixerit, lego tx.domum ad habitandum uel fundum, vel vsumfructum,vel ad vsum, dixerunt aliqui quòd uidetur relicta plena proprietas, cuius contrarium not. Doc. in apisti.ibi,scilicet non esse legatam proprietatem, sed vsumfr.vel alimenta tãtum,per tex.in l.si habitatio.§.1. ff.de vsu & habit.& qui Doc. ubi supra respondent ad l.4. de alim.& cib.leg.quia ibi constat in uerbis dispositiuis,ꝙ voluit simpliciter legare proprietatem, de quibus omnibus vide quæ ad propositũ scribit Dilec.ubi supra Roma. consi.229.in fi.Dec.consi.233. in fi. Neuiz.consi. 28.nu.10. & fac.quæ scribit Ias.in l.si domus,in prin.ff.de leg.1.quan do testato. legat uxo. habitationem domus, non speccificando de qua, uide per eum ibi. Masuer.

a Et reditibus. Adde quæ sit differentia inter fructus & reditus,& prouentus.Raphael. Cuma.consil.162.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cum tractatur de fructibus percipiendis à quo requiratur, ut percipi-tur, an quos potuit possessor, vel petitor percipere.*

ET qui percipi potuerunt &c. Quando quis teneatur de fructibus percipiendis, tractatum est supra in alia
1 glo. † Sed quomodo debet intelligi quando de percipiédis fructibus tractatur, an de percipiendis, hoc est, qui per-
a cipi potuerunt ab ipso possessore [a], an quos percipere potuisset ipse petitor. dic secundum Cyn ubi supra, quod aut possessor fuit in mora restituendi rem; quia fuit interpellatus; & tunc debet intelligi, quòd post moram teneatur de fructibus, qui percipi potuerunt ab ipso petitore, si res ipsa fuisset sibi restituta. ita intelligatur l. si nauis, & qđ no in l. fructus, & l. ex diuerso. ff. de rei uin. Aut possessor non fuit in mora, & tunc debet intelligi, ut teneatur de fructibus quos ipse possessor percipere potuit, ut probatur in l. domum. cum ibi not. C. de rei uind. De hoc no. per Bar. in l. apud Iulianum. §. fructus. ff. de leg. 1.

ADDITIO.

Adde Ias. in d. l. apud Iulianum §. fructus, & Rom. consil. 454. col. ult.
a Ipso possessore Adde An. consi. 302. Fran de Are. consil. 17. ubi vide qui sumptus deducantur. Bern.
Adde quæ scribit Cagnol. in l. generaliter cum de fraude. num. 5. ff. de reg. iur. ubi alleg. Pap. hic.

SVMMARIVM.

1 *Quando id quod præstari debet, desijt extare per mortem, vel consumptionem, tunc recurritur ad eius æstimationem.*


ET Si non extant, in eorum ualore, & æstimatione,
a a &c. Hæc. n. res est iuris regula, † q quando id q præ
1 stari debet, desijt extare per mortem vel consumptionem, tunc recurritur ad eius æstimationem, vt l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vin. & l. si ser. in §. effectus. ff. de ver. obl. & l. si quis ab alio, in fi. ff. de re iud. & l. vinum. & l. qđ te ff. si cer. pet.

ADDITIO.

a Et æstimatione. Adde Rom. consi. 281. Ber.
✻ AEstimatione, Adde an probatio æstimationis rerum ui ablatarum præcedere debeat, vel subsequi sententiam? & Dic, q quando æstimatio vel interesse petitur principaliter tunc mox ab initio actor æstimare debet & certam quantitatem petere secundum Misin. Cent. 4. obser. 100. ex doc. Fabri in §. curare. inst. de ac. quam concl. Declara, ut per eũ ibi, & vide quæ scribit Bar. in l. quia autem. ff. quor leg. qđ dicendum de sorte cum vsuris, an eodé libello peti possint & dic, q sic, teste eodem Mising. Cent. 1. obser. 57. imò iudex reum in fructibus, interesse, vsuris uel expensis etiam actore non petente condemnare potest, ut idem Mising. not. Cent. 4. obser. 55. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas interesse non est exprimenda in libello.*
2 *Interesse quid sit.*
3 *Interesse quotuplex est.*
4 *Interesse intrinsecum est defectus valoris, & bonitatis ipsius rei, vel alterius cohærentis vel dependentis ab ipsa re, ipsamq; rē vbiq; comitātis.*
5 *Interesse extrinsecum est defectus vtilitatis ipsam rem non contigens, nec rem insequens, sed personæ cohærens.*
6 *Interesse secundum aliam diuisionem quotuplex sit.*
7 *Cuius interesse ratio sit habenda per iudicem.*
8 *Lucri simul & damni an ratio sit habenda per iudicem.*
9 *Interesse siue sit in lucro, siue in damno vsque ad duplum ascendere potest.*
10 *Contractus certus, vel incertus quis dicatur.*
11 *Pretium rei non autem conuentum venit per interesse duplandum.*
12 *Pœna vel interesse quando committatur.*
13 *Interesse an petatur principaliter iure actionis, an iudicis officio.*
14 *Interesse quo iure petatur, si in oblatione est merum factum.*
15 *In obligationis si sit factum mixtum vt rem tradi, vel restitui, quo iure petatur interesse.*
16 *Interesse, quod accedit rei, vt sunt fructus & partus, iudex ex officio deducit in condemnatione.*
17 *Interesse, quod debetur ex contractu stricti iuris, qualiter petatur.*
18 *Officium iudicis semper in libello est implorandum simpliciter non exprimendo qualitatem officij propter multa vtilia.*
19 *Interesse etiam de iure canonico peti potest.*
20 *Quid iuris sit in pœna addita in contumaciam non soluentis.*
21 *Interesse commune, vel conuentum qualiter probetur.*
22 *Forma ponendi, & capitulandi quò ad partem, & deponendi quò ad testem super interesse, qualis esse debet.*
23 *Depositio testis super interesse non debet dicere, quod ultra valeat tantum, quia ipse simpliciter daret tantum, tunc non est legitime probatum.*
24 *AEstimatio insolita non est attendenda.*
25 *Interesse singulare qualiter probetur, & quotuplex sit.*
26 *Requisita in iuramento in litem super interesse.*
27 *Si quid petatur actione exempto, & similibus, & item actione reali, item arbitraria, an habeat locum, & quomodo iuretur in litem.*
28 *Propter culpam latam sicut propter dolum non iuratur in litem.*
29 *Dolus qualis debeat interuenire ad hoc, vt præstetur iuramentum in litem.*
30 *Interesse veritatis qualiter probetur.*
31 *Interesse veritatis quando probetur per iuramentum in litem, quæ requirantur.*
32 *Interesse singulare quomodo probetur per testes.*



T in Florenis decem pro omni damno & in
1 teresse, &c. † Licèt exprimatur certa quantitas interesse, attamen de necessitate actor non tenetur, nec in fructibus nec in interes-
a se a in libello quantitatem exprimere, sed sufficit in processu liquidare, ut supra dixi in glo. super verbo ‹Tot & tantos fructus.› Ad hoc autem interesse tenetur ipse reus, si mandato iudicis non restituerit, ut in d. l. qui restituere, ff. de rei uind. super quo interesse statur iuramento actoris si reus est in dolo, aliàs de interesse probatur per alios modos à iure introductos, vt d. l. qui restituere, & l. quoties. ff. de reg. iur. de quo latius dicam infra. Huius igi-
2 tur gratia, quia de interesse mentio hic habetur. † Quæro
b de aliquibus, & primò quæritur quid sit interesse, [b] & respondet glo. in l. prima, C. de sent. quæ pro eo quod interest, quod interesse est damnum emergens, uel lucrum cessans, cuius quidem diffinitionis sensus est secundum sanum & certum intellectum, quòd interesse nil aliud est, nisi cum quis damnum sensit, uel in perdendo proprium, uel non acquirendo lucrum. Aliquando tamen sic diffinitur. Interesse est æstimatio damni ex eo contingens, q aliquid fieri cessatur, quod fieri debet, uel dari cessatur, quod dari debet, uel fit quod fieri non debet. Quæ diffinitio probatur his legibus. ff. de verbo. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. §. fin. l. naturales. ff. de præscr. verb. & in l. hoc inte. dictum. ff. de vi & vi ar. l. Iulia. in princip. & l. 1. in fine, & ibi no. ff. de
3 actio empti. † Secundo quæritur, quotuplex est interesse, & glo. in d. l. 1. ff. de actio. empt. & in l. 1. C. de sent. quæ pro eo. dicunt quòd est triplex, scilicet, Conuentum, Commune, & Singulare. Alij, quos refert Cyn. in dicta l. 1. C. de sent quæ pro eo dicunt quòd est tantum unicum interesse, quod tripliciter æstimatur, uel singulariter, uel communiter, uel conditionaliter. Dic latius ut ibi de hoc no. & per Inno. in ca. sacro. extra de sent. excom. & per Dyn. in ca. mora, extra de reg. iur. lib. 6. Est & secunda diuisio interesse, uidelicet, quod quoddam est interesse circa rem, quod ab aliquibus appellatur interesse intrinsecum; quoddam est interesse extra rem, quòd ab aliquibus appellatur interesse

extrin-

4 extrinsecum. † Est autem interesse intrinsecum c defe-
c ctus valoris, & bonitatis ipsius rei vel alterius cohærentis, vel dependentis ab ipsa re, ipsamque rem vbique concomitantis & insequentis. Exemplum est tam in pretio rei aucto, vel diminuto, quàm circa interesse serui castrati, uel alterius, ut in l.3.§.reddita.ff.comm.& in l.1.§. si res de posita.ff.depo. qu metiam circa interesse serui hæredis instituti, ut l.inde Neratius. §.1.ff.ad leg. Aqui.& l.uenditor
5 hominis.ff.de euic.cum simi. † Interesse verò extra rem, seu extrinsecū est defectus utilitatis ipsam rem non contingentis, nec rem insequentis, sed personæ cohærentis, ut patet in pœna commissa propter rem non solutam alteri sua die, quæ non fuisset commissa si solutio facta esset stipulatori. ut in l. nummis.ff.de in litem iurando.l.inficiando. ff. de fur.& in uenditione seruitutis aqueductus ad prædiū meum. Nam alterius non tantum interest uti hac seruitute, quantum mea, ut in l.cum fundum.ff.de lega. secundò, in familia quæ fame perempta est, quia promissam pecuniam non recepit, ut in l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff.de actio empt.& pro hac diuisione facit l. Lucius.& l. ti-
6 tius.de act.empt. † Præterea est & tertia diuisio, quia quoddam est interesse quod consistit in damno passo in re, uel ppter rem, de qua agitur; quoddam quod consistit in lucro omisso in re ipsa uel propter eam, ut in d.l.prima, de sent. quæ pro eo quod interest.& in iuribus quæ infra annota-
7 buntur. † Videndum itaque restat, cuius interesse ratio sit habenda per iudicem. & primò circa interesse extrinsecum In quo dic secundum glo. esse distinguendum, aut agitur ad interesse, quod non est traditum, uel factum, quod tradi, uel fieri debuit. Aut agitur ad interesse, quod est malè traditum uel factum, quod bene fieri, & iuste tradi debuerat. Primo casu uenit interesse in condemnatione intrinsecum tantum, & non extrinsecum, ut l.si sterilis.§.cum per uenditorem. ff. de actio.em pti.& in l. uenditor hominis. ff. de euict. cum simi. & l.illud, & l. item si serui. ff. de ædil.edict. Fallit quando intrinsecum circa rem nō potest uenire propter ipsius rei naturam, ut est in pecunia; quia tunc uenit interesse. quod est extra rem, ut in l.3.§.fi.ff.de eo quod cer.loco. Secundo autem casu dic quòd habenda est ratio per iudicem vtriusque interesse in cōdemnatione, ut in l.1.§.hoc interdictum.ff.de ui & vi arma.& ff.de furt.l. inficiando, & ff.de in l.t iur.l.nummis, cum multis similibus, quam distinctionem tenet glo. in d.l.1.C.de sent. quæ pro eo quod interest prose.& ibi per Doctor. † Deinde quæritur, an lu-
8 cri simul & damni ratio per iudicem sit habenda. Lucrum autem intelligitur omni expensa atque damno deducto, ut in l.mutius.ff.pro socio.& plene nota. per Inn.& alios in c.pastora.extra de deci. In quo articulo gloss.in d.l. mutius. dicit quòd ratio lucri olim iure antiquo regulariter habebatur per iudicem. Nisi in certis casibus secundum Pet.uide licet quando lucrum esset cum alterius tertij iniuria. ut l.si is cui. §.fin.ff de furt. & in l.denique.ff.de ex quib.cau.maior.& quando lucrum ipsum esset à fortuna, ut in d. §. cum per uenditorem. Ratio autem dāni, & olim, & hodie fuit, est habenda cum distinctione de qua supra; quia aut agitur quando non est factū, quod fieri debuit, ut supra dixi, Alij dicunt quod olim, & hodie uenit lucrum regulariter, & sic utrunque ius est uniforme. & hoc per casus illarum legum qui not. in dicto §. cum per uenditorem, per quos casus elicitur regula, quòd lucri ratio semper habenda fuit iure antiquo, & ita fortius hodie, quia hæc regula hodie est confirmata per dicto.l.1.quam opi.tenet Cy.ibi. Fallit tamē hæc regula in prædictis duobus casibus, Alij ut Iaco. & Aret.& Iac.But.distinguunt sic. Aut lucrum est captandum cū aliena iactura, uel à fortuna, & non uenit lucrum, nec olim, nec hodie. ut l.is cuius interest, de furt.& in l.denique. ex quib. cau.maior. & in d. §.cum per uenditorem. Aut est captandum sine alterius iniuria cum personæ tantū sola industria, & tunc aut tale interesse est incertum, c & non est habenda eius ratio per iudicem olim, nec hodie. ut l. secunda, §. portio. ff.ad leg. rhod.de iact. Aut est certū, & tunc aut agitur propter maleficium, & uenit lucrum olim & hodie. ut si fundus in fi.ff.loca.& conduct.& l uenditor.ff de euictio. Aut agitur, quia non est factum, quod fieri debuit; & tunc aut merum factum erat in obligatione, quod fieri est omissum, & tunc uenit interesse in lucro olim & hodie. ut l.si cōmissa.ff.rem ratam habe. Aut non est merum factum, sed mixtum in obligatione, ut puta rem tradi; & tunc nec olim nec hodie uenit lucrum, ut in d.§.cum per uenditoré. Cui quò ad hunc vltimum casum non assentio, sed sto cum opi-
9 nione præcedenti. † Inde quæritur, usque ad quàm summam, uel quantitatem potest ascendere illud interesse, siue sit in lucro, siue sit in damno, siue intrinsecum, siue extrinsecum. Super quo licet sint diuersæ opinio. in d.l.prima, tamen conclusiuè dic secundum Glo & Docto. in contractibus habentibus certam quantitatem vel naturam potest interesse ascendere usque ad duplum tantum & non ultra: In cæteris autem contractibus continentibus incertam quantitatem uel naturam potest interesse excedere duplū,
10 ut colligitur in dicta l.† 1. Sed relinquitur adhuc maior dubitatio, quis dicatur contractus certus uel incertus, & in hoc opinio. sunt variæ, dicit enim glo. in d. l. prima, quòd quando in obligatione est factum, tunc contractus incertus dicitur; si verò obligatio continet quid dari, tunc dicitur contractus, certus ar. in l.ubi autem non apparet.§. qui id quod ff. de verbo. obligatio. Alij dicunt, quòd si obligatio continet aliquid habens certos fines limitatos à natura uel homine, ut fundus, uel asinus, tunc contractus appellatur certus. si verò obligatio continet quid quod non habet fines ab homine, uel à natura limitatos, tunc contractus dicitur incertus, nec mirum si à rebus obligatio & contractus naturam suam assumant, ut in l. stipulationes non diuiduntur in prin.ff.de uerbo.obligatio. Alij Vltramontani, quos uidetur sequi Iaco. Butr. dicunt, quòd illi appellantur contractus certi, in quibus habere possumus mutuam relationem hinc inde: ut puta si uendidi tibi mihi rem pro centum, uideris illam tantum æstimasse, & hoc est meum interesse & tuum. Et sic istud interesse, quod certum est ab utraque parte, non potest duplum ipsius quantitatis excedere, Vbi autem in obligatione nō est certum quid deductū, ad quod possit haberi respectus, ut puta, quia promittitur factum simpliciter sine expressione certæ quātitatis, uel certæ mercedis, tunc contractus iste appellatur incertus, ut in dicta.l. ubi autem non apparet, & poterit hoc casu interesse duplū excedere, non ergo secundum hanc opi. est fienda differentia, an in obligatione sit factum uel datio, sed illud solum est attendendum, an certa quantitas sit in obligatione, uel nulla, ut patet ex præcedentibus. Et prædicta sunt intelligenda uera, quando interesse petitur pro eo, quia est omissum fieri, quod fieri debuerat. Sed si peteretur pro eo, quod est factum, quod fieri non debuerat, tunc quia hoc casu uenit interesse extrinsecum, ut supra dictum est, puto quòd tale duplum possit excedere per iura circa hoc superius al-
11 legata. † Sed dicet quis, quid est illud, quod est duplandum? dic secundum opin. Glo. & Docto. quod est pretium rei non pretium conuentum, licet aliqui contra, ut not. in l.
12 prima, C. de sent. quæ pro eo quod inte. † Vlterius quæ-
d ritur quando pœna d uel interesse, de quo loquimur cōmittatur, & contra quos? dic quòd aut pœna, uel interesse adijcitur facto diuiduo aut in diuiduo. Siquidem facto diuiduo adijcitur, tunc dic ut habetur & no. per Gl.& Bartol. in l.2.§.item si in facto.ff.de uerbo. oblig. Si uerò adijcitur facto indiuiduo, tunc dic ut habetur & no. per eundē
13 in l.eadem.§.Cato. ff.de uerborum obligatio. † Deinde quæritur, an interesse petatur principaliter iure actionis, an iudicis officio? Breuiter concludendo multorum opin. sic distingue, aut agitur ad interesse propter id quod factū non est, quod fieri debuit, aut propter id quod datum non est, quod dari debuit, Primo casu petitur interesse simpliciter iure actionis in libello, cum ipsum interesse sit in obligatione,

gatione, ut l. Iuli. §. 1. & 2. ff. de actio. emp. & ff. loca. & conduc. l. si fundus. in fine. ff. de uerborum obligatio. l. quoties. & ff. de donati. causa mort. l. si filio. & l. illos. & l. si is ff. de condict. furt. l. si in re furtiua. & ff. de vi & vi arma. l. prima §. hoc interdictum. Ad quod faciunt omnia iura in quibus uenit interesse propter delictum. Secundo casu quando agitur propter id quod factum nõ est, quod fieri debuit. Tunc subdistingue. Aut in obligatione principali erat merum factum, ut scribere librum, uel ædificare domum. Aut fa-
14 ctum mixtum, ut rem tradi uel restitui. † Primo casu agi potest ad interesse, & super eo diuersimode libellus formari secundum diuersitatem opi. Nam secundum aliquos potest iure actionis principaliter peti ipsum factum in libello, & interrogabitur reus, an uelit facere, & si responderit quòd non, tunc iudex ex officio condemnabit eum ad interesse. ut no. per gl. & Doc. in l. prima ff. de acti. empt. Vel secundum alios interrogabitur reus ante libellum, an uelit facere, & si dixerit quòd non, tunc libellus producetur contra eum, in quo interesse solum petetur. Vel secundũ alios poterit factum in libello principaliter postulari, & conditionaliter interesse. hoc modo { Peto Sempronium condemnari ad ædificandum mihi domum, quam si facere recusauerit peto ipsum condemnari ad centum pro meo interesse &c. } Quorum omnium opin. veræ sunt & practicabiles. ut no. in d. l. prima, & per Barto. plenè in d. l. stipulationes non diuiduntur. in penu. q. Et facit l. si quis ab alio. & quod ibi not. ff. de re iudic. & l. si pœnam. ff. de uerbo. oblig. & l. fin. ff. si quis in ius uoc. non ierit. & ff. de arbitris. l. diem proferre
15 §. fin. † Si verò in obligatione sit factum mixtum, ut rem tradi uel restitui: & tunc licet Glo. sint uariæ in libelli formatione. ut no. Instit. de contrahend. emptio. §. pretium, & in l. prima ff de act. empt. Tamen considerandum est ut distinguamus. Aut tractatur de interesse quod habetur ex contractu bonæfidei, puta emptionis & venditionis. Aut ex contractu stricti iuris, ut stipulationis. Primo casu aut quæritur de interesse quod succedit loco rei venditæ, aut de eo quod accedit ipsi rei uenditæ. Siquidem quæritur de eo quod loco rei succedit, tunc aduertendum, nam aut uenditor habet facultatem rei tradendæ, & tunc res ipsa est principaliter in libello petenda, & iudex ex officio in rei non traditæ contumaciam cõdemnationem faciet fructuũ & interesse. Et hoc mõ debet intelligi opi. Martini, de quo no. in d. §. pretium. & in d. l. prima. Aut non habet facultatẽ rei tradendæ, & tunc interesse debet principaliter peti in libello actionis iure tanquam subrogatum sit in loco ipsius rei legis potestate, ut probatur in si l. tertiis. §. cũ per uenditorem. uer. nec. n. &c. ff. de act. empt. & l. prima in princ. ibi { Agitur &c. ff. eo. tit. licet alij contra, ut refert Cyn. in l. 1.
16 C. de sent. quæ pro eo. † Vbi autem tractatur de interesse, quod accedit ipsi rei. vt sunt fructus & partus; tunc tale interesse non deducitur in libello iure actionis, sed iudex super re principali aditus hoc interesse ex suo officio deducit in condemnationem ut l. uideamus. §. si causa. ff. de
17 usuris. in l. ædiles §. item sciendum. ff. de ædil. edict. † Secundo casu principali cum tractatur de interesse quod debetur ex contractu stricti iuris, ut stipulationis, tunc aut in obligatione est rem tradi, aut rem restitui. Primo casu id in libello petendum est iure actionis, quia legis potestate in obligationibus rem tradi succedit obligatio ad interesse. ut l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudic. sicut in obligationibus faciendi. Nam rem tradere, facti est, ut in l. si rem tradi. ff. de uerbor. oblig. & hoc sequitur Dyn. in cap. mora. extra de reg. iuris. & Barto. in dicta l. stipulationes non diuiduntur. Si verò est in obligatione rem restitui, tunc distingue, aut reus habet facultatem ipsius rei restituendæ, & in libello interesse petitur principaliter, quoniam reus cõpellendus est præcisè restituere, ut l. qui restituere. ff. de rei uend. Si autem non habet facultatem restituendi, & culpa sui, tunc iure actionis interesse petitur principaliter, quia ipsum interesse legis potestate succedit in obligatione l. in summa. §. si seruum. ff. de condi. indeb. & l. in re furtiua. ff. de condit. fur. quod sequitur Bartol. in dicta l. stipulationes. Tertio autem casu principali, quando dari est in obligatione, & agitur propter id quod non est datum, quod dari debuit, & tunc glo. distinguit. Aut agitur ex contractu nominato, aut innominato, si nominato, tunc aut res ipsa extat, & petenda est principaliter in libello: quia isto casu interesse succedit in obligatione. ut in l. ubi autem nõ apparet in fine. ff. de verb. obliga. & l. mortuo boue ff. de leg. secundò; Aut non extat res, & tunc res ipsa petitur iure actionis in libello, ac si extaret. uerũ quia dari non põt, iudex ex suo officio super interesse sniam ferre debet. l. si seruũ. §. fi. & l. eum qui. §. fin ff. de uerborum obliga. Si verò agitur ex contractu innominato, tunc secundum aliquos post morã succedit obligatio ad interesse. argu. l. naturales. §. primo ff. de præs. uerb. Ideoque iure actionis debet principaliter interesse in libello peti. Alij autem dicunt, quòd ex officio iu-
18 dicis per dictã l. si seruũ. quæ generaliter loquitur. † Quicquid tamen sit, si uis practicare, reiecta hõi subtilitate, debes semper in libello tuo iudicis officium implorare simpliciter non exprimendo qualitatem officij, an sit nobile, uel mercenarium; quia sermo simplex interpretabitur postea secundum negocij qualitatem, & proferentis mentem ut l. si quis intentione ambigua ff. de iudic. Et præmissa procedunt cum interesse temporis præteriti postulatur. Vbi autem interesse contigeret post litem contesta. tunc sine partis requisitione poterit iudex ex suo officio reum ad talle interesse condemnare; & idem in fructibus. ut in l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edic. & no. per Innoc. in capitu
19 lo grauis, extra. de restit. spol. † Sed circa prædicta quæritur, an inte esse, de quo sup a possit peti de iure canonico? Dic breuiter. quòd sic, licèt eo iure prohibeatur petitio vsuræ. tamen conceditur petitio interesse. ut no. per Gl. & Docto. in cap. conquestus. extra de usur. & facit capitulũ secundũ, & 3. extra de fideiuss. cum simili, & ex hoc sequi-
✠ tur quod si tibi mutuo ✠ decem quæ mihi soluere promisisti ad nundinas San. Michaelis, & fuisti in mora non soluẽ
e do, quòd potero a te vltra sortem petere interesse e meũ, nec erit usura. ut in l. 2. ff. de eo quod certo loco. cum simil.
20 no. in l. curabit. C. de actio. empt. per Glo. & Doct. † Quid autem de pœna addita in contumaciam non soluentis: Dic ut not. Docto. in l. cum allegas. C. de vsur. & Bart. in l. cum seruus ita. ff. de condit. & demonstr. & ego scripsi infra de
21 actio. hypotheca. † Restat nunc quærere qualiter interesse probatur, super quo est attendendum. Aut enim quæritur de probatione interesse communis, uel conuenti; aut de probatione interesse singularis. Primo casu cum quæritur de probatione communis, uel conuenti interesse, quod idem est, quod ipsius æstimatio rei ut l. si uendidero. §. 1. ff. de fur. aduertendum est, quòd ualor, seu estimatio rei probatur secundum not. per Glo. & Docto. in l 2. C. de rescin. uen. & in l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. habita consideratione loci & temporis reditus, & ipsius rei qualitatis, & circunstantium rerum; unde aut tractatur de probatione æstimationis rei immobilis, ut domus uel prædij: aut de probatione rei mobilis, vt frumenti, vini, seu drap. Primo
22 casu probanda est æstimatio per testes. † Forma autem ponendi, & capitulandi quò ad partem, & deponendi quò
f ad testem, talis esse debet, ut pars sic ponat, f & testis sic deponat, quòd ex tali fundo cõiter, & communi cursu annis singulis percipiuntur, & colliguntur, & percipi & colligi possunt tot fructus. Item q̄ in contrata, seu territorio, in quo positum & situm est ipsum prædium, uel fundus. & de alijs confinibus, & ad iacentibus prædijs & ibidem conuicinis tanti fructus percipiuntur, & percipi consueuerunt quanti super ius dictum est. Itẽ & q̄ dictus fundus communi æstimatione ualet 10. & tantum communiter uenderetur, & pro simili pretio & ualore uendi consueuerunt, & uendi sunt cõsimiles fundi, uel cõsimilia pdia dicti loci. & territorij, vt hæc pbant in d. l. ptia. ad leg. fal. & in l. si quos. C. de rescin.

de rescin. uend. & ff. de iure fis. l. non intelligitur. §. diui fratres & l. Caius. §. Titius. ff. de leg. 2. cum simili. Secundo casu cum quæritur de æstimatione rei mobilis, tunc probatio fieri debet per testes qui dicant, quòd saccus si umenti ualuit tali tempore, & in platea in qua uendi publicè consueuit, solidis 20. & ante ipsum tempus & post. Nam non sufficeret, quòd una die tantum ualuit; quia sic æstimatio esset singularis quæ non attenditur, sed illa sola debet attendi, quæ in usu fuit magis continua. ut in dicta l. pretia rerum. & ibi per Bar. & ea quæ usitata est in foro publico ciuitatis illius. ut arg. C. de erogat. mil. l. 2. & l. se-
23 ptem diebus, & l. speciebus. C. de coar. lib. 12. † Sed quæritur p o declaratione prædictorum, quid si unus testis, uel duo dicant? Res ualet tantum, quia sibi darem tantum, uel ipsam emerem pro tanto? an nquid ex hoc legitimè probatur, quod res sit tanti ualoris? uidetur quod sic, quia res tantum ualet, quantum uendi potest. ut l. si seruus in §. 1. & ibi not. ff. de condi. fur. & l. si quis uxori. in fi. ff. de fur. ergo &c. Tu dic contra, nam per hoc non est probata vera æstimatio rei, quia pretia rerum non deberent considerari secundum affectionem singulorum, sed secundum quod communiter, & communi cursu uendi possunt. ut in d. l. pretia rerum. Non ob. illa regula l. si seruus. quia debet intelligi, quòd res tantum ualet quantum uendi potest s. communiter, & communi cursu palam, & publicè, non ab uno emptore, sed à pluribus. Et ideo si 10. uel plures testes deponerent singulariter quòd quilibet eorum tantum daret si res proponeretur uenalis, forsasse legitimè probarent ueram æstimationem rei, quia talis numerus testium
24 iudicaret communiter rem esse tanti pretij. † Quid si producuntur testes super ualore frumenti, qui dicunt, quod tali tempore ualuit saccus frumenti solidis 12. sicut fuit M. cccc. an iudex condemnabit tali æstimatione? Dic quòd non, quia pretium, uel æstimatio insolita, & quę currit uno solo tempore, non debet attendi. sed illa æstimatio est attendenda, quæ est in communi cursu, & consuetudine, ut probatur in d. l. pretia rerum. & ibi per Bart. quod est not. Et ideo reus, qui conuenitur ad talem, uel similem æstimationem, debet esse cautus, & probare quòd talis æstimatio, & pretium non consueuit communiter contingere in ipsa ciuitate. Debet etiam probare, si de pretio rei immobilis quæritur, de uitijs, & oneribus ipsi rei incumbentibus, propter quæ ualor diminuitur, ut puta quòd res emphyteutica, uel feudalis, uel debet talem se uitutem, & similia, quia
25 per hoc colligitur, quòd res ipsa sit uilioris pretij. † Dixi ulterius principaliter quòd aliquando tractatur de probatione interesse singularis, & in hoc sunt opinio. apud Doc. ut refert Cyn. in d. l. 1. C. de sent. quæ pro eo in po. q. Sed tu clarius circa interesse singulare sic distingue, quoddam enim est interesse affectionis, quoddam interesse ueritatis, ut colligitur in iuribus suprascriptis. aut ergo quæritur de probatione fienda circa interesse affectionis, & in hoc dic quòd interesse affectionis probatur per solum iuramentū in litem deferendum per iudicem, dummodo concurrant
* illa quæ sunt necessaria ad hoc ut sit locus huic iuramento in litem, quæ sunt tria secundum quod no. Doct. & Bar. in d. l. actionib. ff. de in lit. iur. & latius scripsi intra circa rñsionem, quā facit reus pręsenti libello in gl. super uerbo
26 iusiurandi uidelicet. † Primò natura ipsius rei quæ talis esse debeat, ut super ea cadat affectio, ut puta liber, equus, uel seruus, & si aliàs non defertur hoc iuramentū. ut l. nummis ff. de in lit. iur. ut puta si sit pecunia ut ibi. Nisi pecunia fuisset subrogata loco speciei, & in ea fuisset dolus cōmissus di. ecte, ut l. pen. ne quis eū qui in ius uoca. est. Secūdò debet attendi natura actionis intentatæ ut talis sit, ꝙ super ea possit tale iuramentum deferri, quod quidem cōtingit in tribus casibus, uidelicet, si actio sit bonæfidei, uel actio in rem, uel actio arbitraria. ut d. l. in actionibus. Et quod dixi in actione bonæfidei, intellige uerum in actionibus bonæfidei directis, quia aliud est in contrarijs. ut l. ei apud quem. ff. depo. Et etiam intellige in illis actionibus, in quibus petitur aliquid restitui, ut in deposito & commodato. ut l. tertia §. in hoc. ff. commoda. & l. sed si possessori §. si cum de hereditate. ff. de tutel. ir. & l. 1.
27 §. in deposito. ff. depo. & l. si quis. ff. loc. † Vbi autem petitur aliquid tradi, tanquam debitum, & in actione ex empto, dubitatio est, an iuretur in litem quia uidetur quod sufficiat interesse præstare. ut in l. 1. §. 2. & ibi no. ff. de actio. empti. Verius tamen est, ut hic distinguatur, an uenditor habeat facultatem rei restituendæ, & non vult restituere, & tunc sit locus iuramento in litem propter dolum suum; sic debet intelligi glo. in d. l. in actionibus, aut non habet facultatem restituendi, & non iuretur in litem, & sic procedit opi. Azo. in sum. Deinde dixi, quòd habet locum tale iuramentum in actionibus in rem, quod intelligas esse uerū etiam in illis quæ non dantur pro pleno dominio, sed pro aliquo iure cohærente rei, ut in hypothecaria & confessoria. insti. de act. §. præterea quasdam actiones, & l. fundus. §. in uenditione, ff. de pig. & l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publi. & l. harum. in fi. ff. si seru. uen. Tertiò dictum est, in actionibus arbitrarijs locum esse tali iuramento. ut d. l. in actionibus. Pro cuius declaratione est primò sciendum,
* quæ dicantur actiones * arbitrariæ? Ad quod dic secundū Bar. ubi supra quòd omnes illæ actiones, siue sint reales, siue personales, siuæ mixtæ, dicuntur arbitrariæ, in quibus ad mandatum ipsius iudicis & secundum præceptum suum non restituitur res petita in iudicio. ut probatur in l. qui restituere, in fi. ff. de rei uend. & melius in d. §. præterea. licet à regula excipiantur aliqui casus per gl. in d. l. in actionib. Sed secundum Barto. fere illi omnes casus exceptuati comprehenduntur sub dicta regula, excepto uno qui habetur in l. § 1. ff. ne quis eum qui in ius uoca. Tertiò principaliter debet concurrere, ut sit locus huic iuramento, dolus aduersarij, ut probatur. C. de in lit. iur. l. 2. nam propter culpam regulariter non iuratur in litem. ut d. l. in actionibus. ver. in his omnibus. & in l. uideamus. §. fi. ff. de in lit. iuran. fallit in actione tutelæ, ut l. 2. & 3. C. de in lit. iur. ubi propter
28 periculum iuratur contra tutorem. † Sed nunquid propter latam culpam, sicut propter dolum, iuratur in litem? glo in d. l. in actionibus, tenet quòd non. Et sic culpa lata isto casu non æquiparatur dolo. de quo plene no. Bar. in l. quod
29 nerua. ff. depo. l. si mora ff. sol. mat. † Sed iste dolus, qui requiritur, quando debet interuenire ad hoc ut iudex possit hoc iuramentum deferre? Dic breuiter, quòd in actione bonæfidei sufficit quòd dolus intercesserit tempore contractæ oblationis, uel postea in non parendo parti. Et ide dico multò fortius si intercesserit in non parendo iudici. ut l. 1. §. in deposi. ff. depo. l. 3. §. in hac. ff. cōmo. & l. in actionibus. de in lit. iuran. In actionibus uerò stricti iuris arbitrarijs debet dolus interuenire in non parendo iudici, etiam si non pareat parti. ut l. qui restituere. in fin. ff. de rei uendi. & l. arbitrio. §. 1. & in princ. ff. de dolo. & est ratio diuersitatis, quia in bonæfidei iudicijs bonafides est de substantia contractus; sed in stricti iuris actione, uel alijs arbitrarijs non est de substantia contractus, sed de accidenti. ut no. in l. bonam fidem. C. de actio. & obli. & l. eleganter. in princ. ff. de dolo. ideoque grauius agitur contra obligatum ex contractu bonæfidei, quàm ex contractu stricti iuris. Et ex his patet solutio ad aliud, uidelicet quando index debeat istud iuramentum deferre; quia respondetur quod in actionibus bonæfidei iudex defert lite contesta. & ante sententiam. quia ante omnia dolus debet probari. ut d. l. in actionibus. & l. 2. ff. de in litem iura. Ergo ante sententiam debet deferri, quia probatio fit ante sententiam lite non contest. ut l. exceptionem. C. de proba. Sed in actionibus stricti iuris arbitrarijs, uel in rem iudex defert post sententiam super re principali latam, quia tunc dolus committitur non parendo iudici, ut d. l. qui restituere. cum si. Ideoq; uidemus, ꝙ in arbitrarijs actionib. duæ feruntur sententiæ. ut in l. si cū exceptione §. in hac. ff. quod

metus cau. Quartum autẽ & vltimum, quod requiritur in tali iuramento, est habilitas personæ iurãtis, scilicet quòd sit dominus litis, uel quasi dominus, & q̃ sit pubes. ut l. q̃
30 vulgo & l. videamus, in princ. §. 1. ff. de in lit. iur. † Nunc transitũ facio ad interesse ueritatis, qđ quidẽ dupliciter ꝑbari posse ostẽdi, vno mõ ꝑ iurm̃ partis qđ appellat iurm̃ in litem ueritatis; alio modo per testes, quod est regulare.
31 † Venio ad modum probandi per iuramentum in litem, in quo dic primò, ad hoc ut locus huic iurõ sit, duo debent concurrere. vt not. glo. & Barto. in d. l. in actionibus. scilicet. dolus aduersarij, & difficultas probationis. Ideo dixi de dolo aduersarij; quia propter culpam non iuratur, ut supra dixi in iuramento affectionis, nec attenditur in hoc iuramento, quando dolus fuerit commissus, nec an interuenerit in non parendo iudici, uel parti. ut d. l. in actionibus. §. planc. & l. nũmis. ff. de in litem iuran. & l. si quando. C. vnde ui. Illud autem quod subijcitur de difficultate probandi, intellige difficultatem subesse, siue res non possit ad oculum demonstrari, quia nõ sit in rerum natura, uel quia aliter non apparet. ut l. cum res. §. pe. & fi. ff. de leg. 1. & d. l. nummis, in fi. & d. l. si qñ. ex quib. colligit dña inter unũ iuramentum & aliud, & decisio ad q. sæpe occurrentẽ. Ecce deposui penes hospitem fardellum, uel ualisiam, aut scrineum sigillatum, deinde restituit mihi dissigillatum, & sic deprehenditur dolus hospitis in dissigilando. Certè probato deposito per testes, creditur de rebus, & damno, iuramento
g partis. ut d. l. si quando. & d. l. nummis. in fin. quod sequitur Bart. in d. l. in actionibus. & in l. 1. ff. fur. aduer. nau. ca. sta. In omnibus autem huiusmodi iuramentis in litem potest iudex taxare certam quantitatem usque ad quam iuretur. ut l. videamus. §. iurare, & d. l. in actionibus. in princip. ff. de in lit. iuran. Accedamus ad interesse singulare quod est ueritatis tantum, in quo dic quòd omne tale interesse singulare regulariter est probandum per testes, quando non arguitur dolus aduersarij, uel quando nõ concurrunt illa de quibus in superioribus dictum est. ut l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod inter. & not. glo. in l. 2. §. 1. ff.
32 de in litem iuran. † Quæ autem sit forma & modus probandi tale interesse veritatis, in hoc debes aduertere; quia quotidie de facto occurrit: dic ergo secundum Doc. & nota. per Cyn. dicta l. prima, C. de sentent. quæ pro eo. quod inter. versi. quinto loco principaliter quæritur & c
✱ quòd diuersimode poterit tale interesse * probari, ut puta si creditor in pœnam cecidit, quia pecuniam suam non habuit ad terminum ex qua satisfacere alteri suo creditori non potuit arg. l. liber homo. in fi. ff. de uerbor. oblig. vel coactus est pignora sub vsuris ponere, uel res proprias uiliori pretio distrahere, aut merces carius emere, uel alia similia damna habuit in ære. & not. in l. 2. & l. centum Ca
h puæ. & l. fi. ff de eo quod cer. loc. Aut lucrum, [h] quod fecisset ex pecunia, perdidit, cuius lucri ratio hodie est habenda, sicut & damni. ut d. l. 1. Et no quod etiam de iure cano.
✱ licite admittitur petitio interesse. * ut not. per gl. in c. con questus. extra de usu. Sed quid si in instrumento obligationis reus conuenit stare super damno & interesse simplici
✱ dicto * actoris, nunquid testibus opus erit, an sibi soli creditur? Dic per omnia, ut dicetur in q. expensarum in proxima gl. & ut not. Bar. in d. l. si. de præto. stip.

ADDITIONES.

✱ Lucrum autem, Adde, quid de interesse lucri cessantis: quomodo probetur, & an, ac quando illius ratio habenda sit, & quomodo probetur interesse consistens in lucro perdito, uide Iaf. in l non vtique. §. nunc de officio. ff. de eo qđ cer. loc. & Dic, quòd quando res æstimatur ad mensuram damni, tunc non æstimatur prout uendi poterat, sed prout in ea aliàs fuit expensum, quæ not. Iaf. ibi d. §. post, nu. 7. ad limit. eorum quæ habẽtur in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & in l. 2. C. de rescind. uen. uide etiam quę not. Pap. in for lib. pro causa socier. ver. superlucratus. Masuer.

✱ Valor seu æstimatio, Adde, quæ scribit Nat. consil. 338. colu. 2. & 3. consil. 353 lib. 2. Plot. trac. de in lit. iur. §. 4. numero 68.

✱ Concurrunt, Adde Rob. de ord. iud. 6. par. cap. 45. numero 27.

✱ Arbitrariæ, Adde, quæ sint arbitrariæ actiones: & cur sic dicantur, & uide quę not. Coral. miscell. li. 4. c. 12. ad dicta autem Pap. hic. vide Iaf. in l. si prius. nu. 48. vsque ad 51. ff. de ope. no. nun.

✱ Si tibi mutuo, Adde, Quid de pacto de non imputan. fructibus in sortem, ubi interesse legitimè debetur, an illud fieri possit? & Dic quod sic, vt docte scribit Osal. decisione 143. nu. 2. nu. 5. vbi quòd usura seu interesse lucri cessantis debetur in solito negociari, & mercari, & quid in eo qui tenetur soluere ad diem certum, & quia non soluit creditor sub usuris pecuniam accipit, an debitor ad usuras: & sic ad cambia soluta teneatur? & Rom. consi. 102. tenet quòd sic, & consi. 94. in p. in. Anch. consi. 376. Cu. Iun. in l unic. ante nu. 41. C. de sent. quæ pro eo quod interest, scilicet quòd petitio usurarum alijs soluta: um, propter carentiam pecunię à debitore debitæ ualida est, earumq; exactio fieri potest, Quod autem cambia communi mercatorum consuetudine vsitata sint permissa not. Rom. d. consi. 94. in prin. sed consil. 238. nu. 8. dicit quòd ita demum cambia sunt licita quando recipiuntur ut periculi præmium, ut sunt secundũ generalem consuetudinem mercatorum, Iaf. in l. cunctos populos, num. 64. C. de summa trin. Qua de re uide Alex. consi. 61. num. 13. lib. 2. Iaf. in l. prima, secunda lect. nu. 39. C. eodem ubi refert communem opi. Saly. in l. ad hæc q. 11. C. de usur. ubi loquitur de cambijs, Quæ hodie fiunt illicite, de quibus scripsi infra for. lib. act. hypoth. ver. fine aliqua, quid de impressitis montium Genuę, uel Venetiarum, an sint licita, uel vsura 12 & uide Iaf. in Litem quia, num. 21. ff. de pac. & in d. l. cunctos populos 2. lect. num. 40. Masuer.

✱ Probari, Adde, Bart. in l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod interest Iaf. in §. curare: nu. 59. inst. de act.

✱ Petitio interesse, Adde, quòd quando creditor solitus est mercari & negotiari: usuras licitè petere põt, teste Iaf. in l. prima, col. 11. C. de summa trin. & de iure cano. ueniunt usurę, quatenus interest glo. in l. curabit, C. de act. emp. in l. 2. C. de usur. Dec. consil. 39. colum. 3. post med. & in cap. cum uenerabilis, nu. 14. de excep. & eo casu non solum consideratur interesse lucri cessantis, sed etiam damni emergẽtis, quod quidem interesse lucri cessantis, si legitimè probetur: peti potest, in quo taxando certa & determinata quantitas non ualet, Dec. d. consi. 39. colu. 3. circa fin. & col. seq. cuius probationis prac. docet Aym. consi. 89. num. 4. lib. 1. Alex. consi. 141. col. 1. lib. 5. consi. 74. eodem lib. consi. 27. lib. 4. consi. 200. lib. 6. Abb. in cap. dilecti Fely. nu. 6. de for. compet. & quòd in mercatore habeatur ratio lucri cessantis: not. Neuiz. consi. 77. nu. 24. 25. tex. in l. si fundus §. quam quàm ff. de reb. cor. pulchrè Nat. consil. 370. 450. lib. 2. & fac. quæ scribit Iaf. in l. nummis. ff. de in lit. iur. ubi de debitore qui promisit mihi soluere intra terminum. & eo non soluente capio ab alio pecuniam sub usuris, quòd hoc licitè facio, uide plura alia notab. ibi. Masuer.

✱ Dicto actoris, Adde quæ habentur infra. uer. seq. post numero 11.

a Nec interesse. Adde quòd licet interesse in processu non esset liquidatum, tamen iudex super eo debet condemnare, & non reum absoluere, ita Abb. in cap. cum causam de testi. quem refert & sequitur ibi Bene Capr. & Maria. Soz. in capit. secundo, art. 12. q. 5. de libe. obl. per Bartol. in l. si quod ex Pamphi. ff. de lega. secundo, & idem Soz. in capitu. dilecti, in gloss. 3. de foro compet. quia licèt interesse non sit probatum, iudex debet id æstimare per se, uel alios præstito sibi iuramento. cap. fi. extra quod met. cau. & fuit opi. Ioan. Cal. ut refert primus Doct. & subdit quòd

quòd si propter aliquam causam iudex non posset sumere aliam declarationem, quod etiam non debet reum absoluere, sed condemnare in id quod interesse probabitur in executione, arg. not. per Bart. in d. l. si quod Pamphila, & in l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clã. ad quod etiam adducit tex. in c. auditis, de procur. vbi quando quantitas est incerta, tamen fertur certa sententia; sed non mãdatur executioni, donec fuerit certificata, & faciunt not. per Bart. & Bal. in l. 2. C. de resc. vend. & per Bal. in l. 1. C. de iur. do. in prin. quæ no. in practica. & adde ad ea quæ posui supra in add. ii. incip. quantitatem, in §. simul cum fructibus. Fran. Curt.

Nec in interesse, Adde, quòd hanc sequitur Ias. in l. certi conditio primo Respon. nu. 37. ff. si cert. pet. Cagnol. in l. quatenus. num. 12. & 13. ff. de reg. iur. in l. vnic. C. de sen. quæ pro eo quod interest. in l cu abit. C. de act. emp. vbi quomodo, qualiter, & quibus casibus debeatur interesse, qualiter petatur, quomodo probetur, quales libellus & sententia esse debeant, & in d. l. quatenus. num. 13. an incertus libellus admittatur, & quòd interesse taxatum à principio non admittatur. not. Lafr. concl. 355. Alex. consil. 27. num. 11. lib. 4. Imò eo casu reijciendum esse libellum dicit Cagnol. d. l. curabit. num. 55. 56. quando scilicet, certa quantitas a principio taxatur, sequitur Dec. consil. 39. col. 3. circa fi. & col. seq. ubi plura de interesse lucri cessantis & damni emergentis in solito negociari, cuius prac. vide d. consi. Gagnol. d. l. quatenus. num. 19. d. l. vnic. de eo quod interest. Ias. in l. non vtique. §. nunc de officio. ff. de eo quod cert. loc. Alex. consi. 3. col. vlt. in princ. lib. 2. Aym. consi. 89. nu. 4. Rol. consi. 35. num. 7. & seq. lib. 1. Neuiz. consi. 74. ubi quod solent communiter taxari quinque per centenario, & ea taxatio lucri cessante fit arbitrio boni viri, vt idem concludit consi. 77. in fi. de quo per Rub. Alex. consil. 88. num. 3. nu. 4. vbi declarat d. prac. Rol. etiam d. consi. 35. nu. 7. nu. 12. lib. 1 vbi quod & si à Doc. indistinctè admittatur vsuram pro concurrente quantitate interesse peti posse: Id quoque receptum esse, si de interesse damni emergentis constare potuit, ex not. in l. 2. C. de vsur. Idem Rol. d. consi. 35. nu. 25. ubi dicit illud peti non posse a debitore qui propter impotentiam soluere non potuit, Afflict. decis. 20. de praxi autem qua vtunt creditores mercatores: vide quę idẽ Rol. scribit d. consi. 35. Ias. in d. l. non vtique §. nunc de officio. num. 8. ff. de eo quod cert. loc. puta; ꝙ fiat iudicialis pronunciatio, talem esse mercatorem & solitum negotiari; Quæ praxis, non solum ab excell. hoc Senatu: sed etiam in omnibus subalpinæ huius patrię tribunalibus recipitur, pro qua fac. quæ Afflict. scribit d. decis. 20. vbi loquitur de duplici interesse, lucri cessantis, & pretij non soluti, Rob. de ord. iud. c. 43. num. 69. 70. & seq. Rol. d. consi. 35. vbi declarat materiam lucri cessantis, & quomodo, quando, ac quo casu debeatur a debitore moroso, Quid de interesse non liquidato. & Dic, ꝙ æstimabitur per iudicem, ut not. Alex. consi. 77. nu. 13 consi. 172. num. 20. lib. 6. super quo interesse non liquido concedi potest executio, quod tamen ueniret in executione liquidandum, ut doctè monet Osas. decis. 129. nu. 10. num. 14. ubi quæstio est de eo qui certam grani quantitatem statuto tempore debitam non persoluit, & ad principalem summam fuit condemnatus habita ratione interesse quanti plurimi, de quo etiam per Afflict. decis. 316. Cagnol. in l. 2. nu. 129. C. de rescind. uend. pulchrè per Plot. tract. de in lit. iur. §. 4. nu. 67. 68. 69. & seq. ubi examinat q. an quando & quib. casib. debitor teneat ad interesse ac pretium quanti plurimi. Quomodo autem differant interesse & vsura, vide in l. fideiussor. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. Bald. in l. fideiussor. la 10. C. de fideiuss. Masuer.

b Quid sit interesse. Adde Spec. in titu. de fruc. & interesse per tot. Bald. in l 1. de sent. quæ pro eo quod inte. est proferu. Ber.

Intrisecum. Adde quid sit interesse intrinsecum, & quid extrinsecum. Phanucium in tract. de luceitur. in tit. in 1. par. in 4. memb. num. 17. & quando interesse intrinsecum, uel extrinsecum debeatur, uide Plo. in l. si quando, nu. 423. cum seq. C. unde vi. Ziletrus.

c Incertum. Adde quod Roma. sing. suo. 638. incip. tu sai. & in l. si constante, dicit, ꝙ licet alias ubi lucri cessantis sit habenda ratio, tamen fallit in piscatore, aucupatore & venatore B.

d Pœna. Adde Ro. consi. 519. Ber.

Pœna, Adde vbicunque alicui facto adijcitur pœna, quæ in aliquem euentum vni ex partibus venit applicãda, si adiecta fuerit ab eo qui non sit solitus fœnerari, uel ex aliquã mutui causa, tunc debetur, nec in fraudem vsurarũ adiecta præsumitur glo. in l. sed etsi quis §. fi. vbi Ang. ff. si quis caut. Bar. & alij in l. fi. C. de pœna iud. qui male iud. Turz. inter com. opi. lib. 3. versi. conuentionalis pœna de qua adiecta obligationi facti plura not. Afflict. decisione 135. cui adde quòd qui tenetur ad aliquid faciendum sub pœna intra certum tempus nisi fuerit monitus, uel interpellatus non cadit in pœnam, Hypol. sing. 341. Quàm conclusioonem ornat Dec. consilio 37. colum. 5. in fi. Fely. in cap. si autem, uersi. negligentia de rescrip. & declarat Rol. consi. 18. col. fi. in prin. lib. 3. & fac. quę scribit Aym. consil. 59. numero 7. consilio 103 numero 9. Alexan. in l. si mora num. 12. ff. sol. matr. Dec. consilio secundo, colum. 2. circa fin. consilio 605. colum. prima. Quæ pœnæ, si sint legales non debentur in foro conscientiæ, Abb. & doc. in cap. primo, de consti. Ias. in §. sed istæ, numero 110. instit. de act. & possunt eo casu à committente licitè retineri, nisi inquantum continent interesse partis, & nisi sit pœna, quæ infligatur ipso iure, absque sententia, ut not. Lafr. conclusione 217. vbi loquitur etiam de fisco, in conuentionalibus autẽ, Dic, quòd aut pœna ꝯuentionalis est adiecta facto, & exigi potest, & debetur etiam in foro cano. Alexan. consilio 119. numero 16. libro secundo, consilio 49. consilio 50. lib. 4. Roma. consilio 143. Aret. & Ias. in §. omnes, colum. antepen. numero 13. & seq. inst. de act. aut est apposita dationi quantitatis & præsumitur adiecta in fraudem usurarum, iuxta not. in l. eum allegas C. de usur. pro quorum resolutione uide Alexan. in l. stipulatio ista §. alteri ubi Ias. colum. fin. de uerb. obliga aliquid per Osasc. decisione 70. Catel. uerb. pœnam, Imbertum in enchiridio iuris Galliæ uer. pœna ex contractu, vbi quando & quo casu pœna conuentionalis peti possit, Rip. etiam responso 176. nume. 5. Qua in materia illud notandum est, quòd debitor ad merã pœnam obligatus: non peccat etiam in foro conscientiæ: si eam soluere recuset. Matthes. sing. 23. num. 3. quam pœnam conuentionalẽ quando concurrit cum interesse: ecclesia etiam in foro conscientiæ exigere põt, teste Ang. consi. 42. in fi. Mathes. sing. 47. Ias. in §. sed istæ, nu. 111. inst. de act. ad conclusionem autem supra factam de obligato ad faciendum: Dic quòd culpa in faciendo, nõ in omittendo attenditur l. pen. §. nauem ff. loc. & qui ex æquitate tenetur, non nisi propter moram in pœnam incidit, l. continuus §. illud, de uerb. oblig. Et ideo ubi adiecta est pœna, ut in eam incidat propter non factum, necessaria videtur interpellatio, Aret. consi. 72. & 64. maximè quando agitur ad pœnam, Aym. consi. 64. nu. 1. consi. 172. nu. 10. 246. col. 4. Paris. cons. 34. lib. 1. Secus tamen ubi agitur ad interesse, Aym. d. consil. 64. 246. & sic puto quòd si quis uellet agere ad pœnam propter non factum: quòd sine interpellatione agere non posset. Qua de re uide & Paris. consil. 109. num. 17. lib. 1. Rom. consilio 143. supra alleg. ubi quòd pœnæ conuentionales peti possunt, sed inquantum licita sit petitio, declara ut per eum ibi, cui conuenit Osasc. d. decis. 70. ubi loquitur in iudicialibus, an autem possit ea pœna cõuentionalis quadruplum excedere? Distingue ut per Porc §. alteri, nu. 7. inst. de inutil. stip. Alex. consi. 157. nu. 7. li. 6. Ro. ꝯs. 510. stet igit firma ꝯclusio, ꝙ pœna ꝯuentionalis adiecta dationi quãtitatis in fraudẽ usurarũ cẽset adiecta,

per tex. in l. Iulianus §. idem Papinianus, ubi gl. Bar. & alij ff. de act. emp. & in l. cum allegas C. de usu. Doc. in l. stipulatio ista §. alteri, de uerbo. obli. Alex. consil. 49. 51. col. 2. lib. 4. Pari. cons. 34. nu. 32. lib. 1. Rui. qui dicit communem consi. 133. col. fi. lib. 1. etiam in non solito fœnerari, & etiã quod pœna sit minima, ut scribit Vignat. de vsur. ver. 3. casu nu. 92. ubi hoc p. ocedere dicit, nõ solum in mutuo, sed etiam in quocunque alio contractu, per glo. & doc. in l. Iulianus §. idem Papinianus, & quòd hodie nullo modo peti possit pœna adiecta in fraudem usurarum, maximè quã do adijcitur quantitati, tenet Rodulph. tract. usur. q. 67. cõmunem dicit Io. And. in cap. dilecti, glo. fi. de Arb. quinimò etiam in foro conscientiæ omnem pœnam prohibitã esse dicit Bologni in l. 4. §. cato, nu. 70. de uer. ob. per gl. in ca. fraternitas 12. q. 2. Bal. in l. post decisionem in fin. C. de fur. in l. iubemus §. sanè C. de Sacrosan. eccle. in l. id quod pauperibus q. 9. C. de epi. & cler. in l. quibus §. dominus, de cond. & demon. Innoc. in cap. suam, de pœn. ubi quod etiã ratione contractus non seruati: pœna in eo apposita peti nequit, nisi in ɔ̃ctu facti diuidi uel indiuidui. Accedit q̃ omni casu, in quo ꝑpter inobseruantiã quis incidit in pœnam: excusatur a pœna si ex aliquo casu superueniente impeditus fuerit adimplere, tex. in l. si uehenda §. idem iuris ff. ad l. Rod. de iac. l. si cum dies §. si quis ex litigatorib. vbi Bar. ff. de arb. l. 2. § 1. ubi Alex. ff. si quis caut. Quod procedit etiam si impeditus fuisset culpa sua non o: dinata directò ad impedimentum, Alex. in l. sed si quis ff. si quis caut. Quod quidem impedimentum regulariter probatur iuramento secundum doct. d. l. sed & si quis §. quæsitum. & l. 2. §. quod diximus. si quis caut. in l. quæsitum, de re iud. præser. tim quando agitur de leui præiudicio, Bald. in l. qui accusare, C. de eden. & habita ratione qualitatis personarum, Bar. d. l. 2. §. quod diximus, & cum de hoc quæstio esset in facto, dictum fuit per Aduocatos, quantitatem in instrumento promissam, nisi intra tres menses pecunia in Apocha expressa per ipsum debitorem solueretur, nullo modo exigi, aut peti posse; vtrum autem soluta sorte remaneat pœna seu petitio pœnæ, & quando pœna conuentionalis succedat loco interesse, an tunc sublata petitione sortis videatur pœna remissa? vide doc. in apostil. ad Bart. in l. si post moram, num. 11. ff. de eo quod cert. loc. & vide etiam Bar. ibi nu. 4. [illegible] Masuer.

e Interesse. Adde Rom. consi. 221. Rap. Cuma. consil. 139. Ber.

✱ Interesse, Adde, quando vsuræ ut lucrum licitè peti possint, & vide Ias. in l. 1. 1. lect. post nu. 50. C. de sum. trin. vbi etiã quando petantur vt damnum, uel interesse, & ibi ponit quinq; casus in quibus licitè petuntur, de quibus per Rub. Alex. consi. 65. 88. ubi inter alia, declarat illud quod dicũt doc. quòd in solito mercari habetur ratio lucri cessantis: q̃ debeat intelligi, quando à principio conuentum non est, & data dilatio ad soluendum, de prædicto autem principali articulo, de quo per Pap. hic, vide quæ scribit Dec. in ca. cum uenerabilis. col. 5. de excep. consi. 111. colum. 4. in fin. Masuer.

f Sic ponat. Adde qualiter testis debeat deponere super valore rei, Alex. consi. 172. 2. lib. & ualor rei nunquam debet inspici, nisi quãtum est in foro secundum Bar. in l. septem, de erro. mili. anno. lib. 12. ubi dicit esse casum, & alius est casus in c. 2. de emp. & uend. & intellige de rebus uenalibus. Ber.

✱ Sic ponat, Adde quomodo super ualore testes deponere debeant, & uide Alex. cons. 54. lib. 6. Guid. Pap. q. 585. Bar. in l. filiusfamil. §. si quid alicui. num. 2. ff. de leg. 1. Aret. in §. si quis agens, inst. de act. Prac. autem probandi ualorem rei immobilis scribit Ias. in l. si fundum per fideicõmissum nu. 2. & 3. de leg. 1. Nat. consi. 18. col. pen. circa fi. li. 1. Rip. in l. 1. §. si hæres. ff. ad treb. & quomodo probet ualor rerũ: ac quomò testes deponere debeãt, aliaq; plura in materia: uide per Ias. in §. plus. nu. 7. nu. 12. 13. & seq. inst. de act. M. [illegible]

g Iuramento partis. Adde Petr. de Anchar. consi. 286. Adde c. fi. de iis quæ ui met. ue cau. fi. & ibi Inno. col. 1. Ant. de Butr. col. 1. & 2. Petr. de Ancha. col. 2. uersi. de quo forma, Abb. Panor. col. 2. nu. 7. uersi. ex hoc infertur, & Ioan. de Imo. col. 1. num. 4. & consi. 2. Spe. in tit. de furt. §. 1. uersi. sed quid si reus assignauit. Nicola. de Neapo. in §. inter Seruianam, in 3. oppo. gl. Inst. de act. & ibi Lud. Gomet. column. 11. nu. 31. uersi. in eo tamen quod dicit. Cy. & Bald. in l. certi iuris, nu. 2. C. loca. Albert. de Ros. in rub. ff. nau. caupo. stabula. Bar. in l. 1. §. cistam, per illum tex. ff. depo. & ibi Bal. Pau. de Cast. Bart. de Saly. & Franc. Are. Bald. in d. l. in actionibus, & ibi Ange. col. pen. nu. 2. uersi. in eadem glo. ibi propter, Lud. Rom. col. 6. nu. 25. in fi. ibi tertio casu dico. Fran. Aret. col. pen. uersi. sed hic stat. Alex. de Imo. col. pe. nu. 18. uersi. per istum text. & ibi in addi. Franc. Curt. & Tho. Diplouat. Ias. col. pen. num. 39. & 41. uersi. ex supradictis & uersi. quartus casus, Dec. col. fi. nu. 31. ibi vnde infert. Rapha. Fulg. in l. cum furti. ff. de in lit. iuran. Abb. in consi. 319. incip. circa factum, in fi. in 2. uolum. Ange. Aret. in §. fi. ad fi. institu. de obliga. quæ ex quasi delic. nascun. Cor. in consi. 318. incip. pro vectuali, col. fi. num. 7. in 4. uol. Ias. in l. si quando, col. pen. nu. 48. cum seq. C. unde vi. & in §. seq. col. 5. nu. 28. uersi. qualiter autem. Inst. de acti. & in §. ex maleficijs, col. antepe. nu. 90. uersi. aduerte tamen, eo. tit. Bertach. in suo reperto. in uersi. deponens fardellum, & in uersi. ualisia, Hipoly. de Marsi. in rubr. C. de proba. colum. 27. nu. 134. uersi. & idem dicit esse in deposito. Paris. in consi. 74. incip. inficiari, per tot. & consi. seq. in 1. uol. Cagnol. in l. 1. col. 28. nu. 130. uersi. ex prædictis, C. de sent. quæ p. o eo quod inter. Benuenu. Strach. in tract. de naui. nautis, & nauigatione, in 5. par. in q. incip. vulgaris est. & Ploc. in d. l. si quando, num. 397. cum seq. C. vnde vi. & Phanucium in tract. de iureiur. in lit. in 2. par. [illegible] memb. nu. 62. ue. si. quinta est quæstio. Zilet.

✱ Iuramento partis, Adde Ancha. consil. 286. Cagnol. in l. vnic. numer. 130. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Bos. tit. furti aduer. l. naut. num. 4. Nat. consi. 362. numer. 4. lib. 2. Ias. in l. in actionibus, nu. 40. 41. ff. de in lit. iur. & pulchrè discutit Viui. inter com. opi. li. 9. uersi. iurare in litem, Ploc. trac. de in lit. iur. §. 10. nu. 9. 10. & seq. ubi docet pract. not. Masuer.

h Aut lucrum quod fecisset. Adde, & vide Alexan. de Imo. in l. cum quid, in fin. ff. si cert. peta. & qui idem tenet quando talis persona erat solita mercari, & Pan. in cap. c. p. & g. de offi. deleg. & in c. conquestus, de vsu. Adde tamen quòd lucrum dicitur id quod est absque onere æris alieni, ita Alexan. in consi. 12. col. 3. uersi. 4. colligitur, in 1. uol. & uide eundem Alex. in consi. 115. colu. 1. in 5. lib. vbi de solito mercari. & vide quæ idem Alexan. ponit consi. 27. lib. 4. consi. 141. lib. 5. Curtius.

SVMMARIVM.

1 *Litis expensæ tam in ciuilibus quàm in criminalibus debentur.*
2 *Expensarum species quot sint.*
3 *Expensæ litis ex quibus causis debentur.*
4 *Expensæ litis an petantur iure actionis uel officio iudicis.*
5 *Facta petitione expensarum, an debeat conuentus repelli à prosecutione litis nisi prius restituerit, & solutis expensis.*
6 *Lapso tempore instantiæ, & reo absoluto ab obseruatione iudicij, actor, in expensis condemnatur.*
7 *Expensis à parte non petitis, nunquid ad illas iudex potuit officium suum exercere.*
8 *Iudex si super expensis in sententia nihil disposuit, quia noluit, uel omisit, potest quis petere à iudice restitutionem.*
9 *Pars an possit expensas in alia instantia postulare à parte.*
10 *Expensæ probantur per iuramentum partis adhibita iudicis moderatione.*
11 *Promittens stare simplici dicto actoris super expensis in instrumento obligationis, non poterit petere taxationem à iudice.* [illegible]

12 Victus

12 *Victus victori an semper in expensis sit condemnandus.*
13 *Iuramentum calumniæ an excusat ab expensis.*
14 *Iudex potest ferre sententiam super expen. incertam & sine quantitate determinata.*
15 *Iudex in sententia non potest sibi reseruare condemnationem super expen. quamuis possit reseruare taxationem.*
16 *Taxatio reseruata per iudicem super expen. dari potest etiam successori in officio.*
17 *Delegatus si sibi reseruauit taxationem expensarum, an ipse postea uel eius ordinarius taxare poterit.*
18 *Appellari potest à taxatione immoderata.*
19 *Iudex cognoscens iniquam taxationem eam potest reuocare.*

1 ET expensis præsentis causæ. † Ad huius euidentiam
sciendum est, quòd litis expensæ tam in causis ciuili-
bus quàm in criminalibus, debentur. In ciuilibus quidem
clarum est per iura de quibus infra. In criminalibus au-
tem probatur per text. in c. calumniam. extra de pœ. &
in l. qui crimen. in fi. C. qui accus. non poss. & ibi per Cyn.
2 & not. per Bart. in l. 1. in prin. ff. ad turp. † item sciendum
est, quòd quædam sunt expensæ, quæ fiunt circa litem; &
de his loquitur tex. in l. sancimus. C. de iudi. & ibi plene
per Cyn. & per Innoc. in cap. finem litibus. extra de dolo
& contu. & per gl. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. &
Specu. in tit. de expens. Quædam sunt expensæ quæ fiunt
circa rem mobilem, uel immobilem, & de his loquitur ff.
de impen. in re do. fac. per totum. & in l. 1. §. sed nec ob ex
pensas C. de rei uxor. actio. & in l. sumptus. & in l. fundo. ff.
de rei uend. & in l. in commodato. §. possunt. ff. commo. &
3 in l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. cum simil. † Circa ex-
pensas litis, de quibus ad præsens est sermo, sciendum est,
quòd huiusmodi litis expensæ uarijs ex causis debentur.
Quandoque enim debentur ratione uictoriæ causæ, & de
his loquitur l. properandum. §. fi. C. de iudi. & in Auth. de
iudi. in §. oportet. & in capit. fina. extra de maio. & obe.
& in authen. generaliter. C. de episco. & cler. & in capit.
fina. extra de pœnis. Quandoque debentur ratione
contumaciæ, & de his loquitur l. sancimus. C. de iu-
di. & in cap. dilecti. extra de dolo & contum. & in c. ad hæc.
extra de seque pos. & fru. & extra ut lit. non contest. c. quo-
niam frequenter. § in alijs. Quandoque debentur ratione
retardati processus, de quibus loquitur l. non ignorat. C.
de fruc. & lit. expen. & in c. finem litibus, extra de dolo &
contuma. & in c. ex literis. eod. tit. & in c. certum. & in cap.
ult. extra de rescrip. Quandoque debentur ratione temera
riæ citationis, & de his loquitur l. eum quem temere. ff. de
iudic. & in cap. 1. extra de dolo & cont. lib. 6. ad quas quidẽ
4 omnes expensas porrigitur hæc clausula. † Sed circa præ-
dicta de pluribus est quærendum. Et primò quæro an su-
pradictæ expensæ petantur iure actionis, uel officio iudi-
a cis. [a] dicunt Innoc. & glo. in d. cap. finem litibus. esse di-
stinguendum, quia aut tractatur de expensis factis ante lit.
contesta. puta in præparatorijs ad litem instituendam, uel
reum constituendum in mora, uel similia: & illæ petuntur
iure actionis. Aut tractatur de expensis factis post litem
contest. & illæ petuntur officio iudi. arg. l. ædiles. § item
sciendum, & in l. illud, & l. si seru. ff. de ædil. edict. Alij quos
refert Cy. in d. l. sancimus. dicunt indistinctè expensas, quæ
uis sint, posse peti officio iudicis, uel iure actionis, scilicet
condictione ex lege. Sed si iudex super his non ferat sen-
tentiam, ulterius non poterunt peti. ut d. l. terminato. Cum
enim tales expensæ ortum habuerint propter litem, finiun
tur & moriunt mortua ipsa lite, per illã regulam, ne lis o-
riatur ex lite, de qua in d. l. terminato, & ita secundum eos
saluantur glo. quæ uidentur contrariæ, quarum una, quæ
est posita in d. l. terminato, dicit quòd peti debent officio
iudicis, alia posita in d. l. 1. ff. si quis iusdic. non obtem. di-
cit quòd peti debent iure actionis, cõsilium est ergo quòd
officium iudicis simpliciter postuletur, & non errabitur.
5 † Sed hic quæritur, an facta petitione expensarum debeat
conuentus repelli à prosecutione litis, nisi prius restitutis
& solutis expensis? dic breuiter, quòd aut debentur pro-
b pter contumaciam, & tunc repellitur [b] donec soluerit
eas, aut debentur ratione uictoriæ, uel alia causa, & tunc
non repellitur, ut habetur & not. in d. l. sancimus. de iudic.
6 † Quid si pars fuerit absoluta ab obseruatione iudicij pro
pter lapsum instantiæ, an lapso tempore instantiæ pote-
runt peti expensæ? dic quòd lapsa instantia poterit reus pe
tere se absolui ab obseruatione iudicij, & actorem in ex-
pensis condemnari secundum Cyn. ut no. per eum in l. pro-
perandum. in fi. C. de iudic. & in §. illud proculdubio. licet
multum contra faciat text. in d. l. properandum. §. & si qui-
7 dem. † Quid autem dices si expensæ non fuerunt petitæ à
parte, nunquid ipse iudex à seipso, ex suo officio poterit de
c his absoluere, vel condemnare? [c] distinguendum est, aut
tractatur de expensis factis ante litem cont. & tunc non
potest iudex suum officium impartiri, nisi requisitus fuerit
à parte, cum hoc sit de pertinentibus ad litis decisionem,
& contingat ante lit. contest. ut dictum est in gl. super uer
bo, ex officio. Aut tractatur de expensis factis post lit. con-
test. & sic de eis quæ emergunt post lit. contest. & tunc po-
terit ex officio non requisitus condemnare, uel absoluere,
arg. pro hac distinctione in l. ædiles. in §. item sciendum. &
l. illud, & l. item seru. ff. de ædil. edic. Non tamen tenetur,
si non vult, ut patet ex his quę dicta sunt in gl. super uerbo
ex officio, & hanc opi. sequitur Dy. & Bart. ut not. per eum
in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Sapienter er
go faciet tam actor, quàm reus, si semper petat expensas.
8 † Sed quid si iudex super expensis in sententia nihil dispo-
suit, an licitum erit parti in alia instantia ipsas petere? Et
quidem si semel expensæ sunt petitæ, nec iudex uoluit, uel
omisit super his absoluere, uel condemnare, potest pars à
iudice petere restitutionem, quia tenetur de suo proprio
d parti læsæ [d] restituere. ut in l. properandum. §. siue autem
alterutra. C. de iudi. & not. per gl. quæ debet intelligi, cum
9 petitæ sunt. in l. fi. C. quando prouo. non est neces. † Sed an
in alia instantia possit illas expensas à parte postulare? di-
stingue secundum Doct. in l. terminato. C. de fruc. & lit. ex
pen. aut enim expensæ petuntur ex conuentione, uel offi-
cio iudicis mercenario sine aliqua conuentione. Primo
casu possunt peti in alia instantia, si iudex super illis pro-
nunciauit in prima. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de cõ-
pen. & l. si autem. in fin. ff. de neg. gest. Secundo casu non
possunt ullo modo peti per d. l. terminato. Nisi in causa
appellationis ut in d. l. fin. C. quando prouo. non est neces.
& no. per glo. in d. cap. finem litibus. & huius potest esse ra
tio, quia quando petuntur ex conuentione, tunc ueniunt
ex hominis prouisione, quæ nulli est auferenda. ubi uerò
non petuntur per conuentionem, tunc ueniunt legis pote
state, unde lex potest suum beneficium homini auferre à le
ge ipsa collatum, ad hoc facit quod dici consueuit.
Lex tibi suum nõ tibi tuum denegat auxilium, ut in l. 1. C.
si aduer. ven. Est & alia ratio secundum Inno. quia expen
sæ quæ ueniunt officio iudicis post litem contest. ueniunt
accessoriè ad rem principalem, ideoque sublato principa
li tollitur accessorium. ut in d. l. 4. C. deposi. & l. eos. & l. in
bonæ fidei. C. de usur. cum uerò petuntur iure actionis,
tunc ueniunt principaliter, sic, cessat illa regula, ut
per eundem Inno. in cap. grauis, extra de restit. spol. ex qua
solutione colligitur decisio ad quæstionem, quæ euenire
consueuit. Ecce notarius in instrumento mutui vel depo-
e siti apponit illam vulgarem clausulam, [e] videlicet { quòd
una pars alteri promisit restituere expensas litis, & extra
pro dicta re, uel pecunia habenda, uel recuperanda &c. }
Nunquid si iudex omiserit super his ferre sniam poterit
pars petere illas in alia instantia? ex prædictis patet quòd
sic, quia expensæ ueniunt hic ex prouisione hominis, & par
tium conuentione, ergo &c. Alij uerò distingunt aliter &
sic, aut expẽsæ ueniũt ex materia primæ litis, aut aliũde. Pri
mo casu siue fuerint expẽsæ, quæ ueniũt ex ꝯuentione, siue
legis potestate, finita causa nõ possunt amplius peti, per d.

reseruatio uidetur facta respectu suæ delegatæ iurisdictionis quæ iurisdictio censetur eadem cum ea quæ est delegantis, ut in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio vnde licet illa iurisdictio delegata sit finita per sententiam, ut est tex. in l. iudex. ff. de re iud. & l. quid tamen, in prin. ff. de arbi. tamen durat illa delegantis, ut in
o d. l. à diuo Pio. ideoque ipse taxabit, quod multum no.° qa in hoc multi errant, & illa talis delegatio sibi nil nocet, arg. l. si ita. §. qui filio. ff. de bono. possess. secundum tabul.
18 † Quid si taxatio huiusmodi expensarum fuerit iniqua, &
p immoderata, an poterit appellari ᵖ ab ea: dicit Inno. quòd sic, ut in cap. super eo. extra quod me. ca. & Bart. in d. l. ab executore, & sic potest appellari ab immoderata executione, ut in d. l. ab executore. Ita tamen quòd in hac appellatione obseruentur illa solemnia, quæ obseruantur in appellatione ab executione, uel alia interlocutoria, hoc est, ꝙ fiat scriptura, & in ea inserantur causæ, ut not. in d. l. ab executore. C. quando ap. non reci. quod est ualde not. Et sic ratio, quia talis taxatio uim habet interlocutoriæ, ergo &c. & in c. cordi. de ap. lib. 6. & in ca. ut debitus. de
19 ap. † Sed an iudex ipse, si dixerit se iniquè taxasse expensas, poterit per seipsum hanc iniquam taxationem reuocare? * Dicit Inno. quòd sic, vt not. per eum in d. ca. finem. & arg. in l. quod iussit. ff. de re iudi. cum hæc taxatio suscipiat uim cuiusque interlocutoriæ, ut dictum est.

ADDITIONES.

* Adde nunquid iudex victum in expensis non petitis condemnare teneatur, & dic quòd aliqui dixerunt non teneri, uerum si uoluerit, ex officio condemnare poterit, ut not. Bart. & alij in l. properandum § siue autem alterutra C. de iudi. Fely. in ca. significauerunt, de excep. qđ aliqui in expensis ante litem contestatã factis intelligunt, secus uerò post, in quibus etiam si illæ petitæ non fuerint, iudex tamen in eis victum condemnare tenetur Saly l. properandum §. siue autem alterutra, sed prior opinio verior affirmatur, quod non teneatur nisi ipse condemnare uoluerit, teste Ias. d. l. properandum d. §. siue autem, num. 31. qui in prac. ita seruari testatur, Tremol. verò ad pract. Bonacur. tit. de recusa. num. 4. uer. ratificare, posteriorem opi. communem dicit, & ideo ad euitandum disputationes bene esset in libello de expẽsis protestari, quo casu iudex uictum uictori ad expensas, quando iure debentur, condemnare tenetur, alias illas suo ære resarciret, ut per doc. locis prælleg. Quas quidem expensas tacitè etiam petere sufficit, ut puta si sententiam pro se ferri postulet, quia intelligitur cum legitimis accessorijs, teste Bald. d. l. properandum. §. siue autem alterutra, quem sequitur Cast. Alex. Ias. ibi num. 32. Quibus adde quòd expensarum condemnatio tam in diffinitiua quàm interlocutoria fieri debet Ias. d. l. & §. supra alleg. nume. 19. vbi dicit comunem. Quod procedere dicit tam in causa principali quam appellationis, per Cast. in l. destitisse, de iud. Gram. decis. 83. & Quæ expensæ debentur etiam in criminalibus per condemnatum, Ias. ubi supra nu. 21. Gram. decis. 39. Quam opi. communem dicit Marc. Delphi. q. 776. not. Bar. & doc. in l. non ignoret, num. 4. C. de fruc. & lib. impensis. Quæ omnia intellige, nisi victus habuisset iustam causam litigandi, quia excusaretur, ut per Ias. ubi supra nume. 3. Cagnol. in reg. qui in alte ius, num. 15. de reg. iur. ubi dicit communẽ, puta, si litigans alicuius uiri grauissimi consilio uteretur, nam excusaretur ab expensis si in causa succumberet, quam opi. communem dicit Cur. consi. 19. nu. 44. intellige tamen ut per Ias. ubi supra num. 8. quòd autem iusta causa excuset: limita, ut per Ias. loco prędicto nu. 3. usq; ad nu. 21. & ibi nu. 20. d. cit quòd quando iudex ex iusta causa uictum ab expensis absoluit, illud in sententia exprimere debet, quando autem dicatur habuisse iustam causam litigandi, uide Lafr. in c. quoniam, uerb. expensę num. 5. de proba. Guid. Pap. q. 436. nu. 65. Rebuff. in const. Gall. trac. de expensis num. 30. lib. 3. prac. Masueri in tit. de expensis. Quæ autem expensæ in lite refici debeant? vide omnino gloss. in cap. finem litibus, de dolo & contum. pro cuius materiæ pleniori intelligentia dic, quòd in expensarũ condemnatione damna rebus illata non ueniunt, sed personæ tantum illata, exemplum est in artifice, qui diu litigauit, Spec. vbi Ioan. And. tit. de expensis §. vlt. uers. quid si uictor artifex, Ias. in l. properandum §. siue autem alterutra, nu. 13 C. de iudi. & nu. 15. ubi quando reus partim obtinuit, partim succubuit, quomodo expensarum cõdemnatio facienda, & quæ expensę aliquando ratione cõtumaciæ, aliquãdo uictoriæ debeantur, & difficultas est quomodo refici debeant: ideo uide Ias. l. sancimus nu. 8. C. de iudi. Lafr. cap. quoniam contra uerb. expensę num. 24. de prob. Rebuff. d. tractat. de expensis in consti. Gall. artic. 5. & 8. lib. 3. quibus omnibus Adde, quod in expensis ratione contumacię debitis non tantum, quæ Aduocatis & causidicis erogatę sunt, debentur, sed quę in itinere, necnõ & damna in persona, & rebus illata, Accur. & Bar. in l. 1. ff. de aliena iud. mut. caus. fac. Ias. d. l. sancimus num. 8. secus in expensis ob causę uictoriam debitis, quia in illis damna rebus illata non includuntur, accedit alia differentia, quia in expensis contumaciæ non computantur illæ quas domi factu: us fuisset, sed in expensis uictoriæ causę sic, teste Ias. in l. 1. §. ult. nu. 45. ff. si quis iusd. non obtemp. de quo uide Prof. Carau. sup Rit. Mag. Cur. Vic. Neapol. Rit. 298. nu. 9. & seq. Quid in expensis retardati processus an reseruentur in fine litis: & Dic quòd non, de quo articulo cum esset controuersia, ita in camera Imperiali iudicatum refert Mising. obseruatione 23. centuria prima, & not. Neuiz. consi. 38. nu. 18. quid de aduocato & procuratore in causa propria, an expensas rectè postullentur? & Dic ut per eundem Mising. obseruatione secunda centuria prima, Boer. q. 210. quod autem iudex reum in fructibus, interesse, vsu. is, uel expensis, etiam actore non petente condemnare possit: scribit idem Mising. centuria quarta obseruatione 55. Qua in materia expensarum, si quis plura scire desiderat videat Lafr. in prac. 5. 11. tit. de expen. Catel. uer. expensa, prac. Masueri tit. de expen. Ias. in l. 1. §. hoc iudicium. ff. si quis iusd. non obtemp. Masuer.

* Reductionem Adde Alex. consi. 37. nu. 31. li. 2. post Abb. in c. Quintaballis, de iureiur.

* Iuramentum calumniæ. Adde Ias. in l. iurisiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum, num. 3. ff. de iureiur. Catel. uers. iuramentum cal. Capel. Tolos. q. 108. 114. Doc. ad Dyn. in c. cum quis. de reg. iur. lib. 6. Masuer.

* Reuocare, Adde Ias. in l. 1. col. 3. C. de iudi.

a Officio iudicis. Adde. Spe. in tit. de offi. om. iud. §. 7. & quæ sit differentia inter damna & expensas per eundem tit. de fruc. & inte. §. fi. versi. in summa, & uide Fed de Sen. cõs. 139.

b Repellitur. Adde Cal. consi. 2. de do. & contu. Ber.

c Vel condemnare. Adde Spe. in tit. de dispu. & alle. §. fi. uers. quid de fructibus. Ber.

d Læsæ, Adde Spe. in tit. de appell. in 2. par. §. 2. uers. 32. & uide Anch. consi. 182. Ber.

e Clausulam. Adde. Spec. in tit. de prob. §. 3. uers. quid sibi dicitur. Ber.

f Iuramentum. Adde qualiter expensæ probentur Fede. de Sen. consi. 119. Bern. Lan.

g Actoris Adde Alex. cons. 37. lib. 2. & in l. iusiurandum. ff. de iureiur. & Angel. Aret. in §. actionum, in princip. Inst. de actio. Fran. Cur.

h Iuramento. Adde Cagn. in l. vnica. num. 114. C. de sen. quæ pro eo quod inte. qui dat plures remissiones. Ziler.

* Sine iure, Adde, ꝙ pactũ ꝙ super interesse stet dicto partis cũ iure reducit ad arbitriũ boni uiri, si interesse debitũ modum excedat, ut scribit Afil decis. 93. num. 10. Did. lib. resol. 2. cap. 13. num. 1. Nat. consil. 459. colu. 4. & 5. in prin. & circa med. & colum. fi. in prin. lib. 2. ubi inter alia plura dicit, tale pactum in mutuo non procedere, uide latius p eum, & an tale pactum reuocari possit antequam creditor

 iuret,

iuret? Ias. concludit quod sic, in l. si ab arbitro, nu. 4. ff. qui satisd. cog. ubi ponit limit. cui adde not. per Bar. in l. fi. ff. de prætor. stip. l. iusiurandum quod ex conuentione, ff. de iure iur. ubi etiam quid de teste & in l. iusiurandum & ad pecunias §. qui iusiurandum ff. de iureiur. ubi si sit conuentum de stando dicto creditoris absque iuramento tenebitur tamen creditor iurare, de quo uide quod habet. inf. a sor. opp. contra testes post pub. uer. & non iurata nu. 2. ad dictantem Pap. hic, Adde quod quamuis subsistat talis conuentio, nec possit reuocari, intelligitur tamen secundum dispositionem iuris communis, quod non excedat duplum quando est interesse singulare, secus si commune, quia tunc ad duplum non restringitur, ut per Cagnol. in l. vnic. nu. 73. 114. C. de sent. quæ pro eo quod interest, de quo uide etia Doc. ad Aret. in §. non solum col. 2. nu. 8. inst. de uerb. ob. Alex. consi. 37. nu. 31. lib. 2. consi. 47. nu. 4. libr. 1. Abb. consil. 51. lib. 1. Bar. in l. fi. ff. de prætor. stip. Masuer.

I Causa. Adde quod Do. de Rot. decis. 182. de dolo & contu. in nouis dicunt, quod licet probabilis causa excuset ab expensis, quod non tamen excusat a fructibus, qui sunt beneficij. & uide Alex. consi. 169. 2. libr. Ang. consil. 136. Ber. Lan. Adde. An uictus uictori sit condemnandus in expensis Angel. Are. Inst. de pœna teme. lit. in §. hæc autē omnia Hippol. in consil. 36. causarum crimina. incip. nuper mihi, n. 1. in 1. colum. Cu. t. Iun. in consil. 163. incip. causa, nu. 3. in 2. volu. Mant. in consil. 156. incip. uiso processu mihi transmisso, in fin. in 1. uol. Ziler.

* Causa, Adde, quòd iusta causa litigandi excusat ab expēsis, teste Alex. consi. 37. in fi. li. 2. & consi. 115. col. fi. cir. med. lib. 4. Bald. in auth. generaliter 3. & 4. col. C. de epis. & cler. Quæ probabilis causa consistet in pluribus ibi per Bald. enumeratis, ubi iudicem instruit, & ibi quid in sententia dicere debeat, quando condemnat, & quando non cōdemnat uictum in expensis, quid autem in causis criminalibus, an condemnetur uictus in expensis, & uide Bar. in §. deinde competens num. 3. in in aut. de mand. princip. Fely. in c. accedens coul. fin. num. 3. de accus. Grill. de relax. carcer. cap. vlt. num. 2. quo in casu iusta causa excusat denuntiandum uel accusandum, ut not. Aym. consi. 178. col. fi. nu. 10. lib. 1. accedit quod de consuetudine huius patriæ, inter fiscum & priuatum expensę compensantur ut doctè scribit Osasc. decis. 29. num. 15. declarando tamen ut per eum ibi cui conuenire vt not. per Bart. in l. prima, ff. ad turpil. Bal. in l. qui crimen, nu. 22. C. qui accus. non poss. Sed quòd iusta causa litigandi in ciuilibus nō excuset ab expensis, quæ debentur iure actionis, & quòd uictus in dubio non præsumatur habuisse iustam causam litigandi, ponit Nat. consi. 108. col. fin. lib. 1. cui Adde quòd habens iustam causam uel probabilem litigandi tenetur ad expensas, si uictus fuerit ratione promissionis quam fecit de non contraueniendo, ut fieri solet in instrumentis, in quibus opponitur & clausula, expensis litis & extra, ita concludunt Doc. in l. properandum §. sinautem alterutra C. de iudi. Nat. consi. 113. col. fi. lib. 1. Masuer.

* Adde an partes possunt sibi ipsis taxare interesse? & uide Alber. in l. 1. col. antep. C. de summa trin. ubi concludit quod sic. & quid operetur committere discretioni & conscientię alicuius, Ias. consi. 147. col. 11. lib. 2. & consi. 195. eo. & an commissus posit referre quæstionem vide Gem. in cap. ut commissi, §. 3. de hæret. in 6. & facit quæ scribit Bar. in l. filiusfamil. ff. de don. & an ualeat pactum de stando simplici uerbo creditoris super expensis & interesse, Bart. & Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione ff. de iureiur. & si quis promisit stare iuramēto, vide Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit. ff. de pact. Soc. consi. 90. lib. 4. facit Bart. in l. fi. de prætor. stip. ubi doc. in apostil. & ibi licet Bar. uelit quod debitor possit reuocare facultatem datam, illud uerum est superueniente noua causa, ut quia talis creditor effectus fuit peioris conditionis quò ad personam seu mores, Ias. d. l. iurisiurandum quod ex conuentione. col. 2. ff. de iureiur. & in l. si ab arbitro. col. 2. ff. qui satisd. cog. & an credatur iuramento damnum passi? vide Bar. & Bal. in l. momentaneæ. C. unde vi, & quòd non habeat promissio interesse quanti iurauerit creditor, not. Bal. in l. 2. col. 3. uer. pone quod quis. C. de sent. quæ pro eo quod interest Cyn. in l. fi quis in conscribendo C de epis. & cler. Bar. in l. theopompus ff. de dote pręleg. vbi non valet promissio destando dicto vel iuramento alicuius, Quid quando committitur alicui quid arbitrio & uoluntati alicuius, & Dic, ut Bal. in rub. C. de iud. qui male iud. Fely. in c. 3. colu. 16. de const. facit Soc. consi. 129. lib. 3. Masuer.

K In appellato. Adde Do. de Ro. in nouis, de dol. & contu. deci. 251. Ber.

l Temeritatem. Adde Abb. consi. 128. in fine. & an iuramētum calumniæ excuset ab expensis per Fulgosium cōs. 158. Et uide Alex. de Imo. in l. 3. ff. de iureiur. in prin. & ibi quod excusat præsumpta calumnia, non autem à temeritate. Francis. Curtius. Adde Pau. Cast. Alexan. & Moder. in l. properādum. §. sinautem alterutra. C. de iudic. & ibi Ias. in 5. colum. in fine, Canonist. in cap. finem litibus. de dolo & contuma. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam §. ex pensæ, num. 4. uers. ex quibus infertur, de probat. Guhel. de Lud. in sing. 55. incip. glo. sunt. Ziletus.

M Aduerte in practica, quod si emptor uel alius, cui ex aliquo titulo competat de euictione actio, conuenitur, & eidem deferatur uel referatur iuramentum, potest illud licitè recusare, ne perdat actionem de euictione contra principalem & auctorem suum: quia si res decideretur per iuramentum, non haberet postea actionem de euictione contra principalem, quæ est pulchra limitatio ad l. manifestæ turpitudinis ff. de iureiu. quam limitationē practicaui ...ex theoricā Bar. in d. l. manifestæ turpitudinis & dicit. Ang. in §. item si quis postulante in ult. col. Inst. de action. se idem uidisse in practica. LEONARDUS.

m Incerta. Adde Alex. cons. 38. 2. lib. Ber.

* Incerta, Adde quod iudex potest condemnare ad damna, & interesse postmodum liquidanda l. 2. vbi Bar. & Bal. C. de sent. quæ sine cert. quant. qui iudex pōt condemnare in fructibus & expensis, reseruata taxatione & declararatione & eodem modo in damnis & interesse, & quibuscunque casibus ubi aliqua accessoriè petuntur, nam in his ualet sententia incerta, ut not. Nat. consi. 248. col. 3. in fi. num. 3. Quæ sententia incerta an ualeat super expensis? uide Alex. consi. 37. num. 30. lib. 2. & quid in iudicio singulari, an ualeat sententia condemnatoria ad restituendū fundum cum fructibus, quò ad f. uctus, si non appareat in actis probatorijs declarata fructuum quantitas, quamuis declarata appareat in actis assertorijs? vt in libello, & positionibus, & Dic quòd non, ut not. Lafr. conclusione 25. qui tamen in fi. distinguit concordando opi. contrarias, quòd autem possit iudex pronunciare super his quæ contingunt post conclusionem in causa: not doc. ad Bar. in l. si tertius. §. officium. ff. de aq. plu. arc.

n Reseruare. Adde Alex. conf. 38. supra alle. Ber.

o Multum not. Adde Rom. consi. 362. in prin. & uide Anch. consil. 182. dum respondet ad l. Paulus, de re iudi. Ber.

* Adde, & declara, ut per Rob. de ord. iud. c. 8. numer. 65. Lafr. concl. 131.

p Appellari. Adde Rom. consil. 358. ubi uide an sententia lata super appellatione interposita à taxatione expensarū dicatur diffinitiua, uel interlocutoria.

* Appellari, Adde quòd ab immoderata expēsarū taxatione appellatur teste Rob. de ord. iud. cap. 55. nu. 22. Rom. consi. 357. Quæ concl. procedit etiam ab omissiā condemnatione expensarū, quia ab ea etiam appellari potest secundum Ang. de Imo. in l. fi. §. fi. ff. de app. quo casu ualidam esse appellationem dicit Mising. cent. 2. obseruatione 22. ubi declarat, & hoc intellige, nisi uictus appellauerit, quia tunc uictor appellare non potest, propter omissam condemnationem expensarum, cum in eā appellationis sui ad uersa

uerſarij: proſequi poſsit grauamen expenſarũ,qđ quomodo procedat declarat Latr.concluſione 458. ubi præfata non procedere dicit, quando iudex à quo abſoluiſſet uictum ab expenſis, & quando uictus tantum appellat in partibus contra ſe facientibus; nam tunc uictor appellare debet reſpectu expenſarũ, nec tunc procedit l. ſi.C.quorũ appell.non poſſe autem appellari à ſententia condemnationis expenſarũ lata ex magno interuallo poſt ſententiã interlocutoriã propter quod illę expenſę petuntur ſcribit Rom. ſing. 85.cuius contrarium uoluit Felyn. in capitu. ſignificauerunt.colu.5.uerſ.cæterum, de excep.ſed quid in condemnatione expenſarũ ob contumaciam facta,& Dic, quòd ab ea appellari poteſt,teſte Iaſ.in l. ſancimus nu.17. C.de iudi.Quæ quidem expenſę ob contumaciam debitæ perſolui debent, etiam ſi contumax iuſtam litigandi cauſam habuerit,ut per Caſsiad.deciſione 3.num.3.de appell. Maſuer.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius eſt executor ſuæ,& delegati ſententia.*
2 *Delegatus principis infra annum ſententiam latam poteſt exequi.*

1 EXECVTIONI mandare &c. Sed quis eſt † iudex competens mittere ſentẽtiam latam executioni?
2 a Reſpondeo, iudex ordinarius, ſiue ſit ſententia lata per eum, uel delegatum ab eo,ut in l.diuo Pio.in prin.ff. de re
2 iud.† In delegato * uero a principe eſt opi. nam dicit gl.
* in d. l. à diuo Pio, quòd ipſe non poteſt ſuam ſententiam exequi. Sed Bart.ibi tenet contrarium, & melius per l.ſi. C. qui pro ſua iuriſdi. dumtamen exequatur infra annum à die latæ ſententiæ,ut eſt text.in c.ſignificaſti? & in c.paſtoralis,extra de offi.delega.& vide quod not. infra in tit. de for.exe.ſen.

ADDITIONES.

a Executioni. Adde Ancha. conſil. 275. & quid ſi ſecunda ſententia contineat plus quàm prima, per eundem conſ. 212.Ber.

* In delegato,Adde,quòd delegatus principis tam iure ciuili; quam canonico poteſt ſententiam exequi intra annũ & non ultra,iuxta Bart.ſententiam hic alleg.text.eſt in cap. quærenti de offi.deleg.& not.Rob.de ord. iud.ca. 8. num. 45.& cap.55.num.4. ubi diſtinguit inter delegatum ab inferiore à principe,& delegatum principis, qui delegatus à principe poteſt committere ordinario executionem ſuæ ſententiæ teſte eodem Rob.d.cap.8.num.45.facit quæ no. Iaſ.in l.à Diuo pio.In princ.nu.10.ff.de re iud.ubi dixi, an autem teneatur delegatus mittere citato tenorem originalis ſuę commiſsionis?& Dic,quòd communis opi.eſt:ſufficere ſi tenor delegationis inſeratur citationi, text.in cap. 2.ubi doc.not.de dila. cap. cum in iure de off.deleg. quod uerò aliqui dicunt originalis exhibitionem neceſſariam eſſe;Dic illud uerum eſſe in procedendo,ut reus comparẽs coram delegato poſsit originale uidere priuſquàm reſpõdeat,de quo plura ſcribit Miſing.cent 3.obſeruatione prima,Alex.conſi.71.col.ij.lib.7.Rol.conſi. 39.nu.22.23. & ſeq.lib.1. Quibus adde in materia delegati quòd iudex delegatus non debet excedere formam reſcripti,quod ſi fiat: geſta per eum ſunt nulla,ca.cum dilecta,de reſcrip. Guid. Pap.q.70.Afflict.deciſ.355.Dec.conſi.681.col.ſi. limita ut per Fely.d.cap.cum dilecta,cap.cum olim.de off.deleg. niſi litigatores in his quæ eorum fauorem concernant non contradicerent nam tunc mandati formam tranſgredi poſſe Fely.docet, bene igitur erit diſſentire & proteſtari Accedit quòd delegatum iniuria procedẽtis & delinquentis iudex ordinis in ſuo territorio punire poterit, etiam ſi principis eſſet delegatus,ut monet Auf. ad Capel. Toloſ.q.422.Boer.deciſ.9.num.5.cui opi.obſtare uidetur qđ à Barto.& alijs traditur in l.ſi de rer. diuiſ.quòd diuiſa iuriſdictionis adminiſtratione unus alterum delinquentẽ punire non poteſt ſecundum communem per Fely.in ca. prudentiam.num.4.de offi.deleg.quidquid dixerit Rot. deciſ. 153. Inno. facit dictum Cald.cap.1.de raptor. ubi Archiepiſcopus delinquens in dioceſi epiſcopi non efficitur ſubditus epiſcopi, ut ab eo puniri poſsit, & quo ad primum cap.quod iudici delegato non creditur,neque citatus contumax dici poteſt,ſi non comparuerit quando commiſsio ſeu reſcripti tenor in citatione nõ inſeritur, Adde quæ ſcribunt Bart. & alij in l.2. ff.ſi in uoc.not. Fer.Fely.& alij in cap.præterea,de offi.deleg.Guid.Pap.q.322.445. Alex.cõſi.17.lib.7.conſi.200.in ſi.lib.2.Dec.conſi.214.quinimò ſiue ordinarius ſiue delegatus ante omnia de eorũ poteſtate edocere debent,Dec.conſil.572. col. vlt.Iaſ.in l.more maiorum.de iur.om.iud.& hoc non ſolum ea ratione: uerum ut certi ſimus,quando tempus in reſcripto præfixum currere incipiat,quia ſtat communis Doc.concluſio,tale tempus á die præſentatæ commiſsionis currere,ſi tamen certũ dierum aut menſium numerum habuerit, aliàs ſecus, teſte Franc.in cap.ſuper eo. 2.de appell.quid autem ſeruare debeat delegatus in ordine procedendi an ſtatutum uel conſuetudinem loci delegantis: an ue.ò loci iudicij? vide & Dic,ut per Rol.conſi.48.nu.14.& ſeq.lib.3. ubi ſecundum communem dicit in concernentibus ordinem procedendi coram quocunque iudice: ſiue ordinario ſiue delegato,locum iudicij attẽdi debere & ſi indeciſorijs locus contractus attendatur,quam concl.ibi latius explicat. Maſuer.

SVMMARIVM.

1 *Sine figura iudicij,iſta verba tantum ualent, quantum ſummariè,& de plano,& ſine ſtrepitu.*
2 *Iudicij ordo quis ſit, & per conſequens quas ſolennitates ſuſtulerint iſta verba ſummariè &c.*
3 *Verbum ſine figura iudicij,non aufert citationem.*
4 *Libelli oblatio in ſcriptis per verbum, ſine figura, aufertur.*
5 *Opponens exceptionem rei iudicatæ,& ſimiles ad impediendum proceſſum auditur.*
6 *Non omni tempore,ſed omni tempore congruo licèt miniſtrare iuſtitiam.*
7 *Iuratur de calumnia in cauſa in qua proceditur ſine figura iudicij.*
8 *Iuramentum calumniæ in dubio non uidetur eſſe remiſſum per reſcriptum.*
9 *Iudex in cauſa ſine figura iudicij quæ faciat.*
10 *Iudex non procedat ſine figura iudicij in cauſa,in qua eſt procedendum ſecundum iuris ordinem de partium conſenſu tacito uel expreſſo.*
11 *Verba ſummariè, de plano,&c.quid ſignificent.*
12 *Proceſſus de iure ciuili non ualet ſine figura iudicij, ſecus de iure canonico.*
13 *Libellus in cauſis ſimpliciter ſummarijs debet offerri, & lis conteſtari, quamuis abbreuientur dilationes.*
14 *Verbum,uelo leuato,quid ſignificet.*
15 *Verbum ſine aliqua iuris ſolemnitate, an differat à uerbo ſine figura iudicij.*
16 *Statutum uel reſcriptum,quod dicit, quòd iudex procedat ſecundum arbitrium ſuum,qualiter intelligatur.*
17 *Statutum,uel reſcriptum,dicens, quod iudex procedat ſecundum eius conſcientiam,quomodo intelligatur.*
18 *Principe mandante,quòd procedatur ſola veritate inſpecta, qualiter illud accipiatur.*

* SVMMARIE * & de plano ſine ſtrepitu,& figura iudicij. Ampla fuit dubitatio apud antiquos de ſignificatu iſtorum uerborum, ad quam dubitationem auferendam fuit facta quędam decretalis,quæ incipit,ſæpe contingit,& eſt poſita in in cle.ſæpe contingit,de uerbo. ſignific. ſed adhuc per ipſam decretalem non fuit plene conſultũ, ſeu ſuccurſum auribus cauſidicorum. Nec mirum,quia ipſorum natura ad lites quærendas eſt inclinata, & ſemper cogitant lites ex litibus ſuſcitare,contra l.terminato C.de fruc.& lit.expen. in animarum eorum irreparabile detrimentum,

mentum, de quibus dictum est, § veh uobis qui manducatis panem doloris. § Decurrendum est ergo per te ad illum text. & glo. ibi positas, & ad ea quæ super hoc not. Bart. in quadam extrauaganti Imperatoris Federici, quæ incipit.
1 ad reprimendum: † Veruntamen non omitto vnum exprimere secundum Ioan. And. quòd illa uerba § sine figura iudicij § tantum important per se sola, quantum alia præcedentia simul iuncta, unde licet ista omnia côiungi soleant in literis uel statutis, tamen non est de necessitate, quando
2 illa uerba § sine figura iudicij § apponuntur. † Quærendum est igitur, quæ solemnitates uideantur sublatæ per hæc uerba § sine figura iudicij &c. § ad cuius euidentiam præmitto, figura iudicij est ordo substantialis processus à iure requisitus, quo omisso ipsum iudicium uitiatur, ut l. prolatam. C. de senten. & interlo. omni iudi. qui quidem ordo talis esse distinguitur, uidelicet libellus, litis contest. dilationum assignatio, iuramentum testium, & instrumentorũ productio, & similia, ut in c. quoniam contra falsam. extra de proba. & in d. l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iud. de qua figura iudicij loquitur tex. in l. 1. § similiq; modo. C. de lati. liberta toll. hic igitur ordo, & reliquæ solemnitates regulares iudiciorum videntur per huiusmodi uerba esse sublata, nisi quatenus exprimuntur in dicta decretali, sæpe contingit, secundum Ioan. And. uel secundum Bar. dic, quod per huiusmodi uerba iudex subleuatur ab obseruatione omnis iudicialis formæ & figuræ inductæ à iure ciuili, canonico, uel municipali, sed tamen tenetur obseruare formam & figuram à iure gentium, uel naturali ratione introductam; ad quam formam reducuntur quasi omnes casus expressi in dicta clem. sæpe contingit. quod est ualde not. Si uerò ipsa uerba non essent apposita in literis, rescripto, uel statuto, sed alia pcedentia sola, tunc secundũ Io. And. hęret locum dispositu illius c. sæpe, contingit. qđ est valde not. ut ibi not. per eũ, & idē sequit Bar. in dicta extraua. ad reprimen. Patet ergo ꝙ illa clem. sæpe habet locũ qñ ista uerba § sine figura iudicij § apponuntur per se sola; uel coniunctim cũ alijs. Alia uerò uerba sine istis apposita cessare faciunt disposita in d. clem. sæpe. quod nota ad mul-
3 ta. Ex præmissis decisio colligitur ad plura. † Vnde quæro an per dicta uerba § sine figura iudicij § sit sublata solem-
a nitas citationis? ad quod est dicendum, quòd non. [a] Primò per text. in d. l. ad reprimendum. Secundò per rationem, quia citatio est de iure naturali. Nam ipse Deus citauit Adam delinquentem, dum inquit § ubi es Adam § quæ determinatio approbatur per capit. pastoralis. extra de re iu-
4 dic. ubi est text. † Insuper quæro, an sit sublata porrectio libelli? dic quod sic, licet aliqualis petitio oretenus, uel actio sit coram iudice exprimenda, cum hoc sit ius quasi naturale, ut patet in q. de muliere, quæ coram Salamone filium suum postulauit, dum dixit § filius meus uiuit, & filius illius mortuus est § vt habetur in c. afferte, extra de præsum. & in 3. lib. Regum c. 3. Et alibi dixit Iesus § Mulier ubi est qui te accusat, &c. § Sed tamen in tali petitione non est cõclusio necessaria, quæ regulariter requiritur, dum tamen ex facti narratione conclusio comprehendatur; quinimò & conuersio ordinis in forma conclusionis toleratur: vt si petatur cogi, & condemnari; uel simpliciter cogi. Nam talia omnia reducuntur ad istum ordinem, & tolerantur, a. g. l. talem. ff. de hæred. instit. & not. in l. si cum nulla. ff. de re iudic. & dixi supra, in quadam alia gloss. quod sequitur
5 Bart. in d. l. ad reprimen. † Sed an ad impediendum processum audietur opponens exceptionem rei iudicatæ, uel aliam similem? Dic quòd sic, quia tales exceptiones sunt de iure naturali, ne sæpius iudicetur in idipsum. Cæteræ autem exceptiones, quæ magis tenderent ad differendum, & frustandum processum, quàm ad instruendum eum, sunt per iudicem repellendæ, cum magis sit contra ius naturale quàm secundum ius. Potest etiam iudex procedere diebus feriatis propter necessitatem hominum introductis. ut in clem. sæpe. Secus si propter Dei reuerentiam, quia ta-
les Dei reuerentiæ sunt seruandæ iuxta illud, § Sabata san-
b ctifices § [b] licèt contrà faciat alia auctoritas psalmistæ.
6 † § Beati qui diligunt iustitiam, & iustitiam faciunt in omni tempore § sed certè potest & debet intelligi illud uniuersale § omni § scilicet congruo & habili. argu. in l. ut gradatim. § sed si lege ff. de mu. & hono. Et idem dico in ferijs repentinis, quod in diuinis dictum est, secundum Io. And.
7 ibid. † Illud præterea est notan. quòd in causa, in qua proceditur sine figura iudicij, iuratur de calumnia, licet istud iuramentum sit iure ciuili introductum, ut habetur in d. clem. sæpe, quod satis naturali rationi congruit, ut comprimatur malitia litigantium, ut Instit. in proœ. ue. ti. 1. de pœna teme. lit. in prin. Item testes, qui producuntur in causa, debent iurare, vt in l. iurisiurandi. C. de test. exemplo eius
8 quod dictum est de iuramento calumniæ. † Et licèt tale
c iuramentum testis possit à parte remitti. [c] ut not. glo. in d. l. iurisiurandi, tamen non uidetur in dubio per rescriptũ esse remissum, nisi in eo dicatur § quòd possit procedi sine aliqua solemnitate § secundum Bart. ut infra dicam. Debent etiam testes iurare parte præsente, vel citata, ne aliter aduersario copia defendēdi tollatur, quod esset contra naturalem rationem. Et fieri debet publicatio testium, & examinatio in secreto; & dictum eorum debet esse tale quòd rectè concludat, exemplo Danielis, ut in c. cum causa. extra de testi. & no. in glo. in l. si quando, in fi. C. de test. & tenet Bart. ut supra. Nec est licitum post publicationē ipsorum alios testes producere in oppositum, cum timor sit subornationis, ut no. in c. fraternitatis. extra de testi. & in l. per hanc. C. de tempo. appellat. Qui timor iuri naturali concordat, ut alter alteri non insidietur, ut l. ut uim. ff. de iusti. & iur. & ut malitijs hominum occuratur, ut l. in fundo, ff. de rei vend. Et si actor peteret à reo sibi edi instrumenta ad eius intentionem fundandam, non deberet iudex ipsum audire, quia ista petitio esset contra naturalem ra-
9 tionem, ut l. qui accusare C. de eden. † Quæ ergo sunt,
d quæ iudex facerē potest in causa, in qua sine figura [d] iudicij proceditur? Respondeo ꝙ iudex potest procedere sine datione libelli, quia sufficit qualiscunque petitio, ut dixi. Item sine litis contesta. Item potest procedere tempore feriarum ob necessitatem hominum introductarum, secus in ferijs repentinis principis, aut Dei reuerentia introductis, ut prædixi. Item statuere debet dilationes quanto breuiores potest; exceptiones autem frustatorias & appellationes friuolas recidere debet; insuper multitudinē testium, aduocatorum & procuratorum repellere. Iustas autem defensiones debet admittere, facitque iurare de calumnia, & ueritate dicenda; nec non & interrogare poterit partes ex suo arbitrio quandocunque uolebit. Debebit præterea partes citare ad sententiam audiendam, licet non peremptoriè, ac sententiam in scriptis proferre in causa, in qua non est necessaria conclusio. Et hæc omnia habentur in d. cle. sæpe contingit, & no. quòd de consensu partium tacito uel expresso posset iudex iste procedere in ista causa iuris ordine non seruato, ut in d. cle. sæpe. in fi. ui, & argu.
10 in l. non quicquid. ff. de iudi. † Sed quid dices è contra, ponamus quòd in causa est procedendum secundum iuris ordinem, an poterit iudex de partium consensu tacito uel expresso procedere sine strepitu & figura iudicij? Io. And. in d. clem. sæpe, in fi. tenet quòd nõ, arg. eorum quæ notan. per glo. & Inno. in c. de causis. extra de offic. deleg. & 2. q. 1. c. in primis, in fi. cum seq. & idem sequitur Specu. in titu. de sen. prola. §. iuxta, uersi. quid si de partium. Contrarium no. secundum Host. in c. fi. extra de re iudic. lib. 6. Primam partem tenet Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro
e soc. in 2. q. quam puto ueriorem. [e] † Quid autem signifi-
11 cet uerbum § summariè § [f]. per se, uel uerbum § de plano §
f de per se, & in quibus casibus de iure communi possit procedi summariè uel de plano. Dic ut nota. l. 3. § sciendum. ff. ad exhibēd. & l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procon. & seq. & per glo. in d. clem. sæpe, & per Bart. in d. l.

ad

ad reprimendum,& Spec.tangit in tit.de offi.iudic.§.po-
12 stremò.† Illud autem aduerte, quia de iure communi non potest aliquo casu procedi simpliciter sine figura iudicij.
* Fallit hodie de iure canonico in causis beneficiorum, de cimarum,matrimoniorum,& usurarum.ut in clemen. di-
13 spendiosam,extra de iud.† Insuper est notandum, quòd in causis simpliciter summarijs tantum, uel de iure communi uel municipali,aut ex forma rescripti,debet libellus offerri & lis contestari,licèt dilationes possint per iudicẽ breuiari,ut habetur in c.fi.extra de offi.iudi.& per Spec.in d.§.postremò. Et per Bart.in d.l.ad reprimendum.in glo.
14 super uer.summariè.† Sed quid de uerbo { uelo & leuato?}
g dic ꝙ ista loquutio non est frequens in iure, tamen vnicũ tex.uidi ad hoc in l.de submersis.C.de nau.lib.11. & idem significat quòd uerbum { summariè } vt ibi not. per gloss.
15 † Deinde quæro, quid si statuto uel rescripto caueatur, ꝙ iudex procedat sine aliqua iuris solemnitate?Dicit Bart.in l.filiusfam.ff.de dona.ꝙ ista uerba in aliquibus differunt, à prædictis uerbis{sine figura iudicij}vnde ſm eum isto casu poterit iudex testes recipere sine iuramento, & procedere diebus feriatis etiam in honorem Dei,quod non posset in casu præcedenti;& est ratio secundum eum; quia iuramentum testis potest tolli per pactum,ut nota. ff. de ferijs. in l.prima,in princ.& l.iurisiurandi. C. de testi. & feriæ in honorem Dei possunt tolli per legem vt l. prouinciarum. C.de ferijs. Item poterit admittere testes infames, & eos qui perdiderunt ea quæ sunt iuris ciuilis tantum. Secus autem in his qui perdidissent ea quæ sunt iurisgentium, arg. l.neque enim.§.1.& 2.coniuncta.l. 1. ff. de testa. mil. Sed certè mihi uidetur, quòd ista sint synonima vnde dico esse idem in utroque casu, cùm non sit dare perfectam diuersitatis rationem inter eos. Hæ enim dictiones, si quis rectè consideret,synonima sunt: quid enim; ut prædictum est,aliud est dicere{sine figura iudicij} quàm sine solemnitate iudicij?Certè nihil,aliàs sequeretur legem magis uerbis impositam quàm rebus, quod esse non debet, ut in l.2. C.commun. de legat. quia magis sensui quàm uerborum diuersitati adhærendum est,l.3. in fin.C. de liber. præteri. cum simili. & pro hoc faciunt quæ statim dicentur infra
16 in proxima quæstione. † Sed quid si statuto uel rescripto disponitur, ꝙ iudex procedat secundum suum liberum ar-
h bitrium, [h] uel secundum suam voluntatem?Dic secundũ Ioan.And.in d.cle.sæpe,in glo.super.uersi. defensione, & Bart.in d.l.filiusfam.& in l.ad reprimendum,in glo. uidetur expedire,ꝙ ista uerba illud idem significant, & important,quòd faciunt præmissa uerba { sine figura iudicij } & pro tanto non poterit iudex auferre parti iustam defensionem. Nam per talem concessionem & bayliam non uidetur concessa potestas lædendi partem circa principale negocium,ut in l.si quando.C.de inoffic.testam.l.cum quidam.ff.de legat.2.l.creditor §.Lucius ff.de manda. & l. si procurator in princ.ff.de condict.indebi.facit.c.in genera
17 li,extra de re iudica.lib.6.cum simili.ibi not. † Quid si dicatur in statuto uel rescripto, ꝙ iudex posit procedere &
* pronunciare secundum eius* conscientiam?dicit Io.And. in cle.1.extra de iure patr.ꝙ hic iudex habet latissimam potestatem, ideoque ab eius sententia diffinitiua appellari
i non potest. [i] Alij dicunt,quòd talia uerba idem significant,ac si dictum esset,ut pronunciet secundum eius liberam uoluntatem;quia ista conscientia debet esse talis,quæ conueniat bono uiro secundum mentem proferentis,ut in d.l.quidam.de qua conscientia loquitur tex.in c.statutum, in §.assessorem. extra de rescrip.lib.6. Et ideo dicunt posse appellari ab eius sententia, cum non uideatur amplior collata potestas uno casu quàm alio.imò si rectè ponderetur,minor est potestas eius cui committit, ut iudicet ſm eius conscientiam, q̃ eius qui iudicare debet ſm liberam uoluntatẽ,ſm aliquos. Vel dic uerius, ꝙ latior sit potestas huius,q̃ aliorum;unde credo, ꝙ talis iudex posit iudicare ſm suam conscientiam informatam proprio uisu uel auditu,licèt regulariter sit ꝯ,ut no.per gl.& Doct.in l.illicitas,
18 in §.ueritas.ff.de offi.præsi.† Sed quid dices de quotidiana.q.Ecce sæpius contingit quòd princeps mandat uel cõmittit alicui,ut cognoscat & determinet sola ueritate in-
K specta, [k] quæ erit forma procedendi? Ego puto quòd fungatur illa potestate.qua fungitur arbitrator electus à partibus,de quo loquitur.c.Quintauallis,extra de iureiur.& in l.si societaté. §.arbitrorum.ff.pro soc.vnde poterit delegatus procedere & diffinire sine datione libelli.lit. contesta. & similibus:quia ueritas non requirit adminicularia, nec formalia,ut l. 1.C.si se ab hære. absti. Nec errore uel omissione talium læditur,nec viciatur,sed suis solis terminis est contenta,ut in §.ueritas,per quem tex.firmatur, & probatur decisio antedicta,quam etiam confirmare habent. Illi infrascriptæ cum ibi not.uide licet l.quòd si ephesi ff.de eo quod certo loco.& l.si fideiussor in §.si quid.ff.manda.& l. furti.§.si debitori ff.de quibus modis pigno.vel hypo. sol. Per hoc enim quod dicit{solã}excludere intendit omnem aliam formam & solemnitatem,aliter non diceretur inspici sola ueritas,hoc enim nomen,solus sola,solum, significat unitatem & singularitatem tantum,& non pluralitaté, arg.l.solam.C.de testi.& l.si te solum.ff.de hære. instituen. & l.cum solus ff.de acqui.hæred. Puto tamen quod peremptorias exceptiones & iustas defensiones teneatur admittere,cum sint fundatæ super iure naturali, ut in d.cle.sæpe.& habent respicere ueritatem negocij. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Summariè, Adde, ꝙ clausula summariè,sola facti: importat ut ferri posit sententia, etiam si non in totum conformis libello,teste Paris. cons. 113. libr. 1.& si in commisione adsint uerba summariè, ex tunc iudex potest recedere à reg.iuris communis, & etiam iudicare extra petita, dummodo sententia aliqualiter conueniat petitioni, licèt non in totum, ut per Gramat. decisione 19.Soc. consil. 160. num.21.lib.2.quam concl.declara,ut per Hypol.sing.102. Rom.consil.519.sing.792.Rol.consi.7.à nu.100. usque ad 116.lib.3.Osasc.decisione 1.& 2.post Alex.consil.6. lib.3. Rom.consi.20.Soc. consi. 12.lib.1.Corn. consi.243. lib.4. Ias. in l.certi condictio. §. si nummos,nu.32.ff. si cert.pet. Quibus in locis omnes iuris ciuilis solemnitates sublatas esse docet, per dd. clausulas summariè,simpliciter,præter citationem, quæ est de iure naturali, & amitti non potest teste Soc. d. consi.supra alleg.Rom.consi.248.nu.3. Dec. consi.603.ante nu.12. necnõ ipsas præter necessarias probationes,quæ præteriri nequeut,cum sint iuris diuini,ca. nouit.de iudi.habetur Math.18.Accedunt dicta Fely. in c. dilecti,de iudi & quæ Rom. scribit consil.133. dum refert glo.in clem.sæpe. uer.partibus, de uer.sign. ꝙ posito quòd iudex in causa,in qua potest ꝓcedere summariè, de plano & incœperit ordinariè ꝓcedere: nihilominus pars illa in cuius fauorem loquitur statutum aut decretum,quod summariè procedatur, iudici contradicens: facere poterit, ꝙ processus ordinariè inchoatus: in summarium mutetur, & procedatur sine strepitu,& figura iudicij,secus ubi appa ret de partium consensu, quæ omnia intellige, ut latius ꝑ eum d.consi.vbi etiam quærit,an per electionem uiæ ordinariæ uideatur quis renuntiasse summariæ? & fac.quæ idẽ Rom.no.consil.248. ubi dicit,ꝙ uirtute statuti dicentis,ꝙ posit iudex prout uoluerit & de facto se informare,quòd illa uerba de facto,solũ operatur ut posit procedere sine solemnitate iuris ciuilis,non autem omittere ea quæ inducta sunt à iure naturali,puta citationem ad sententiã,& simil.declara, ut latius per eum ibi,& quid se princeps committat causam alicui ordinario; adiecta clausula,ꝙ cognoscat uel procedat summariè, de plano &c. ex quo alterata est iurisdictio ordinaria, Dic, ꝙ intelligitur esse delegatus in illa causa & non ordinarius, teste Ias. in l. 1. §. post operis.num.3.ff. de op. no. nun. vbi dicit hanc decis.esse in pract.

in pract. utilem, cuius plures effectus ipse ibi enumerat. Masuer.

* Beneficiorum. Adde, beneficiales causas esse summarias, quando super possessio. aut titul. siue collatione benefici) his acquiritur, secus si super proprietate, ut puta, cum epi scopus ecclesiam suæ dioecesi vnire uelit, illam contendés subditam aut aliquid iuris in ea habere, tunc enim quia sit per proprietate controuertitur. ordinario res erit discutienda iudicio, teste Bal. in l. cum seruum. §. item si ageretur. C. de ser. fug. Abb. in cap. contingit, col. 3. in fi. de do lo & contum. vbi quæ sit differentia inter tit. & proprietatem ecclesiæ. Masuer.

* Subornationis, Adde φ valet productio testium post di dicita testificata, si pars non opponat, vt not. Ias. in l. 1. col. 2. in fi. ff. de fer.

* Conscientiam, Adde Alex. consi. 118. lib. 5. Ias. in §. Sed istæ. nu. 137. inst. de act. vbi quod poterit supplicari, & adiri superior.

* Peremptorias exceptiones, Adde, quòd hanc sententiam confirmat Oiasc. decis. 2. nu. 15. dum loquitur de exceptio ne excussionis, & hæc clausula sola facti operatu. , ut iudex possit procedere ad sententiam omisso libello, litis contestatione, breuiatis dilationibus statutis a iure, & φ procedatur sine obseruatione ordinis & formæ iudicialis, teste Rom. sing. 792. consi. 20. circa fi. Ias. in l. 1. col. 1. ff. de iust. & iur. Soc. Iun. consi. 6. in fi. lib. 1. consi. 134. lib. 2. Mas.

a Quod non. Adde, quòd nec citatio tolli potest, licet in rescripto diceretur, & quòd de facto procedat, ut uoluit Ancha. consi. 263. & quòd citatio sit de iure naturali, adeo φ per principem tolli non possit. Vide Oldra. consi. 44. Ber.

b Sabbata sanctifices, Adde Bal. consi. 317. 3. lib. Ber.

* Sabbata sanctifices, Adde, quòd omnes actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri & expediri die feriato, etiam ad honorem Dei, secus in actibus contentiosæ iurisdictionis teste Rob. de ord. iud. c. 19. n. 86. Masuer.

c Remitti. Adde quod uoluit Ro. consi. 20. Ber.

* Remitti. Adde, quod possunt partes expressim iusiurandũ testibus remittere, iuxta tradita per Ias. in l. 1. ff. de fer. Mising. cent. 2. obser. 3. Quo casu ualet testimonium etiam non iuratum, teste Abb. vbi alij doc. in c. tuis quæstionibus de iureiur. Sed quid dicendum, an dicta testium non iuratò deponentium, si postea iurent fidé faciant? & Dic, quòd non, ut idem Mising. concludit cent. 4. obser. 77. quam conclu. procedere dicit ipse, nisi statim post depositionem iurassent. Quod tamen non admittunt Doc. in l. iusiurandi C. de testi. nisi media distinctione, de qua per Saly ibi, cuius rei difficultatem omnem boni & oculati iudicis arbitrio: ex circumstantijs moderandam ac temperandam relinquerem, pro qua uide, quæ scripsi infra. for. iuramenti testium. ver. delato de for. opp. contra testes. post pub. uer. non iurai, & cum euenisset casus non omnino dissimilis coram excell. Ducali subalpino Senatu, in quo testes non iurati deposuerant, parte non opponente, tandem publicatis testibus, & facta concl. in causa, cum tractaretur & disceuteret articulus inter dños, re detecta, Senatus ipse pnunciauit examé nullũ, & bene, meo iudicio, ex not. per prædi ctum Mising. cent. 3. obser. 80. saltem per aliquas rationes ibi alleg. licet in contrarium facere videantur, quæ Ias. scri bit in d. l. 1. col. 2. circa fi. ff. de fer. dum dicit, attestationes testium non legitimé examinatorum: posse de partium cõ sensu comprobari, Idque extendit procedere etiam tacito consensu partium, Quæ tamen intellige & declara, ut latius per eum ibi, nu. 22. & seq. Masuer.

Adde Bar. & Docto. in l. 1. in prin. ff. de feri. Bar. in l. si quis legatum, in princ. ff. ad l. Cor. de fal. Abb. in c. tuis, in 3. not. de testi. & ibi Fely. in c. 2. col. & Rober. Maran. in trac. ord. iudicio. in 2. par. col. 7. versi. tertia est causa. Zilet.

d Sine figura. Adde Oldra. consi. 15. ubi singula uerba clausulæ exponit. & dicit Raph. Cumæ. consi. 85. φ si pdicta uerba ponant in statuto, φ voluntas statuti nõ intelligit remissa: & dicit Ro. consi. 519. φ uigore dictorũ uerborum iudex potest incipere ab articulis, & deinde ad sententiã trãsire.

* Sine figura, Adde, φ hæc uerba sine figura iudicij, excludunt oblationem libelli, iuxta tradita per Ro. sing. 792. de qua vide quæ scribunt Doc. in clem. sæpe. de uerb. sign. Fel. in c. dilecta, de iudi. Rol. consi. 7. á nu. 30. vsque ad 38. lib. 3. Rob. de ord. iud. c. 13. nu. 8. nu. 9. & seq. Alex. consil. 6. lib. 3. de clausula autem sola facti, vide Bar. ubi Doc. in apostil. in l. si fideiussor. §. quædam. in l. quintus. ff. mand. Rol. d. consi. 7. lib. 3. de qua dixerunt aliqui, quòd est procedere plus quàm summarie, inter quos est Neuiz. consil. 18. nu. 22. quo casu, quando iudex procedit sola facti: censentur omnes iuris solemnitates sublatæ, teste Rol. consil. 53. nu. 13. lib. 2. Rip. in l qui Romæ. §. Chrisogonus num. 181. de verb. ob. cuius effectus plures enumerat Neuiz. consi. 97. nu. 11. num. 12. inter quos sunt, quòd quis teneatur iudicare de conscientia, quòd non attendantur iuris apices, quòd iudicetur super probatis licet non super petitis & φ admittatur cumulatio, quæ omnia idem fere repetit consi. 80. nu. 39. de qua plura docte & copiosè scribit Osas. Subalpin Senatus II. præses meritiss. decis. 2. Rob. d. c. 13. ferè per tot. Mising. cent. 2. obser. 44. ubi quòd uigore huius clausulæ non posset iudex oriri facere actionem ex nudo pacto, licet re uera tale pactum initum esset. Masuer.

e Veriorem. Adde Rom. consi. 133. Ber.

f Summariè, de plano quid important. Et adde, quòd quando esset per principem commissa causa summariè & sola facti inspecta, ueritate, tunc excluduntur omnes solemnitates rigorosæ iuris positiui; & plus important dicta uerba, s. sa ueritate, quàm qñ cõmittitur summarie, sine strepitu, & figura iudicij, ita Ant. de But. in c. 2. de iur. cal. & sequitur Alexan. de Imo. in consi. 6. col. 1. uersic. tantum hoc non obstan. 3. vol. Contrarium uoluit Abb. in d. c. 2. & sequitur Nata in clem. sæpe, §. non sic, col. 30. in princ. de uer. si. opinionem Ant. de Butr. tenet Felin. cap. 1. colum. 16. de consti. uersi. & si dicantur, & ibi alle. Rom in d. rub. de arb. & in suo consi. 20. sequentem dicta Ant. in d. c. 2. quam tene. Et adde, quòd quando dicitur, procedas secundùm iustitiam & æquitatem, iudex non poterit credere priuatæ scripturæ. ita Rom. in consi. 205. incip. in puncto præposito. & in rub. de arb. colum. 1. & col 4. & Nata ubi supra & de clausula summarie &c. per eundem Natam in d. clem. sæpe, in prin. col. 12. cum trib. se. & de uerb. uelo leuato in d. §. non sic, ibi col. 31. Curtius.

g Velo leuato. Adde Fely. in c. 1. col. 19. in princ. num. 95. Ziletus.

h Liberum arbitrium. Adde Rom. consi. 248. Anch. consil. 212. Bern.

* Liberum arbitrium, Adde, quòd arbitrium debet esse regulatum, & secundum ius commune, l. si libertus ita ff. de oper. lib. not. Doc. & in specie Cagnol. in l. generaliter, de reg. iur. Aym. consi. 190. colum. 3. Azo in summa C. de leg. col. 7. tex. in l. fideicommissa. §. sic fideicommissum, de leg. 3. Alex. consi. 118. colum. 1. lib. 5. Accedit quòd uerbum arbitrium importat arbitrium boni uiri. l. si mulier ita ff. de oper. lib. l. fideicommissa. §. quamquam, de leg. 3. & quãdo aliquid iudicis arbitrio relinquitur, Dic ille de iure facere debet, neque in sua potestate esse intelligitur l. si qua pœna, iuncta glo. vbi Bar. ad fi. de ue. b. sign. not. glo. in cap. super his. verb. arbitrium, de accusa. Pro cuius tamé materię pleniori intelligenda uide Nat. consi. 155. lib. 1. & quod clausula pro suæ uoluntatis arbitrio, importet arbitrium boni viri & uoluntatem regulatam, not. Dec. in cap. cũ venerabilis nu. 7. de excep. de qua plura scribit Catel. uersi. scripturis, & ver. Apices; prædicta limita ut per Nat. d. consi. 155. num. 6. & quando testator dicit aliquid fieri debere arbitrio propinquorum, Dic quòd intelligitur de arbitrio valido & rite lato, teste eodem Nat. consil. 26. colum. 6. Quid si dicatur, prout sibi uidebitur & placuerit? & Dic, quòd hæc uerba important arbitrium boni uiri, ut uoluit Rom

Roma. consilio 228. columna sexta, post med. consilio 467. Abb. consilio 9. lib. 1. si autem dicatur uelle suo, Dic, quod important ea uerba liberam uoluntatem, ex not. per Rom. consi. 112. nu. 2. si uerò dicatur ad liberam suam uoluntatem, Dic quod importat meram & absolutam dispositionem teste Rol. consi. 42. num. 17. lib. 1. Alex. consil. 214. col. 1. lib. 6. Quæ omnia latius tractantur per I. afr. trac. de arb. in prin. col. 5. versi. arbitrium duplex. per Blanc. tract. de compromissis 10. q. principali in prin. Masuer.

i Appellari non potest. Adde Rom. consil. 27. & 261. & 466. Alexan. consi. 218. 2. lib. & adde Felyn. quem uide in c. 1. de const. col. 18. uer. & si dicatur, ibi quod poterit etiam appellari ad hoc, ut negocium deuoluat ad superiorem, non ut iudex admittat appellationem, & de quo uide per Geor. Natam, in reper. clem. sæpe. §. non sic tamen, col. prima. & seq. ubi quid importet talis clausula, & uide Baldū in l. fi. ad finem. C. de iure do. impe. & in sua disputatio. incipien. statuto cauetur, in col. 9. ubi dicit, quod quando sic committitur causa, tunc uidetur commissa ut optimo uiro, & quòd non debeat leges transgredi, refert Alex. de Imo. in consi. suo 18. in princ. in 5. lib. & de dicta clausula uide eundem Alex. in consi. 2. col. j. in j. vol. Cur.

K Inspecta. Adde quòd uirtute uerborum § sola facti ueritate inspecta § potest delegatus procedere tanquam arbiter per rationes hic allegatas, primò adde de ista dictione solus, sola, solum, quod not. Ang. in l. solus. ff. de cond. indeb. facit text. cum ibi no. in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quòd cer. loco in l. si seruum. §. sequitur, de uerb. oblig. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. & facit quod no. Bar. in l. fideiussor. §. quædam. ff. man. Quia per istam clausulam § sola facti ueritate inspecta § mandatur prouideri, attenta mera ueritate, prout Deus prouidet, & sic via Dei, Bald. in l. fi. in princ. C. de iu. deli. & clarius in c. inuestituram, de nou. for. fi. per tex. cum gloss. in auth. de hær. & fal. in princ. vbi etiam Ange. & per alia ibi per Bald. alleg. domini de Rot. conclusi. 30. ubi dicunt, istam clausulam fuisse inuentam per Papam ad imponendum celerem finem litibus & operari ultra verba § sine figura iudicij § secundum Ioan. Mo. in c. fin. de hær. lib. 6. ubi dixit, eo casu posse incipi ab articulis, & ipsis probatis posse deueniri ad diffinitiuam, Addo facere dictū Bart. in extrauagan. ad reprimen. in uersi. sine figura iudicij, in fi. quē sequitur Imo. in cle. sæpe, in fi. iunctis not. per eum antea dum tractauit de clausula § sine figura iudicij solaque facti ueritate inspecta § & se remittit ad dominos de Ro. in d. decis. adde quòd bene dicit auctor, quòd in hoc casu potest dici arbitrator per ea quæ no. Bal. in l. solam, in fi. C. de testi. ubi uolunt quòd procedens, & terminare debens de iure, de facto uirtute statuti, dicitur quidam arbitrator legalis deputatus, allegat Inn. in c. Quintauallis. de iureiur. statuta & rescripta æquiparantur. Inno. in c. quæ in eccle de constit. Bal. in l. 2. C. de leg. facit quod no. Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, & melius in §. de plano, de offic. proconf. & in summa super decretalibus tit. de iu iur. circa me. uer. arbitrator. ubi concludit post Innoc. & alios in d. c. Quintauallis, q̃ ille cui datur potestas procedendi & diffiniendi seruato ordine iuris, censetur arbiter; si uerò iuris ordine non seruato, censetur arbitrator. Et sic sicut arbitrator posset iudicare stando & die dominic. Iac. Butr. & omnes in l. dies festos. C. de fer. & in l. si feriatis. ff. eo. ita & hic. Spe. in tit. de arbit. §. differt. Bal. in l. 2. C. de arb. addo Bar. consi. octuagesimosecundo, inci. punctus quæstionis, ubi ponit habentem potestatem diffiniendi de facto, posse absque cognitione & sine probationibus sententiam diffinire, per glo. in l. ictus fustium. in glo. mag. in princip. de infa. & ibi Bal. & in l. uerum. §. ex facto, in uersi. reducere. ff. de minori. bene facit text. in l. fin. in fin. cum ibi not. per Ang. quod met. cau. Inno. in c. cum uenisset, de in integr. resti. ubi non curatur de solemnitate, sed attenditur ueritas. Adde de prædicta clausula L. u. Rom. consil. 20. & 191 & 519. per Franc. de Are. consil. 84. Lapum alleg. 128. Do. de Ro. decisi. ult. de uerbo. significa. in nouis. Alex. consilio 84. 1. lib. & consilio 6. 3. lib. ultra alle. de ista clau. vide per Fely. in c. 1. colum. 16. de consti. Aret. in cap. dilecti, de iudic. & Pau. de Cast. in consi. 66. in 1. uol. consi. antiquorum, & nouissime per d. meum Soz. in consi. 96. colum. 2. & ibi quis possit causam cum tali clausula committere. Io. Tho.

* Sola facti ueritate inspecta, Adde quæ de hac clausula sola facti scribunt Alexan. consilio 96. colum. fin. numero 13. lib. 4. Guid. Pap. q. 29. 58. 216. Roland. consilio 7. numero 30. vsque ad numerū 38. lib. 3. & Dic quòd princeps committendo causam summariè, sola facti, nihilominus intelligi debet cum legitimis personis, teste Nat. consilio 143. colum. pen. num. 7. num. 8. lib. 1. & not. Ofasc. decisione secunda, Dec. in cap. dilecti filij num. 3. de iud. & colum. 3. in princ. vbi quòd de hac clausula duo sunt notanda, primū, quòd reus tali casu condemnari potest quamuis in petitione vna causa expressa fuerit: & alia probata, secundum, q̃ iudex tali casu poterit admittere probationes licet non essent omnino concludentes, Quæ omnia declarat per eos ibi, & per Rob. de o. d. iud. c. 13. & q̃ cōcl. locum habet in hac subalpina patria, in qua proceditur summariè simpliciter, sola facti, ut ex antiquis Ducalibus decretis lib. 1. pag. 37. nouis uerò cap. 1. lib. 3. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, deducendo in præsenti &c. non est necessaria quantum ad actorem.*

2 *Actor, qui proposuit ius dominij uel quasi, si pendente iudicio & litis contestatione fiat dominus eiusdem rei, nunquid ex eodem libello possit sententia ferri.*

3 *Actor si egit actione personali ad rem vel quantitatem, & tempore libelli oblati nulla actio sibi competebat, sed superuenit postea iudicio pendente, an ex eodem libello debeat reus condemnari.*

4 *Superueniente iure vel habilitate conueniendi ex parte rei conuenti, nunquid ex eadem instantia possit fieri condemnatio.*

5 *Libellus, in quo petitur ut quis condemnetur pro aliquo anno tàm pro præterito tempore quàm pro futuro, an procedat.*

6 *Debitum de futuro in iudicium deduci non potest, ut fiat solutio de præsenti.*

7 *Clausula, deducendo &c. ad illos casus porrigitur, in quibus cumulatio plurium iurium de iure communi admittitur.*



DEDVCENDO IN præsenti iudicio. 1 † Ista clausula licèt sit vulgaris, & communiter adijciatur in quibuscunque libellorū formis, tamen in casu præsenti quantum ad actorem non est necessaria; quoniam ille qui proponit ius dominij uel quasi simpliciter causa remota non expressa, semper uidetur tam utile quàm directum dominium, & omne ius suum in iudicio deduxisse, ut l. si mater, in §. eadem. & l. & an eandem. §. actiones ff. de excep. rei iudi. adeo quòd sententia lata in uno parit exceptionem rei iudicatæ in omnibus. De quo tangitur per Inno. in c. conquerente, extra de offic. delega. & per Bart. in d. §. actiones. securius ergo esset pro actore unam causam, siue unum titulum sui dominij proponere; quia tunc sententia non obstaret, si postea ageret ex aliqua alia causa, ut in d. l. si mater. §. si quis autem. Ideo inquit Bal. doc. antiquus, quòd reus percutit pedem suum cum ligone, si petat causam exprimi ab actore in reali actione, prout no. per Gloss. & Doct. in l. 1. in p in. ff. de edend. & l. edita. C. de 2 eden. & in ca. 1. extra de lib. ob. † Horum tamen gratia pro clariori doctrina quæro, quid si hic actor, qui proposuit ius dominij uel quasi, postea uero pendente iudicio & lite cōtest. factus est dominus, & sic dominij ius uel quasi eidem * superuenit, nunquid ex eodem libello potest ferri sententia? Respondeo quòd licet apud antiquos longa sit dubitatio, ut refert Cy. in l. 1. in 6. q. C. de alie. iudi. mu. cau. fact. & not. per Glo. & Doct. in l. non potest, ff. de iudi. tamen iure cano. hæc quæstio est hodie sopita cum

cum hac distinctione. aut actor proposuit simpliciter & generaliter ius dominij uel quasi nulla causa expressa; & tunc superueniens dominium clauditur in ipsa generali petitione, unde ex eodem libello debet iudex ferre senten tiam contra reum. Aut actor proposuit ius dominij uel quasi certa & speciali causa expressa, & tunc aut dominiū sibi superuenit ex eadem causa proposita, & tunc idem qđ in casu præcedenti. Aut dominium uel quasi superuenit ex alia diuersa causa, & tunc tale dominium non clauditur in dicta petitione. Ideoque iudex non poterit ex eodem libello reum condemnare, sed debebit absoluere, & actori postea licebit in alio iudicio, de iure superueniente age re. Nec sibi obstabit exceptio rei iudicatæ, ut hæc omnia habentur, & probatur in c. abbate sanè, in uersi. cæterum, extra de re iudi. lib. 6. & l. si mater. §. si quis autem, & in §. eadem. ff. de exce. rei iudica. & no. per Inno. in d. c. abbate, circa fin. & adde quod sup a dixi in glo. super verbo iure

3 dominij uel quasi. † Sed quid si actor egit actione persona li ad rem vel quantitatem, & tempore libelli oblati nulla

* actio competebat, sed superuenit * postea iudicio penden te, an ex eodem libello debebit reus condemnari? Dic aut ius superueniens pendente iudicio est accessorium eius quod est principaliter petitum in iudicio, & tunc antequam clausum in libello venit in condemnationem iudicis officio ex eadem instantia, ut in l. ædiles. §. item sciendū. ff. de æd. edi. & in l. 1. C. de iud. cum si. Aut ius superueniens est principale ad id quod in libello est petitum, & tunc aut libellus fuit simplex & generalis sine expressione alicuius specialis causę, & tunc ius superueniens clauditur in tali iudicio, & super eo iudex debet ferre sententiam, ut in l. si. C. de anna. excep. Aut libellus fuit specialis cum expressione certæ causæ, puta mutui vel depositi; & tunc aut est ius superueniens ex noua causa, quæ non retrotrahitur, & tunc tale ius superueniens quantuncūque specificatum in ipso libello, non clauditur in præsenti iudicio. Ideoq; iudex non potest super eo sententiam ferre, sed in alio iudicio debet reseruare, ut in l. non potest, & l. non quemadmodum. ff. de iudi. & ibi not. in d. c. abbate sanè. Aut ius superueniens est tale quod retrotrahitur, & sic superuenit ex causa de præterito; & tunc clauditur in præsenti iudicio, & tenetur iudex super eo ferre sententiam, ut in l. si rem. §. fi. de pigno. actio. & l. si mandauero tibi aut Titio ff. manda. Ex quibus patet quòd falsa est opin. Ioan. posita in l. non potest, secundum omnes Doct. patet etiam quæ differentia sit inter actiones reales & personales.

4 † Denuo quæritur, quid si superueniat ius uel habilitas cō ueniendi ex parte rei conuenti, uerbi gratia, tempore libelli oblati non possidebat reus rem petitam, postea cœpit pendente iudicio possidere, an ex eadem instantia fiet condemnatio? dic quod sic, siue actum sit actione in rem, siue in personam, siue mixta, siue in rem scripta, ut in l. regoi, in §. si quis. ff. ad exhiben. & ibi not. & in l. quæsitum. in prin. ff. de pecu. & ibi not. & in l. 4. ff. de peti hæred. & l. si autem §. 2. ff. de rei vēd. & l. 1. §. idem Neratius. ff. deposi. cum sim.

5 facit quod nota. in l. neque. C. ad exhiben. † Vlterius circa

a prædicta quæritur, pone quòd aliquis tenetur ad a aliqđ annuum, an potest in libello peti, ut condemnetur tam pro præterito tempore quàm pro futuro? vt si dicatur sic {Titium condemnari ad mihi debita pro fictu quatuor annorum præteritorum, & ad soluendum mihi singulis annis in futurum.} Dicunt quidam quòd nō, quia tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem, ideoque quæ sunt de futuro nō possunt deduci in iudicio, vt l. quemadmodum, & ibi not. per Gl. & Doct. ff. de iud. & l. 1. ff. de vsur. Alij dicunt & melius, quod imò procedit talis libellus; & distinguunt sic. aut id quod est debitum de futuro cohæret, & connexum est ei quod debetur de præsenti, & tunc ratione eius quod debetur de præsenti admittitur petitio super futuro; ut probatur in l. 1. C. de fideiuss. & ibi per Cy. de hac. q. & facit l. harum. Legi. ff. si ser. vend. & l. libertis §. 1. ff. de ali. & cib. leg. Et hoc ne singulis annis necesse habeat de iure suo protestari, ut in l. male agitur. C. de præscrip. 30. uel 40. ann. Aut id quod est debitum de futuro, est separatum, & remotum ab eo quod est debitum de præsenti, & tunc nullo modo admittitur petitio super futuro, ut d. l. non quemadmodum, & ibi per Bart. & in l. 1. C. de iudic. & l. 1.

6 ff. de vsur. † Sed dicet aliquis, contra prædicta facit, quia

* * qui ante diem agit, male agit, ut Inst. de excep. §. hodie, & l. 1. in fin. ff. vsufr. quemadmo caueat. Solutio. dic quòd debitum de futuro non potest in iudicio deduci, ut fiat solutio de præsenti, ut in contrario: sed ut fiat solutio cōgruo tempore sic, ita loquuntur prædicta. Facit quod habetur in l. in omnibus ff. de iudi. Liquet itaque ex præmissis qđ opere ur illa clausula {deducēdo &c.} quia si recte pōderentur prædicta, parum operatur ultra ius commune, tamen non est omittenda; quoniam talis expressio magis confirmat ius cōmune, quàm quod vitiet tacitè si fuerit omissa, & maxime quando intentatur actio personalis. Ex his etiam infertur, quòd uirtute huius clausulæ, si quis egerit,

* ex testamento ad hæreditatem, non potest * allegare hæreditatem ab intestato ad ipsum pertinere, si appareat testamentum nullum esse in eadem instantia fundata super libello, quo actum est ex testamento; quia de iure communi regulariter causa testati & intestati non possunt tanquam contraria simul eodem tempore cumulari, arg. l. quandiu. ff. de reg. iur. & idem in similibus casibus. unde uirtus talis clausulæ {deducendo &c} non porrigitur ad tales casus. Facit quod not. per Dy. in regula nullus pluribus, & quod ita

7 tim dicam in glo. seq. † Vnde concludendo dico, quòd ad illos casus porrigitur hæc clausula tantum, in quibus cumulatio plurium iurium, vel actionum de iure communi admittitur, de quibus dicam in proxi. gl. Ad eos autem casus, in quibus cumulatio impeditur, nullatenus porrigitur, quia quod non potest fieri expressè, nec tacite, & arg. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. triticum. ff. de uerb. obli. cum simil.

ADDITIONES.

* Superuenit, Adde, quòd ius superueniens actori ex causa de præterito confirmat ius suum, l. si rem §. fi. de pig. act. l. si mandauero ff. mād. Bar. in l. damni §. sabini, col. 3. in prin. de dam. infec. Alex. consi. 44. nu. 3. lib. 7. Boer. q. 70. num 8. par. 7. Alex consi. 39. nu. 4. lib. 5. vbi quòd Aduocatus debet esse cautus in capitulando, ut concludat ius ex quo agitur competijsse actori ante litem contest. Aliàs succumbit, Accedit quòd ius superueniens pendente iudicio actori in re de qua litigat ex causa de præterito: fundat actionem ab initio male institutam, secundum Doc. in apostil. ad l. si rem §. fi. de pig. act. Quæ omnia plenè declarat Ias. in l. si Titius. col. fi. num. 4. ff. de verbo. obliga. vbi quærit an tunc requiratur nouus libellus, & ibi plura ponit in prac.. uide per Doc. in l. si Titius numero secundo, ff. de verbo. oblig. ubi ponunt reg. cum limit. & in l. non potest uideri ff. de iudi. Quis autem in iure dicatur actor? Quis reus? vide Rom. consi. 217. Fely. in cap. cum inter priorem. nu. 11. de excep. Dec. consi. 487. nu. 10. cont. 686. in fi. Afli. decisione 268. Rol. consi. 72. nu. 10. lib. 3. ubi inter alia dicit, quòd ille dicitur actor, qui primo ad iudicium prouocat, ca. forus. § actor. de uerb. sig. Quod intellige quò ad ordinatoria, non quantum ad decisoria, ex not per Doc. in l. duo in dices, ubi Alex. ff. de re iud. Qua de re plura not. Mathes. sing. 109. Maluer.

* Superuenit, Adde, quæ habētur supra ver. iure dominij, nu. 49. Soc. reg. 269.

* Qui ante diem agit, Adde, quòd creditor in diem: ante diē agere potest: ut die adueniente debitor soluere condemnetur, teste Ofasc. decis. 230. numero 9. Quo casu fac. quæ Ias. scribit in l. certi condictio. colum. 2. numero 8. ff. si cert. pet. in l. pecuniam. colum. fi. eo. tit. in l. in diem, numero 4.

ro 4.ff.de cond.indeb.Capel.Tolof.quæst. 30. quòd si agatur contra futurum obligatum ratione conclusionis ce ta summa, certis terminis soluendi, pro summa debita in primo termino transacto: an possit agere pro futuro, & si unus illorum euenerit ante litem finitam, an pro transacto ante sententiam, & euento post litem motam: ferri possit sententia, ubi concludit affirmatiuè, & not. in l.1. C. de fideicom. secundum quam concl. uidi aliquando indicatum. Masuer.

a Aliquod annuum. Adde an petens 10. corbes frumenti annuatim non expressa causa, sed quia solitum erat præstari, rectè libeller. Cal. conf. 1. de lib. obla. & quando tractus futuri temporis spectent ad iudicem, uide Ro. consi. 136.

* Ad aliquod annuum, Adde pro annuo redditu an detur interdictum, de quo per Bar. in l.fi.ff.quor.bon. & Dic, quòd pro opi. Bar. fac. tex. in l. operis.ff.de op.lib. Gram. uot. 12. sed uidetur quòd communis sit contra Bart. ut per Ang. in l.si certis annis. C. de pac. Abb. in c. querelam, de elec. Dec. consi. 136. Rip. d.l.fi.ff. quor. bonor. dicit quòd hæc opi. in prac. seruaretur, potest etiam agi iudicio pro pensione alias solui solita per aliquem d.ca.querelam. ubi Abb. de elec. Ang. in l.etiam.§.fi.ff.de pet.hær. in l.regulariter, eo. ti. quòd autem in præstationibus merè personal. non detur possessorium no. Ferret. consil. 59. Barba. consi. 8. colum. 3. 12. 13. lib. 2. Calder. consi. 11. de sta. mon. Rom. consi. 311. Dec. consil. 136. & secundum legist. uidetur hæc sententia receptior, ut non detur uerum possessorium in præstationibus merè personal. secus ubi datur actio personalis in rem mista, uel alias respectu rei, ut in uasallo, emphyteuta & simi. secus etiam de æquitate canonica. ubi etiam in mere personali actione ex præstatione annua datur quasi possessorium ut fiat restitutio ad eundé statum rei, ut per Cy. Iac. de Raue. Petrum Bellapertic. in l. si certis annis. C. de pac. & Cy. sequitur Bal. ibi colum. pen. in fi. uersi. iuxta hoc quæritur. Arch. 19. q. c. seruitium, colum. fin. ubi quòd fundans se in tempore succumbit, ut concludit etiam Io. And. in c. peruenit, de cens. quòd non solum personales præstationes non inducunt possessorium: uerum quòd diuturna solutio & præstatio non pariunt obligationem, & respondet ad c. querelam. de elec. quòd non loquatur in personali obligatione, sed in reali & hoc uoluit in c. in literis. col. 4. de rest. spol. & opi. legist. sequitur Alber. d. l. si certis annis. col. 2. nu. 5. ubi dicit opi. Cy. & Petr. ueram esse, & d. c. querelam, procedere in obligatione reali, idem dicit in rub. C. vnde vi, Ang. in d. l. si certis annis, approbat opi. legist. ubi nunquam reus soluit, licet antecessor soluerit. Et quatenus secundum opin. cano. detur. actio: tunc dicitur dari utile remedium possessorium seu officium iudicis, secus ubi actor quò ad reum non possedit, quia sibi acto. i non soluit, etsi antecessor eius soluerit, ut ibi ult. col. Ant. verò Butr. in d. c. querelam. dicit, non dari uerum possessorium in actione personali, sed quandam quasi possessionem de iure canonico, ut reintegretur status rei, Quę omnia plenè examinat Abb. in d. c. que elam. ubi etiá doc. in apostil. qui Abb. d. c. dicit primam opi. procedere de iure ciuili in actione merè personali, & quòd tex. ibi d. c. querelam, non procedit nisi de iure cano. Quibus omnibus adde Affl decis. 395. Guid. Pap. q. 629. Bellamer. consi. 21. Cacialup. de pens. q 9. 18. Rot. decis. 4. in not. & quòd opi. legist. sit ue ior quòd nó detur uerum possessorium pro præstationibus personalibus not. Afflic. ubi supra, pro quo uide quæ sc ibit Ias. in l. ubi autem. §. qui sortem ff. de uerbo. oblig. & ad dicta Pap. hic nu. 5. Rom. consi. 136. ubi inter alia concludit, quòd quando ea quæ sunt de futuro habét dependenda a iure de præsenti, semper iudex habet potestatem de his cognoscendi & terminandi, l. 1. ubi Ias. C. de fideicom. ad quod fac. quòd debens recipere aliquid annuum, potest agere ut debitor condemnetur in futurum, te ste Bar. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. contra enim de negátem præstationes annuas possessoriú recuperandæ recte intentatur, quasi per talem denegationem spoliare uideatur, Ancha. consi. 386. col. 1. nu. 2. de quo etiam Alex. consi. 94. col. 1. lib. 7. ubi de eo qui tenetur quolibet anno dare par caponum, ut & per Bar. in l. fin. ff. quor. bonor. Qua in q. licet aliqui dixerint secundum communem doc. sententiam possessoria remedia non dari pro iuribus merè personalibus. Villal. uer. possessor, de quo Rom. consi. 311. col. fi. magis tamen placet concl. Aret. inst. de interdic. primo responso, quòd pro talibus præstationibus denegatis competat iudicium possessorium saltem utile, uel officiú iudicis, uel condictio l. si coloni ut sibi per doc. in apostil. & per Abb. in d. cap. querelam, col. 5. in fi. extra de elec. & & col. seq. Oldend. lib. act. forens. secunda classe, actione prima pag. 194. in fi. melius classe secúda actione 10. pag. 275. ubi ponit duas prac. seu libelli conclusiones, vnam scilicet qñ alicuius iuris, puta annuæ solutionis pecuniariæ aut aliarum rerum uel iuris patronatus, uel iurisdictionis ereptam possessionem amiserit & agitur contra tertiú ut concludatur, peto reum condemnari, ut mihi quasi possessionem talis iuris, simul cú perceptis pecunijs uel reb. restituat, secus si agas aduersus eum, qui ius præstare debet quia cócluditur ut actori quasi possessioné iuris restituat, & talem pecuniá uel frumentum hactenus non solutum persoluat, unde tamen latius per Abb. ubi doc. in apostil. in d. cap. querelam, id quod D. Osas. scribit decis. 10. num. 9. Masuer.

b Clausula. Adde Io. de Amicis in consi. 61. incip. in causa & lite. nu. 17. Zilet.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, saluo iure addendi, nihil operatur vltra ius commune.*
2 *Parti an liceat aliquando libellum mutare, uel ei addere.*
3 *Actore volente litis uel instantiæ renunciare, citandus est reus.*
4 *Emendare libellum quod sit, & vsque ad quod tempus libellum emendare liceat, nu. 7*
5 *Mutare quid sit, & quid sit Addere nu. 6*
8 *Vsque ad quod tempus liceat mutare libellum.*
9 *Vsque ad quod tempus liceat addere libello.*
10 *Cumulatio quando admittatur, & quando non.*
11 *Cumulatio actionum diuersarum, & rerum ex diuersis causis descendentium & ad diuersa competentium admittitur.*
12 *Cumulatio non admittitur diuersarum actio. ex eadem causa & facto descendentium, & ad idem competentium.*
13 *Cumulatio diuersarum actionum ex eadem causa descendentium nó admittitur sed ad diuersa competentium.*
14 *Cumulatio diuersarum actionum ex diuersis descendentium, sed ad idem competentium admittitur.*

1 SALVO iure addendi, &c.† Ista clausula nil operatur [a] vl
a tra ius commune, secundum Innoc. & Gloss. in c. inter dilectos, in prin. extra de fide instru. quod sequitur Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc ostendamus, in fi. & Bart. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nun. & in l. Nesennius.
2 ff. de neg. gest. † Est ergo quærendum, quid iuris sit de iure communi, an parti liceat aliquando libellum mutare, uel ei addere? In quo distinguitur sic secundum Doct. omnia colligendo. Aut actor vult in totum desistere, & liti renunciare, & potest in quacunque parte iudicij, ut l. destitisse. ff. de iud & in l. postquam liti. C. de pact. Aut vult renunciare soli instátiæ ipsius causę, & aliam inchoare. Aut vult in eadem instantia perseuerare, sed intendit actionem mutare, uel aliam actionem superaddere primæ. Si quidem uelit instantiæ renunciare, tunc aut reus huic renuntiationi consentit, & tenet renunciatio, & poterit actor nouam instituere litem, sicut si instantia per temporis lapsum esset finita, ut in l. properandum, in §. 1. C. de iudi. Aut reus non consentit huic renunciationi, sed instanter petit in causa procedi; & tunc aut iudici constat reum esse absoluendú simpliciter ab instantia iudicij, uel quia libellus est malè con-

conceptus, uel alia irrationabili causa, & tunc tenet renunciatio, arg. in l. libellorum. ff. de accu. & in l. aliquando. ff. ad Velle. & l. qui per fal. item. ff. de iureiu. & extra de accus. in ca. qualiter & quando. Aut non constat iudici reum esse absoluendum, & tunc non tenet renuntiatio, sed iudex debet procedere ad decisionem causæ, ut in auth. qui semel C. quomodo & quando iudex. & in l. de qua re. ff.
3 de iud. cum simil. † Ex quibus patet, quando actor vult liti uel instantiæ renunciare, citandus est reus, quia potest lædi, argumen. l. de unoquoque, ff. de re iudic. & quod actor debet facere scribi quòd iudex ipsam renunciationem admisit. Si uerò actor vult in eadem instantia perseuerare actione mutata uel alia super addita, & tunc potest simpliciter uel addat congruo tempore, ut in l. edita. C. de edendo, & ibi plene nota. pe. Cyn. & alios scribentes.
✻ Aliquando actor vult simpliciter * libellum obscurum declarare, & tunc potest quandocunque, nisi ad petitionem rei compellatur declarare ante lit. contest. ut habetur, & not. pe. Bartol. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verbo. oblig. & per Dyn. in regula contra eum, extra de reg. iur. lib. 6. & ibi per Ioan. And. Restat igitur quærere usque ad quod tem-
b pus fieri possit additio uel [b] mutatio, seu emendatio. Sed ante omnia, ut facilius intelligantur sequentia, videamus
c quid sit mutare, [c] emendare, uel addere. Et quidem secundùm veram doctrinam Petr. ut not. in d. l. edita. † Eme-
4 dare est illud, quod est male conceptum uel formatum, in melius reformare, ut patet si defectus sit in forma libelli potest reformari quamquam reus ab illa iudicij instantia debeat absolui, ut in l. libellorum. ff. de accu. & in l. 1. ff. si men. fal. mo. di. & sic emendare est extra uitium ponere, arg. C. de emen. Iusti. codi. licèt glo. in d. l. edita. aliter di-
5 cat. † Mutare autem secundùm Gloss. & Doct. ibi, est ab actione edita in totum recedere, arg. in l. 1. C. de mu. no. &
6 in 1. const. C. §. quibus. † Addere uerò est actioni propositæ aliam applicare, ut in d. §. quibus, ibi {adijcientes &c.} Respondendum est nunc ad principale quæsitum, quæritur vsque ad quod tempus possit fieri emendatio, addi-
7 tio, uel mutatio? de singulis per se videamus, † & primò de emendatione, in quo articulo, licèt sint uariæ opinio. inter Glos. & Doct. ut refert Cy. in d. l. edita. tamen potest distingui. Aut agitur de emendatione formali ipsius libelli, & illa admittitur quandocunque vsque ad sententiam diffinitiuam, dumtamen per sententiam reus ab illa instantia absoluatur, ut d. l. libellorum, de accus. & l. 1. ff. si mes. fal. mo. dixer. Aut agitur de emendatione rei uel quantitatis in libello deductæ, de qua loquitur glo. in d. l. edita. Et tunc aut illa emendatio fit circa qualitatem actionis propositæ, & potest fieri quandocunque usque ad sententiam, ut l. in delictis §. si detracta ff. de noxali. Aut fit circa ipsam rem uel qualitatem in libello petitam, & tunc aut emendatio tangit principaliter ipsam rem, aut accessoria eius. Primo casu admittitur emendatio usque ad tempus ad quod admittitur mutatio, ut infra dicam. Pro quo facit l. non potest. ff. de iud. & l. de qua re. eo. tit. Secundo casu subdistingue, aut illa accessoria emerserunt ante litem contestat. & idem quod supra dixi. de emendatione circa rem principalem, argu. l. fundi. ff. de execu. rei iudic. & l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. Aut emerserunt post lit. contest. & tunc, quia ista pertinent ad officium iudicis, non est quærendum de emendatione, argu. d. §. item sciendum, & not. pe. glo. in l. si quis missum. §. si. ff.
8 de dam. infec. † Sed nunc quæritur, quid iuris de mutatione, super quo articu. similiter sunt uariæ opin. ut refert Cy. vbi supra, Glo. enim communiter tenent, quòd hodie per ius Authenticorum, quod habetur in authen. qui semel. C. quom. & quan. iud. & in Auth. de liti. §. omnem. non sit locus mutationi libelli postquam in iudicio est productus, licet olim aliter seruaretur, quam. opi. multi sequuntur.

Alij dicunt, ut Odo. quòd hodie sicut olim sit locus mutationi, sed pro concordia iurium sic distingue, aut quis vult simpliciter renunciare, & potest, ut l. postquam liti, C. de pact. aut vult simpliciter differre, litem protelare, & non potest, ut in d. auth. qui semel. aut vult prosequi litem mutando actionem, & potest olim & hodie, ut d. l. edita. Ex quo patet secundum eos, quod d. l. edita, non
✻ est * hodie correcta, licet secundum Glo. contra, & hanc opinionem sequitur Iacob. Butr. & Mar. Sili. secundum quam admittitur mutatio usque ad litem contest. tantum, & non post; quia reus aliter grauaretur in uarijs expensis. Quid enim si super actione proposita deliberauit ipse reus cum aduocato, & procuratore, & sumptus fecit? si dicamus post litem contesta. locum esse mutationi, adhuc erit necesse redire ad aduocatum, & procuratorem, & subire nouas expensas, quod esset ualde inconueniens. Super hoc tamen articulo, uario modo est per tempore obtentum, & pronunciatum, ut referunt Doct. antedicti, tamen pro quod opin. Gloss. minus contineat absurditatis, & plus iuris, & æquitatis. Cum enim actor habeat amplum spatium in deliberando antequam libellum porrigat, & reus improuisus accedat, magis est fauendum illi opinioni quæ facit pro reo, quam pro actore, arg. in l. petendæ. C. de tem. in inte. rest. & in l. arrianus ff. de act. & obl. & in l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & in l. inter pares, cum si. ff.
9 de re iud. † Deinde quæritur, quid iuris sit de additione? Ecce actor propo. ut unam actionem in libello, uult po-
d stea aliam adducere uel cumulare, [d] quæritur an & quando possit, super quo sunt uariæ opi. tam Glo. quam Doct. ut refert Cyn. in d. l. edita, & Dyn. in cap. nullus pluribus, extra de reg. iuris libro sexto, & aliqui in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. & l. nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. Veruntamen considerare, quod in materia cumulationis est considerare regulas cumulationis prohibitiuas, & non regulas ipsius permissiuas. Regulæ quidem prohibitiuæ sunt tres. Prima est, quòd quando plures actiones quæ descendunt ex eadem causa electione tolluntur, non admittitur cumulatio, ut in l. quòd in hæredem, § eligere. ff. de trib. & ibi not. l. nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. Secunda est, si plures actiones sunt ibi contrariæ, non admittitur cumulatio, ut in l. 1. C. de fur. & l. eum qui, & l. contra maiores. C. de inoffic. testa. Tertia est, si plures actiones ita se habent, quod sententia lata in una, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia; non admittitur cumulatio, ut l. fundi, & l. fundum. ff. de excep. Quarum quidem trium regularum concursus simul non requiritur, ut cumulatio impediatur, sed sufficit quòd aliqua ipsarum locum
10 habeat secundum Dynum. † Ex his satis euidenter colligi possunt regulæ cumulationis permissiuæ, quia cognito uno de contrarijs cognoscitur & reliquum, ut Instit. de his qui sunt sui, uel alieni iuris, in princip. quæ similiter sunt tres prædictis omnino contrariæ, & quorum concursus copulatiue requiritur, ut cumulatio admittatur secundum Dyn. in d. cap. nullus pluribus. Prima est, ubi sunt plures actiones compatibiles, & non contrariæ, cumulatio admittitur. Secunda est, ubi sunt plures actiones quæ electione non tolluntur, admittitur cumulatio. Tertia est, ubi plures sunt actiones, quarum sententia lata in una non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, admittitur cumulatio. Sed secundum Dyn. ab utraque parte potest fieri una regula, si iungantur omnes tres simul hoc modo. Quando plures actiones electione tolluntur, uel sunt sibi contrariæ inuicem, aut sunt talis naturæ, quòd sententia lata in una pariæ exceptionē rei iudicatæ in alia, tunc non admittitur cumulatio; ut in primis iuribus alleg. supra pro hac parte. Secunda principalis regula est, quando sunt plures actiones cōpatibiles, & quæ electione non tolluntur, & in quibus sententia in una non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, tunc permittitur cumu-

cumulatio, ut in iuribus secundò alle. supra pro hac parte; sicq; erunt solum duæ regulæ, una pmissiua, alia prohibi-
11 tiua † Deinde sciendum est secundum Dy. licèt clarius q̃ per ipsum, quòd quò ad præsens attinet, quatuor sunt genera actionum. vnum est genus actionum diuersarum rerum, ex diuersis causis descendentium, & ad diuersa competentium. Exemplum in actione ex deposito pro pecunia & si. & in hoc genere admittitur cumulatio vsque ad lit. contest. secundum Gloss. quia in hoc casu concurrunt omnes regulæ permissiuæ & cessant omnes regulæ prohibitiuæ, ut probatur in l. si idem cum eodem ff. de iurisdict. om. iudi. & l. fin. C. de anna. excep. facit l. hæredes §. de pluribus ff. fam. erciscun. l. non est nouum ff. de actio. empt. & not. in glo. in cap. conquerente, extra de elect. in hoc con
12 ueniunt omnes Docto. † Secundum est genus diuersarum actionum ex eadem causa, & facto descendentium, & ad idem competentium, in quo genere non admittitur cumulatio. Exemplum patet in colono qui arbores succidit, contra quem plures dantur actiones, ut ff. arb. fur. cæs. l. prima. Ratio huius est, quia sententia lata in vna actione parit exceptionē rei iudicatæ in alia, ut ff. de excep. rei iudi. l. quarta, & ff. de iureiur. l. duobus. §. excep. & sic habet locum vna regula prohibitiua, de qua supra: sed huic multum repugnat, quod dicitur de actione hypothecaria, quæ potest cumulari cum principali, ut in Authen. de fideiuss. §. sed neque, colla. prima, tamen constat, quòd sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia. ut l. si deferente ff. quibus mod. pign. uel hi. tol. dic secundum Dyn. ut per eum no. in d. cap. nullus pluribus. Vel dic clarius secundum Cyn. quod aliquando sunt plures actiones æquè principales, quarum vna non dependet ab alia, & tunc non procedit quod supra dixi; aut sunt actiones plures, quarum vna est accessoria ad aliam uel dependet
13 ab alia, & tunc habet locum d. §. sed neque. † Tertium est genus diuersarum actio. ex eadem causa descendentium, sed ad diuersa competentium. Exemplum patet in furto, pro quo datur actio furti ad pœnam & condictio furtiua ad rem ipsam, ut in l. in re furtiua ff. de condi. fur. In quo genere dicunt quidā admitti cumulationem, ut l. si pro fure §. primo, ff. de condi. fur. & l. rei. cum seq ff. pro soc. & l. ancillæ C. de furt. Sed tu dic, quòd non admittitur cumulatio secundum Cy. & alios per regulam prohibitiuam, quæ est, quòd si sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, non admittitur cumulatio. d. l. fundi & l. fundum. ff. de excep. immo si actio proposita talis sit naturæ, quòd sententia lata in vna causa possit parere exceptionem rei iudicatæ super alia, differtur secunda in alio iudicio, ut in l. duobus §. primo, & §. si colonus. ff. de iureiur. & l. si duo. §. idem Iul. ff. eod. tit. & probatur in l. interdum ff. de pub. iud. & in l. secunda, ff. ui bon. rap. Nec ob. d. l. si pro fure, quia ibi non dicitur, quòd possunt
14 cumulari, sed quòd vna alteram non consumit. † Quartum uerò est genus diuersarum actionum ex diuersis causis descendentium, sed ad idem competentium. Exemplū ponit Gloss. in d. l. edita, quando tibi commodaui librum, & postea uolo dicere & cumulare, quòd deposui in genere; quia secundum Gloss. admittitur cumulatio. quæ opi. videtur probari per regulam quæ est, quod omnia uidentur permissa, nisi specialiter sint prohibita, ut l. necnon. §. sed quòd eis ff. ex quibus cau. ma. Secunda ratio est, quia non debet expectari tempus illud in quo idem sequeretur effectus, ut l. aliquando ff. ad Vellea. Tertia ratio est, quia pendente iudicio possessorio agitur petitorio, ut l. naturaliter §. nihil. ff. de acquirend possess. fortificatur per l. huiusmodi §. qui seruum ff. de lega. primò, & l. non est nouū ff. de act. emp. In contrarium determinat Pe. quia regula electionis impeditiua cumulationis locum habet hoc casu; de qua regula loquitur text. in l. nemo in § quoties. ff. de reg. iur. & in d. l. quòd in hæredē §. eligere ff. de tribut. Quæ regula fundatur alia ratione, ne sit in potestate actoris ipsum reum pluribus actionibus imbrigare & uexare; quod ergo prohibetur à principio, multomagis ex post facto, a. gum. in l. quoties. §. si creditor ff. de pœ. Facit q̃a sic est in criminalibus causis, ut in l. senatus ff. de accus. & in l. qui de crimine C. de accusa. quam opi. sequitur Cy. & ipsam puto ueriorem; pro qua uidetur text. in d. l. non est nouum, coniuncta glo ibi posita quæ idem sentit. Ad contraria dic, ut no per Cyn. in d. l. edita. Rursum quæro, an in casibus in quibus admittitur cumulatio, iuretur de calumnia super noua actione cumulata, & assignetur noua dilatio. Dic, quòd iurabitur super ea secundum Iac. Butr. arg. in l. qui bona. §. fin. de dam. infect. & dabitur reo noua dilatio si ex prima dilatione non potuit instrui super hac noua actione. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

✠ Hodie correcta. Adde, Ias. in §. si minus, num. decimotertio. Institut. de acti. & quòd l. edita, non corrigatur per Authen. qui semel. C. quomodo & quando, iud. not. Castr. in l. destitisse. ff. de iudi. Mas.

✠ Cumulatio. Adde, quę habetur infra. for. lib. act. hypoth. ver. ex memoratis causis. colum. quarta, vbi dixi, & quando pendeñ. iudicio admittatur cumulatio, uide Barto. in l. diximus. ff. de excus. tut. Masuer.

a Nil operatur. Adde Ful. consil. 139. Dec. consil. 187. col. j. Ber.

Adde Spec. in tit. de libel. concep. §. primo, uers. fin. Barto. & Doct. in l. edita. C. de eden. Ioan. de Platea. I nsti. de act. §. cumque eo. colum. fin. uer. sequitur quinta clausula, Ias. in §. omnium, col. 23. uersi. consueuit etiam, eod. tit. Felyn. in cap. ex parte. colum. 13. uersi. quintus casus, de rescrip. & ibi Dec. colum. fin. uersi. octauò & ult. Fely. in cap. inter dilectos, de fi. instrum. colum. sexta. uersi. in gloss. in uerbo addendi, in cap. pastoralis, de excep. & in cap. inter monasterium, colum. secunda, uersi. item de clausula libelli. de senten. & re iudica. Zilett.

b Mutatio. Adde, an & quando libellus possit mutari & emendari, & quid in ciuilibus, & quid in criminalibus. Io. Fab. in §. si minus, in princip. Instit. de act. & ibi Ang. Aret. & Ioan. de Platea, & Ias. col. 3. Ant. de But. & Panor. in c. significantibus. & ibi Fel. col. octaua. 9. & 10. de libel. obl. Zilet.

✠ Libellum obscurum declarare. Adde, Ias. in l. quicquid astringendæ, post num. octauū, ff. de uerb. oblig. vbi de declaratione libelli & an, quando quis cogatur de pluribus actionibus, uel facta diuisione vnius petitionis totum reducere in vnam, & vnum iudicium? Dic, quòd sic, ut per Bart. in lege, non est nouum, nu. tertio, ff. de act. emptio. Masuer.

✠ Mutatio. Adde, quòd ante litis contestationem licèt mutare formam libelli, teste Castr. in lege final. C. de codicil. quia ante litem contestatam non dicitur quis agere, sed agere uelle, vt per Dilec. de arte test. titul. vndecimo, cap. decimoseptimo, post numer. secundū, pract. Bald. tit. de extraord. quæst. 5. quinta, Ferrar. cautel. 34. ubi docet cautel. ad emendandum libellum, etiam post litem contestat. quam tamen non firmat pro constanti, cui adde, quòd illa quæ sunt de substantia libelli post litem contestatam: mutari non possunt, ex not. per Capel. tolos. quæst. 10. 310. Catel. uer. libellus defectiuus. Quam materiam latius examinat Ias. in §. si minus. num. decimo. institut. de actio. ubi distinguit tres terminos, conuenien. materiæ libelli, emēdare, mutare, cumulare, quorum differentias per exempla describit ibi d. §. num. vndecimo, de quo etiam per Doct. in lege naturaliter §. nihil commune, de acq. poss. quod autem libellus post litem contestatam emendari non possit communem dicit Rip. in l. edita, nu. 44. ubi Ias. nu. 43. C. de edendo, quæ cōclusio ampliatur etiam si sit in eo clausula

saluo iure addendi uel minuendi, quia mutari,minui uel addi non pt,Iat.d.l.editæ, nu.44. qui eñ addit uel detrahit dicitur rem nouam facere: quando per detractionem uel additionem res augetur,ut scribit Rom.consi.41. Alexan. d.l.edita,num. 12.Fely.in cap.quod super his 7.fall.de maior.& obed.nouam libelli mutationem, qui facit ad expen. ex primo libello factas tenetur, secus si alteratio libelli non inducit mutationem; ut not. Felyn. in capitul. ad audientiam,el secundo,numero decimoquinto, de rescript. mutans enim uel emendans libellum reficere debet reo expen quas subiit indebite propter talem mutationem & emendationem fatigatus.Bart. in d.l. edita,col.fi.qui licet voluerit hoc etiam procedere in minore,Doct.tamen contrarium sustinent,ex tex.in l.j.§.fin.ff. de eden. ut & scribit Nat.consi. 16.nu.2.lib.j. Ias.d.§.si minus. nu.10. quando autem dicatur nouus libellus,si additur uel detrahitur, uide Bar.in l. ius ciuile ff.de iust.& iur.accedit,ꝙ actor qui proposuit ineptam actionem uel inepto modo in ciuilibus: potest illam mutare usque ad litem contest.ut habetur in l.edita.C. de eden.in cap.examinata, de iudi. quod uerum est,nisi id quod actor uelit mutare:fuerit per prius per reũ in specie acceptatum, non autem sufficeret acceptasse in genere, uel si reus dicat accepto libellum in parte & passibus, pro me facientib. quia non releuat,opus enim est, vt in parte specifica acceptetur,secundum Aret.inst.de excep.in princ. col.23. ubi id etiam procedere dicit, in reo qui primò proposuit exceptiones ineptas,uel inepto modo formatas,quòd posit eas mutare,& aptas proponere & apto modo,de quo uide latius per eum ibi,quid dicendũ si actor in libello omisit unũ substantiale? puta agendo rei uendicatione,omiserit,quòd aduersarius possideret, uel desiisset possidere: an hoc posit in positionib.reparari,& dic, ut p Doct.in apostil.ad Bar.in l.j. §.inde scribit Neratius.ff.depos.ubi disputant ponẽdo exẽpla, & ibi referunt communem opi.quòd non posit fieri additio ad libellum post litem contest. Mauer.

c Mutare. Adde,moder.in l.edita.C.de eden. Specul. in tit. de libel.concep.§.8.uer.& quid si post,& in tit.de restit. in inte.§.5.uer.sed si. Ber. mutare. Adde de actionis mutatione quæ scribit Afflict.decisi.53.

Adde an & quando cumulatio sit admittenda Bart. Bald. Pau.de Cast.Alex.de Imo.Franc.Are.Clau.Aquẽ.Ias.May. Franc.Cur.Iunio.Dec.& Marc.Man.& alios in l.edita. C. de eden.Ioan.de Plat.Angel.Aret.& Ias.in §.si minus. Inst. de actio.Ludo.Ro.in l.2.§.item si in facto.col.3.uer.ut autem hu us,Alex.de Imo.in l.si idem,in prin.ff.de iurisf. om. iud.& Clau.Aquen.in l.j.in prin.col.2.nu.5.& 6.ff de vulga.& pupilla.Innoc.in c. in tantum. de collusio detegen. & ibi Abb.col.1.uers.extra gloss.Abb.in c.ex parte decani. col.3.uer.in gl.2.de rescri.& ibi Felyn.colum.2. uer. item duin notant hic,Abb.in cap.significantibus. col.pen. uer. venio nunc ad tertium,de libell.obla. & ibi Fely. colu.12. versic.circa materiam,Abb.in c.cum dilectus, in 1.no. de caus.pos & propriè.Ioan.de Ana.in cap. debet §. ad corrigendos,col.2.uer.an cumulato.de accu.Pau.de Cast.consi. 87.incip.in causa quæ uertitur, in 1.uol.& Aymo in consi. 41.nu.8 in 2.uol. Zilett.

d Vel cumulare. Adde Rom.consi.240

✱ Vel cumulare, Adde ꝙ cumulatio triplex est coæqualis,alternatiua, & subordinata,ut no.Doct.in apostil.ad Dy.in c.nullus pluribus,litera C.de reg.iur.li.6. Qua in materia vide Aym.consi.16.nu.8.lib.primo,Fely.in cap. significantibus,de lib.obla.& dic,quod ubi plures actiones oriuntur ex diuersis factis: possunt simul & semel intentari siue illę actiones sint omnes criminales,siue ciuiles, siue mixtę,teste Nat.consi.138.col.4.in prin.lib.j.qui refert Bal. in l.ad uersus C.famil ercis.fac.quæ scribit Bar.in l.non est nouũ ff.de act.emp.accedit regula, quòd cumulatio regulariter permissa est,nisi reperiatur prohibita,per glo.& Docto.in l.edita.C.de eden.Rip.responso 157.nu.4.& seq.Aym.consil.14.col.2.in prin.consi.16.nu.7.lib.j. Rip. respons.156. nu.3.nu.4.vbi de regula ordinis,& dic,quòd post litem cõtestatam seu habitam pro contestata: non potest cumulari noua actio in eodem iudicio, l. non potest uideri ff. de iudi.doc. d.l.edita.C.de eden. Nat. consil.171. col.pen. circa med.per rationes & iura ibi alleg.ꝗbus accedit. ꝙ agẽs duplici ex causa copulatiuè, & vna ex illis probata, concludat intentionem agentis: sufficit quòd vna probetur,& illa copulatiua inalternatiuã resoluitur,Bar.in l.Fulcinius §.cum hoc edictum ff. ex quibus caus.in posses.Dec.consi. 211. secunda col. vbi dicit,quòd cumulatio de diuersis remediis ex diuersis causis ad diuersa competentibus fieri potest, & in eodem libello possum petere 10.ex causa mutui,& 10.ex causa uenditionis, pro quo uide Aym.consil. 16.colum.4.num.7.& seq.lib.primo,Rom.consi.392.à nu. 12.vsque ad num.20. vbi quærit,an eodem libello cumulari possint duo iudicia, quando sic se habent, quòd vnũ est præparatorium ad alterum, & ibi distinguit casus, in quibus ea cumulatio non admittitur, de qua per Ias. in §. si minus.Inst de act.Fely.in capit.significãtibus,nu.21.23.de lib.obl. Rom.consil.240.colum.3.in prin.245.col.prima, vbi quòd omnis cumulatio censetur permissa nisi reperiatur prohibita,Dec.d.l.edita.num.59. Quid de cumulatione ciuili cum criminali,& dic, quòd regulariter nõ admittitur, per ea quæ scribit Aym.consi.120.num.7. Nat.consil. 407. num. 14 In qua practicabili cumulationis materia. Adde quæ uidi allegari in quadam causa sequeñ. uerbis,dico admitteñ esse cumulationem,quæ regulariter ꝑmissa est,ex quo non reperitur prohibita, l. necnon §. sed quod,eis ex quib.caus. maior. nec obstat ratio maioritatis actionis: quæ non admittit cumulationem actionum.l.ul. C.de ord.iud.l.per minorem, de iudi.Bar.in l.edita, n.16. C.de eden.etiam si ex diuersis causis,& ad diuersa competat,& nullo modo se tangant,ut ibi Bart. Quia respondetur,quòd Bar.loquitur quando proponeretur actio criminalis & ciuilis contra eandem personam, quia eo casu ꝓpter maioritatem actionis criminalis nõ admittitur actio ciuilis,quia ratione maioritatis,vna aliam tollit, sed in casu nostro proponuntur diuersæ actiones contra diuersas ꝑsonas, ergo cessat ratio ꝓhibitiua cumulationis,& cum hoc casu non reperiatur prohibita censetur permissa, Bar. d.l.edita,num.14. C. de eden. quòd autem querelans potuerit declarare suam petitionem: fac.text. in l. si quis intentione. ff. de iudi. vbi libellus in fauorem agentis interpretari debet.Dec.consil.200.in fin.ex quo sequitur, ꝙ nulla habita ratione assertarum expensarum petitarum ratione assertæ cumulationis, admitti debent capitula ipsius querelantis, quæ in dubio admittenda esse not. Doct. in lege si duo patroni §. idem Iulianus,de iureiur. Dec. consil.84.colum.fin.consil.162.pro qua materia cumulationis in causa ciuili,uel criminali uide Nat.d.consi.138. lib.primo,Rob.de ord.iud.cap.4. Lanfr.conclusione 287. & fac.quæ scribit Ias.in l.huiusmodi §. qui seruum, nu.15. ff.de leg.j. Mauer.

✱ Petens. Adde, quòd hæc annotatio impertinens est,cum nullibi appareat de hoc,uer.uel clausula, petens, saltem. In hunc sensum, pro qua tamen uide Aret. in §. omnium, colum.sexta,circa med.inst.de act. Rol. consil.79. nu.38. lib.primo,consil.41.num.26.lib.tertio. Ias.in l. naturaliter.§.nihil commune.num.191.ff.de acquir.posses. in l. petens,ex stipulatione. colum.secunda, num.quinto, & seq. C.de pac. vbi dixi, Nat. consil. 120. post Capel. tolos. q. 232. Rip.respon.188. num.3. & respons.seq.num.quinto, octauo, vndecimo. Guid. Pap. consil. vigesimoquarto, num.3. Rip.in lege quarta.§. hoc autem, num.200. ff. de dam.infect. Alexand.consil.112.91.lib.quinto, consi.19. lib.tertio, Felyn. in cap.pastoralis, de rescrip. Aquen.& Purp.in l.prima,de of.assessor. Fran. Aret.in l.edita C.de eden.in l.certi cõdictio.§.si nũmos, in fin. ff.si cert. petat. Mauer.

Petens

Petens super præmissis &c. Adde, quòd ista clausula semper debet poni in libello & est utilis, & operatur quòd secundum qualitatem probatorum, non autem deductorum fit condemnatio; ita Inno. & Bal. in c. 1. de ord. co. Imo in c. si cautio, de fid. instru. uersus finem, & dicit Ale. de Imo. in consi. 6. col. 2 uer. hoc probatur, in 3. uol. & d. meus Soz. in consi. 246 col. 2. in 1. uol. uersi. confirmatur, ubi ꝙ licèt conclusio libelli sit inepta, tñ sustentatur per talem clausulam ex narratis, aduerte tamen quia dicta clausula operatur in ambiguo & obscuro, non autem in casu claro, ita intelligit d. Mar. Sozi. in suo consi. 309. col. 2. uer. insuper, & dicit ꝙ etiã ita tenuit in c. 2. de lib. ob. arti. 13. q. 2. princ. ita etiam tenet d. meus Sozi. in consi. suo 199. col. 4. uer. difficultatem, & ibi ꝙ operatur quo ad remedia nõ autem respectu rei petitæ, & ꝙ operetur in casu claro, tenet etiam d. Fran. de Are. in consi. 17. col. 4. uer. non obstan. & Alexã. de Imo. in consi. 121. col. 4. uer. non obst. illud in 1. uol. Itē aduerte, quia talis clausula non operatur, ubi libellus cõtineret repugnantiam, uel cõtraria, adeo si esset narratum in causa testati non sustentaretur in causa intestati, ita Alexan. in d. consi. 121. & col. 4. & in consi. 110. col. 1. in princ. in 5. uol. cuius contrarium tenet d. meus Soz. in consi. 128. col. 2. ubi ꝙ libellus continens contraria sustentatur per talem clausulam: & ꝙ actor obtinet super eo, super quo iustitiam habet, & idem in consi. 160. col. pe. vbi ꝙ omnia censentur deducta quæ ex narratione facti colligi possunt, & in consi. 242. col. 2. uersi. ex quibus, ubi si est narratum in petitorio, & probatio facta in possessorio, actor obtinebit, & hoc etiam sequitur Alex. in consi. 16. col. fi. in prin. in 5. uol. hanc secundã opi. potes intelligere, qñ etiam esset instrumentum cum clausula, omni meliori modo, &c. quia tunc libellus continens contraria saluatur, & tenet Alex. in d. cõsi. 121. & in d. consi. 6. & prima opi. procedet in casu suo, scilicet quando simpliciter esset adiecta illa clausula, petens. Quæ no. pro pratica ultra dicta per Mod. in §. omniũ. Inst. de act.

SVMMARIVM.

1 Clausulæ, non astringens se ad probandum, efficacia.
2 Proponens plura disiunctiue uel copulatiue, tamen in diversis orationibus, non se astringit ad probandum omnia.
3 Actor in libello accusationis proponens factum cum qualitate, probando factum, sed non qualitatem, nunquid uideatur sufficienter probasse intentionem suam quo ad condemnandum.
4 Proposito facto simpliciter sine aliqua qualitate in accusatione, nunquid possit accusatio institui cum adiectione qualitatis.
5 Statutum disponens quod damnum passus ignorans malefactorem habeat regressum contra commune, & homines ubi est sita res damnificata, non habet locum ignorantia non probata.
6 Plura si adiiciantur uel apponantur in aliqua dispositione, an omnium requiratur concursus uel sufficiat alterum.
7 Disiunctiua seu alternatiua, quæ sit natura.
8 Natura dictionis seu.
9 Copulatiua, an requirat concursum utriusque ad hoc ut dispositio impleatur.
10 Natura copulatiuæ quæ sit.

a NON astringens [a] se ad probãdum. † Ista
1 clausula solet frequenter apponi tam in positionibus, q̃ in libellis, sed tñ ualde utilis est si apponatur in libello. Et est ratio, quia qñ proponũtur plura in libello tẽdentia ad probandum illud quod principaliter petitur, uidet actor in dubio se astringere ad probandum omnia simul coniunctim, nõ diuisim, quibus non probatis succumbere debet, ut in c. licèt cãm, & ibi ꝑ Io. And. extra de prob. & no. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi. nisi de contraria uoluntate agentis appareat, de qua constat ꝑ talem protestationem, ut dicit Io. And. & no. in d. c. licet, animus enim protestantis ꝑ hoc declaratur, ut in l. si duo. §. cum inquilinus. ff. uti pos. & l. ꝑ hærede, in prin. & §. Papi. ff. de acq. hær. de qua protestatione, & eius effectu plene tractat per Bar. in l. non solum, in §. morte. ff. de no. ope. nun. & per gl. & Io. An. in c. cum M.
2 Ferrar. extra de consti. & ego dicam infra tit. seq. † Itē non uidetur se astringere si plura proposuerit disiunctiuè, uel etiam copulatiue, tamen in diuersis orationibus, quorum quodlibet per se sufficiat ad probãdum intentionem actoris, verbi gratia ꝗ si actor dixerit in libello sententiam esse nullam, quia lata sit per falsos testes, item per corruptos testes, & similia, vt not. gl. in c. 2. extra de rescr. Et Bart. in d. l. diuus, secus autem si in eadem oratione plura coniunctim apponuntur. v. g. ꝗ dico tales testes corruptos falsum deposuisse, quia illo casu requiritur probatio omniũ qualitatum, nisi per protestationem uel alio modo appareat de contraria uoluntate, ut not. in d. l. diuus, & in l. si cui, in
3 fi. ff. de fun. instr. † Sed pro declaratione prædictorum forma talem. q. Ecce actor in libello accusationis proposuit, quòd Titius vulnerauit Caium cum armis, uel sanguinis effusione. Deinde probauit de percussione, sed non probauit de sanguine uel de armis, an sit Caius absoluendus? dicit Iaco. de Are. ut refert Cy. in l. 2. C. de proba. quod sic: quia non sufficit probare factum, nisi probet qualitas adie-
b cta ipsi [b] facto, ut l. denunciasse. §. quid tñ ff. de adult. & l. prætor §. hoc āt, uer. docere ff. vi bon. rap. Alij, ut Gui. dicũt ꝙ potest fieri condemnatio: quia sufficit probatum esse ipsum factum, licet qualitas non probet, a g. l. bouē. §. aliqñ. ff. de ædil. edict. Bar. āt in d. §. quid tñ, aliter distinguit, & sic. Aut defectus qualitatis propositæ facit uideri aliud esse crimen ab eo quod tueat propositum, & tunc ex tali processu qualitate non probata non debet sequi absolutio, ut in d. §. quid tñ. Aut non facit uideri aliud crimen, & tunc aut defectus illius qualitatis inducit diuersitatem pœnæ, & condemnationis, & tunc si quidem mutata sit qualitas & detracta pendente iudicio, quod fieri põt, ut l. in delictis §. si detracta. ff. de nox. & tunc põt sequi condemnatio. Si verò non sit detractio facta, tunc debet sequi absolutio. Si āt qualitas non duxerit alterationem pœnæ, tunc indubitãter sequi debet condẽnatio, ita intelligat d. l. bouem. §. aliquãdo, quia illo casu uerba libelli pñt adaptari ad vtrãque actionem tam redhibitoriam, q̃ quanto minoris. Aduerte tamen eo casu quo supra dixi ꝗ qualitate non probata dēt reus absolui ꝗ ꝙ poterit in nouo iudicio repeti accusatio sine qualitate, dumtamen absolutio non esset facta super principali facto tanquam nõ ꝓbato, argum. in l. habebat,
4 in prin. ff. de inst. † Sed quid dices in casu conuerso. pone quòd in accusatione proposuit factũ simpliciter sine adiectione qualitatis, & lata est sententia absolutoria, an nouo in iudicio poterit institui accusatio cũ adiectione qualitatis? dicit idem Bart. ubi supra. Aut ista adiectio qualitatis alterat delictum quò ad eius essentiam, & tunc poterit de nouò proponi accusatio, arg. in l. cum quæritur. ff. de exce. rei iud. Aut nõ alterat delictũ, sed sola pœnã vel cõdemnationem, & tunc aut absolutio prius facta fuit super principali facto, & tunc non admittitur ulterius accusatio. aut fuit facta absolutio respectu qualitatis non propositæ, & tũc poterit accusatio repeti, ar. d. l. qui habebat, in prin. & l. 1. §. 3. ff. si fam. fur. fec. dica. & quæ dicta sunt in
5 libello criminali, locũ habent in ciuili. † Et ex his potest colligi decisio ad illam quæstionē. Ecce statuto ciuitatum Lombardiæ cauetur, ꝙ si fuerit damnum illatum in bonis uel in possessionibus alicuius & ignoret persona q̃ damnũ intulerit, ꝙ commune & homines loci super cuius territorio sunt sitæ ipsæ possessiones, teneantur damnum emendare. Certè non poterit rectà uia agi contra cõe & homines,
c nisi prius constiterit ꝙ malefactor ignoret, [c] quæ tñ ignorantia circa malefactorē est faciliter probabilis, videlicet ꝑ sacramentũ actoris seu dãnum passi. vt no. p gl. in l. si cui §. iisdem ff. de accus. & facit l. uerius ff. de prob. Scientia āt posset hoc casu dupliciter probari verè, & ꝑsumptiuè; verè āt probari posset ꝑ eos qui uidissent. Præsumptiue ꝑ ea quæ dicunt à uicinis; quia præsumitur, quòd vous vicinus facta alterius non ignoret. ut cap. 2. extra de præsump. uel ꝑ famam publicam hoc ꝑdicantē, ut l. 5. C. de peric. tuto.

Rursum scire debes, quòd si essent diuersa delicta ex diuersis factis descendentia, cessarent quæ dicta sunt supra, & liceret lata sententia absolutoria super vno, instituere nouã accusatione super alio, ut l. nunq̃. plura. ff. de priuat. delict. & l. senatus ff. de accu. secus si sit idem delictum, ut in l. licet, in fi. ff. nau. cau. stab. & ibi plenè not. Pro declara
6 tione autem pleniori omnium reuocatur in dubium. † si plura adijciuntur uel apponuntur in aliqua dispositione, an requiratur omnium concursus, uel sufficiat alterum? Et breuiter secundùm theoricam Bart. & communiter omnium, ut per eum nota. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. distingue sic. Aut in dispositiõe apponuntur plura alternatiue, seu disiunctiue, aut copulatiue. Primo casu aut est propria & stricta alternatiua, & tunc alterum sufficit interuenire quò ad implendam dispositionem, ut in l. illud aut illud. ff. de constitu. pecun. & l. illud aut illud. ff. qn̄ dies leg. ced. & l. si hæredi plu. es. ff. de condit. institut. cum simil. Aut est alternatiua impropria, quæ aliquando ponitur pro coniunctiua, & dic ut dicam in copulatiua. Secundo casu principali, cum plura ponuntur copulatiuè, subdistingue. Aut est copulatiua propria & stricta ueniẽs ad terminationem alicuius extremitatis, & tũc requiritur concursus omnium copulatiuorũ, ut in d. l. si hæredi plures. Aut est copulatiua impropria, quæ ponitur pro di-
7 siunctiua, & tunc dic vt infra dicetur in disiunctiua † Vidẽdum est itaque per se singulariter de singulis, & primo de natura disiunctiuæ seu alternatiuæ, in quo articulo sic distingue. Aliquando alternatiua profertur à lege, & tunc aut est alternatiua plurium factorum seu terminorũ, quorum occasione certum quid est principaliter per legem dispositum, & tunc stat propriè in sui natura & uerificatur in qualibet parte sui. ut in l. j. ff. ad l. Cornel. de sica. & in l. prima, ff. de pari. cum simili. Fallit secundum aliquos in casu. l. 5. ff. de aur. & arg. leg. Vel dic, & uerius, quod ibi loquitur in alternatiua hominis, de qua infra dicetur. Aut est alternatiua plurium qualitatum uel pœnarum respectu eiusdem facti seu dispositi, & tunc aut talis alternatiua continet repugnantiam, & tunc impropriatur & uerificatur tantum in vno solo assumendo illam partem, quæ uitio caret. vt in l. ubicunque. ff. de fideiusso. & l. sed & si decesserit, in fi. ff. de contratabu. l. ea lege. C. de condi. ob causam. vbi autem non continet repugnantiam, tunc stat propriè & uerificatur in vno solo. vt in l. si fugitiui. & in l. quicunque C. de seruis fugiti. & in auth. sed nouo iure C. de epis. & cler. & l. 1. §. expilatores ff. de effract. & expila. Et hæc distinctio procedit in alternatiua prolata à lege communi. In ea uerò quæ profert à statuto dic, quòd illa stat propriè & in sua propria & stricta natura; quia statuta sunt stricti iuris, & debent intelligi propriè, ut uerba sonant, ut plene nota. in l. omnes populi ff. de iusti. & iu. e. Secundo casu principali, uidelicet cum alternatiua profertur ab homine, & tunc aut ponitur inter res uel alias qualitates super quibus disponitur. Aut inter personas, in quas dispositio confertur. Primo casu, aut apponitur disiunctiua, quæ natura sui tam sensum quam uerba disiungit, ut est dictio,
d vel, [d] & similia; & tunc stat propriè & sufficit alterum interuenire regulariter, ut in l. plerunque, in fin. ff. de iur. dotium. & l. si quis ita stipulatus, in fine & l. si ita quis ff. de verbo. oblig. & l. cum illud aut illud. ff. quando dies lega. ced. Fallit ubi intentio disponentis aliter se haberet, ut in l. Lucius, in §. 2. ff. de hæredi. instituen. & in l. sæpe. ff. de uerbo. significa. Aut apponitur disiunctiua, quæ licèt uerba disiungat, sensum tamen coniungit, ut est dictio, seu & siue; & tunc aut dispositio est facta in ultima uoluntate, & tunc eius fauore resoluitur in coniunctam, & sic impropriè ponitur, ut l. quintus, la 2. in fi. & l. si quis ita legauerit, in fin. & ibi no. per Bar. ff. de aur. & arg leg. Aut dispositio est talis in qua cessat fauor vltimæ uoluntatis, & tunc stat propriè; & idẽ dicendum in his quòd in aliis disiunctiuis, arg. l. si ita quis. ff. de uerb. obl. vbi ponitur dictio, siue, quæ idẽ significat quòd dictio seu, secundum Priscianum, ad quod facit l. protegendum C. de in lit. iuran. & per Archid. in ca. ego. 63. dist. & per Alber. in alphabeto sub litera S, dictione, seu. Secundo casu cum alternatiua ponitur inter personas, in quas dirigitur ac confertur ipsa dispositio, & tunc aut apparet de mente disponentis, q uoluerit haberi pro disiunctiua, & statur menti, & sic pro disiunctiua habetur, vt l. si Titio aut Seio ff. de leg. 2. Aut de mente nõ constat, tunc aut hæc disiunctiua seu alternatiua ponitur inter tales personas. inter quas si poneretur copula nõ posset operari in vim copulatiuæ, & tunc alternatiua stat propriè, ut l. fundus ille. ff. de contrahen. emp. & l. eum qui §. qui sibi, ff. de verb. obl. facit l. 1. §. si fructuarius. ff. de sup. ser. Aut posset operari in uim copulatiuę, & tunc aut ponitur inter personas grauatas, & stat propriè in sua natura, ut in l. si ex toto §. 1. ff. de leg. 3. Aut inter personas honoratas, & tunc aut inter eas non cadit affectio ordinata, & tunc stat propriè in sui natura, ut l. cum pater. §. pen. ff. de leg 3. aut inter eas cadit affectio hæc, & tunc alternatiua stat impropriè, & ponitur pro coniunctiua, ideoque concursus requiritur vtriusque, ut l. cum quidã. C. de uerb. sig. & ibi de hac materia plenè per Cy. Ex quibus patet q l. item si seruus. §. ul.
8 ff. de sup. ser. est hodie correcta secundum Pe. † Sed ultra prædicta attende aliquid noui pro intellectu dictionis, seu.
e [e] & d. l. si quis ita legauerit. & dic aliter distingui posse, & sic. Aliquando profertur alternatiua sub ista dictione seu, inter res eiusdem speciei. aliquando profertur inter res diuersæ speciei. Primo casu disiunctiua, seu, ponitur pro coniunctiua; quia videtur apposita causa ampliandi, & sic debet intelligi d. l. si quis ita legauerit. Nam ibi testator ita loquutus est, uinum quod est in tali loco, seu in tali fundo lego Sempronio; & sic patet q omne uinum intendebat legare, & erant res diuersæ eiusdem tamen speciei. Et ex hoc posset dici idem esse in quacunque alia dictione alternatiua, nec in hoc esse differentiam inter contractus & ultimas uoluntates. Secundo casu cum sunt diuersæ speciei, subdistingue. Aut alternatiua ponitur inter genus & species, & tunc ponitur pro coniunctiua, quasi ampliandi gratia uideatur apposita, ut d. l. quintus, in fi. ff. de aur. & arg. lega. Aut ponitur simpliciter inter diuersas species, & tunc stat propriè, ut in l. statuliberum. §. fin. ff. de lega. 2. facit d. l. si quis ita stipulatus, in fi. ff. de uerb. oblig.
9 † Condescẽdo nunc * ad copulatiuã, & quæro, an utriusq;
* concursus sit necessarius, ut dispositio impleatur? & in hoc sic distingue secundum Doct. præcipue Bar. ut no. in l. si is qui ducenta. §. utrum ff. de reb. dub. Aut copulatiua ponit inter contraria seu incompassibilia, & tunc impropriatur, & resoluitur in disiunctiuam, ut l. si Titio fundus ff de vsuf. leg. & ideo non exigitur vtriusq; concursus, sed alterum sufficit. Aut ponitur inter compassibilia, quæ aliquo respectu sunt idem. Aut inter ea quæ sunt diuersa. Si sunt idem aliquo respectu, tunc subdistingue, aut illa duo ita se habent, q vnum necessariò est ad aliud, & tunc abiicitur copulatiua, & fit resolutio vnius in alterũ, ut in l. 1. ff. de pac. ibi {Placitum & consensus} id est, placitus consensus; aut vnũ est genus & aliud species: aut vnũ est genus, & aliud indiuiduum. Primo casu dic, aut enumeratio specierũ præcedit ipsum genus, aut sequitur; si præcedit, tunc copula stat propriè, & auget, & vtrunque cedit in dispositione, ut l. hoc legatum, & l. ea tñ adiectio. ff. de leg. 3. Ipsum tamen genus restringitur ad alias species similes expressis, ut l. si. §. cui dulcia. ff. de vin. tritic. & ole. leg. & l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. Si uerò genus præcedit enumerationem specierum, tunc aut species enumeratur ab errante, aut à sciente. Si ab errante, tunc stat copula propriè & cedit vtrunque in dispositione, & specierũ numeratio nihil operatur, ut l. legata, in prin. ff. de suppel. lega. Si quidẽ à sciente, tunc subdistingue, aut facta est enumeratio specierum causa dubitationis tollendæ, aut causa limitationis, aut dubitatur. Primo casu cedit vtrunque in dispositione,

fitione, & uidetur facta enumeratio specierum ad maioré euidentiá, & sic copula stat ꝓprie, ut l. pediculis. §. Labeo. & l. quæ dubitationis. ff. de aur. & argen. lega. Secundo casu cum causa limitationis, tunc alterum cadit in dispositione, & expresśio generis nihil operatur, & copula stat impropriè, ut l. cum de lanionis. §. quidá. & l. Seio, in prin. ff. de fun. instruct. & in d. l. legata. 2. & 3 respon. ff. de suppel. lega. In tertio casu cum dubitatur, dic idem, quod in primo, ut utrunque cadat in dispositione, & copula stat proprie, & uidetur gratia dubitationis tollendæ facta specierum enumeratio, ut in d. l. quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fun. instruc. & ibi plenè per Barto. & per Dy. in regu. generi per speciem, extra de regu iur. lib. 6. Vbi vnum est genus, & aliud indiuiduum, tunc siue præcedat species, & sequatur enumeratio indiuiduorum, siue contra, copula posita inter ista stat impropriè, & nil auget, sed sola indiuidua cadunt in dispositione. l. hæres meus. §. 3. ff. de legat 3. & ff. de fun. instruct. l. cum de lanionis. §. si cui fundus. &
10 l. 1. §. item si ita. ff. de au. & argen. leg. † Dixi supra, quòd aliquando copula ponitur inter diuersa, ubi aduerten. ꝙ aliquando ponitur inter duo substantiua, aliquando inter duo adiectiua, aliquando inter duas orationes. Primo casu, vtputa si dicatur {Titius & Caius currunt: vel lego Titio & Caio} tunc copula stat propriè, ut in l. huiusmodi. §. Titio. ff. de lega. 1. & l. si duobus, eo. tit. & l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Secundo casu quando ponitur inter duo adiectiua. v. g. {Titius est albus & niger. vel lego Titio seruos textores & vernas.} & tunc aut copulantur respectu alicuius substantiui, & copula stat propriè & requirit concursum vtriusque, ut in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. Idem dic si copula ponatur inter aliquas qualitates respectu alicuius subiecti. verbi gratia dicit lex. {Quicunque vsus fuerit seruitute, & ea seruitus ad eum pertineat habeat interdictum.} Certè si hic turbetur in iure seruitutis nó sufficit probare, quòd vsus sit. sed requiritur quòd probet ius seruitutis sibi competere; ut colligitur, & habetur in l. 3. §. hoc autem interdictum a superiore. ff. de itine. actuq; priua. & facit l. fi. in §. ait lex ff. de repu. cum simi. aut non copulatur respectu alicuius subiecti, & tunc uidentur duæ orationes, ideo dic ut infra dicam. facit d. l. ea tamen adiectio. Tertio casu, quando copula ponitur inter duas orationes, subdistingue, aut per modum qualitatis & accidentis, & tunc copula stat propriè & requirit vtriusque concursum, ut in d. l. si hæredi plures ff. de condi. institu. & l. si is qui ducenta. §. utrum ff. de reb. dubi. & in l. si quis ita. ff. de uerborum obligatio. sic etiam potest intelligi. d. l. 3. §. hoc autem interdictum. Si uero copulat aliter, utputa principaliter ad aliud, & tunc non requiritur vtriusq; concursus, immo in quolibet copulatiuo uerificatur dispositio. vt l. 1. ff. de his qui no. infa. & ff. de testi. l. 3. §. lege Iulia. & ff. de sic. l. 1. cum simil.

ADDITIO.

✱ Ad copulatiuam. Adde, quòd quoties copulantur plures qualitates demonstratiuæ personarum, uel rerum, & quæritur utrum requiratur concursus earum uel non, dicendum est, quòd aut sumus in materia fauorabili: & non requiritur concursus, sed uerificatur sermo in qualibet per se, & hoc casu loquitur Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. si uerò sumus in materia stricta & exorbitanti, ut exorbitátia, & odium restringantur: Requiritur concursus copulatorum, teste Rol. consi. 79. nu. 45. & seq. lib. 3. de qua materia, an & quando copula requirat cócursum, vide Ro. consi. 104. 166. col. 3. in princip. Felyn. in ca. ex parte, primo, col. 9. uer. copula, de rescri. pulchrè Ias. in l. prima, colum. secunda, ff. de iustit. & iur. & copiosè in l. si quis ita. ff. de uerbo. oblig. ubi ponit reg. cum ampl. & limit. & ibi quid requiratur ad ueritaté copulatiuæ, quid ad disiunctiuæ, & quò ad materiam copulatiuæ vide exempla notab & ibi an copula posita in libello uel positionibus requirat probationem utriusque. Masuer.

✱ Non astringens, &c. Adde, quòd hæc clausula operatur, vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello, alias sine illa clausula succumberet: non probando qualitatem, dato quod probaret factum principale, secundum Abb. in cap. licet, col. 14. de proba. in cap. examinata, col. 4. de iudi. Rob. de ord. iud. cap. 31. num 17. de quo per Alex. consil. 6. col. 1. in fin. libr. tertio, & qui utitur hac clausula: apparet eum nolle recedere à regulis, & dispositione iuris communis, ut scribit Ofasc. decisione 134. num. 17. De qua uide quæ ponit Ias. in l. Diuus Adrianus. num. 19. 21. 22. & seq. ff. de re iud. ubi ponit exempla notab. Masuer.

a Non astringens Adde de hac clausula uidendum Alexan. consi. 61. 2. lib. & consil. 42. 3. lib. Barto. in l. circa. ff. de probat. & Bald. in c. significauit, de appel. & Alex. de Imo. in consi. 121. col. 4. in fi. in 1. uol.

b Adiecta. Adde in simi. quòd agens de vna causa & probàs de alia succumbit, ita Lud. Rom. consil. 110. in penul. colu. uersi. sed in ciuilibus clarum est. Paul. de Castr. consil. 205. in 3. col. & facit quod uoluit Bal. in l. 3. C. ut i pos. leg. in l. si ꝑfidis. C. de don. ante nup. & in c. super literis, in 2. col. de rescrip. ubi uoluit ꝙ iudex non debet recipere ꝓbationes quæ non descendunt ex libello. Io. Adde an qualitas sit probanda Ba t. consi. 228. incip. Catherina accusauit Ritá. & consi. 227. incip. Capitaneus. Alexan. consi. 1. & consi. 81. 3. lib. Anchar. consi. 309. Ro. consi. 167. & ꝙ qualitas apposita in libello sit probanda ultra prædicta, uide Alex. in consi. 79. col. 2. in prin. in 1. vol. vbi ꝙ si iurisdictio attribuitur alicui uigore alicuius qualitatis, illa qualitas debet probari, & idem in consil. 100. col. 2. uersi. oportebat, eod. uol. ubi qualitas requisita ad actum debet specifice probari, & idem in consi. 119. eo. lib. col. 3. in prin ibi si adiiciatur alicui rei uel facto, quod debet simul cum facto vel re probari, & in consi. 3. in 2. uol col. 2. & ibi ꝙ debet allegari & probari ante litem contest. & ad materiam, uide Barba. in consi. 42. col. 2. in 2. uol. & Feder. de Sen. consi. 162. & consi. 220. Mari. Sozi. in c. conquestus de fo. comp. & in c. 2. arti. 12. q. 2. prin. de lib. obl. & in c. dilec. art. 38. uers. 4. infertur eo. tit. & Alex. in consi. 76. col. 2. in 1. uol. & Flo. in l. 3. in prin. ff. ad l. Aquil. quod no. Cur.

✱ Qualitas adiecta. Adde, ꝙ qualitates in libello. Accusatione, uel articulis probatorijs adiectæ: alterant actionem, vel delictum intentatum, uel quæ necessariò sunt apponédæ: probari debent aliàs secus, ita not. Lanfr. conclus. 223. Aym. con. 196. plura in materia scribit Alex. cóś. 166. li. 7. Hypol. sing. 187. Capel. tolos. q. 144. Dec. cons. 256. col fi. circa med. Ias. in l. 5. §. in eú ff. ne quis eú qui, & dic ad qualitatem probandam nunquam uidetur quis se astringere: nisi quando qualitas mutat speciem actionis, uel exceptionis, uel facit aliquem admitti ad id, ad quod aliàs non admitteretur, teste Bal. in l 3. col. fi. in prin. C. de cond. indeb. qua in materia uide Rom. cons. 167. col. fi. consil. 110. ubi de delicto cum aliqua qualitate, puta noctis, ut crimen furti, cum qualitate manifesti, de qua qualitate præsertim agrauante delictum non probata uide Ias. in l. non solú. §. sciendum nu. 3. ff. de op. no. nunc. celi. in ca. 2. col. 12. ubi Dec. col. 5. de rescrip. Dec. in ca. licèt causam, num. 24. de proba. Paris. consi. 171. nu 18. lib. 4. Bos. de confes. nu. 44. & quid de qualitate ad intentioné probádá requisita, Ias. d. l. 2. §. in eum ff. ne quis eum qui, Dec. cons. 177. Alex. consi. 123. li. 7. Paris. consi. 97. lib. quarto. Quid de qualitate horæ deducta, non probata? & uide Bald. in l. secunda, col. fi. ver. ex quibus. C. de proba. Hypol. in rub. C. de proba. num. 440. fac. Angel. consil. 155. secundo dub. vbi succúbit actor, qui certo mense mutuasse dicit & ipsum mensem non probat, de quo ꝑ Fely d. c. 2. col. 11. uer. restringit, de rescrip. Ro. d. con. 110. col. 2. circa fi. vbi qñ probatio nó cócludit

secundum qualitatem crediti in libello deductam: sequi det absoluto. ia, & quid de clausula, quæ apponi solet in inquisitionibus? Super quibus omnibus & singulis, uide Rom.d.consil.110.col fi.per totam, de qua per Ang.tract. malef. uer. super quibus omnibus & singulis, uer. quartò est utilis, Socy.cons.178.col.pe.lib.2.Fely.d.c.2.colu.15 uer.quarta solutio, de rescrip.& in d.ca.licèt causam, col. antepen.5.limitatione, de prob. Quibus omnibus accedit, ꝙ inepta dicitur inquisitio, uel libellus quando non habet in se qualitates expressas, ex quibus delictum punibile resultet, ut concludit Rom.cons.144.col.1. Bart.in l.1. ff. ad Turpil. Anch.cons.271.primo dub.Ro.consi.152.colu.2. in fi.Dec.in l.unic.ante nu.41.C.de edic.di.Adr.in c.2.post nu.13.de rescrip.c.licet causam, nu.24.de proba.Bos.tit.de inquis.nu.75.Mysing.centuria prima obseruatione, 40 ubi quando probatio qualitatis facti sit necessaria, distingue, vt pe. eum, & Centuria 2.obseruatione 32.ubi quòd libellus est ineptus in causa criminali si careat loco & tempore, & d.Centuria 2.obseruatione 40. vbi quòd ualet libellus in criminali sine diei expresione, & ibi quid si reus pro suis defensionibus diem patrati criminis sibi edi petat? ꝙ teneatur accusator exprimere, licèt ea opi. sit dubia, ut per Rob.de ord.iud.c.31.num.13.& seq. Quando autem agitur super facto qualificato, dic, non sufficit illud probare: nisi omnes eius qualitates probentur, ut idem scribit Centuria 4. obseruat. 80. qua in materia notañ est ꝙ libellus in quo deducitur uiolentia ciuiliter: debet continere locum & tempus, ut scribit Rom.consi.191.colu.1. Fel. in cap.licet causam, pen.not.in fi.de proba.Gomes.inst. de act.in prin.post nu.44.& est communis, quicquid dixerit Socy.consi.109.lib.3. sed an huiusmodi libellus locum & tempus non continens sit nullus ipso iure? An uerò parte opponete? not.Gomes.& Socy.ubi sup. Mising.Cent.2.obser.32.ubi distinguit, ex Soc.cons.146.nu.13.lib.1.Dec.in l.edita nu.38. C. de eden.pro cuius materiæ complemento in materia qualitatis, illud etiam adde, ꝙ quando aliquid petitur ab aliquo ratione præexistentis qualitatis: quæ est facti, necesse est prius qualitatem illam probare, l. non ignorat.C.qui accus.non poss.Rom.consi.226.num.4. Qua in materia uide etiam quæ habetur infra for. inquis. ver.hæc est.col.5.Ias.in l.Diuus Adrianus.num.19.21.22. ff. de re iud. Masuer.

c Ignoretur. Adde Ro.consil.7.& Alexan.consi.24.2. lib.

d Vel. Adde de hac dictione, uel, Rom.consi.83. Raph.Cuma.consil.97.& 177.Alexan consi.111.3.libr. Angel. consil.28. & uide per Old.de multis dictionibus. consil.49. Ber.

* Dictio uel. Adde ꝙ hæc dictio apposita orationi, uel dictioni sumit pro saltē, l. stipulatus.§.adhiberi.ff.de fideius. Ro.sing.67. ubi ꝙ hæc dictio uel resoluitur in coniunctā, Alex.cons.94.col.5.lib.3.consi.22.col.3.lib.1. Ias.in l. Gallus.§. quid si recte col.6.uer.2.amplia.de lib.& posth. Mas.

e Dictionis seu. Adde Cal.consil 5.de uerbo.sig per Ro.consil.179.& 363.Alex.consi.193.2.lib. Ber.

Adde Pau.de Castr.in consi.217.col.2.in 1. uol. & consil.232.col 3.in 2.uol.Alex.de Imo.consi.22.col.2.& 3. in 1. uol.& consil.80.col.2.eo.uol.Corn.consi.98.num.4. in 3. vol.& consil.93.nume.2.in 4.uolum. Franc.Cur.iun consil.145.num.12.in 2.vol.Paris.in consi.7. nu.38.& 39. in 1. vol.consi.22.num.64 68.& 69.in 3.uol. & consi.42. nu.8. eo.uol.consi.101. nu.22.in 4.uol.& consi.117.nu.27. eod. vol.& Cæsar.Lamber.in tract.de iure patro. in 3.art. 1.q. prin.1.par.1.lib.nu. 10.& in 28.art.7.q.prin.prima par. 2. lib.nu 5. Zilett.

* Dictionis seu. Adde, ꝙ hæc dictio seu, est ampliatiua l. si quis ita, de auro & arg. leg. pro cuius declaratione uide Rom.consi.179.col.3.in prin.consi.65.col.fi.num.9. Quid de dictione siue, & dic, ꝙ restrictionem uidetur inducere, ex not.per Rom.consi.194.col.3.in fi.ubi Doct.in apostil. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Petitio, ut iuretur de calumnia, non est negligenda.*
2 *Nolens iurare de calumnia non cadit ipso facto à iure suo, sed per sententiam in eadem instantia ferendam.*
3 *Iuramenti non præstiti ratione non potest quis conueniri in alia instantia finita ea, in qua erat iurandum.*
4 *Actor uel reus qui fuit contumax in non iurando infra terminum, an possint purgare contumaciam ante sententiam offerens se iurare paratum.*
5 *Iurasse non sufficit de calumnia in causa principali.*
6 *Iurare de calumnia qui debeant.*
7 *Omißio iuramenti calumniæ, an uitiet processum.*
8 *Iuramentum calumniæ ex consuetudine non potest recusari.*
9 *Iuramentum calumniæ est credulitatis non ueritatis.*

1 PER Sacramentum calumniæ. † Hic aduerte, quia hæc petitio ut iuretur de calumnia non est negligenda; quia contumax in non iurando patitur pœnam magnam; nã reus habetur pro confesso, & actor cadit à iure suo, ut habetur in l.2.§.quòd si actor.C.de iuram. cal.
2 & in c.fi.extra de iuram.cal. † An autem cadat ipso iure? Dic quòd non, sed per sententiam super hoc in eadem instantia ferendam sine alio nouo processu, ut sentit gloss &
3 Cyn.in d.§.quòd si actor. † Quid igitur si instantia causæ sit finita, nec Iudex causæ aliquid pronunciauit super hoc quòd actor ius perdiderit, quia de calumnia non iurauit; an si postea ipse actor litem repetat in nouo iudicio contra ipsum reum, poterit ipse reus in isto iudicio nouo actorem repellere excipiendo contra eum ius suum perdidisse, quia non iurauit in priore iudicio; uel petere à iudice quod pronunciet ipsum ius suum perdidisse? uidetur quòd sic, arg.in l. Pomponius.§.si filia.ff.de inoffic.testa. In contrarium determinat Innoc.in d.cap. fin. extra de iura. calu.ea ratione, quia istud ius priuationis superuenit post lit. cont. pendente primo iudicio, ideo priuuit ad officiũ primi iudicis super eo pronunciare, ut l.ædiles aiunt.§.item sciẽdum.ff.de ædil.edic. quo officio finito consequenter est finitum ipsum ius ut l.terminato.C.de fruct.& lit. expen. & si actor non repellitur ab agendo, dicit tamen Innoc. ꝙ iudex primus, qui neglexit super hoc pronunciare, teneretur parti ad interesse, argu.l. sancimus, & quod ibi not. C.
4 de iudi. † Deinde quæritur, quid si actor uel reus fuit cõtumax in non iurando infra terminum, an poterit purgare contumaciam ante sententiam offerens se paratum iurare? Iac.de Aret. in d.§. quòd si actor, distinguit. aut interest aduersarij non iurare, quia forte lapsa sunt tempora probandi, & instat finis instantiæ, uel similia, & tunc non admittitur purgatio moræ, aut non interest aduersarij, & tunc auditur uolens moram purgare & iurarẽ, argum. in l.electio.ff.de nox.& in l.mancipiorum. ff. de option. leg. Facit quod not. in l.in insulam.ff.de uerbo.obligatio. Alij dicunt aliter, ut not. Cyn.in d.§. quòd si actor. hodie autem determinatum est per Canonistas quòd in quacunque parte litis ante sententiam potest iurari de calumnia, & sic admittitur purgatio moræ per text.in cap.primo, extra de iuramen. calum. lib.sexto, de iure autem ciuili tale iuramentum præstari debet & exigi immediatè post litem contestatam, & semel tantum & non pluries. vt habetur & no.in d.l.secunda, in princip.& in authen. princi-
5 pales.C.de iuram.calum.& in §.fina.eod.titul. Nunquid autem sufficit iurasse in causa principali? Dic quòd non, sed debet iterato iurari in causa appellationis, ut habetur & nota. in cap.appellationibus, in fin.extra de iuramen.ca-
6 lum. libr. sexto. † Sed quæ sunt illæ personæ, quæ iurare tenentur? Dic quòd primò principales, si per seipsos sunt in iudicio. Item aduocati & procuratores. Item tutor, curator & alij legitimi administratores, utputa prælati ecclesiarum & corũ syndici, ut in d.l.2. in princi. & §.

& §.quod obseruari.facit quod habetur in c.in pertractandis,& in c.imperatorum,& in c.cum causam.extra, de iur.cal.& in auth.principales.C.eo.tit.qui omnes tenentur iurare in animam suam propriam,ut in d.c. in pertractādis. Procuratores autem iurant in animam suorum dominorum. quando super hoc habent speciale mandatum; quia generale non sufficeret,ut est tex.in c fi.extra eo.tit.lib.6. & no.glo.in clem.non potest,eo.tit & Inn.in c.fin. præall. facit d.l.2.§. si autem absfuerit.immo etiam tenentur procuratores iurare in animas eorum proprias, ut hodie determinatum est in d. c. in appellationibus. † Sed quid si
7 iura.calum.non fuit præstitum in causa, an processus a vitietur & sententia? Dic sic secundum Hosti. & Archi. aut tale iuramentum non fuit exactum, sed ab vtraque parte omissum,& tunc ualet processus & sententia,ut in cap. 1. versi. propter omissum, extra de iuram.calu. lib.6. aut fuit petitum, sed non præstitum, & tunc uitiatur processus & sententia.in d.uer.propter omissum. Ad quod facit quod not.Arch.in d.c.2.& Spe.in eo.tit.§.sequitur. uer. & not.
8 † Sed pone quòd est consuetudo ne iuretur de calum.an b licitè recusabitur ne iuretur? Dic q non, b quia hæc cōsuetudo tanquam iuri contraria non ualet,ut in c.certum
9 extra eo.ti. & no.p Cy.in l.2.C.quæ sit lon.consue.† Vlti. not. q hoc iuramentum est credulitatis & non ueritatis, ideoque sufficit iurare,quòd credit se fouere iustam causam agendi uel defendendi,ut not.in d.§. quod obseruari. Illa autem,quæ in huiusmodi iuramento continentur, his versibus continentur. { Illud iuretur, q lis sibi iusta uidetur. Et si quæretur uerum,non inficietur. Vt lis tardetur dilatio nulla petetur. Nil promittetur, ut falsa sententia detur.} Cætera dic,ut not.Spec. eo.tit. Ista sufficiant, quæ sunt quotidiana,atque ideo memoriæ reducenda, ut l. legauit.ff.de lib.lega.Io.Pet.Ferr.legum Doctor.

ADDITIO.

✱ Per sacramentum calumniæ. Adde,q iuramentum calumniæ si non petatur tacitè remissum esse censetur & processus deinde factus ualebit,c.j. de iur.cal. in 6. Bar. & Bald. in l.fi.eo.tit. Host.in summa de lit. contest. nu. 3. Sed expresse remitti non potest, aliàs processus ipso iure nullus redderetur l.2.§.sed quia ueremur ubi Bar.& alij.C. de iura. calumn.est enim hoc iurām de iure naturali, & diuino exod.22.& cap.& si Christus,de iureiur.Perusi.in tract.de arb.cap.10. & si aduersarius plene suam intentionem probat de calumnia iurare non cogitur,Bald.in cap.2. de probat.Ias.in l.admonendi,ul.lect.num.81.de iureiur. Adde, q si in litis contestatione illud præstatum non fuerit: q in quacunque parte iudicij peti potest, teste Ias.loco præalleg.per capitu. 2. de iur.cal. etiam post conclusionem in causa Bald. in l.j.in fi.C. de iur.cal. Rob. de ordi.iudi. 6. par.actu primo,num.3.cuius contrarium uoluit gl.ulti. in fin. in cap.ex literis, de iureiur.scilicet post conclusionem calumniæ iuramentum præstari non posse,quam glo.à Doctoribus receptam dicit Cur.d.l.admonendi,nu.75. Sed de illo dicto Bald. d. capitulo 2. de prob.Iasan l.iusiurandum & ad pecunias,§. qui iusiurandum,pri. nō.dubitare uidetur, & etiam Catel.ue.b. iuramentum calumniæ, ad quod tamen conferunt,not.per Abb.& Fely. d. cap.2.& sic erit limitatio ad c.2.de iur.cal.in 6.ubi si iusiurandum hoc præstitum non fuerit: qñcunque à iudice deferri potest, quod tamen ante conclusionem præstari posse intelligitur ex supra alleg. Quid in procuratorē,& dic, q nomine proprio atque in ipsius animā de calumnia iurare tenetur,sed si speciale mandatum habuerit in animā domini iurabit, aliàs non posset sine speciali sm communem per Barto.& alios d.l.2.§.ul. Spec.eo.tit.§.restat, pro cuius materiæ conclusione.Adde, q iuramentum calumniæ, quotiescunq; à parte petitur:est de substantia iudicij,usq; adeò ut si illud non præstetur in quibuscunque causis etiā summarijs iudicium non ualebit,d.c.1.& est cōmunis,teste Seb. de null. ex desec. proces.num.29.qua in re illud notañ dicūt Doc. q ad iurandum de calumnia quis nō compellitur antequā exemplum actorum,petitum tamen,illi decretum & exhibitum fuerit. Accedit,q iuramentū calumniæ est de iure naturali & diuino teste Cur.trac.de iur.cal.§.sed n.9.& Perus.trac. de arb.lib 10.cap 10.nu 12.& à legislatore Moyse traditum,Exod.22.ca. et si Christus,de iuretur.sup.alleg. Mas.

✱ Procuratores. Adde, q procurator ad lites non potest iurare super ignorantia domini & hoc est regulare: q ea quę pendent ab animo non possunt explicari per procuratorē non habentem speciale mandatum, Bart.in l. inter stipulantem §.j.de ue.b.ob.Nat.consi.20.col.3.lib.3.Bal. in l. 2.§.fin autem C. de iur.cal.Alex.cons.118.col 3.nu.11.lib. 2.De quo plura not.Rob.de ord.iud.cap.38.nu.8. Qua in re dic,quòd si iuret procurator, hoc facit in animam domini,quo casu uide quæ scribit Osasc.decis.113.nu.11. c. fi. in mā respōns. ad positiones, ubi ponit quæstionē an p procuratorem positionibus responderi possit? & ibi nu.3. concludit q non, sed docet modū ac pract. respondēdi d. num.11. Quomodo autem de calumnia iurari possit, uide per Doc.d.l.2.§.ul.C.de iur.calum.Capel.tolos.q.132.ubi procurator cum mandato sic iurandi, tale iuramentum calumniæ præstare poterit,& hoc(ut iam dixi) in animam domini, ut not.Aufr.ad Capel.tolos.q.224.& hoc iure utimur. In hac patria,qñ autem præstari non debeat de necessitate iuramentum calumniæ, & quò casu, uide Lanfran. conclusione 38. ubi q tunc non requiritur quando proceditur per modum uoluntariæ iurisdictionis,item,quando est quæstio iuris, quæ non exigit probationes, & quando esset quæstio de re notoria, & simil.& quod dicitur de procuratore supra dic,quòd potest constitui ad iurandum in animam domini,& requiritur speciaale mandatum, cuius iuramenti formam ponit Inn.in c.præsentium, de testibus alleg.per Catel. qui refert casum,qui incidit ex facto in ciuitate Mediolani,uerb.procurator potest, quo in casu dictum fuit mandatum non ualere, sed in hac subalpina Regione si dominus litis absens sit à ciuitate, uel oppido in quo lis uertitur:& opporteat eum iurare,respondere cum iuramento uel offerre iusiurandum,aut aliud simile, comparet ille coram iudice loci,in quo uel habitat uel pro tēpore degit, & ibi respondet interrogat. possit, uel ponit cum iuramento calumniæ,uel interrogat,aut offert iusiurandum, & ad sic agendum procuratorem constituit in forma,& hoc iure & stilo vtimur,satis legitimo meo iudicio,quia mandatum speciale requiritur ad declarationem animi, & ea quæ latent in animo:non possunt explicari p procuratorem non habētē speciale mandatum, teste Alex. consi.78.num. 14.libr.5. cuius rei prac.satis copiosè docet Rob.de or.iud.c.38.nu.8. pro qua uide quæ uidi allegata in quadam causa sequeñ. uerbis. Iure communi procuratore debet habere mandatum speciale,imò specialissimum ad respondendum,Soci.consi.55.nu.8.libr.j. & licèt decretum uideatur id admittere: ut sufficiat coram ordinatio loci respondere,id debet intelligi secundum ius cōmune, dummodo legitimè talis responsio producatur, cum mandato speciali ad producendum testimoniales responsionis, & ita respondendum, prout etiam est stili satis notorij,arg l.1.C.de noxal. & statuta quantumuis præcisa recipiunt interpretationem à lege, Alex consi.30.nu. 5.lib.j.Nat.consi.172.nu. 14.lib.j. Qui modus respondendi approbatur etiam per præfatum Osasc d.decisione 113. num.11.secundum formam Ducal.decretorum huius patriæ lib.3. nu.16. Masuer.

✱ Per sacramentum calum. Adde Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum.ff. de iureiur.ubi plura in materia.

a Processus. Adde,Dom.de Rot.in antiqs decis. 660. incip. not. q in aliqua Bar.in l.de pupillo.§.quia opus.in prin.ff. de ope.no.nun.Math. in sing.64.incip.no.aliā cautelā.Ias.

 in l.

in l.iusiurandũ & ad pecunias.§. q iusiurandũ.circa princ. de iureiur. Corn.in consi.86.incip.cont a conclusionem. num.3.in 2.uolum.Phil.Fran.in c.1.p: opẽ fin.de iura. cal. lib.6. Thom.Ferra. cautel. 12. incipien. si quis mouet tibi litem. Dec in l.edita.col.6 uersi.succesiue quærit Bar.C. de eden.Affl.in prælud.constit. egni. Sicil.in 12.q. colu.3. uersic.sexta conclusio.& Excellentis. Mariæ.Sozi. iun. in consi.59.incip.uiso processu agitato.n.1. in 2.uol Ziletr.

b Non.adde Rom.in sing.suis.428.incip.tu habes in l. rem. Bern.

✻ Quòd non. Adde, quòd dictum Papiẽ. hic, procedit iure communi,pro quo uide Catel.uer. iuramẽtum Cal.Capel.tolos.q.108.q.114. Mathes sing.64.Cur. in l. admonendi,num.2.ff.de iureiur. & an ualeat statutum uel consuetudo disponens,quòd iu. amentum Cal.non præstetur, & dic,quòd Mathes.sing.65.tenet quòd non, Quid si consuetudo disponat, quod aduocati non iurent de calumnia an ualeat,& dic,ut per Ias.in l.rem non nouam,col.3.C.de iudi.vbi concludit non ualere,cui adde, Ferrat cautel.12. Rom.sing.428.ue um in hac subalpina patria Aduocati rarò aut nunquã iurant de calumnia, sed procuratores de quo uide Capol. cautel.119. Mathes.d.sing.65.Ias. in lege cum quid 2.lect.num.19.ff. si cert. pet. ubi quòd tale iuramentum non potest expresè remitti, nec ualeret consuetudo in contrarium disponens,c.cęterum,de iur.cal.& tamen tacite remitti potest,qua de re uide quæ scribit Bar.in l.quoties.C.de priuileg.Schol.lib.12.& fac.quæ idem Ias. ponit in l.3.nu.11.ff.de fer.ubi de ratione diuersitatis quare iuramentum testi remitti pósit de consensu partium, non autem iuramentum calumniæ,uide ibi,ubi plura congerit & in l.si quis quempiam.nu.2.ff. si quis caut.in l. iusiurandum & ad pecunias.§.qui iusiurandum,num.3. ff. de iureiur.ubi quòd licèt iuramentum de ueritate consensu partium remitti pósit,l.remitti.ff.eod.tit. secus tamen est in iuramento calumniæ , cuius iuramenti Prac. ac materiam uide latius declaratam per eum ibi. Masuer.

De declinatione Iurisdictionis alicuius iudicis, & de allegationibus suspicionis.



CORAM vobis suprascripto domino Vicario comparet & se psentat Ioan. de Oleariis nomine & occasione cuiusdam asserti libelli nuper coram uobis, (vt dicitur)pro ducti & oblati per Andrinum de la Corona,contra & aduersus ipsum Ioan. ac nomine & occasione omnium & singulorum in eo contentorum. In quo quidem asserto libello inter cætera dicitur contineri &c. ac etiam nomine termini per uos dicto Ioan.asignati ad respondendum ipsi asserto libello,& omnium quorumcunq; exinde secutorum,dicens excipiẽdo (cum debita reuerentia)opponens & proponens ipse Ioan.uos non fuisse, nec esse iudicem competentem inter ipsas partes,& super causa,& quæstione, de qua in ipso asserto libello fit mentio, tam inspecta conditione personæ uestrę,quàm conditione & statu ipsarum partium ac etiam & qualitate ipsius causæ,prout apertius in iuris allegationibus demonstrabitur; & nequatum appareret uel appar ere posset uos esse in hac causa iudicem competentem,quod non credit,dicit & pponit idem Ioan. nos fore ipsi Ioan. & esse meritò iudicẽ suspectum,& maximè causis & rationibus infrascriptis.Et primo,quia ipse Ioan.non est de iurisdictione uestra, cum sit clericus tonsuratus, & uos domine uicarie estis frater prædicti Andrini, & inimicus dicti Ioan.necnon & similem causam agitis in facto uestro , & aliis rationibus & causis suis loco & tempore proponendis. Protestans iam dictus Io.in principio, medio atque fine præsentis comparitionis & oppositionis, q per præsentem actum uel comparitionem seu aliquam aliam uel alium quem seu quam ipsum Io. facere contigerit in futurum,non intendit, nec vult in uos tanquam in eius iudicem competentem aliqua liter consentire,quinimmo cum omni reuerentia uestram iurisdictionem, & audientiam tanquam iudicis incompetentis & suspecti,omnino declinat. Petens ex nunc,inquã tum appareat uos esse iudicem competentem , suprascriptum Andrinum compelli ad arbitros iuris eligẽdos, qui de dicta suspicione cognoscant,& decidant, p. out utriusque iuris ordo exigit & requirit. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio declinatoria iudicij quando opponitur.*

CORAM vobis. Quia solent oblato libello ante litem contest.opponi exceptiones declinatoriæ iudicij, quæ post lit.contest.non admittuntur. † vt in l. fi. C.
1 de excep.& in c.inter monasterium,extra de sent.& re iudic.meritò igitur post libellum præcedentem subiungitur hæc contradictio, quæ duo in se principaliter cõtinet. Primo exceptionem incompetentiæ iudicis ex defectu iurisdictionis. Secundò exceptionem suspicionis ex defectu amoris. Inter quas exceptiones est differentia, ut infra patebit.

ADDITIO.

✻ Exceptiones declinatoriæ. Adde,an exceptio declinatoria post litis contestationem opponi posit? & dic, q licèt opponi debeat ante litem cõtestatam.l.ul.C. de excep. l. peremptorias.C.sent.rescind.non posse, limita tamen nisi declinatoriç exceptiones pacto uel conuentione coarctatę:uel alteratæ essent, quia tunc etiam post litis contestationem opponi possunt,teste Mysing.centuria.4. obseruatione 27.Guid.pap.q.275.n.3.cui conuenire uidetur quæ scribit Lanf.. conclusione 67. ubi limitationem ponit ad dictam reg.nisi talis exceptio redderet iudicium retro nullum aut funditus eradicaret iurisdictionem ipsius iudicis. Quia tunc opponi potest quandocunque,super qua exceptione incompetentiæ expresè pronuntiandũ esse dicunt Doct.& hoc est,antequam procedatur super principali qñ citatus non comparet , nec est iurisdictioni citantis submissus,& causa in citatorio non est expressa.Aliàs processus non tenet, si uerò citatus comparet , & contra citantis iurisdictionem opponit : sufficit iudicẽ ad ulteriora procedere: quia ex eo uidetur se competentẽ tacitè p onunciare & exceptionẽ repellere , nisi citatus cõparens petat expresè pnunciari super ipsa exceptione,quia tunc ante omnia debet expresè pronunciari , aliàs processus redditur nullus,qua de re uideri põt,quę idem Lanfr.scribit cõclusione 89.ubi plura de hac exceptione , & quid quando simul & semel opponuntur dilatoria,scilicet,& declinatoria, & dic, quòd per hoc non inducitur prorogatio, quia declinatoria intelligit prima in intellectu secundum Bar. in l.quidam consulebant ff.de re iudi. Quid autem quando iudex opposita fori declinatoria se ingerit,contendendo pro sua iurisdictione ac si esset pars , & dic , quod non potest tanquam suspectus cognoscere , an sua sit iurisdictio,teste Lanfr.conclusione 159. ubi plures casus enumerat,in quibus non posit iudex cognoscere qua de re uide etiam imbertum in enchiridio iuris galliæ uer. iudex non potest,ubi etiam quando auocetur lis ab inferiore ad superiorem iudicem. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Tenor libelli in prima responsione est repetendus.*

DICITVR contineri. Hic nota.q utile est semper repetere in prima responsione,† quæ fit in libello,
1 eius tenorem uel effectum,ut inquit Imperator in l.ut responsum.C.de transl.l.precib.C.de impub. & aliis subst.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Reus per quæcunque exceptionem, præter declinatoriam, in iudicem consensisse videtur.*
2 *Exceptio declinatoria, si quis in instrumento promisit, quòd ubique locorum & coram quocunque iudice possit conueniri, an opponi possit.*
3 *Reus si non inueniatur in loco debitæ solutionis, non erit remittendus ad ipsum locum.*
4 *Exceptio incompetentiæ omissa ante litem contestatam, an postea possit opponi.*
5 *Iudicium tenet si opposita declinatoria ante litem contestatam iudex processerit, nisi pars appellauerit.*
6 *Iudex incompetens ex quibus causis quis dicatur.*
7 *Agitata coram iudice re uera incompetente, sed secundùm communem opinionem reputato competente, ualent.*
8 *Iudex secularis, an incidenter possit cognoscere de crimine usurarum.*
9 *Forum Rei multiplex, eligitur per actorem.*
10 *Iurisdictio delegati ratione incompetentiæ, quot modis valeat declinari.*
11 *Minor an possit esse iudex ordinarius.*
12 *Minor 25. ann. non possit esse iudex delegatus.*
13 *Iudex est incompetens ex lapsu temporis ad ferendam sententiam sibi in delegatione præfixi.*
14 *Iudex opposita exceptione incompetentiæ sui, an ipse uel superior de ea cognoscet.*
15 *Processus factus per iudicem incompetentem ratione personæ sitæ, uel causæ, vel litigantium, vel delegationis, cui non opponitur, valet, præterquam in clerico.*
16 *Princeps concedens aliquid indigno uel incapaci, videtur cum eo dispensare.*
17 *Episcopus excommunicatum scienter ad ordinem promouens, nõ per hoc ipsum absoluit, nec cum eo dispensat.*

a NEC fuisse iudicem a compe. &c. Ecce.pri
ma exce.quæ respicit ineptitudinem iudicis
1 ex defectu iurisdictionis. † Quid igitur si
hæc exceptio non fuit opposita ante litem
cõtestatam, sed fuerũt oppositæ aliquæ aliæ
exceptiones peremptoriæ, uel dilatoriæ, an
b reus videatur iudicem approbasse? dic quod sic, b ut
in l.sed & si susceperit, in prin. & ibi no.ff.de iud.& in cap.
inter monasterium, de sen.& re iud.licet per solam satisdatio
c tionem de iudicio sisti c non videatur iudicem comprobare, ut in auth.offeratur.C.delit.contest. nec per petitionem copiæ libell.ut in lege non uidetur. ff. de iudic
2 † Quid autem dixeris, si reus promiserit, ut fieri quotidie
d solet in instrumentis, quòd possit ubique locorum d coram quocunque iudice conueniri, an tunc poterit declinare iurisdictionem iudicis tanquam incompetentis? Breuiter in hoc distingue secundum Doct. Aliquando uerba promissiua sunt relata ad modum seu formam conueniendi tantum, aliquando sunt relata ad modum soluendi. Primo casu aut intercessit simplex & nuda conuentio, aut solemnis stipulatio; si nuda conuentio intercessit, tunc non operatur, nec releuat; quia licet pœnitere, & contrauenire, ut l.si conuenerit. ff.de iuris.om.iud.& ibi per Bart. si verò interuenit stipulatio, tunc etiã idem, saluo tamen quòd hoc casu cõtrafaciens potest conueniri ad pœnam, uel interesse, arg.l. diem proferre, in fine.ff.de arb. Secundo casu principali cũ verba sunt ad solutionem relata, ut si quis promisit in aliquo loco certo uel in pluribus se soluturum, ut fit in instrumentis, & isto casu subdistingue, aut promisit in quolibet loco, in quo melius placuerit actori, & tunc nil releuat talis promissio vltra ius commune, quia intelligitur facta sub hac conditione, videlicet dummodo ipsum reum non trahat extra suum domicilium, arg. in l.Meuia, in fine. ff.de ann.leg.& de ope.li.l.si patronus. Aut promisit soluere in quocunque loco ubi fuerit inuentus, & tunc ubicunque inueniatur conueniri potest, quia ibi contraxisse videtur, ut not.Innoc.in cap.dilecti, extra de foro compet. ad quòd facit.l.contraxisse.ff.de act.& obl.& l. Titium & Meuium.

3 §.primo ff.de admi tuto. † Sed quid dices, si non inueniatur in loco destinatæ solutionis, an erit debitor remitten-
* dus * ad ipsum locum sicut fit remissio in delictis? dic breuiter quòd non, & in hoc differunt contractus, & delicta, ut plene traditur in l. hæres absens, in prin.uer.proinde. §. de iudic.& in cap.Romana, in §.contrahentes, extra de fo. cõpet.lib.6.nisi forte in instrumento renunciatum sit priuilegio fori, ut communiter fieri solet, quo casu locus esset remissioni secundum Barto.ut ipse no.in l.prima, ff.de siquis
4 in ius vo. non ier. & in dicta l. hæres ab sens. † Rursum quæritur, pone quòd hæc exceptio incompetentiæ iudicis fuerit omissa ante lit. contest.an postea poterit opponi? uidetur quod non, per dictã l. fin.& d. cap. inter monasteriũ. latius tamen prout ibi not.sic distingue, aut hæc exceptio fuit scienter omissa, aut ignoranter. primo casu non auditur ulterius, quasi videatur semel iudicem approbasse, ut in dicta l.ad finẽ, ad idem facit l.1.ff.de iud.& quod no.per gl. in d.l.sed & si susceperit. Secundo autem casu poterit oppo
e ni etiam post sententiam, e ut in l. si per errorem. ff. de iuris. omn.iudi.& l.fin.C.si à non compe.iud.& no.in dicto
5 cum inter. † Quid si pars opposuit incompetentiam iudicis ante lit.conte.sed nihilominus iudex in causa processit, an tenebit iudicium? dic quòd sic, nisi appellauerit, quod facere potuit, sed si non appellet, uidetur iudicem approba
f re, & ipse iudex tacite præsumitur ultra procedendo f se pronunciare iudicem competentem, ut hæc habentur in c. si à iudice, extra de appe.li 6.c.ex parte, extra de app.& no.
6 per.Bar.in l.1.C.de or.iu. † Quæro quibus ex causis quis dicatur iudex incompetens? Ad quod breuiter sic respõde, quòd tribus generalibus causis. Primò ratione alicuius
* uitij * vel defectus cõsistentis in ipso iudice. Secũdò, ratione naturæ & conditionis causæ. Tertiò ratione alicuius qualitatis personæ ipsius Rei, uel actoris. De primo patet
* exempla multa, videlicet in infame, * quia nõ potest esse iudex, ut l.1.& secunda, & plene per gl.C.de dig.li.12.& l.prima C.de infa.lib.10.& ff. de of.ass.l.liberti.& tangitur per Inno, in c.cum super abbatia, de offi.deleg. Item in ex-
g communicato g quia ciuilibus actibus excluditur, ideoque iudex esse non potest, ut in cap.pia, extra de exc. li.6.& in c. licet, in fine.de sen.excom.libro 6.facit tex. in ca. miramur 24. quæst.prima, & no.per gl.in l.prima C.de iu.& fac.ign.
h Idem in muto & surdo à natura, cœco, h furioso, pupillo, fœmina & seruo, qui iudices esse non possunt, ut habetur & not.in l.cum prætor, in fin. & l. cœcus ff. de iudi. Idem dic in minore 18.annis, ut l quidam consulebat. ff.de re iu.
7 de quo latius infra subijciam. † Quid si iudex erat seruus, uel surdus, uel minor inspecta uera ætate, licet communi opinione reputaretur liber, uel audiens, aut maior, an agitata per eum, coram eo ualebunt? Dic quod sic, ut habetur in l. Barbarius.ff.de offi.præto.& ibi per Doct. & in l.si arbiter C.de sent. & inter.om.iu.& ibi no.per Iac.Butr.& uide quod idem Bar. no.in l.fina.C.si ser.ad li aspira.lib.10.Item pa-
i tet exemplum de aduocato i causæ, qui si postea fiat, prætor, non poterit de ipsa causa cognoscere, ut l.prætor.ff.de iuris.om.iud.& l.fin.in fi.C.de asses. Circa secundum principale patent exempla in causa fiscali, quæ solum tractari debet coram procuratore fisci vna cum præside ut l. secunda C.ubi causa fisca. Item in causa feudali, quę coram domi-
k no feudi k regulariter est tractanda. ut in ca. primo, §.fi. de probi.feu.alie.per Fride.collat.10.et in cap. primo, an apud iu.uel do.cap.feu.termi.debe.et ibi per Iac.de Bel.et per Innoc.in cap.cæterum.extra de iud.& in capit. verum. extra de fo.compe.& Gof.in summ. extra de foro compe. §.& nota quòd quæstio feudalis. Item est exemplum in cau
l sa decimarum, l & matrimonij, m quæ solum coram iudi-
m ce ecclesiastico sunt tractanda, ut in ca.lator, extra de iudi. Itẽ in quacunque causa spirituali eidem annexa, ut in c.contingit, extra de arbit. Similiter idem dic in causa usurarum, cum de crimine principaliter quęritur, quia solus iudex ecclesiasticus super eo cognoscit, ut in cap. cum tu, &

in c

in ca... quia in omnibus, extra de usu. & not. per glo. in ca. cum sit gene ale, & c. licet. extra de foro comp. † An autē
8 incidenter iudex secularis de crimine vsurarum cognoscere possit? dic quòd sic secundum Hostien. & Arch. vt no. Archi. 14. q. 4. c. quid dicam, & per Io. An in clem. dispēdiosam, extra de iudi. & per Bart. in l. 7 itia ff. solut. mat. Item est exemplum, quando causa est ultra illam summam ad quam se extendit potestas iusdicentis, ut l. si idem cum eodem. ff. de iur. omn. iudi. Item est generale exemplum in omni causa quæ sui natura pertineat ad iudicem secularem tantum vel ecclesiasticum tantum, in qua nemo alter utrum debet impedire, ut in c. nouit. extra de iud. & in ca. si diligenti, extra de fo. comp. facit auth. causa. & auth. clericus. C. de episc. & cle. & quod habetur in c. si clericus laicum. extra de fo. compe. cum sim. Aliqui tamen sunt casus, in quibus licet cognitio pertineat ad iudicem secularē tantum, poterit iudex ecclesiasticus ex ... causa de his cognoscere. quos casus enumerat Inn. in ca. licet ex suscepto, & ibi per glo. extra de fo. comp. & per Gof. in summa eiusdem tituli. §. sinautem. Primus casus est ille, quando uacat imperium, nam tunc redit administratio ad Papam, ut in d. c. licet. & per hoc operatur magnū commerciū; quod est in utroque secundum Inno. in c. per uenerabilem. extra de elect. & in 64. dist. c. ego. In alio autem inferiore à principe non deuolueretur ad Papam, sed ad illius immediatū superiorem secundum aliquos, licet aliqui dicant idem in utroque interueniente culpa, vel negligentia in exhibenda iustitia secundum Innoc. & Ioan. And. ut per eos no. in d. c. licet, & in c. ex tenore, eo. tit. & in c. ex transmissa. Alius casus est in dote, cū principaliter de matrimonio quæstio uertitur, & incidenter de ipsa dote, ut in ca. prudentia, ext. de do. inter uir. & ux. Alij autem sunt casus, quos prosequere, ut no. ubi sup. Circa tertium exemplum adducuntur plura, uidelicet si actor & reus sunt diuersi fori. Nam actor agens in proprio foro repelli potest ab ipso reo, ut l. iuris ordinem, & in l. in criminali. C. de iur. omn. iud. & in l. fi. ff. eo. tit. idem si actor sit laicus, & reus clericus, ut in c. si diligenti, ext. de fo. compe. Vel econtra, nam clericus debet laicum conuenire coram iudice seculari, ut in ca. si cle icus laicum, ext. eo. ti. † Sed quid si reus habet duplicē, vel triplicem forum, quod fieri potest, ut no. per glo. in l. hæres abiens, in prin. ff. de iud. an erit in arbitrio actoris reū conuenire corā quo iudice uoluerit, & in quo foro uoluerit? dic quòd sic, ut d. l. hæres abiens, in fi. ad quod benefacit l. 2. & 3. in princip. ff. de eo quod cert. lo. fallit in scholare existente in studio, ut in authen. habita. C. ne fil. pro patr. & ibi not. in cuius est electione ubi conueniatur. Et ex his habes, quòd si reus promittit soluere in pluribus locis, ut fit quotidie in instrumētis, quod est in electione actoris promissorem conuenire in quo loco sibi placuerit: quæ autem
10 supradicta sunt, locum habent in ordinario iudice. † Quid autem dicemus in iudice delegato, quot modis potest eius iurisdictio declinari ratione incompetentiæ iudicis? dic, quòd pluribus. Primo uidelicet ex defectu potestatis delegantis, quia dicitur nullam vel modicam iurisdictionē habere ut l. priuatorum. ff. de iuris. omn. iud. & in l. 1. C. qui pro sua iuri. sunt enim tres personæ quibus competit facultas delegandi, uidelicet Ordinarius, Delegatus Papæ, & Delegatus Imperatoris, ut l. a iudice. C. de iudi. & in c. pastoralis. in c. super quæstionum, extra de off. deleg. facit l. à diuo Pio, in princ. & ibi no. ff. de offi. cius. & in l. fin. C. vbi & apud quos, & l. cum prætor. §. 1. ff. de iud. cum sim. Est etiam & quarta persona, quæ delegare potest, videlicet delegatus ad vniuersitatem causarum, nam iste fungitur uice ordinarij, ut no. in d. l. à diuo Pio, in prin. probatur in l. fin. ff. qui & a quib. app. non licet, & in l. legatus, de offic. proconsu. & in l. prætor. ff. de iurisd. om. iud. Dicitur etiam incompetēs ratione ipsius causæ delegatæ, cum causa ipsa talis sit naturæ, quòd delegari non potest, ut patet in causa liberali, ut C. de pedaneis iudi. l. placuit, & in omni causa meri vel mixti imperij, vt ff. de offi. eius cui man. est iuris. l. 1. & 2. ff. ad munic. l. ea quæ. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & lega. & l. cum hi. § prætor. ff. de transa. Idem si causa sit talis, quæ non pertinet ad iurisdictionem delegantis, vt in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. & d. l. fi. C. de iurisdi. omn. iud. Tertiò principaliter redditur incōpetens ex defectu vel vitio personæ propriæ ipsius delega. vt dictū est supra in ordinario, & probatur in d. l. cum præ-
11 tor. §. 1. ff. de iudi. cum si. † Pro pleniori præmissorum declaratione reuoco in dubium, nūquid minor possit esse iudex ordinarius, vel delegatus? ad quod breuiter sic responderi potest secundum Docto. aut est minor ann. 14. & sic impubes, & tunc non potest esse iudex ordinarius vel delegatus; quia iudicio ca et, vt d. l. cum præto. §. 1. nisi princeps ex certa scientia conferat in eum iurisdictionem ordinariam, vel ad talem minorem iurisdictio per successorem trāseat, vt fieri vidimus in successionibus regum, & principum, & marchionum, quos aliquando præmori contingit pupillis relictis, in quos transit & remanet iurisdictio paterna, licèt ipsius iurisdictionis exercitium cōmittatur tutoribus eorundem, vt in l. consilium. C. de cur. fur. sicut committeretur curatori, si quis factus esset prodigus, mentecaptus, aut furiosus, vt in ca. 2. extra de sup. negl. præla. lib. 6. coniuncta glo. l. fulcinius. § ideo, in fin. ff. ex quib. caus. in posses. eat. Et not. quod talibus pupillis propter eorum excellentiā constituuntur tutores cum maiori solemnitate, quam cæteris interioribus, vt l. 1. C. de tut. vel cur. illust. perso. Aut est pubes maior 14. annis, minor tamen 18. & tunc poterit esse iudex & per seipsum exercere iurisdictionem ex concessione principis non dum expressa, sed etiam tacita seu præsumpta, quæ præsumitur per id quod uoluit dignitatem regum: uel ducalem ad hæredes transferri. Ea tamen, quæ pertinent ad patrimonij administrationem, non poterit per seipsum talis minor exercere sine auctoritate curatoris, vt habetur in l. spurij. §. 1. ff. de cur. iuncta l. fi. C. de legit. tut. de quibus omnibus nota. per Bart. in d. l. quidam consulebat.
12 † Vlterius quæro, an minor 25. ann. possit esse iudex delegatus? in quo sic distingue, aut est maior annis 18. & tunc poterit esse iudex delegatus; aut minor licet maior 14. & tunc non potest. Fallit in duobus casibus. Primus est, cum causa fuerit delegata de expresso consensu partium. Secundus, si princeps causam scienter committit, nam uidetur per hoc cum eo dispensare, vt probatur in d. l. quidam consulebat ad quod facit c. cum uicesimum, & c. cū in iure peritus,
13 extra de offi. deleg. & ibi no. per Inno. † Quarto etiam modo redditur iudex incompetens ex transcursu temporis sibi in delegatione præfixi ad ferendam sententiam, ut in c. de causis, extra de offi. delegat. & l. 1. § sed si iudex. ff. de iud. quod quidem tempus currere incepit sibi a die præsentatæ delegationis, ut in c. super eo. in fi. extra de appel. & not. per
14 glo. in d. c. de causis. † Deinde quæritur, opposita hac exceptione incompetentiæ iudicis, quis de ea cognoscit, an superior, uel ipse? Breuiter sic distingue secundum Bart. ut per eum not. in d. l. quidam consulebat. Aut allegatur in iudice defectus mentis, uel intellectus, utputa, quòd sit infans, uel furiosus, & similia, & tunc superior cognoscet; quia illa ratio, quæ eum impedit cognoscere super principali, uendicat sibi locum in cognitione huius exceptionis, ut in d. l. cū prętor, in fin. Aut allegatur alius defectus, & tunc subdistingue: aut defectus ille respicit conditionē solius causæ, uel personæ litigantis, & tunc ipsemet cognoscet, & pronunciabit, ut l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. Fallit autem hoc in duobus casibus. Primus, si ipse percipere deberet aliquod commodum ex quæstione principali, ut in l. de iure. ff. ad muni. Secundus, si conuentus allegat se clericum, ut in c. iudex laicus. extra de senten. excommu. li. 6. aut defectus respicit formam solius delegationis, quia opponitur rescriptum esse sur epritiū uel similia, & tunc ipsemet cognoscit, ut l. in præscriptione. C. si contra ius uel uti. pub. & in c. super literis, extra de rescrip. & ibi

15 & ibi per Innoc. † In quibus casibus præterquã in clerico, si hæc excep. scienter omittatur, non uitiatur processus, ut not. in d. l. fina. de excep. per Inno. in c. sciscitatus, de resc. aut huiusmodi defectus respicit personam ipsius iudicis; puta quòd sit excommunicatus, uel seruus, & similia, & tũc subdistingue, aut per hoc sigillatur seu percutitur fama ipsius iudicis delegati, ut quia obijcitur ipsum esse infamem, uel hæreticum, aut excommunicatum, uel seruum, & tunc non poterit ipse cognoscere; quia sic esset iudex in proprio facto. Nam sicut supra dictum est, ubi spectat ad eum commodum pecuniarium non cognoscit, quanto magis repelletur, ubi uertitur commodum uel damnum famæ, & status, facit quod not. Spec. in tit. de excep. in §. nunc uidendum, uersi. sed si licet, Inno. tenet contrarium, & malè, in c. cum super, extra de offic. deleg. Si tamen hæc exceptio nõ opponatur, tenebit iudicium, & processus, ut in l. 2. C. de sen. & no. in d. c. sciscitatus. Aut non percutitur fama iudicis, sed ætatis defectus simpliciter allegatur, & tunc aut allegatur defectus pubertatis, & dic ut supra, aut allegatur quòd sit pubes, sed minor 18. ann. & tunc ipse idem poterit cognoscere, quia habet iudicium, ut supra dictum est, arg. d. l. si quis ex aliena. & l. præscriptio. Veruntamen si exceptio esset omissa opponi ad processum, posset de nouo opponi post sententiam, & redditur iudicium retro nullum, ut in
16 d. l. quidam consulebat, vbi hoc probatur expressè. † Per quam legem etiam aliud est notandũ, uidelicet quòd quando princeps concedit scienter aliquid alicui indigno, uel
x incapaci, uidetur tacite cum eo dispensare; x de quo uide quod no. per Inn. in c. ueniens. extra de filiis presby. & per Doct. in l. fi. C. si contra ius uel uti pub. Circa quod aduerte,
17 † quòd si episcopus aliquem excommunicatum scienter ad ordines promoueat, non uidetur de hoc ipsum absoluere, nec cum eo dispensare, secundum Innoc. ubi supra. Cuius ratio est secundum eum, quia in absolutione ab excommunicatione requiritur certa forma tradita à iure, ut in capit. cum desideres, de sent. excommun.

ADDITIONES.

✱ Remittendus. Adde quòd licèt remissio locum non habeat in contractibus: locum tamen habet, si renunciauerit priuilegio fori, ut scribit Ias. in l. 1. nume. 9. ff. si quis in ius uoc. non ier. quem uide latius declarante.

✱ Viri, Adde quæ scribit Seb. de nullit. c. 9. nu. 134. 136. ubi de infante, muto, surdo, cæco, mentecapto & simil.

✱ Infame, Adde Tremol. ad prac. Bonacurs. tit. quib. mod. exam. ord. iud. declin. litera B.

✱ Triplicem forum, Adde quòd in exemptis, utrũ nõ obstante priuilegio exceptiones possint corã iudice ordinario cõueniri; & uide Ias. in l. fi. nu. 52. ff. de const. princip. ubi ponit reg. cum fall.

a Iudicem compe. adde quòd opponens exceptiones declinato ias, semper debet protestari, quòd non intendit in eũ tanquam in iudicem copetentem consentire, nisi si & quatenus est iudex. aliter si non apponeret dicta uerba, iudex posset procedere contra ipsum tanquam contra contumacem, ita Aret. in l. si ita scriptum. ff. de leg. 3. alleg. Imo. in l. quidam consulebat, de re iud. & in c. romana, de elect. Bal. in l. 2. C. ubi decurio. uel cohorta. & An. in l. non uidetur. ff. de iud. uide Alex. in l. si ita scriptum, & in l. non solum. §. morte. ff. de nou. ope. nuncia. Cur.

No. ad ea quæ dicit Bar. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iu. & in l. hæres absens. ff. de iud. uide infra super ti. act. hyp.

✱ Iudicem competentem, Adde, quod defectus incõpetentiæ est maior omnibus. Nam potest ea exceptio quandocunque opponi & reiectis cæteris nullitatibus etiam per dictiones precisas hæc nunquã reiecta intelligitur, teste Nat. con. 82. col. 1. circa. fi. lib. 1. & vbi statutũ impedit, ne iudex excedat limites suæ iurisdictionis, non potest pronuntiare se competentem, & si pronuntiat nihil operatur, quia facit contra prohibitionem statuti, in casibus autem in quibus iurisdictio prorogari potest, iudex habet facultatem pronuntiandi se competentem, secus si non potest prorogari, Natta d. consi. col. 3. cir. fi. & col. fi. ubi quod error in dubio præsumitur in eo, qui coram iudice incompetente litigauit, cui adde Dec. consi. 107 col. 1. in prin. vbi plura de materia incompetentiæ, & quando opposita hac exceptione: ea non obstante iudex procedit ad vlteriora. Dic. quòd tunc tacitè talem exceptionem reiecisse uidetur, teste Dec. ubi supra & in cap. si duobus colu. 4. de appell. & perinde est, acsi expresse super tali incompetentia interlocutus esset glo in l. 2. uer. intueri, ubi Castr. §. sed si agant. de iud. Dec. d. consi. 107. in prin. Ad quam exceptionem declinato. excludendam uide Cepol. Cautel. 120. quod interrogetur aduersarius An uelit litigare? sed declara ut ibi per eum, qui inter alia dicit, per constitutionem procuratoris ad respondendum non intelligi renuntiatum declinatoria de incompetẽtia iudicis, nec per satisdationem de iudicio sisti, quam ex necessitate præstat reus, seu per alium actum quem facit ex necessitate & iussu iudicis, teste Lanfr. conclusione 90. Capel. Tolos. q. 180. Rebuf. in declaratione Arb. excep. col. 8. in prin. & cir. med. Affl. decis. 133. num. 4. Felin. in c. inter monasterium nume 9. de re iud. Ias. in l. si conuenerit, nu. 32. & seq. ff. de iu. isd. omn iud. Tremol. ad pract. Bonacur. in prin. nu. 1. litera A, ubi refert Bald. in l. fin. C. de iud. dicentem rectum ordinem esse, quod prius opponatur cõtra iudicem defectus iurisdictionis, quia hoc est secu im ad radicem ponere, quia exceptio incompetentiæ præsupponit nullã iurisdictionẽ esse, cuius contrarium facit suspitionis exceptio, & ideo dicebat Bar. in l. si C. de exec. fit cautus, quia si opponeret contra libellũ uel procuratorem, non posset postea opponere exceptionem incompetentiæ, iudicis. Castr. in l. exceptionem col. fi. C. de prob. Capel. Tolos. d. q. 180. Latr. cap. qm contra uersi. recusationes, de proba. Rob. de ord. iud. cap. 54. num. 26. ubi de recusatione, ca. 13. ubi de incompetentia c. 16. ubi num. 12. quo modo inducatur iurisdictionis prorogatio per exceptionem Declinatoriæ, & qñ ea opponi debeat, & nu. 75. quod si quis post oppositam recusationem litigat coram recusato uidetur renuntiare recusationi, accedit, quod iudex qui debet pronuntiare super incompetentia, debet prius super expensis pronuntiare, ne pronuntiãdo se incompetentẽ nulla fit condemnatio expens. ita not. Alex. consi. 90. col. 1. in fin. libr. 1. Quæ incompetentia iudicis quandocunque opponi potest; & reddit iudicium retro nullum, C. si à non compe. iud. Rom. consilio 42. Curt. consi. 119. nu. 3. ubi dicit communem. Felin. in c. inter monasterium de re iud. in cap. ex parte 2. de off. deleg. Alex. consilio 79 in fi. lib. 7 Dec. consi. 8. consi. 434. in fi. 360. 520. in ca. pastoralis nu. 10. de excep. Paris. consi. 45. nume. 29. lib. 1. & talis excep. executionem sententiæ impedit teste Gramat. consi. 1. num. 48 Aretinus consi. 75. Gozad. consi. 72. nume. 6. ubi ampliat procedere etiam ubi iurm de non opponenda nullitate interuenisset, ut hæc exceptio incompetentiæ opponi possit, quæ exceptio incompetentiæ iudicis an opponi possit per laicũ cõuentum ad instantiã clerici? uide Auf. ad Capel. Tolos. q. 210. prioribus aut pcl. et Adde, quod exceptio incompetentiæ iudicis quamuis in ciuilib. opponi non possit post alias exceptio. dilatorias, secus tñ est in criminali, quod per sing. scribit Catel. uerb. exceptio, Ias. in d. l. si conuenerit, col. 7. in prin. de iu. isd. omn. iud. quæ exceptio an expedienda sit ante lit. contest. uide prac. Bald. tit. de iurisd. q. 12. nu. 1. ubi uidetur inclinare pro negatiua, distingue tamen ut per eum ibi, ubi quidam accusauit in curia Bononien. ciuem Parmensem, qui dicitur deliquisse in territorio Bononiẽsi ubi inuenitur Parmensis qui dicit iudici, ego dico & respondeo, animo litem non contestãdi, me delictum non commisisse, sed posito quod de eo constaret, declino forum, quia non es his iudex competens, quia commissum non est in ciuitate aut territorio Bononien. uide ibi prac. not. & ti. de quæst.

de quæst.cir. emergen. q.6. pro quo fac.etiam quæ scribit, Dec.in c. super literis, num. 12. de rescrip. ubi an, quomodo quando & quo casu iudex cognoscere possit, an sua sit iurisdictio, & ibi plures distinguit casus, in casu tamen dubio cognoscit an sua sit iurisdictio, & etiam an reus declinans forum, sit suæ iurisdictionis, l.2. ubi Doc. si quis in ius uoc non ier. l. si quis ex aliena. ff. de iud. idem Dec. in d.c. si duobus, colu.4. ferè per totum de appell. ubi quado possit se competentem pronuntiare, & ibi etiam docet prac. pronuntiandi super competentia, & an eo casu sufficiat allegare qualitatem tribuentem iurisdictioné ad obtinendum processum à iudice, uel necessaria sit cognitio super allegata qualitate, priusquam litis contestatio parti aduersæ iniungatur, & dic, sufficere quantum ad fundádá iurisdictionem iudicis narrare qualitatem: quæ si uera esset, non excludet etur iurisdictio, per tex. in l. cum quædam. §. quoties ff. de iurisd. ubi quoad iurisdictionis fundamentum attenditur summa quæ petitur non quæ debetur, & in hanc sententia inclinat Bart. in l.2. ff. si quis in ius uoca. non ier. in lect. num.9 in rep. num.7. ita post plura concludit Mysing. centu.2. obseruatione 9. ubi alleg. etiam Capel. Tolo. quæstio.210. secundum quam opi. dicit fuisse iudicatum in camera imperiali, & ibi latius declarat, quando sufficiat iudici respicere solam petitionem agentis, & quando ueritatem petitionis, dic ut ibi per eum. Masuer.

b Sic. Adde Rom.consi.169. Ancha.consi.16.d. Card.consil. 7. Rom.consi.suis fol.4. Franc.de Aret.consi.33. & quomodo debeat opponi exce. declinato.ne opponens dicatur cótumax, per Ang.consi.214. Ber.

✻ Quod sic, Adde, quòd tam exceptio recusationis, quàm alia quælibet declinatoria ab initio proponi debet, & antequam aliud coram iudice proponatur: per quod videatur quis eum iudicem approbare, seu iudicium suscipere, l.fi. C. de excep. c. inter monasterium. vbi Fel. de re iud. fac. l.fi. C. de excep.c.inter monasterium. vbi Fel. de re iud.fac. quę scribit Alexand. in l.j. num.6. ff. de eden. Rom. sing.701. & no. in auth. offeretur. C. de lit. contest. Seb. Vant. de nul. c.14. num.57. quòd tales exceptiones ante lit. contest. proponi debét, declara, ut per Fel. d.c. inter monasterium. col. 2. & seq. de re iud. Rob. de ord. iud. c. 16. num. 12. vbi plura in pract. notab. & per Ias. in l. si conuenerit. num.32. & seq. ff. de iur. om. iud. pro priori autem concl. vide Tremol. ad pract. Bonacur. tit. de recusan prin. Aufr. ad Capel. Tolos. q.180. Matuer.

c Iudicio sisti, adde Fran. Aret. consi.87. Ber.

d Locorum. Adde moder. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & uide Anchar. consi.138. & an uigore dictorum uerborum possit conueniri pro causa promittentis, qui fuit inuentus in aliquo loco cum mercibus uenalibus, uide per Bal. consi.127.

✻ Locorum, Adde, quòd promittens soluere in quocunq; loco: non potest pœnitere, secus si promisit posse conueniri, quia potest pœnitere, iuxta l. si conuenerit, de iurisd. omn. iud. & hanc communem dicit Ias. in l. si quis in conscribendo, nu. 12. C. de pact. pro quo vide quæ habetur infra form. lib. hypoth. versi. ac restituere promisit num. 2. Ias. in §. plus autem nume 21. inst. de act. Lanfr. Concl. 77. 109. Bart d.l. si conuenerit Dec. in c. 1. 1. lect. num. 20. de iud. pract. Bald. titu. de Cautel. q.9. ubi docet formam obligationis. Matuer.

e Sententiam. Adde glo. in clem. 1. de seq. pos. Paul. de Castr. consi. 267.

✻ Post sententiam, Adde Felin. in ca. inter monasterium nu. 6. num. 10. de re iud. Ias. in l. si conuenerit, num.33. de iurisd. om. iud. Dec. in c. pastoralis, colum.5. num.11. de excep. ubi quæritur an post terminum exceptio incompetentiæ opponi possit? & Dic, quod Dec. in d.c. pastoralis, ponit duas concl. quarum prima est, quòd si talis sit iudex, cuius iurisdictio prorogari possit, incompetentia post terminum allegari non potest, ex no. per Bar. in l. quidam consulebant, de re iud. idem Dec. d.c. ubi dixit se de hoc dixisse in c. 1. prima lect. de iudi. ubi refert Abb. tenere contrarium in c. quoniam contra, de proba. quam conclusionem duobus modis ampliat ipse Dec. quos uide ibi. Secunda autem concl. est quod si talis sit iudex, cuius iurisdictio prorogari non possit non obstante lapsu termini & etiam post sententiam de incompetentia opponi potest, hæc ille, qui ipsas conclusiones pluribus confirmat, Pap. autem distinctionem hic de scientia aut ignorantia, circa omissioné huius exceptionis sequitur prac. Bald. ti. de quæst. circa processum per uiam excep. nume.6. sed ut omnibus difficultatibus occurratur: bene erit uti caute la Bart. in d.l. quidam consulebant. col. 2. post num.11. de re iud. ubi inquit, tutius est, quòd exceptio contra iudicem prius opponatur, & aliæ proponantur sub conditione, quibus omnibus, adde eundem Dec. in d. l. si conuenerit. num.27. quod exceptio iurisdictionis semper reddit iudicium nullum, idem in cap. primo, 3. lect. col. 24. de iudic. vbi docet pract. opponen. dictam exceptionem, quam totus mundus, ut ipse ait, obseruat. Masuer.

f Vltra proceden. Adde Angel. consi.200. & vide Roman. consi.412. & exceptio incompetentiæ non opposita in prima instantia illa perempta potest opponi in secunda instantia. ita Ang. consi.283. Ber.

✻ Adde Ias. in l. ex quacunque colum. ulti. num.45. ff. si quis in ius uoca. non ier. Seb. de nullita. capi.14. nume. octauo, & sequen.

g Excommunicato. Adde quòd nec in eum de consensu per pactum potest fieri prorogatio propter excommunicationem, vt etiam tenet Rom. consi.48. Ber.

✻ Excommunicato, Adde, quòd de excommunicato est tex. in cap. ad probationem, de re iud. in cap. exceptionem, de excep. Itaque sententia ab eo lata, est nulla, quæ excep. excommunicationis, etiam in foro ciuili locum habet, gl. vbi doct. in l. prima, C. de iur. & fac. ignor. Quam intellige procedere, in publicè excommunicato, non inocculto, d. cap. ad probatione m, quòd autem exceptio excommunicationis locum habeat in foro ciuili. not. Tremol. ad pract. Bonacur. titu. quibus modis examen iud. ordi. in princip. litera A, & hoc non obstante contraria é consuetudo galliæ, de qua per Aufr. ad Capel. Tolos. q.189. quam dicit esse contra cap. Decernimus, de senten. excommu. lib.6. De quo uide quæ scribit Rob. de ord. iudi. cap. 23. num.14. cap. 36. num.5. vbi quòd hæc exceptio dicitur anomala, & opponi potest in quacunque parte iudicij, qua in materia vide Fely. in cap. exceptio, colum.5. de excep. Accedit quòd sententia iudicis excommunicati est nulla, cap. pia. de excep. in 6. not. Bal. in l. 1. colum. penul. in fin. C. de iur. & fac. ignor. Bar. in l. si arbiter. C. de senten. ubi intelligit procedere in publicè excommunicato, aliàs secus, quá quidem materia. plenè examinant doc. ad prealle. prac. Bonacurs. titu. quibus mod. suo not. Cin. num.17. Masuer.

h Cœco. Adde quod hoc non est simpliciter verum, ut consuluit Abb. eius consi.17. 2. lib.

i Aduocato. Adde Inn. & alios Can. in c. irrefragabili, de of. ordin. Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. §. reuocationes. nu. 1. uersi. potest ordinarijs. de proba. & Rob. Maran. in trac. de ord. iud. in 6. par. versi. appellatio. col.7. versi. 11. causa est. Abb. Pan. & ibi Philip. Franc. in cap. postremò. de appell. Ziletus.

K Feudi. Adde Oldr. consi. 17. & uide per doc. in l. 1. §. post operis. ff. de nou. oper. nunc. per Cald. consi. secundo. de iudic. Bernar.

Adde Inno. in c. ex parte B. de foro compe. Old. consi.272. incip. reuerende pater, Albe. Brun. consi 45. incip. in causa castri & loci. colu.4. versi. venio nunc ad secundum, & Ias. consi.60. incip. in quæst. quæ vertitur col.2. in 1. vol. Ziletus.

✻ Domino feudi, Adde, quòd dominus feudi cognoscit, ut not. Guid. Pap. q.139. num. 3. de quo per Roma. consi.212. nu.5. nu.6. Ias. in l. prima, num.74. de iure emphi. sed uide Dec. in l. qui iurisdictioni, de iuris. om. iud. Bertach. in repersi. Dominus, ante num.10. & dic, quòd quando est controuersia super feudo inter dominum & vasallum, quod eo casu

casu eliguntur pares curiæ, qui in ipsa causa iudicant, sed quomodo fiat electio, vide per Clar. de feud. q. 90. qui hãc q. examinat, & ibi quòd primo dominus eliget vnum, uel plures, quot uoluerit, deinde vasallus eliget totidem, iuxta numerum à domino comprobatum, de quo aliqua etiã scribit Mysing. Centu. 4. obseruatione 89. ubi inter alia plura, dicit quod pares curiæ censentur, qui feudum habent in eodem territorio in quo feudum seu beneficium controuersum est, et quid quando princeps multa habet territoria suntque in vnaquaque ditione beneficiarij siue uasalli, & dic, quòd rectè quidem dicuntur omnes principis vasalli, uerũ non omnes sunt pares curiæ, sed solum hi qui in territorio litigiosi feudi beneficium habent, teste Mysing. ubi supra, vbi docet pract. eligem pares Curiæ, & d. Cent. 4. obseruatione 90. vbi quærit an reconuentio coram paribus curiæ locum habeat, & ibi concludit regulariter, quòd non secundum ueriorem sententiam, quia curiæ parium nulla competit iurisdictio extra causas feudales, unde sequitur propter naturam causæ quæ ad parium curiam non spectat, reconuentionem super negotio nõ feudali: coram paribus non esse agitandũ, ex iuribus ibi alleg. Quid si agatur possessorio & sic de possessione feudi & dic, ut per Osasc. decisione 78. num. 9. vbi doctè & copiosè suo more loquitur. Masuer.

l Decimarum. Adde Cal. consi. 15. Ber.

✱ Decimarum, Adde, an decimę antiquitus laico concessę, & reuersę ad ecclesiam, ab episcopo de nouo possint in feudari & dic, ut per Nat consi. 561. num. 2. lib. 3. ubi decimæ solum prohibentur infeudari post concilium lateranense, non autem quòd antiquitus concessæ non possint denuò laico concedi, & ita cõmuniter seruari dicunt doc. ibi allegati, aliam tamen partem dicunt veriorem, & tutiorem, per text. in cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli, qua de re vide Fel. in c. causam, col. 2. de præscrip. ubi dubitat, utrum laicus sit capax decimarum, & in his decimis quæ per alios laicos ante lateranense concilium in feudum detinebantur, de quo & in materia decimarum vide quæ scribit Nat. consi. 136. li. 1. Boer. q. 236. doc. ad Dyn. in c. quod alicui, de reg. iu. lib. 6. ad supradicta autem de laico, Adde quòd laicus qui ante concilium lateranense habebat decimas ecclesiæ: non potest alteri laico concedere, etiam cum authoritate episcopi, quam cõm dicit Boer. in consuet. Biturig. de costumes prediales §. 11. Masuer.

m Matrimonij. Adde Rom. consi. 299.

✱ Matrimonij, Adde, quòd causa dotis, uel matrimonij spectat iudici ecclesiastico, ut scribit Dec. cons. 212. cuius sententiam sequitur Abb. in cap. tuæ. de procur. Afflic. deci. 30. Turz. concl. 90. de iudice autem seculari in causa matrimonij, uide quæ dicit Afflic. decis. 319. num. 5. sed quòd iudex secularis etiam incidenter non possit cognoscere de causa matrimonij, not. Rol. consi. 12. num. 15. num. 24. li. 1. quas concl. declarat Didac. in epit. ad 4. decretal. 2. par. cap. 8. §. 12. Rom. consi. 299. col. 2. circa fi. & quid de eis tenendum sit, maxime de matrimoniali satis eleganter decisum legatur in sacro Tridentino concilio sessione 24. Can. 12. Non procedit suprascripta conclusio, si incidat quæstio facti, puta an sit matrimonium contractum teste Bar. in l. in omni nouatione. C. de sacros. eccl. Afflic. decis. 24. colu. pen. in fi. doc. in l. Titia. ff. sol. matr. Alex. consi. 149. colum. 2. lib. 6. Ias. in l. quoties, num. 6. C. de iudi. ubi dicit communem quòd iudex secularis in causa matrimoniali, aut usurarum in materia facti cognoscere potest, secus si quæstio esset super iure, secundum doc. in ca. tua, de ord. cog. in cap. cum sit generale, de foro compe. Alex in d. l. Titia. ff. sol. mat. quam opin. seruari consuetudine testis est Ias. d. l. quoties eam, in intellige, ut per Ambros. Vignate in ca. salubriter, nu. 125. de usur. nisi à iudice ecclesistica iudici seculari, facta sit inhibitio, quæ conclusio communis locũ habet in quacunque causa spirituali, dũmodo summariè sine discussiõe liquere possit, de quo uide & quæ ponit Dec. in cap. 1. de iudi. Et quoad causam dotis, quòd spectet seculari, not. Anch. cons. 21. 6. dub. num. 20. doct. in apostil. ad Abb. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 16. de consti. Dec. ubi etiam Ias. in Auth. quod locum. C. de colla. Didac. in d. epit. ad 4. Decretal. secunda par. cap. 8. §. 12.

n Incidenter. Adde Anch. consi. 235. & 237. Cald. consi. 4. de iudi. d. Card. consilio 120. & per legistas in consilijs suis Bern.

✱ Incidenter, Adde, quòd iudex secularis non potest inquirere cõtra usurarios, & eos punire pœna extraordinaria, secundum communem per Rol. consi. 75. num. 13. nume. 17. num. 29. lib. 1. consi. 96. nume. 44. lib. 2. de cuius conclusionis ueritate uide quæ scribit Dec. consi. 18. colum. 2. consi. 170. col. fin. Alex. consi. 18. colum. 3. lib. 6. Bald. in l. improbum. C. ex quib. cau. infam. Rob. de ord. iud. cap. 27. Didac. in epit. ad 4. Decretal. secunda par. cap. 8. §. 12. nu. 4. pulchrè Osasc. decisione 137. vbi articulum ad partes disputat, an scilicet iudex laicus de causa usuraria cognoscere possit, & vsurarios punire, & post plura concludit, quòd sic, allegando Ducale Decretum in patria Subalpina, in antiq. lib. 3. pagi. mihi 68. quòd nõ puniatur usurarius pœna criminali, scribit Por. com. opi. lib. 3. conclusione nona, sed pœna pecuniaria, extra ordinem, arbitrio iudicis, teste Rob. de ordi. iud. cap. 17. differ. ultima par. principali, titu. de inquisitione, quem sequitur Clar. li. 5. senten. §. usura. ver. sed quęro. cui adde, quòd propter usuram potest quis etiam criminaliter puniri, ex not. per Butriga. in d. l. improbum, quã dicit magis communem Corn. consi. 19. litera g, li. 3. Alc. in ca. 1. num. 76. de off. ordi. Didac. in 4. Decretal. pag. 78. num. 29. licet contrarium uelit Rol. d. consil. 75. nume. 29. lib. 1. secundum cuius Alci. sententiam dicit fuisse iudicatũ Cla. d. lib. 5. §. usura, puniendo usurarios pœna extraordinaria, & licet Corn. d. cons. loquatur in iudice ecclesiastico, idem tamen est in laico secundum magis communem ibi relatã cum etiam iure ciuili usuræ sint prohibita, per ius Authenticorum, ex not. per gl. in clem. prima, nume. 8. ubi Imol. de usur. Ias. in §. oẽs. num. 14. insti. de act. Clar. ubi sup. 2, & sic puniuntur usurarij pœna arbitraria, prout etiam eos punit & torquet parlamentum Parisien. ut referunt moder. Parisien. in tract. usur. num 156. qua in materia concludunt communiter doct. usurarum crimen, sit nec ne id ad ecclesiasticum pertinere, quatenus uerò puniendum, ad utrunq; iudicem spectare, quatenus autẽ usurę repetuntur, ad laicũ attinere: secundum communem Didac. resol. lib. 3. cap. 3. clar. in pract. §. ultim. q. 37. ver. quæro igitur, poterit tamen lege principum puniri secundum communem, per Didac. de sponsal. 2. par. cap. 7. num. 18. in fi. & si velit iudex ecclesiasticus procedere ad instantiam partis super causa usuraria, non potest inhibere iudici seculari coram quo petitur executio instrumẽti, nisi citato usurario, teste Rol. cõs. 77. num. 25. lib. 2. Alex. consi. 9. lib. 4. consi. 91. col. pen. in prin. lib. 2. Masuer.

o Causa. Adde Anch. consilio 14. Cald. consilio 11. de iud. Bern.

✱ Iudex ecclesiasticus ex iusta causa, Adde iudicem ecclesiasticum non posse auferre iudici seculari suam iurisdictionem, secundum Rol. consilio 12. num. 18. lib. 2. de quo vide quæ scribit Rober de ord. iud. cap. 15. Doc. in cap. Cum sit generale, de foro comp. ubi enumerantur casus in quibus uterque iudex potest cognoscere, de quibus etiam per pract. Masueri tit. de iud. & iurisd. & quando ac quo casu iudex laicus inter laicum & clericum non dicatur incompetens, vide Rip. resp. 113. num. 3. & etiam quando iudex supplere possit negligentiam iudicis ecclesiastici in reali, uide doc. in apostil. ad Bald. in auth. clericus, litera A, C. de epis. & cler. Abb. in c. verum, num. 16. de foro compe. quid de iudice laico, & quãdo non sit competens in causa inter laicum & clericum super possessorio adipiscendæ, retinendæ uel recuperandæ, & uide per Rol. consilio 23. num. 17. lib. 2.

lib.2.casus autẽ de quibus posit uel non, Iudex secularis aut ecclesiasticus iudicare vide p Syluestr. in summa uerb. iudex j.nu.11.Didac.in epit.ad 4. Decretal.2. par.cap.8.§. 12.Rob d.ca.15.11.dist.& c.17. vbi plura de iudicio ecclesiastico & seculari.Quibus adde,si laicus habens uxorẽ coierit cum moniali.An à iudice seculari puniri posit? Et dic quod sic,ex not.per Ofasc. decis.10; nu.5.& seq. vbi plura in materia iurisdictionis eccl.uel secularis,Quid de crimine adulterij? An ad utrunq; forum pertineat? & vide Abb. in cap.cum sit generale,nu.21.de for. comp.in cap.j. nu.3. de off.ordi.Iodoc.prac.crim.cap.89.cap.90. quid de laico qui cognouit neptem filiam fratris uxoratam? & sic commisit crimen incestus cum adulterio,& dic,quod tale crimen adulterij & incestus est utriusque fori contra laicos,secundum gloss.Abb.& alios in d.cap.cum sit generale, ubi Marianus & Fely. not. de for.comper. ubi & quòd laicus cognoscens monialem,& sic comittẽdo adulterium,incestum & sacrilegium sub utroque foro conueniri potest, & ideo locum esse præuentioni testis est Rip. responso..110. Quidam titius, de quo etiam per Bol.tit. de coitu damnato & punibili, quæ omnia nota quia sæpe occurrunt in actu practico,vt hoc Anno 1571.in oppido Moretę, in quo quidã pater habuit rem cum filia,& quia ille in suis responsionibus dixit se per vim compressam,attenta tali qualificata cõfessione pronuntiatum fuit per iudicẽtem illius loci eam esse fustigandã & perpetuo banniendã inspecta qualitate prædicta in respõsionibus adiecta, & etiam quia nihil probabatur contra eam,per ea quæ not.doct. in cap.audiuis, de præscript & ita me asistente iudicatum fuit, per excell.I.C. & in hoc Taurinen.Senatu aduocatũ præstantiss. D.Constantium Philippi, quæ sententia,cũ esset corporis afflictiua non potuit mandari executioni absque excell. subalpini senatus assensu, qui postea attenta criminis enormitate censuit prædictã filiam perpetuis carceribus mancipadã licet hoc uideret cõtra tex. in l.incredibile.C.de pęnis,qui tex.hoc casu esset nimis benignus, de qua materia nefandi coitus, uide Bos.d.tit.de coitu damnato,num 5.num.6. de adulterio & quæ scribit Rom.consi.9 1.nu.6. consi.167. col.fin.& in secũ nen ecclesiastiũ um,dic per Bal. in Auth. clericus.nu 7 C.de episc.& cler.quid dicendum de vxorati ad solutã accessu,an sit proprie adulterium,& dic, vt per Rol.consi.74.num.12.lib.primo. Dec.consi.311.col.2.vbi post plura concludunt quòd non, Arc. in §.nouissimè,inst. ad ... sic.De qua pœna adulterij vide Aym.consi.137.num. 5.lib.j.Alex.in.consi.13.col.p.imi lib.7. vbi doc.in apostil. plura no Fab.in §.itẽ lex Iulia, inst.de publ.iud.pro cuius resolutione,dic quod damnatur ea opi.quòd habens vxorẽ & ad aliam accedens non sit adulter,cum de iure diuino nullus coitus admittatur,nisi cum vxore, vt pulchrè & sanctè voluit Ofasc.decisione 119.nu.4.Guid.Pap.consi. 159. quid de muliere adultera,qualis erit pœna illius, & dic ꝙ pęna hodie est detrusio in monasterium, quæ si habet filios duæ partes substantiæ eorum sunt,& tertia monasterij,si verò nullos habet neque affines: tota applicatur monasterio, teste Rol consi.35.nume.3.libr.2. Authen.sed hodie. C.de adul.cap.gaudemus.de conuersi.coniug.Alex.consi.99.col. j.lib.6.consil.13.col.2.libr.7. cuius quidem adulterij causam ad vtrunque forum æquè spectare dixit Alcia.in cap.j. nu.18.de off.ord.Clar.in prac.§.vlt.q.37.ue .quæro,quam materiã plenius idem tractat in dict.pract §. homicidium. Dec.in cap.quæ in ecclesiarum.de consti.Iodoc.prac crim. cap 89.Bos.d.tit.de coitu damnato,nu.43.& sequen.Catel. ver.adulterium.Io.Berberij in iuris viatorio ti.de adulter. par j. Quibus omnibus adde,quòd coitus seu copula p obatur iuramento viri,vel mulieris matrimonio intendens,iuxta communem,quam refert Emanuel lib. 10.opi.uer.coitus quod quidem iuramẽtum.An deferatur in causa matrimoniali.pulchre explicat Abb.in cap.mulieri.nu. 6. vbi quærit. An iuramentum in defectum semiplenæ probationis deferatur in causa matrimonij,& nu.7.An deferatur stante contra matrimonium,quam de re vide, quæ scribit Coras. miscell.lib.3.cap.4.Capel.Tolos.q.171.Alex.consi.143.li. 2.Didac.in epit. ad quartum decretal. prima par.cap.4.§.3. num.5.Castr.in l.3.col.2.num.11.de iureiur. in qua quæst. iuramentum deferri debere in causa matrimonij habenti semiplenam probationem, quando aliquibus coniecturis adiuuatur communem dixit Cur. Iun.in l.admonendi.nu. 67.ff.de iureiur. quem sequitur Zas.consi.9.cir. fin. lib j.Didac ubi sup.licet contrariam magis communem dicat Ferret.consi.197.nu.7.par j.& alij quos alle. Villal.inter com. opin.lib.9.ver iuramentum. Masuer.

p Commertium. Adde quòd non est tacite, quòd vacante papatu succedat postea imperator, ut dicit Ro.sing. suis.418. incip.quid econtra.B. Adde Iulium Ferretum in tracta. de iusto & iniusto bello.nu.23. Ziletus.

q Autem. Adde Specul.in titu.de compe.iudi. & in addit.per totum.

r Delegato. adde Specul. in titul. de indic. delegat. adde quæ sit dignior,an iurisdictio delegati, uel ordinarij: & dic,ut per Coras.Miscell.lib 3.c.19.& in specie de delegato & quæ 3 eũ opponi possint. Vide Tremol. ad pract.Bonac.ritu.de excep.quæ oppo.contra Deleg.num.7. Rob.de ordin.iud.cap.8.per tot. & an delegatus posit cognoscere an ipse sit uel esse posit iudex,uide Ias.in l. ex quacunque, nu.6.ff.si quis in ius uoc.non ier. Masuer.

s Ordinario. Adde,quòd delegatus ab ordinario non potest articulum causæ cognitionem requirentem demandare, sed tantum nudum ministerium,ut dicunt domi.de Ro.decis.167 in nouis de off.del.eg.

t Regum. adde Oldra.consilio.2.& ibi uide quid de fœmina. Bern.

v Aliquod commodum.Adde Fran.de Aret.consi.107. Adde Fel.in c.super lite. is,nu.41.de rescr. Zile.

x Dispensare. Adde Roma consil.217. Oldra. consilio 325. usque ad 333.
Adde Lud.Rom.consi.317. Ziletus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio suspecti iudicis opponitur conditionaliter.*
2 *Exceptiones incompetentiæ & suspicionis possunt etiam purè opponi.*

1 ET inquantum appareat. † Not.hic, quòd exceptio suspecti iudicis opponitur conditionaliter, nam si iudex cõpetens est, nihilominus recusari potest,ut infra dicetur.
2 † An autem utraque except. posset opponi purè? v.g. { dico uos esse iudicem incompetentem, & suspectum } uidetur, * quòd non,quasi contraria sint,arg.l.1.C.de furt. * Dic tamen, quòd sic; quia conueniunt inspecto fine ad quem sunt,& tendunt; nam per utranque exceptionem declinatur iudicium & examen ipsius iudicis. Ideoque concurrere possunt,ut l.cum qui,& l.maiores.C. de inoffi.testa. & not. per Dy.in c.nullus pluribus,de re iud.lib.6.

ADDITIO.

* Dic tamen, Adde quæ sint causæ ob quas iudex siue ordinarius,siue delegatus, recusari posit; & uide per Mising. Centu.4.obser.59.ubi ꝙ recusationis exceptio omniũ prima esse debet,nisi de nouo superuenisset,quia tunc talis exceptio recusatoria in quacunque parte iudicij obijci poterit etiam post concl.in causa,de qua uide quæ not. Dec. in c.cum super.nu.2.de offic.delega.Felin.in cap.causam quæ. eod.tit. Neuiz.consi.44.num.6.Rob.de ord.iudi c.54.num. 24.& sequen.Quod autem dicitur de suspicionis causa, dic eam de iure ciuili allegandam non esse, secus tamen de iure Canon.secundum communem per Tremol. ad practic. Bonucur.tit.de recusa nu 2.litera B, de quo per Villal. Inter com.opin.lib.17.uer.suspicionis causa. Masuer.

SVMMA-

SUMMARIUM.

1 Exceptio suspicionis in quo differat ab exceptione incompetentiæ.
2 Processus iudicis spernentis exceptionem suspicionis contra se allegatã est nullus.
3 Delegatus quilibet recusari potest.
4 Ordinarius an possit recusari.
5 Opposita exceptione suspecti iudicis, infra tres dies arbitri sunt eligendi.
6 Arbitri electi debent quæstionem suspecti terminare infra tempus a suspecto sibi præfixum.
7 Exceptio suspecti est opponenda in principio litis.
8 Pronunciatio per arbitros pro allegante suspicionem, quid fiendum.

a IUDICEM suspectum. a † Hæc exceptio suspicionis differt a præcedēti in hoc maximè,
1 quia de hoc nullo casu cognoscit ipse iudex, sed recurritur ad eligendos arbitros per ipsas partes, qui de ea pronuncient & cognoscant, ut l.apertissimi.C.de iud.& in c.suspicionis, extra de offic. delega.& c.cum speciali,& c.secundo requiris.§.fin.de appell.licèt de incompetentia eius posit ipse idem iudex in certis casibus cognoscere, ut supra dictum est. Cuius ratio esse potest,quia cum allegatur sola incompetentia in illis certis casibus,ideo cognoscit,quia super hoc non aggrauatur eius fama uel conditio; at cum allegatur suspicio,tunc eius fama uel conditio aggrauatur,ideo non cognoscit,argumen.in l.p. electi ff.de mino. sed ad arbitros remittitur.
2 † Sed quid dices,si causa suspicionis spreta & nullis electis arbitris,iudex ipse de facto & ex capite suo in causa procedit? b Dic quòd processus erit nullus; quia ligatam habet
b iurisdictionem statim proposita hac exceptione,ut not.Archid.in c.cùm plures.de offic.deleg.lib.6. † Deinde quæritur,an quilibet iudex possit recusari? dic quòd regulariter quilibet delegatus potest recusari, ut in iuribus prællega.
3 † An autem ordinarius? ✠ responde, sub iudice lis est, sed
4 secundum communem opin.etiam ipse potest recusari, ut in c.licet,de foro compet.& c.legitima.de appell.lib.6.attamen glo.iuris ciuilis in d.l.apertissimi,uidetur inclinare quòd ordinarius non possit recusari,dic ut ibi.c † Sed quid
c dices, proposita hac exceptione infra quantum tempus
5 sunt eligendi arbitri?Dic quòd infra tres dies; ut l.fin.C.de iudi.& per hoc patet, quòd citari debet aduersarius ad hãc electionem fiendam,arg.l.de uno quoque.ff.de re iudicata.
6 † Sed infra quantum tempus debent terminare isti arbitri hanc causam suspicionis? dic quòd tempus non est iure aliquo limitatum, sed iudex recusatus potest & debet ipsum
d tempus præfigere d ipsis arbitris,infra quod si non terminetur,iudex ipse cognoscet de principali causa, non obstante recusatione proposita,ut hoc habetur in d.c.legitima,de ap
7 pel.& c.suspicionis,de offic.delega. † Quæritur,quando sit proponenda hæc exceptio recusationis? Dic quòd in exordio litis, sicut alia exceptio incompetentiæ iudicis; & in hoc adæquantur istæ ambæ exceptiones, ut d.l.apertissimi
8 & habetur in d.c.cum speciali,cum sim. † Sed pone, quòd arbitri pronunciauerunt iudicem esse suspectum,quid fiet? dic quòd iure Codicis alius debet eius loco subrogari, ut d.l.apertissimi. Sed iure Authenticorum iudex ipse recusa-
e tus non remouetur, sed ei associatur episcopus loci, e uel eo deficiente associabitur alius iudex secundum Iacob. de Belu.ut per eum traditur,& habetur in §.si uerò,in Authen. ut diff iudic.& est tex.in auth.si uerò.C.de iudic. facit in argum.l.2.§.illo.C.si quacunque præd.po.& in authen.sceni. non solum,§.fin.

ADDITIONES.

✠ Ordinarius, Adde,quòd in criminali non potest quis esse iudex ordinarius in causis personarum,de quibus in l. qui iurisdictioni,de iur.omn.iud.& in l.lex cornelia.ff.de iniur. quo fit ut ex toto recusari possit, non obstante auth.si uerò contigerit.C.de iud.quæ non habet locum in casibus dict.l. qui iurisdictioni, & l.lex cornelia,præcipuè tim in criminalibus,teste Osas.deci.15.post nu.8.& post num.9.& circa fin. ipsius decis. ubi dicit, quòd senatus censuit esse rescribendũ ordinario ut à cogni.denũtiationis de qua ibi abstineat, sed causam alteri,partibus non suspecto deleget, ex l.prætor ubi Bal.ff.de iur.om.iud.cũ alijs ibi a.le. qua in materia uide Bartol.d.l.qui iurisdictioni.num.4.Rob.de ord.iudic. cap.3.nu.40.42. Maluer.

a Iudicem suspectum. quæ causæ suspicionis allegatæ sint legitimæ,habetur per Spec.in 3.tit.§.superest uidere,& no.in c. legitima,de appel.lib.6.vnde si iudex non admisit exceptiones suspicionis,est legitima causa appellandi ab ipso; probatur in cap.postremo,de app.extra.& ita tenet Spec.in tit. de appell.§.5.col.versi.sed quam dices causam rationabilem &c. Item vbi recusatur vicarius, causa recusationis est probanda coram episcopo.c.si contra vnum, de offic.dele. lib.6.tamen cum vicarius potuit recusari tãquam suspectus d.c.si contra unum & non admisit recusationem, constat appellationem esse interpositam ex legitima causa; quia vbi plura grauamina assignantur in appellatione,sufficit alterum probari,dummodo quodlibet de per se sit sufficiẽs,ita inquit glo.vltra quam sequuntur scrib.in c.exhibita, extra de iudi.vnde cum causa recusationis non admissa, sit sufficiens,& legitima d.c.postremò.Et Spec.in d.uer. sed quam dices.& licet petitio electionis arbitrorum non admissa nõ præbuerit iustam causam appellandi, constat appellationẽ ex legitima causa interpositam & admitti debuisse,ut probatur in glo.supe. ius alleg.quod no.

✠ Iudicem suspectum. Adde de recusatione Iudicis suspecti, & quomodo in ea procedendum sit. item an cã suspicionis sit exprimenda, & an causa committi possit recusatione remota; & uide Mysing. Cent.3.obseruatione 63.ubi concludit secundum Io.Fab.in l.apertissimi.C.de iudi.qui subscribit Canonistis,causam suspicionis etiam coram ordinario exprimendam esse, & ꝙ arbitri utroque casu, de causa suspicionis cognoscent, non autem de principali, & ita quoad expressionem causæ seruatum dicit ex consuetudine, de qua & alijs pluribus uide latius per eum ibi,ubi inter alia allegat Hypol.sing.292. & de principe committẽte causam remota recusatione, & quid agere debeat allegans iudicem suspectum,uide Neuiz.consi.36.nume.2.Bonacur.tit.de recusatione §. post. num.2. Rom.sing.461.ubi quòd si allegatur causa suspicionis, debet eligi arbitri ad cognoscendũ de illa, quam opi.sequitur Seb.de null.cap.9. nu.140.Cepol.cautel.105.Paris.consi.31.lib.3.Capel.Tolos. q.180.differentias autem inter ordinarium & delegatum quoad recusationem ponit Rob.de ordi.iudi. cap.8.nu.42. & seq.& ibi quid de iure Canon.& Ciuili, ubi etiam docet prac.de qua etiam per Rol.consi.24.nu.47.lib.3.Alex. consi.154.col.ij.in fi.lib.5.consi.43.lib.7.Osasc.decisione 15.& 84.illud verò quod dicitur iure Can.proponẽdũ & probãdum esse causam suspicionis,limita, nisi esset talis, ꝙ eius propositio fieri non posset sine scandalo, quia nimis infamaret iudicem,quia tunc stabitur iuramento allegantis, teste Abb.in c.ij.requiris, col.fi.de appel. Maluer.

b Procedit no. quòd ubi opponitur de recusatione contra iudicem,si propterea iudex procedat, licet non fuerit appellatum nihilominus processus est ipso iure nullus,hoc tenet Host & Ant.de But.in c.cum speciali,extra de appella.clarius tenuit Bartol.in l.quia poterat.ff.ad trebel. qui allegat casum, & ibi Bald.qui loquitur etiam de compromisso in l.1.C.si quacunque præ.po.Idem ad primum dictum tenuit Gem.de hoc latè disputans, in c.iudex,de offi.delega.lib.6. post cæteros,& aliquid in c.legitima,de appel.eod.libr.dicẽs,quòd cum per recusationem omnino impediatur exercitium iurisdictionis, processus factus per iudicem recusatum est ipso iure nullus &c. Adde tu quod in notorijs iudex non recusatur ut suspectus,ut dicit Old.consi.283.Ro. sing.suis,& consi.statim allegãdo, & an iudice recusato ualeat

leat processus, vide Pau. de Cast. consi. 223. Alex. consi. 183. 2. lib. l. ap. alleg. 1. Lud. Rom. vbi vltra omnes consi. 220.

✻ Procedx. Adde, post recusationem, & allegatam suspicionem: processum factum nullius esse momenti, teste Roma. consi. 220. col. 2. nu. 3. Alex. consi. 89. col. 2. nu. 6. lib. 5. & col. fi. Dec. consi. 175. nu. 2. in cap. quoniã contra, nu. 25. de proba. & not. doc. in l. quia poterat. ff. ad trebel. Dec. in ca. cum speciali, colum. vlt. de appel. Quam opin. communem dicit Rom. d. consi. 220. col. 3. post prin. ubi concludit in casu ibi proposito, per solam allegationem processum non annullari, & d. consi. post nu. 8. si obiecta fuerit aliqua exceptio contra iusdicentem ex cognitione habita super ea, iudex ad vlteriora procedat, tenere processum si non appelletur, & videri super exceptione pronunciatum per tex. in cap. ex parte, ubi Dec. quarto not. extra de appella. secus si non habita cognitione, Rom. consi. 241. nu. 7. consi. 410. nu. 3. Ias. in l. 2. ante fin. ff. si quis in ius voca. non ier. Felyn. in cap. suborta. col. 4. de re iud. Boer. q. 43. nu. 3. & dicit Rom. d. consi. 220. col. 3. in fin. quòd ibi iudex contra quem opposita fuit recusatio propter suspicionem, de ea cognouit, & nihilominus ad ulteriora pcessit qua in materia, uide quæ scribit Ofasc. decisione 84. nu. 6. 7. & 9. vbi quærit, an post propositam recusationem possit iudex fine adiuncto ad ulteriora in meritis procedere, & an gesta post talem recusationem nulla sint ipso iure? Vel irritanda veniat remedio appellationis? & referendo opin. Canonist. dicit quòd processus post recusationem tenet, nisi sit appellatum, Aliam verò esse opin. iuris ciuilis, & in specie Bar. in l. quia poterat. ff. ad treb. quod quicquid fit post recusationem sit nulla, tandem dicit vt. asque opin. in casu suo ueras, & quamlibet in suo foro seruandam, ex no. per Ias. in l. apertissimi, num. 5. C. de iudi. Addit tamen ibi d. decisione nu. 11. quòd eo ipso, quòd iudex procedit post recusationem, uel appellationem dicitur grauare partem, cap. accedens ad sedem, ut lit. non contesta. qua de re uide Ro. d. consi. 220. col. 2. Nat. consi. 152. nu. 6. nu. 7. & seq. consi. 167. col. 8. cir. fi. lib. 5. Seb. de null. ca. 9. nu. 140. dum autem disputat prædictus d. Ofasc. d. decis. An iudici suspecto dandus sit adiunctus? tandem post plura nume. 8. nume. 9. concludendo dicit, senatum sequi opin. Bald. in auth. offe atur. C. de lit. contest. quã Bald. opin. in d. au hen. est. col. 3. in fi. & col. 4. nu. 15. uer. uenio ad uerbum, ubi dicit nota hunc tex. contra Iacobum But. qui dicit, quod non debet quis dicere peto associa i, sed debet dicere, peto non procedi sine iudice associato per legem, nam hic lex non associat, nisi petatur, de qua materia vide plenè per Capel. Tolos. q. 478. Masuer.

c Dic vt ibi. Adde Oldr. consi. 301. & 283. supra alleg.

d Præfigere. Adde Oldr. consi. 60.

e Episcopus loci. Adde an alius quàm episcopus possit associari, Alex consi. 183. supra alleg. & quid si ipsemet ordinarius alium sibi adiungat, an valeat processus, uide Oldrad. consil. 117.

✻ Episcopus loci. Adde quòd in casu suspicionis legitimè probatæ ordinarius abstinet à cognitione causæ, & ea alteri non suspecto delegatur, teste Ofasc. decisione 15. cir. fi. 84. num. 9. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Causa suspicionis seu recusationis, an sint coram recusato exprimenda.*
2 *Arbitri electi assignant terminum probandi causas propositas.*
3 *Iudex recusatus potest compellere arbitros ad recipiendum tertium in casu discordiæ.*
4 *Iudex recusatus potest compellere arbitros ad recipiendum compromissum.*

RATIONIBVS Et causis maximè infra scriptis.
1 † Licèt iure ciuili pro exceptione recusationis non ✻ sint causæ specialiter exprimendæ* coram iudice, sed sufficit coram arbitris illas proponere & probare, vt no. in d. l. ✻ apertissimi, attamen iure canonico* deciditur contrariũ, vt in d. c. suspicionis, & c. cum specialis, vt not. per glo. in c. 1. vt lit. non contesta. quæ opin. probatur in l. si pater. ff. de libe. cau. & adde quod not. in c. ab arbitris, extra. de off. de-
2 leg. lib. 6. † Quis autem assignabit terminum probandi causas propositas coram iudice? dic quòd arbitri electi, ut in
3 d. c. suspicionis, cum simi. † Et si forsan ipsi arbitri discordes fuerunt in procedendo, uel iudicando, ipse iudex recusatus poterit eos compellere ad tertium eligẽdum, ut proinde stetur sententiæ duorum, ut in d. c. legitima. & ca. cum speciali, cum sim. Et quò ad hoc durat eius iurisdictio, licèt quò ad alia statim recusatione proposita sint eius manus li-
4 gatæ, ut d. capit. suspicionis, ut supra dixi. † Alio etiam casu durat iurisdictio ipsius iudicis, uidelicet si arbitri electi recusauerunt recipere compromissum, nam poterunt per eũ compelli ad ipsum assumendum, d. cap. cum speciali, & no. per glo. in d. c. suspicionis, licet alij arbitri conuentionales non cogantur acceptare compromissum, ut l. 3. §. 1. de arbit. Io. Petr. Ferrar. legum doctor.

A D D I T I O N E S.

✻ Specialiter exprimendæ. Adde, quòd quando causa recusationis rationabilis proponitur in iure ex facto, notoria non itur ad arbitros, teste Nat. consi. 174. col. 3. & 4. lib. 5.

✻ Iure canonico. Adde, quòd licèt iure ciuili causa suspicionis non allegetur, iure tamen canonico allegari debet, secundum communem. quam docet Tremol. ad prac. Bonacurs. ti. de recusationibus, post nu. 2. uer. suspectum, litera B. quæ suspicio probatur iuramento, ut not. Catel. uer. iuramentum probat, colum. 3. Rol. consi. 19. num. 14. lib. 3. quia iuramentum pro iusta causa habetur, teste Alexand. consil. 104. col. 2. lib. 5. Quam opin. communem dicit Abb. in cap. si quis contra. num 12. de foro compet. teste prædicto Rol. ubi supra. & consi. 31. nu. 25. 26. lib. 3. ubi quòd nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum, in recusatione notarij, consultoris & procuratoris, quia sufficit iuramentum, Alex. d. consi. 104. num. 4. lib. 5. secus, ut dixi de iure canon. ubi causæ suspicionis probari debent, Rol. d. consil. 31. cui Adde: quòd non sufficit recusare iudicem allegando causam familiaritatis alterius partis cum illo, sed exprimi debet quali familiaritate, quia posset esse modica familiaritas, quæ non sufficeret ad recusan iudicem, ut scribit Alex. consi. 154. post nu. 7. lib. 5. Accedit, quod allegans suspectũ iudicem debet simul nominare arbitrum, aliàs non tenet recusatio, teste Neuiz. consi. 36. nu. 2. cuius tamen rei prac. docet idem Neuiz. consi. 55. col. fi. consi. 44. nu. 6. ubi quòd quando ordinarius recusatur suspectus: debet adiri superior, non autem dari adiunctus, ut quotidie erratur dicit in prac. cuius contrarium scribit Alex. consi. 12. col. 2. lib. 6. ubi quòd iudici suspecto alius associandus est, qua de re uide quæ scribit Nat. consi. 152. 167. col. 8. cir. fi. lib. 5. Lanfr. in c. quoniam contra, uer. recusationes, de proba. ubi suspecti & recusati iudicis materia examinat Rob. de ord. iud. cap. 54. num. 26. 27. usque ad 74. & Abb. in cap. si quis contra clericum, num. 6. de foro compet. & in repet. d. cap. ubi quòd iudex ordinarius, ut suspectus recusari potest de iure canonico, cui conuenire uidetur Oldra. consi. 301. nu. 3. ubi, quòd in terris Ecclesiæ ordinarius de iure canonico recusari potest, in quo articulo, illud est notãdũ, quòd omnis etiam minima, suspitio est iusta causa recusationis iudicis, non sic in teste ex no. per Lafr. cõclusione 111. quòd autem minor suspitio sufficiat ad repellendum iudicem, testis est Ias. in l. apertissimi, nume. 6. de iudi. de qua suspicione plura etiam not. Oldend. lib. act. forens. classe 7. act. 5. tit. de postulatione suspecti, vbi suspicionis exceptio non solum aduersus delegatum: uerum etiam ordinarium competit, de quo iudice delegato habetur in d. l. apertissimi, & l. ult. C. de iudic. de ordinario in auth. ut præsid. qui interpell. §. quod si usu, & licet sint qui in hoc reclamant Martino: quòd scilicet ordinarius non possit allegari suspectus. est tamen eius sententia

recepta, & canonizata in cap. cum speciali, vbi Dec. de appell. Quæ omnia latius declarantur per Oldend. ubi supra, & per Dec. d. cap. cum speciali, nu. 5. & col. 3. circa fin. & in cap. ex insinuatione, num. 5. eo. tit. per Osasc. decis. 15. decis. 84. Bar. in l. quia poterat, num. 3. ff. ad treb. ubi quòd processus a iudice recusato est ipso iure nullus, sequitur Seba. de Null. cap. 9. nu. 140. Rip. responso. 196. num. 3. ubi quòd sententia post recusationem & suspicionem allegatam: est ipso iure nulla, qui recusatur non potest causam committere: nisi de consensu recusatoris, teste Dec. d. cap. cum speciali, col. fin. in p. inc. de appell. Quæ tamen suspicio ratione adiuncti purgatur, authen. si uerò contigerit vbi Mode. secundo notab. C. de iudi. Aym. consi. 238. nu. 12. Nat. consi. 192. col. 4. nu. 6. lib. 1. ubi loquitur de suspicione notarij, sic etiam de iudice, quem (dicit) posse repellere exceptioné suspicionis contra se allegatam, ubicúque est irrationabilis, & ibi plura in pract. notab. circa oppositionem exceptionis suspicionis & recusationis iudicis, ut d. consi. nume. 9. & consi. 167. colum. 8. lib. primo, Lanfr. conclusione 46. & seq. melius conclusione 236. sed quid dicendum in iusdicentib. pedaneis, puta oppidorum? qui de iurisperiti consil. pronuntiant, an possint recusari; & allegari suspecti; & Dic, ut per glo. in cap. dilecto, uersi. recusaltis, de testib. quid de concilio prouinciali & synodali? An suspectum allegari, & recusari possit? & an tota ciuitas, uniuersitas vel collegium? & dic quòd sic, secundum communem, per Rol. consil. 19. num. 11. & sequen. lib. 3. & ibi nume. 18. quòd recusatio fieri debet in scriptis, non uiua uoce, quid de omnibus unius ciuitatis doctoribus? Aut senatu, concilio, uel collegio? & dic, quòd non, ut per Suarez. libr. commun. opinio. uer. suspicio. Boer. q. 269. Nisi (inquiunt ipsi) caput senatus aut consilij suspectum esset, quæ opin. non laudatur, quòd per unum aut duos, totum corpus recusetur; imm o potius laudanda uidetur pract. qua hodie utimur, quòd datis suspectis prouideatur á principe aut eius consilio de alijs non suspectis, maximè quando honestæ ac legitimæ, sunt suspicionum causæ, vt ita intelligédú quidam dicunt Rol. d. consi. 19. cui pra . non omnino dissimilis habetur stilus, quo utimur in hac subalpina patria in locis, in quibus iusdicentes de iurisperitorum consilio pronunciant: dandi scilicet suspectos, & confidentes, de quo per Dec. in cap. proposuisti, colum. 7. de probatione, Cagnol. in regula consilij nume. 14 & sequen. de regu. iur. qua in re, quia plures sunt, qui omnes unius collegij, aut ciuitatis doc. suspectos allegant, ut uide aliquando, conclusionibus prædictis locum esse tunc dicemus, si ex leuibus & coloratis causis suspitio proposita fuerit, quæ omnia latius tractantur in locis supra alleg. & in specie apud prac. Bonacurs. tit. de recusationib. Lanfr. in cap. quoniam contra, uersi. recusationes, Rob. de ordi. iudicio. cap. 54. uersic. recusatio, Villal. uersi. suspicio. Maiuer.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ratione coniunctionis sanguinis redditur suspectus.*
2 *Iudex ratione appellationis à sententia in alia causa an reddatur suspectus.*
3 *Inimicitiæ reddunt iudicem suspectum.*
4 *Appellari an possit á sententia arbitrorum.*

1 FRATER Dicti Andrini. † Ex hoc patet, quòd inter
2 ipsum & iudicem erat nimia sanguinis coniunctio, a quæ habet istè reddere ipsum iudicem suspectum, ut in c.
2 postremò, extra de appel. & ibi no. per glo. † Est etiam alia iusta causa, uidelicet si pars appellauit in alia causa ab ipso iudice recusato, secundum ius canonicum, ut in c. proposuit, & c. ad hæc, extra de appel. Sed de iure ciuili hæc causa simpliciter sumpta non est legitima, ut est tex. in l. j. ff. an apud eum à quo appel. in alia causa. Ioan. And. & Imol. dicunt, quòd dicta capitula debent intelligi, quando coram arbitris probatum est de grauamine indebite illato per sententiam eius à quo dicit se appellasse, aliàs sola & simplex appellatio de per se non esset sufficiens causa recusationis. ut d. l. 1. & sic iura iuribus concordanda sunt, ut l. prima. C.
3 de inoffi. dona. † Item est iusta, si interuenerunt inimicitiæ, vt hoc requiritur, & probatur in d. c. secundo requiris, in fin. extra de appell. & in d. l. si pariter, & 3. q. 3. cap. suscepti. Aliæ etiam sunt iustæ causæ suspicionis, quæ arbitrorum iu
4 dicio relinquuntur, ut no. gl. in d. c. cum speciali. † Sed quid si arbitri tulerunt sententiam suam, an ab ea poterit appellari? dic quòd sic, & appellandum est ad Papam, vel ad Imperatorem secundum Ioan. An. cum sint arbitri iuris, ut no. in d. c. ab arbitris, & in c. cum speciali. & hoc modo debet intelligi l. fin. C. de iudic.

A D D I T I O.

a Sanguinis coniunctio. Adde aliquas causas recusandi indicem per Cald. consi. 7. de appel. ubi dicit, quòd facilius recusatur iudex quàm testis propter amicitiá, & aliquas causas uide per Oldr. consi. 301.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio an irritetur per sequentem actum contrarium.*
2 *Protestationum quot species sint.*
3 *Protestatio, & denunciatio quid sint.*
4 *Protestationis effectus quis sit.*
5 *Protestatio præsentiam aduersarij uel consensum: an necessariò requirat.*
6 *Consensus tacitus an sufficiat, ad hoc ut ualeat protestatio in casibus, in quibus partis præsentia requiritur.*
7 *Protestatio cum fit super aliquo actu ex quo propriè non inducitur obligatio, sed generatur præiudicium alio modo, tunc sufficit, quod fiat parti, nec requiritur eius consensus.*
8 *Protestatio quomodo fienda super re quæ consistit in potestate protestantis de iure, sed non de facto.*
9 *Protestatio de qua supra, an debeat fieri in scriptis.*
10 *Protestatio quomodo fiat, quando est facienda super eo quod consistit in potestate & uoluntate protestantis de facto, sed non de iure.*
11 *Protestatio qua fit super eo quod dependet ex potestate iuris tantum & non ipsius protestantis, qualis sit & an ualeat.*
12 *Denunciatio quotuplex sit.*
13 *Emptori non sufficit denunciare uenditori, sibi motam esse litem, nisi mittat copiam libelli cum citatorio, & hoc quando creditor suscepit in se omne iudicium.*

1 PROTESTANS Dictus do. Ioann. † Quid autem si ipse Ioannes post huiusmodi protestationé, simpliciter in cauta processit, an sibi præiudicetur? uidetur quòd non: quia uerba protestationis sunt relata ad tempus præsens uel futurum; ut patet ex uerbis subsecutis, sicq; actus qui sequitur magis includit dissensum, quàm consensum. arg. l. si quis in principio testamenti, cum sim. ibi no. ff. de leg. 3. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. facit quod not. Inn. in cap. quæstioni, extra de appell. sicut & alias in simili dicitur de eo qui protestatus est nolle litem contestare, de quo no. per Glo. & Doct. in l. j. C. de lit. contest. & in cap. 1. & in c. solicitudinem, in fin. extra de appel. ad quod etiam facit l. iurisgétium. §. quod fere. ff. de pact. In contrarium facit, nam actus sequens protestationi contrarius tollit ipsam protestationem, * ut in c. cum M. Ferrarien. extra de constit. & ibi not. plenè de materia protestationis, facit l. qui in aliena. §. celsus ff. de acquiren. hæredit. & l. atqui aliter. §. si quis eum. ff. quod ui aut clam, & quod habetur in d. c. solicitudinem, in fin. extra de appel. cum ibi not. Et hæc pars uidetur esse uerior per tex. in c. gratum, extra de offi. delegat. & c. cum uenisset. de testib. & quod not. in c. ex parte, de his quæ fiunt à maio. parte capitu. & in cap. j. extra quod met. cau. Veruntamen pro pleniori declaratione protestationis aduertendum est, quòd super eius doctrina fuit tam apud antiquos, quàm Modernos, non paruus dissensio; ut plenius refert

F

fert post multos Bart. in l. non solum. §. morte, columna 2. versic. 1. ergo. ff. de nou. oper. nuncia. de qua ante eum latè scripserunt Ioan. Mona. in cap. generaliter, de reg. iu. lib. 6. & post eum Ioan. And. in eo. cap. in sua nouella, & per And. a de Pisis in d. l. si quis in principio testamenti. † Vnde secundum dom. Bart. protestatio diuiditur in quatuor partes seu species. Est enim quædam protestatio declaratoria propriç uoluntatis ipsius protestantis. Quædam incitatoria, ut quid fiat per tertiam personam. Quædam prohibitoria, ne quid fiat per te tiam personam. Et quædam certificatoria alicuius facti, uel omissi. Ego autem dico, quòd duo sunt genera, quæ inter se uidentur idem, & sunt diuersa, nam quædã est proprie protestatio, quædam verò propriè denunciatio; protestatio est illa quæ fit super eo quod dependet à uoluntate, uel facto solius protestantis. Denunciatio autem est ea quæ fit super eo quod dependet à facto tertij, ut infra patebit; per quæ concludo, quòd tres vltimæ species superius traditæ potius pertinent ad denunciationem, quàm ad
3 protestationem. † Quæritur ergo, quid sit [a] protestatio? re-
a spondeo quòd est quædam præcedens testatio prohibitoria seu derogatoria, aut conseruatoria alicuius instantiæ, vel futuri facti seu iuris, aut negotij proprij ipsius protestantis; vt patet manifestè per exempla quæ habentur in d. l. si quis in principio testamenti, & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. primò, l. si ita scriptum, eo. titu. & l. cum plures. §. locator. ff. loca. & multis alijs iuribus inferius not. & hæc est propria & stricta protestatio. Denunciatio est quædam notificatio, qua quis incitatur ad aliquid faciendum, desistendum, uel omittendum. Exempla eius colliguntur in l. denunciasse, in princip. ff. de adulter. & in l. prima, in princ. §. nunciatio, & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. ope. nunt. l. emptor. C. de euictio. l. si nudo. §. fin. & l. si per imprudentiam. §. primo, ff. de euiction. & in alijs iuribus de quibus infra dicetur. & talis denunciatio est impropriè protestatio, licèt ipsi doctores appellent ipsam protestationem, & ma-
4 lè. † Quæritur de effectu protestationis. Dic distinguendum esse secundum Ioan. And. ut per eum nota. in c. cum M. Ferrarien. extra de constitu. Aut fit protestatio contra substantiam rei seu negocij, super qua fit ipsa protestatio. Aut præter, uel secundum substantiam ipsius negocij. Primo casu non ualet protestatio; ut patet in recepto in canonicum cum protestatione ne habeat p æbendam, ut in d. cap. cum M. de prębend. c. dilectus, & in cap. si quis obiecerit. 1. q. 3.
b Et in professo sub protestatione, vt retineat sibi propriũ, [b] vt in cap. cum ad monasterium, de statu mona. & de eo qui matrimonium contrahit protestando se uelle prolem eui-
c tare, [c] vt in c. fin. extra de condi. appo. & in eo qui concedit rem precario sub protestatione ne liceat reuocare, vt l. cum precario. ff. de precar. & in eo qui uendit uel donat usumfructum cum protestatione, quòd usus non cadat in donatione, uel in uenditione, ut l. per seruum. §. fina. ff. de usu & habita. & l. prima & secunda. §. si loci. ff. de adimen. leg. Secundo casu principali, quãdo est præter, uel secundum substantiam, subdistinguitur, aut protestatio fit in iudicio, & tunc actus sequens contra ius protestationi tollit protestationis effectum, vt patet in eo qui est protestatus, nolle litem contestari. Nam si postea ex interuallo respondeat li-
d bello simpliciter, [d] erit lis contestata, ut no. in capit. primo, de lit. contesta. Ideoque dicunt procuratores in sequentibus actis causæ. § Inhærendo protestationibus alias factis. § Aut fit extra iudicium, & tunc aut tangit ius solius protestantis, & ualet protestatio. ut 7. q. prima, cap. pontifex, & extra de postul. cap. bonæ memoriæ. lib 6. de censi. c. olim, facit ff. de acquiren. hæred. l. pro hære. & ff. de trib. l. prima, §. scientiam, facit l. si quis in principio testamenti, cum sim. superius allegatis; quia in propria causa quilibet debet esse moderator & arbiter; vt l. in re mandata. C. mandat. aut tangit ius protestantis, & alterius, & tunc, aut subest iusta causa quæ protestationem corroborat, & tunc ualet prote-
e statio, & operatur [e] suum effectum; & maximè quando tractatur de damno euitando. ut est text. de offi. ordin. c. pastoralis 16. q. te tia, cap. pen. versi. his autem, & l. ut perfectius. C. de anna. except. & in cap. 3. extra, quod met. cau. extra de appel. cap. fin. Si uerò subest iusta causa, & tunc, aut protestatio est nuda, & tollitur per actum contrarium. vt dicto c. cum M. Ferra. & extra de ele. c. in genesi. Aut est uestita, ut quia est conuentionalis, & tunc ualet & operatur, ut in cap. cumana, in princip. & in fin. extra de elect. quia licita pacta sunt seruanda. ff. de pact. l. iurisgentium. §. ait prætor. & extra de pact. cap. 1. Idem si sit vestita cohæ entia consensus, ut l. si debitor §. 3. ff. quib. mod. pign. uel hypo. sol. Item si sit uestita cohærentia expensarum causa humanitatis factarum: ut ff. de nego. gest. l. Nesennius, & Barto. in l. si quis. §. si prohibente. ff. de reli. & sumpt. fune. de qua etiam protestatione plenè tractat Hostien. in sum. de consti. §. quando constitutio, uersi. & quia de protestatione, &c. Per Archid. 27.
5 dist. c. diaconus. † Sed ci ca præmissa in dubium reuocatur an in protestatione sit aduersarij præsentia necessaria, uel consensus? Pro cuius declaratione assumo aliam doctrinam Barto. in d. §. morte. Aliquando fit protestatio super eo quod consistit in propria & mera uoluntate & potestate ipsius protestantis. Aliquando super eo quod consistit in potestate eius & alterius; Aliquando super eo quod consistit in potestate eius de facto tantum, & non de iure. Venio ad primum, circa quod sic distingue, aut per protestationem nullus grauatur, aut aliquis. Primo casu alicuius præsentia non requiritur tanquam partis, sed tanquam testis ad fidem faciendam. Patet exemplum in aditione hæreditatis, & legatorum, quæ fiunt in testamento. & si. ut l. ac si quis. §. plerique. ff. de religio. & sumpt. fune. l. qui in aliena. §. fin. & l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred. & d. l. si quis in principio testamenti, & l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis primò. & l. si ita scriptum, eod. titul. & l. Nesennius. ff. de nego. gest. nec requiritur in hac protestatione expressio alicuius causæ, sufficit enim pro ratione uoluntas, ut ibi. Et si fortasse fuit causa expressa quò ad certum actum, non extenditur ad aliam causam, uel alium actum qui inde sequeretur ex interuallo, ut l. per retentionem. C. de usur. secus si fieret per talia uerba, quæ futurum tempus respicerent. uerbi gratia dicit. § Protestor me nolle esse hæredem per aliquem actum qui fieri contingeret in futurum; quia illum facere intendo tanquam creditor, uel negociorum gestor, & sim. § ut traditur in l. si ita stipulatus. ff. de fideiuss. & dicta l. Nesennius, & d. §. plerique, & argum. eorum quæ not. in dicta l. si quis in princip. An autem actus sequens cõtrarius huic protestationi tollat illam? distingue, aut ille actus prius celebratur cum ipso protestante, & dependet solum ab eius facto, & tunc non tollit præcedentem protestationem, nisi expressè caueatur in actu sequenti. Patet in testamento, & hæreditatis aditione, ut dictum est per iura ad hoc allegata. Aut actus ille celebratur cum illo, & tũc nisi expresse in eo reperiatur protestatio, uidetur ab ipsa protestatione discedere, ut dicto capitu. solicitudinem, de appell. & cap. primo, quod met. cau. Et per hoc patet, quòd dicta l. qui in aliena. §. fin. debet intelligi, quando post protestationem simpliciter ad actum venit contrahendo, aliter autem videtur recedere ab ipsa protestatione, unde sumas practicam ad hoc quotidianam, quia dicimus, inhærendo tali protestationi, facit quod habetur in l. prima. ff. de interroga. actio. Secundo casu, quando per protestationem aliquis grauatur, tunc subdistingue, aut protestatio fit super eo quod dependebat ex aliquo proprio facto ipsius protestantis; utputa ex mandato alicui iniuncto; tunc si persona quæ læderetur sit certa, requiritur eius præsentia, uel saltem notificatio, aliàs non tenet hæc protestatio. ff. manda. l. si mandassẽ. C. de satisd. l. 1. & ibi no. facit quod not. per Cynum in l. si mandatum. C. mandat. Si uerò persona sit incerta, tunc sufficit publicè protestari, ut l. sed & si. §. proscribere. ff. de instit. Aut protestatio fit super aliquo quod dependet ex potestate, & dispositione legali merè, & tunc nullius

nullius præsentia requiritur,ut probatur in l.honores.§.fi.ff. de cura.coniuncta.l.1.C. de filiofamil.qui ad mu.publ.libr. 10. Venio ad secundum principalem casum,qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in eius propria vo-
f luntate & alterius. f In quo casu dic sine distinctione,quòd protestatio fieri debet in præsentia partis, ut l.codicillis.§. j.ff.de lega.2.& l.si debitor.§.j.ff.quib.mod.pign. vel hipo.
6 sol.& l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca.† Sed an requiratur in dictis casibus expressus partis consensus, uel sufficiat tacitus? distinguendum est secundum Bartol. aut fit protestatio ad tollendam,vel limitandam obligationem iã contractam de præterito; aut contrahendam, uel limitandam de futuro. Primo casu requiritur expressus consensus partis,ut l.si maior.C.de transact.& C.de dona.quæ sub modo.l.perfecta.Secundo casu subdistinguitur, aut obligatio contrahitur ex necessitate alicuius facti præcedentis, & tunc idem quod supra, ut l.fina.§. Item si prædixerit.ff.nau. caup.stabul. Nam ibi hospes factus onus assumpsit, & officium hospitandi,vnde aduenientes hospitari tenetur, vt l.j. ff. fur.aduer.nau.caupo.stabul. & per hoc incidit in contractum,vel quasi,qui de recepto dicitur. Aut obligatio contrahitur ex liberalitate nulla iuris necessitate cogente, & hic subdistinguitur,aut protestatio fit ad tollendam,seu impediendam obligationem; aut ad ipsam solum limitandã. Primo casu requiritur partis cõsensus expressus.Exemplum si fui protestatus, quòd contingat me intercedere pro Titio apud te,quòd hoc non facio animo obligandi me: & sic in similibus,si quidem postea intercedam, si pars consenserit protestationi,non obligor.sic intelligatur gloss.in l.pacta nouissima.C.de pact. in ea parte qua ibi dicitur. § Pactum delegatorium præcessisse. § Si uerò non consenserit, tunc obligor.& iste est casus in d.§.locator horrei, & in c.j. extra quod met.causa.& in c.solicitudinem,de appel. Alio autem casu cum protestor tibi, quòd si quid purè promisero intelligatur promissum sub conditione, uel alio certo modo; & tunc subdistinguitur, aut loquimur in obligatione uerbis, uel consensu contrahenda, aut in obligatione, quæ re contrahitur. Primo casu aut talis limitatio inducit diuersitatem in qualitate obligationis, aut identitatem. Si diuersitatem inducit,requiritur expressus consensus partis; quia actus sequens est protestationi contrarius, argum.ad hoc in l.prima §.si quis simpliciter.ff.de uerborum obligat. Vbi autem inducit identitatem, tunc sufficit partis præsentia.argum.l.modestinus.ff.de sol.coniuncto.§.si quis similiter,& §.sequen.in d.l prima.ff. de uerbo.oblig. Cum autem obligatio re contrahitur,tunc sufficit taciturnitas eius, cui fit protestatio,nec est necessarius expressus consensus.ff.de solu.l.prima,sic potest intelligi gloss. quæ est in d.§. item si
7 prædixerit.† Est insuper & alius protestationis modus, videlicet cum protestatio fit super aliquo actu, ex quo nõ inducitur propriè obligatio,sed aliud præiudicium generatur; & tunc sufficit, quòd fiat parti, non tamen requiritur consensus eius,ut dicta l.codicillis.§.primo,de leg.2.& l.si
8 debitor.§.j.ff.qui.mod.pig.uel hypo.sol.† Transeamus ad tertium articulum principalem, qui est quando protestatio fit super eo quod consistit in eius potestate de iure, sed non de facto.In quo sic distingue. quandoque potestas de facto deficit propter aduersarij potentiam seu culpam, & tunc aut ille actus cuius causa erat fienda protestatio,est explicandus coram eo tanquam coram iudice, & tunc suffi
g cit protestari coram uicinis, g ut l.fin.C. de his qui per me. iudi.non app.& extra de app.cap.fin. Aut erat explicandus coram ipso tanquam coram parte, & tunc aut in iudicio, aut extra.Si in iudicio,& tunc sufficit protestari coram alio iudice,& postea debet illi notificari,ut l.præses.C.de episc. aud.& in l.contractibus.C.de non nume.pecun. Si uero extra iudicium,tunc sufficit protestari coram uicinis.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de nou.oper.nunc. Vbi autem deficit potestas propter aduersarij absentiam, & tunc aut ille actus erat explicandus cum ipso tanquam parte, & tunc sufficeret fieri coram iudice, uel in loco domicilij, secundum formam traditam in l.ut perfectius.C. de anna.excep. aut actus erat explicandus cum eo tanquam cum iudice, & tunc fieri debet protestatio ante tribunal eius, nec debet quis laborare inuestigando ipsum iudicem, ut l. prima.§.
9 adeundi.quando app.fit. † An autem protestatio, de qua superius dictum est, fieri debeat in scriptis? distinguitur secundum Doct. aut dicta protestatio succedit in locum actionis,& tunc fienda est in scriptis,ut in d.l. perfectius, aut nõ succedit in locum actionis,& tunc fieri non potest regulariter sine scriptis, vt C.de pact.l.pactum, & de nego.gest.l.si. fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ,ut in auth.hanc
10 autem querelam.C.de non num.pe.† Circa quartum principalem articulum,qui est, quando protestatio fit super eo quod consistit in potestate & uoluntate protestantis de facto,sed non de iure; exemplum est in maleficijs: distingue sic, aut quis vult protestari ad sui excusationem ne incidat in aliquod delictum, aut uult protestari ad sui excusationem, ut ultra suum propositum non augeatur ipsum delictum, seu ne incidat in grauius delictum. Primo casu subdistinguitur. aut illa persona, quæ ex hoc posset lædi, est incerta, & tunc sufficit simplex protestatio facta in loco,in quo suspicio erat de delicto, vt l.qui foueas, & l.si putator. ff.ad l. Aquil. hoc autem uerum intelligas, quando is qui protestatur,gerit actum licitum & permissum à iure ut ibi; secus autem si gereret actum illicitum, vt verbi gratia. Si quis iniecit sagittas in loco publico, nam & si protestatur quemquam offendere nolle,non in totum excusatur,ut habetur & not.in d.l.si putator, & l.prima,C.de Sic.& in c.a. de præsumptio. Si verò persona,in quam delictum debebat committi, erat certa & limitata; & tunc in eius præsentia fienda est protestatio,ut l.aut qui aliter.§.primo,secundo & tertio.ff.quod ui aut clam.In secundo casu,quando fit protestatio,ne protestans incidat in maius delictum, tunc subdistingue. nam quædam sunt facta,in quibus sola voluntas non potest debito modo regulare ipsum factum. Exemplum patet,si quis habet animum solum uulnerandi, & nõ occidendi & aliquem percutiat, potest enim percussio esse talis quæ propositum excedit,ut frequenter accidit, & fiat mortalis. In hoc enim animus non potest regulare ipsum factum: hoc enim casu protestatio talis nil operatur, argumen.l.quoniam multa facinora, & quod ibi not.C.ad l.Iul. de vi pri.& extra de homicid.capitulo fina.libr.6.quædam sunt delicta, in quibus animus habet regulare ipsum factum. Exemplum in acquisitione possessionis,uel occupationis,quæ solo animo acquiritur.ff.de acquiren. possessio. l.tertia.§.item acquiritur.l.licèt, eodem titulo.pone ergo, quòd te expuli de fundo hac protestatione præcedente, quòd hoc feci animo solum quærendi naturalem tantum possessionem tanquam dominus proprietatis: operabitur isto casu protestatio,ut me excuset à delicto circa ciuilem: & in ipsa protestatione non erit necessaria partis præsentia, uel consensus,ut no.in l.prima.C.vti possid. in gloss. super
11 uer.nec ui. † Rursum est & quintus articulus, quando protestatio fit super eo,quod dependet ex potestate iuris tantum, & non ipsius protestantis. Exemplum, quando expendit pro alio, ad quam expensam de necessitate tenebatur ipse protestans: vt est exemplum in patre & matre. Nam si pater expendit alimentando filium, & protestatur se id facere animo repetendi, ipsa protestatio nil operatur, vt not. in l.prima,& in l. alimenta.C.de negocijs gestis, & idem in similibus casibus, ubicunque protestatio est iuri contraria, uel per eam iuris solemnitas læderetur, argumen. in l. nemo potest.ff. de legatis primò, cum similibus. Potest etiam addi aliud exemplum in eo, qui protestatur in libello, quòd sibi liceat quandocunque addere & minuere &c. quia talis protestatio nil releuat ultra ius commune, vt in l. edita. C. de edend.& extra de dilat.in cap.exposuit, & dixi supra in gl. super uersi. § Saluo iure addendi &c. § de qua materia pro-

testationis etiam latè tradidit Arch. 27. distin. c. diaconus.
12 † Transeo nunc principaliter & propriè ad materiam
h denunciationis, [h] ipsam materiam denunciationis propriè & strictè assumendo. licèt ut dixi Bart. in larga significatione ipsam appellet protestationem; pro cuius declaratione est sciendum, quòd quædam est denunciatio prohibitoria alicuius facti, quædam incitatoria ad aliquid facien-
13 dum, quædam certificatoria alicuius entis. † Circa primum articulum est considerandum, quòd aliquando fit denunciatio, ut non fiat id quod ipse prohibitus non tenebatur facere; quandoque fit denunciatio, ut nō fiat id quod aliàs erat sibi permissum facere, licèt ad hoc nō esset obligatus. Primo casu subdistinguit, aut fit denunciatio ei qui est obligatus ipsi denūcianti; vt puta ¶ Creditor denunciat debitori, ut soluat uel faciat ¶ & tunc effectus huius denunciationis est, ut in mora debitor constituatur, & cadat in pœnam, & simil. de quibus habetur in l. mora. ff. de usur. in l. datio. §. si per uenditorem. ff. de act. empt. Aut fit denunciatio ei qui non est obligatus ipsi denuncianti, sed alij, vt uerbi gratia. ¶ Extraneus denunciat Titio ne soluat Sempronio ¶ & tunc aut talis denunciatio fit nudè sine exceptione alicuius causæ, & tunc non ualet, ut l. si quis prohibuerit, aliàs. Papinianus ff. de pub. in rem act. & ff. de constit. pec. l. utrum. ff. de fideiul. l. fideius. quia factum alterius alteri præiudicare non debet, ut in l. sticum, in fin. ff. de nouatio. Aut cum expressione causæ, non tamen veræ, nec uerisimiliter veræ, & tunc idem, ut l. hæc autem, in princ. ff. si cui plusquam per l. falcid. Aut cum expresione causæ non ueræ, sed tamen verisimilis, & tunc denunciatio fit, ne detur uel fiat quod est debitum ex ultima uoluntate; & tunc ista denunciatio ualet & operatur, ut cautio de defendendo exigatur ab eo cui soluitur, ut in dict. l. hæc autem, & in l. fina. C. de petitio. hęredita. Aut erat debitum ex contractu, & tunc ista denunciatio non habet effectum ad impediendum ius quod competit illi cui debetur, ut in d. l. fina. licèt teneatur ad interesse illius cui denunciatio facta est, ut in l. prima. §. j. ff. de eo per quem fact. est. Aut fit cum expresione causæ totaliter ueræ, & tunc aut ueritas ipsius causæ tempore ipsius denunciationis ostenditur & probatur, & tunc ualet, ut C. quæ res pignor. oblig.
✱ poss. l. nomen, ibi ¶ Deterior factus ¶ propter quod colligitur practica,* quòd si aliquis denunciat debitori sui debitoris, ne soluat, quòd debet eidem legere instrumentum obligationis in forma publica, uel eidem tradere copiam ipsius, aliàs non debet credere; vt habetur in clemen. causam, de elect. & in dicta l. nomen. Aut ueritas non ostenditur, &
i tunc aut denunciatio fit a iudice, & tunc credendum est [i] illi, ut in l. si. ff. de l. comm. aut fit à priuata persona, & tūc aut illud, quod fieri prohibetur per denunciationem, respicit principaliter ipsum denunciantem, ut puta ¶ Si debitor denunciat fideiussori ne soluat, quia est tutus exceptione pacti de non petendo, uel alterius peremptoriæ exceptionis ¶ & tunc sufficit fieri tali tempore, quo se posit ille defendere, ut l. si fideiussor, in princ. ff. mand. Vbi autem non respicit ipsum denunciantem principaliter, tunc si causam non exhibet, uel ostendat, non debet illi credere, vt ff. quod cum fal. tuto. auct. l. prima, §. 1. cum l. sequen. In nuciatione autem noui operis requiritur expresio causæ, si fuerit requisita, vt no. Glo. & Bart. in l. prima, in princ. ff. de nou. oper. nunc.
15 & l. non solum, in §. sicut, eod. titu. † Et hæc, & alia faciunt ad quotidianam quæstionem. Solet enim quotidie apponi in instrumentis. ¶ Quòd uenditor promisit lite mota, super se suscipere iudicium, & causæ defensionem subire. ¶ Pone ergo, quòd emptor denunciat venditori, quòd est sibi mota lis uel quæstio super re uendita, an tenebitur sibi crede-
K re? [k] Certè non, nisi sibi ostendat, & per copiam mittat libellum cum citatorio in forma debita, ut habetur in dicta clemen. causam quæ, de electio. & l. nomen. C. quæ res pignor. obliga. poss. Ad idem facit l. fina. §. primo, ibi ¶ suum debitorem certum facit &c. ¶ C. de bon. aucto. iud. pos. &c. Alia membra supra relata propter eorum prolixitatem ad præsens prosequi non intendo, sed illa prosequere, & declara, ut idem Bartol. prosequitur in dicto §. morte. Deo gratias.

ADDITIONES.

✱ Protestans. Adde quæ scribit Ias. in l. elegāter. §. si quis post transactionem. num. 5. ff. de cond. indeb. ubi docet prac. pro eo qui comparet coram aliquo iudice, & protestatur, quòd non intendit in eum consentire, limita ut per eum ibi, ubi declarat, & ponit quid seruandum in pract. cui conuenire uidetur not. per Aret. in §. appellantur, colum. 8. post num. 12. instit. de except. in § præterea. ij. colum. 8 in princ. & circa med. eod. titu. ubi datur practi. quòd opponatur, tu non es iudex competens, vel non es meus iudex, quia primo casu, de hoc cognoscere non poterit, secundo verò casu sic, teste Caio. In apostil. ibi ubi latius uide declaratum.

✱ Protestationem. Adde, quod si statim fiat actus post protestationem, quòd non ualet, quia præsumitur non adesse voluntas, teste Barto. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. hære. Ias. in l. tancimus, num. x. C. de testa. Paris. consi. 24. num. 52. lib. 2. secus si ille actus fiat ex interuallo, quia tunc ualet, & uoluntas adesse præsumitur, teste Roma. consi. 179. colum. penultima, post princ. Qua in materia plura ponit Ias. in l. nō exigimus, columna secunda, post medium. ff. si quis caut. in l. si post moram, columna. 9. ff. de eo quod cert. loco. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquiren. hæred. in l. pro hærede. §. Papinianus. eod. tit. in l. pacta nouissima, nume. 12. & alijs sequen. C. de pac.

✱ Practica. Adde, quòd quando facta est protestatio debitori debitoris ne soluat, quòd nō tenetur debitor parere protestationi, nisi ostendatur instrumentum, & detur copia, iuxta tradita per Nat. consilio 464. columna fin. Quod tamen non procedit, si talis protestatio fiat iudicis authoritate, quia tunc tenetur credere, & protestanti parere, per text. in l. fina. ubi Bartol. ff. de lege commiss. & not. idem Nat. consi. 348. col. fi. in princ. Masuer.

a Protestatio. Adde quid sit protestatio, & quid denunciatio. Docto. in d. §. morte, in dicto cap. cum M. Ferrariensis, & Alcia. in l. detestatio. ff. de uerbor. signifi. Ziletus.

b Sibi proprium. Adde And. Sic. consi. 60.

c Euitare. Adde quid si dicat, quòd non intendit contrahere nisi sit usi go. Car. consi. 82. Ber.

✱ Euitare. Adde quæ scribit Cepol. cautel. 144. Ferrar. cautel. 7. catel. uer. matrimonium recipit.

d Simpliciter. Adde ut per dom. de Rot. decisio. suis decisio. 12. in nouis, & in antiquis. 464. de lit. contesta. dom. Cardi. consi. 52. Ber.

✱ Adde, quæ habentur infra. form. respons. rei uersicul. non tamen.

e Operatur. Adde quando protestatio conseruet ius protestantis. Alex. consi. 130. 4. lib. Ber.

f Et alterius. Adde Lud. Rom. consi. 311. Ber.

✱ Et alterius. Adde, quòd protestatio in actu pendente à uoluntate duorum: non adiuuat protestantē, nisi protestationi pars quoque altera consentiat, l. fin. §. etsi prædixerit, ff. naut. caup. cui protestationi statur in his, quæ pendent ex animo & mera uoluntate protestantis l. qui aliena. §. fin. ubi Barto. de acquiren. hæred. Quod uerum esse dicunt doctor. quando protestatio est clara, & animum protestantis specificet, ut loquitur dicta l. qui aliena. §. fin. & quæ protestatio declarat animum protestantis l. Nesennius. ubi Barto. ff. de nego. gest. Bald. in l. pacta nouissima, columna prima, in fi. C. de pact. l. ut si quis. §. fina. ubi Bartol. de religio. & sumpt. funer. ubi, quòd non extenditur ultra uerba sua, quæ conclu. procedit in his quæ dependent à propria uoluntate, & potestate, non in his quæ sunt certo modo disposita per legem secundum Bartolum dicta l. Nesennius, primo notabili; Quibus adde, quòd protestatio uoluntatis declaratiua nullum habet effectum in his, quæ ex uo-

ex uoluntate nostra non dependent, sed sunt decis. per legẽ ex not. per gl. in l. alimenta. C. de neg. gest. Rom. consi. 247. col. fin. nu. 6. Quid de protestatione facta præsenti, & tacenti, & dic quòd habet uim specialis renuntiationis, quod procedit quantum ad tollendum priuilegium, quia priuilegium faciliter perditur, aliàs protestatio facta præsenti, & tacenti non sufficit quo ad tollendum obligationem, vel ad tollendum ius commune, teste Ias. in l. si fideiussor, nu. 2. ff. qui satisd. cog. de protestatione autem, & interpellatione quomodo ea fieri debeat, uide Ias. qui prac. in hoc docet, in l. quod te. nu. 35. ff. si cer. pet. vbi, quòd debet fieri & ostendi per scripturam publicam, & ibi q non solum interpellatio extraiudicialis: sed etiam sola notificatio debiti extraiudicialis constituit in mora, teste eodem Ias. in l. uinum, col. 7. post prin. in l. si ex legati causa, col. x. de uer. ob. Alex. in l. 2. §. uoluntate, col. pen. ff. sol. mat. habetur per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, post num. 7. ff. de oper. no. nunc. & quotuplex autem debeat esse interpellatio siue iudicialis, siue extraiudicialis, & facta pari seu inferiori, uel superiori, Vide præpos. Mediol. tit. de mil. qui contumax est col. j. in fin. & col. seq. Masuer.

g Vicinis. Adde Ant. de But. consi. 28. Lap. alleg. 39. Bernard. Landria.

h Denunciationis. Adde, an in denũciatione requiratur libellus, Spec. in tit. de libel. conce. §. x.

* Denuntiationis. Adde, quomodo facienda sit denuntiatio? & uide Bal. in l. cum successores. C. de euic. ubi docet prac. seruandam quando non inuenitur cui denuntietur de qua per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, col. ij. nu. 7. ff. de ope. no. nun. tex. in l. aut qui aliter. §. & si forte. ff. quod ui aut clam. & ubi denuntiatio requiritur solum ad finem notificandi, & certiorandi, tunc illi qui est certus facienda nõ est denuntiatio, l. j. in fi. ff. de act. empt. Alex. consi. 24. col. 1. in fi. lib. 4. secus ubi denuntiatio ad alium finem requiritur, quia tunc simplex scientia non sufficit l. denũtiasse. in prin. ubi doct. ff. de adul. Alex. d. consi. col. 2. in princ. ubi quid in dubio, & ad quem finem denuntiatio exigatur, & quòd videatur potius exigi ad certiorandum, & tunc sufficit sola scientia, de qua uide, quæ scribit Alex. consi. 63. col. fi. lib. 6. ubi doct. in apostil. reprehendunt Aym. in consi. ibi alleg. in materia denuntiationis, quid de nuntiatione extraiudiciali facta emptori ante alienationem, ne rem emunt? & dic, quòd constituit emptorem in mala fide, secus si post alienationem, & traditam possessionem fiat, qua tunc nihil nocet, teste Alexan. in l. de pupillo. §. nuntiationem. num. 12. ff. de oper. no. nunc. Afflic. decis. 369. Feli. in ca. 2. num. 5. de præscript. Quid de intimatione, & dic, quòd illius prac. docent aliqui, quòd scilicet fiat sub scriptura authentica, ut legatur tenor illius, ita Ias. in l. prima num. 3. ff. de eo per quem fac. erit. Idem in denuntiatione seu interpellatione facienda: docet idem Ias. in l. quod te, nu. 35. ff. si cer. pet. Masuer.

i Credendum est. Adde Lud. Rom. consi. 8.

K Sibi credere. Adde Specul. in titul. de emptio. & venditio. §. 5. & §. finali.

* Credere. Adde, quando emptor non denuntiauit litem uenditori, an de euictione agere liceat; & uide Alexand. consi. 63. colum. fina. lib. 6. & tradita per Imbert. in Enchiridi. iur. Gall. uersi. euictione, ubi inter alia quærit, an litem de sola possessione motam auctor suscipere debeat; de qua denũtiatione, quæ fit uenditori: uide text. in l. in rem. §. fina. ff. de euict. & Dic, quòd sufficit si denuntiatio fiat uenditori præsenti l. si omne. §. fin. ff. eod. titu. imò dicunt aliqui, q si sciat venditor absque, de nuntiatione, satis est. l. emptor fundi. C. eod. titu. quod non admittit Catel. uersi. emptor, quia. inquit ipse, tenetur denuntiare uenditori litem motam super re empta, etiam quòd uenditor hoc sciat, ex doc. Bar. in l. denuntiasse. §. quid ergo. ff. de adulter. in l. qui absentem. j. not. ff. de procurato. Quam opin. communiter approbatam dicit Feli. in c. cum M. Ferrariensis, colum. 14. conclu. 4. de constit. post alios quos allega. Catel. loco supra alleg. ubi limitat conclu. prædictam, nisi venditor in instrumento iurasset uenire ad defendendum emptorem in causa euictionis, quia hoc casu si sciret litem motam: non requiritur alia denuntiatio, quæ tamen limitatio non est tuta, & contrarium quotidie seruari uidemus, ex not. per Catel. ubi supra per Capi. decis. 106. Dec. consi. 74. 102. colum. fin. in fin. Rolan. consi. 6. lib. j. quid dicendum de emptore qui pro re empta conuentus ab extraneo, durante priori instantia vẽditori denuntiare omisit? si denuntiet pendente appellatione: an seruet sibi de euictione regressum? & dic, quòd Nat. post plura concludit, quòd sic, consi. 99. colum. 3. post med. ex not. in l. si rem. § vlt. ubi doct. ff. de euictio. Quæ autem requirantur, ut emptor contra uenditorem de euictione agere possit? uide per Alexan. qui plura enumerat, consil. 117. colum. ij. lib. 7. ubi inter alia, dicit quod etiam quòd emptor uenditori litem motam denuntiauerit, & quòd deberet eum defendere: requiritur etiam, quòd certum faciat uenditorem de lite mota, ex no. per Rip. in d. cap. cum M. Ferrarien. num. 165. conclu. 11. de consti. Catel. d. uersic. emptor, Dec. d. consi. 74. qua in re non inutilis uidetur praxis quam docet Aret. instit. de except. à princip. colum. x. quòd actor protestetur se aliquo modo nolle deserere emptorem conuentum, quando uenditor comparet & uult in se suscipere iudicium, & ibi etiam an uenditor qui assumpsit onus. teneatur respondere positionibus actoris? de quo & per Bart. in l. fin. C. de procurat. in l. si actor. ff. eod. titu. Qua in materia denuntiationis, vide & quæ scribit Nat. consil. 38. 297. colum. 3. cir med. post Bar. in l. j. C. de peric. & commod. rei uendi. in l. liberè. C. de senten. & interlo. om. iudi. d. l. denuntiasse. §. quid ergo, de adulter. Castr. in l. in executione. num. 8. ff. de uerbo. oblig. ubi docet pract. qua uti debent emptores, quæ omnia plenè examinat Dec. d. consi. 74. Masuer.

Forma responsionis Rei conuenti.



ORAM vobis suprascripto D. Vicario comparet & se præsentat in termino sibi assignato Simoninus Spelta procurator & procuratorio nomine suprascripti Ioan. Olearij causa & occasione cuiusdam asserti libelli coram uobis, ut dicitur, producti per suprascriptum Andrinum contra d. Ioan. ac nomine & occasione omnium & singulorum in dicto asserto libello contentorum, in quo quidem asserto libello inter cætera in effectu dicitur contineri, &c. Dicens ac excipiendo proponens dictus Simoninus dicto nomine, suprascriptum Andrinum tanquam publicè ac notoriè excommunicatum forè & esse à uestrorum iudiciorum limine repellendum, & non fuisse, nec esse per uos audiendum, uel admittendum ad dictum libellum assertum producendum. Quæ proposita inquantum non obstarent, dicit, & excipiẽdo proponit idem Simoninus nomine quo supra, dictum assertum libellum fuisse, & esse nullum, & omnia in eo contenta fuisse, & esse nulla, nullamque mereri executionem de iure, maximè causis & rationibus inferius annotatis, & alijs suo loco & tempore dicendis, proponendis, ostendendis & allegandis. Primò, quia dictus assertus libellus fuit, & est incertus, generalis, vagus & obscurus, & non concludens, peccans in materia & forma, nullamque in se continens causam certam & legitimam agendi; sed prorsus contrarietatem & repugnantiam continens manifestam, carensque omni debita iuris solennitate, ac etiam oblatus à persona cuius nõ interest, & ad quam nullum ius pertinet, sic & eo modo agendi, quo agere uelle uidetur. Qui etiam Andrinus nec audiri meruit, etiam si prædicta non obstarent, quæ re uera obstant; quia non satisdedit modo debito de lite prosequenda, & expensis restituendis, si succubuerit in causa, propter quæ meritò dicit præfatus Simoninus dicto nomine, dictum assertum libellum fore & esse per uos dentibus lacerandũ, & se non teneri respondere

 dicto

dicto asserto libello. Petens & requirens in quantum super eo procedendum appareat, ipsum Andriuum præstare ante omnia dictam satisdationem,& insuper ipsum libellū apertius declarari, necnon & in eo cām legitimam exprimi, ac oēm ex eodem repugnantiam remoueri; cui quidam asserto libello in quantum iure aliquo respondere teneatur, & saluis præmissis à quibus discedere non intendit, dicit & respondet nomine quo supra,non tamen animo contestandi litem,narrata non fuisse,nec esse vera,& petita prout petuntur fieri non debere, opponens contra ipsum libellum contrarietatis exceptionem,ac libelli malè formati, & con cepti,excommunicationis prædictæ exceptionem,litis pendentiæ,reiq; iudicatæ,præscriptionis,iurisiurandi,doli mali tam generalem,quàm specialem, tam quò ad impediendum processum, quàm quò ad merita negocij principalis: &ad oēm alium bonum finem & effectum,qui sibi dicto nomine melius prodesse possit.Opponésq; insuper exceptionem expensarum factarum per dictum Io.utiliter, & necessariò in dicta petia terræ,ascendentium ad summam florenorum quinquaginta auri:pro quibus expensis, & quarum occasione,tam in uim excipiendi,quàm in vim agendi petit dictus procurator dicto nomine sibi iustitiam ministrari,& vlterius petit & requirit nomine quo supra,ipsum Andriuum tanquam contrarium repelli,& eundem Simoninū dicto nomine absolui ab instantia præsentis iudicij, vel à dicto libello,& contentis in eo, prout melius uidebitur iuri & iustitiæ conuenire:prædictumq; Andriuum in expēsis, dānis,interesse,factis & fiendis,ac passis & patiendis condemnari,saluis semper & reseruatis eidem procuratori dicto nomine omnibus alijs suis exceptionibus & defensionibus, de quibus dicto nomine protestatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones coram eodem iudice sunt proponenda, coram quo libellus est productus.*

1 CORAM Vobis præscripto D. Vicario. † Hic notandum primò est,ꝙ coram eodem iudice sunt exceptiones proponendæ, coram quo libellus productus [a] est ab
a agente,vt in c.quoniam contra falsam, extra de proba.& l. gesta C.de re iudic.& optimè facit l.nulli.C.de iudic. & in l.edicto,post princ.C.de edic.diui Adria.tol.

ADDITIO.

a Productus. Adde Specu.in titu.de exceptio.§ 4.in pluribus versiculis. Ber.

SVMMARIVM.

1 *Reus lapso termino ad respondendum libello, an amplius sit audiendus.*
2 *Termino partibus per iudicem non assignato, in ipso actu fiendo pars absens est citanda.*
3 *Termino assignato per iudicem, an vlterius pars citari debeat.*
4 *Præfixo termino per legem uel iudicem ad aliquid faciendum, in die vltima termini illud fieri poterit, quamuis sit dictum, quòd infra diem fiat.*
5 *Iudex pendente termino, an possit ad alia procedere.*
6 *Iudex si faciat alium actum, quàm illum ad quem pars citanda, actus factus parte absente non ualet, quod procedit quando sumus in casibus, in quibus requiritur citatio.*
7 *Citatio an sit facienda personaliter, uel ad domum.*
8 *Persona citanda ubi sit quærenda.*
9 *Citandus habens plures domos, ad quam citari debeat.*
10 *Citandus habitans aequaliter in duabus domibus citabitur ad illam, in qua habitat de præsenti.*
11 *Vagabundi non habentes certam domum ubi citentur, & quomodo.*
12 *Nuncius, ui est commissa citatio personaliter, uel ad domum, an primò ad domum citare possit omissa citatione personaliter fienda.*
13 *Citatus ut compareat personaliter, an possit mittere procuratorem pro se, & an excusabitur.*
14 *Decretum quid sit primum, & secundum.*
15 *Qualiter perueniatur ad primum decretum.*
16 *Qualiter perueniatur ad secundum decretum.*
17 *Secunda citatio, quæ fit ad interponendum secundum decretum, quomodo fieri debeat.*
18 *Missus in possessionem in actione personali ex primo decreto, efficitur nudus detentator secus in actione reali.*

* IN termino* sibi asignato.†Hic quæritur,si ter
1 minus sit lapsus, an sit audiēdus [a] ulterius? dic
a ꝙ sic,tñ afficitur dāno expensarum, quas refi-
b cere debet, [b] antequā audiatur ad se defendēdum,ut l.tancimus,C.de iud.licet cōtumax in
c non respondendo positionib habeatur pro confesso, [c] vt in c.1.de conf.li.6.& in l.de ętate,in § qui tacuit.ff.de inter. act.Et sic patet,ꝙ est dr̄ia,an quis sit contumax in non rńdēdo libello,an positionib.& quæ sit ratio huius differentiæ ꝑ teipsum attende. In quibusdam tñ locis per statuta terrarū prouisum est,ꝙ in pœnam contumaciæ in non respondēdo libello lis habeatur pro contestata; quæ pęna non haberet locum de iure cōi,vt no.in l.1.C.de lit.contest.Et sic habes ex prædictis,ꝙ in iudicijs aliqñ admittitur purgatio moræ, aliqñ non; de quo plenè traditur in l.& si post tres.ff.si quis
2 cautio, † Quæritur,si reus compareat in termino, vel post
d terminum,an actor [d] sit citandus:& eodem modo econtra, si actor sequatur litem,an in singulis actibus sit reus citandus?breuiter in hoc sic distingue s̃m Docto. aut nullus erat terminus per iudicem partibus asignatus ad faciendū, vel fieri uidendum ipsum actum, & tunc semper regulariter in quocunq; actu ab altero fiendo eius aduersarius est citādus,
e aliàs actus ipse redditur nullus, [e] & potest pars, quæ ex hoc grauatur,appellare iuxta regulam & doctrinam traditam in l.nam ita diuus.ff.de adop. & in l. de vnoquoque.ff.de re iud.Nā quæ causæ cognitionem desiderant, aut partem lædere pñt,parte præsente uel legitimè citata sunt agenda, ut inquit gl.& ibi tex.in l.j.in fi.C.si propter pu.pen. facit l.in causæ.§.cā cognita.ff.de mino.cuius contradictionis & oppositionis fienda erit copia parti,vt l.j.§.edēda, & l.is apud quem.C.eo.tit. Si aūt fuerit per ipsum iudicē terminus asignatus,puta,quia dixit § compareas tali die,vel infra talem
3 diem. § † Et hic aduerte, aut dies termini erat limitata respectu loci & tēporis,vt cùm dixit compareas die ueneris, & similib.& tunc non est aduerarius ulterius citādus; quia iam certificatus est per iudicem,arg.in l.j.in fin.ff.de actio. emp. Aut terminus erat incertus quò ad diem, puta si dicat § cōperas infra x.dies, & similib. § sic ꝙ comparere poterat qualibet die ipsius termini, arg.in l.quod in diem.ff.de sol. & in l.liber homo,in §.decem.ff.de uerb.obl. & tunc subdistinguitur. Aut actus ille explicandus infra terminum erat momentaneus, vt puta quia statuitur simpliciter ad respondendum,& tunc aut talis actus explicatur in ultima die termini,& tunc non debet citari,quia scire debuit, ꝙ saltē cōpareret ultima die termini.arg.in l.si ita stipulatus fuero x. in fi.ff.de uer.ob.Aut ille actus explicatur ante ultimū diē, & tunc debet aduersarius citari, quia nō debuit præsumere ꝙ ante diem vltimam compareret, licèt hoc facere potuisset, vt dictum est. Vbi autem actus explicandus erat successiuus,puta statutus fuerat terminus ad probandum, quo casu plura requiruntur,vt puta.Productio capitulorum, positionum,instrorum & similium,& tunc licèt posset pars,cui terminus est asignatus,differre vsq; ad ultimam diem,si tñ
f illam velit præuenire,aduersarius est citandus ad singulos §
g incidentes actus, videlicet ad uidendum iurare testes, § & simili,quia faciliter qua die uelit probare,uel testes, vel instrumēta producere, pōt probabiliter ignorare,ut in auth. ei qui.C.de tēp.app. Ideoq; nō pōt eisdē ascribi culpa rōne huius incertitudinis,ut in l.aut qui aliter.§.j.ff.qđ ui aut clā,
4 & ita determinat Bar.i l.q. ante calēdas.ff.de uer.ob.† Quid ergo si per iudicē,vel legem municipalē sit præfixus terminus ad aliquid faciendū infra talem diē,an poterit fieri illa die vltima?uř ꝙ non,quia sic non fieret infra illā diem, sed in die. In contrarium est ueritas, per d.l.si ita stipulatus, in fin.&

fin.& melius per l.1.in §.quod dicimus.ff.de suc.edic. quod
5 etiam sequitur Inno.in c.pia.extra de except.† Adhuc quæritur, an pendente termino iudex possit ad alia procedere?
Distingue, aut causa dilationis est finita, & poterit ultra procedere, ut in l.a filia.§.fi.& ibi no.per Bar.ff.ad treb. & facit
Instit.de bon.pos.§.liberis,in uer.fi.si quis itaq;. Aut non est
finita,& tunc non poterit, vt l.a procedente.C. de dilat.ueruntamen si iudex statuit terminum aliquem quò ad unum
effectum, poterit assignare alium quò ad alium effectum;
uel si dedit unam dilationem uni parti, poterit dare aliam
alteri parti,quæ incipiat prima finita,ut no. per eundē Bar.
in l.1.in fi.ff.de re iud.& in l.quandiu.ff.de acq.hær. ad prædicta in l.generaliter.§.illo,C.de reb.cre.& facit quod not.
in l.qui de inofficioso.ff.de inof.test.& in l.1.ff.ad exhiben.
6 † Vlterius quæritur,in casibus in quibus pars est citanda, si
ea absente iudex faciat alium actum quam illum ad quem
h erat citata,nunquid actus ille ualebit? h uerbi gratia citatus
fuit ad uidendum iurare testes, & ille produxit instrumenta,uel produxit positiones,uel capitula.Dic, quòd talis actus
nullus est ipso iure tanquam gestus parte non citata, argu.
in l.aut qui aliter,in prin.& ibi per Bar.ff.quod ui aut clā,
& eodem modo actus redderetur nullus, si fuit gestus alia
* hora, * quàm in hora citationis, arg.in l.fin.in fi.ff.quod ui
aut clam,& ibi no.per eūdem Bar.de qua citatione,& eius
effectibus no.per gl.in c.j.de mil.vas.qui contu.est x.colum.
7 † Amplius quæritur,an citatio sit facienda personaliter, i
i uel ad domum: super quo sunt opi.diuersæ. Dixit enim Dy.
aliquando sufficit citatio ad domum, quia lex alternatiuè
loquitur,ut l.scire oportet.ff.de excus.tuto. Postea mutato
proposito dixit,quòd prius in personam, deinde in subsidium
ad domum,arg.in l.4.§.prætor.ff.de dam.infe. & ibi de hoc
per Bar.in l.j.ff.de lib.agn.& ibi similiter per eum, quā opi.
sequitur gl.in c.cum causam,extra de do.contu.& Inno.in
8 c.fin.extra de eo qui mitti.in pos.† Sed circa hoc occurrit
k dubium,an persona sit quærenda k ad domum, uel in ciuitate,uel in iudicio, uel ubicunq;,ut possit fieri citatio simpliciter ad domum?super quo Bar.in d.§.prætor,& in d.l.j.
distinguit,aut persona citanda nunquam fuit in iudicio, &
est res quæ celeritatem desiderat, & tūc sufficit quòd sit absens
a iudicio,& poterit citari ad domum, vt in d.§.prætor.ver.
absens.In cæteris uerò casibus requiritur, quòd absens sit in ciuitate,ut possit ad domum citari,ut in Auth.de exhib.reis.
§.si uerò.Si autem fuit aliquando in iudicio,& tunc sufficit
l quòd non reperiatur in iudicio, & poterit citari ad domum, l
arg.l.post edictum,in prin.ff.de iud.& in auth.qui semel,&
l.ab eo.C.quomo.& quand.iud.l.j.§. item cum ex edicto.ff.
quæ sen.sine app.resci.licèt Inn.in d.c.fin.dixerit sufficere,
quòd quis reperiatur in ciuitate. Sic ergo fienda est inquisitio
personæ discurrendo per ciuitatem in locis publicis,& cōmunibus & per palatium potestatis, & referat nuncius, quòd
m facta in dictis locis diligēti inquisitione nō est repertus, m
9 secundum Barto.ubi supra.† Sed pone in casibus in quibus
sufficit citatio ad domum, quòd ipse citandus habeat plures domos,vt pleruq; accidit,uidelicet unam in ciuitate, aliam in
n rure;& in utraq; consueuit habitare, ad quam domum n citabitur?Dic secundum Ioan.And. ut per eum not. in c.cum
causam,de ele.quòd citandus est ad illam domum, in qua maiori parte anni habitare consueuit, per text.in d.c.cum causam.Sed Bart.ubi supra, dixit quòd differt inter intimationem,& citationem. Nam intimatio fieri debet ubi habitare consueuit,de hac loquitur d.cap.cum causam,sed citatio
fienda est ubi degit,& moratur tempore citationis,per tex.
d.l.4.§.prætor ait,ibi { degit, &c. } quod est uerbum præsentis temporis sed tamen opin.Ioan. Andr. magis practicatur,quia non est ratio ut gens differentiæ, & maiori utitur æquitate.† Vnde quæritur,si in duabus domibus æqualiter habitet,ad quam citabitur?Dic inhærendo opin. Bar.
ad illam in qua habitat de præsenti, uel secundum Ioan.
And.ad utranque citabitur,ut per eum not.in cap.cum cau
11 sam.† Quid autem si nullam habet habitationem? ut sunt
o isti uagabundi, o de quibus loquitur l.hæres absens.ff. de
iudic. Distingue secundum Bartol. aut est quæstio de aliqua re immobili.& tunc fienda est citatio in loco ipsius rei
vel affigendo ibi in scriptis citationem, vel ibi citationē
ipsam legendo,ut in d.§.prætor ait, in text.& gloss.Aut est
quæstio de re mobili uel pecuniaria,aut de aliquo delicto,
& tunc debet fieri citatio in eo loco, in quo frequentius cōuersari cōsueuit,ut in l.2.& ibi no.C.ubi de cri.agi opor.ad
quod faciunt no.per Innoc.in c.quia propter. extra. de ele.
12 † Sed quid dices,si iudex nuncio commiserit alternatiuè,
quòd citet ad domum,uel in personam, an poterit fieri citatio ad domum non præcedente discussione personæ? dicit Bartol.quòd non,& eodem modo si commisisset simpliciter,quia verba commissionis debent intelligi prolata secundùm ordinem iuris,argum.in l.si stipulatus.ff.de usur.&
in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& posth.Si tamen dictā
forma alternatiuæ citationis esset data per aliquod statu-
p tum.v.g.si statutum p disponat, quòd reus citetur personaliter,uel ad domum,tunc sufficeret citari ad domum nulla
præcedente discussione personæ. Et sit ratio,quia talia uerba debent aliquid operari ultra ius commune,argum.in l.si
13 quando.ff.de leg.1.† Posteaquæritur, quid si iudex aliquē
q citauit,ut compareat personaliter, q an excusetur si mittat
procuratorem? dic quòd sic regulariter. Fallit in tribus casibus.Primus,si eius persona reputatur legalior, uel instructior suo procuratore.Secundus,si causa sit criminalis.Tertius, si ueritas rei pateat domino,non procuratori. Est &
Quartus,pro iuramento calumniæ præstando,ut traditur in
l.fin.C.de procur.& in c.fina.extra.de maio. & obed.in c.j.
de iud.lib.6.& in cap.consuluit,extra.de dila. Veruntamen
pro pleniori huius dubij declaratione distingui latius potest secundum Docto.Aliquando quæri solet,an citatus personaliter possit mittere procuratorem?In quo articulo dic,
ut supra proximè dictum est. Aliquando solet quæri, an
taliter citatus si non possit personaliter uenire, necessariò
teneatur procuratorem mittere? Et in hoc est distinguendum sic. Aut loquimur ex parte actoris quò ad effectum
interrumpendæ præscriptionis, & tunc si per se non potest
uenire,tenetur procuratorem mittere,ut l.prima,& ibi no.
de hoc plenè.ff.de diuer.& temp.præscrip.& in l.quæsitum.
ff.de re iudic.Aut loquimur ex parte rei quò ad eius contumaciam excusandam,vel accusandam, & tunc, aut quis impeditur uenire ratione dignitatis uel priuilegij, aut ratione absentiæ; primo casu subdistingue, aut impedimentum
est perpetuum, & tenetur mittere procuratorem, ut in d.l.
fin.C.de procurator.aut est temporale, & tunc excusatur si
non mittat,ut in l.pars literarum.ff.de iudic.l.nec magistratibus.ff.de iureiurand.& in l.3.ff.de in ius vocand.Secundo
casu subdistingue, aut est impedimentum uoluntarium, &
tenetur mittere procuratorem,ut l.prima.ff.eum qui app.in
prouin.defen.aut est impedimentum necessarium, sed non
probabile; & tenetur procuratorem mittere, ut l.sed & si
per prætorem.§.primo,ff.ex qui.cau.ma.aut est impedimētum necessarium, & probabile, & tunc subdistinguitur secundum And.de Pisis,aut ante ipsius absentiam lis erat contestata,& tenetur mittere procuratorem, ut l.eundem.§.1.
ff.de legatio.aut non erat inchoata seu contestata lis,& tūc
aut impedimentum est modico tempore duraturum, & nō
tenetur mittere procuratorem; aut est longo tempore duraturum,& tunc tenetur,vt habetur,& no. in d.l.quæsitum,
per glo.& Bart.facit l.si longius, in prin ff.de iudic.coniuncta l.fina.ff.eum qui appel.in prouin.defen.& not.per Cyn.
in l.1.C.de testam.mili.Quid autem dixeris,si reus citatus,
nec per se, nec per procuratorem comparet, quid fiet?
dic breuiter, quòd aut lis uel quæstio erat de dominio,vel
quasi, seu alia actione reali agebatur & tunc fiet per iudicem missio in possessionem ipsius rei petitæ, ut traditur in l.Fulcinius.§.Celsus, cum sim.ff.ex quib.cau.in possess.ea. aut agebatur actione personali ad quantitatem,
uel rem singularem, & tunc aut petebatur res certa, &

fit missio in re petita olim,& hodie, ut in d.§.Celsus. Aut petebatur res incerta,uel genus,seu quantitas,& tunc olim * fiebat missio * in omnibus bonis, hodie vero pro mensura solius debiti declarati,vt in auth.ei qui iurat,C. de bo.auc. iud.pos.& in l.cum is. in §.fi.ff.de condict.inde. Post autem dictam missionem factam in reali actione si reus redeat infra annum,potest purgare contumaciam, & rem recuperare,si tamen præstet satisdationem de iudicio sisti, & expensas factas restituat, vt habetur in l.si quis emptionis. §.pen. C.de præscrip.30.vel 40.anno. In personali autem actione rediens quandocunque auditur restitutis expensis, & præstita dicta satisdatione, duntamen veniat antequam secundum decretum fuerit interpositum, nam illo interposito vlterius non auditur,vt habetur & no.in d.auth. ei qui iurat, & per Cyn.& alios Doct.in l.cum proponas.C. de bo.auct. iud.pos.Ideoque pro intellectu primi & secundi decreti, est quærendum de aliquibus prolixè traditis per gloss.Cyn. & Bar.in l.si finita.§.Iul.ff.de dam.infect. & per doct.in d.l. cum proponas,& in l.2.C.vbi in rem act.& per Cano. in c.
14 quoniam frequenter,extra vt lit.non contesta. † Et primò quæritur,quid sit primum,& quid sit secundum decretum? vbi sic respondeo, quòd primum decretum est primus iussus iudicis, per quem in actione personali actor commodum solius corporalis possessionis acquirit,& reus amittit in pœnam suæ contumaciæ. In reali uerò plenam possessionem acquirit. Secundum autem decretum est secundus iussus iudicis, quo mediante actor consequitur ius pleni dominij,vel quasi, & reus illud amittit in augumentum pœnæ
15 propter perseueratam,& auctam contumaciam. † Quæritur inde, qualiter perueniatur ad primum decretum? dic quod peruenitur,cum reus citatus fuit trina vice,vel una pro omnibus peremptoriè,& ad partis instantiam, ut l.ad peremptorium.ff.de iudic.& probatur & not.per Doct. in iuribus
16 prealle. † Ad secundum autem decretum peruenitur,quando ipse reus iterum de nouo citatus est,& perseuerat adhuc in contumacia latitando,& se occultando,ut in l.fulcinius, in §.1.& §.quid sit autem latitare.ff.ex quibus cau.in pos.ea.
17 † Ex hoc dicunt quidam,quod ista citatio secunda, quæ fit post primum decretum,fieri debet personaliter, & non ad domum,aliàs non dicetur latitare. Tamen secundum Doc. & Bar.in hoc sic distinguitur. Aut quis conuenitur personali actione fundata & residente in eius persona, & tunc debet personaliter citari, quia ipsius requiritur latitatio, vt in d.§.quid sit autem latitare,cum simili.Aut conuenitur actione personali non fundata in eius persona, sed prouenientente ex vitio rei suæ;vt in causa damni infecti; & tunc fit citatio ad domum,quia ipsius rei non exigitur latitatio, & sic intelligatur d.l.si finita.§.si forte,& l.2.ff.si ex noxali causa agatur. & quod habetur in l.imperatores.ff.de priuileg. credito. quam distinctionem sequuntur Doct. in l.ignorare.C.de re.tit mil.& Innoc.in c.penul. extra de eo qui mit. in pos.Denique scias,quod in actione reali,vbi quæritur de iure dominij vel quasi dominij, non interponitur secũdum decretum,sed fertur sententia solum declaratoria dominij, vt in l.ex diuerso.ff.de rei vendi.In actione autem hypothecaria,an interponi debeat secundum decretum, est disputatio magna apud Doct.vt refert Cyn.in d.l. cum proponas, in xv.q.& tangitur per glo.in d.l.si quis emptionis.§.penul.
18 & in l.3.in fin.ff.de acquir.poss. † Vltimo quantum ad hanc materiam not.conclusiuè,quòd in actione personali missus in possessionem ex primo decreto non efficitur uerus possessor,sed nudus detentator,ideo non lucratur fructus, sed eos cum debito compensat, nisi iudex in interpositione huiusmodi decreti expresè disposuerit, quòd fructus lucretur,vt no.per glo.in d.§.Iulianus,& Bar. & Cyn.& similiter per Dyn.in d.l.cum proponas, at in actione reali ubi quæritur de dominio,vel quasi, missus ex primo decreto statim efficitur uerus possessor,& post annum, & non ante fructus lucratur,vt in d.l.si quis emptionis.§.sed si quis, & tangitur per glo.& Doct.ubi supra,& per Spec in §.restat. versi.hoc autem,& per Glo.& per Bart.in d.l.3.in fi.Sunt tamen certi casus,in quibus missus ex primo decreto facit fructus suos, qui habentur & not.in l.si cui.§.semper, & in §.qui legatorum.in fin.ff.ut in pos.leg.extra quos casus qui contra ius fructus collegerit, ipsos in sortem computabit, ut in d.l.si cui.§.quæri potest.Sed an missus in actione personali ex secundo decreto quærat dominium rei,glo.determinat,quòd sic,in d.l.3.in fin.ff.de acquiren.poss. & ibi per Bart. de quo plenius uide quod supra dixi in primo libello in glo. super ver.iure dominij.in fin.sui.Facit quod no.per Bar.in l.Pomponius.§.si iussus.ff.de acq pos.& in d.l.1.§.Iulianus.Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Alia hora. Adde Ias.in l.qui ante Calendas.ff.de ver. obl.& de citatione ualida uel inualida,uide eundem in rubr.ff.de in ius uocan.casus autem in quibus procedi potest sine citatione maximè si procedatur per principem uide per Abb. in c.cum aliquib.col.pen.& ult.extra de re iud.

* Missio. Adde,quòd quis non debet ingredi tenutam, uel possessionem fundi authoritate propria, uel ex licentia iudicis nisi citato prius possessore,alias cadit a iure suo,per l. meminerint.C.unde ui,teste Ias.in l.iubere, ante nu.5.ff.de iur.om.iud.& an primum decretum tribuat possessionem; uide eundem Ias. in l.possideri.§.genera. colum. fina.ff.de acquir.possess. Masuer.

* In termino. Adde facere quod dicitur, post litis contesta. omnes terminos esse peremptorios,teste Fel.in c.consuluit. de off.delega.præsertim quando à lege vel statuto sunt præfixi, Rot.decis.245.Comens.reg. de annal.q.72,nu.2. si igitur in citatione peremptorium omittatur: Illud subintelligitur, ex not.per Seb.Van.de nullit. c.12.nu.164.quod & conforme est Ducal. patriæ subalpinæ decretis lib.3.cap.3. quæ conclu.non procedit in sententia,nisi aliter usu ei stilo receptum sit,teste Afflic.decis.283.nume.6.& not. Rob.de ord.iud.c.29 num 2.Quid in Romana curia; & dic, ut per prædictum Van.de nullit. loco supra allega. Quid quando terminus est statutus ab homine iurisdictioni uel instantiæ causæ; numquid talis terminus habeat uim termini peremptorij ad probandum: ita quod si non probetur aliquid intra terminum:possit reus absolui diffinitiuè; & uide Ias.in repe.l.admonendi,num.76.ff.de iureiuran.& dic, quòd terminus ad comparendum non currit nisi à die scientiæ, secũdum eundem Ias.in l.licena, num. 10.ff.si quis caut.& quãdo integrum tempus sit expectandum: & an ante lapsum tempus oriatur obligatio, uide Ias.in l.non omnis.§.resp. colum.3.nume. 7.& 8.ff. si certum petatur. Quid in pœnal. eundem in l. cum stipulatus sim.numer.21.& sequen.ff.de uerb.oblig. Masuer.

* Purgatio moræ. Adde an & quando locus sit purgationi moræ in iudicijs, & uide Nat.consi.53.colum.5. numer.5. Aym.consi.166.numer.15.216.numero.13. ubi quod post terminum legis non purgatur, de qua uide quæ scribit Osasc.decis.49.72.numero 55.56.& sequen. Quæ in materia,dixit Ias.purgari posse moram in omnibus casibus ante sententiam, secundum communem per eum relatam in l. pacto, nume.8.C.de pact. Quæ opin.uti benignior confirmari uidetur ex not. per Catel.uer.sic.mora non obstante, ubi quòd mora non obstante iuramento de æquitate Canon. purgari potest, licèt secus iure ciuili,de quo per Alex. consil.158.colum.2.circa fin.lib. 2.ubi docto.in apostil. prædictam opin.Iur.Cano.approbant,dicendum hoc etiam procedere iure ciuili, Quamuis dissentire uideatur Nat.consil. 426.colum.fin.circa med. qui tamen non loquitur in iudiciali cuius dicta procedere possunt, quando imponitur pœna ipso iure et facto, & fit executio à lege uel ab homine,ut tunc non sit locus pœnitentiæ; & mora purgari non possit, idem Nat.consilio 364.columna penultima, in fin. Alexand.consilio 59.columna tertia, in fin.libro secundo,

illud autem quod dicitur, moram purgari non posse usq. ad sententiam intellige quo ad pęnam, non autem quò ad alios effectus, teste Afflic. decis. 187. nu. 5. quæ moræ purgatio qñ admittat ex interuallo cir. p. æparatoria iudiciorum, vide Rip. respons. 25. num. 5. respon. 107. nu. 13. ubi quod moræ purgatio semper admittitur iure Cano. Illud vero quod dicitur, non, admitti moræ purgationem post sententiam non procedit in mora cotumaciali in non parendo mandatis superioris, seu iudicis, ex qua. Inflicta est pęna successiua, puta, excommunicationis, priuationis ab audito io, uel similis, quia tunc etiam post sententiam & executionem purgari potest, teste Lanfr. conclusi. 358 Quid si mo. a non purgata sit ante litem contest. an purgari possit in causa appell & Rom. sing. 509. uidetur inclinare in opi. negatiuam, affirmatiuam tamen ueriorem dicit idem Rom. Ale. Ias. & Rip. in l. si insulam. 2. not. de uer. ob. vbi saluant illud sing. Rom. Qua in materia purgationis moræ uide, quæ ponit prac. Bald. tit. de cita. q. 1. num. 3. tit. de cautel. q. 16. Alex. consi. 24. num. 7. lib. 4. Dec. consi. 138. Quid in extraiudiciali. Ias. consi. 9. nu. 2. lib. 1. ubi q in eis purgari potest, non autem post litem contest. neque post executionem factam a lege, uel ab homine, ut supra dixi, & not. Rom. consil. 102. col. 2. in fi. Alex. in l. si quis maior. nu. 7 C. de transf. Guid. Pap. consi. 38. nu. 15. Alex. consil. 14. nu. 14. lib. 2. distingue ut per Guid. Pap. q. 575. num. 1. ubi quando moræ purgatio admittatur usque ad lit. contesta. Masuer.

✠ Compareas die. Adde, quòd differentia est, si dicatur cōpareas hinc ad duodecimam diem, uel in duodecima, primo enim casu, si duodecima erit feriata citatio ualebit, & prima iuridica subsequente comparere tenebitur, secus in secundo, rationem uide apud Doc. maximè Bar. in l. ex qua causa que, col. pen. ff. si quis in ius uoc. non ier. Abb. in c. conquestus, col. pen. de fer. Lanfr. in c. quoniam contra, uersi. citationes, num. 14. de proba. prac. Bald. titul. de citationibus, q. 9. quid dicen. in termino seu dilatione data quando incipiant currere, & dic, ut per Ias. in l. vicena, num. 10. ff. si quis caut. ubi & nu. 12. quid in ul. uol. & num. 13. quid in termino præfixo ab arbitro, & plura alia in materia uide ibi, & num. 20. ubi an dies termini computetur in termino distingue & declara ut per eum, ubi quod dies assignationis termini, in termino non computatur secundum magis communem ibi col. pen. uer. pro clara. ubi dixi. Masuer.

a Adde, an post terminum quis sit audiendus, quod uoluit Oldr. consil. 3.

b Reficere debet. Adde ut per Cal. consil. 1. de do. & contu. & ibi uide quæ expensæ sint restituendæ.

c Pro confesso. Adde quæ requirantur ad hoc ut non respondens positionibus habeatur pro confesso, Ang. consil. 136. Et an confessio positionis, cui de iure respondendum non erat, noceat confitenti, per Abb. consil. 118. Et an respondens positioni possit illam reuocare, per Calde. consil. 3. de confe.

d Actor. Adde, quod uoluerunt D. de Ro. in antiquis in fine deci. suarum, & est ultima.

e Nullus. Adde Ioan. de Imo. consil. 129.

f Singulos actus. Adde an citatus ad totam causam si in vno fuit contumax ulterius sit citandus, Fede. consi. 170.

g Testes. Adde videndum plures casus in quibus non requiritur citatio per Ro. sing. suis 369. in c. fuit vnus.

h Valebit. Adde Ioan. de Imol. consi. 96. & an citatio debeat continere causam uide Raph. Cu. consi. 72. Ro. consi. 219. num. 3. & de citatione ad vnum actum quando ualeat ad alium, uide per Alexan. in consil. 214. in 2. uolu. & adde qñ inhabilis citatur tanquam reus ut compareat, tunc per talem cōparitionem dicitur & est habilitatus & factus idoneus reus, ita Barto. in l. cum mulier. col. 2. ff. solu. matr. & ponit Paul. de Cast. in consi. 12. in 1. par. con. antiquorum secundùm nouis. impres. & Fel. late in c. cum inter. colum. 7. de excep. C.

✠ Valebit. Adde, quòd si actus parte citata ad comparendū hora certa, fiat alia hora, uel tempore: non ualet, ita etiam citata ad uidendum fieri actum in vno loco: & fiat in alio, teste Euer. lib. arg. loco à tempore ad locum, de quo uide, quæ scribit Bar. in l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam, Ias. in l. qui ante calendas. nu. 8. ff. de uer. ob. Fely. in ca. primo, nu. 22. de iudi. Lafran. conclusione 431. vbi dicit hoc uerum, nisi iudex ad aliā horam dictam prorogasset citato non comparente, & fac. quæ ponit Ofasc. decisione 142. nu. 37. vbi quòd acta sunt nulla, in quibus interuenit circumductio, & quæ not. Alex. consi. 213. nu. 9. libr. 2. ubi q actus factus alia, quam præfinita hora, non ualet, accedit quòd iudex congruum tempus in citatione præfigere debet, aliàs citatio erit nulla, nec arctabit citatum ad comparendū, teste Affl. decisione 124. Bar. d. l. aut qui aliter, Abb. in cap. cum dilecti, de dolo & contum. quod si in citatione nulla detur dilatio ad comparendū quæritur. An citatus comparere teneatur, & dic, ut per Boe. q. 235. Alex. in l. liber homo. §. primo, de uerbo. ob. Felyn. in ca. consuluit, col. 3. de offi. deleg. qui secundum communem dicunt, quòd tacite intelligitur tempus intra quod citatus comparere possit, quibus adde in materia, q citatio inualida nihil operatur, ex not. per Afflic. decisione 191. nu. 4. & in c. 1. §. præterea, quæ sit p ima caus. in usib. feud. & quando citationis commissio est nulla, similiter & ipsius executio inualida erit, qua de re plura not. idem Afflic. decis. 366. nu. 7. decisione 2. nu. 8. nu. 8. intellige tamen ut per eum ibi nu. 7. quādo citatus non comparuit, aliàs secus, nam p comparitionem citatio, quamuis nulla: ualida efficitur, te ste Fely. in cap. illud. col. 4. de præscrip. in cap. cum contingat. col. 6. de rescrip. in cap. ex tenore col. 3. eo titul. Abb. consi. 38. lib. 1. Gramat. decisione 61. nu. 6. & seq. pro quo uide Dec. in cap. cum causa 3. not. de offi. deleg. consi. 187. 449. Rip. in cap. 1. nu. 90. de iudi. & communem opin. dicit Boer. q. 235. Alb. de pscrip. secunda secundæ, 6. par. prin. q. 1. Rol. consi. 9. nu. 36. lib. primo, Neuiz. consil. 70. nu. 23. Quibus adde, quòd citatio quantumcunque inualida per comparitionem subsecutam ualidatur, secundum communem, quam refert Mysing. Centuria secunda, obseruatione 18. quid quando facta citatione reus comparet, actor non, & quid de reo comparente in termino? Sed recedente sine licentia iudicis, an dicatur contumax, & dic, ut per Ias. in l. qui ante calendas. nu. 5. nu. 6. & alijs seq. ff. de uerb. ob. & in l. si seruum §. sequitur, post nu. 6. eod. tit. Vbi quid de actore comparente in termino, & recedente illicentiato, & inde post terminum comparente reo, & accusan. contumaciam actoris, quòd poterit actor reo in expensis condemnari, rationem uide ibi. Masuer.

i Personaliter. Adde And. Tiraquel. in tract. retrac. ligna. in §. 10. gloss. 2. nu. 44. uersi. at maior. Zilett.

K Quærenda. Adde Tiraquel. in loco ubi supra. nu. 44. uer. 4. igitur. Zilett.

l Ad domum. Adde Tiraquel in præcitato loco. nu. 47. uer si. intelligunt item alij, quiplures concordā. adse: t. Zilet.

m Non est repertus. Adde Rom. consi. 454. & ibi an in suburbijs perquiri debeat, & uide Abb. consil. 29. 47. & 84. 2. lib. Ioan. de Imo. consi. 105. Cal. consi. 1. de do. & contu. & consil. 3. de dila. Raph. Cu. consi. 146. Ful. 76. d. Car. consil. 37. Alexan. consi. 36. Ang. consi. 217. & consi. 186.

n Domum. Adde Tiraquel. in d. §. 9. glo. 2. nu. 46. uersi. ex iis autem. qui plures citat. Zilettus.

✠ Domum. Adde, quòd citatio quæ fit domi, non ualet, nisi illius, qui citandus est, præsentia haberi non possit, ca. causam quæ, de dolo & contum. not. Doc. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. ubi Doc. in apostil. docent Prac. citationis quando non potest haberi copia personæ, quam conclus. communem dicunt Doct. non obstante text. in l. scire oportet, de excus. tut. cui respondetur, quòd alternatiua est alternatiua ordinis, quam quidem opi. intellige procedere, quando prima citatio domi fieret, secus uero si aliàs per-

personaliter citatus fuisset, tunc enim citatio domi' facta semper etiam ad sententiam ualeret. Rot. decis. 48. de cita. in no. Sed an necesse sit, citationem domi factam ad sui notitiã deuenisse: ut ualeat, dic, quòd non, ex not. per Accur. in l. ex consensu. §. ultim. de appell. in l. 1. §. ul. ff. quando app. sit Spec. de cita. §. sequitur. uer. sed nunquid Castr. d. l. 4. §. prætor ait, de dam. infect. Tiraq. de utroq; retrac. §. 9. gloss. 2. nu. 39. & seq. cuius citationis defectus sanatus, si ad citati notitiam citationem peruenisse probetur, text. & gloss. in Clem. causam, de elec. not. Rom. consi. 360. 410 Fel. in c. cum contingat. nu. 20. de rescrip. Boer. q. 335. ubi dicit citationem inualidam, siue nullam, postquam in aduersarij notitiam peruenerit, effici legitimam ac ualidam, adeòque illum afficere: ut comparere teneatur, teste Hyp. in rub. nu. 371. C. de prob. sing. 259 Rui. consi. 61. num. 33. lib. 5. quomodo autem probetur hæc notitia, uide Boer. q. 335. Rot. decisione 271. Inno. Egid. concl. 519. Seb. Vá. de nullit. c. 14 nu. 122. & seq. ratio est, quia sufficit præsentia sine citatione, ex not. per Doct. in l. 3. ff. de in ius uoc. ubi Iasõ in prin. quærit, an præsens in iudicio citari debeat, & post plura concludit quòd non, quam concl. limita, ut per eum ibi, nu. 12. & seq. qua in materia citationis, uide quæ scribit Tiraq. de utroque retrac. §. 9. glo. 2. nu. 17. Rol. consil. 47. nu. 24. 25. lib. 2. quid de citato illegitimè, qui misit procuratorẽ ad prosequendam causam, & dic, quòd citatio illegitima cum notitia Ita ligat, sicut legitima teste Rom. consi. 360. nu. 4. 410. nu. 2. quid de citato qui impeditus fuit comparere, an censeatur contumax, & dic, ut per Ias. in l. non exigimus. §. si quis municip. ff. si quis caut. ubi etiam nu. 3. quid de citato in duobus tribunalibus, an excusetur si compareat in vno. Masuer.

o Vagabundi Adde ubi & quomodo uagabundus citari possit Tiraquel. ubi supra nu. 34. versic. sed quid de uagabundo. & quæ scribit Follerius in praxi crimi. in 1. par. 2. par. princ. in uer. uel eos uerbaliter. Zilet.

p Statutum Adde Tiraquel. in d. §. 9. glo. 2. nu. 56. uersi. contrarium tamen. Zilett.

q Personaliter, Adde quando citatus personaliter possit procuratorem mittere. Cal. consil. 5. de dila. Oldr. consi. 298. & quid de Carcerato, an teneatur mittere procuratorem, vide Fran. de Are. consi. 122. Ang. consi. 66.

* Personaliter, Adde omnes ferè casus, in quibus quis tenetur mittere procuratoré, per Ias. in l. non exigimus. §. si quis iudicio. ff. si quis caut. & ibi, quid in bannito, quid in absente, quid in causis arduis.

r Et quid secundum. Adde Spec. tit. de 1. & 2. decreto, & de materia Rom. consi. supra alleg. 454. Abb. consi. supra proxi. alle.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad hoc ut audiatur, prius debet ostendere & probare de suo mandato, uel satisdare de iudicato soluendo.*
2 *Executio contra procuratorem admissum, & condemnatum an fiat.*
3 *Exceptio, tu non es procurator, est opponenda in litis exordio ante litem contesta;*
4 *Lata sententia contra procuratorem falsum quem iudex pronunciando dixit legitimum, an possit contra eam de nullitate opponi.*
Interlocutoria facit ius quanquam iniquè lata.
5 *Reus an possit impugnare sententiam latam in fauorem procuratoris de facto admissi contra se sine productione mandati.*
6 *In mandato generali ad causam agendam, an ueniant ea quæ exigunt speciale mandatum.*
7 *Factum procuratoris an noceat domino.*
8 *Procurator in litis processu si fecit aliquem actum simpliciter, an uideatur illum fecisse proprio nomine, uel procuratorio.*

1 SIMONINVS Spelta Procurator, & procuratorio nomine. † Hic scire debes, quòd ut iste procurator audiatur, prius debet ostendere, & probare de suo mã
2 dato a vel satisdare de iudicato soluendo, b ut l. 2. §. de

b fendi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & Instit. de satis. §. si uerò aliquis, & in l. qui proprio, in prin. & in §. 1. ff. de probat. cum si. & si sit dubium de eius mandato, debet satisdare de rato, ut in l. 1. & quod ibi plenè not. C. de procur. nisi esset filius eius, cuius nomine est in iudicio, uel sibi aliter * coniunctus, quo casu sine mandato admitteretur agendo, dum
c tamen ubi agat satisdet de rato c multomagis admitteretur defendendo, ut hoc probatur in l. exigendi. C. de pro-
2 cu. & l. sed & hæ. ff. de procu. †. Quid autem si fuit admissus & condemnatus, an contra eum fiet executio sentẽtiæ Breuiter dic, aut produxit, & probauit eius mandatum, & tunc fiet executio contra dominum, & non contra ipsum; aut non produxit, nec probauit, & tunc fiet executio contra ipsum, & non contra dominum nisi haberet ratum, ut habetur & no. in l. 4. in prin. ff. de re iud. & in l. Plau. ff. de procu. Facit quod habetur in l. is qui se obtulit ff. de rei vẽ
3 di. de quo plenius infra dicam in tit. de sen. excom. † Inde quæritur, quando opponi debet hæc exceptio. {Tu non es
d procurator} d dic quòd in litis exordio ante litis contestationem, cum sit declinatoria, ut probatur ex his quæ habentur in l. excep. C. de proba. & Insti. de excep. §. fi. & in l. licèt. C. de probat. Facit l. Pomponius. §. rati. ff. de procu & l. ita demum. C. de procu. Et si fortasse non fuerit opposita in litis exordio per errorem, tamen etiam post sententiam poterit opponi, quod est contra naturam aliarum dilatoriarum & declinatoriarum exceptionum, ut probatur in in d. l. licet. de procu. & in c. ex insinuatione, extra de proc. & ibi no. & per gloss. in l. nam & si. ff. ad mace. Cuius ratio est, quia per ipsius obiectum redditur iudicium retro nullum, sicut facit exceptio iudicis incompetentis. ut l. 1. C. si
4 à non compe. iu. † Quid dices, si iudex producto, uel nõ producto mandato pronunciauit ipsum esse legitimũ procuratorem, cum tamẽ in rei ueritate falsus esset; an lata sẽtẽtia in principali poterit reus opponere, iudicium & sententiam esse nullam, quia ille non fuit procurator: uidetur quòd non, quia interlocutoria facit ius quanquàm iniquè lata, ut in l. fi. ff. de iust. & iur. & no. glo. in l. 1. in prin. ff. ad tut. & in l. 1. §. in hoc interdicto. ff. de lib. exhi. In contra-
e rium, e determinat Cy. in d. l. licèt, in 4. q. ad quod facit l. cum non iusto ff. de collu. detegen. quam opi. etiam sequitur Albe. in sum. in tit. de syndico. in uers. sed pone ꝙ iudex
5 † Deinde quæritur, pone quòd non produxit mãdatum in iudicio, sed fuit de facto admissus, & lata est sententia in eius fauorem, an reus poterit illam impugnare? Videtur ꝙ non; quia tantum operatur ratihabitio sequens, quantum mandatum præcedens; vt in l. fi. C. ad maced. & in c. ratihabitio. de re. iur. li. 6. & ibi per Dy. & potest dominus ratificare acta suo nomine in iudicio ut l. licèt. ff. de ludi. & in l. 3. in prin. & in fi. ff. rem ra. hab. In contrarium determinat
f glo. in d. l. licèt, de procur. & uerior f est hæc opi. & sit ratio: quia ratihabitio operatur si interueniat tempore debito, aliàs non, ut l. bonorum, & ibi nota. per Barto. ff. rem ra. habe. tardè ergo accedit ratificatio instãtia perempta,
6 & finito iudicio. † Rursum quæritur de quæstione sepius occurrente. Ecce quis constituitur procurator generalis ad causam agendam, an in hoc generali mandato ueniant & includantur ea quæ exigunt speciale mandatum?
g g de quibus no. per glo. in l. illud. ff. de mino. & l. 1. C. etiã per procu. causam in integ. restit. dicunt Doct. sic considerandum. aut ista quæ exigunt speciale mandatum, deducuntur principaliter propter se in iudicio, & tunc non sufficit generale mandatum, ut in d. iuribus, aut ueniunt incidenter, aut emergenter ad principalem causam, & tunc, aut ipsa tendunt ad confirmandum, uel obtinendum ius principaliter in iudicio deductum, tunc includuntur in generali mandato. v. g. procurator minoris, uel ecclesiæ, aut absentis petit rem, & reus opponit exceptionem præscriptionis,
* certe poterit talis procurator petere * in integrum restit. aduersus talẽ præscrip. ut in l. cui iurisdictio. ff. de iur. om. iud. & in l. ad rem legatam. & l. ad legatum petendum. ff.
de

de procur.quod tenet Bar.in l.indebitam.ff.de condict.indeb.& in l.cum procurator.ff.de oper. no.nunc. Aut talia incidentia tendunt ad perimendum, uel diminuendum ius principaliter propositum in iudicio,& tunc non includuntur,nec ueniunt in generali mandato, sed exigitur speciale.v.g. Si procurator petit * hæreditatem Sempronij, postea negauit forte respondendo positionibus,uel aliter, dominum suum hæredem. Vel si primò petit decem tanquam debita domino suo,postea negauit quicquam domino suo deberi,& sim.certe talia non includuntur in generali mandato,ut habetur & no.ibi per Bart.in l. si procurator ff.de condi.indeb.& in l.non solum. in prin.ff. de pecu. Et huius sit ratio; quia ea demum includuntur in generali mandato,quæ uerisimiliter fuisset dominus specialiter cõcessurus,& non alia; ut in c.generali.ext.de offi.vica.li.6. cum ibi no.in glo.& in cle.1.ext. de procu. & facit regula generi.de re iu.lib.6. Pro quo optimè facit quod habetur

g in l.1.§.quoties,& ibi per glo.ff.de vi & vi armata. † Rursum pro pleniori præmissorum doctrina generaliter quæro,an factum procuratoris noceat domino?Vbi sic distingue, aut est procurator specialis, aut generalis ad omnes causas & lites. Primo casu nocet domino in facto illo sibi specialiter commisso,siue sit factum quod contineat delictum,ut in l.1.§.deiecisse.& l.3.§.cum procurator. ff. de vi & vi arma.in l.non solum.in §.si mandato.ff.de iniur.& in clem.2. extra de procura.cum simili. ibi not.siue contineat contractum,siue distractum,ut l.diligenter,& l.si mãdassem,cum seq.ff.mand.& l.illud,cum ibi no.ff. de mino. Secundo casu subdistingue, aut est procurator generalis ad negocia,aut ad iudicia. Si ad negocia,distingue, aut

h habet administrationem generalem cum libera, h aut si ne libera: si cum libera,tunc,aut factum procuratoris continet in se dolum, & non præiudicat * domino in iure sibi iam quæsito,nec quò ad obligandum ipsum dominum, ut in l.creditor.§.Lucius.ff.manda.& in l.si pater.ff.quę in fraud.creditor. In iure autem quærendo ipsi domino,factum procuratoris domino nocet,ut in l.1.§.quæsitum, in fine.ff.de doli excep.& l.procuratoris, in prin. ff. de tribu. Aut factum non continet in se dolum, & tunc, aut continet in se meram donationem, & tale factum non præiudicat domino,ut l.contra iuris §. fina.ff. de pactis, & in l. filiusfamilias.in princ. ff. de donatio.cum similibus ibi not. aut non continet donationem, & tunc tale factum domino præiudicat; & sibi imputet qui talem procuratorẽ elegit,ut hoc probatur in l.procurator,cui generaliter. ff. de procura.& l.iusiurandum,quod ex conuentione §.fin.ff.de iureiuran.& in l.quam Tuberonis.§.alia causa.ff.de pecu. & in l.si liberam. C. quod cum eo. Si uerò sit procurator sine libera,tunc aut factum continet alienationem,& tunc domino non præiudicat,aut continet acquisitionẽ, & tũc prodest domino, & hæc probantur in l. procurator tutoris,& in l.mandato generali.ff.de procur.cum sim. ibi not. & in l.1.§.1.de offi.procur.Cæs. Nunc transeo ad secundum principalem articulum,qui est,quando est procurator ad iudicia,in quo sic distingue. Aut est procurator generalis ad omnes causas cum libera administratione, aut

i sine libera. Primo casu distingue per omnia i ut supra dictum est in generali procuratore ad negocia, per iura ibidem allegata, coniunctis his quæ dicta sunt in proxima quæst. præceden. Si uerò sit sine libera, eodem modo distingue, ut supra de procuratore ad negocia: aliquando quis est specialis procurator ad vnam causam tantum, & tunc siue sit cum libera, siue sine libera, quia illa libertas restringitur ad illam causam tantum, factum procuratoris domino nocet in illa causa tantum:ut in c.qui ad agendum,in fi.de procur.lib.6. Et probatur ex his quæ habentur & no.per Bar.in l.qui Romæ, in §.Callimachus. ff. de verbo.oblig. nisi factum procuratoris esset dolosum, aut contineret donationem, ut supra dictum est; aliquando

K procurator constituitur simpliciter ad agendum,& k defendendum,libellum dandum & lit.contest.& subiungitur in instrumento illa vulgaris clausula. {Dans & concedens in prædictis liberam administrationem &c.} vel est constitutus ad causam incertam de futuro; & tunc dicit Bart. in d.§. Calimachus, quod in his, quæ respiciunt solam instantiam causæ, factum procuratoris nocet domino, non autem in meritis negocij principalis; cui opinioni obstat dictum c. qui ad agendum. Et quæ dicta sunt, locum habent,quando factum à procuratore fuit scienter actũ; vbi autem erranter gestum est, tunc regulariter non præiudicat domino,iuxta doctrinam traditam in l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confess. Ad quod facit l. si defensor. in princ.& l.fi.ff.de interr.act. & quod not.in d.l. non solum, in prin.& dixi supra in tit. de forma interrogationis,in gl. super uerbo.Respondere.& uide quod no.Inno.in c.pen. extra de fideiuss. † Sed circa prædicta adhuc quæritur,

g quid si iste procurator in litis processu fecit aliquẽ actum vel producendo iura,uel capitula,uel similia ad litem pertinentia,nec expressit si idem faceret procuratorio nomine,sed simpliciter,an uidebitu hoc fecisse suo proprio no

l mine,uel procuratorio? l & idem potest quæri in tutore, uel in curatore.Ad quod sic distingue secundum Barto. ut per eum no.in l.si ita stipulatus.§.Crisogonus.ff.de uerbo. obl.in l.3.§.quod de tutore, uersic. & si quidem. ff. iudic. sol.Aut ille actus fuit extraiudicialis,uel iudicialis.Primo casu uidetur gestus nomine proprio & non alieno, ut in d.§.quod de tutore. Secundo casu,aut in libello per eum producto, uel in responsione ad libellum per eum facta, expressit nomen officij,& tunc in cęteris actibus sequentibus uidetur ipsum officium repetitum, & quidquid gestum fuerit,intelligitur factum sub nomine officij,argu.in l.stipulatus.ff.de uerbo.ob. Aut nomen officij tunc tacuit, & tunc uidetur proprio nomine tantum gessisse, non alieno. Faciunt ad præmissa quæ habentur in l. fi. ff. de instit. & in l.post mortem,& ibi per Barto.ff.quando ex fac. tut. cum sim. Adde prædictis quæ de procuratore not.infra sub forma responsionis in actio.hypothe.in gl. 2.& 3.

ADDITIONES.

* Coniunctus.Adde,quando & quo casu admittatur coniunctus pro coniuncto, & vide quæ scribit Aym. consil. 109. nu.4.Alex.in l.exigendi. C. de procur.ubi ponit reg. affirmatiuam cum 11.limit.Fel.in c sunt & alij,de rescrip.Soc. consi.235.254.lib.2.Catel.uer.coniuncta persona. Rom. sing.619.plura in prac.docet Cagnol.in l.nemo alieno nomine.ff.de reg.iur. quando coniunctus comparet. De quo vide per Bal.in l.qui absentem.ff de procur. Hypol. sing. 327.Seb.Vant.de nullitate.c.14. nu.99. Maiuer.

* In integ.rest. Adde,quòd ad petenda rest.in integ.principaliter,requiritur speciale mandatum,secus si incidenter, secundum Rol.consi.26.nu.1.nu.7.lib.2. ubi plura etiã de mandato speciali,de quo etiam per Abb.in cap.sciscitata. nu.5.de rest.in integ. Maiuer.

* Hæreditatem. Adde,an hæreditas per procuratorem adiri possit,& uide Ias.in l.quæ acta,nu.2.& 4.ff.de offic.procur. cęs.

* Adde Ias.in l.rescripti.§.fi. ff. de pact.

a De suo mandato. Adde an procurator in primo actu teneatur mandatum producere, Ang.in consil.229.Ro.consil. 170. & an mandatum probetur per testes per eundem Ang.consil.66.an per sigillum, & per instrumenta facientia ad causas,per Rom.consil.417. & an probetur per acta in iudicio,licèt originale non reperiatur, per Anch.consi. 40. & adde quòd procurator poterit eius mandatum producere vsque ad conclusionem causæ, post non. ita Alex. in consil.72.in 4.uolu.& ibi per eum,quando exceptio, tu non es procurator,possit opponi.Cu.

* De suo mandato. Adde, quòd procurator tenetur ostendere

dere mandatum. aliàs iudicium est nullum, ex not. p Bart. & doct. in l. licèt. C. de procur. Abb. in cap. in nostra, de pcur. Alex. consil. 74. lib. 5. Rot. decisione 12. in antiq. quæ concl. fa lit, quotiescunque instrumenta penes ipsum reperireutur, tunc enim absque mandato cum cautione rati recuperetur, teste Ias. in l. cautio, nu. 12. C. de procur. Fely. in cap. coram, de offic. deleg. & est communis secundū Ias. vbi supra Alc. de præsump. reg. prima, præsumptione 33. quæ conclusio, limitatur, nisi habens instrumenta sit domesticus, ut not. Rom. consil. 446. 2. dub. Quibus adde, quòd procur. etiam uerus repellendus est à iudicio si de mandato nō edoceat, & ideo dixerunt aliqui, iudicem ex officio inquirere debere de mandato, Abb. in cap. nulli, de accus. in cap. exceptionem, de excep. Rom. consi. 60. in fi. cuius tamen contrarium voluit Fely. in cap. causam, nu. 5. de iudi. dicunt enim non posse iudicem ex officio procuratorem carentem mandato repellere, nisi parte hoc petente, quam opi. Fely. ibi dicit esse communem, sed prior opin. æquior est, nam mandatum debet esse sufficiens, ut procurator admittatur, teste Bar. in l. 1. §. vsus. ff. de procur. in l. 3. §. si nemo. ff. quod cuiusque vniuers. Ias. in l. sancimus. n. 6. C. de iudi. Doc. in l. non solum §. qui alieno. ff. de procur. Ias. in l. cautio, nu. 11. C. de procur. qua de re uide Ro. con. 170. post num. 2. ubi quòd posit iudex ex officio nemine postulante: procuratorem arctare ut mandati instrumentum producat, Hypol. in l. si quis ne quæstio, num. 13. ff. de quæst. & hoc facere potest post litem contestatam, ne iudicium reddatur frustratorium, Rob. de ord. iud. cap. 17. nu. 194. Neuiz. consil. 19. nu. 11. nu. 12. ubi φ cogatur exhibere mandatum etiam post conclusionem in causa, & parte non instāte, cum mandatum sit huiusmodi naturæ: vt nunquam credi debeat interuenisse: nisi quis illud inspiciat, Nat. consi. 18. col. 2. nu. 4. lib. 1. qua in re laudatur Ducal. Decreto um subalpinę patriæ dispositio lib. 3. cap. 11. φ nullus pro actore, neque pro reo admittatur sine mandato, aut saltē si est coniunctus pro coniuncto, cum cautionibus vna rati, altera de iudicato soluendo per defensorem rei, ut ibi latius de quo aliqua scribit Ias. in l. filiusfamilias. ff. qui satisd. cog. ubi ponit reg. cū limit. φ nemo admittitur ad alium defendendum sine satisdatione de iudicato soluendo, etiam si sit persona coniuncta, quæ concl. limitatur etiam per eum ibi, quid si producatur mandatū super lite prosequenda, & dic, φ operatur confirmationē eorum, quæ p. ius gesta sunt, teste Ias. in l. Iulianus. colu. 1. in fi. ff. qui satisd cog. Masuer.

b Iudicato soluendo. Adde an, si dominus releuet procuratorem ab onere satisdandi, teneatur tamen & ipse cauere, Francis. de Aretio consi. 133. Ioan. de Ana. consi. 82. & ibi quid est statuto disponente, φ procurator teneatur satisdare de Rato.

c ~~dare de Rato.~~ Adde tamen φ si uellet procuratorē constituere pro coniuncto cum cautione rati, φ non admitteretur, ut uolunt do. de Rota decisio. 677. in antiquis, de procur.

* De rato. Adde, quòd procurator dubium habens mandatum uolens admitti, tenetur satisdare de rato aliàs repellitur, l. 1. ubi Doc. C. de procur. Capic. decis. 1. quam cōcl. intellige, locū non habere, ubi speciale mandatum requiritur, teste Host. in summa, tit. de procur. nu. 12. de quo articulo, quòd procurator teneatur cauere de rato quando dubitatur de mandato: uide Rom. sing. 98. 115. Alex. d. l. 1. col. 3. ubi Ias. col. 1. 2. fall. C. de procur. limita conclu. prædictam, qua dicitur haben. dubium mandatum cum cautione rati admitten esse: non procedere in causa matrimoniali, ut per Paris. consi. 61. num. 6. lib. 3. & in alio casu, ut per Hypol. sing. 245. Masuer.

d Non es procurator. Adde Roma. consi. 484. Ioan. de Ana. consi. 96. Alex. consi. 83. 4. lib. Lapum allegatio. 81.

* Non es procurator. Adde, quòd mandati defectus iudiciū reddit adeò nullum, quòd eius nullitas ferè sanari nequit, teste Seb. Vant. de nullit. tit. ex defect. in hab. seu mand.

Quod quidem procuratorium, tamdiū durat, quamdiū durat mandan uoluntas. l. si uerò non remunerandi. §. si mandauero. ff. mand. l. vnic. §. 1. C. de satisd. l. si procurator. §. fi. ff. de procura. adeò φ deinde ex potestatis reuocatæ defectu censetur acsi nunquam fuisset procur. c. ex insinuatione. & c. in nostra, extra eo tit. not. Bal. in l. falsus. col. 1. C. de fur. in l. licèt C. de procur. Boer. q. 274. nu. 6. gloss. in ca. fi. uer. reuocatur, de procur. in 6. quæ uoluit etiam procuratorem reuocari posse, quamuis iureiurando quis illum non reuocare promiserit, & si is periurij reatum incurrat, quam glo. sequitur Alex. consil. 18. col. vlt. lib. 2 Fely. in c. ex parte. 5. ampl. de rescrip. Dec. consil. 475. Boer. q. 207. vbi refert communem, φ procur. reuocari posit in casu de quo ibi per eum, non obstante iuramento & promisione facta de non reuocando.

e In contrarium. Adde. Ioan. de Ana. consi. 93.

f Et uerior. Adde, quod do. de Rot. decisi. 13. & est prima de procur. in antiquis dicunt, φ dominus potest ratificare ante sententiam, non post, nisi in sui præiudicium; & sit ratio, quia ante sententiam est dubium an processus sit in fauorem ratificantis, post autem non potest esse incertum. Adde. Vtrum ratihabitio retrotrahatur [Bar. & Bald. in l. obseruare. ff. de offic. procon. & legat Barto. in l. aliena. in prin. ff. de pigno. actio & Bar in l. fundus. ff. de pign. & in l. quid ergo. in prin. ff. de his qui not infam. & in l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. de adulte. Zilettus.

* Et verior. Adde, φ procuratoris falsi gesta non possunt post defectum mandati oppositum rata haberi, teste Ias. in l. licèt, nu. 10. C. de procur. Fely. in cap. causam, nu. 9. de iudic. antea uerò, & quæ damno, & quæ usui sunt domino, rectè ipse dominus confirmat, ut scribunt Fely. & Ias. ubi supra secundum communem, quam refert Suarez. lib. com. opin. uer. procuratoris, de quo arti. uide Ias. d. l. licèt. nu. 10. dum dicit, φ processus uel sententia lata in fauorem falsi procuratoris à domino ratificari potest, quam conclusionem declara ac limita, ut per eum ibi, cui Adde, φ gesta falsi procuratoris sunt nulla, & reddunt iudicium retro agitatum nullum, in quacunque parte iudicij oppositum fuerit, d. l. licèt C. de procur. not. Nat. consi. 217. nu. 2. qui Nat. consi. 126. col. 3. in aliquibus reprobat Doct. Ias. d. l. licèt. Declara etiam primam conclusionem, an processus habitus cum falso procuratore ratus haberi posit? ut per Capel. tolos. quæs. 125. 271. ad dicta aut. Pap. hic, uide quæ scribit Mysing. Centuria 1. obser. 44. ubi φ procuratoris falsi gesta ante prolationem sententiæ à domino ratificari possunt, sed si procuratore sine mandato agente sentētia proferatur: quæritur, an poterit is cuius nomine actū est, post latam sententiam omnia rata habere, & concludit ibi prædictus Mysing. φ non, ubi inter alia allega. Pap. hic. Masuer.

g Speciale mandatum. Adde Rom. singul. suis fol. 1. Lap. allega. 69. & 70. ubi quid si sit clausula, quòd posit maiora expresis, per Alexan. consi. 23. 1. libr. Roma. consil. 83. & 84.

h Cum libera. Adde Alex. consi. 22. supra allega. & consil. 43. 4. libr. & an factum procuratoris domino noceat per Old. consi. 126. & 194. Alex. consi. 96. 2. libr. Cal. consil. 3. de procur.

i Per omnia. Adde tamen φ procurator cum libera non potest acceptare beneficium, ut dicunt do. de Ro. decisi. suis. de procur. in antiquis.

K Agendum. Adde φ procurator simpliciter constitutus ab actore ad agendum, intelligitur constitutus ad defendendum, ut dicit Rom. singulari. suis. 116. incip. secundo. Adde Dec. in cap. insuper. col. 2. uersi. 4. & vlt. & Seb. Van. in tract. de nullitatibus. in rub. de nullita. mand. nu. octauo. Zilett.

* Agendum. Adde, quid quando constituitur procur. ad talem & talem actum, deinde subiicitur clausula, promisit habere rata quæcunque gesta per eum, an per talem generа-

peralitatem dicatur habere mandatum cum libera ad omnes causas & actus, & dic, quod illa uerba nihil operantur, teste Ias. in l. quæ acta, nu. 21. ff. de offi. procur. cęs. De mandato autē generali cum libera, uide quæ scribit idem Ias. in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. in l. indebitam. cir. med. ff. de cond. indeb. Masuer.

1 Vel procuratorio. Adde Alex. consi. 25. 2. lib. & uide quod voluit Cald. consi. 7. de procura. & an tutor uel procurator possint functo officio prosequi causam cęptam, uide per Alex. consi. 134. 2. lib.

* Vel procuratorio. Adde, quòd illa uerba procuratorio nomine talis, necessa. io non sunt adiicienda, ex not. per pract. Bal. rit. de procur. q. 4. de quibus etiam per Bart. in l. si procurator. ff. de procur. Quam concl. declara, ut per Ias. in l. si procurator. ff. si quis caut. in l. rescriptum. §. fi. ff. de pact. ubi docet formam concl. quam facere debet procurat. in libellis & petitionibus, de quo etiam plura not. idem Ias. in l. post dotem, nu. 72. & seq. ff. sol. mat. quod autem dicitur, quod quando procurator facit actum simpliciter, quod intelligitur facere procuratorio nomine: limita procedere quando fecit mentionem mandati, procurationis, & sic officij, aliàs si nihil diceretur: secus esset, quia præsumeretur potius suo nomine fecisse, teste Ias. d. l. post dotem, nu. 72. ff. sol. mat. ubi infert ad plura notab. in pract. de quo uide etiam per eundem, in l. 1. §. nuntiatio, nu. 3. & 4. ff. de op. no. nun. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Respondens non debet absolutè fateri libellum aduersarij.*

1 ASSERTI libelli &c. † Notanter dicitur [asserti] quia non debet respondens absolutè fateri ipsum
a esse libellum. a quia non posset postea in eo allegare defectum, arg. in l. cum precum. C. de libe. causa, & in l. generaliter. in fi. C. de non nu. pe.

ADDITIO.

a Ipsum libellum. Adde Ludo Rom. consil. 23.

INTER cætera dicitur contineri. Hic aduerte, quia summatim debet repeti effectus totius libelli, ut per
a hoc appareat, ad quid responsio referatur, a vt fieri mandat legislator in l. ut responsum. C. de transf. & l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & l. diuus. ff. de iudi. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Referatur. Adde quod uoluit Rom. consi. 70.

DICENS dictus Simoninus dicto nomine. Per hoc, quod in hac responsione exprimitur se respondere dicto nomine, sufficit quò ad certos actus sequentes, ut semper intelligatur, etiam si non exprimatur ista qualitas repetita, ut supra tactum est. Et no. quod est 2. pars principalis huius responsionis, in qua ipsius rei conuenti defensio exprimitur, ut actor ab agendo repellatur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicat. in quid sit, & quotuplex.*
2 *Excommunicatio quot modis infligatur.*
3 *Regula, quòd percutiens clericum est ipso iure excommunicatus, in quibus casibus non habeat locum.*
4 *Regula, quòd excommunicatus excommunicatione maiori per solum Papam uel legatum de latere absoluatur, in quibus casibus non habet locum.*
5 *Episcopus in quibus casibus possit dispensare cum excõicatis maiori.*
6 *Excommunicationis quis sit effectus.*
7 *Absolutio quotuplex sit.*
8 *Absoluere ab excommunicatione quis possit.*
9 *Excommunicatus incurrit etiam alias pœnas à iure inflictas.*
11 *Irregularitas est pœna clerici excommunicati.*
12 *Suspensio est pœna à iure canonico inducta ultra excommunicationem.*

* TANQVAM publicè * excommunicatū & notoriè. Pro intellectu huius est præsciendum. Quid sit excommunicatio, & quotuplex, & quid sit eius effectus. † Est autem excommunicatio, quædam priuatio seu sepa
1 ratio à quolibet actu legitimo & à quauis alia communione, ut probatur. 11. q. 3. in c. euidenter, & in c. licet, in fi. extra de sen. excom lib. 6. Et est duplex excommunicatio, videlicèt maior & minor. vt in c. statuimus, extra de sen. excom. lib. 6. cum simil. ibi not. Maior quidem a est illa,
a quæ appellatur anathema; cuius effectus est, quia excludit ab ingressu ecclesiæ, à communione fidelium & à sacramentis ecclesiæ. Minor autem est illa, quæ solum ab altero ex his excludit, ut infra notabitur; & probatur hoc in d. c. euidenter, & 3. q. 4. c. euangelij, & de excep. c. à nobis, & de sen. excom. c. pen. cum si. † Imponitur autem seu in
2 fligitur excommunicatio dupliciter, vno modo ab homine, alio modo à iure seu canone. & si quidem infligatur ab homine, debet subesse causa legitima uel offensæ, uel cōtumaciæ, ut in c. ex parte, in prin. extra de uerb. sig. & 11. q. 3. in c. certum. nec procedit iudex ad absoluendum, nisi emēda damni prius restituta, uel per contumacem præstita debita cautione de iuri parendo, b vt hæc habentur in tex.
b & gloss. in d. c. ex parte, & ibi per Innoc. & debet iudex talem excommunicationē proferre in scriptis interlocutoriè, uel diffinitiuè, cum causis legitimis in ea expressis, de qua sententia facere debet copiam excōmunicato, ut hæc habentur in c. 1. de sen. excom. lib. 6. Illa autem excommunicatio, quæ imponitur à iure sine ministerio hominis, est duplex, uidelicèt minor, & maior. Quæ autem est minor, infligitur in 18. casibus notatis per Inno. in cap. 1. extra de sent. excom. lib. 6. Illa autem, quæ est maior, infligitur in 16. casibus not. per eundē Inn. in d. c. 1. & per Gof. in sum. de sent. excom. Vltra quos etiam sunt alij, quos no. glo. in c. eos, extra de sentent. excom. lib. 6. & in cle. 1. de elect. inter quos casus cōnumeratur ille quotidianus, qui est, cum quis manus uiolentas iniecerit in clericum, ut 17. quæst. 4. c. si quis suadente, & c. quātæ præsumptionis, extra de sent. excom. cum sim. Vbi aduertendum, quod circa d. c. si quis suadente, duæ eliciuntur regulæ. Prima est, quod percutiens cle
c ricum est ipso iure excommunicatus c excommunicatio
3 ne maiori. † Secunda regula est, quod taliter excommunicatus non potest absolui, nisi per Papam, uel per eius legatū de latere, ut extra de sen. excom. in c. ad eminentiā, & no. in c. excommunicatus. de offi. lega. A prima autem regula excipiuntur nouem casus, quos enumerat Inno. in ca. non dubium, de sen. excom. & Gof. in sum. quorum Primus est,
d si percutiens illum ignorabat d esse clericum, ut in cap si uerò, de sen. excom. Secundus est, si erat apostata, ut in c. in audientia, de sent. excom. Tertius est, cum quis se defendit uim vi repellendo, in c. ex tenore. in fin. & in cap. si uerò. eod. tit. Quartus est, cùm percutitur clericus adulter, vel repertus cum filia, uel sorore, ut in d. c. si uerò. Quintus, in eo qui percutit clericum causa disciplinæ, ut in c. 1. in c. cum uoluntate, &c. ex tenore. de sent. excom. Sextus,
e cùm percutitur in ludo, uel ludi causa, e ut in d. c. 1. & c. cum voluntate. Septimus, quando percutitur clericus existens in habitu contrario clericatui, ut quia stipendiarius vel similis, ut habetur, 83. di. in c. quisquis. Octauus, si iussu superioris manus iniiciatur d. c. ex tenore. Nonus est, in clerico deposito & curiæ tradito seculari, ut extra de iudi. in c. cum non ab homine, & 17. q. 4. in cap. si quis deinceps.
4 † Secunda uerò regula, quæ est, quòd solus Papa f vel le
f gatus eius absoluit, fallit in 12. casibus nota. per Gof. in summa. in quibus uel episcopus uel sacerdos potest absoluere,

uere, inter quos est quando percussor est in mortis articu-
lo constitutus, ut in d.c. si quis suadente. vel pauper, aut se
g nectute g depressus, aut corpore debilitatus, uel si leuis
fuit percussio, ut in c. quod de his. & in c. peruenit, de sent.
excom. Alij sunt uarij casus papæ reseruati, quos no. glo.
c. 1. in fi. de sent. excom. lib. 6. & in c. sicut vnire. de exces.
5 præla. & in c. ꝙ translationem. de offi. lega. † Casus au-
tem, in quibus episcopus potest dispensare, not. per gl. in
c. at si clerici, in fi. de iudi. & plenè per Inno. in c. dilectus.
6 de temp. or. † Sequitur nunc uidere, quis sit effectus ex-
communicationis, & quidem multiplex est. Primò, quia
h excommunicatus repellitur ab agendo h tam in foro ec-
clesiastico quàm seculari, ut habetur in c. decernimus. de
sen. excom. lib. 6. & in c. per tuas, extra eo. tit. facit c. ad pro
i bandum. de re iud. & iudex repellitur à iudicando, i vt
in d. c. ad probandum, & no. per gloss. in l. 1. ff. de iuris &
fac. ign. Non tamen repellitur aliquis à se defendendo,
quia defensio est de iure naturali, ut habetur in c. intellexi
mus, extra de iudi. & in c. cum inter, extra de excep. nec si-
militer repellitur ab appellando & appellationem pro-
sequendo. cum appellatio sit quædam defensio, ut in c. fin.
& in c. dilecti. & in c. dilectus. extra de excep. & in c. si ue-
rò. extra de sent. excom. & in c. excommunicamus. §. cre-
dentes. de hær. si tamen excommunicatus conueniretur, li
K cèt possit se defendere, k non tamen posset actorem re-
conuenire, quia reconuentio sapit naturam agendi, ut ha
betur in d. c cum inter, de excep. & ibi not. Secundus effe-
ctus est, quia in odium excommunicati potest huiusmodi
l exceptio in quacunque parte l litis opponi, ita tamen ꝙ
m probetur infra 8. dies, m vt est text. in c. pia. de excep. li.
6. Et amplius iudex potest ex suo officio, etiam si non op-
ponatur, si excommunicatio sit notoria, ipsum ab agendo
7 repellere, ut in d. c. pia. in fi. † Deinde quæritur, si excom
municatus petat se absolui, an sit audiendus? vbi ante om-
nia est sciẽdum, ꝙ duplex est absolutio, vna quæ fit ad cau
telam, alia quæ fit à toto eo propter quod imposita est ex
communicatio. Si quidem petatur absolutio ad cautelã,
tunc aut allegatur sententia excommunicationis esse nul
la, uel ex defectu iusdicentis, uel quia lata post appellatio
nem, uel quia in se continet errorem intollerabilem, uel
n quid simile, & tunc sequi debet absolutio ad cautelam, n
vt habetur & no. in cap. 2. de senten. excom. lib. 6. & ibi per
Archi. & Inno. facit c. per tuas, eod. tit. in antiq. cum simi.
ibi no. quæ absolutio procedit tam in excommunicatione
hominis, quàm iuris, secundum Ioan. And. in d. c. 2. Si ue
rò allegatur sententia excommunicationis iniusta, tunc
aut est illata seu inflicta pro offensa, uel contumacia ma-
o nifesta, o seu dubia. Primo casu, aut offensa consistit in
non satisfaciendo, & tunc denegatur absolutio nisi prius
præstetur emenda, ut habetur & no. in d. c. 2. uer. in prima
igitur, & per Inno. & glo. in c. ex parte, extra de uerb. sign.
& in c. cum olim. eo. tit. Aut offensa consistit in non com-
parendo, quæ contumacia appellatur, & tunc conceditur
absolutio præstita cautione de parendo iuri, & restitutio-
ne expensarum. Vbi autem offensa fuerit dubia, siue sit in
non restituendo, siue in non comparendo, tunc utrobique
præstatur absolutio præstita cautione de iuri parendo, ut
hæc omnia plenius habentur, & no. in c. 2. præal. In secun-
do uerò casu principali, cum petitur absolutio à toto pro
cessu simpliciter, & tunc nõ conceditur nisi satisfactione &
emenda facta, & secuta, ut in dictis iurib. probatur & not.
8 † Quis autem possit absoluere? respondendum est, ꝙ tam
p ipse excõicator p quã eius superior, uel eius delegatus, ut
plenè no. Arch. in d. c. 2. ad quod facit c. ad præsentiam, ex
9 tra de appel. & c. quoties, 2. q. 6. † Rursum sciendum, ꝙ
aliæ sunt pœnę, quę à iure excõicatis infliguntur, inter quas
illa assignatur, uidelicet si aliquis fuerit inculpatus de hæ
resi, & citatus per iudicem uenire contempserit, & ob hoc
excõicatus fuerit, & in ea excõicatione perseuerauit indu
q ratus vsq; ad annũ, quia tunc reputatur hæreticus, q vt in c.
cum contumacia, de hære. lib. 6. & in c. excõicatus, in §. qui
aũt. de hæret. in antiq. his em̃ tribus concurrentibus, uide-
licet, ꝙ sit inculpatus, & excõicatus, & cõtumax p annum,
habetur pro conuicto, & confesso de hmõi crimine. Si ue-
rò fuerit quis inculpatus de alio crimine, tunc licèt fuerit
excõicatus, & p annum perseuerauerit in contumacia, non
reputabitur hoc hæreticus, sed solum de eo crimine re-
putabitur pro confesso, ut determinat gl. in d. §. qui ãt, & in
d. c. contumacia, & in c. si. extra de pœn. facit 11. q. 3. in ca.
rursus, & in c. quicunq;. Si tñ post excõicationem, & annũ
transcursum adhuc citaretur, & contẽneret parere manda
tis ecclesiæ, caderet in præsumptionem hæreticæ prauita-
10 tis, ut in d. c. si. † Alia est præterea pœna excõicati; quia si
clericus est, & celebret missam, uel aliter se ingerat diui-
r nis, efficitur irregularis, r q̃ pœna non cadit in laico, nec
põt absolui nisi à solo Papa, ut in c. 2. & 3. de cle. excõ. mi-
nis. & ibi p Host. & in c. 1. de sen. excõ. & in c. 1. de re iudi.
lib. 6. & ibi p Archi. quæ irregularitas ẽt aliis modis con-
s trahitur, s de quibus no. p Inn. in c. nisi cum pridem, ext.
11 de renun. † Est & alia quædã pœna iure canonico intro-
ducta, q̃ suspensio appellatur; de qua plenè habetur in cle. si.
de pœn. p gl. Ioan. And. sic ergo sunt tres pœnæ, excõica-
tio, irregularitas & suspensio. Et aduerte, ꝙ excõicatus põt
t contrahere, & distrahere & testamentũ, t & quãlibet ulti
mam voluntatẽ facere, vt no. Io. And. in ca. decernimus. de
sent. excom. & Inn. in c. veritatis. extra de iureiu.

ADDITIONES.

✠ Excomunicatum. Adde, ꝙ excõmunicatio non aufert con
trahendi facultatẽ. Abb. in c. si uerò, de sent. excõ. nec arbi-
trij recipieñ. facultatẽ remoratur, secundum cõem p Ale.
in l. si quis arbitratu, col. pen. ff. de ver. ob. & dic, ꝙ excõica
tus testamenti factionem actiuam & passiuam habet Fely.
in c. cum uoluntate, de sent. excõ. aufert tamen testimonij
dicendi copiam, ut scribit Emanuel lib. co. opi. ver. excõ.
cui adde, ꝙ excõicationis origo, & præcipuus vsus legitur
apud Paul. p. imę ad Corynthios 5. Quin ante discipulum:
Ille qui uerè magister est Christus D. N. eiusmodi excom
municationis vsum docuit, Math. 18. Qua de re uide Syl-
uestr. in summa, uer. excom. Tremol. ad Pract. Bonacurs.
titul. quib. mo. suo. no. ciuil. post nu. 17. litera A. Didac. in
cap. Alma mater. §. 11. num. 11. vbi plura ẽt de absolutione
ab excommunicatione, qualiter & quibus præmissis dan-
da sit, item differentiam, inter excõmunicationẽ latam à
iure, & latam à iudice, vide per Didac. in d. cap. Alma ma-
ter. §. 10. nu. 2. quid de impedientibus literas excõicatorias
publicari, & uide tex. in c. ex lite. is, & c. cũ olim, de offic.
deleg. ꝙ autem exceptio excõicationis quandocunq; op-
poni possit, no. Ias. ubi declarat conclusionem, in l. elegan
ter. §. si quis post transactionẽ, nu. 6. ff. de cond. indeb. & plu
ra de excõicatione & excõicato scribit idẽ in l. Gallus. §.
& quid si tantum, nu. 4. & seq. ff. de lib. & posth. & ꝙ excom
municatus sit seruus Diaboli, no. gl. in l. pedius, in glo. 11.
ff. de arb. sed an excõicatus succedat, uide Ias. in l. si. col. 4.
C. qui admitti. & dic, ꝙ excõicatio est pœna personalis, q̃
infertur animę delinquenti, & sic vnus pro alio excõicari
non põt, teste Ias. in l. inter stipulãtem. §. sacram. col. fi. in fi.
de verbo. obli. vbi dicit secus esse in interdicto, uide latius
ibi. Masuer.

a Maior quidem. Adde Abb. in capit. ita quorundam, de
iudæis.
Adde Abb. in rub. de sent. excom. & ibi Fely. col. 2. ver. sic.
quid sit excommunicatio, & Ang. Claua. in sum. Angeli-
ca, in ver. excommunicatio § 1.

b De iuri parendo. Adde vt per Oldr. consil. 93. & dom. de
Ro. decisio. suis, in nouis, de sent. excom. & quo iure peta-
tur absolutio ab excommunicatione in causa propter con
tumaciam. vide ibidem.

c Excommunicatus. Adde quid si petatur, quòd talis per-
cusso

cussor denuncietur excommunicatus, an requiratur litis contest. per do. de Ro. deci. 504. in antiquis de sen. excom.

d Ignorabat. Adde Fede. consi. 13. & an mulieres intrantes monasterium, ubi non sit professio, gaudeant priuilegio canonis, uide do. de Ro. de regula. in antiquis & quid de fratribus tertij ordinis, uide Cal. consi. 92. de sent. excom.

e Ludicrum. Adde Cal. consi. 7. de sen. excom.

f Papa. Adde Rom. sing. suis. 710. incip. incidens.

g Senectute. Adde quis dicatur senex quo ad hunc casum, Old. consi. 93. & an debeat expectari, quòd percussor sit in mortis articulo constitutus, per Rom. consi. 341.

h Agendo. Adde Ro. singul. suis. 724. incipient. illud quod dicit.

✱ Agendo. Adde Ias. in l. libertus, nu. 1. & 2. ff. de in ius voc. vbi ponit tres limitationes ad reg. quòd prohibitus agere, non intelligitur exclusus ab excipiendo, & se defendendo, & loquitur in excommunicato & bannito, & ibi etiã quid si summus Pontifex, det iudicem delegatum, excommunicato, quòd non per hoc videtur excommunicatum absoluere, uel dispensare quòd agere posit, de excommunicato autem: licèt non posit agere in iudicio c. intelleximus de iudi. potest tamen esse fideiussor, sicut potest contrahere, ex not. per eundem Ias. in l fideiussor. §. si quis his, num. 5. ff. qui satisd. cog. vbi, quòd & si non posit esse agendo, potest tamen excipiendo, iuribus ibi per eum alleg. quid quando quis replicat contra exceptionem excommunicationis de absolutione, & eam non probat, an intentio excipientis sit fundata, & dic, ut per eundem Ias. in l. decem, num. 48. ff. de verb. oblig. & numer. 51. Masuer.

i Iudicando. Adde quòd nec consensu partium prorogatur eius iurisdictio, ut per Rom. consil. 48. An autem excommunicato capitaneo. vel potestate prohibeantur assessores eorum iudicare, per eundem singul. suis 632. incip. est excommunicatus.

K Defendere. Adde an excommunicatus admittatur suam vel suorum prosequens iniuriam. Fed. consil. 116. Adde Pet. de Anch. in c. 1. col. 3. de resc. in 6. Abb. in cap. à nobis, in 3. no de excep. & ibi Fel. col. 2. uersi. excommunicari non potest. Zilettus.

l In quacunque parte. Adde Feder. consil. 147. & dicunt D. de Ro. decisi. 71. de senten. excommu. quod exceptio generalis excommunicationis omnino operatur contra impetrantem beneficia & eo. tit. quòd uidelicet processus factus cum actore excommunicato si non fuit oppositum, & quòd contra tres sententias interlocutorias admittitur exceptio excommunicationis.

m Infra octo dies. Adde à quo tempore incipiant currere isti octo dies, & an possunt per iudicem abbreuiari. do. de Ro. decisi. suis, de sen. excom. decis. 208. in nouis.

n Ad cautelam. Et adde Old. consi. 145.

o Manifesta. Adde Ol. consi. 93.

p Excommunicator. Adde Ludo. Ro. consi. 387. & no. quòd excommunicator non potest absoluere illum quem excõmunicauit, si eius excommunicatio est confirmata à Papa, vt est gl. in c. ex frequentibus, de Insti. quam sequitur Ro. vbi supra.

q Hæreticus. Adde Cal. consi. 5. de hæret. Ro. sing. 307. incip. de hoc.

r Irregularis. Adde vt per Cal. consi. 4. de sen. excom. Adde Cæsar. Lamberti. in tract. de iur. patro. in 4. art. 9. q. princ. 1. par. 2. lib. num. 4. & Card. Parisi. in consi. 120. num. 26. in 4. volum.

s Contrahitur. uide Old. consi. 200.

t Testamentum. Adde eundem Papien. supra in for. libel. in actio. reali. in Glo. in uer ueris ac legitimis titulis, nu. 31. versi. nunquid autem posit facere testamentum, & ibi uide additio meam, & ultra ibi allegata, uide Ias. May. inst. de capi. di. in addi. ad Io. Christ. Por. in addi. incip. ista glo. est sin. & ibi uide aposti. Nicolai Superantij, & meá. Zilet.

S V M M A R I V M.

1 *Satisdatio de prosequenda lite, & soluendis expensis hodie habet locũ.*
2 *Iuramentum in causa criminali, quod quis non pot. si præstare fideiussionem de lite prosequenda, &c. non excusat.*

1 DEBITE satisdare. † De hac satisdatione habetur in auth. generaliter. C. de epis. & cle. quæ per cõsuetudinem hodie est * abolita, ut no. per Cy. & Docto. & per glo. Instit. de satisd. §. sed hodie, licet in pluribus locis per statuta sit confirmata; si autem præstanda fuerit nec potestatem habeat illam dandi, quia non reperit, an repellitur? dic quòd nõ, si iu auerit se satisdare non posse, ut not. ibi, & in l. de die §. fi. ff. qui satis cog. & in l. 1. §. omnes. C. de asse. tol. & in Auth. de liti. in §. ad excludendas. & not. per gl. in c per uestras, extra de do. inter uir. & uxo. & in c. 1. de dol. & contu. lib. 6. Et hæc procedunt, cum agitur in
2 causa ciuili. † Quid si agitur in causa criminali, an iuramentum prædictum excuset à præstatione fideiussionis? Videtur quòd sic, per tex. in §. si verò crimen, in auth. ut nulli liceat habere lo. Sed contra determinat Bar. in l. 1. ff. de cust. & exhi. re. per tex. in Auth. ut nulli iudi. in §. necessarium.

ADDITIONES.

✱ vbi * mulier iure speciali excusatur iurando, ergo in aliis est regula communis in contrarium, arg. l. ius singulare. ff. de legibus.

✱ Abolita. Adde quòd idem tenent Capel. tolos. q. 158. Aym. consi. 325. Ias. in l. 1. nu. 23. ff. qui satid. cog. omnium copiosius Rol. consil. 71. nu. 19. lib. 1. & habetur in antiq. subalpinæ patriæ Decret. mihi pag. 96. & est decretum Philippi. Quid de cautione iuratoria, & uide quæ scribit Ias. in l. si tibi, col. 11. C de Ca bo. edict. quid de eo qui promisit præstare cautionem idoneam intra certum tempus sub pena, an si iurauerit se fecisse diligentiam de reperiendo fideiussorem quem inuenire non potuit, pœnæ locus sit, distingue, ut per Osasc. decis. 70. num. 6. ubi etiam quærit, quæ dicatur cautio necessaria, quæ uoluntaria, & quando locus sit cautioni iuratoriæ, & an possidens immobilia nudam tantum cautionem cum generali bonorũ hypotheca præster, uide ibi, & per Ias. in l. sciendum, num. 6 & seq. ff. qui satisd. cog. Doct. in apostil. ad Bar. in l. sancimus. C. de ver. sig. quid de possidente bona in alieno territorio, an releuetur ab onere satisdañ? & dic, quòd non, per gloss. in l. nullis, quæ est l. fi. uer. ad curatoriæ cautiõi in fi. C de prin. agen. in reb. lib. 12. Bald. & Ias. in d. l. sciendum, qui satisd. cog. Duen. reg. 74. secus si possideat bona in loco ubi conuenitur, exemplum ponit Bar. in d. l. nullis, quid in actore qui nulla bona possidet in loco ubi agit, nec alibi in alio territorio, & dic, quod admittetur ad iuratoriam, ex not. in §. sed hodie, inst. de satisd. in Authen. generaliter. C. de epis. & cler. per glo. & Doct. in l. j. ubi Ias. num. 22. & seq. ff. qui satisd. cog. Catel. uer. cautio cum fideiussore, post med. quæ concl. procedit, ubi per impotentiam non reperitur. fideiussor. d. §. sed hodie, & d. Auth. generaliter super qua impotentia statur iuramento asserentis, ex gloss. in l. j. in glo. mag. cir. fi. ubi Ias. ff. qui satisd. cog. in Auth. cui relictum, col. fi. C. de indic. vid. toll. quid si detur fideiussor qui non sit sub iurisdictione illius iudicis sub quo dandus est fideiussor, an talis dicatur fideiussor idoneus, & dic, vt per Ias. in l. si fideiussor. §. si necessariam. post nu. 7. & nu. 8. ff. q. satisd. cog. quibus adde reg. quæ habet, hodie quòd nemo cõuentus suo nomine tenetur satisdare de iudicato soluẽdo: §. sed hodie, inst. de satisd. quòd illum. §. extendunt aliqui, ut procedat etiam in forensi, cuius rei rationem ponit Ias. in l. Iulianus. colu. fi. in fi. ff. qui satisd. cog. Masuer.

✱ Mulier. Adde Pap. in for. form. inquis. ver. hæc est, col. septima, post princ. Ias. in l. prima, post num. vigesimũtertiũ, ff. qui satisd. cog. & quòd admittatur mulier cum iuratoria habetur in §. necessarium hic alleg. iuncta glo. ibi, ver. iudicij, vnde sumpta est Authen. hodie nouo iure C. de custo. reor. si igitur in grauiori, ergo fortius in leuiori, teste Boer. q. 349. col. 3. Masuer.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Libellus alternatiuus est incertus.*
2 *Libellus alternatiuus an & quando admittatur.*

1 LIBELLVS est incertus.* † De incertitudine patet pluribus modis, puta si sit alternatiuus: quia alternatio parit obscuritatem, ut l. prætor edixit. §. quod autem
2 ff. de iniur. & ibi per Bart. & gl. † Verumtamen hic est aduertendum, q quandoq; plures sunt alternatiuæ in obligatione legis dispositione, uel partium conuentione, & tunc aut superest vtrumq;, & admittitur libellus alternatiuus, immo de necessitate concipiendus est alternatiuè, ut habetur in §. plus āt, uer. hinc aūt, Inst. de act. cum ibi not. ad quod facit l. 2. §. 1. ff. de aqua plu. arc. l. si seruus legatus. §. hmōi, & l. non quocunq;. §. fi. ff. de leg. 1. cum aliis sim. alle. per gl. & Cy. in l. 2. C. de resc. uen. & habetur in l. si non sortem. § fi. de condict. indeb. Aut alterum tm̄ ex alternatiuis superest, & tunc illud solum petitur, nec libellus alternatiuus admitteret, ut in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. & l. stichum, in prin. ff. de solut. cum si. Quandoq; vnum tm̄ est in obligatione, aut in petitione, legis auctoritate, uel partiū conuentione; & tunc aut agens est certus de iure suo, & tunc illud solum simpliciter petitur, aliàs si petatur sub alternatione libellus uitiatur, & sic loquitur d. l. prætor. §. q āt, & d. §. plus āt, cum si. Aut actor est incertus de iure suo, & tunc libellus incertus de iure admittitur, si incertitudo contingat facto, & culpa Rei conuenti, aliàs secus; ut habetur & not. in l. 1. §. quia autem. ff. quorum leg. pro quo optimè facit l. 1. in fi. ff. si pars hære. pet. quod sequitur Innoc. in c. constitutus, extra de in integ. rest. & ibi p Io. And.

ADDITIO.

* Libellus est incertus. Adde, q libellus incertus non admittitur, sicut nec etiam alternatiuus, quia alternatio reddit rem dubiam, l. prætor edixit. § quod autem ff. de iniur. sicut nec etiam libellus continens contraria, quia ubi repugnantia ibi nulla certitudo. l. 1. C. de fur. cap. solicitudinem, de appell. fallit quando actor est incertus ex facto aduersarij, l. 1. §. quia autem, ubi Rip. nu. 5. ff. quor. leg. itē fallit quando quis probabiliter dubitat de actione sibi competente, etiam q dubitet ex facto proprio, ut in exemplo posito per Abb. in cap. constitutus, per illum text. post nu. 9. extra de rest. in integ. & est glo. in cap. Abbate sanè, de re iud. in 6. Rip. in d. §. qui autem, nu. 10. & potest tali casu actor cumulare multa remedia alternatiuè, seu disiunctiuè, aut aliàs sub conditione, ut glo. dicit in d. c. Abbate sanè, & est tex. in d. cap. constitutus, & Abb. ibi post nu. 9. & ut dicitur subordinatè, ut dicit Rip. d. §. quia autē post num. 8. ubi alleg. Dec. consi. 212. consulentem contra Paul. Castr. in hac materia, & in eadem specie facti, in consil. 65. viso quodam libello par. prima, in no. cui adde q libellus alternatiuus, in quo uel res, vel eius æstimatio petitur, tam iure, quàm consuetudine ualet, & quæ tunc sint partes iudicis in pronunciādo? scribit Mysin. Centuria 4. obseruatione 11. ubi quòd si res ipsa adhuc extet præstarique possit sine difficultate conuenti, condemnationem in re petita facere debeat, l. si C. de fideicom. sin autē nullo modo præstari possit, ut quia perierit, aut consumpta sit, tunc reum condemnabit ad æstimationem, per l. arbitro. §. tamen, ff. de dolo, idem iuris est, si præstari quidem possit, sed non sine magna difficultate, per l. si dominus. §. qui confitetur. ff. de leg. primò, vide latius ibi & quæ scribit Cagnol. in l. 2. nume. 118. C. de rescind. uend. vbi ponit quæstionem de eo qui mutuauit frumentum restituen. intra tempus in Ciuitate Paduæ aut Venetiarum, & quando procedat libellus alternatiuus etiam parte opponente, uide Ias. in l. ubi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de ver. ob. ubi nu. 5. dicit, q quando quis probabiliter dubitat de iure sibi competente: potest alternatiuè plura remedia in libello cumulare. de libello autem incerto plura notabilia scribit Alexan. consi. 182. lib. 2. & quando petitur reū condenari ad restitutionem rerum ablatarum, uel ad earum æstimationem, non specificatis rebus, neque expresso certo ualore, an & quando procedat talis libellus? uide per Rol. consil. 30. col. fi. lib. 1. & dic, q admittitur libellus incertus & generalis, si non opponatur, quam conclusionem declarat Lanfr. conclusi. 294. quem uide etiam conclusio. 497. quando libellus est implicitus, continens actiones cōtrarias & incompatibiles, q admittatur alternatiuè nō copulatiuè, pro cuius materiæ intelligētia uide Rob. de or. iud cap. 35. nu. 13. & dic, q licet procedat libellus incertus aliquo casu: debet tamen certificari per probationem, ex not. per Doct. in apostil. ad Bar. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Libellus generalis non admittitur, quia obscurus.*
2 *Admisso libello generali iudex fert sententiam super illa causa quam actor est prosequutus, & si non apparet de prosequutione fert sententiam super illa causa quæ requirit minorem condemnationem.*



1 GENERALIS.* † Scire debes, q generalitas parit obscuritatem, ut l. ita fidei. in princip. ff. de iur. fis. & l. cum stichus. ff. de solut. vnde non placet legislatori. sed claritas est illa, quę est amica legis, ut in Auth. de test. imperfectis, post princip. Ideoque quando libellus est generalis, seu obscurus, & reus petit ipsum declarari, vel causam ex qua petitur exprimi, tunc si non declaretur non poterit ferri sententia, ut sentit glo. in l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de uerb. oblig. seruata tamen distinctione tradita in l. & an eadem. §. actione. ff. de excep. rei iudi. & in cap. Abbate sanè, extra de re iudi. & plenè dixi supra in primo libell. in glo. super uer. iure dominij, versi. nunc autem quæritur. quam obscuritatem, & generalitatem poterit actor declarare quandocunque, ut in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. & l. inter stipulantem. §. primo, ff. de uerbo. oblig. & ibi no. per Barto. Super qua obscuritate declaranda siue interueniat in iudiciis, siue in contractibus, siue in ultimis uoluntatibus, aut aliis dispositionibus, uide plenè per Dyn. & Ioan. And. in regula, contra
2 eum, de. reg. iur. lib. sexto. † Quid si iudex admittat libellum generalem? dic quòd malè facit, tamen sententiam suam fert super illa causa quam actor fuerat prosecutus; & si de prosecutione certæ causæ non apparuerit, pronunciabit super illa causa quæ minorem condemnationem requirit, secundum Inno. vt per eum not. in cap. cum dilectus, extra de ordi. cog. Pro qua opinione facit quod no. per glo. & Barto. in l. rei appellatione. ff. de uerb. sig. & in l. in actione, in prin. ff. de fur.

ADDITIO.

* Generalis. Adde Rob. de ord. iud. cap. 31. nume. 12. & seq. Seb. de nullit. cap. 13. num. 26. & seq. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. quib. mod. suo. no. ciuil. num. 31. quibus autem casibus admittatur libellus generalis, & quibus non, vide per Ias. in l. 1. in prin. ff. de eden. ubi di. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Libellus vagus quis dicatur.*
2 *Libellus obscurus quis sit.*

1 VAGVS, Et obscurus. † Dicitur libellus vagus, cùm est uarius, seu uarietatem continet in se, puta

ta unum ponitur in narratione,& aliud diuersum petitur
2 in conclusione. † Obscurus autem est,ut supra dixi,uel si verba eius possunt ad plura referri,& interpretari, arg.l. quoties.ff.de uerbo.oblig.de reg.iur.& de re.du.dicitur et aliquando in se contrarius, quando repugnat sibi ius l. 1. & quod ibi not. C. de fur. & l. ubi repugnantia.ff. de regul.iur.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas in libello quot modis appareat.*
2 *Iudicium an procedat, si contra contrarietatem in libelli contentam nihil opponatur ab aduersario.*
3 *Iudicia non concurrentia contra unum si intententur plura, an reus debeat opponere exceptionem.*

1 Contrarietatem, ac repugnantiam continens.† Sciendum est, quòd aliquando contrarietas apparet in actore proponente actiones contrarias; quandoque apparet in reo proponente exceptiones contrarias; quandoque apparet contrarietas in instrumentis, quandoque apparet contrarietas in testibus quandoque in alijs dispositionib. Si quidé apparet contrarietas in actio
a nibus, [a] tunc recurrendum est ad doctrinam traditam in l.hæredem,in §.eligere.ff.de trib.& l.cum filius.§.varijs.ff. de leg.2.& in l.1.C.de furt.& in l.contra maiores.C.de in offi.testa.& per Dyn. in c.nullus pluribus, extra de re. iu. lib.6. Si uero sit contrarietas in exceptione, tunc dic, ut no.per Dyn.in c.nullus pluribus,extra de re.iu.lib.6.& per
2 Bart.in l.nemo ff.de excep. † Quid autem si contra hanc contrarietatem aduersarius nihil opposuit, an procedat iudicium? Dic ut plenè nota.per Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.pos.uer.septima & ultima combinatio,ibi.§ Secundo quæro utrum.§. Vbi distinguit hoc modo,aut contrarietas apparet in uno & eodem iudicio, aut in diuersis. Primo casu potest iudex ex suo officio libellum reijcere, ut l.1.ff. de offi. assel. & etiam pars potest opponere,& repelletur actor, ut l.1. C.de fur. Vbi autem uterque tacet,tunc aut in processu etiam vertitur cótrarietas,& tunc parte non opponente absoluitur reus, ut l. 1.§. sed si aliquis.ff.quan.appell.sit coniuncta l.scripturæ.C.de fi.inst & l.ubi repugnantia.ff.de reg.iur.Si autem in processu non uertitur contrarietas, & tunc sententia fertur, & tenet processus,ut l.1.§.quia autem.ff.quorum lega. Secúdo casu quando contrarietas est in diuersis iudicijs, tunc subdistingue,an intententur diuersis temporibus, an eodé tempore; & an sint talia cótraria quæ electione tollantur,
3 uel non,ut ibi not.† Deinde potest eodem modo quæri, si plura iudicia intententur contra unum, quæ non solent cócurrere,an reus debeat opponere exceptionem, quòd non debeat admitti? In quo casu est distinguendum secundum eum.& ibi no.nam quandoque impeditur concursus ratione ordinis,quandoque ratione contrarietatis ut statim dixi,quandoque ratione electionis,quandoque quia sententia lata in una causa parit exceptionem rei iudicatæ in alia, de quo in c.pe.de re iu.de quo dic ut ibi. Vbi autem apparet contrarietas in instrumentis,dic ut no. in l.scripturæ diuersæ.C.de.de fid inst u.& l.ubi repugnantia, ff. de regu. iu. Si autem sit in testibus,dic ut no.per glo.in c.in præsentia,de testi.& per Cy.in l.in exercendis. C.de fid. instru.de quo scripsi infra super forma opponendi contra testes. Aliquando apparet contrarietas in positionibus, uel responsionibus,de quo habetur in c.cum in positionibus,de iure. in.lib.6.

ADDITIO.

a In actionibus: Adde An.consi.167.Ro.consi.345.

SVMMARIVM.

1 *Iudex libellum malè formatum lacerare debet.*
2 *Libellum bene dictare,& formare,est difficile de iure communi.*

1 Dentibus lacerandum.† Potest enim, & debet iudex si uideat libellum male & inepte formatum, ipsum
a dentibus lacerare, [a] ut l.1.ff.de offic.assess.& ibi not.† Sed
2 quia de iure communi difficile est bene dictare & formare libellum, cum multæ & variæ sint causæ ex quibus libellus reijcitur,pro tanto apud bonos principes & laudabiles ciuitates,quibus exosæ debent esse lites, prouisum est per statuta & decreta,quod quælibet petitio & quicunque libellus sit tollerabilis & admittatur, dummodo contineat rem & causam. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Lacerare. Adde Bart. Paul. de Castr.Lancel. Deci.Clau. Aquen.Ias.& Moder.in d.l.1.ff.de of asse. Inno. in c. 1. de offi.vica.Abb.Panor.in c.dilecta.in 2.no.de iud.& ibi Fel. & Dec.in prin.Soc.Sen.in consil. 146. incip. uiso processu col.5.in 1.uol. Zilet.

✱ Lacerare, Adde,quidem not.Ias.in l.si filio.post.nu.7.ff. de lib.& posth.sed de hoc non curandú,cum in libellis hodie non seruentur ita ad unguem tradita à iure, ut in hac patria subalpina,ex Ducali Decretorum dispositione lib.3. cap.3. in prin. de qua etiam per Cagnol in l.uinum,num. 23.si cert.pet.Rol.consil 71.nu.37.lib.1. Rob.de ord.iud. cap.13.num. 12.& seq.quibus adde, quòd in libellis uerba trahuntur extra proprium significatum, ut contingat eorú saluatio & ualiditas,teste Rom.cons.245.nu.4.Ias.in §.omnium,nu.169.Inst.de act.Afff.decis.77.num.8. Rom.consi. 280. nu. 5. & potest libellus in vna & eadem conclusione pro parte esse aptus, & pro parte ineptus,pars tamen inepta aptam non vitiabit,Rom.d.consi.245.nu.7.cons. 240. in fi.392.nu.21.Ias.in l.1.§.sed si mihi, nu.14.de uerb.obli. Fely.in ca.auditis, col.2.versi.& si libellus est aptus, de præscrip.& ad id quod Papiensis hic scribit cócord.Rom. consi.22.nu.4.consi.69.col.3.nu.11.de ineptitudine autem libelli: & an quando libellus est ineptus possit ex probationibus aptis suppleri, vide Ias. in l omne officium,nu. 7. & seq.ff.de offi. assessor, ubi articulum plenè disputat,distingue tamen ut per eum nu.9.& seq.Quid de exceptione ineptitudinis libelli,& Dic,quòd potest opponi nedum post litem contestatam sed etiam post sententiam, quæ transiuit in ré iudicatam,ex not.per Ias.in l.eleganter.§.si quis post transactionem.nu.7.ff.de cond.indeb. ubi dixi. Masuer.

Certam causam in eo exprimi. Petere quòd causa exprimatur, magis pertinet cùm agitur actione personali,quàm reali, ut plene scripsi supra in forma superioris libelli. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio de non contestanda lite impedit litis contestationem,quantumcunque respondeatur libello.*
2 *Decima pro litis contestatione an exigatur.*
3 *Decima pro lit. contest. est soluenda ad quantitatem summæ petitæ.*

✱ a 1 NON tamen animo contest.litem. [a] † Hæc protestatio impedit contestationem litis. qua omissa induceretur litis cótestatio per simpliciter responsionem factam incontinenti,uel postea ex interuallo post dictam protestationem, ut not.per Gl. & Doct. in c.1.extra de lit.contest.& in l.1.C.eo. Si tamen post hanc protestationem ex interuallo simpliciter responderet, induce-

duceretur litis contestatio,ut ibi not & in cap.cum M.Ferra extra de constit. Si uerò nec in principio,nec post interceßit protestatio,tunc clarum est quòd responsio simplex negatiua inducit litis contestationem, ut in iuribus ante dictis. An autem ex affirmatiua responsione inducatur litis contest.glo.distinguit in d.l.1. an confiteatur reus animo contestandi litem,& fit litis contestatio, an animo declinandi iudicium, & tunc secus quod in dubio præsumitur,iuxta ea quæ habentur in l.si reus paratus.ff. de procur.

2 † Sed circa hoc quæri consueuit.an pro litis contestatione solui debeat decima litis, quæ in Monteferrato & alibi appellatur data? & uidetur quòd non,ut per Inno. in c. cum ab omni.extra de ui. & ho.cleri.& per Spec. in tit.de sala §.si uerò ordine.& ad hoc facit Instit.de poe te. litig. §.hæc autem omnia,& in auth.de iu.§.ne autem.In contra. facit.auth.generaliter. C.de epis.& cle.& in auth.de litig. §.ad excludendas. & ibi per Iac.de Bel.Finaliter & conclusiue de consuetudine in pluribus partibus diuersimodè obseruatur,nam in Lonbardia nihil exigitur,in Monteferrato & cęteris alijs partibus exigitur ad rationem de 10.pro centenario,& alibi minus, & applicatur Domino seu cōmuni.

3 † Deinde quæritur, ecce aliquis petit in libello mille, cum re uera & in effectu non deberet habere nisi quinquaginta, quæritur pro qua summa sit soluenda data, an pro petita,an pro sola debita? Bart.dicit, quod soluenda est pro summa petita in libello, ut per eum not.in l. cum quædā puella. ff.de iurisdi.om.iud.Sequitur in litera.

ADDITIONES.

Contest.litem, Adde, an ex affirmatiua responsione fiat litis contestatio, & Dic,quòd glo.in l. 1.C.de lit.contest.distinguit, an confiteatur reus animo litem contestandi: & tunc fit litis contestatio,aut animo declinañ.iudicium, & tunc secus,quod in dubio præsumitur,iuxta not.in l.si reus paratus ff.de procur.& tradit Papiensis hic Corn. consilio 209.num.5.lib.2.consi.332.num.4.lib.1.aliàs si reus in respondendo sit contumax, & nolit litem contestari iudex ratione contumaciæ procedet ad primum & secundum decretum,ut scribit Rom. sing. 411.& 415. Quæ quidem litis contestatio inducitur, siue negetur ius siue factum, sed non per responsiones ad positiones, secus per responsionem datam per uerbum credit,uel nō credit,aut nescit, ad libellum actoris,teste Lanfr. conclusione 301. de quo per Alex.consi.100.lib.7.Nat.consi. 32.ubi quòd nec etiā per responsiones datas interog. & pos. quod autem dicitur per exceptionē peremptoriā oppositam: non induci litis contestationem limitatur non procedere:si testes super tali exceptione recipiantur, uel de ea probatio offeratur, ex not.per eundem Lanfr.cōclusione 195.Capel.Tolos.q. 286.ubi qualiter & quomodo dicatur facta litis contestatio per confessionem conditionalem,Quibus adde, quòd per actum litis contestationis dicitur quis litem incipere exercere,teste Rom.sing.728.& dicitur lis incipere per litis contestationem ca.super quæstionum,uer.litis exordiū, ubi Fely.limitat quatuor modis,& quòd super exceptione proposita ante uel post litem contestatam non fit facienda litis contestatio,not.Capel.Tolos. q. 110. in qua lite contestanda mora habetur pro litis contestatione,sed non contestatur per exceptiones ad processum, ut per Alex. consi. 100.nu.1.nu.5.lib.5. Qua in re dicen est,quòd ille actus:qui immediate sequi solet in causis ordinarijs post litis initiū: habet uim litis contestationis,in causis summarijs, & præclusiuis exceptionum dilatoriarum, & aliorum actuum: qui non possunt fieri post litis contestationem, & habet uim litis cōtestatæ, quod & conforme est Ducali Decretorum dispositioni in hac subalbina patria lib.3.cap. 13. tit. de litis contest.in qua cum procedatur summariè sola facti &c.non requiritur tam scrupulosa litis contestatio sed quandoque ab ipsis articulis & position. causa inchoatur, qua in materia,uide Rob.de ord.iud.cap.13.num. 10.cap. 36.nume.4.Aufr.ad Capel. Tolos.q. 376.eundem Rob.d. trac.cap.37.ubi nu.16.sequitur Papien.hic nu.1.quo ad protestationem de non contestando,per quam dixerunt aliquí impediri litis contestationem, teste Alex.consil. 42.col.1. in fi lib.3.& not.Mathel.sing.63.Ias.in l.non solum §. morte ff.de op. no. nun. Qua in re communis conclusio est, q talis protestatio releuet,& quod per eam impediatur litis contestatio,Bar.in l.1.in prin ff.ad Vel.Alex.consi.107.lib. 4.Nisi iudex prius iusserit litem contestari secundum Bal. in l.licimus §.illo.C. de lat.lib. toll nam tunc cum simus in casu necessario:protestatio nihil releuat,l.alimenta C.de neg.gest.Alex.consi 41.col.2.in fi.lib.3.Bar.& Bald. in l.1. C.de lit.contest.Rob.de ord.iud.cap. 37.num.16. si autem post hanc protestationem ex interuallo simpliciter responderet,induceretur litis cōtestatio,& not.per Fely. & Dec. in cap.cum M. Ferra.de consti.si uero nec in principio,neque post,interceßit protestatio: tunc responsio simplex negatiua:litis contestationem inducit, Rot.decis.472.in antiq. Quando autem per negationem inducta dicatur litis contestatio, vide Dec.consi. 302.col. 2. circa fi. & quando ea non sit necessaria partibus præsentibus, Mising. cent. 1.obseruatione 48.ubi secundum Guid.Pap.q.58.dicit hoc uerum in secūda siue appellationis instantia, non etiam in prima, & quod de appellationis causa dicitur: hoc idem in causa nullitatis obtinere dicit,quando coniunctim cum appellatione mouetur secus autem quando seorsim causa nullitatis moueretur,ut ibi latius per eū,qui declarat, quærendo,an in ea nullitatis cā fiat litis contestatio, in qua materia qū diximus,si quis respondeat libello cum protestatione: quòd non facit animo litem contestan. quòd talis protestatio operatur q lis non fit contestata:intellige, hoc uerum, nisi iudex prius iussisset litem contestar, nam tunc, cum simus in casu necessario, ea protestatio ut supra dixi nihil releuat, ita scribit Mising. cent. 3. obseruatione 31. qui eadem cent.obseruatione 74. quærit,an ea protestatio facto repugnans prosit, puta, si reus contestetur litem in euentum cū illa pro estatione,si & in quantum exceptiones ab eo obiectę reijciant per interlocutoriam iudicis: non aliàs,an hoc sufficiat, & post plura concludit,q talis protestatio iuuet protestan.impeditque litis cōtestationē,rō est, quia ad litis contestationem requiritur animus, qui ex ea protestatione declaratur,& dicit q domini aßessores Cameræ censuerunt tales litis cōtestationes in euentū q obiectę exceptiones reijcerentur pro puris acceptare,& partes ad ulteriorē progressum admittere,neq; obstare,protestationē facto ɔ̃riam:non iuuare protestan. quia illud ue. um est qū ordinaſ ad tollendū factū, qui a facta pro infectis haberi nō pōt,puta,si protestor, q nō rñdeo me respondente,sed si protestatio ordinetur ad tollendam mentē facto: tunc bene operatur, Quod au tem omissa litis contestatio reddat iudiciū nullum not.pdictus Mising. cent. 3. obseruatione 74.quid de responsione, nego nisi pbetur, cuius sit effectus,& Dic,ut per eundem cent. 4. obseruatione 50. ubi q talis rñsio multū piudicat,quia si actor deinde pbet, erit geminata pbatio,s.p testes & per confeßionē, & si ferat ɔ̃ respondentem snīa, appellare nō poterit, qa pfessus in iudicio nō appellat,l.2.d.abstinendū C.quo.appell.nō recip.Ias.in l.actione administratæ C.de trāsac. cuius litis cō test.materiam latius tranctant Rob.de ord.iud.d.c.37.Oldend.lib.act.forens.in prin.tit.de lit.ɔtest.Abb.in c.fi.extra ut lit.non ɔtest. ubi quatuor regulas tractat,in quib.causis & casib.nō requirit litis ɔtestatio,accedit Ias.Rip.& alij in l.natural ter §.nihil cōe.ff.de acq.poss.Capel.Tolos.q.286. Neuiz.consi.15.Turz.conclusione 15.in fi. ɔclusione 137. Rom.consi.174.num.5.Quid in crimin.& vide Foler. prac. crim.uer.fiat litis ɔtestatio,Quib.oibus adde,q ubi nō dat litis ɔtestatio,nec ibi sportulę dari debet,teste Rol.ɔs.87. nu.16.ɔs.77.nu.19.li.2.ubi plura de litis ɔtest.& ɔs.94.ɔs. 75.nu.32.eodē lib.2.ad quos lectorē remisisse sufficiat.M.

Sol-

* Soluenda data, Adde, quòd Hæc data exigitur etiam in hac ſubalpina patria in pluribus oppidis in quibus ſunt ſtatuta, imò ſuper eorum diſpoſitione oriuntur quotidie diſceptationes in foro, & Dic, quod data eſt odioſa teſte Neuiz.conſ.15.num.9.& ea debetur ex petito licet minus debeatur, ut d.conſi.nu.3. ſed pro hæreditate debita dedu cuntur impenſæ & onera, ut idem Neuiz.ſcribit conſil.91. nu.34. Quæ data ſolui debet non habita ratione bonorum quorum diuiſio petitur, ſed ratione æſtimationis litis, Neuiza. d. conſilio decimoquinto, numero decimoſexto, Bartol. in l. quarto, §. prætor ait, in fin. ubi Alexan. ff. de damno infecto, pro cuius materiæ declaratione & intelligentia vide Alexan.conſi.57.col.2.circa med. lib.2. Bal.in l.cenſemus, col.fi.C.de litig.ubi de ſtatuto quòd de contractibus ſolui debeat gabella, quod ſtatutum dicit locum non habere in donatione, cum donatio contractus ſit lucratiuus, & non menſuretur pretio, & quòd aliàs ſtatutũ de data procedit in contractu in quo continetur rei ęſtimatio & ſoluitur ſecundum æſtimationem, quo caſu fac. quæ not.idem Bal.in l.generaliter nu.34.C.de epiſ. & cler. ubi loquitur de ſtatuto quòd debeat mitti decima ad rationẽ duorum ſolidorum pro libra de eo quod petitur, & ibi quærit, an ſi petatur fundus, uel domus ea decima ſolui debeat, & concludit quòd ſic, quia inquit ipſe, quantitas tem per rei ineſt, l.ſi ita fideiuſſorem accepero ff. de fideiuſ. ad quæ fac. quòd ſi conſultori debeatur tantum pro libra: inſpiciendũ eſſe quod petitur, nõ quod exigi poteſt, Matheſ. ſing.142.Bar.in l.pen.§.fi.ff.de iur.om.iud.Iaſ.in l.cum quędam puella in prin.eo, & quæ idem Bart.ſcribit in l.noſſerendis c.de appell.in l.fi.§.fi.eo.tit.in l.qui tabulas in prin. ubi etiam Ang.ff.de fur.Iaſ.d.l.cum quædam puella.§.quoties col.2.uerſi.tertio, nota, de iur.om.iud.in l.non amplius primo Reſponſo, nu.10.de leg.1.ubi ſequitur doc.Bar. d.l. cum quædam, & eſt text. in auth.de litig. §. ad excludenda quibus adde quòd rei inæſtimabilis incertæ: de qua facta non eſt liquidatio, non debetur gabella ſeu data, imò ſtatutum ſeu decretum quòd ſoluatur aliquid, intelligi debet de rebus æſtimabilibus teſte Aym.conſi.231.nu.1.num.8. Quæ data an ſolui debeat de ſumma petita, uel debita, diſtingue, ut per Cagnol.in d. l. cum quædam §. quoties, nu. 5.de iur.om.iud.de quo etiam per Bal.in Margarita uerb. uterque ubi declarat ſtatuta de data, ad quam an teneantur clerici vide eundem in l.cum clericis, in fi. C. de epiſc. & cler.& quid ſi reo detur tempus decem dierum ad litem conteſtandã, an ſi neuter compareat non committatur, uide Alex.conſi.92.col.4.circa fin.lib.1. & quando ſtatutum dicit rei petitæ, Dic, per eundem Alex.d.conſi.57.col.2. li. 2.& an poſſit quis ante tempus comparere & litem conteſtari, uide Bal.in l.eos §.Apoſtolos, col.3.in princ. C.de appell.quid ſi ſtatutum dicat quòd ſoluatur de quantitate petita, an ſoluenda ſit de domo, uel fundo, Bal.d.auth.generaliter, col.pen.in fi. C.de epiſ.& cler.&. Dic, quòd debet intelligi quando lis eſt conteſtata, arg.not.per Abb. conſi. 69.lib.1.ubi eſt caſus notab.in materia datæ. Accedit, ꝙ tale ſtatutum locum non habet in actione reali, ſecus in perſonali & ſic in quantitate, & eſt ſtricti iuris, l.quicquid aſtringendæ, de uerb.obliga.& ubi non conueniunt uerba nec eius diſpoſitio l.4.§.toties, de dam.infec.& debet intelligi in caſu proprio, l.3.§.hæc uerba, de neg.geſt.glo. in §. 1.uer.debitę, ubi doc.inſt.de act.qua in materia plura ponit Bertach ver.debitor nu.4.uer.gabella iudiciorum uel litis, Nat.conſi.154.li. 1.pro quorum omnium reſolutione, quòd gabella ſiue data, quæ ex forma ſtatuti ſeu conſuetudinis ſolui debet iuxta rei vniuſcuiuſque in iudicium deductæ æſtimationem ſi res ab alio poſſeſſa petatur, an ſoluenda ſit ſecundum æſtimationem proprietatis, uel poſſeſſionis tantum, Dic, quòd attenditur æſtimatio poſſeſſionis in ſolutione dictæ gabellæ teſte Oſaſc. deciſ. 4. num.5. nu.6. ubi quæſtio erat, quia libellus actoris concludebat in petitorio & poſſeſſorio & exactor qui petebat datam dicebat, deberi inſpecto ualore proprietatis, fuit tamen iudicatum contra eum pluribus rationibus ibi allegatis & inter alias, ea eſt, inquit ipſe, quia gabella quæ debetur ſecundum æſtimationem rei petitæ eſt res odioſa & contra diſpoſitionẽ iuris ciuilis, not.Bart.in l.ſi pupillus, in princ. ff.ad l. Fal. Rol.conſilio octuageſimoſeptimo, numero decimoſexto, numero decimooctauo, libro 2.& in hoc cum eſſet quæſtio de Anno 1563.maior dubitatio contra ſtatutum productum ea erat, quia remedium intentatum videbatur poſſeſſorium ex concluſione, qua petie at agens ſe mitti in poſſeſſionem & quòd in ſolutione gabellæ ſeu, ut uocant, datæ, uidebaĩ nõ debere attedi æſtimationem proprietatis ſed ſimplicis tantũ poſſeſſionis, ex doctrina Bart in l.ſi duo §.ſi fluti poſſid.cui dubitationi reſpõdebatur per aliquos ex tex in l.ſi mulier §.qui poſſeſſionem ff. quod met. cauſa ubi alia eſt æſtimatio poſſeſſionis alia fundi, ſeu proprietatis, & not. per Alexand. conſilio centeſimooctuageſimo quarto, columna fina.numero nono, libro quinto, de qua æſtimatione aliqua tangit Bar. in l. ſi alienam, uer. pdicta vera, ante nu.3.ff.ſol.mat.dũ inquit, ut p hoc ęſtimeĩ poſſeſſio, & non res, cuius rei ſupputationem audio ſæpius factã ab Illuſt.Ducali camera in hac patria attendenda eſſe, ſcilicet communem ualorem ac æſtimationem fructuum qui ſolent percipi ex re petita, deductis tamen deducendis, & detractis detrahẽdis, puta parte colonica, oneribus, & alijs expenſis, cuius datæ cauſa pendet lis indeciſſa coram excel. Taurin. Senatu, & ideo in aliquibus oppidis obtenta fuit declaratio à prædicto Senatu, quòd data cedat loco ſportularum, ne litigantes duplici grauentur onere, in prædicta autem ſupputatione quando cauſa eſt poſſeſſoria: uide aliquid per Iaſ.in l.non quocunque.§. fundus, poſt num.3. ff.de leg.1.& in l.ſi fundum per fideicommiſſum. col. 1.eo. tit. Maſuer.

a Conteſta. litem. an quis cogatur litem conteſtari, uide Paul.de Caſtr.conſilio 21.& ubi non conteſtatur lis, quis actus habeatur pro conte. uide Rom. ſing. ſuis, & conſi. ſuo 174.

SVMMARIVM.

1 *Negare narrata prout narrantur non eſt merè negatiua, nec merè affirmatiua, ſed implicita.*

2 *Reus ad petitionem actoris tenetur declarare reſponſionem.*



* ARRATA* PROVT narrantur.
a † Hæc eſt communis & vulgaris re-
1 ſponſio, quam pedagogi facere nouerunt. Circa quam notare habes, quòd non eſt ſimpliciter negatiua, nec ſimpliciter affirmatiua, ſed implicita, ita quòd per eam non poteſt reſpondens argui de ſimplici negatione, ut incurrat pœnam editam contra negantem, de qua traditur in l.ſi.ff.de rei vend. & in authen. item poſſeſſor. C. qui po. in pig. ha.cum ſim.nec etiam poteſt redargui de ſimplici confeſſione. ut habeatur pro condemnato, iuxta l.1. C.de confeſ.quia illa uerba } prout { denotant aliqua in libello contenta eſſe uera, & aliqua falſa, licet ea quæ ſunt uera
2 & quæ falſa non appareant. † An ergo poterit actor petere à reo quòd apertius declaret reſponſionem ſuam, quæ ſint illa quæ fatetur eſſe uera, & quæ negat eſſe uera? Videtur quòd ſic, quia ad petitionem Rei cogitur actor declarare libellum ſuum, ut ſupra dictum eſt, ergo econtra reus ad petitionem actoris cogendus eſt declarare reſponſum ſuum, quia non debet licere actori quod non liceat reo, & econtra, ut in regula, non licet, de reg.iur.lib. 6, & ibi per Dyn.& l.non debet. ff. de reg.iur.Cogita ſuper hoc, quia nunquam vidi practicari. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

✱ Narrata, Adde, ꝙ per hæc uerba nego narrata &c. non intelliguntur in specie qualitates negate, teste Ias. in l. eũ qui.nu.9.nu.10.& seq.ff.de iureiur.ubi quid in ciuili quid in criminali? Quid de reuocatione negationis? vide ibi nume.12.& in l.si prius.nu.23.ff.de op.no. nun. Masuer.

✱ Narrata prout narrantur, quid autem si dicatur narrata prout narrantur uera non esse, & petita fieri non debere: uide per Do.de Ro.decis.suis in nouis decisi. 1 de lit.cõtest.& ibi vide quando non est petitio in libello an fiat lit. contest.& an si reus confiteatur partem libelli & partem neget, an fiat litis contest. maximè actore absente, uide per eosdẽ vbi supra in nouis. Et de ista clausula uide per Bart. in l.si dubitetur §.ita demum ff.de fideius. Ange. de Are. in §.æquè Ias. in §.omnium.nu.98.Insti.de actio.& in §.si socius.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis pendentiæ tantum operatur quo ad impediendum processum, quantum exceptio rei iudicatæ.*

2 *Lis quot modis pendeat.*

3 *Vitium litigiosi quomodo contrahatur.*

4 *Effectus rei litigiosæ quis sit.*

5 *Vitium litigiosi non committitur in re, que actum est hypothecaria actione.*

1 EXceptionẽ litis pendentiæ. † Regula est, ꝙ tm̃ operaẽ quò ad impediendũ processum exceptio litis pẽdẽtiæ, quantũ exceptio rei iudicatæ, ut l.fundi.& l. fundum. ff. de

2 excep.rei iu. † Pendere a autem lis dicitur quinque mo

a dis, uidelicet per libelli oblationem, ut l.2.& 3.C.ut lit.pẽden. Secũdò per appellationem, ut ff.nil.nou.ap. pen. Tertiò per relationem seu consultationem factam superiori per iudicem. ut l.ex illo tempore. C. de appe. Quartò per iudicis recusationem, ut in c.secundò requiris. & in c. cum specialis, extra de appell. & in l. apertissimi. C. de iudi. Quintò per in integ.resti.postulatam. ut l.1.C.de in integ.

3 restit.po.nil noui fieri. † Contrahitur autem hoc modo ui

b tium litigiosi, b nam de iure Cano. res efficitur litigiosa per solam citationem, ut traditur in cle.1.ut lit.pen. de Iure autem ciuili & nouo Authenticorũ contrahitur in actione reali, qua de dominio uel quasi directo uel utili agitur per simplicem libelli oblationem. ut in auth. litigiosa. C. de litigi. licet olim per litis contest. ut l.2.C.eo. In personali autem contrahitur per lit.contesta. cum in ea nil sit mu

4 tatum secundum Dy.& Iaco.But. † Effectus autem rei litigiosæ est, quia non potest alienari, alioquin alienatio nulla est, & ultra alienator grauiter punitur & emptor, & pœna aliquando applicatur fisco, aliquando emptori seu acquirenti secundum distinctionem traditam in l. fi.C.de lit.

5 † Quod uitium litigiosi non committitur in re, pro qua actum est hypothecaria. ut no. in d.auth. litigiosa. & l.1.C. eo.tit. Idem secundum aliquos cùm agitur confessoria uel negatoria, super quo uide Cyn.& alios doct. in iuribus prę all. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

✱ Litis pendentiæ, Adde, quod citatio litis pendentiam non inducit, clem.2.vt lit pend. nisi ex ea citatus plenè instrui ualeat, glo.& doc.d.clem. 3.& 5.not. ubi Zabarel. scribit sex requisita ut lis pendere dicatur, de aliquibus etiam per Mising.cent.4.obseruatione 26. Staphil.de grat. & ex pec.§.spoliatus nu.13.&§.in primis nu.16. nu. 5. ubi quòd lite pendente nouum ius impetrari potest, declara tamen ut per eum ibi, & an lite pendente rescripta à principe impetrare liceat, uel supplicare? Dic, ut per Ias. post alios in rub.in l.1. & 2. vt lit.pend. Quæ quidem litis pendentia inducitur etiam per petitionem, ut quis carceribus mancipetur, ac per ipsam capturam, tum etiam per bonorum sequestrationem, teste Cacialup.de deb.suspec.q.17.in prin. & nu.3. cui adde, quòd litis pend. per citationem circum ductam non inducitur, ut per Affli.decis.366.nu. 14. neque etiam per citationem factam petitioni porrigendæ, ut not. Rob.de ord.iud.cap.29.nu.71.Affl.decis.194. Quid de rescripto impetrato non faciendo mentionem de litis pendentia coram ordinario an ualeat? & Dic quòd non, teste Dec.in cap.ut debitus, post num.14.de appell. ubi plura in materia Affl.decis.220.nu.13.Paris.consi.45.nu.32. lib.4. qua de re Fely.plura dicit, in cap.causamque 2. col. fin.de testi.in cap.super literis, col.8.in fi.de rescrip. Rom.consil. 330.col.1.quòd autem in rescripto ad lites litis pendentię mentio fieri debeat, scribit Soc.reg.448.quibus adde quod causa dicitur pendere per citationem, imò ꝙ in præiudicium citandorũ citatio facta simpliciter sufficit, licet nondum intimata, ex not. per Dec. in cap.1.circa fi. de rescrip. ubi doc. uidentur tenere contrarium, accedunt quæ idem Dec.scribit consi.460. nu.8. ubi ꝙ litis pendentia allegari non potest nisi causæ inter se sint connexæ: ita ꝙ sententia lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ in altera, & nu.28. quòd citatio litis pendentiam non inducit: quando non constat, quòd ad citatorum aures peruenerit, & num. 34. quòd citatio ab incompeten.iudice facta litis pendentiam non inducit, qua in materia uide Affli.decis. 354. nu. 9.nu.11.nu.20. Rip.respons.39.nu.6.Nat.consi.135. Quæ litis pendentia respectu debitæ quantitatis in uno termino decurso debitæ: non obstat agenti occasione alterius quantitatis debitæ ex alio termino, ex eademmet causa coram alio iudice, secundum Ias.consi.11.num.5.lib.2.nec ea exceptio locum habet, nisi ut supra dixi, causæ sint connexæ, & quando sententia lata in uno tribunali non parit exceptionem rei iudicatæ in alio super alia re teste Ias. d. consi.9.nu.6.neque etiam lis pendere dicitur, nisi secuta citatione, clem.fi.ut lit. pend. de iure autem superueniente actori lite pendente vide Soc. reg. 269. & ꝙ exceptio litis pendentiæ coram arbitro uel arbitratore non habeat effectum ac si esset coram iudice, no. Ang. in auth. de iudi. §. quia uero. Masuer.

a Pendere. Adde vt per Alex.consi.131.4.lib.& Lud. Rom. consi.330

b Litigiosi. Adde ut per Rom.consi.270.

✱ Litigiosi, Adde quæ habẽtur supra act.real. versi.ueris.nu. 81. Rom.cons.270.num.3.Fely.in c.dilecti.nu 3. de excep. Rip.post alios in c.cum M.Ferrar.nu.192.de cõsti. Ferret. consi.13.nu.3.Osasc decis.144. Masuer.

✱ Litigiosi, Adde, ꝙ litigiosa res per litis contestationem efficitur teste Osasc.decis.65.nu.13. ubi ꝙ si contenditur de ipsa re actione personali, tunc res ipsa & actio efficitur litigiosa propter litis contestationem, litigiosa autem res nõ dicitur, de cuius possessorio contenditur secundum communem quam idem Osasc.refert.decis.144.nu.10. Bart. in l.1.§ si inter nu.2.ff.de litig. quid de contractu alienationis rei litigiosæ in potentiorem: an & quando valeat, & de vitio litigiosi, in quibus casibus contrahatur, & quibus non, uide eundem d.decis.144.& an uitium litigiosi duret lapsa instantia, eundem decis.65.nu.14.& dic, ꝙ non contrahitur uitium litigiosi si agatur hypotecaria, aut personali ad pretium, idem si uenditio fiat à tertio, d.decis. 144. nu. 7. ubi iura alia ꝙ uitium litigiosi locum non habet vbi agitur actione personali, uel officio iudicis, & ꝙ per hypothecariam ad rem non efficitur res litigiosa, sicut nec per confessoriam & negatoriam, pro cuius materiæ pleniori intelligentia, uide Cur.in l.2.col.13.C.de eden. & ibi nu. 90. ubi ꝙ perempta instantia durat uitium litigiosi & malefidei, & ibi uide tres fallentias, qua in materia, uide Nat. consi.2.lib.3.Rip.respons.47.Guid. Pap.q.479.337. Rom. consi.270. Abb.in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 7. ut lit. pen. Accedit ꝙ litigiosa non efficitur proprietas: si quæstio mota sit super possessione, teste Abb.in c.3. nu.5.de confir. util.uel inutil.& ꝙ uitium litigiosi non impedit alienationem quæ fit per confiscationem, per casum in l. si constante §.fi.ff.solut.matr. quæ est limitatio ad totum tit. ff.& C. Quibus adde, rem litigiosam non effici: sed ipsam actionem, quando agitur actione personali lite contestata in particularibus iudicijs, per text. in l. 3. ff. eo & in l. 2. C. de

de litig. pro quo uide quæ scribit Turz. conclusione 104. vbi dicit secundum communem opi. actionem effici litigiosam per litis contestationem, non autem rem, quam tamen conclusionem Guid. Pap. q. 479. intelligit procedere in actione directa tantum, & non in utili, & licet Fely. in cap. dilecti, de excep. videatur tenere contrarium, non tamen recedendum est à communi, prædictis adde, quòd alienatio rei litigiosę in potentiores est odiosa, nisi fiat de licentia principis, teste Neuiz. consi. 20. num. 10. & seq. Quæ principis licentia de alienando litigiosam: non præiudicat parti ut per Neuiz. d. consi. 20. num. 12. Quibus concl. accedit, quod possessio est litigiosa quamuis dominium non teste Neuiz d. consi. 20. nu. 14. Bal. in l. 1. uersi. quæro quid si debitor C. de reuo. his quæ in fraud. cred. Dec. in c. de confirma. colum. 3. versic. 2. Abb. de confirma. vtil. uel inutil. plura not. Syluester in summa verb. lis nu. 7 caut. autem de casib. in quib. poterit res litigiosa alienari, vide p Cepol. cautel. 34. 191. ubi ponit duas limitationes, & dic q fauore dotis lite pendente res alienari possunt, non obstante uitio litigiosi, Nat. consil. 401. col. 1. nu. 1. ubi doc. ibi allegati dicunt, hoc procedere siue dos constituatur, siue restituatur, & ibi nu 2. q bona litigiosa possunt alienari in tertium ex causa transactionis, per l. fi. C. de litig. & alias ll. ibi alleg. qui Nat. d. consi. nu. 5. dicit cessare uitium litigiosi quando ex cā necessaria fit alienatio & quando quæstio mota est super possessione; non contrahit uitium litigiosi super rebus ipsis, cum nihil commune habeat proprietas cum possessione, & illud est regulare q ubi non est quæstio super re sed super iure aliquo ipsi rei connexo: q tūc res ipsa nunq̄ efficit litigiosa quin possit alienari, Nat. consi. 145. col. 8. post princ. pro quo uide Bart. in l. quanquam §. Iulianus ff. de aq. plu. arc. & an sententia lata contra principalem reum possit mandari executioni contra eum qui emit rem litigiosam, vide Bart. in l. fin. C. eo tit. Nat. consi. 350. secunda col. in prin. post med. & circa fi. & aliqua pro intellec. l. 1. ff. eo tit. uide per Ias. in §. 1. col. 9. inst. de act. qua in materia & q res litigiosa prohibeatur alienari uide Mising. obseruatione 55. centuria prima ubi enumerat casus q excipiuntur à regula, & ibi etiam de pœna tam alienan. quàm accipien. rem litigiosam. Matuer.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excōmmunicationis pōt in quacunque parte iudici opponi.*

EXCOMMVNICATIONIS prædictæ. Ista exceptio potest opponi [a] in quacunque parte litis, ante litis contestationem, & post, propter timorem communionis. Et aduerte, quia licèt excommunicatio dicatur mucro episcopalis. c. visis. 16. q. 2. nullaque sit maior in ecclesia Dei pœna illa. c. corripiantur. 24. q. 7. & in c. per uenerabilem. extra qui fil. sint leg. Excommunicatio tamen fuit inuenta, ut esset medicina sauciatarū conscientiarum præcepto ecclesiæ resistentium. c. 1. & c. cum medicinalis. de sent. excom. lib. 6. quamuis inobedientem hominem priuet gratia Dei, & ab ecclesiæ sacramentis, omnique fideliū commercio separet, ut 11. q. 3. cap. audi. & c. si uere. & c. a nobis. extra de sent. excom. effectus tamen eius medicinalis est, ut scilicet inobedientem conuertat, errantem congreget, doceat, & in vnione conseruet. iuxta tex. in d. c. cùm medicinalis. & glo. in c. quodcunque. 24. q. 7. Ideo excommunicatio siue iusta siue iniusta semp est timēda pp eius salutarem intentionem, & inflictarum ad conuertendum pœnarum euitandarum effectum. ut 11. q. 3. §. cum ergo. Probanda tamen est hęc exceptio infra 8. dies, ut habetur in c. pia, de except. lib. 6. & supra dixi in alia glo.

ADDITIONES.

a Opponi. Adde Abb. in c. pastoralis, colum. 4. uersi. quæro an exceptio excommunicationis. de excep. in cap. significauerunt. col. pe. uersi. cū hæc excōicationis. eo. tit. & in c. exceptionū. in prin. eo. ti. Lanfr. de Oria. in repe. c. qm̄ ꝯ falsam. num. 16. uersi. idem in exceptione excōicationis. & ibi Dec. col. pe. uersi. sed tamen dictum Bal. Ias. May. Insti. de capitis diminutio. in addi. Porc. in addi. incip. an excommunicatus. & facit quod sc ibit Fel. in c. super eo, col. 2. uersi. secundò Ang. de offi. deleg..

* Opponi, Adde, & declara hanc concl. ut per Ias. in l. eleganter §. si quis post col. 3. in prin. ff. de cond. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ quando habeat locum.*
2 *Sententia iniqua facit ius.*
3 *Exceptionis rei iudicatæ. transactionis, & rei finitæ, quæ sit natura.*
4 *Res iudicata, transacta, vel finita, quando dicatur.*

1 REI que iudicatæ. † De hac exceptione loquitur totus titulus de except. rei iud. & in c. fi. de excep. lib. 6. quia sententia etiam si sit iniqua quò ad ius partis, uel quia per iniuriam iudicis lata, uel aliter, parit regulariter exceptionem rei iudicatæ, dum tamen sit rite & solemniter iuris ordine seruato promulgata, ut in l. 4. §. condemnatū.
2 & l. si cùm nulla. ff. de re iud. cum sim. † Et quòd sententia iniqua faciat ius, est tex. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de lib. exhi. & l. seruo inuito. in §. cum prætor. ff. ad Treb. & l. si seruus plurium. §. 1. uersi. si tamen. ff. de lega. 1. cuius quidem
3 exceptionis † natura est, ut possit opponi ante lit. contest. ad impediendum processum, & post lit. contestatam ad merita causæ, ad victoriam obtinendam. & huius naturæ etiam sunt exceptiones transactionis, & rei finitę, ut hęc habentur in c. 1. de lit. contest. lib. 6. & no. in l. post rem iudi. ff. de re iud. quod quidem optima ratione prouisum est, ut finis sit litium, & ut ipsarum materia amputetur, ut in l. fratris. C. de transact. & in l. fi. ff. pro suo. & in l. termina-
* to C. de fruct. & lit. expen. locus autem erit huic * exceptioni contra agentem in alio iudicio, si tria concurrant. scilicet identitas personarum, rei quę petitur, & causę ex qua petitur, aliter vno ex his uel pluribus deficientibus, cessabit exceptio rei iudi. & hęc probantur in l. & an eadem, & & l. si mater. §. hoc iure, & in l. cum quęritur. ff. de excep. rei iud. de quo articulo plenè not. Cyn. in l. neque. C. ad exhi-
4 ben. & glo. in c. aduersario. extra de excep. † Quando autē dicatur res iudicata, transacta, uel finita, declaratur per tex. in l. 1. §. fi. ff. ad turpil. & facit l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Sequitur in litera.

ADDITIO.

* Exceptioni, Adde Aret. consi. 73. Nat. consi. 153. col. 4. n. 8.

SVMMARIVM.

1 *Natura exceptionis præscriptionis quæ sit.*
2 *Præscriptionum quot species sint.*
3 *Quot sint necessaria ad inducendam præscriptionem.*
4 *Possessio continuata cum cursu temporis an sufficiat in præscriptione 30. ann.*
5 *Si quis velit præscribere contra priuatum iure hypothecæ, quid sufficiat in illa præscrip. 40. ann. quæ competit etiam contra ecclesiam.*
6 *Præscriptio centum annorum competens contra ecclesiam Romanam qualis esse debet.*
7 *Præscriptio 40. ann. competens fisco alienanti rem alienam qualis debeat esse.*
8 *Præscriptio 10. vel 20. ann. quibus casibus locum habet.*
9 *Absens & præsens in materia præscriptionis qualiter accipiatur.*
10 *Titulus quilibet putatiuus ad præscriptionem inducendam, an sufficiat.*
11 *Error iustus, iustissimus & iniustus qui sit.*
12 *Allegatio tituli & probatio possessionis, an sufficiant ad excludendum dominum.*
13 *Traditio an sit necesse quòd fiat ab eo à quo præscribens causam habet an verò sufficiat si fiat ab alio.*

* PRAESCRIPTIONIS. * † Pro aliquali noti-
1 tia huius exceptionis sciendum est secundum communem opin. quòd hæc exceptio est huius naturæ, cuius est exceptio rei iudicatæ, de qua proximè dictum est. nam si hæc opponatur ante litem contestatam, habet impedire processum: si opponatur post litemcontest. habet inducere victoriam circa merita causæ, ut plenè no. per Iac. Butr. in l. omnes. & in l. sicut. C. de præscri. 30. uel 40. ann. sic etiam est exceptio iusiurandi, & generaliter secundum Bart. in qualibet alia, per quam proponitur ius agendi ipso iure deficere in agente. v. g. in exceptione solutionis, & acceptilationis, vt per eum no. in d. l. post rem iudicatam, & latius in l. nam & postea. in prin. ff. de iureiu. & in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. inde. & per Cyn. in l. emptor. C. de
2 præscrip. long. temp. facit. c. 1. de lit. contest. lib. 6. † Deinde sciendum est, quòd præscriptionum multæ sunt species, est enim quædam præscriptio triennalis, quę locum habet in rebus mobilib. tm̃, ut Instit. de vsuc. in prin. & C. de usuc. transfor. l. 1. Alia est præscriptio, quæ cõpetit pro reb. immobilibus, uel seruitutibus, uel iuribus incorporalibus, seu actionibus realibus uel personalibus, & hæc est multiplex. Nam quandoque est 10. ann. quandoque 20. quandoque 30. quandoque 40 quandoque 100. ann. quandoq;
3 tanti temporis cuius memoria non extat. † Quæritur ergo quot sunt necessaria ad præscriptionem inducendam? Respondeo, quòd quandoque plura, quandoque pauciora secundùm qualitatem præscriptionis, vnde si quæritur de præscriptione triennali, in ea requiruntur illa de quib. dicam infra in præscriptione decennali. Si autem quæritur de pręscriptione rerum immobilium uel iurium incorporalium, tunc aduertendum, quòd aut quæritur de præscriptione 10. vel 20. ann. & tunc pro rebus corporalibus præscribendis quatuor requiruntur, uidelicet tempus longum, titulus, bonafides & possessio continuata. Primum de tempore probatur in d. l. 1. C. de vsucap. transfor. & in l. pe. & in l. emptor. C. de long. temp. præsc. & in l. præscriptionum. C. qui. non ob. lon. temp. præsc. Secundum de titulo probatur in l. nullo, de rei uendic. & in d. l. 1. de usucap. transfor. & l. diutina. & l. nec petente. cum sim. C. de long. temp. præsc. Tertiũ de bonafide probatur in l. 2. & l. si fraude. C. de long. temp. præsc. Quartum de continuata possessione probatur in l. 1. C. de usuc. transfor. & in l. fine possess. ff. de usuc. & in l. 2. C. de long. temp. præs. & multis sim. no. per Dy. in c. sine possessione, de reg. iur. lib. 6. Pro rebus autem incorporalibus præscribendis, puta pro seruitutibus uel iurisdictionibus, dic ut infra dicam sub titulo de con-
4 fessoria & nega. & eorum libellis. † In præscriptione autem 30. ann. sufficit unum, scilicet possessio continuata cũ ipso cursu temporis, ut in auth. malæfidei. & in l. sicut. l. omnes. C. de præscr. 30. ann. In præscriptione autem 40. ann.
* * est aduertendũ an quis velit præscribere contra ecclesiã,
* * principem, uel ciuitatem, quo casu requiruntur illa quatuor de quibus supra. ut habetur in l. fi. in auth. quas actio. C. de Sacrosf. eccl. & in l. omnes. C. de præsr. 30. an. & traditur in c. de quarta. & in c. illud, & in c. ad aures. & in c. quia indicante. extra de præscr. & in c. si diligenti. in fi. & ibi per
5 Inn. & in c. 1. extra eo. lib. 6. † Si uerò uelit quis præscribere contra priuatum, videlicet iuri hypotecæ, tunc sufficit temporis decursus & continuata possessio, ut l. cum notis-
6 simi. in prin. de præscri. 30. ann. † In præscriptione autem centum annorum, quæ currit contra ecclesiam Romanam tantum, requiruntur illa quatuor, de quibus supra dictum est, ut in authen. quas actiones, præal. in fin. & 16. quæst. 3. cap. placuit, in fin. & in cap. si diligenti. in fin. & in cap. de quarta. in fin. extra de præscript. De præscriptione autem tanti temporis, cuius initij memoria non existit; non erit ad præsens sermo, cum illa locum habeat maximè in iuribus incorporalibus, non omnibus, sed aliquibus de qua traditur in l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quo ti. & æsti. & in l. si arbiter. ff. de prob. & tangam in tit. de for
7 ma libelli super confessoria & negatoria. † Est & quædam alia singularis præscriptio quatuor annorũ, quæ competit
a fisco [a] alienanti rem alienam tanquam propriam, ut traditur in l. omnes. & l. fi. C. de quadri. præscript. & not. per gloss. in l. fi. C. si aduer. fiscum. in qua præscriptione requiritur titulus & alia de quibus supra, ut probant iura prædicta. Sunt etiam & multæ aliæ species præscri-
8 ptionum, de quibus Azo in brocardis suis. † Nunc autem plenius attingo materiam pręscriptionum, quęramus ergo quando & quibus casibus locum habet pręscriptio 10. uel 20. ann. Respondeo, quòd istis concurrentibus, uidelicet cùm quis ab eo, qui non est dominus, iusto titulo uel putatiuo, bonafide acquisiuit rem immobilem, eamque possedit præsente aduersario per spatium 10. annorum, uel eo absente spatio 20. ann. & continuè & pacificè sine aliqua interruptione, uel inquietatione, ut hæc probantur in d. l. 2. & d. l. diutina, & in d. l. nec petentem. C. de præscript. long. temp. 10. uel 20. ann. cum simi. supra alleg. per quam præscriptionem non solum excluditur dominus rei, sed etiam quicunque habens rem ipsam hypothecatã, ut in l. 1. & 2. C. si aduer. credi. Et aduerte, quia notanter dixi § Quando ab eo, qui non est dominus, res est acquisita § nam si acquisitio est facta ab eo qui dominus est, efficeretur statim dominus acquirens, unde cessaret præscriptio; ut text. in l. sequitur, in §. lana. ff. de usucap. & l. in bello. §. si quis. de captiu. & post. reuer. Facit Insti. de vsucap. in princip. ff. de publi. l. 1. cum sim. Licèt eo casu pręscriptio procederet contra creditores ipsius domini, ut dictum est.
9 † Deinde ad declarationem prędictorum quæritur, quis dicatur præsens, uel absens? Respondeo, quòd ille dicitur pręsens, qui est eiusdem domicilij, cuius est præ-
b scribens. Absens uerò [b] est, qui est diuersi domicilij, ut l. fina. in princ. C. de long. temp. præscrip. unde in præscriptionibus attenditur potius identitas uel disparitas domicilij, quàm personæ præsentia corporalis uel absen-
c tia, ut ibi not. gloss. & Cyn. In alijs autem casibus dicitur quis pręsens uel absens [c] alio respectu, ut ibi not. per glo. & latius in authen. de fideiuss. §. 1. verumtamen absentibus personaliter ex iusta causa dari consueuit contra

tra præscribentem in integrum rest. ut traditur in l.quòd
tempore. C. de restitutione milita. & in l. 1. C. si aduer.
vsu.& in tit.qui.non ob.long.temp.præscr.l.2.& l.ab hosti
10 bus.cum sim.ibi nota.per glo. † Amplius quæritur, quia
superius dixi de titulo uero uel putatiuo,an quilibet titu-
lus putatiuus sufficiat ad præscriptionem? Dic breuiter,
aut circa titulum intercessit iustus error, aut iniustus. Si-
quidem iustus fuit error, tunc aut titulus fuit venditionis
& tunc nó sufficit iustus error nisi interueniat iustissimus,
ut traditur in l.3.§. pro suo. aut fuit alius titulus, & tunc
sufficit iustus error, ut l. Celsus. ff.de vsucap. cum sim. ibi.
not.per glo.& Bar.ubi autem error fuit iniustus, tunc non
habetur pro titulo, ut d.l. Celsus. Conclusiuè ergo error
iustus uel iustissimus habetur pro tit.secundum prædicta,
11 error autem iniustus non habetur pro titulo. † Restat er-
go ad quærendum, & declarandum quis dicatur error iu-
d stus.-[d] quis iustissimus,& quis iniustus;ubi aduertendum,
quòd secundum Bar.in d.l.Celsus, potest dici error iustus,
quando quis mouetur ad aliquid credendum consistens in
facto proprio interueniente aduersarij suasione. v.g.si di-
xerit,trado tibi hunc librum quem tibi donaui, ut proba-
tur in l.3.ff.pro suo,& l.si existimans.ff.pro soluto. coniun.
l.1.in fi.ff.quando act.de pe.& l.doli exceptio,in fi.cum gl.
sua.ff. de dona. Iniustus autem error est in facto proprio
nulla aduersarij suasione intercedente, ut l. quamquam.ff.
ad Vell.& l.quisquis.C.de rescin. uend. cum sim. ac etiam
error iuris.ut l.nunquam,in prin.& l si fur.§.1.ff.de usuca.
Iniustissimus verò error est in facto alieno,uerbi gratia,si
procurator meus,uel seruus, uel negociorum gestor dixe-
rit se emisse nomine meo,ut ff.pro emp.l.quod vulgo.& in
l.fin.ff.pro suo.& no.per glo.in d.l.si existimans. & eodem
modo e it iustissimus e ror, si pater meus, uel auus, uel
alius defunctus cui successi dixerit mihi se emisse, per ra-
tionem prædictam. Sic etiam ex rei euidentia apparet iu
stissimus;ut puta,si credebam illum, à quo emi, esse pube-
rem ex aspectu,cùm tamen adhuc esset pupillus. Vel cum
credebam eum esse sanæ mentis,cùm esset furiosus.l.2.§.si
pupillo.& §.si à furioso.ff.pro emp.Est insuper iustissimus
error,si de titulo erat fama & opinio inter uicinos,ut in l.
cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.hæred unde si erit
fama vel uox inter uicinos,quòd pater meus emerat hanc
domú probata possessione & allegato huiusmodi tit.cursa
erit præscriptio,quod est multum notabile secundum Bar.
in d.l.Celsus & sic habes modum practicandi & capitulan
12 di. † Pro huius tamen declaratione subijcio talem quæ
stionem. Titius possedit domum bonafide pro sua & tan
quam suam spacio 10. uel 20. ann. contra quem dominus
domus agit,domum ipsam uendicando, excipit Titius de
præscriptione allegando titulum, sed non probando spe-
cialiter de eo,& inducendo longam possessionem, quæri-
e tur an hæc duo sufficiant, [e] scilicet allegatio tituli & pro
batio possessionis longeuæ quo ad excludendum domi-
num ex præscriptione? Quidam dicunt,quòd sic.arg.in l.
cum de in rem verso.& quod ibi not.ff.de usucap. In con-
trarium determinat Iac.de Are.Pet.& Cyn. prout per eos
no.in l.maior.C.communi diu.de quo scripsi infra sub tit.
quando agitur pro hæreditate diuidenda. & procedit hoc
quando allegatur titulus simpliciter non coadiuuatus ali-
quo iusto uel iustissimo errore, aliàs enim procederent
quæ supra proximè dicta sunt. Vltra autem prædicta re-
quiritur probatio traditionis ipsius rei facta ab eo qui nó
est dominus;de qua traditione probatur eo ipso quòd in-
gressus est possessionem de uoluntate vera, uel præsumpta
eius qui alienauit. vt Instit.de rerum diui.§.interdum. &
l.qua ratione.§.interdum.ff.de acqui.rer.dom.facit l.quæ-
dam mulier.ff.de rei uendi.& quod ibi not.in l.2.C. de ac-
quir.poss.cum simil. Nisi esset facta alienatio ex titulo ta-
li,quo dominium solet quæri sine traditione,vt puta in le-
gato,ut l.à Titio.ff.de fur. quo casu sufficit sola apprehen-
sio possessionis, ut not. per glo. & Bartol. in d. l. Celsus

13 † Sed hic insurgit dubium,an sit necesse quòd traditio fiat
ab eo à quo præscribens causam habet, an uerò sufficiat si
fiat ab alio.super quo Bart.in l.cum solus.ff.de usuc. sic di-
stinguit,quandoque quis habet titulum ab uno & posses-
sionem ab alio, quandoque de hoc dubitatur. Primo ca-
su procedit præscriptio sine dubio,ut in d.l.Celsus.& l.cú
qui.§.pe.ff.de publ. Secundo casu subdistingue, aliquan-
do traditio possessionis præcedit titulú.& tunc siue præce
dat titulum verum uel putatiuum,procedit præscriptio.ut
l.non solum.in §.1.ff.de vsuca.& l.2.§.si a pupillo. & §. si à
furioso.ff. pro emp. Et sit ratio, quia tunc mutatur causa
possessionis de uitiosa in iustam,ut l.cum nemo.C.de acq.
pos.& ibi de hoc,& hoc uerum si ille,à quo quis consequi
tur titulum,sciebat illum possidere, alias secus secundum
Bar.arg.in l.huius rei,cum ibi not.ff.de rei uendic. Quan-
doque econtra titulus præcedit possessionem, & tunc aut
ipse præscribens opinatur se habere titulum & possessio-
nem ab eodem,licet ueritate inspecta habeat à diuersis, &
tunc sufficit ad præscriptionem, ut not. in d. l. cum nemo.
Aut se habere à diuersis,& ita in veritate habet; & tunc aut
unus uendidit & alius ex diuersa causa possessionem tradi
dit,& tunc non inducitur præscriptio; quia oportet quòd
ex eadem causa res sit tradita,ut in l.cum qui.§.pen.de pu-
bli.Si autem fuerit tradita ex eadem causa,tunc considera,
aut titulus præcedens erat putatiuus, & tunc non proce-
dit præscriptio.ut in d.l.Celsus.aut erat verus, & tunc pro
cedit præscriptio sine dubio,ut probatur ex legibus omni
bus quæ de traditione rei legatæ loquuntur.ut ff. p.o lega
to.per to.& l.Pomponius. §.& si legato.ff.de acquir. poss.
& l.cum qui.§.pe.de pu. ibi { eo nomine. } Tertio princi-
pali casu,cùm dubitatur à quo habeat possessionem an ab
eo à quo habuit titulum, uel ab alio,& an ex eadem causa,
uel ex diuersa,tunc dicendum est secundum Bart.quod præ
scribens præsumitur habere possessionem ab eo à quo ha
bet titulum & ex cá eiusdem tituli, à si is quo habet titulú
tempore alienationis possidebat,ut in d.l.quædam mulier.
ff.de rei uen.cum ibi no.& l.2.C.de acq.pos.cum sim. Si ue
rò non est probatum,ꝙ ille tunc possideret,tunc in dubio
præsumitur sibi tradita possessio ex eadem cá. Nam colla-
tio tituli inducit licentiam de ingrediendo & accipiendo
possessionem ipsius rei,ut probatur in l.hæc si res, ff.de rei
uend.& ibi no.per Iac.de Are.& per Bart.in l.prædia ff de
14 acq.poss. † Adhuc pro horum declaratione superest uide
re, an in hac præscriptione sit necessaria traditio uacuæ
posses.& vr ꝙ nó per l.si fundú ff.de fund.dot.In ꝯrium est
ueritas secundum omnes per l.sine possessione & l.natura
liter.ff.de vsuc.de qua not.per Cy.in l.cum res. C.de prob.
& d.l.2.de acq.pos.& per Iac.But.Inst.de act.§. aliæ. Non
ob.d.l.si fundum,quia loquit in domino alienante qui rei
ab alio possessæ potest dominium transferre, hic autem in
non dño alienante; qui non potest dominium, quod non
habet,transferre, ut in regula.nemo plus iuris. sed solum
causam præscribendi trásferre.ad quam præscriptioné est
necesse ꝙ possessio ab alio non sit occupata; ut dictum est.
15 † Et hæc faciunt ad quotidianá quæstio. quá posuit Iaco.
But.Inst.de act.in §.sed istæ.& Bart.in d.l.Celsus. Ecce de
bitor obligauit creditori suo omnia bona sua, ut fit quoti-
die in instrumentis;quæ bona eius nomine cóstituit se pos
sidere & tenere,deinde ipse debitor uná ex ipsis rebus ob-
ligatis uendidit cuidam alteri, quam rem ipsius emptoris
nomine constituit se tenere & possidere, quæritur an in
hunc emptorem transeat dominium vel usucapiendi con-
ditio? & uidetur ꝙ non;quia ad hoc ut transeat dominiú si
dominus erat, uel causa usucapiendi, si dominus nó erat,
necesse est ꝙ ipse uenditor qui rem tradidit, sit ipsius rei
possessor: sed hic non possidebat, sed creditor per l. quod
meo & l.quamuis.§ si conductor.ff.de acq.poss. & l.quædá
* mulier.ff.de rei uendica.ergo &c. In contrarium * deter-
minant dicti Doctores, quia licet possessio tá ciuilis ꝗ na-
turalis transierit per constitutum in creditorem, ut l. qui

pignus ff.de acq.poss.& l.si serui nomine.ff.de usucap.quan
tum ad effectum debiti conseruandi, tamen quantum ad
effectum dominij retinendi, uel quærendi, seu transferen-
di, creditor dicitur possidere debitori, & non sibi, ut habe
tur & not. in l. cum notissimi. in §. sed cum illud. C. de
præscrip.30.ann.& in d.l.si serui nomine.ff.de usucap. & l.
non solum, in §. si rem.& l.qui pignori.ff.eo.cum si.n. Ideo
sequitur, quòd debitor alienans transfert dominium,
si dominus est.uel causam usucapiendi, si non est dominus;
.l. clausulis.ff. de contrahen.empt. ubi autem debitor pre-
* cario nomine * constituisset se tenere & possidere a cre
ditore, tunc alienando in dubio priuaret creditorem om-
ni possessione, & omnia transferret in emptorem, ut pro
batur in l.interdum.§.si. & ibi not.ff.de acq poss. Sic ergo
differt, an simpliciter quis constituat se tenere, an precario
nomine: nec mirum si creditor solum possideat quò ad ef-
fectum debiti conseruandi; quia prætor solum vnumquem-
que tuetur in possessione sua respectu illius iuris tantum quod
hēt in ipsa re, & non in plus, ut in l.si duo.§.videamus.uer.
16 certum.ff.uti posside. † Deinde quæritur; quia superius
dictum est, quòd bonafides in præscriptione requiritur,
qualiter de ea probabitur? Dicunt Doctores, quòd quando
præcedit titulus uerus uel putatiuus etiam cum errore in-
iusto, quod bona fides præsumitur, ut probatur in l.igitur.
ff de libe.causa.& in tex.& glo.in l.pe.C. de euic.& not.in
l.si fur.§.1.ff.de vsucap.per gl.in c. si diligenti. de præscri.
& in hoc stabitur conscientiæ ipsius præscribentis, arg.eo
rum quæ no.per glo.Instit.de actio.§.aliæ. Sed contra præ
dicta uidetur illa regula, qua dicitur, quod tuum non est,
scire debes ad alium pertinere, ut l.fin.C. unde vi. ergo ex
tali præsumpta scientia debet potius præsumi mala fides,
quàm bona, sed respondetur secundum Bar. quòd dicta re
gula locum habet in eo, qui probaret de antiquiori posses
sione.arg.cap.licet.extra de probat. Præterea titulus facit
præsumi pro eo qui tradit, uel cui traditur alio non appa
rente, quia ius commune non repugnat huic possessori, ut
in cap.1.de præscrip.lib.6.sicque licite posset hic possessor
dicere, quo ad te liberas ædes habeo, ut in l.sicuti.§.si quæ
ratur.& l.loci corpus.§.competit. ff. si ser. uendi. & hanc
opinionem sequitur Cyn. in l.super longi. C.de præscrip.
long.temp.& Dyn.in regula possessor malæfidei, quę opin.
secundum eos procedit solum cùm præcedit titulus uerus
uel putatiuus cum errore iusto, secus si iniusto, ut dictum
17 est. † Præterea quæritur, qualiter probetur malafides in
præscribente? Responde multiformiter. Primò, si fuit ei-
dem denunciatum, quòd res erat aliena, ut l.si fundum C.
de reiuen. Secundo, si præscribens ipse hoc confessus fuit
extra iudicium, arg.in l.Labeo.ff.de sup.legat. Tertio, si in
ter eius uicinos erat de hoc fama, nam tunc ipse scire præ-
sumitur, ut extra de præsump.in c.quanto. Quartò, si emit
contra leges. ut l.quemadmodum.C.de agr.& cens.lib.11.
& in c.quæ contra ius, & ibi per Dy.de reg.iur.lib.6.Quin
tò, si emit ab eo cui sciebat bonis interdictum, & sic contra
iura, ut l.qui fundum.§. qui sciens.ff.pro emp.& l. fi. C. de
auct.præstan.& l.eum qui.eo.tit.cum sim.no.per glo. in d.
18 c.si diligenti. † Item quæritur de alio, an contra igno-
f rantem currat f præscriptio? conueniunt omnes quòd sic,
cum præscribitur res corporalis puta domus, uel fundus,
ut probat tex.& ibi glo.in d.l.fi.C.de lon. temp. præscr.&
idem sequitur glo.in l.1. C.de seru. In rebus autem incor
poralibus non currit præscriptio contra ignorantem, ut
habetur & not.in d.l.2.de serui.& ibi per Cyn.& dicam in
* fra in titulo de confessoria. Verumtamen * Barto. in l.
1.si quis autem.ff.de itin.actuque priua dicit quòd propter iu
stam ignorantiam danda est in integrum restitutio ex clau
sula generali.de qua in l.1.in fi.ff.ex quibus cau.maio.Ego
puto, quòd non omnis ignorantia præbeat restitutionem, nam
si sic faciliter daretur, non esset differentia quantum ad ef-
fectum inter præscriptionem rerum corporalium, & incor
poralium; quam iura facere uoluerunt. Sed si aliqua alia

iusta causa ex his, quæ traduntur in materia l.quod tempo
ris.C.de resti.mil.& in §.rursum, Instit de acti. & in l. nec
non.§.exemplo.ff.ex quib.causa. maio. interueniret, quæ
causam præstitisset ignorantiæ, bene crederem æquum re-
19 stitutionem dari, & ita puto Bar.intellexisse. † Post hæc
adhuc quæritur, quia in præcedentibus dictum est, quòd requi
ritur continuatio & non interruptio possessionis, qualiter
probabitur de continuatione possessionis? Dic secundum
quosdam, quos refert Spe in tit de proba.§.1.uer. sed quæ
ritur, quòd probatur hoc modo, uidelicet, quòd omni anno
temporibus debitis recollegit fructus, ut in l.titia.ff.de so-
lutio.l.litibus.C.de agri.& censi.lib. 11. nec enim opus
est, quòd continuè stet in fundo. argu.in l. si uir. & l.si quis ita
legauerit, & ibi not.per Bar.& Bal.ff. de condi. & demon.
Probatur etiam secundo modo, uidelicet probando extre
g mitatem g scilicet initium possessionis de præterito, &
possessionem de præsenti, nam per hoc concluditur circa
media, & sic præsumptio sumitur quod medio tempore
possedit, arg.in l.pe.C.de apocis publicis lib. 10. uel secun-
dum Cy.ut per eum not.in d.l.si super longi.& per Bar. in
d.l.Celsus. Dic quòd probando se semel apprehendisse posses
sionem, ex ea sequitur & probatur continuatio ipsius pos-
sessionis; quia ubi quis semel possedit, si adhuc se asserat
possidere, præsumitur continuè possedisse, ut plene tradi-
tur in l.siue possidetis.C.de prob.& l.licet.C.de acq. poss.
20 & l.non ignorabit. C.de exhib. † An autem in præscri-
ptione complenda possit præscribens tempora sui aucto-
ris coniungere cum suis? dicendum est quòd sic, ut plenè
per Barto traditur in l.Pomponius. §.cum quis. ff.de acq.
poss cum sim.ibi not. & dicam infra super forma positionū
actoris.in glo. quæ incipit, Hæc est septima positio alias,
21 Item quod dictus An.dictam petiam terræ. † Quid autem
si testis inductus ad probandum de continua possessione
h dicat, quòd Titius possedit à 10. ann.citra, h an per hoc pro
betur continua possessio 10 annorum? Dicunt Doct.& ma-
ximè Hostien.& Io. And.in d.c.licet, quòd non, quia ista præ-
positio, citra, potest uerificari in uno anno, unde dictum te
stis de necessitate non concludit, quòd toto tempore decem
ann.possederit, pro quo facit.l.1.§.quod autem. ff.de aqua
quotid & æsti. Si autem testis deponeret cum copula. v.g.
Titius possedit à 10.ann.& citra, tunc uirtus illius copulę,
&, operatur, ut continue possedisse intelligatur, ut sit sen-
sus quòd initium possidendi fuit iam ann.10.& inde ipsa pos-
sessio fuit continuata spacio dicti temporis. ad quod facit
22 c.ueniens, extra de præscrip.& d.c. licet. † Verumtamen
ad tollendum omnem dubitationem fienda sunt capitula
& positiones hac forma uidelicet, quòd talis possedit hanc do
mum continue, spacio 10.uel 20.ann.&c. Similiter forma
re debet capitulum taliter per quod concludatur, quòd
præscriptio fuerit completa & finita ante præsentem litem
motam uel inchoatam, specificando annum & mensem
quo dicatur completa; quia si testis deponeret uel capitu-
lum similiter diceret, quòd talis possedit spacio 10.anno.proxi
mè præteritorum, sequeretur quòd præscriptio esset comple-
ta post litem inchoatam, & sic post interruptionem factā,
& per consequens nil prodesset, quia tempus computare-
tur à die redditi testimonij, uel capituli producti. Amplius
debet diligenter aduertere is qui capitula producit uel te
stes inducit super præscriptione, quòd non simpliciter dicatur
quòd talis possedit 10. ann. quia talis sermo confusus redde-
ret testimonium nullum, quia ignoratur de quibus 10.an-
nis loquatur seu deponat, & posset euenire quod unus de
10.ann.alius de alijs 10.deponeret, & sic essent singulares,
& non probarent, ut in d.c. licet & in c. cum tu. extra de
23 testi. † Præterea cum duplex sit possessio, scilicet ciuilis
& naturalis, ut habetur in l.3.in fi.ff.ad exhi. & tangitur in
l.licet.C.de acq.poss.& in l.1.§.1.ff.pro hære.& plene per
Bar.in l.1.in prin.ff de acq. pos. & per Dyn. in regula sine
24 possessione, de reg. iur.lib.6. † Quæritur ex qua possessio
ne procedat præscriptio, an ex sola ciuili, uel ex sola na-
turali,

turali,uel ſimul ex utraque? Aduerte in hoc uaria ſcripta
ſunt. & primo Dy. diſputat hanc quæſtionem in dicta regu
la,ſine poſſeſsione,poſt eum Iac.But.Inſt.de actio. §.æque
ſi agatur.& Bart.in d.l.1.in prin.& l.3.§.ex pluribus. ue.ſi.
ex contrario.ff.de acq. poſ. Tu autem pro concordia om-
nium potes ſic diſtinguere ſub breuitate. Aut quæritur
de præſcriptione directi dominij,uel utilis,quod habet ab
ſorbere uires directi. Aut quæritur de præſcriptione uti-
lis dominij, uel alterius iuris quod recognoſcit ipſum di-
rectum dominium. Primo caſu ſufficit ſola ciuilis poſſeſ
ſio,ut probatur in l.1.§.per ſeruum qui in fuga.ff. de acqu.
poſ.& l.ſerui.& l.filij.ff.de fur.& l.de acceſsionibus. ff. de
diuer. & temp. præſcrip. nec ſola naturalis ſufficeret hoc
caſu,ut l.acquiritur.§.fin.ff.de acq.poſſ.l.1.& l per ſeruum,
facit ad hoc quod no.per glo.in l.1.C.de ſer. fug.& in l. ſi
ut certo.§.ſi duobus uehiculum.ff.commo.& in l. male agi
tur.C.de præſc.30 anno.& in d.§.ex contrario.in fi.magnæ
glo.licèt Iac.Butr.in d.§. æquè. dicat quòd in præſcriptio-
ne huius dominij ſit neceſſaria utraque poſſeſsio per l. ne-
mo.C.de acqui.poſſ.& l.naturaliter.ff. de uſuc. quæ opin.
eſt falſa ſecundum Bart.per l ſi id quod.§.fi. ff de acq. poſſ.
& l.qui fundum,in prin.ff.pro emp.& per d.§. qui in fuga.
coniuncta l.ſi cui.§.licet. ff. de lib. cauſa. Secundo autem
caſu principali,dic quod ſola naturalis ſufficit ad præſcri-
ptionem,ut patet in fructuario qui ius uſufructus præſcri-
bit,ut hī & not per Doc.in l.fi.C.de præſcri.lon.temp.in,fi.
& tñ ſolùm naturaliter poſsidet,ut l.naturaliter.ff.de acq.
poſ.hoc idē patet in ſuperficiario,feudatario,& emphyteu
ta,qui præſcribūt & tñ naturaliter tñ poſsidēt;ut in l.ſi fini
ta.§.ſi de uectigal.de dam.infe.& in c. ſi quis per 30. anno.
ſi de feu.fue.contr.10.col.puto tamen ꝙ Iac.Butr. intelle-
xit,quòd ſola ciuilis non ſufficit, quando naturalis eſt per
alium occupata;quia tunc fieret interruptio;ut in d.l.natu
raliter. Vbi autem non eſt ab alio occupata,quia tunc ſuf
ficit ciuilis quæ trahit ad ſe naturalem per alium non oc-
cupatam,& ſic abſens præſcriberet,per l.peregrè. cum ibi
25 not.ff.de acqu.poſ. † Sunt tamen aliqui caſus in iure ex-
* ceptuari,in quibus * non currit præſcriptio longi tempo-
ris,quos enumerat glo. in §.res fiſci.Inſt.de uſuc.& plenius
in cap.cum liceat,extra de præſcrip.Primus eſt in obedien
i tia quæ debetur ſuo ſuperiori [i] ut in d.c.cum non liceat.
K Secundus eſt in procuratione ſeu viſitatione [k] legati Pa
pæ,uel Imperatoris, ut in c.accedens, extra de præſcrip.
Tertius eſt in decimis per laicum poſſeſsis, ut in c. cauſam
quæ.extra de præſcri. Quartus eſt in matrimonio contra
cto contra interdictum eccleſiæ,ut in c.non debet. in fi.ex-
tra de conſang. & affinita. Quintus in tributis & functio-
nibus publicis,ut C.de præſcrip.30.anno.l.comperit 16.q.
3.§.pe.& §.quod ſi priuatus.cum ſeq.& in §. ſed aliquado.
Inſt.de uſucap.& in l.fi.C.de præſcrip.long.temp.quæ pro
libe.compe. Septimus in curiali, qui à curia non eximitur
curſu temporis,ut l.præſcriptionem.C. de pręſcrip. long.
temp.Octauus eſt tempore quo uacat eccleſia rectore ſuo,
l [l] ut in cap.1.& in c.de quarta. extra de præſcrip. Nonus
eſt,dum eſt ſciſma in eccleſia Dei,ſicut moderno tempore
quo fuerunt duo Papę qui iam durarunt 30. ann. & ultra,
quo tempore præſcriptio omnis uel longiſsimi temporis
pręſcriptio dormit,neque currit contra eccleſiam. ut ple-
niſs.per Innoc.Abb.& alios ſcribentes in c.cùm liceat.de
preſcr. Decimus eſt, tpe quo ceſſat currere pſcriptio, ui-
m delicet tempore hoſtilitatis [m] humanæ, ut extra de pręſ-
ſcrip.in c.ex tranſmiſſa. & C.qui.non ob.long. temp. pręſ-
ſcri.l.ab hoſtibus,& 16.q.3.in c.primates. Idem dic de ho
ſtilitate diuina tempore mortalitatis, per quam homines
impediuntur ius ſuum proſequi, arg.iurium prædictorum
ſecundum Bartol. & per eum not. in d.l. naturaliter. ff. de
uſucap. Vndecimus eſt contra auctoritatem,& iura eccle
ſiaſticæ diſciplinæ,ut in c.cum inter,de conſue.lib.6. Duo-
n decimus eſt in confinibus ſeu limitibus [n] eccleſiarum, ut
in c.ſuper eo,extra de parro.& 16.q.3.in c.quicunque.&c.

licet in regulis. Tertiuſdecimus eſt in re ſpirituali iniu-
ſto titulo acquiſita, ut in c.preterea,extra de trantac.Quar
tuſdecimus eſt in uia publica,ut ff.de uia publ.l.uiam pub.
Quintuſdecimus eſt in omnibus locis publicis ciuitatum,
ut l.fi.in prin.& l. vſucapionem. ff. de uſucap. & l.præſcri-
ptio.C.de ope.publ.Sextuſdecimus eſt in re fiſcali, & hæc
duo habentur in l.vſucapionem. præal.& inſt. de uſuca. §.
res fiſci, & in §. ſed aliquando. Decimuſoctauus eſt in re
data prædi contra legem Iuliam repetundarum,ut l.quid
quid contra.ff.ad leg.iul.repetun. Decimuſnonus in re pu
pilli, ut ff.de acquir. rer. dom.l. bonæfidei. Vigeſimus in
fundo dotali,ut ff.de fundo dota.l.ſi fundum. Vigeſimuſ-
primus in pupillo,ut l.fi.C.in quib.cau.in integ.reſtitu. nō
eſt neceſſ. Vigeſimuſſecundus in vxore, contra quam in
eius dote non currit præſcriptio, matrimonio durante, &
quadraginta vel centum ann.niſi ipſo matrimonio ſolu-
to;uel eo pendente, ſi maritus uergat ad inopiam, quod
eſt notabile,& multæ mulieres in hoc falluntur, ut habe-
tur in l.in rebus §.fin.C.de iur. dot.per glo.in l. ſicut C. de
præſcrip.30.ann. Vigeſimuſtertius in rebus ſub conditio
ne debitis. vel obligationibus ſub conditione contractis,
quibus non currit præſcriptio ante conditionis euentum,
ut l.cum notiſsimi.§ illud.C.de præſcr.30.ann. etiam not.
per glo. in d. l. ſicut. Vigeſimuſquartus eſt in filiofami-
lias,contra quem durante patria poteſtate non currit præ
* ſcriptio aliqua,ut l.1.in fin. * C.de anna.exce.& in l. quæ
cunque,in fi.C.de bon.quæ.lib. Vigeſimuſquintus eſt du-
rante ſuſpenſione prælati,quo caſu non currit præſcriptio,
ut in c.quia diuerſitatem,extra de concel.præb.Vigeſimus
ſextus eſt in iure offerendi,quod competit debitori pro ſo
lutione pignorum; ſecundum opi. Doct. licèt gl.contra
ſentiat,ut plene no.in l.cum notiſsimi. §.ſed cum illud. C.
de præſcrip.30.ann.& per Bar.in l.pignori.ff. de vſuc. Vi-
geſimuſſeptimus eſt in implemento conditionis poteſta-
tiuæ,ut no.per Bar.in d.l.pignori.quod probatur;quia lex
dicit quòd talis conditio poteſt impleri vſque ad ultimū
uitæ ſpiritum;ut in l.ſeruus quoque.§.fi.ff.de hære. inſt.&
in l.fi.ff.de condi.inſt.ergo &c.quod multum not.pro illis
qui ſæpe promittunt rem aliquam vendere certo pretio,
nullo determinato tempore. Vigeſimuſoctauus eſt tem-
pore quo iacet hæreditas,ut habetur,& not.per glo.in l.ea
quæ.C.de temp.ap.quam opi ſequitur Cy.& Pet.in l.licet.
C.de iur.deli.& idem ſequitur ibi Bart. & Bal. Aliqui ta-
men tenent contra per tex.in l.Iulianus,in princ.& l. cum
miles,in prin.ff.ex qui.cau.maio.ſed ibi loquitur in preſcri
ptione inchoata cum defuncto, quæ completur & perfici-
tur hæreditate iacente. Secus autem eſt in non inchoata,
de qua loquitur Cyn. & glo. licet alibi gl. in l. hactenus,in
prin.ff. de conſti. pec teneat contrarium. Vigeſimus no-
nus eſt in eo qui precario poſsidet, qui contra eum à quo
precario poſsidet non præſcribit, quod multum not.pro-
pter debitores qui in inſtrumentis obligant omnia bona
ſua quæ conſtituunt ſe precario nomine poſsidere à cre-
ditoribus. Idem dicas in quocunque colono,commoda-
tario,depoſitario,feudatario,emphyteuta & partiario, &
generaliter in quocunque alterius nomine poſsidente, do
nec inter eos fuerit interuerſa poſſeſsio;& hæc probantur
in l.male agitur,& l.cum notiſsimi,in fin.cum ibi not.C.de
præſcrip.30.ann.& quod habetur & not.per glo.in c.cum
non liceat.& per Innoc.in c.ex tranſmiſſa.extra de præſcr.
& in d.c.ſi diligenti.eod.tit.& 16.q.3.c.clerici. & in c. ſeq.
26 † Nunc quæritur, quis effectus inſurgit ex præſcriptio-
ne? Dic multiplex,unde diſtingue, aut loquimur in uſu-
capione rei mobilis, & per eam acquiritur dominium di-
rectum. Aut loquimur in præſcr.10.uel 20.anno.& per
eam quæritur utile dominium. Aut loquimur in præſcri
ptione 30.uel 40.annorum, & tunc aut interuenit titulus
& bona fides, uel bonafides tantùm, & tunc idem: aut
ceſſauit titulus & bona fides. & tunc nullum quæritur do
minium,ſed ſola exceptio,ut not.per Dyn.in cap.poſſeſſor
malæ

malæ fidei. Alius est effectus insurgens ex prædictis, quòd si præscribens cadat a possessione, & perueniat ad dominum uel ad alium extraneum, an posit ab eis rem vendicare: distinguitur, aut loquimur in vsucapione uel præscriptione 10. uel 20. anno. & utroque casu poterit rem à domino uendicare. Aut loquimur in præscriptione 30. uel 40. anno. & tunc subdistinguitur, aut fuit bonæ fidei possessor, & tunc poterit etiam rem à domino uendicare secundum aliquos, licèt aliqui contra: aut fuit malæ fidei, & tūc non poterit uendicare, ut prædicta omnia habentur, & no.
27 in d. l. si quis emptionis. C. de præs. 40. ann. † Restat nunc uidere, quibus modis præscriptio interrumpatur: quia in-
* terruptio * impedit præscriptionem, ut l. naturaliter ff. de vsucap. Pro cuius euidentia est sciendum, quod duplex est
o interruptio, quædam ciuilis, & quædam naturalis, ° ut not. per glo. C. de præscrip. 30. uel. 40. ann. l. cum notissimi §. sed & si quis, in c. illud, extra de præscrip. licèt modi interrumpendi sint longe plures. Ciuilis autem interruptio est illa quæ fit per litis contestationem, ut traditur in l. fi. C. de præsc. 30. ann. Quo casu latius sic considera, quędam est præscriptio inducta fauore tantùm pręscribentis, ut est vsucapio, & in hac per litis contestationem non fit ipso iure interruptio præscriptionis, sed in effectu fit, ut habetur & not. in l. si post acceptum ff. de rei uendi. Quędam est pręscriptio inducta odio negligentię non petentis tm̃, ut est pręsc. 30 vel 40. ann. & tūc p solā misionē executoris fit interruptio, ut l. sicut C. de pſc. 30. ann. Quędam est præsc. mixta, ut est pręscriptio 10. uel 20. anno. & in hac per solam litis contestationem fit interruptio ipso iure, & in effectu, ut l. more, C. de rei uend. de quo plene not. per Cyn. & per alios in d. l. sicut, & per Bar. in l. 2. §. fin. ff pro emp. Secundò principaliter fit interruptio per quandam quasi litis contesta. quę inducitur per denunciationem factam domino per eius colonum uel inquilinum de lite cōtra eum mota super re, ut in l. 3. C. ubi in rem ac. & extra ut lit. non contest. in c. quoniam frequenter. §. si super. Tertiò per pignorum dationem, ut in d. l. cum notissimi §. imò & illud. Quartò per usurarum solutionem, uel aliam debiti agnitionem in totum, uel pro parte, ut in d. l. cum notissimi. §. sed & si quis, & l. si quis emptionis, in fi. C. de pręsc. 30. ann. Quintò per libelli oblationem factam principi in actionibus prætorijs, & annalibus, ut l. 1. & 2. C. quan. li. prin. da. Sexto qñ propter aduersarij potentiā uel absentiā non potest contra eum lis contestari, quia tunc sufficit protestatio facta coram iudice secundum formam l. vt perfectius C. de anna. excep. & 16. q. 3. in §. potest, uers. is autem. Septimò per sinodalem proclamationem, quando aliter lis non potest contestari, ut in c. sanctorum, extra de pręsc. & ibi not. & hęc de ciuili interruptione. Naturalis verò interruptio fit tribus modis. Primò per ipsius rei apprehēsionem, & occupationem, uel possessoris expulsionem, ut hęc probantur in d. l. naturaliter, de usucap. Secundò fit per fluminis inundationem, ut plerunque accidit in terris, & possessionibus situatis iuxta Padum, & alia flumina magna, quæ sæpe inundant, ut traditur in l. per vniuersas, in §. idem Labeo, & l. possideri, in §. Labeo ff. de acq. pos. & ideo in ciuitate Papiæ, unde mihi origo est, uiget statutum quod propter aliquam inundationem Padi, uel Ticini non interrumpatur pręscriptio. Tertiò fit, qualitercunque possessor desierit possidere, ut l. is qui. ff. de acq. pos. cum sim. quia cessat unum substantiale præscriptionis quod est continuata possessio, ut supra dictum est, & traditur in l. 2. C. de præscri. long. temp. In præmissis autem dubitari solet de uno, uidelicet an pignoris datio, seu pignoris acceptio fit interruptio ciuilis, an naturalis; quod est utile scire propter ea quæ infra dicam. Et uidetur quòd sit ciuilis, per ea quæ supra dixi. Attende glo. in d. §. immo & illud, in l. cum notissimi, quæ tenet quòd sit naturalis, & idem sequitur glo. in d. l. naturaliter, & in l. 2. Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Verius tamen est, quòd sit ciuilis secundum Iacob. de Are. & Cyn. ut per eum not. in d. §. im-
28 mo & illud. † Sed hic videamus quæ sit utilitas, an interruptio sit ciuilis, uel naturalis. Respondeo quòd magna, nam interruptio natulalis prodest omnibus, contra quos currebat præscriptio, ut d. l. naturaliter, & ibi no. Sed interruptio ciuilis solum prodest ei qui actum interruptionis exercuit, nec eius personam egreditur, ut traditur, & not. in l. 1. C. de long. tempo. præscriptio. & l. fina. C. de pręscriptio. 30. ann. & not. per glo. in d. l. cum notissimi. §. imo
29 & illud, & §. sed & si quis. † Deinde quæro, an effectus interruptionis adhibitæ contra unum porrigatur ad omnes, ad quos commodum præscriptionis extendebatur? exemplum in plurimis correis debendi, & in debitore, & eius fideiussoribus. de qua quęstione tangitur per glo. & Doct. in l. fin. C. de duo. reis, & per Bart. in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solut. Pro cuius pleniori decisione distingue, aut loquimur in pluribus correis, aut in debitore & fideiussore. Primo casu dic, quòd siue sint plures rei debendi, siue credendi, ꝙ interruptio facta per unum prodest & nocet alteri, ut in d. l. fi. C. de duobus reis. Secundo casu an interruptio facta contra debitorem noceat fideiussori, & ad ipsum fideiussorem extendatur, contrariæ sunt opiniones, & sententiæ; dicunt enim quidam quòd sit etiam idem in fideiussore, quod supra dictum est in correo, quam opinionem sequitur glo. in l. si fideiussor. §. fi. ff. manda. & alia glo. magna in fi. tu., ut in d. §. si quis pro reo. Et pro hac opi. facit regula, quæ est, quòd mora rei porrigitur ad fideiussorem, ut in l. mora, & l. si seruum. § nunc uideamus. ff. de uerbo. oblig. Alij autem dicunt, quòd non porrigitur ad fideiussorem, quia reus principalis & fideiussor tenētur diuersis obligationibus, ideo de separatis non infertur, probatur in d. l. 1. de præs. long. temp. & l. fi. de præscr. 30. ann. nam plures rei tenentur eadem specie obligationis. vt in l. 2. & l. eadem ff. de duo. reis. Item correorum obligationes sunt omnes ęquè principales, ut l. si reus. ff. de duo. reis. Sed debitoris obligatio est principalis, & fideiussoris accessoria, ut in l. generaliter. ff. de fideius. cum sim. & in l. 1. ff. de re iud. & l. cùm lex, de fideius. ergo &c. quam opi. sequitur glo. parua in d. §. si quis, & ideo tenet eam Bar. & similiter Cyn. in d. l. fi. de duo reis. Nec ob. d. l. mora, cum si. quia ibi loquitur de perpetuatione actionis fienda rei peremptione non obstante, & sic de conseruatione actionis agitur culpa debitoris accedente, hic autem loquitur de perpetuatione actionis tollenda & auferenda ex sola negligentia creditoris, nulla accedente culpa debitoris; & fit ratio, quia fideiussor debet teneri de facto & culpa debitoris, cum in omnem casum fideiusserit, ut in d. l. si seruum. §. sequitur. in fin. ubi autem cessat eius culpa, sed interuenit culpa alterius, tunc quia in omnem causam non fideiussisset, ideo non tenetur, & per consequens interruptio facta seu solicitudo adhibita contra debitorē, nō excusat creditorē ab eius negligētia q̃ interuenit ꝗ fideiussorē. Et sic patet, ꝙ fideiussor poterit liberari pſcriptione, mora rei nō obstante. Vltra prędicta quęritur, vidimus ꝙ bona fides & iustus titulus requiritur in pręscri. 10. uel 20. ann. maximè tempore contractus uenditionis, ut in ca.
30 si diligenti, de præscrip. † Quid si ex postfacto interuenit mala fides, uel defectus tituli an per hoc interrumpatur præscriptio: distingue quantum ad titulum, aut ex superueniente defectus tituli rei dominium mutatur nec in aliū transfertur, & tunc pręscriptio non interrumpitur, ut l. si hominem ff. de vsucap. aut rei dominium mutatur, & in alium transfertur, si dominus erat, & tunc quantum ad acquirentem pręscriptio non interrumpitur, sed in eum auctoris sui possessio coniungitur, ut in l. Pomponius. §. cū quis. & §. si iusta, uersi. 1. ff. de acq. poss. Quantum autem ad transferentem præscriptio interrumpitur, ut in l. quæsitū, ij. resp. ff. de acqui. rer. dom. Vbi autem superuenit defectus bonæ fidei, tunc aut mala fides superueniens habet in se simplicem scientiam rei alienæ, aut ꝙ res sit furtiua. Primo

mo casu secundum iura ciuilia non interrumpitur praescriptio, ut in l. 1. §. proculdubio. C. de usucap. transfo. & l. iusto §. si possessionis. & in l. sequitur. §. de illo. ff. de usuc. & in l. clam possidere. in princip. ff. de acqui. poss. sed secundum iura canonica fit interruptio, ut in c. fin. extra de praescr. & extra de reg. iur. in cap. possessor malaefidei, lib. 6. Secundo casu principali, cum res est furtiua, tunc utroque iure fit interruptio, ut l. si ancillam, in princip. ff. pro suo

31 † Pro declaratione tamen quero, circa praescriptiones qđ ius seruabitur in foro laicorum, an ciuile, uel canonicum? ✠ * Dicunt quidam, seruari debere ius canonicum * pro- ✠ pter animae periculum, arg. eorum quae traduntur in ca. 2. extra de iureiur. & in c. fi. extra de fo. compe. quia in respicientibus fidem, & animam, non dedignantur leges sacros canones imitari, ut in authen. ut cle. apud proprios episcopos. §. si uerò, cum sim. quam opi. uidetur sequi Host. in d. c. fin. & Io. An. in d. c. possessor. Alij sunt qui tenent oppositum, & dicunt quòd in foro ciuili seruandum est ius ciuile per ea quae no. in c. 1. extra de ope. no. nun. quam opi. tenet expresse glo. in d. c. fi. extra de praescr. & ista tanquam uerior practicatur communiter. Veruntamen ipsum ius canonicum recipit limitationem in eo quod dictum est de superuenienti scientia rei alienae. videlicet quando est talis scientia quae habet in se malam fidem; ubi autem simpliciter dubitaret, tunc non interrumpitur. argu. l. qui scit. §. bonaefidei. ff. de usuc. nec etiam impeditur praescriptio iure canonico si à principio fuit malaefidei, & postea illam malam fidem deposuit propter superuenientes causas secundum Inno. & per eum not. in d. c. fina. & ibi etiam glo. de

32 praescripc. † Vlterius quaeritur, quid si superuenit mala fides in ipso praescribente uersus unum, an porrigatur ad alios? sicut dicitur de naturali possessione & praescriptione in d. l. naturaliter. Super hoc glo. quae est in d. l. Celsus, tenet quòd non, arg. ff. acqui. poss. l. si fundum. §. fin. & ibi not. idem sequitur glo. in l. sicut. C. de praescrip. 30. ann. uidetur casus in l. qui balneum, in fin. ff. qui potio. in pign. habe. quam opin. sequitur Bar. in d. l. Celsus, & sic patet quod haec interruptio est potius ciuilis, quàm naturalis. Sic etiam est in ea quae fit ex defectu tituli, de qua supra dixi. Et si quaeratur, quae sit ratio differentiae inter defectum possessionis, qui causat effectum interruptionis quò ad omnes, & defectum tituli & bonaefidei, qui solum interrumpit quò ad eum cuius respectu deficit bona fides, & titulus. Respondeo, quòd titulus potest multiplicari, ut l. 3. ex pluribus ff. de acqui. poss. & §. ex contrario. Ideoque licèt deficiat respectu unius, potest subesse respectu alterius; sed possessio est una, scilicet ciuilis quae causat ipsam praescriptionem, nec multiplicatur ex personarum diuersitate, ut ibi, vnde respicit omnes aequaliter. Et idem dicendum in bona vel mala fide, quae uariari potest respectu diuersarū personarum, ut l. Fulcinius. §. quod si aduersus. ff. ex quib.

33 cau. in poss. ea. & l. si quis fundum. ff. de acqui. poss. † Amplius quaeritur, verum defectus superueniens in persona praescribentis, uel in ea contra quam praescribitur, interrumpat praescriptionem? Super quo sic breuiter distingue secundum Bar. in d. l. Celsus. Aut in ipso praescribente superuenit defectus intellectus vel animi, ut quia factus est furiosus, & tunc non interrumpitur praescriptio. l. iusto. §. cum qui. ff. de usuca. quando superuenit talis defectus qui habet ipsum reddere incapacem dominij ipsis rei, ut quia de Christiano efficiē Iudaeus, vel Sarracenus, & tunc praescriptio interrumpitur, arg. l. Deo nobis. in fi. C. de episc. & cler. & l. 1. C. ne iudae. maci. Christi. quandoque superuenit defectus non simpliciter, sed secundum quid; verbi gratia, quia facta est vxor quae potest acquirere de bonis viri ex omni causa praeterquam ex causa donationis, & tunc non interrumpitur praescrip. arg. l. si sponsus §. si donationis. ff. de don. inter vir. & vxo. Idemq; patet in damnato de famoso libello, qui potest acquirere ex omni cā, pterquàm ex testamento. ut l. si is cui. ff. de testa. Et haec faciunt ad quaestionem forensium, qui sunt prohibiti acquirere aliquam rem immobilem in ciuitate, ut distinguatur eodem modo quo supra. Caeterum in persona eius, contra quem praescribitur, si defectus superueniat v. g. contra maiorem coeperit praescribi cui successit minor, dicēdum est enim ex hoc non interrumpi praescriptionem, ut plenè tangitur in l. 1. C. si aduer. usuc. & l. fi. C. in quibus caus. in integ. restit. Fallit in praescriptione 30. annorum, quae durante pupillari

34 aetate dormit, ut l. sicut. C de praescrip. 30. ann. † Postremò ✠ quaeritur, qualiter interrumpatur * praescriptio iurium incorporalium? ubi sic distingue, quaedam sunt iura cohaerentia ipsi rei, & debita fundo, ut puta seruitutes praediales, & tunc inter. umpitur perdito ipso fundo dominante, ut in l. si aedes. §. 1. ff. de ser. urb. prae. Item interrumpitur impeditò usu illius iuris per eum contra quem praescribitur, ut in l. sequitur §. si viam ff. de usuca. quia patientia aduersarij est de substantia in praescriptione iurium incorporalium, ideo eo deficiente cessat currere praescriptio. & idem censendum in alijs iuribus incorporalibus; quia propter prohibitionem exercitij impeditur praescriptio ipsius iuris, ut in c. auditis, & ibi per Inn. extra de praesc. facit l. cum notissimi. §. imò & illud. C. de praesc. 30. ann. Item interrumpitur per lit. contest. sicut dictum est circa res corporales per iura ibi alleg. secundum Inn. ut supra de qua iurium incorporalium praescriptione plene tangitur per glo. & Doct. in l. seruitutes. ff. de ser. & per Cyn. & alios in l. 2. C. de serui. & aqua. & ego tangam in titu. de negatoria & confesso-

35 ria † Post haec quaeritur, an iuri offerendi praescribatur, de quo tangitur per glo. & Cyn. in d. l. cum notissimi §. sed cū illud. Et in hoc distingue conclusiuè sic, aut ius offerendi est ius formatum, sicut est illud quod competit secundo creditori, ut possit offerre priori, ut in l. Paulus. ff. qui. mod. pig. vel hyp. sol. & in l. mulier. ff. qui. po. in pig. ha. & tunc huic iuri potest praescribi, sicut caeteris iuribus, ut in l. sicut & l. omnes C. praescr. 30. ann. aut est ius nondum formatum, sed in simplici facultate cōsistens; sicut illud quod competit debitori, ut possit debitum offerre, & pignus luere, & liberare; & tunc tali facultati non praescribitur. arg. l. malè agitur. C. de praescrip. 30. ann. sicut non praescribitur facultati eundi ad ecclesiam, uel per uiam publicam. ff. de uia publ. l. uiam publicam. cum fi. Et sic habes, quòd non est contrariorum eadem disciplina, nam si debitor praescribit contra creditorem, ergo & econtra creditor deberet posse praescribere contra debitorem. Sed potest dici & respondieri, quòd non est paritas rationis in utroque casu.

ADDITIONES.

✠ Praescritionis, Adde, quòd exceptio praescriptionis respicit dominium, & non possessionem, & ideo de ea non curandum in iudicio possessorio reinteg. dicit Rol. consil. 6. nu. 48. li. 3. quo exceptio dominij in ipso canone reijciē: sicuti quando intentatur interdictum vnde vi, ut in d. consi. num. 49. de qua exceptione plura idem Rol. scribit consil. 63. nu. 11. nu. 15. eodem lib. ubi de exceptione quadraginta annorum, quando admittenda. quando reijcienda, & à quib. iudicibus, & an praescriptio non obiecta, ex actis tamen apparens, à iudice attēdenda sit in pronuntiando. Dic, ut per Mising. cent. 3. obser. 28. ubi concludit in camera Imperiali decisum fuisse quod sic, vide tamen Fel. in c. ad aures. de praescrip. Boer. q. 344. post num. 8. Quae exceptio praescriptionis, quando impediat litis ingressum, quando non, vide Bart. in l. usucapio. ff. pro suo, qua in materia, plura no. Tremol. ad pract. Bonacur. tit. de peremp. excep. ante num. 4. Bart. in l. fi. ff. pro suo, Nat. consil. 134. 281. vbi docet pract. opponendi excep. praescript. Ofasc. decis. 177. Dec. in l. fi. colum. 8. C. de edic. diui Hadr. toll. Boer. d. q. 344. Afflict. decis. 52. Capel. Tolos. q. 67. Fel. in cap. ex parte 2. de off. deleg. Alexan. consilio 213. libro 2. Bald. in l. 1. C. si ad cred. Dyn. in cap. possessor. de reg. iur. in 6. & quòd praescriptionis

nis exceptio non tollat actionem ipso iure, sed solum eius effectum reddat inefficacem: scribit Bad. in d.l.j. si ad cred. Alexan. consi. 228. num. 8. lib. 6. Quid autem probare debeat allegans præscriptionem, docet Alex. consil. 35. lib. 7. & agens ex ea? Ias. in l. si duo. §. 1. ff. de iureiur. Quid de præscriptione statutaria? & vide eundem in l. ex hoc edicto. nu. 6. ff. de eo per quem fac erit. Masuer.

* 40. Anno um, Adde quę scribit Osas. decis. 116. num. 12. vbi quòd in pręscrip. 40. ann. debet alllegari & probari titulus, quid in pręscr. longi temporis, & Dic, ut per eundē. decis. 179. nume. 15. ubi quòd allegans præscr. longi temporis tria probare debet tit. habilem ad translationem dominij, bonamfidem, & continuatam possesio.

* Contra ecclesiam, Adde, quę sufficiant, ut res eccl. pręscribatur, & uide Rom. consi. 407. colum. 1. Aym. consi. 10. nu. 10. ubi pręscriptio 40. annorum cum tit. sufficit contra ecclesiam, & sententia dicitur tit. legitimus ad pręscribendū, Accedit, quòd pręscriptio contra eccl. finitur 40. annis, ut in c. de quarta. de pręscrip. in auth. quas actiones C. de Sacrosan. Eccl. Rom. sing. 457. vbi dicit, non esse idem in re clerici, Nam à die cœptę præscriptionis 30. annis contra eos pręscribitur, inquit ipse, quem uide latius declarantē, & quæ ad id not. Imbert. in enchirid. Iur. Gall. uer. ecclesię, licet in ecclesia Romana & Imperio contra eos præscribi non posse minori spacio centum annorum dixerit Rol. consi. 2. nu. 122. lib. 1. Masuer.

* Debitor, Adde Euer. lib. arg. loco à commod. ad precar. pag. 214. Ias. in §. item si quis in fraudem. nume. 77. instit. de act.

* In contrarium, Adde Osasc. decis. 133. nume. 6. nume. 7. Quid de debitore alienante aut delinquente: si ex delicto bona publicentur? & Dic, quòd creditori hypothecario non pręiudicatur, teste Rom. consi. 128. Masuer.

* Debitor precario nomine, Adde, quòd debitor constituēs se precario nomine creditoris possidere: si eam alteri tradidit non priuat creditorem sua ciuili possessione, & ideo poterit ingredi naturalem propria auctoritate, etiam per vim si repe iat resistē. teste Rol consil. 5. nume. 22. lib. 2. post Bart in l. creditores. colum 8. versi. sed an possit remedium. C. de pig. Alex. consi. 51. colum. 3. lib. 6. Qua in materia dic, quòd simplex constitutum differt à precario ex not. per Tiraq. de iure constituti par. 1. nu. 4. & seq. Afflict. decis. 139. Euer. lib. arg. loco à commod. ad precar. & de extensione precarij ad bona futura, vide eundem Affli. decis. 37. ad illud autem, quòd dicunt doct. vtilius esse creditori quòd in instrumento, in quo debitor obligat omnia bona sua: constituat se precario possi dere, vide Matthes. sing. 153. Bar. in l. in erdum. §. qui alienam. post gl. ibi ff. de acq. poss. in l. Celsus. colum. 4. uersi. sed pone quòd debitor, ubi Balb. 2. par. prin. num. 15. ff. de usucap. Cast. & Alex. d. §. qui alienam. Tiraq. de iure consti. in princ. num. 34. 35. & seq. prac. Bal. tit. de caute. q. 7. ubi ponit declarationem notab. Masuer.

* Veruntamen Bar. Adde Rom. consi. 123. col. 4. in fi. cons. 166. col. pen. nu. 12. cō. 407. nu. 6. consi. 149. Rip. resp. 160. col. 2. Alexan. consi. 165. lib. 6. ubi declarant Bart. in l. 1. §. si quis, hic alleg. Masuer.

* Non currit, Adde Osasc. decis. 69. num. 13. num. 16. decis. 179. num. 14. Paris. consi. 48. num. 24. lib. 3. consil. 50. num. 6. nu. 7. lib. 1.

* L. 1. in fi. Adde quòd reg. huius l. declarat Rol consil. 79. nu. 14. vsque ad 18. lib. 1.

* Canonicum, Adde Dec. in cap. clerici, de iudi. Rob. de ord. iud. c. 3. num. 73. Dec. in c. eccl. Sanctæ Mariæ. nu. 28. de consti. & quòd iura cano. seruari debeant in utroque foro: quando agitur de peccato euitando not. Alex. consi. 69. col. 3. in fi. lib. 3. consi. 34. col. 2. eodem. consil. 51. nu. 6. lib. 5. & fac. quæ scribit Nat. consil. 473. col. 17. consi. 198. col. 12. circa med. ubi quid in causa matrimonij, & dixit unum not. Ias. in l. fi. circa fi. ff. qui satisd. cog. quòd ubi tractatur de peccato: semper stamus iuri cano. etiam in foro ciuili, pro quo vide etiam doc. in c. fi. de præsc. ip. Ias. in l. 3. §. genera. nu. 18 ff. de acq. pos. Mising. cent. 4. obser. 6. Alex. con si. 59. nu. 7. lib. 1. vbi quòd quādo tractatur de peccato standum est iuri cano. in omni foro secundum communem ibi relatam, de qua uide etiam Guid. Pap. q. 199. Rom. consil. 275. nu. 9. Masuer.

* Ius cano. Adde ius canonicum in terris Ecclesie seruandū esse, ex not. per doc. in cap. 2. de reg. iur. in 6. in l. priuilegia C. de Sacros. Eccl. Dec. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 28. de consti. Imò etiam in terris imperij: cùm de peccato agatur teste Aym. consi. 229. nu. 12. & Dic, quòd quando aliquod dubium est de iure cano. & reperitur decisum iure ciuili, tunc standum est iuri ciuili, etiam in foro cano. teste Ias. in l. quoties, nu. 23. C. de rei uend. Qua in re illud etiam notandum est, quòd ius ciuile æquum præfertur iuri canonico rigoroso, secundum Neuiz. consi. 22. nu. 19. Quando autem debeant canones seruari in foro ciuili vide Bal. in l. omni innouatione C. de Sacrosan. Eccl. cui adde, quòd opi. doc. iuris cano. præualet opi. legistarum præsertim in materia spirituali concernente peccatum, & not. per Nat. consil. 198. col. 12. & col. 13. ubi quòd ius ciuile non curat de anima, secus de iure cano. quia scientia iuris cano. dirigit hominem principaliter in Deum, & tendit ad finem æterne beatitudinis, & quando aliquid est clarè decisum iure canonico: licet non sit decisum iure ciuili, seruatur tamen ius canonicum in foro ciuili, cap. 1. & 2. de no. oper. nun. not. Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, col. fi. nu. 21. ff. de ope. no. nun. Quod quidem ius cano. præualet iuri ciuili quando sunt contraria, vt in auth. de eccl. tit. §. 1. col. 9. de quo est distinc. in d. cap. 1. de no. op. nun. quia aut materia, de qua est quæstio, decisa est in uno iurium, & non in altero, uel in utroque, si in altero tantum: tunc in utroque foro seruatur, exemplum est in deductione duarum quartarum Falcidiæ, & Trebellianicæ, ut in cap. Raynutius & cap. Raynaldus, extra de testam. & seruatur etiam iure ciuili, sic in materia transmissionis hæreditatis ad hæredes nō declaratur iure cano. sed iure ciuili, & seruatur in foro Ecclesiastico, quia sic clericus transmittit vt laicus, l. unic. §. in nouissimo C. de cad. toll. si autem materia decisa sit in utroque iure: tunc aut contrariatur aut non, si non contrariatur: tunc mixtim obseruatur decisio in utroque iure, ca. pastoralis, extra de fid. inst. si autem contrariatur tunc aut ius ciuile ducit ad peccatum: & non obseruatur, cap. fi. extra de præsc. c. nouit, extra de iudi. Io. An. in reg. priuilegia extra de re. iur. Bar. d. l. priuilegia. C. de Sacros. de quo per Ias. in l. etsi post tres, col. fi. ff. si quis caut. Quo casu etiam dixit Rol. cons. 21. nu. 20. lib. 2. quòd ubicunque aliquid disponitur iure cano. illud etiam seruari debet in foro Cæsaris, ubi agitur de materia peccati, sequitur Alex. consi. 51. col. 3. lib. 5. Dec. in cap. si duobus, nu. 6. de appell. ubi quòd in terris quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesie: seruari debent canones, etiam inter laicos, & ibi infert ad plura notab. & in specie ad statuta laicorum contra canones, in terris quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesiæ an ualeant, præterea, est regula, ꝙ ubi in iure canonico reperitur aliquid decisum, de quo dubitatur in iure ciuili: tunc seruanda est decisio iuris canonici in foro ciuili, secundū communem omnium sententiam in d. cap. 1. de no. oper. nunc. per Rom. consi. 196. nu. 12. de qua plenè habetur per Osasc. decis. 152. nu. 6. ubi ꝙ quando ius ciuile & cano. contradicunt, seruandum est ius ciuile in foro ciuili, & canonicum in canonico, declarando tamen ut per eum ibi nu. 7. & per Rob. de ord. iud. tertia par. principali cap. 3. num. 73. & seq. sed quid de theologis & canonistis quando & quorum opi. ac sententijs standum sit? Dic ut per Nat. consi. 250. Dec. consi. 111. col. 3. & seq. Paris. consi. 67. nu. 31. & seq. lib. 4. Quibus adde, ꝙ leges sunt seruandę etiam in foro conscientiæ, & qui ab humana lege excusatur, non peccat, nisi sit contraria legi diuinæ, teste Ias. in l. si pœnę causa

fa 1.Respon.ff.de condi. indeb. ubi ponit exempla notab. de præscriptione, de pacto nudo & simil.& not. Cagnol. in reg.quod à quoquam, post nu.9.de reg.iur.plura scribit idem Ias.in Rub.nu.21.nu.24.& seq.ff.de acq.hær. pro quorum resolutione dic, quòd leges iustę ligant etiam in foro conscientiæ,& etiam statuta sunt ibi seruanda, declara, ut ibi per eum, ubi quòd quando leges disponunt super certo: sunt etiam seruandę in foro conscientiæ, secus quando se fundat super præsumptione, de qua per eundem Ias. in l.nemo potest.2.lect.num.105.ff. de leg.1. De eo autem quod dicitur, quòd quando aliquid clarè decisum est de iure ciuili illud seruari debet de iure cano. etiam in terris eccl.dummodo non simus in materia spirituali, uel in materia peccati c.1.& 2.de no.op.nun. Dic illud uerum esse, nisi talis lex imperatoria sit præiudicialis uel damnosa ecclesiæ, quia tunc in eis non est recipienda, nisi expresse sit per Rom. Pont. approbata iuxta tradita per Ias.in l.generaliter.§.cum autem, col.2.post med.C.de inst. & subst. Mafuer.

a Fisco. Vide limitationem Lud.Rom.sing.suis. fol.21.

b Absens uerò.sed quis debet probare absentiam? vide Alex. consi.88.1.lib.

c Absens. Adde quis dicatur præsens uel absens.Bart.in l.in duobus.§.ubi duo.in fi.ff.de duo.reis Alex.de Imo. in l.2. §.uoluntatem.col.3.uersi.& quis dicatur absens.ff.sol.mat. Clau.Aquen in l.1.in prin.col.2.uersi.no.stipulationem.ff. de uerbo. oblig. Spec. in tit.de præscri. uersi.quando aliquis. Abb.Panor.in c.si alii.uersi.quid autem. de maio. & obe.& in c.quoniam frequenter, in pen.col.2.uersi.12.quęro.ut lit. non contest.& ibi Fel. col.pe. uersi. sextam quæstionem. Abb.in c.peruenit.col.2.uersi.sed dubium est. de fideiusso.Bal.in consi.488.in j.uol.& Pau.de Cast.in consi. 94.incip.posito, quòd ista esset, in fi.in j.uol.

d Error iustus. Adde Io.Fab.& ibi Ang.Aret.in §.error. Instit.de usuca.& Claud.Aquen.in repe.d.l.Celsus.col.2.uersi.& quis dicatur ff.de usucapio.

✱ Error, Adde plura in materia erroris per Ias.in l.quæ act. nu.9.& seq.ff.de off.procur.cæs.

e Sufficiant.uide Alex.consi.118.2.lib.

f Ignorantem. vide Ang.consi.116.Alex.consi.71. 2.lib.

✱ Ignorantem, Adde Capel. Tolos.q.76.

h Extremitatem. Adde Alex.consi.51.Fran.Aret.consi.63.

✱ Extremitatem, Adde Paris.consi.104.num.92.consi. 107. nu.12.lib.j.& prac.docet Bal. de temp. vtil. & cont. c. 14. num.4.

h Citra. Adde Rom.consi.320.& uide de hac dictione Old. consi.69.

✱ Citra, Adde Bar.in l.Celsus.col.fi.nu.23.& seq.ff.de vsuca. ubi docet prac.capitulandi in hac materia,& vide Alexan. consi.73.nu.6.lib.6.consi.89.col.j.lib.5.Nat.consi. 169.& seq.266.col.fi.Mathes.sing.116.

✱ Et citra, Adde, quid operetur hæc dictio in teste, & uide Rui.consi.5.col.1.in fi.lib.4.Abb.in c.licet causam.colu.3. de proba.ubi docet in prac.capitulandum esse, quòd quis possedit à 40.annis,& citra, uel dicatur per dictum tempus continuè, pro quo vide Alex.consi.108.lib.2. Fel. d. c. licet causam.col.5.& de dictione citra, apposita cum copula, uide ibi Dec. 12. not. & quòd ea dictio in teste probet tempus continuum: not.Bal.in l.indicia, in fi.C.de rei uen. & an possessio uideatur continuata, vide Soc. consil. 59. lib. 4. & Dic, quòd quando aliquid probandum est certo tempore factum: non concludunt testes deponeń per dictionem, uel circa, teste Alex.consi.66.li.7.quid de dictione & plus, seu ultra in teste & vide Bar.in l.cum furti.ff. de in lit.iur.Io.de Imo.consi.105 Masuer.

i Superiori. de hoc dic ut per Old.consi.259.

K Vel uisitatione. vide Rom.consi.264. Cald. consilio 2. de præscrip.

l Rectore suo. Adde ut per Cal.consi.2.titu. de præscrip.

m Hostilitatis.uide Abb.consi.46.& 94.2.lib.

n Limitibus. Intellige sane, quia licèt limes diœcesis non possit præscribi, limen tamen territorij præscribi potest, ut dicit Old.consi.83.

o Naturalis. Si uis scire quando interruptio præscriptionis ciuiliter & naturaliter fiat, uide Fran. Balbum in tracta.p. ęscriptio.in 3.par.6.& ulti.par. prin. in uersic.& primo.

Interruptionis. Adde Cyn.& Ang.& Bal.in l.fi.C.de anna. excep.Ang.& Io.de Imo.in l.si seruus.§.videamus ff.de uerbo.oblig.& Ang.in l.grege.§.fi.ff.de pig.

p Iuri offerendi præscribatur. Adde Bart.& Io. de Imo. in l. pignori.in prin.ff.de usuc.Ang.de Vbal.in l.pignora, uers. ego semper.ff.de pig.Lud.Rom.& Io.de Imo.in l. si finita §.postea autem.ff.de dam.infec.Ang.Aret.in §. actionum, col.29.uersi.aduertas tamen.Instit.de actio.Bal.in c.j. col. j.uersi.not.singulariter, de feu.da.in uim legis commisso. Fran.Curt.Iun.in l.petens.col.3.uersi.notabis etiam.C.de pact.Ant.de But.in c.quoniam frequenter, ad fin.vt lit.non contest. Petr.Pau.Paris.in consi.92.incip.Ang.in consi.nu. 9.10.52.& 53.cum seq.in 3.volum.Mant.in consil. 105.incip.in causa propositæ quæstionis, num.7.& 8. in j. uol. & Mari.Soc.Iun.in consi.145.incip.uiso puncto.num.38. in 1.uol.

✱ Iuri offerendi præscribatur, Adde, quòd iuri offerendi à possessore bonæfidei præscribitur decem annis teste Rip. in Rub.de pig.nu.14.Rol.consi.79.num.7.lib. 1. Affl. decis. 139.Paris.consi.50.lib.1.Por.lib.3.conclusione 32.& secũdum hanc opi.iudicauit excell.Ducalis subalpinorum Senatus Die 18. Decembris 1571. in fauorem Rebuffi à Villafranca, contra scarampum, quæ conclusio limitatur, nisi competat per ius exceptio. quia tunc durat perpetuò secũdum Aym. consil.71.nume. 4. Qui in eadem materia dixit etiam, quod non datur ius offerendi ubi non est hypotheca, consi.298. idem ubi est extincta hypotheca per sententiam, Bal. consi.50.lib.1.consil. 84. lib.3. Tiraq.de retrac. lignag.§.8.glo.7.num.12. Quod autem ius offerendi præscribatur: magis communem dicit Alex.in l.si finita §. Iulianus, not.Bart.d.l.si finita §.postea autem ff.de dam.infec. & in l.pignori rem.ff.de usucap.Didac.resol. lib. i. cap. 9. Quæ concl.fallit quò ad proponendum ex vi exceptionis, quia non præscribitur: sed solummodo iure actionis secundum communem per Balb.de præscrip. 4. par. 5. par. q.2. Qua in materia an iuri offerendi præscribatur uide Por. lib.3.conclusione 32.Osasc decis.115.vbi per creditorem præscribi possit,& tandem post plura ibi nu.7.& seq. concludit pro negatiua, quam tamen declara, ut per eum,& decis.135.ubi quòd præscriptio non inducitur contra ius offerendi, quando est sequela exceptionis, ut in pulchro casu consuluit Aym.d.consi.71.nu.4. quam materiam tractat Aret.in §.actionum autem.colu.31. & seq.inst.de act. quid de iure offerendi post sententiam,& uide Affli. decis. 187. Masuer.

SVMMARIVM.

11 *Exceptio doli quotuplex sit.*
12 *Iuramentum necessarium in quibus causis deferatur per iudicem.*
13 *Iudex an praecise teneatur deferre iuramentum necessarium.*
14 *Duae semiplenae probationes, an unam plenam faciant.*
15 *Iuramentum an deferendum sit, quādo alter suam intentionem per instrumenta uel testes plene probauit, & reus suam defensionem fundat per unum testem, uel aliter probauit semiplene.*
16 *Iuramentum in defectum semiplenae probationis ex parte tam Rei quàm actoris utrique non defertur.*
17 *Reiectus per legem in hoc quòd statur eius iuramento, an teneatur exprimere rationes & causas, quibus ad ita iurandum mouetur.*
18 *Iuramento in litem, quando locus sit.*
19 *Dolus aduersarij, propter quem iuratur in litem probatur per indicia & argumenta.*
20 *Dolus quo tempore interuenire debet, ad hoc ut iuretur in litem.*
21 *Qualitas ex natura rei, super qua iuratur in litem, quare sit attendenda.*
22 *Natura actionis intentata in qua iuratur in litem, quare attendenda sit.*
23 *Actiones arbitrariae quae sint.*
24 *Iuramentum affectionis defertur solùm à iudice, non à parte.*

1 IVRISIVRANDI &c. † Haec exceptio iurisiurandi est eiusdem effectus, cuius est exceptio rei iudicatae, immo dicit lex, quod est maioris auctoritatis, quàm res iudicata, ut l. 2. ff. de iureiu. de qua loquitur l. 1. in prin. & l. fi. in princ. ff. quarum rerum act. non da. cum sim. ibi not. Et habet huiusmodi exceptio ita impedire processum si opponatur ad illum, sicut exceptio rei iudicatae, cùm sit exceptio litis finitae, ut l. 1. ff. de iureiu. & not. per Cyn. in d. l. emptor. C. de praescr. long. temp. & in c. 2. de lit. contest. lib. 6. & per Bart. in l. nam & postea §. si minor. ff. de iureiu.
2 † Pro cuius ^A pleniori notitia sciendum est, quoddam
2 esse iuramentum, quoddam periurium, quoddam simplex mendacium, de quibus tribus plene agitur. 22. q. 1. per totam, cum seq. Item est sciendum, quòd quoddam est iuramentum ueritatis, quoddam credulitatis, quoddam iuramentum affectionis, Iuramentum autem ueritatis subdiuiditur in tres species, nam quoddam est iuramentum litis decisorium, quoddam obligationis introductorium, quoddam uerò alicuius actus confirmatorium. Iuramentum li-
* tis * decisorium in alias tres species subdiuitur, nā quoddam est iuramentum uoluntarium, quoddam iudiciale, quoddam uerò necessarium, ut traditur per Doct. & glos. super rub. ff. & C. de iureiur. & ibi per Cyn. de secunda autem & tertia specie iuramenti, uidelicet introductorij & confirmatorij, unde quod dicam in tit. de emp. & uend. &
3 in tit. de forma iuramenti quod defertur à parte parti. † Videamus ergo, quid sit iuramentū uoluntarium, iudiciale, & necessarium. Et quidem uoluntarium est illud quod defertur à parte parti extra iudicium, ut in l. iusiurandum quod ex conuentione. in prin. de iureiur. Iudiciale autem est illud quod defertur à parte parti in iudicio iudice approbante, ut in l. 1. in fin. & in l. 3. in prin. de iureiur. Necessarium uero est illud, quod per iudicem defertur in supplementum probationum, de quo plene traditur in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. bonae fidei. C. de iureiur. & in c. fi. extra de iureiur. Differunt autem huiusmodi iuramenta inter se multipliciter, ut infra patebit. Est autem iuramentum uolūtarium illud, quod extra iudicium à parte parti defertur, quod non cogitur quis subire, uel praestare, nec etiam deferre. Ideoque uoluntarium sic baptizatur, quia dependet ex arbitrio, & uoluntate partium, ut l. iusiur. quod ex conuentione, in prin. ff. de iureiur. Iudiciale uerò iuramentum secundum aliquos non poterat olim recusari, sed cogebatur quis iurare uel referre, ut in l. manifestae turpitudinis. ff. de iureiur. & l. iurandū & ad pecunias. §. ait praetor. & §. fi. ff. eo. l. delata. C. eo tit. Sed hodie potest recusari, sicut uoluntarium, per l. generaliter. §. finautem. C. de iureiur. Alij autem distinguunt, aut hoc iuramentum iudiciale fuit acceptatum à parte, & tunc etiam hodie, sicut olim, cogitur quis iurare, uel referre, nisi post ipsam acceptationem superuenisset causa legitima recusationis. Aut non fuit acceptatum, & tunc potest recusari hodie per d. §. finautem. licèt olim secus, quam opi. sequitur glo. in d. c. fi. Et ita patet, quod d. l. manifestae. non simpliciter corrigitur, sed solùm limitatur, & terminat. quae opi. hodie est approbata per tex. in d. c. fi. & in c. 2. extra de proba. Alij dicunt, quod d. l. manifestae, limitatur solùm quantum ad causam recusationis; nam debet hodie distingui, aut nulla extat causa legitima recusationis, & tunc cogitur iurare uel referre: aut subest iusta causa recusationis, &
4 tunc non cogitur iurare, nec referre. † Quae autem sint causae legitimae, not. per Bart. in d. l. manifestae, & hanc opin. approbat etiam Cyn. in d. l. naturaliter, & ita possunt intelligi d. cap. fin. & 2. Et not. quòd inter causas legitimas est illa, quando pars cui defertur iuramentum habet suam intentionem fundatam per instrumentum, ut in d. cap. fin. Reperi tamen in aliquibus partibus, d. l. manifestae, esse approbatam per statuta terrarum, & bene; quia maximum est remedium dirimendarum litium iusiuran-
* dum, * unde maiori nititur aequitate, dicere ipsam l. manifestae. correctam non esse. Necessarium autem iuramentum, quod per iudicem tantum defertur, regulariter non recusatur, nisi ex iusta causa, ut in c. fin. in princ. & in §. fin-
5 autem. † Nunquid ergo possit quilibet deferre suo aduersario iuramentum iudiciale, uel uoluntarium? dic sic, quòd principalis persona; sed tutor uel procurator non potest, nisi eo casu, quo de iuribus pupilli; uel adulti aliter probari non potest, ut probatur in l. tutor. in princ. & no. p. gl. in l. iusiur. & ad pecunias. §. procurator. ff. de iurei.
6 † Sed an tutor uel curator, si eis tale iuramentum deferatur, cogatur iurare? distingue inter iuramentum calumniae, ueritatis, & affectionis, ut habetur & not. in d. §. procurator. & in l. uideamus, in princ. & §. primo, ff. de in lit. iur. hodie uerò iure Codicis clarum est secundum aliquos, ipsos non compelli iurare, si non acceptauerint iuramentū ueritatis, quia nec principalis persona ad hoc compellitur, ut dictum est, & potissimum quando esset fundata intentio pupilli uel adulti per instrumenta, ut in d. cap. fin. de iureiur. & cum hac limitatione debet intelligi gloss.
7 quae est in d. l. uideamus. † Alij praeterea inter haec iuramenta sunt diuersi effectus, nam ex iuramento uoluntario uel iudiciali praestito datur ei, qui iurauit, actio & exceptio, ut in l. nam & postea. §. iusiurandum, & l. duobus. in §. exceptio. & §. fin. de iureiur. Ex iuramento autem necessario nulla nascitur actio, nec exceptio, nisi secuta iudicis sententia, ut in d. l. admonendi. & in l. bonae fidei. Alius est etiam effectus, quia iuramentum uoluntarium uel iudiciale si praestitum sit, non reuocatur, ut in l. non erit. §. dato, & l. duobus. §. fin. ff. de iureiuran. & l. quòd si deferente. & l. seq. ff. de dolo. Sed iuramentum necessarium post sententiam retractatur propter instrumenta de nouo reperta, ut in d. l. admonendi. ff. de iureran. & ibi not. Et est ratio differentiae, quia iuramentum uoluntarium & iudiciale habent in se partium consensum: ideoque non reuocantur, ut probatur in d. l. admonendi. in fi. argum. in l. ab eo. C. quom. & quando iudex. qui consensus deficit in iuramento necessario, cùm ipsum praestetur officio iudicis praeter consensum partis. Ideo reuocatur praetextu nouorum instrumentorum etiam post latam sententiam, licèt regulariter sit contra, quando sententia est fundata super alijs probationibus, ut in l. sub specie. C. de re iud. & in l. 1. C. de sent. aduer. fi. la. nisi in causa fiscali, & d. l. 2. & l. imperatores. ff. de re iud. facit ad praedicta
9 quod habetur in l. sub praetextu. C. de transact. † Est ergo bona cautela, quando pars suspicatur se fortasse posse reperire suo tempore instrumenta actionis uel exceptionis

nis suæ, quòd faciat & operetur cum iudice quòd deferat hoc iuramentum ex officio suo parti aduersæ. Pro declaratione autem pleniori huius iuramenti necessarij quærē-
9 dum est de pluribus. † Primò, quando sit deferendum per iudicem. ad quod responde, quòd tunc defertur, quando vel ex parte actoris vel Rei est semiplene probatum, ut in d.c.si in fi.& in c.2.extra de prob.& in d.l.admonēdi, & in l.in bonefidei. Nam si esset plene probatum, non recurreret iudex ad hoc iuramentum, sed in totum absolue-
10 ret uel condemnaret. † Dicitur autem semiplene probatum multipliciter, ut plenè probatur in d.l.admonendi. & in l.in bonæfidei. Primò per priuatam scripturam. Secundò per comparationem literarum. Tertiò per fugam Rei. Quartò per vnum testem omni exceptione maiorem, vt in c.fin.extra de success. ab intesta. quæ omnia plenè declara, quia prolixus esset sermo, ut not. per Bartol. in d.admonendi, & alios Docto.in d. l. in bonæfidei. Addunt quidam & quintum, videlicet per famam, arg.in l.3. §.eiusdem.ff.de testi. Quod autem dicitur de vno teste, intellige in actu illo, in quo duo testes plenam facerent probationem. Nam in alijs actibus, in quibus duo non facerent plenam, nec vnus solus tunc faceret semiplenam probationem, ut patet in testamento { etsi secundum Bartol. ubi supra not. } unde in testamento ad semiplenam probationem requiruntur quatuor testes, & sic dimidia pars testium, quæ requiritur ad plenam probationem, arg. à paritate rationis, quæ est in duobus testibus, ut in l. il-
11 lud. ff.ad leg.aquil. Secundò † principaliter quæritur, cui sit tale iuramentum deferendum, an actori, uel reo? Super qua quæstione variæ & diuersæ sunt gloss. & doct. opin. vt plenè refertur in d.l.in bonæfidei. & l. admonendi. tamen conclusiuè secundum Bart. dicendum est, quòd tribus simul concurrentibus defertur illi, qui probauit semiplenè, siue sit actor, siue reus, videlicet si causa sit modica, si habet perfectam scientiam veritatis, & si est homo legalis & bonæfidei & famæ. Ideo dixi { Si causa est modica } nam in magnis causis non est locus huic iuramento, sed solum attenditur, an sit plene probatum, uel non, arg. Inst. de excu. tuto. §. propter litem. Secundò
* ideo subiungitur { Si habet perfectam * scientiam } quia ignoranti vel dubitanti non defertur, ut not.glo.in d.l. in bonæfidei, pro quo facit l. Marcellus.ff. de rer. amo. Tertiò infertur { Si est homo legalis } quòd ideo dicitur, quia ipse actor uel reus, testis fungitur officio in proprio facto, sicq; debet esse idoneus, non uitiosus, uel suspectus, ut in l.tertia, §. Iulianus. ff.de testi.& l.testium. C. de testibus, quibus concurrentibus defertur iuramentum ei, qui semiplenè probauit, iux. not. vbi supra & per
12 Ioan. Andr.in dicto capitu. fin. † Vlterius quæritur, in quibus casibus deferatur huiusmodi iuramentum per iudicem? Respondeo, quòd regulariter defertur in omnibus causis ciuilibus: in causis autem criminaliter motis non defertur, secus si ciuiliter, ut plenè not. per Barto. in l.maritus. ff. de quæstio. & per glo.in l. tertia. ff. de iureiuran. & in dicta l.in bonæfidei. Item regula fallit in causis famosis, in quibus non defertur tale iuramentum, argu. l. item exigi. ff. de dolo. & l. sciant C. de probat. & in l. prætor edixit, in princip.ff. de iniur. Fallit in causis spiritualibus, ut not.per gloss.in dicta l.tertia, in princ. & per Hostien. in dicto capitu.fina. Item fallit, si causæ sunt magnæ, quæ criminalibus exequantur, argu.l. pro-
* pter litem. Et dicuntur * magnæ, uel paruæ, secundum qualitatem personarum, argu.l. sed & si susceperit §.primo, ff.de iud. cognoscitque hoc, attento præiudicio modico, uel magno, quod speratur ex sententia posse inferri, ut in dicto capit.ex insinuatione, uel si esset quæstio de sola possessione, argu. l.primæ, C. si de mom.
13 poss. † Deinde quæritur, an iudex præcisè teneatur hoc iuramentum deferre, dicunt Cano. in dicto cap. fin. quòd non, sed Legistæ tenent oppositum, per text. in d.l. in bonæfidei, tenetur tamen pars hoc requirere ante con-
* clusionem causæ, & sic seruat consuetudo, * argum. l. tertiæ, §. hoc autem, & quod ibi nota per Bartol. ff. de
14 damno infecto. † Solet ulterius quæri, an duæ semiplenæ probationes faciant unam plenam? dicunt quidam, aut istæ duæ semiplenæ sunt eiusdem generis, puta duo testes, & tunc faciunt unam plenam, argu. in l.ubi numerus. ff. de testi. aut sunt diuersi generis, ut puta unus testis, & confessio partis emissa aduersario absente, & tunc non faciunt unam plenam, argu. l. secundæ, §.fina. ff.de excu. tuto. & ibi per gloss. & in l. spadonem. §. qui plura.eod.titu. C. qui nu. tu. l. prima, Bartol. uerò tenet in d. l.admonendi, quod quando tendunt ad eundem effectum, etiam si sunt diuersi generis, faciunt plenam probationem per text. in capit. fina.de success. ab intest. & in cap.primo, extra de appell. & in cap. ueniens, el primo, de testib. Nec obstant contraria, quia loquuntur in duobus imperfectis tendentibus ad diuersos fines & effectus, hic autem loquimur quando tendunt ad eundem finem & effectum, uidelicet ut iudici constet, & fiat fides de ueritate, quæ ueritas modum percipienda est ex uno genere probationis, sed etiam ex pluribus, ut l.tertia, §.eiusdem.
15 ff. de testi. † Sed circa prædicta quæritur de eo quod quotidie occurrit de facto. Ecce actor suam intentionem plenè probauit per instrumenta vel testes, reus uerò suam defensionem ostendit per unum testem, uel aliter semiplenè probauit, an hoc casu locus esset huic iurамen-
* to? * uidetur quòd sic. quasi per hanc semiplenam probationem detractum sit plenæ probationi actoris, & facta sit semiplena.argumen. l.si vnus §.pactus ne peteret. ff. de pact. Doct. communiter iuris ciuilis sic distinguunt, aut probatio Rei est directe opposita, & contraria probationi actoris, & tunc præualet probatio actoris, nec in aliquo minuitur ex probatione Rei, argum. in l. ob carmen. in fin.ff.de testi.quia plenum extinguit semiplenum, non autem econtra, ut in l.iubemus C. de testa.& l.qui se liti.ff. de petitio. hæredit. & sic hoc casu non defertur hoc iuramentum. Aut probatio rei est diuersa, & non aduersa à probatione actoris. V. G. quia actor probauit se mutuasse per tres testes, reus probauit se soluisse per unum testem, & tunc locus est iuramento, concurrentibus his, de quibus dictum est supra. argumento. l. vulgo. ff. de ad-
* ministratione tutorum. sed de iure canonico * aliter sen
16 titur, ut not.in d.c.fin.extra de iureiuran. † Quid autem, si tam actor quàm reus semiplene probauerit, & sic utriusque probatio esset imperfecta, an erit locus huic iuramento? dicit Bart.quòd non, per tex. in dicta l. prima, C.
17 qui & aduer.quos. † Rursum consueuit dubitari, si lege communi uel municipali cauetur, quòd super aliquo fa-
b cto stetur iuramento [b] partis, an sufficiat simpliciter iurare, sic esse, uel non esse: an debeat, maximè si interrogetur, exprimere causas & rationes, quibus mouetur ad sic iurandum? Dicunt quidam, quòd si de causis interrogetur, debet eas exprimere, exemplo testis, cuius officio nunc fungitur, aliàs non tenet nec ualet iuramentum, arg. l.solam.C. de testi.& not.in l.cum hi §.si prætor.ff.de transac. & in cap.causam quæ, de testi.cum sim. Ad quod bene facit, quod not. idem Bart.in l.Theopompus ff.de dote præl. & per aliquos in l.contra negantem. C. ad l. Aquil. In contrarium videtur dicendum, quia lex non requirit causam exprimi, ergo sufficit sic iurari, ut lex defert, argumen. in l.non erit. §.dato. & l.tertia, in fi. cum l.seq.ff. de iureiuran. Nec obstant contraria, quia negatur ipsum fungi officio testis, immo fungitur officio iudicis, ut l.fin.C. de fideiusso. sic ergo, si iuretur in casu l.si quando. C. unde ui. & l.prima, §. si quis argentum. ff. depos.

cum sim. non requiritur expresio causæ. Et hæc faciunt pro illis publicanis seu pedagiarijs, quibus ex forma suorum capitulorum creditur super inuentionibus, & fraudibus commissis circa eorum pedagia proprio iuramento cum uno teste, uel sine: honestius tamen esset causas exprimere, quam confuse iurare, & multi uadunt sic iurantes ad domum Dyaboli. Superest, ut aliqua pertingamus ad iuramentum affectionis pertinentia, quod à iure ciuili iuramentum in litem appellatur, de qua specie iuramenti loquitur totus tit. C. & ff. de in lit. iuran. Forma autem iurandi in hac specie iuramenti longe differt à præcedentibus, quia hic per iuramentum pars æstimat rem, super qua iuratur, non secundum ueritatem, sed secundum affectionem * quam ad ipsam rem habuerit uel habet, ut
18 infra patebit. † Quæramus ergo, quando locus fit huiusmodi iuramento. dic breuiter, quòd quatuor concurrentibus, defertur huiusmodi iuramentum. Primò si interueniat dolus aduersarij. Secundò qualitas & natura rei ad hoc apta. Tertiò debita qualitas actionis. Quartò habilitas personæ iurantis. Quæ sic declara. dixi enim primò exigi dolum ex parte aduersarij, quod ideo est, quia propter culpam etiam latam non iuratur in litem. * ut in l. secunda & tertia, C. de in litem iuran. Fallit in tutore, contra quem iuratur, ut l. secunda & tertia, C. de in litem
19 iuran. † Qualiter autem dolus probetur, quia in dubio dolus non præsumitur, ut l. quoties §. qui dolo. ff. de proba. Respondetur, quòd de dolo probatur per indicia & argumenta. ut in l dolum. C. de dolo, & l. dolus C. de re-
20 scind. uend. † Sed quo tempore debet interuenisse dolus, ut iuretur? dic breuiter, quòd in actionibus bonæ fidei sufficit, quòd dolus interuenerit tempore contractæ obligationis uel postea, in non obediendo seu satisfaciendo parti, & multò fortius si dolus fuerit commissus in non obediendo iudici, ut l. prima, §. in depositi. ff. depos. & l. tertia, §. in hac. ff. commoda. & l. in actionibus. ff. de in litem iurand. In actionibus autem stricti iuris uel arbitrarijs requiritur dolum esse commissum post sententiam in non parendo iudici, ut l. qui restituere, in fin. ff. de rei uendica. & in l. arbitrio. in princip. & §. primo, de dolo. Ex quibus patet, quòd iudex in huiusmodi arbitrarijs actionibus defert hoc iuramentum post sententiam super re principali latam, ut in d. l. qui restituere, cum sim. quo iuramento præstito feret postea aliam sententiam ipsius iuramenti executoriam, ut l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. Sed in actionibus bonæfidei iudex defert hoc iuramentum lite contestata ante sententiam suam, probato de dolo aduersarij in non parendo ipsi parti, ut in d. dicta l. in actionibus. & l. secunda, ff. de in litem iuran-
21 do. † Secundo casu principaliter dixi, quòd debet attendi qualitas, & natura rei super qua iuratur, quòd ideo dictum est, quia non in omnibus rebus cadit affectio, puta in nummis. l. numis ff. de in litē iurādo. Nisi forte loco speciei cederent. in qua specie fuisset dolus directò commissus, argum. in l. pen. §. primo, ff. ne quis eum qui in ius uo. est. In libro ergo, equo, domo, & sim. in quibus potest
22 cadere affectio, iuratur in litem. Tertiò dixi principaliter, quòd debet attendi qualitas, & natura actionis intentatæ, quod ideo dicitur, quia non in qualibet actione iuratur in litem, sed solum in tribus generibus actionum; uidelicet in actionibus bonæfidei directis, ut in dicta l. in actionibus, & l. tertia, §. in hac. ff. commoda. & l. in deposi. ff. deposi. l. si quis. ff. loca. cum similibus. Secus autem est in contrarijs l. si quis. ff. loca. & l. ei apud quem ff. de posi. Et eodem modo iuratur in actionibus realibus; puta in rei uendicatione, hypothecaria, publiciana, confessoria, & sim. ut d. l. in actionibus, & Instit. de actioni. §. præterea quasdam actiones, & l. si fundus. §. in uenditione. ff. de pignoribus & l. cum qui. §. publiciana. ff. de pub. & l. harum, in fine. ff. si seruit. vend. Item iuratur in actionibus ar-
23 bitrarijs, ut in dicto §. præterea. † Dicuntur autem & appellantur omnes illæ actiones arbitrariæ, in quibus ad iudicis mandatum res petita non restituitur, siue sit actio personalis, siue in rem, siue mixta, ut d. l. qui restituere, & in d. §. præterea, licet glo. in d. l. in actionibus. excipiat plures casus, sed recte considerando secundum Bartol. omnes illi casus comprehenduntur sub hac regula uno excepto, qui habetur in l. prima, ff. ne quis eum qui in ius uoc. est. Dixi ultimò quòd considerari debet habilitas personæ iurantis; quia non omnis iurare potest sed is solus admittitur qui est maior, & dominus, uel loco domini reputatur, puta tutor; ut l. quod uulgò & l. si tutor. ff. de in litem iu-
24 ran. & l. uideamus. eo. tit. † Deinde scias, quòd hoc iuramentum defertur solùm à iudice, non à parte, ut d. l. uideamus. §. deferre. & moderatur, & taxat iudex quantitatem usque ad quam iuretur. quo præstito si noua instrumenta reo producantur, poterit reum absoluere; & in his duobus sapit naturam iuramenti necessarij, ut habetur in d. l. uideamus §. iurare, cum sequen. & l. arbitrio. ff. de dolo. Et adde quæ dixi supra super. 1. lib. in glo. super uer. interesse &c. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Iuramentum litis decisorium, Adde, quæ scribit Nat. cons. 35. lib. 1. ubi quod non potest iuramentum deferri ubi non habet locum relatio. & ibi etiam quæ sit iusta causa recusandi, puta, quia deferens ignoret factum de quo agitur, Nat. d. cons. n. 1. tex. in l. iusiurandū & ad pecunias, in prin. ff. de iureiuran. c. ego his solis 9. distin. uel quando actor onus probandi assumpsit, & non probauit, Nat. d. cons. 35. nu. 3. cui uidetur obstare id quod Aym. scribit cons. 203. nu. 6. tex. d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper. eo. tit. ubi quod iuramentum licet non referatur ut oblatum est: quis tamen cogitur iurare, & totum iudicis arbitr. finitū. est. Inquit ipse, quam opi. uti æquiorem sequi solet excell. Ducalis Taurin. Senatus qua in materia, uide quæ ponit Bar. in l. nam & postea §. sed si damnetur. ff. de iureiur. Ias. & alij in §. item si quis, inst. de actio. & habetur in antiquis Ducal. decretis pag. 38. in nouis uerò c. 26. lib. 3. per auctorem infra for. iuramenti, an autem admittatur appellatio aduersus iuramentum litis decisiuum? Dic quòd sic, ut per plura concludit Osasc. decis. 61. nu. 6. quid si obiiciens exceptionem iusiurandi remissi uel præstiti: ex ea exceptione succumbat, nec plenè ante litis contest. probarit: licet super hoc examinati fuerint testes, nihilominus dic, quòd post litis contest. iterum opponi poterit, testesque rursum examinari & publicari super eadem, teste Mising. Cent. 4. obser. 14. ubi quod exceptio iurisiurandi præstiti uel remissi, siue ante, siue post litem contest. probari potest, quam conclu. latius declara, ut per eum ibi.

Masuer.

* Iusiurandum, Adde, an liceat debitori electa via probationis per testes ad iuramenti delationem confugere, & Dic, ut per Osasc. decis. nonagesimaseptima, post numerū sextū, versi. in contrarium. ubi numero septimo, concludit quem lapso termino ad probandum, & publicato processu, iuramentum parti offerre posse, de qua quæst. vide quæ scribit Dec. in cap. sicut, extra de proba. Rip. in l. admonendi. nume. sexagesimoquinto, ff. de iureiur. Boer. quæst. nonagesimaquinta, Cagnol. in l. secunda, numero ducentesimosexagesimoquarto, C. de pact. inter emp. & uend. Aym. consilio ducentesimoseptimo, & habetur infra. for. iuramenti à parte parti, versi. dicit & protestatur.

Masuer.

Perse-

✱ Perfectam scientiam. Adde, an hæredi competat facultas iurandi,& dic, ut per Ias.in l. 5. §. hoc iudicium. numero quinto & seq. ff. ne quis cum qui in ius voc.ubi distinguit. Masuer.

✱ Magnæ,uel paruę. Adde quæ scribit Viui. inter com. opi lib.3.uer.causa.& quæ dicatur causa minima,uide Ias. in l. imperiū,nu.32.ff.de iur. om. iud. quæ dicatur causa ardua, Ias.in l. 2.§.si quis iudicio,nu.12.& seq.ff.si quis caut.in repe.l.admonendi,nu.272. ff. de iureiur. Masuer.

✱ Consuetudo. Adde, quæ requirantur vt hoc iuramentum suppl.deferri possit,& uide Rob.de ord.iud.c.45.Mising. Cent.1.obser.68.& declarationem ad reg.l. in bonæfidei. C.de reb.cred.& l.admonendi.ff.de iureiur. uide per Ro. consi.91.col.5. nu.10. Masuer.

✱ Huic iuramento. Adde,ꝙ semiplena probatio plenę probationi nihil detrahit, quæ autem sint partes iudicis circa testes contraria deponeñ. uide per Mising. Cent.j. obser. 93. vbi ꝙ tres gradus obseruare debet, primum autoritatem personarum, secundum qualitatem testimoniorum, denique numerum testium,quādo autem imperfectæ probationes coniunguntur ad facieñ. plenam probationem, dic,ut per eundem Cent. secunda, obser.100. Ias in rep.l. admonendi, numero 257. vsque ad.267.ff. de iureiurand. Masuer.

✱ Iure Cano. Adde quæ scribit Osasc.decis.69.num.3. & sequen.si probato debito,quæstio sit de quantitate, quòd stetur iuramento creditoris.

✱ Affectionem. Adde, quod nullum esse iuramentum affectionis sustinet Coras.Miscell.lib.6.c.1.& 2. ubi dicit vnicum esse iuramentum in litem.

✱ Adde cur in actionibus in personam sicut in rem, non iuretur in litem,& uide Coras.Miscell.lib.6.cap.quarto, & quid in actionibus contrariis,& dic,ut per eundem, lib.6. cap.septimo.

a Pro cuius.Adde Rob.Mārā.in tract. de or. iudici in 6. par. ver.iuramentum.nu.1.cum seq.

b Iuramento. Sed quæro circa hanc materiam infra tactam damnorum datorum,quid si mortuus est qui iurare debebat,an hæres poterit iurare de damno? Bal.in l. 3. in prin. ff.de iureiur. tenet quòd non,quia priuilegium probationis sacramenti non transit in hæredem,licet aliæ sic:& in l. 5.ff.de condi.indeb.per tex.not.in l.generaliter.in prin.C. de re.cre.& iur.& ibi per Bal.& facit quod not.in l. Pomponius scribit,si frumentum.§.fi.ff.de rei uen. & per Bart. in l.inter stipulantem.§.si stichum ff.de verb.obl.& ibi per gl.& Bar.in vtroque loco,quod onus declarandi intentionem ambiguam non transit ad hæredes; quia non egredit̄ personam proferētis.Circa istam materiam quæro, dictat statutum ꝙ credatur iuramento domini, siue possessoris, an debeat cōstare de possessione?Spec.ꝙ sic in tit.de prob. §.fi.uersi.sed pone statu.Ioan.And.in c.quoniam, in 7. col. vt lit.non contest.Ang.in l.diuus.ff.de ref.mi.& ibi Bal. & hæc quando statutum requirit aliquid certum pro fundamento, puta dicit, quòd stetur sacramento domini de dāno dato,secus ergo si dicit statutum,quòd in causis dānorum datorum sufficiat iuramentum, quia tunc per iuramentum probabitur dominium & possessio, & quidquid illam causam attingit.Ita Bart.in l.solet. de alimen.& cib. lega.ita Bal.in l.1.C. de rebus creditis, & iureiur. qui ita distinguunt,ut supra,& aliud no.dicit Bal.in l.non erit. §. dato,de iureiur.quòd ubi stari debet iuramento accusatoris de damno dato,quòd reus debet primò respondere. c. ueniens.extra de ref.Spe.in tit.de primo decre.§.restat.uersi.sed quare.& si ex forma statuti debet iurari infra 8. dies iurat post respon.rei;& si iurat post 8.dies,non ualet l.si ea. C.qui accus.nō pos.per Bal.cogita,in primo & secundo dicto Quæro etiam dicit statutum, ꝙ stetur dicto campari, pars verò uidens cāparium falsò accusasse dicit, domine iudex peto rem subiiciatis oculis, quia contrarium apparebit,an audiatur? dic ꝙ sic; quia probatio oculorū inspectione euidentior est aliis quibuscunque. Azo. in rub.ad l. Aquil.Bal.in l.contra negantem.C.ad l.Aqui. & in l. Deo nobis.C.de epis.& cle. i.in rub.C.de proba.ubi dicit ꝙ est optima & superlatiua probationū probatio ipsa ꝑ rei euidentiam,& in d.l.contra negantē, dicit quod aspectus rei derogat cuicunq. generi probationum.& in d.l.Deo, dicit,quòd omnis al.a probatio uincitur si aspectus contrarium testificatur,facit tex.optimus in c.quod ăt interrogasti.17.q.2.l.1.C.de re iudi.per Bal.post Iac.But. & in l. 1. C.si aduer.liberta.quia tunc est notorium,cū sit talis probatio per inspec.oculorum, & est tale notorium quod sine rubore negari non ꝑt,quod non fallit, nec fallere pōt intentionem iudicantis,ita Bal.in d.rub.de prob.& in l.cuius.C.de ap.& licèt statutum diceret stari iuramento damnum passi,& passus damnum iurauerit, tamen re subiecta oculis, si damnum non est datum, iudex iuramento stare non tenetur.no.in l.3.& in l.admonendi.ff.de iureiur.quia pōt reprobari tale iuramentum per Ang. in l. qui restituere.ff.de rei uend.& in l.qui vas.ff.de fur.per gl.Io.And. Io. de Rau.& Ge.in c.2.de tē.or.lib.6.Idem gl.quam all.Bal. in d.l.j.C.de re.cre.& in ca. statutum. super uerbo,iuram̄. de reg.lib.6.ꝑ Bal.in l.si tutor.C.peric.tut. quia debet intelligi statutum,stari iuramento accusatoris,nisi cōtra probaretur,& ideo Bal.in d.l.j.C.de re.iu. videtur dicere etiā ex aliis probationibus,q̄ in speculationibus oculorū, Bal. verò tenet contrarium in d.l.3.alias in l.non erit. §. dato. ff.de iu.all.Ia.de Are.in d.l.j.C si aduer.li.per tex.in d.§.dato,quòd non ꝑt reprobari tale iuramentum ēt si appareat ex euidentia rei contrarium,sed dictum suū ibi ex ꝑmissis non puto uerum.sed Ang.in l.qui bonis.§.qui damni.ff.de dam.infec.vr̄ tenere idē quod Bal.in d.§.dato,dicēs,quòd vbi statutū vult stari iuramento partis,puta de dāno dato iuramento accusatoris,tunc iudex dēt inuestigare,an verè sit iuratū,si reperit non verè iuratū,non tenet̄ stare iuramēto,secus si statutū diceret stari iuramento tertij puta saltuarij, tunc iudex nil aliud inuestigat, quia probatio est sibi plenè facta, sed dānum patiens ex relatione nuncij recurret contra eum,si eam falsam dixerit.alle.Ia.de Are.in l.1. C. si ad.lib.

✱ Iuramento. Adde, quòd stante statuto, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, quòd licèt eo casu cogatur quis stare iuramento, poterit tamen probari contrarium, teste Osasc. decis.61. num.6. de quo statuto, quòd stetur iuramento damnum passi uide quæ scribunt Docto.in l.qui accusare.C.de eden. vbi Bald. num.19.ubi quòd requiritur quòd ille qui iurat sit omni exceptione maior,fac.Bal.in l.in bonæfidei.q.7.C.de reb.cred.Barto. in l.admonendi, col.pen. ff. de iureiur. quid de saltuariis, vel campariis,aut aliis denuntiatoribus,& dic,quòd statur eorum accusationi si prius iurauerint officium bene & legaliter exercere, teste Nat.consil.550.num.8. & seq. Bart. in l.diuus Adrianus.q.3 ff.de custo.reor.Nat.d.consi.nu.9. vbi distinguit inter maleficia leuia,& grauia,quando standū sit talibus denuntiatoribus, declara, ut per eum ibi,& per Aym.consil.196.colum.fin. Catel. uersic. statuto ciuit. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Doli exceptiones speciales & generales quæ sint.*
2 *Doli exceptio generalis. quando sit opponenda.*

1 DOLI exceptione. † Scire debes pro declaratione huius exceptionis, ꝙ quadruplex est exceptio doli, vt no.per Glo.& Docto.in l.qui se debere.ff.de condic.ob causam,una uidelicet quæ datur, quando contractus fuit initus seu factus per dolum, qui nascitur tempore ipsius

contractus, ut in l. eleganter. in prin. ff. de doli. excep. Alia est, quæ datur in locum non numeratæ pecuniæ, & hæc nascitur tempore quo agitur, ut l. 2. §. circa. uer. proinde. ff. de do. excep. Tertia, quæ datur in locum pacti uel iusiurandi, ut d. l. 2. §. item quæritur. ff. de do. excep. Quarta est illa, q̃ facti est uel intentionis, nil iuris in se continens, ut v. g. quando nullam habet actionem, & de facto tantum agit, & contra eum reus de facto excipit; de qua loquitur text. in d. l. qui se debere. Est & quinta species generalis, quæ datur in locum cuiuscunque alterius exceptionis, & pro quacunque exceptione. de qua loquitur text. in d. l. 2. §. generaliter, & not. per gl. in l. si ex cautione. C. de non nume.
2 pecu. † Consilium ergo bonum est, quòd vbi dubitatur de certa specie exceptionis, quòd semper opponatur hæc generalis exceptio doli, quæ sufficit ꝑ omnibus, & in processu liquidare de certa specie exceptionis, puta uel solutionis, uel pacti, uel iusiurandi, aut præscriptionis, & sim. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones peremptoriæ opponuntur ad duplicem effectum, aut ad impediendum processum, aut ad merita causæ.*
2 *Exceptiones, quæ opponuntur ad impediendum processum, quot sint.*
3 *Exceptio omnis impedit processum, qua proponitur ius actoris non esse.*
4 *Exceptiones oppositæ ad impediendum processum, statim probari debent.*
5 *Lata sententia contra exceptionem oppositam ad impediendum processum, an reus in alio iudicio per modum agendi possit ius suum proponere.*
6 *Exceptiones impedientes litis processum quæ non tangunt merita causæ, quænam sint.*

1 QVO ad impediendum * processum † Sciendum est pro huius euidentia, quòd sunt aliquę exceptiones peremptoriæ, quæ possunt proponi ad duplicem finé seu effectum, uidelicet ad impediendum processum, & ad merita causæ, & si opponantur ad impediendũ processum, debent opponi ante litem contestatam, & in hoc sapiunt naturam dilatoriarum. Si uerò opponantur ad merita causæ, debent proponi post lit. contesta. sicut aliæ peremptoriæ; prout plenè traditur per glo. in l. exceptionem. C. de prob. & l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse. & aduerte ne decipiaris, quia alia est forma opponendi ad processum, alia uerò opponendi ad merita. Qui enim opponit ad processum, utatur forma de qua hic, uel dicat {non potest procedi obstante exceptione tali} vel {non potest agi, quia sine actione nemo experitur.} Secus si diceret {tu nõ foues iustitiam} vel si dicat simpliciter {peto me absolui, quia præscriptum est, uel factum pactum de non petendo, & similia} quia tunc uideretur exceptio opponi ad meri-
2 ta causæ, ut no. Bar. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. † Sunt autem secundùm aliquos numero quatuor illæ peremptoriæ exceptiones, quæ possunt opponi ad processum, uidelicet exceptio transactionis, iusiurandi, rei iudicatę, & pręscriptionis, ut hodie est decisum in c. 1. extra de lit. contest. lib. 6. licèt de pręscriptione esset olim dubitatio, ut de his plenè no. per Bar. in l. nam & postea, in prin. ff. de iureiu. & Iac. But. in l. omnes. C. de pręscr. 30. ann. & l. emptor. C. de pręscr. lon. temp. facit quod habetur in l. post rem iud. ff. de re iud. & in l. eleganter. § si quis post ff. de condi. indeb.
3 † Sed & amplius secundum Barto. dici potest, quòd omnis exceptio, per quam proponitur, ius deficere ipsi actori, habeat processum impedire. v. g. exceptio solutionis, & acceptilationis; qua scribitur, ꝙ sine actione nemo experitur, ut in l. si pupilli. §. uideamus. ff. de nego. gest. & in l. quoties. §. item si temporali ff. de admi. tut. Et sit ratio prędictorum; quia istę exceptiones sunt repertę causa dirimendarum litium, ut in l. fratris. C. de transact. & in l. prima, ff. de re iud. l. 1. ff. pro suo. Ideoque litis prosecutionem im-
4 pediunt, argu. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. † Et hoc uerum si tales exceptiones possunt incontinenti probari, alias autem si requirerent altiorem indaginem, non impedirent processum, sed reseruarentur post lit. contest.
5 vt ipse Barto. no. in d. l. cum quærebatur. † Sed quid si opposita exceptione fuerit super ea contra eum lata sententia, an in alio iudicio per modum agendi poterit ipse reus
* iterum ius suũ * proponere? videtur quòd sic per ea quæ habetur, & no. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iu. In contrarium determinat Inno. in c. super spoliatione. de
6 ord. cog. & Bar. in l. duob. ff. de exce. rei iud. † Denique notandum, quòd aliæ sunt exceptiones impedientes processum, quæ non tangunt merita causæ; ut est exceptio iudicis incompetentis, falsi procuratoris, litis pendentiæ, & quædam aliæ declaratoriæ iudicij, de quibus extra de or. cog. per totum, & C. de ord. iud. per totum.

A D D I T I O.

* Proponere. Adde Bal. in l. sed & si ff. de excep. Rip. in §. nihil commune, nu. 35. ff. de acq. poss. Alex. consil. 66. libr. 5. Dec. cons. 96. Masuer.
* Sine actione. Adde, quòd carens actione repellẽdus est à limine iudicij, quinimo boni iudicis est ex officio illum repellere cui non competit ius agendi suaque nõ interest, Alc. & Ias. in l. ubi pactum, nu. 10. & seq. C. de trans. Socy. consi. 255. lib. 2. Ale. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dã. infect. Fel. in c. ad aures, de præscrip. Boer. q. 171. num. 21. nu. 22. imò non etiam admittitur ad agendum is cuius nihil interest, l. ille à quo §. si de testamento. ff. ad Treb. Rol. consi. 58. nu. 79. lib. 3. cuius exceptionis materiã declarat Ias. in l. si quempiam §. illud ff. si quis caut. ubi ponit reg. cum fall. in l. 2. §. item si in facto, nu. 12. ff. de uerbo. oblig. Masuer.
* Quo ad impediendum processum. Adde, quæ dicantur exceptiones requirendum altiorem indaginem, & quomodo ac quo casu procedant, & vide Arez. in §. in bonæfidei, colum. 2. num. 5. inst. de act. Cepol. cautel. 85. Cur. Iu. in l. ubi pactum, col. 6. circa med. C. de trans. Ias. in l. interpositas col. 2. cir. fi. eod. tit. ubi docent pract. opponendi, & quid probare sufficiat, quibus adde Dec. in l. age. nu. 7. eo. tit. vbi plura docet notab. & de exceptionibus de quibus cognoscetur prius quàm de actionibus, uide Nat. consil. 138. col. 3. & qualiter ac quomodo exceptiones opponi debeant, eundem cons. 153. col. fi. cons. 252. nu. 5. consil. 70. colu. 2. 152. & seq. & quando iudex compellere possit reum ad declarandam exceptionem generalé, scribit Dec. d. l. age. nu. 7. C. de trãs. Doct. ad Dyn. in eo. exceptionem dę reg. iur. & quòd exceptio tua non interest, etiam post litem contest. opponi possit, not. doct. secundũ communem & ueriorem sententiam ad Dec. consil. 302. quid de exceptione intentionis, uel facti, & uide Ias. in l. qui se debere ff. de cond. caus. dat. col. 2. & quòd omissio ordinis iudiciarij non attendatur si de meritis constet, not. Mising. Centuria 4. obseruatione 62. qua de re uide Guid. Pap. q. 369. vbi refert in curia delphinali non reddi processus nullos defectu litis contestationis, sed in omnibus prædictis est aduertendum, quòd probatio dubia exceptionis non releuat, ca. in præsentia, de proba. cum simil. not. per Mathes. sing. 170. circa med. vbi ponit exempla notab. quid de exceptione habente dubium iuris, & ꝙ illa requirat altiorem indaginem scribit Neuiz. consil. 55. num. 4. & 5. quid quando iudex uidet, & ei liquidò constat de exceptione non opposita, an de ea rationem habere debeat, & dic, ꝙ sic secundum Afflict. decis. 16. nu. 5. Quarum exceptionum materiam latius prosequitur Aret. inst. de excep. à princ. col. 21. & seq. Cagnol. in l. nemo ex his, de reg. iur. Rebuff. declaratione arb. excep. Rob. de ord. iud. de excep. 9. membro. iud. mihi c. 36. Docto. ad prac. Bonaccurs. ferè ꝑ totã quib. omnib. adde, ꝙ excipiens ita tenei ꝓbare suã excep.

Lin

l. in exceptionib.ff.de prob.sicut actor suã intentionẽ l. q accusare C.de eden.l ei q.ff. de prob.nã excipiẽdo censet agere quo ad exceptionem,l.prima.ff.de exce.Rol.consil. 28.num.32.lib.1.cons.100.nu.25.libr.2.Paris.consi.45.in princip.lib.1.Pro cuius materiæ pleniori intelligentia,ac pract.uide Dec.d.l.age,nu.7.C.de transac.Nat.cons.152. & seq.Ias.d.l.interpositas,col.2.cir.fi.pulchrè.Bar. in l. cũ querebatur,colum. 2.in fin. ff. iud.sol. Aret.inst.de excep. col.24.cir.fin.& col.seq & q exceptio generalis obscura, & dubia non releuet excipieñ. not.Bar.in l.Titio textores de leg.1.in l.1.colu.3.de exce.Nat.d.cons.152.colum.2. no.5.ubi inter alia,q exceptio quæ se habet ad illud,& ad contrarium non ualet, nisi in specie exprimatur melius idem d.cons.70.col.1.nu.2.ubi inter alia,q apertè,& clarè opponi debet exceptio, sicut actio, alias reus succumbet, accedit, q quando exceptio aliqua opponitur ante litis contestationem,quæ tamen merita causæ respiciat,ea nunquam est examinanda neque probanda ante litis contestationem,sed post,per tex.in ca.1. de litis contesta. lib.6. ita concludit Mising.Centu.1.obseruat.24.vbi q opposita tali exceptione, solet camera ea non obstante litis contestationẽ partibus imponere, ea exceptione semper salua, & aliis defensionibus post acceptum iudicium proponendis, quod vr conforme Ducal. decretis patriæ subalpinę, li.3. c.8. quorum dispositione per oppositionem talium exceptionum non retardatur causa circa merita, neque in eis supersedetur, qua de re aliqua tangit Alex. cons.137.colu.4.post med.lib.2. & dic, q licèt quis multas peremptorias exceptiones simul opposuerit: sufficit vnam probare quæ sit sufficiens ad uictoriam causæ secundum Ias.qui latius declarat in l.interpositas.nu.6.C.de trans. Maluer.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptionis expensarum,quæ sit natura.*
2 *Bonæfidei possessor si cadat à possessione, an in modum agendi poterit sumptus repetere.*
3 *Possessor si tradidit possessionem rei bona fide nulla facta retentione impensarum, poterit per certi condictionem possessionem repetere.*

1 EXCEPTIONEM expẽsarum. † Hæc exceptio nititur æquitate,sicque huic bonæfidei possessori tales expensæ sunt restituendæ, antequam compellatur rem restituere,ut l.in hoc iudicio.ff.com.diui.l.si in area.C. de rei uend.ic facit 9.c um quis,& quod ibi no.Instit.de re. di. tenetur tamen hic bonæfidei possessor fructus ex re perceptos cum sumptibus compensare;quod est notabile,ut traditur in l.sumptibus,& l.emptor.ff de rei uendi.& no. per
2 gl.in in l.fundo.ff.de rei uend. † Quid autem si hic bonæfidei possessor cadat à possessione, an in modum agendi poterit hos sumptus repetere? multiplex est opinio, dic plenè ut per Cyn.in l.domum.C.de rei uend.& Instĩ.de rer. diui.§.ex diuerso, & d.l.in fundo. Conclusiuè autem distingue, Aut talis impensa est facta animo obligandi dominũ rei,ut faciunt isti cõductores, procuratores, negociorum gestores, & similes; & tunc potest repeti per actionẽ neg. gest.ut l.si pupilli.§.sed & si quis,& l.Pompon.& l.fi. & l. sed an ultro.§.1.ff.de nego.gest. Aut fuit facta animo nullum sibi obligandi,sed eius proprium negocium gerendi, credens se teneri domino rei, & tunc,aut hæc impensa est talis ad quam dominus rei non poterat compelli,ut in faciendo nouam cameram, & si. & tunc non competit pro tali impensa actio, sed sola retentio, ut in d.l. in hoc iudicio,& l.si in area.ff.de cond.inde. Aut est talis impensa, ad quam poterat compelli,ut in funere defuncti; & tunc cõpetit p o e tam actio quàm exceptio,ut in l. at si quis. ff.
3 de reli.& sum.fune. † Auerte tamen vnum singulare, q si possessor tradidit possessionem rei bonafide nulla facta retentione impensarum, poterit per certi condictionem ipsam possessionem auocare,quasi indebitam,& inde expensas factas pe. exceptionem reseruare, ut pbatur in l. quod si nulla,ff.de lega.1.& ibi per Dyn.& optimè facit.l.hæres cum debuerat,cum ibi not. ff. ad Treb.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ sit utilitas istius generalis reseruationis.*
2 *Exceptio quælibet peremptoria admittitur vsque ad sententiam.*
3 *Exceptionum quot species sint.*
4 *Dilatoriæ quot sint.*
5 *Exceptio dimissionis,an sit dilatoria uel peremptoria.*
6 *Exceptio peremptoria quando opponatur.*
7 *Peremptoria exceptio quando probari possit.*
8 *Litis contestatio non inducitur post oppositionem peremptoriæ.*
9 *Objiciens exceptionem an uideatur confiteri intentionem actoris.*
10 *Cum dico me soluisse, uideor fateri me obligatum fuisse.*
11 *Intentio actoris agentis pro credito pure, an fundata sit reo respondente deberi sub conditione.*
12 *Exceptiones plures contrariæ, an simul proponi possint.*
13 *Lata sententia pro pretio contra emptorem re nondũ tradita à venditore,competit adhuc actio pro re ipsi emptori.*
14 *Exceptio competens reo principali,an porrigatur ad eius fideiussorem.*
15 *Exceptio competens actori,an competat eius successori.*
16 *Exceptio compensationis, an obstet successori.*
17 *Exceptionibus quibuslibet an possit renunciari.*

1 SALVIS aliis exceptionibus. † Ista generalis reseruatio, nisi aliæ exceptiones specialiter nominentur, parum prodest,ut no.per gl.in c.quoniam contra falsam, extra de proba. licèt sit utilius hanc clausulam exprimere quàm tacere,ut tangitur in text.& gl.in c. exposuit. extra
2 de dilatio. † Vnde pro latiori harum exceptionum doctrina,sciendum est,quòd quælibet exceptio peremptoria admittitur vsque ad sententiam,ut l.peremptorias.C. senten.rescin.non pos.cum sim.secus in declinatoria,quæ regulariter ante lit.contesta proponenda est,ut in l.fin.C.de exce.& l.ita demum.C.de procur.& l.non ignorat. C. qui accũ.non pos.& l.sed & si susceperit.in prin. & ibi not. de iudi.facit quod habetur in c.pastoralis extra de exce. & in l. exceptionem.C.de proba.& ibi per Cyn. Nisi fuisset quis ignorans talem exceptionem sibi competere; quia tunc post sententiam audiretur,ut l.fin.C. si à non compe. iudi. & l.licet.C.de procurato.& l.non idcirco,in fin.ff.de iud.
3 & not.in d.l.exceptionem. † Deinde sciendum est, quòd exceptionum alia est dilatoria, alia peremptoria, & alia anomala. Peremptoria quidem exceptio est illa,quæ ius actoris perimit,& confundit. cuius exempla sunt uaria,ut exceptio iusiurandi, rei iudicatæ transactionis, pacti de non petendo,solutionis,& si. vt Instit.de exceptio.§.1. &
4 §.appellantur. † Dilatoriæ sunt duplices, nam quædam sunt dilatoriæ iudicij,quæ declinatoriæ appellantur, quædam sunt dilatoriæ solutionis. Dilatoriæ seu declinatoriæ iudicij sunt, per quas euitatur persona uel iudicium, vt patet in exceptione quæ opponitur contra rescriptum, de qua in l præscriptione. C. si contra ius uel utilita. publi.cum si. Item exceptio iudicis incompetentis, uel suspecti. Item exceptio feriarum,loci non tuti, falsi procuratoris,& personæ minoris,uel non legitimæ ætatis stare in iudicio,& aliæ plures,ut ff.de excep.l.2. in fi. Idem est in exceptione spoliationis, de qua in c.cum dilectus, extra de ord.cognitio. Dilatoriæ autem solutionis sunt,pactum de non petendo ad tempus, uel si obligatio sit in diem concepta,& agatur ante diem,ut in d.l.3. §.1.& institut.de excep. §. temporales, quæ exceptiones opponi debent ante lit.contesta.ut plenè not.in cap. exceptiones. extra de exceptio. Anomalæ uerò sunt illæ, quæ nec sunt simpliciter perẽptoriæ, nec simpliciter dilatoriæ sed secundum quid participãt aliquando de utroque, ut patet in exceptione, ne quis conueniat nisi quatenus facere posit,de qua tradit in l.sunt qui.& l.seq.ff. de re iud. & hoc secundum Gof. in

sum.extra de excep. Sed gloss.in d.l.tertia, in fin. de exce-
ptio.dicit hanc exceptionem esse dilatoriam,quam opin.
etiam sequitur gl.Inst.de exce.§.appellantur. Item patet in
exceptione nō numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis
secundum Gof. ubi supra. Gloss.uerò in d.§.appellantur,
tenet quod utraque est peremptoria quò ad onus proban-
di,licèt quò ad alia sit dilatoria, primam opi. tenet Dy. ut
refert Cyn.in d.l.exceptionem.C. de probat.Item est ano-
mala omnis exceptio,per quam ostenditur iudicium retro
fuisse nullum,secundum Gof. cū huiusmodi exceptio pos-
sit opponi in quacunque parte litis ante sententiam, & ét
post,ut not.per glo.in d.§.appellantur.& infra dicam. Ité
est anomala exceptio competens fideiussori, ut prius con-
ueniatur principalis quàm ipse,vt no.per glo. in d.l. 3. li-
cet Pe.dicat ipsam esse dilatoriam,ut refert Cy.in d.l.exce
5 ptionem. † Sed quid dices de exceptione diuisionis,qua
vti solent inter se fideiussores, mandatores & constituto-
res? vt traditur in l.fi.C.de constit.pe.& l.inter fideiussores
ff.de fideiuss.cum si. Dicunt quidam ꝙ est dilatoria, alij ꝙ
est peremptoria,quorum opinio sequitur glo.in l. fideius-
sor.C.de fideius.& Dyn.in l. si dubitetur. ff. de fideiusso. &
Cy.in d.l.exceptionem. Idem est in excussione competen
te possessori rei obligatæ contra creditorem,ut prius con-
ueniatur debitor,& eius bona excutiantur, ut no. per glo.
in d.l.3. ff. de excep. Aliqui tamen dicunt eam perempto-
riam inspecto quod euenire potest.argu.in l.sufficit. ff. de
6 cond. inde. † Rursum quæritur, quando opponi debeat
hæc exceptio peremptoria? dic breuiter,quòd regulariter
opponitur lite contest.& probatur ante sententiam, ut in
d.l.exceptionem,& l.peremptorias. licèt in certis casibus
ad impediendum processum opponi posit ante litē con-
testatam, & in aliquibus casibus etiam post sententiam, ut
no.Gof.ubi supra,& no.per glo.in l. 1.C.de iu.& fa.igno-
ran.& in d.§.appellantur.& in l.tametsi ff.ad Macedonia.
7 † Potest autem hæc exceptio peremptoria probari per
testes, etiam post publicationem testium actoris, quando
exceptio non est directe contraria intentioni & actioni
agentis; ut exceptio pacti de non petendo, uel solutionis,
& similes; secus si esset directò contraria,ut no.in l.p hanc
ff.de temp.ap.& ibi per Cy.& in auth.qui semel.C.de pro-
ba.& in cap.fraternitatis.extra de test. Et no. quòd nō suf-
ficit oretenus uel allegationibus iuris has exceptiones op
ponere,sed apud acta sunt inscribendæ, ut in c. quoniam
contra falsam,extra de proba.cum similibus.nisi exceptio
esset ipsi obligationi uel actioni à suo principio annexa;
vt si obligatio fuit contracta in diem,uel sub conditione,
8 ut no.per Bar.in l.eum qui.ff.de uerb. obl. † Item quæri-
tur,an per obiectum exceptionis peremptoriæ inducatur
* * litis contestatio? dic hodie decisum esse quòd non,licet
olim esset dubitatio,ut traditur in c.fi.de lit.contest.lib.6.
9 † Amplius quæritur de quæstione antiqua, an exceptio-
a nem obiiciens uideatur de intentione actoris [a] confite-
ri,de qua quæstione plenè tāgitur per Cy.in d.l.exceptio-
nem.& in l.si quidem.C.de exc.& per DY.& Ioan. And. in
regula exceptionem.& c nullus pluribus,de reg.iu.libr.6.
& per alios Doct.in l.non utique.ff.de excep. Ad cuius so-
lutionem sic breuiter distingue. Aut exceptio,quæ propo-
nitur, abnegat directò ius & factum in libello deductum.
v.g. proponit actor se numerasse pecuniam,uel deposuis-
se; & si reus excipit nullam pecuniam fuisse numeratam;
vel depositam. & tunc manifestum est ex hoc reum non
præsumi quicquam fateri de intentione actoris, nec fun-
dari in aliquo ius actoris, immo durius aggrauari in pro-
batione fienda,ut l.ei qui dicit.ff.de proba.& l. qui accusa
re.C.de eden.& in l.actor.C.de proba. Aut exceptio, quæ
proponitur, non abnegat directò ius & factum in libello
propositum, sed simpliciter abnegat ius ex facto descen-
dens actori competere.v.g.quia excepit se soluisse, & per
consequens ius debiti extinctum esse,uel dicit præscripsis-
se,uel pactum de non petendo factum esse, & si. & dicunt
tunc etiam quidam hoc casu non fundari ius actoris, nec
videri eum de eius intentione aliquid confiteri. Et sic ra-
tio secundum eos, quia actus tendens ad perimendum ius
aliquod non debet eius contrarium operari, ut l. cum ta-
le.§.fi.ff.de condi.& dem.nec debet nec solet eadem dispo
sitio contrarios inducere,nec parere effectus,ut l. qui ho-
minē.§.fi.ff.de sol.& l.cum is §.1.ff.de cond.ind. quod eue
niret, si diceremus quòd eadem exceptio induceret pro-
bationem in actore, & defensionem in reo; & hanc opin.
tenet esse ueram de iure Ioan.An. in d.c. exceptionē lib.6.
Idem est in exceptione compensationis. vt no.in d.c. cum
venera.extra de exce.Alij vero,ut Dy.& And.de Pis.sic di-
stinguunt in hoc art. aut hæc exceptio opponitur conditio
naliter,aut purè.si conditionaliter.v.g. dico te non depo-
suisse,uel nunquam numerasse, & inquātum hoc appareat
dico me soluisse,uel præscriptum esse, aut pactum factum
fore de non petendo,& hoc casu procedit dicta regula. l.
non utique,& l. si quidem.C. de excep. & hic modus exci-
piendi est tutior, & in communi practica. Aut opponitur
purè.v.g. dico me soluisse, & similia, & tunc uidetur reus
confiteri intentionem actoris, & in ipsum reum transfer-
tur onus probandi suam exceptionē. Et sit ratio,quia vbi-
cunque ad positionem vnius,sequitur necessariò ad ipsum
aliud antecedens, tunc confitendo consequens uideor po-
nere & fateri eius antecedens,ut l.illud,& l.nec is.ff.de ac-
quir. hær. quia priuatio præsupponit habitum, ut in l. 10.
de uerb.obli.& in l.manumissiones ff.de iust.& iu.ideo di-
cendo me soluisse,& sic solutione liberatum esse, uideor
10 includere & fateri me antea obligatum fuisse.† Sed dicet
forte quis,non sequitur hoc de necessitate,quia potuit sol
uisse indebitè,ut in to.ti.ff.de cond.inde. Sed respondetur,
quod non præsumitur,ut in l. cum de indebito,in fin. ff. de
11 proba. † Sed circa præmissa quæritur, quid si actor pro-
ponat sibi 10. deberi purè, reus autem dicat se dare debe-
re sub conditione,an sit fundata intentio actoris sic, quòd
onus probandi conditionem incumbat ipsi reo? Ista quæ-
stio pendet ex his quæ proxime dicta sunt,& Cyn.disputat
eam in d.l.exceptionem, de prob. & tangitur per glo. in l.
si quidem,& per ipsum Cy.in l.1.C.de confes.glo. commu
niter dicunt,quòd est fundata intentio actoris. Pe. uerò di
cit oppositum, ut ibi refert Cy. quia cùm sit vna & eadem
dipositio,non potest pro parte approbari,& pro parte re-
probari,ar.in l.si ita stipulatio,in fi.ff.de ope. lib. & l. nam
absurdum.ff.de bon.lib.de quo uide Dy.& Ioan.And.in d.
reg.exceptionem,& per Bar.in l.decem ff.de uerb. obl. &
per eundem in l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de libe.lega.&
per Cy.in l.2.C.de do.ant.nup. & per eundem Barto. in l.
12 non utique ff.de excep. † An autem posint simul propo-
ni plures exceptiones contrariæ? dic ut plenè not. per ip-
sum Bar.in l.nemo.ff.de exce.& per Dyn.& Ioan. And. ubi
13 supra,& latius in c.nullus pluribus.extra de reg. li.6. † In
de quæritur de alio. Ecce Titius re uendita Sempronio,
licèt nondum tradita agit contra eum ad pretium, & lata
est sententia contra ipsum Semponium,in cuius sententiæ
executione ipse Sempronius excipit de re sibi non tradi-
ta,quæritur an sit audiendus? Dicunt quidam quòd non,
quia talis exceptio, cùm sit peremptoria, opponi debuit
ante sententiam,ut d.l.peremptorias,cum sim.Alij dicunt
contra, & uerius; quia ipsi Semronio competit actio, ut
l.emptorem,in princip.& l.Iulianus.§. offerri. ff. de actio.
emp.cum sim.ergo magis exceptio,ut l. 1.§.cui damus. ff.
de superfic.quia de hoc iure non fuit prius cognitum, neo
decisum,ut in l.duobus,& l.pe.§.fi.ff.de excep.rei iudic.fa-
cit.l.ex parte,in princi.ff.famil.ercis.& l.fundus. C. de re-
scind.uend.& l.si duo patroni.§.pen. & §. antepe. de iure-
14 iuran. † Insuper quæritur,an exceptio quæ competit reo
b principali,porrigatur ad eius fideiussorē? [b] distingue,aut
est exceptio cohærens personæ, & illa non porrigitur ad
fideiussorem:aut cohæret rei,& tunc sic,ut l.ex persona.ff.
de fideius.& l.exceptiones quæ personæ.ff.de exce. cum si.
ibi

ibi no.& eodem modo exceptio competens fideiussori porrigitur ad reum principalem, ut l. fideiussorem. ff. de pact. cum ibi not. attamen exceptio quæ competit vni fideiussori, ad eius confideiussorem non porrigitur, nisi per indirectum mediante persona principali, ut l. amissi. §. primo,
35 ff. de fideiusso. & no. per glo. in d. l. exceptionem. † Item quæritur, an exceptio quæ competit actori, competat & eius successori? Dyn. in regula is qui in ius, sic distinguit, aut est successor vniuersalis, ut hæres, uel bonorum possessor, & tunc dic quòd omne ius tam agendi quam excipiendi, quod competebat defuncto, uel contra eum acti-
* uè uel passiuè, transit in huiusmodi * successorem, ut in d. reg. & l. cum hæredes, & l. 4. alias quicquid. ff. de acq. pos. & in l. hæres in omnem ius. ff. de acq. hær. aut est successor singularis, ut legatarius, emptor, cessionarius, donatarius rei singularis, & similes, & tunc subdistingue. aut est ius cohærens rei siue reale, aut personæ siue personale. Primo casu transit actiuè uel passiuè in singularem successorem, ut l. dolia. §. eum qui ff. de contrahen. emp. & l. etiam si rem. ff. de iureiu. & l. in hoc iudicium. §. si inter socios. ff. com. di. & in l. idemque. §. si. ff. pro so. l. emptori. ff. de hære di. uend. l. si. in prin. ff. de exce. rei iu. & l. si à te, & l. si exceptio, & l. si mater. §. idem Iul. & ff. de pig. l. si superatus, in si. cum si. ubi āt est personale, siue cohæres psonæ tunc aut est ius mere & strictè psonale, aut nō merè, sed simpliciter; aut personale in rē scriptū. Primo casu tale ius finit cū persona, nec transit in alium, nisi mediante cessione, ut l. quis ergo casus, in fin. ff. de pecu. & in l. omnes āt. §. si hæres. ff. vsufru. quēadm. ca. & ff. de contrahen. emp. l. quod sæpe. §. si res. ff. de eden. l. quædam §. is autem. & ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. ff. de act. & ob. l. eum. ff. de ædil. edi. l. sciendū. §. deinde. ff. de pecu. leg. l. peculio. ff. de uerb. sig. l. sciendum. §. si. Vbi aūt est personale simpliciter, tunc considera, aut enim successor singularis habet titulum lucratiuum, aut onerosum: si lucratiuum uel quasi, transit in eum; si onerosum, tunc aut vult uti accessione ex persona sui auctoris, & tūc transit in eum, aut non vult uti illius accessione ex persona, sed vult uti iure suo tantùm, & tunc non transit in eum, vt hæc probantur. ff. de excep. l. si rem legatam, & ff. de dol. exce. l. apud Celsum. §. de auctore, & in §. si cum legitima. & in §. si quidam. Tertio aūt casu, qñ est ius personale in rē scriptum, tunc transit actiuè & passiuè in singularem successorem, sine aliqua cessione; vt l. si tertius. §. si quis prius ff. de aqua plu. ar. & de itin. actuque priua. l. appareret. §. 1. ff. de aqua plu. arc. l. emptor, & l. post uenditionem. ff. quor. lega. l. 1. §. illud. Cætera āt dic, ut plenè no. per Dy. in d. regula, & l. priuilegia. ff. de reg. iur. Et ex his determinatur secundum Dy. ꝙ si quæratur, an exceptio excōicationis obstet successori, nā debet subdistingui modo quo supra, aut
36 successor habet titulum lucratiuū, aut onerosum. † Quid āt erit in exceptione compensationis, an obstet successori? Dyn. dicit ꝙ sic, cum hæc exceptio rei potius cohæreat, ꝙ personæ, quod patet, quia transit ad fideiussorem, ut l. si quis. ff. de compen. pro qua opi. facit tex. in l. si. ff. de excep. rei uen. & ff. communi diui. l. in hoc iudicio. §. si inter socios, & d. l. idemque. §. Seio. ff. pro so. quam opi. tenet Guli. de Cun. in l. si quis in rem suam. ff. de procu. & ibi per Glo. & Doct. & eam sequitur Albertus in tit. de excep. & in tit. de procur. in rem suam. versi. sed nunquid, & Spe. in tit. de procu. §. sequitur. uer. sed nunquid contra procu. & Cy. in
37 l. eius. C. de compen. † Vltimò quæritur, an prædictis exceptionibus & aliis sim. possit renunciari? quod est utile scire propter statuta terrarum, consuetudines, & quotidianas renunciationes, quæ fiunt quotidie in instrumentis. in qua quæstione Doc. uario modo se habent, nam Cyn. vno modo distinguit, in l. si quis in conscribēdo. C. de pact. Iac. de Belu. aliter distinguit in Authent. vt sine prohi. ma. de bi. & credi. coll. 7. & ibi no. per glo. Alij alio modo tradūt in l. ius publicum. ff. de pact. Sed aduerte, quædam sunt iura expressè prohibentia aliquid fieri, & istis non potest renunciari, ut l. 1. C. ne fide. do. den. & ibi not. per Cyn. & glo. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. & l. 1. C. qui bon. ce. poss. Quædam sunt iura requirentia certam formam in aliquo actu perficiendo, ut patet in testamento, & sim. & istis etiā non potest renunciari, ut l. nemo potest. & ibi not. ff. de lega. 1. Quædam sunt iura, quæ simpliciter disponunt, & in his potest distingui, nam aut respiciunt publicam utilitatem principaliter, & secundariò priuatam: aut econtra respiciunt principaliter priuatam, & secundariò publicam: aut principaliter & secundariò priuatam. Primo casu non tenet renunciatio, ut in l. ius publicum. ff. de pact. & in l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. & l. 1. & 2. C. sine cen. vel reli. cum sim. Secundo casu dico idem, & sic intellige l. 2. C. de pact. dota. & l. 1. ff. solut. matri. l. conuenire. ff. de pact. do. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. l. vlt. C. de pact. l. fin. C. de pact. pi. l. nec si volens. C. de lib. ca. l. 1. §. sed quia ueremur. C. de iuram. calum. & c. de causis. extra de offi. delega. Tertio autem & ultimo casu dic, quòd regulariter potest renunciari, ut d. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & l. paciscí. & l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edict. Fallit in alimentis de futuro, ut est in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Item fallit in precario, cùm pactum sit contra eius contractus naturam, ut in l. cum precario. ff. de preca. Item fallit in l. in hoc iudicio. §. si conuenit. ff. communi. diui. Ex quibus patet solutio ad illam q̃. an possit renunciari probationibus testium & instrumentorum. & gloss. in d. Authen. ut sine prohi. ma. debit. & cre. determinat quòd non, patet etiam sol. ad illam quæstionem, an quis possit renunciare petitioni libelli, & cuicunque formæ & solemnitati iudiciali, & dicitur quòd non, ut no. in d. cap. de causis. & per Ioan. And. in d. c. sæpe, de uerbo. signi. circa fin. & per eundem de hac materia in cap. si diligenti. extra de for. compe. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Successorem. Adde, quòd iur. excipieñ. transit ad singul. successorem, iuxta tradita per Bart. in l. idemque. §. fin. ff. pro soc. Aym. consil. 148. num. 1. Boer. q. 43. col. fi. nu. 17. l. etiam ff. de iureiur. l. fin. ff. de excep. rei iud. de quo uide etiam quæ scribit Ias. in l. si quis iniquum. §. quod autem ait, num. 9. ff. quod quisque iur. & an exceptio quæ obstat cedeñ. obstet etiam cessionario, dic, ut per Ias. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. num. 12. ff. de cond. caus. dat. post Bar. in l. apud Celsum. §. si cum legitimam. ff. de doli excep. in l. qui duos. de leg. 3. quid de exceptione quæ potest opponi contra delegantem: an possit opponi contra eum, in quem fit delegatio? & dic, vt per Bart. in l. doli, vbi Castr. & alij. ff. de noua. Quid de actione, an transeat in singul. successorem sicut facit exceptio actiuè & passiuè & in actione dic, quòd non, secundum Corn. consil. 215. lib. 4. Masuer.

* Litis contestatio. Adde Alex. consi. 100. lib. 5. Lanfr. con. clus. 195. 301. Capel. tolos. q. 110 186.

a Confiteri. Adde, an excipiens fateri uideatur. Glo. in l. si filium. ff. de lib. cau. in versi. deest. Glo. & omnes Doct. in l. si quidem. C. de exce. in ver. contestatione Gloss. in Auth. de exhib. reis. §. sancimus, in uer. litis cōtestatione, & Glo. in c. 1. de testib. lib. 6. in uer. assecuti. Specul. in tit. de exceptione. §. uiso. post princi. & ibi Ioan. And. in addi. Cy. & Bal. in l. exceptionem. C. de prob. Bar. in l. cum de indebito, in prin. ff. de prob. in l. nemo prohibetur. ff. de exce. in l. prima, in fi. C. de furt. & in auth. contra qui propriam. C. de non num. pecu. Bal. in l. age. C. de transf. & in l. alia. C. de his quibus ut indig. & ibi Lud. Ro. Bal in l. vnica. C. de cōfes. & in l. magnam. C. qui accu. non pos. Bal. in l. cum mulier. colu. 20. ff. solut. matrim. & ibi Ioan. de Imol. colum. prima, Ludo. Rom. colu. tertia, uersic. circa primum scias. Saly. in authen. si dicatur. nu. 3. uersic. item not. quòd in his

C.de testib. Ang. Are. in §. sequitur. Inst. de excep. colu. 18. uers. circa primum. Alex. de Imo. in l decem stipulatus, colum. 5. uer. ab extra. ff. de ue b. obl. & ibi Clau. Aquens. col. 4. uer. facit ergo. Glo. in uerb. confessis. & ibi Inno. in cap. cum venerabilis, col. 1. uer. credere, de excep. Abb. Panor. in prin. & col. 6. & 7. uer. hoc intendit. Felyn. col. 3. uer. an & quando reus, & Philip. Dec. col. 9. uer. in glo. & col. 10. 11. & 12. Anc. de But. in cap. ex parte decani. de rescrip. Felyn. in c. examinata. colum. 2. de iudi. Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. §. exceptiones, num. 4. uersi. istud quoque est notandum. de proba. & Ioan. de Amicis consi. 49. incip. ad principale dubium. & consil. 99. incip. magnifice vti frater, & Parisi. in consi. 225. incip. uiso processu & primæ & secundæ instantiæ. num. 18. & 19. in primo volum. & an dicens se absolutum uideatur fateri excommunicatum, vide Iac. de Are. Bar. & Docto. in l. prima, in princip. ff. de no. ope. nun. Barto. in l. decem stipulatus. colu. prima, versic. excepi contra aliquem. ff. de uerbo. oblig. Bart. Cepol. consil. 21. causarum criminalium. incip. Ego Barthol. Cep. colum. 4. versic. item pro hoc facit. & Pet. Paul. Paris. consi. 1. num. 8. in quarto vol. Zilett.

✻ Fideiusso em. Adde Ias. in l. si quis iniquum. §. si quis pro qua. ff. quod quisque iur. Neuiz. consil. 51. num. 27. Rom. d. sing. 321.

b Fideiussorem. Adde Dyn. in cap. is qui in ius. in fi. de reg. iur. Lud. Rom. in sing. 321. incip. tu scis. quòd exceptiones. & in sing. 633. incip. nunquid fideiussor. Ias. institut. de fideiussori. in addi. ad Porci. in addi. incip. an autem exceptio. Hipoly. in rub. ff. de fideius. q. 36. Afflict. in consti. regni Siciliæ incip. sæpe contingit. in 2. notabi. Zilettus.

✻ Confiterri. Adde pro resol. quæ scribit Nat. consi. 134. Osasc. decis. 178. num. 8. vbi concludendo pro negatiua, ponit declarationem notab. & ibi quæ sit communis opi. de qua etiam aliqua no. Ias. in l. Iulianus. num. 13. ff. de condict. indeb. in l. decem, num. 47. ff. de uer. oblig. pract. autem opponen. excep. de quib. per Pap. hic, uide per Aret. instit. de excep. à prin. vsque ad colum. 21. Cagnol. in l. nemo ex iis, de reg. iur. Nat. d. consil. 134. Osasc. d. decisi. 178. Masuer.

IN expensis condemnari. Ista petitio expensarum nō est omittenda in reo, sicut nec in actore, quia non debentur sine requisitione partium, ut de his plene no. est supra in primo libello in gloss. super versicul. expensarum, ibi vide.

Forma positionum actoris.

CORAM vobis suprascripto D. vicario ponit per sacramentum calumniæ suprascriptus Simoninus Spelta dicto procuratorio nomine infrascripta omnia & singula contra & aduersus suprascriptum Ioan. Olearium in causa & quæstione simul inter ipsas partes vertente, ponens ac diuidens ipsas omnes & singulas de particula in particulam, ac petens & requirens ip sis omnibus & singulis coniunctim & diuisim, & de parte in partem responderi simpliciter, & purè, & clarè, & apertè, sine aliqua conditione, additione, uel alternatione per uerbum, credere, uel non credere. Primò quòd publica uox & fama, ac rei ueritas fuit & est, ac se habuit & habet, quòd quondam Petr. de Furno tempore eius uitę & maximè de ann. 1350. & ante & post vsque ad annum cursum. 1450. continue tenuit & possedit pacificè & quiete petiam vnam terræ cultæ, quæ est perticarum. 100. positam & iacentem & cohærentiatá prout in libello antecedenti in præsenti iudicio producto latius exprimitur & continetur. Item pro sua & tanquam suam. Item spacio. 10. 20. 30. & 40. ann. Item ueris & legitimis causis & titulis. Item quod præfatus Petrus dictam petiam terræ titulo uenditionis alienauit, & transtulit in antedictum A. anno curso. 1402. precio flor. 100. Item quòd dictus A. emptor dictum pretium soluit & dedit prædicto Pet. tempore dictæ uenditionis. Item quòd d. Pet. dictum pretium fuit tunc temporis confessus habuisse & recepisse. Item quòd d. And. ipsam petiam terræ à tempore dictæ uenditionis citra vsque ad annum cursum 1450. inclusiuè, continuè tenuit & possedit prædictam petiam terræ. Item præsente, sciente & patiente dicto Ioan. contra quem Ioan. datus est libellus. Item pro sua, & tanquam suam. Item ueris & legitimis titulis. Item quòd de prædictis omnibus & singulis fuit & est publica uox & fama.

SVMMARIVM.

1 *Probatio qualiter fiat.*
2 *Probatio quando fit per confessionē, est leuior in sui probatione quàm cætera genera probationum, & efficacior in sui operatione.*
3 *Positio, quid sit.*
4 *Positiones super quibus fieri debeant.*
5 *Faciens positiones, non debet facere positiones contrarias, quemadmodum nec respondens debet contraria respondere.*

POSTQVAM reus responsionem fecit libello litē etiam contestatus est, consueuitque actor de iure suo probare; quia suæ assertioni simpliciter non creditur nisi quæ in ipso libello complexus est, probauerit, ut not. in l. excusare. ff. de excus. tu. & in l. minoris. C. de prædi. mino. & l. doce ancillam C. de rei uendi. ad quod facit vulgaris regula l. ei qui dicit ff. de prob. l. actor. C. de prob. & l. qui accusare. C. de eden. & eodem modo reus probare tenetur suam defensionem uel exceptionem, ut l. 1. ff. de exce. & in
1 l. exceptionibus, in princ. ff. de proba. uerum † quia probatio fit tripliciter. videlicet per partis confessionem, per instrumentorum productionem & per testium depositio-
2 nem. † Illa autem, quæ fit per confessionem, est leuior in sui probatione & efficacior in sui operatione. ideo consueuerunt litigantes ab ea exordium sumere facientes tales & similes positiones, prout qualitas causæ exigit uel
3 natura. † Videndum est itaque primo loco quid sit posi-
a tio. a quia vt inquit fons eloquentiæ Tullius in libro officiorum {omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, à diffinitione pficisci debet, ut intelligatur quid sit id de quo disputatur &c.} Sciendum est ergo, quòd vario modo diffinitur, ut refert Cy. in l. 2. §. 1. C. de iur. calu. Potest tamen sic dici conclusiue. Positio est quædam uerborum formula iudicialis, concepta & reperta ad eruendam ueritatem per aduersarij responsionem. † Inde quę-
4 ritur, de quibus & super quibus fieri possunt positiones?
b b dic breuiter quòd super & de his omnibus, quæ ad causam pertinent principaliter uel incidenter, & quæ probabilia sunt, quia id demum est possibile quod est pbabile, & nonaliter, ut in l. confessionibus, cum l. seq. ff. de interro. act. & not. per gl. in c. 1. de confes. lib. 6. Fallit in certis casibus no. per gl. in c. 2. eo. tit. & per Inn. in c. dudum, il 2. ext. de elect. & per Bar. in l. Marcellus. ff rer. amo. & per Bald. & Doct. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. calum. & dicam
5 infra, tit. proxi. & plenè no. per Spec. in tit. de pos. † Sit tamen cautus ille qui facit positiones, ne sint repugnātes vel contrariæ. Et eodem modo respondens, ne contraria respondeat, ut in c. cum in positionibus. extra de iureiu. li. 6. facit quod not. in l. ut debitum. C. de hære. ac. Redeo ad literam ibi.

ADDITIONES.

a Positio. Adde Spe. in tit. de posi. §. 1. Archi. in c. statuimus, de confes. lib. 6. Bart. in l. 2. §. quod obseruari, colu. 3. uersi. quæro quid est positio. C. de iura. cal. & Rob. Marā. in trac. de ordi. iudi. in 2. parte. §. quartus actus.

b Positiones super quibus fiant. vide etiam per Alex. consil. 166. n. 7. lib. 6. in l. 1. §. idem Neratius. ff. depos. in apost. & ibi quòd extrahuntur de libello.

Posi-

* Positiones. Adde, quod inuente fuerunt positiones, vt ab onere probañ. ipse ponens releuetur per confessionem aduersarij, cap. statuimus, de confess. in 6. cap. 2. extra de proba. not. in l. 2. §. quod obserua. 1. C. de iur. cal. Mathes. sing. 37. nu. 2. & dic, quòd positionibus responden. est simpliciter, per uerbum credo, uel non credo, aliàs iterum respondere cogitur, teste Abb in cap. 1. de proba. Bal. in l. fi. nu. 9. C. de edict. di. Adr. tol. fallit tamen ea conclusio, quando mutuũ sibi factum remotis arbitris restituit, nam hoc modo respondere poterit, si mutuasti, restitui, ita Alex. & alij in l. j. §. si stipulanti, de uer. ob. Neuiz. Syl. nup. uer. monitoriæ nu. 54. lib. 3. quod tamen ex decretis Ducalibus patriæ nostræ subalpinæ non admittitur, ut in cap. 16. uersic. le risposte, lib. 3. licet de iure illa responsio dicatur confessio, cum uerbum credo ab altero litigãtium prolatum sit ueritatis expressiuum, teste Bald. in l. 1. in fin. C. de fal. caus. adiect. leg. Corn. consi. 186. lib. 3. Et tunc tenetur reus positiones respondere quotiescunque Actor suas positiones iureiurando ueras asseuerauit, capit. præsentium de testi. in 6. Accur. in l. vnic. in glo. magna in fi. C. de confess. Ias. in l. iudices, nu. 7. C. de iudi. & in l. possideri, num. 24. de acq. poss. intellige actorem contenta in articulis & positionibus iuramento asseuerare debere, si aduersarius hoc petat, quod utile est petere, quia producens posi. & in eis contenta fateri uidetur, teste Alex. consi. 83. colu. 2. lib. 1. consi. 71. col. 2. lib. 3. consi. 151. col. 1. lib. 5. licet aliter ex decretis prædictis statuatur, ut d. cap. 16. lib. 3. intra autem quod tempus, positiones fieri, & præsentari debeãt, vide Mising. Cent. 1. obser. 34. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Verbum pono, est simpliciter dispositiuum & affirmatiuum eius quod ponitur ex parte ponentis.*
2 *Interrogationes & positiones qualiter differant.*
3 *Ponens positiones debet iurare de calumnia si petatur.*

1 PONIT per Sacramentum calum. † Hic not. quod hoc verbum ponit, format positionem. Nam hoc uerbum est simpliciter dispositiuum & affirmatiuum eius quod ponitur ex parte ipsius ponentis, per quod colligitur aliud esse positiones facere, & aliud interrogationes, cum aliud
2 sit ponere, aliud interrogare. † Quærendum est ergo in quibus hæc inter se differant, ad quod respondetur, quòd in pluribus. Primo, quia ille qui ponit, affirmat esse, prout ponit. Ille uerò qui interrogat, dubitat de eo quod interrogat, ut in c. fi. extra de iureiur. lib. 6. Item differunt in
a forma, quia positiones fiunt per hoc uerbum ponit; [a] sed interrogationes per uerbum, interrogat, ut ff. de interro: act. l. uoluit, cum simi. Ille autem qui ponit, obligatur ex sua positione tanquam ex propria confessione, si responsio rei conueniat positioni. Ille uerò qui interrogat ad nihilum obligatur, sed solus aduersarius. s. ex sua responsione, vt plenè tangitur per Cyn. & Doct. in d. l. 2. §. sed quia, & facit d. l. uoluit. est ergo cõsultius facere interrogationes, quàm positiones. conueniunt autem inter se pluribus. nã quo casu obligatur respondens positioni, eodem modo respondens interrogationi, ut in d. l. uoluit, & l. fi. eod. tit. Item si positio aliquo casu non admittitur, nec eodem modo interrogatio ut d. l. confessionibus. Item sicut per sacra
b mentum [b] calumniæ respondetur positionibus, ita & interrogationibus vt in c. 1. de confes. & no. in d. l. 2. & latius infra dicetur de quarum positionum materia plenè tract. Spec. in ti. de pos. & gl. in d. c. 1. & 2. de confes. lib. 6. & Cy. in d. l. 2. & quidam alij in l. ubicunque. ff. de interro. actio.
3 † Secundò principaliter notandum est ex hac litera, quæ dicit {Per sacramentũ calumniæ} quod ille qui facit positiones, debet iurare de calumnia sicut aduersarius, ut æqualitas seruetur hincinde. Et hoc intellige si petatur iurari, aliter non tenetur quis offerre iurm. ut in l. 2. §. sed quia. C. de
4 iur. cal. & ibi per Cy. † Quid ergo si alter ex his recuset iurare, qua poena mulctabitur? Respondeo, aut actor recusat, & cadit ab actione sua; aut est reus, & tunc hr̃ pro cõfesso,
c [c] & priuatur exceptione sua, ut hæc habent in d l. 2. §. quod si actor, & in c. fi. extra de iur. calu. & facit l. non alienum. ff. de interro. act. de hoc autem iuramento calumniæ plenius vide supra, in 2. libello. in gl. fi. S. quitur in litera.

ADDITIONES.

a Ponit. Adde quod si producens positiones videatur fateri cõtenta in eis per Alex. de Imo. in consi. 83. col. 2. uer. pondero. in 1. vol. in cons. 71. col. 2. uer uenio ad merita in 3. vol. & in cons. 151. col. 1. in 5. uol. Fran. Curt.

b Sacramentum calumniæ, vide Ale. in cons. 151. in 5. volu. & vide gl. in l. j. C. de confes. & Bald. in c. in pertractandis, extra de iur. cal. vbi quod ponens debet iurare illas esse ueras. & per nouis. in l. iudices, in fi. C. de iudiciis. Str.

c Confessio. no. quod ad hoc vt quis habeatur pro confesso in positis in poenã cõtumaciæ requiritur quod sit monitus & iussus in faciem à iudice, ut rñdeat, aliàs non habenĩ pro confessis positiones, text. in c. 2. de confes. lib. 6. Bar. & Ang. in l. certũ, in prin. ff. de confes. & Bar. alleg. ad idẽ Cy. & Doct. in l. 2. §. sed si actor. C. de iur. cal. & Bar. & Angel. dicunt quod sic, ut de iure tacens in respõdendo interrogationi habeat pro confesso. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. act. sic. & qui obscurè respondit secundùm gl. ibidem & ideo est no. & bona practica secundũ Ang. propter d. c. si post præstitũ. quod faciat in faciem iuberi moneri partẽ, ut respondeat positioni; & tunc si non respondet, uel obscurè respõdeat, hr̃ pro confesso in contumaciam non respõdentis, uel obscurè respondentis, & dicit quod aduocatus dẽt esse cautus in sic faciendo, & hanc ẽt opi. sequitur, & tenet gl. Pe. & ibi Gemin. in d. c. si post præstitũ, quod est c. 2. supra alleg. & Bar. ẽt in d. §. qui tacuit, dicit quod tacens habetur pro cõfesso, quando est præsens & iussus respondere recusat, absq; rationabili cã, per d. c. 3. & sic iudicio meo intelligit ẽt d. ca. 2. habere locum tam in interrogatoriis quàm positionibus.

* Confesso. Adde, quod fiscalis non iurat de calumnia, teste Mising. Centuria prima, obser. 74.. vbi dicit ita fuisse iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad lites, an possit facere positiones.*
2 *Procurator non potest ponere uel respondere aduersario dicente principalem esse legaliorem & instructiorem.*

SIMONINVS Spelta dicto procuratorio nomine.
1 † Hic quæritur, nunquid procurator ad lites possit facere positiones in causa, uel factis per aduersarium * respondere? ad quod breuiter sic distingue. Aut est procurator specialis ad certas positiones faciendas, uel ad certis positionib. respondendum. & tunc manifestũ est posse ipsum positiones facere, & factis respondere, ut in d. §. sed quia ueremur, cũ seq. Aut est procurator generalis cũ libera, & tunc aut positiones tendunt ad conseruandũ ius domini sui, & tunc idem quod in priori casu, quasi hoc uideatur in mandato comprehendi; ut traditur per Bart. & alios in l. non solum. in pi in. ff. de procur. & l. si procurator. & l. indebitam. ff. de cond. indeb. Aut positiones & responsiões tẽdunt ad tollendũ & extinguendũ ius dñi sui, & tunc nec facit positiones nec responsiones quæ dño præiudicant. ar.
2 in l. filiusfam. in prin. ff. de don. † Si tñ aduersarius diceret, quod persona domini est instructior uel legalior suo procuratore, tunc non audiretur procurator ad ponẽdum uel respondendum, nisi haberet specialissimum mandatum ad sic ponendum, uel sic respondendum, ut habetur in l. fi. C. de procur. &c. Sequitur in litera.

ADDITIO.

✠ Respondere. Adde, quòd si principalis adsit iudicio ipse respondere tenetur, teste Spec tit. de posi §. 8. nu. 5. quia de ueritate magis certus præsumitur. l. fi. C. de procur. neque admittitur procur. ad respondendum altera parte uoleñ. per dominum responderi, l. non solum. ff. de procur. l. proinde, §. 1. ff. ad l. Aquil. intellige, ubi principalis per se ipsum non respondisset, quia factum principalis faceret cessare factum & mandatum procuratoris in hoc, licet vbi procur. respondisset posit etiam cogi principalis, ut per seipsum responderet, ex not. per Spec. tit. de pos. §. 6. nu. 13. uer. in summa notandum. Neuiz. consi. 7. nume. 14. & propterea dicit tex. dominum teneri mittere procuratorem bene de meritis causæ instructum, capit. in pertractandis extra de iur. cal. l. 2. §. finaurem. C. eod. tit. cap. fin. extra de dolo & contum. Quid autem si procurator respôdeat, nunquid eius confessio domino præiudicet? dic, quod sic, teste Affict. decisi. 148. nu. 3. vbi talem confessionem, re tamen non integra, ipsimet etiam procuratori nocere affirmat, qua de re plura not. Ias. consi. 47. lib. primo, Egid. decis. 695. Tiraq. de vtroque retrac. in retract. conuentionali. §. 3. glo. 5. num. 13. & seq. ubi quando aduocati confessio noceat, quæ tamen statim reuocari potest, ut per Castr. in l. ult. C. de error. aduoc. Alex. consi. 71. nu. 8. lib. 3. intellige tamen procuratoris confessionem domino obesse in eodem iudicio, secus in alio, secundû communem per Abb. in cap. per inquisitionem, de elect. latè per Hyp. sing. 290. Dec. consil. 146. num. 15. ubi quòd confessio procuratoris facta in vna causa non præiudicat in alia, & ibi, quòd in hoc differt confessio principalis à confessione procuratoris, idem Dec. consi. 493 col. fi. in fi. in l. 2. §. creditum, nu. 26. si cert. pet. Alex. consil. 132. lib. 4. Cæterum dic, quòd procuratoris confessio à domino reuocari potest, etiam si in articulis cum iuramento facta fuisset, Fely. in cap. primo, num. 28. & seq. ut lit. non contest. ubi plura in materia, Rot. decisione 19. de procur. in no. & quid de contumacia procuratoris, an noceat domino, & an dominus restitui posit aduersus contumaciã procuratoris non respondendo positionibus, dic, ut per Osasc. decisione 9. num. 3. vbi in casu de quo ibi tollitur contumacia attento notorio impedimento allegato, & consequenter datur restitutio, quæ omnia nota, quia sæpius occurrunt in actu practico, qua in materia procuratoris, an domino præiudicare posit, uide Nat. consil. 45. col. 2. in fi. & de illius côfessione, Bertach. uer. confessio procuratoris, Rol. consil. 70. num. 3. lib. primo, Dec. consil. 321. col. j. consi. 493. col. fin. Bar. & Doct. in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confes. pro quorum omnium resolutione dic, quòd procurator omittendo domino præiudicare nequit, teste Dec. in cap. pastoralis col. 6. in prin. de excep. uerum tamen est, quòd aduocati confessio nocet parti eam non reuocanti, intelligendo tamen, ut per Abb. in cap. olim causam, num. 2. de cens. de quo per Alex. consi. 71. col. 2. num. 8. lib. 3. ubi quòd ea reuocari potest intra triduum, & ita uidi obseruatum in foro in hac ciuitate, quando autem teneatur aduocatus de imperitia, uide Io. Fab. in §. cum ergo, inst. quib. ex caus. manumit. non licet, quod lectori absurdum uideri non debet, quia plures aduocati patrocinando sine librorum reuolutione causarum iacturam faciunt, qua in re illud Cicer. de orator. ab Aduocatis & etiam à iudicibus notatum uelim, dum inquit, & si utile est subitò sæpe dicere: tunc illud utilius, sumpto spacio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere, exemplo Demosthenis, qui nunquam ex tempore dicere solitus erat, & sæpe à populo lacessitus: ut diceret noluit, nisi prius cogitasset, quod etiã obseruañ. monet Calaleñ. Senatus præses ornatiss. Rol. à Valle, con. 24. in prin. lib. 3. qui quidem aduocati & iudices debent esse in consilio cauti, in patrocinio fideles, & in iudicio iusti. iuxta tradita per Archid. in cap. non licet. 11. q. 3. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Volens respondere absolutè non diuisim auditur, quia non cogatur.*

1 PONENS ac diuidens. † Hic aduerte, quod licèt ponês à seipso faciat hanc diuisionem. tñ aduersarius respôdens potest per se diuisim respondere secundum Io. An. vt per eum no. in d. c. 1. & si fortasse uellet respondere absolutè, audiretur, quia ratione partis falsæ potest tota positio negari, ut no. in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. licet Inn. tenuerit contrarium in c. 2. de testib. lib. 6. Sequitur in litera.

ADDITIO.

✠ Tota positio negari. Adde, quod articulus est disputabilis, si creditor de 50. petat centum: an licitum sit reo totum negare, absque eo quod condemnetur in expeñ. & pro opi. affirmatiua dic, stare Doct. Alex. in l. 1. § si stipulanti ff. de verb. ob. vbi dicunt, posse totam negari absque reatu periurij, secundum communem, quam referunt idem Alex. Aret. & Ias. in d. l. j. §. sed etsi mihi, nu. 10. eod. tit. pro quo uide quæ not. Dec. & Cagn. in l. non pôt uideri improbus. ff. de reg. iur. Neuiz. consi. 94. nu. 12. Aret. in §. is qui, nu. 5. inst. mãd. Capel. tolos. q. 208. Lanfr. concl. 218. ubi distinguunt, quã q. disputat Mysing. Cent. 2. obser. 55. vbi eorum opi. sequitur, qui tradiderunt, eã totam positionem generaliter negari non posse, quam partim ueram, partim falsam esse respondens credit, & hanc uti ueriorem, christianoque homine dignam ab Imperiali Camera approbatam refert d. obser. 55. quam & ego amplector, sed si consideremus naturam & morem litigantium: uidetur quod tanta integritas & pietas christiana desideretur in actore poneñ. quam in reo: cui licet pluribus etiam contrariis uti exceptionibus, & cuius partes fauorabiliores sunt, qui statim ut uidet petitionem actoris indebitam, imò in parte aliqua falsam, videtur artem arte, & clauum clauo trudere posse, ex iis, quæ habêtur per Doc. l. ea est natura cauillationis, de reg. iur. per Alex. in l. qui totam. ff. ad l reb. Mysing. Cent. 3. obser. 6. vbi quod aduocatus fouens iustam causam posit aduersarium decipere & circûuenire, vt succumbat, sed pro principali. q. de eo qui plus petit, uel qui totum negat, fac. quæ ponit Paris. consil. 104. num. 13. libr. 3. quòd qui plus petit ad expeñ. condemnandus est, & qui plus debito conuenitur, totum negare potest, nec tenetur offerre partem ad quam uerus est debitor, si tamen in casu prædicto talis creditor offerret se paratum, si quid sine controuersia debeatur, recipere, non excusatur reus negando totum, iuxta tradita per Bar. in l. qui solidum, quem declarat Cagnol. in d. l. non potest uideri improbus, de reg. iur. Nat. consi. 120. num. vndecimo, quæ notabilia sunt, & in foro quotidie occurrentia, eam uerò sententiam, quòd periurij reus non efficiatur, qui positionem partim ueram partim falsam iuratus simpliciter negat, ueluti si. 15. debeat, viginti, quorum petitione infestatur, se non debere simpliciter iurat, communem dicit Suarez libr. recep. senten. uersi. periurij, secundum quam uidi sepius responsum à Clariss. in hac ciuitate aduocatis, præsertim in causa cuiusdã famuli, qui petierat 45. ex causa seruitutis mensium 33. cum re vera non inseruisset nisi 30. & sic plus petebat, cuius positionibus tam de summa, quàm de tempore, cum reus respondisset per uerbum non credo, actor replicauit, si non credit de tanto, respondeat de quanto citra poneñ. præiudicium, quæ formula meliùs conuenisset statim in actu reductionis libelli ad positiones, ad quam quæst. de negante positionem partim ueram partim falsam uide quæ habent in Ducal. huius subalpinæ patriæ Decretis. li. 3. c. 16. uer. le risposte, Osasc. decisio. 178. nu. 6 Doct. ad pract. Masueri. tit. de prob. nu. 32. Bal. in l. si quidem. C. de excep. Ias. in l. Iulianus uerum, colum. 6. in fin.

fin.ff.de cond.inde.& aliqua in l.prima, colum.3.circa me dium.ff.si quis iuld. non obtem.ubi quòd licet aliàs confessio qualificata nõ posit in parte acceptari,& in parte spernil.Aurelius.§.idem quæsijt, vbi Bar.ff.de libe.leg.tamen confessio qualificata per taxatiuam tantũ, potest in parte acceptari,vnde si creditor petat centum & debitor confiteatur se debere quinquaginta tantum, potest creditor acceptare confessionem quantum ad 50. non obstante taxatiua tantum,& probare de reliquo,per tex.ubi Bart. & alij in l.si quidem.C.de transact. Quid quando creditor de centum petere posit xxv.de illis centum? & dic, ut per Bart. ubi docto.in apostil.in l.in commodato.§.duobus.ff. commodati.

SVMMARIVM.

1 *Personaliter iussus & monitus per iudicem, contumax in respondendo positionibus pro confessio habetur.*

1 RESpondendi. † Quid si sit contumax in respondendo?
2 dic quòd si fuerit personaliter iussus & monitus [a] per iudicem,habetur pro confesso in pœnam suæ cõtumaciæ. ut d.c.2. cui congruit quod alibi scribitur in l.cõsiliarios. C.de asses.& me.& vide quod no.infra tit.proxi. super uerbo transmissarum.Sequitur in litera.

ADDITIO.

a Monitus. Adde Ludo.Roman.in singul.695.incipien.Si quis à iudice. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum simpliciter,quid importet,remissiuè.*

1 SImpliciter. † Quid autem importet hoc uerbum, sim
a pliciter, [a] tangitur per Bart.in l. 1.§. si quis simpliciter.ff.de verbor.obligat.& l.j.in princ.ff.de uulg.& pupill. & de eo loquitur text.in l.prima,§.primo. ff.de alea. & in clemen.sæpe.extra de verbor.signific. de quo uide in titul. proxi.in glo.pen.in fin.

ADDITIO.

a Simpliciter.Quid hoc uerbum,simpliciter,importet,Vide Deci.in c.præterea, in prin.ff.de offi.deleg.& Io.de Amicis in consi.6.incip.in sacro regio consi.nu.46. Zilet.

CLARE. Meritò petitur clarè respõderi,quia dubia uel obscura responsio non releuat, vt in l.de ætate.§.nihil. ff.de interroga.actio.

SINE aliqua condictione.Quid igitur si positioni puræ facta est responsio sub conditione, an sit fundata intentio ponentis,si de conditione non probetur? dicunt quidam,quòd sic.Alij contra,ut plenè not.in l.si quidem.C.de exceptio.Super quo vide quæ sunt not. supra titu.proxi.in glo.saluis alijs exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum per quod respondetur ad positiones, est credulitatis non ueritatis,& hoc in ciuilibus.*
2 *Positio per uerbum credo,an fieri posit.*
3 *Positio negatiuè concepta,admittitur.*

* PER verbum credere. [*] † Hic not.quòd tale iuramen
1 tum non est de ueritate, sed de credulitate attamen idem in utroque surgit effectus.Nam pariformiter obligatur respondens,ut l.fin.& l.uoluit.ff.de interrog.act.& no. in c.ex literis,extra de iureiuran.Et hæc procedunt in causis ciuilibus. In criminalibus autem positionibus debet responderi cum iuramento ueritatis, uidelicet sic esse uel non esse, si sunt in facto proprio respondentis,secundum Bart.in l.Marcellus.§.j.ff.rerum amo.& Spec. tangit in tit. de posit.§.5.Alij sunt qui dicunt, quòd sufficit respondere sine iuramento; quia non cogitur quis crimen suum detegere, vt not.Inno.in c.dudum, de electio. & Ioan. And.in
2 nouel.super d.c.2.& Arch.2.dist.c.ex pœnitentia. † An autem posset fieri positio de credulitate tantum.v.g. Pono, quod credo te mihi esse obligatum in 10. uel credo te hæredem Seij.& si.videtur quòd sic; quia æqualitas est in iudicijs seruanda,ut l.fin.C.de fru. & lit.expen. & quod not.in regula non debet, de regul.iur.in 6.unde sicut auditur respondens de credulitate, ita audiendus est ponens; cùm paritas obligationis ex hoc insurgat ex parte utriusque. Alij dicunt contra, quia ex parte ponentis debet positio esse fundata super ueritate,argum.l.si in rem,in princ.ff.de
3 rei uendi. † Sed an positio negatiuè concepta admittatur? dic quòd sic,licèt olim esset contentio,quæ est hodie decisa,in cap.j.de confes.lib.6.

ADDITIO.

* Credere. Adde an respondens positioni per verbum dubito,uel ignoro,dicatur legitimè respondere? & dic, ut per Capel.Tolos.q.21.quid de responsione facta hoc modo? non credo, nisi appareat instrumentum, & dic quòd non est bona neq; sufficiens responsio:qa non releuat aduersarium ab onere probandi, vt scribit Mathes.sing.57.nu.1. Curt.tract.pos.posito in l.ij.num.53.C.de iuram. calumn. licèt contrarium uideatur voluisse Spec.titu.de instr.edit. §.nunc dicamus, uersi.quòd si quis in libello, de quo uide Bart.in l.j.in princ.ff.de vulg.Boer.q.339.num.4. Mathes. singul.37.Dec.consi.278.colum.penul.consi.118.nume.6. Alex.consil.3.colum.j.lib.2. & habetur infra form. excep. contra pos.versi.j.quòd publica uox, nu.5.& versic.vlti.& an responsio facta per uerbum credo admittat probationem in contrarium per contrariam responsionem? Vide Bald.in l.de tutela.C.de in integ.restit.minor. Masuer.

PRIMO Quòd publica uox & fama. Aduerte ad hanc positionem,quæ est prima in ordine, in qua includitur possessio de præterito eius à quo causam habet iste And.ut per hoc appareat,quòd causam habuerit à bonæfidei possessore,& per hoc potuerit præscribere; nam si haberet causam à malæfidei possessore, non præscriberetur spatio long.tempo. sed necessarium esset tempus longissimum,ut in authen.malæfidei possessor.C.de long. tempo. præscriptio.de qua præscriptione & alijs plenè tractatum est super titu.præced.in gloss.super uerbo præscriptione. Sed quis est effectus famæ? Dic ut infra not.circ.vlt. positionem &c.

SVMMARIVM.

1 *Dictio usque quando includat,uel excludat.*

1 VSque ad annum. † Hæc dictio, usque, [a] aliquando in-
a cludit terminum,cui adijcitur,aliquando excludit,ut plenè no.per Cyn.in l.à caligato.C.de nupt.& per Bart.in l.patronus.§.Sempronius.ff.de legat.2.

ADDITIO.

a Dictio usque. Adde an & quando hæc dictio, usque, includat uel excludat,glo.in c.si gratiose,de rescrip.libr.6.& ibi Archid glo.in cap.1.& ibi Ioan.And.& post eum Card. Zaba.Anto.de Butr.& Abb.Panor.Bald. in c.significante, de rescript.& in c. nisi cum pridem, in antepen.colum. de renunciatio.Gemin.in c.statutum, de præben.in 4.colum. in uersi.inducit etiam,lib.6.Iacob.Butr.in auth. quicunq;.

C.de

C.de procurat.& ibi Alber.Saly & Alex.de Imo.Bart. in l. meminisse, in princip.ff. de offi.procons.& in l. si aliena.§. merito.ff.de dol.Bald.& Sal in d.l.a caligato.Bal. in auth. hoc amplius, in vl 1.colum.uersic de dictione usque.C.de fideicommi.in l.post duos.C.de aduoca.diuerso.iudi.& in cap.primo.§.si quis de manso.colum.5.uersi. quæro de flu minibus.de controuer.inuesti.Alexan.de Imo. in l.prima. §.nunciatio,colum.8 uersi.quærit etiam Ioan. de Imol.ff. de oper.no.nunc.& ibi Clau.Aquens.colum 2.uersic. quibus addo in primis.Alex.in l.1.colum.2.versic.2.not. ff.ad leg.Falc.Claud.Aquen.in l.moribus,in princ.col. 1.versi. quia dicta.ff.de uulgar. & pupill. Marc.Anton.Baue.in §. & unum,colum. 2.uersi.non obstat modo, Instit.de hæred. instituen.& Ioan.Anto.Rub.Alexan.in c.unico.§.& quia, num.69.qui feu.da.poss.Oldr.consi.48.incipien.consueuit dubitari,colum.2.uersi.quod usque,Franc.Cur.Iun. consi. 80 incipien. habita diligenti consideratione num.2.in 2. uol.Maria.Soci.Senio.consi.25.incipien. Dominus Fran. & Maria.Socin.Iunio.consi.6.incip.in causa Thomæ Sanctonis.nu.48.in 3.vol. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 Titulus pro suo quam efficaciam habeat.
2 Possidere pro suo, quid sit.

1 ITem pro sua. † Hæc est secunda positio, in qua declaratur titulus actoris, qui appellatur pro suo. ut ff.& C. pro suo.per totum. Cuius quidem tituli natura generalis est concurrens cum alio quocunque titulo singulari, vt in l.3.ff.pro suo, & per totum. & si deficeret verus titulus specialis,& subesset titulus putatiuus etiam erroneus, locum haberet ille titulus pro suo, & procederet præscriptio,ut probatur in l.hominem, & l.fina.ff.pro suo.facit l. Celsus.ff.de vsucapio. & ibi not.aliter enim sine uero uel putatiuo titulo non procederet præscriptio, ut in l.final. 2 C.pro hæred & in l nullo. C. de rei vendicatio. † Hic quæritur, quid sit possidere pro suo. Et breuiter respondetur, quod est quando quis possidet tanquam dominus uel quasi dominus.nam ista pronomina possessiua,scilicet meum,tuum,suum,significant regulariter dominium, uel quasi,ut habetur in l.uo.ff de legat.3. & in l. quintus.§.argento.ff.de au. & argen.lega. & ibi per Bartol.plenè,fallit secundum eum in certis casibus. Primò ex conditione personæ ad quam sermo dirigitur; ut si dico § lego seruo meo omnem suam pe uniam § nam debet intelligi de dominio improprio prout melius habere potest,ut l.quarta in princ.ff.de manu.& idem in monacho,& sim. Secundò fallit ratione personæ loquentis, ut v.g.si colonus dicat § lego talem fundum uel campum meum § nam intelligitur quantum ad curam & solicitudinem, ut not. in l.2 in princ.ff de origi.iur.facit l si pupilli.§. item quæritur.ff.de nego.gest. Tertiò fallit ratione rei de qua quis loquitur, uel persone, ut si dicat aliquis § lego 10. famulis meis § quia non intelligitur, quod in famulis habeat dominium, sed simplicem vsum,ut l.cum se exhibuisse.ff.de publ.facit l.medicos,C.de professio. & medi.lib. 10.ibi § ciuitatibus suis &c. § quod intelligitur quantum ad habitationem vel originem,sic etiam de consuetudine dicimus, talis uenit uel uadit ad patriam suam.

SVMMARIVM.

1 Probata possessione auctoris,an transeat dominium in personam eius, qui habet causam ab eo.
2 Probans legitimam possessionem sui, & prædecessorum suorum, potest intentare directam rei vendicationem.

1 ITem spacio x. xx. xxx. Hæc est tertia positio,in qua exprimitur tempus possessionis dicti Petri, à quo causam habuit dictus And.& per hoc constat,quòd saltem ex præscriptione ipse Pet.fuerit dominus,uel quasi; & per consequens facere potuit dominum ipsum Andr. causam habentem ab eo. Pro cuius clariori intellectu reuoco in dubium; an probata dicta possessione transeat eius rei dominium, & quale in ipsum Andr. ad quod breuiter sic distingue. Aut probatur de possessione longi & longissimi temporis tantum. Aut de possessione tanti temporis cuius initij memoria non existit. Primo casu in d.And. transiuit dominium vtile tantum,non directum; quia utile ex præscriptione quæritur, ut traditur in authen. nisi C.de bon. ma.& dixi in priori libello in glo.super versic.iure dominij.Secundo uero casu translatum est directum,quia illud quæritur,ex illa possessione cuius initij memoria non existit,argum.l.nunquam, in §.thesaurus.ff.de acquir.rer.do. & ita determinatur per Petr.& Cyn.in l.cum res, in fin.C. 2 de probationi. † Ex hoc potes colligere unum singulare pro infinitis personis,quæ tam per se, quam per eorum antecessores uidelicet pat. em,auum,proauum & alios ascẽ-
✻ dentes,tenuerunt aliquas terras & possederunt,* vel domos,seu castra,quòd si successores cadant à possessione, & probent de tam longæua possessione tam ipsorum, quàm suorum prædecessorum, cuius initij memoria in contrarium non existit, quòd possunt intentare directam rei uen. contra quoscunque possidentes Alij etiam sunt modi quærendi dominium, de quibus plenè dixi in d.glo.& Bar.tangit in l.rem quæ nobis.ff.de acquiren.poss.& Cyn.in l. inciuilem.C.de fur.Spec.in tit.de loca.uersi.2.

ADDITIO.

✻ Possederunt. Adde,quòd aliud est possidere, aliud stare in possessione, teste Ias.in l.si quis ante, numero.12.ff.de acquiren.possess.

ITEM Veris & legitimis. Hæc est quarta positio,circa quam attende; quod in dubio quis præsumitur possedisse ex causa,quæ probatur. ut not.per gloss.in l.quædam mulier.ff.de rei uendicat.& est text.not.in l.si.ibi § Ex causa § ff.de precario.&c.

SVMMARIVM.

1 Præscriptio non procedit sine titulo.
2 Verba posita in instrumento, tradidit & transtulit, an probent traditionem factam possessionis.
3 Ingressus prætextu licentiæ unam particulam terræ, per hoc uidetur totius terræ acquisiuisse possessionem.
4 Instrumentum in conspectu rei uendita fieri debet.
5 Venditore constituente se nomine emptoris precariò possidere, probatur traditio possessionis cuiuslibet.
6 Venditore constituente se nomine emptoris precariò possidere, probatur traditio solius possessionis ciuilis.
7 Dominium an propter hoc transferatur, si quis constituit se nomine alieno rem ignorans esse suam possidere.
8 Traditio vacuæ possessionis ad inducendam præscriptionem uel transferendum dominium,an sit necessaria.


ITem quod præfatus Pet.Hæc est quinta positio,in qua comprehenditur titulus dicti.An. quo probato apparebit in ipsum fuisse dominium translatum,si ille Pet, à quo causam habet, fuit dominus: uel si non fuit dominus,saltem transtulit causam legitimam præscribendi, ut in l.clauibus.ff.de contrahen.emptio. & in l.traditio. ff. de 1 acquir.rer.domin.& l.1.cum sim.ff.de pub. † Nam sine ti-
✻ tulo præscriptio * non procedit,ut dictum est, nec insuper sine titulo habili transfertur dominium, ut l nunquam nuda.ff.de acquiren.rer.domin. nec solo titulo sine traditione sequenti uel præcedenti transfertur dominium regulariter,ut in l.traditionibus.C.de pact.& in §. uenditæ. Insti.de rerum diuisio.& l.quoties.C.de rei vend. & pro tanto adij-

2 to adijcitur in hac positione, tradidit & transtulit. † Quid
* ergo si hæc verba. § Tradidit & transtulit § sint apposita in instrumento venditionis, an per hæc probetur traditio facta possessionis? uidetur quòd sic per tex. & gloss. in l. 2. C. de acquir. posses. Tu autem & verius distingue secundũ Cyn. & alios, vt ibi no. per Bart. in d. l prædia. ff. de acquir. posses. aut tempore uenditionis iste non possidebat, & tũc per instrumentum non probatur nec inducitur probatio traditionis, per regulam l. nemo plus iur. ff. de regu. iur. & d. l. traditio, aut tempore venditionis possidebat seu tempore instrumenti celebrati: & tunc aut res ipsa erat in con
* spectu * partium, uel ipsum instrumentum fuit factum, & traditum in re ipsa alienata; puta domo, uel fundo; & tunc per instrumentum probatur traditio, sic intelligatur d. l. 2. cum sua glo. aut eo tempore res erat in absentia à conspectu partium, & tunc per instrumentum non probatur traditio, sed ex eo solùm probatur licentia de ingrediendo, & intrando possessionem, vt l. prædia. ff. de acquir. posses. & ibi no. vnde si post instrumentum reperiatur emptor in possessione, sufficit quò ad dominij, vel quasi acquisitionē propter antecedentem licentiam, aliàs autem non præcedente licentia non esset licitum emptori propria auctoritate possessionem ingredi, ut in l. si ex stipulatione. ff. de verb. oblig. quam opin. sequitur Spec. in titu. de emptio. &
3 venditio. §. j. † Quid ergo, si prætextu huius licentiæ ingressus est unam particulam tantum ipsius petiæ terræ, an per hoc acquisiuisse possessionem totius intelligatur dic quòd sic, vt l. 3. in princ. ff. de acquiren. possess. Vbi aut esset facta alienatio de pluribus rebus distinctim & separatim, puta de pluribus castris, uel domibus, aut petijs terrarum, tunc per ingressum unius non acquireretur possessio aliarum, ut no. per Cyn. & Bartol. in d. l. 3. & per Dyn. in c. 1. in 5. q.
4 de regu. iur. lib. 6. † Ex prædictis habes bonum assumere
* consilium, * quòd fic. i facias instrumentum, vel in re ipsa, vel in eius conspectu, & dicat tunc notarius. § Actum in domo infrascripti, in cõspectu ipsius domus uel fundi &c. §
5 † Quid autem si in instrumento cauetur, vt sit communiter, quòd suprascriptus uenditor constituit se ipsam domum tenere nomine dicti emptoris, an per hoc probetur traditio possessionis? Dic quòd sic, tam ciuilis, quàm naturalis, si tunc temporis uenditor possidebat, quod est necesse probare, vt traditur in l. quod meo. ff. de acquir. poss. & in c. cum venisset, in fin. extra de restitu. spol. & in l. quędam mulier. ff. de rei uendicat. Nec isto casu fienda est illa distinctio, an res fuit in præsentia, uel non; quia corpus & animus ipsius constituentis fingitur idem corpus, & animus illius cuius nomine se constituit possidere, argum. in l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquirend. rer. dom. vnde ipse emptor repræsentatus per corpus & animum uenditoris, dicitur & fingitur possessionem ingredi, & adipisci: quæ ratio cessat in casu præcedenti, nam in eo dixit se tradere, & per hoc uoluit personam emptoris repræsentare. & prædi
6 cta procedunt, quando simpliciter constituit. † Sed quid si constituit precario nomine possidere, an omnis possessio per tale constitutum transferatur in emptorem? Dic quòd non, sed sola ciuilis, & remanet naturalis penes ipsum uenditorem, hoc enim importat natura precarij, ut l. & habet. §. eum, & ibi not. ff. de precar. Est igitur consul-
* tius pro emptore, uti simpliciter forma constituti * omisso precario, licet in hoc multi errent notarij, & tantum operatur simplex constitutum, quantum si instrumentum fieret in re ipsa. fateor tamen, quòd si precarium apponatur, uel interueniat, quòd non propterea impeditur implementum contractus, ut habetur in l. Iulianus. §. ex vendito. uersicu. possessionem autem. ff. de actio. empti. ubi autem notarius multiplicaret verba apponendo simplex constitutum & precarium, & tunc utraque possessio diceretur translata potius ui constituti, quàm precarij, argumen. in l.
7 non solum. §. fina. ff. de usucapio. † Quid autem si ignoranter quis putans rem alienam cùm sit sua, illius nomine se constituat possidere, an perdatur uel transferatur dominium uel possessio? Dic plene ut habetur in tex. & per doc. in l. si rem aliquam. ff. de acquiren. possel. & in l. ad proba-
8 tionem. C. loca. & in l. qui rem propriam, eo. tit. † Sed circa prædicta quæritur, an ad dominium transferendum, vel præscriptionem causandam, sit necessaria traditio uacuæ possessionis, hoc est per alium non occupatæ? Circa hoc distingue. Aut quæritur de dominio transferendo, & hoc respectu non est necesse, quòd possessio sit uacua, per tex. in l. si fundum. ff. de fund. do. Aut quæritur de præscriptione inducenda, & hoc respectu requiritur, quòd sit uacua, ut l sine possessione. ff. de usuca. Aut quæritur quò ad liberationem venditoris, & hoc respectu requiritur, quòd sit uacua, ut in l. 2. §. j. ff. de actio. empti. & in l. cum res. C. de probatio. Aut quæritur quò ad publicianam intentandam, & hoc respectu requiritur, quòd sit uacua, quia præscriptio & publiciana inuicem conuertuntur, ut quo casu una locum habeat, & alia, ut in l. eum qui, in princip. ff. de publ. Quæ autem dicatur uacua, dixi supra, & not. per glo. in l. fi. C. unde ui. & d. l. cum res, & l. 2. §. 1.

ADDITIONES.

* Præscriptio. Adde, quòd hoc non procedit in præscriptione immemorabili, teste Mising. Cent. j. obser. 30. ubi quòd ea præscriptio habet uim priuilegij, & concessionis, nec in ea titu. allegatio requiritur, quam conclu. declara, ut latius per eum. Masuer.

* Tradidit. Adde, quòd illa uerba non probant traditionem possessionis sed ex eis uidetur data tantum licentia apprehendendi possessionem, teste Nat. consil. 162. columna 8. in princip.

* In conspectu. Adde, an solo animo quæratur possessio, uel dominium, & an requiratur traditio in acquirendo dominio? & uide Ias. in l. certi condictio. §. deposui. ff. si cert. peta. & ad dicta Pap. hic uide, quæ scribit Roma. sing. 137. consil. 337.

* Consilium. Adde, quòd traditione instrumenti censetur res de qua in instrumento fit mentio, tradita, teste Rom. sing. 338. & not. Doct. in l. ab emptione. ff. de pact.

* Vti simpliciter forma constituti. Adde, quæ habentur infra for. lib. uenditionis §. constituens, & dic, quòd ubi translata est possessio in emptorem per constitutionem precarij, uenditor non habet hypothecam, de qua in §. offerri, l. Iulianus, de actio. empti. nisi expressè aliud conuentum sit, text. in l. j. §. fin. ff. de reb. cor. Nat. consi. 171. columna 2. in fin. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Rei uenditæ dominium non transfertur, nisi soluto pretio, uel habita fide de pretio.*

I Tem quòd dictus An. dictum pretium. Hæc est sexta
1 positio, † in qua allegatur solutio pretij, quod quidem fit, quia rei uenditæ dominium non transfertur, nisi soluto pretio, uel habita fide de pretio, ut in l. quoties. C. de rei uendica. & Insti. de rer. diuid. §. uenditæ, licèt publicianæ ius, hoc est quasi dominium, sine pretij solutione transferatur, ut l. pretio. ff de public. In dubio autem semper præsumitur fides habita de pretio, si res ipsa fuerit tradita, ut no. in d. §. uenditæ, unde ad tollendum omne dubium, solent notarij in instrumentis apponere, sicut uenditor confessus est pretium recepisse.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio probatur longo tempore & continuata possessione.*
2 *Possessio auctoris quando coniungitur cum possessione successoris transit cum sua causa suisq; uitiis, siue sit uitium personale, siue reale.*

3 *Regula coniunctionis possessionis auctoris cum possessione successoris fallit in præscriptione longi tempor.is 30.annorum.*
4 *Quando fiat coniunctio unius possessionis cum alia.*
5 *Facta coniunctione unius possessionis ad aliam, nec appareat an fuerit continuata possessio, præsumitur continua.*


Tem quod dictus An.ipsam petiá terrę, &c.
Hæc est septima positio, in qua allegatur
1 possessio continua in persona Actoris. † Nã
ad probandum præscriptionem requiritur
longum tempus, & continuata possessio, ut
l.2.C.de long.temp.præscr.& supra dixi.& si fortasse tem-
pus suæ propriæ possessionis non sufficiat, poterit coniun-
gere tempora sui auctoris, ut l.Pomponius.§. cum quis.ff.
de acquir.possess.& in l.in accessione, & in l.de accessioni
bus, & in l.pen.§.1.& l.fin.ff.de diuer.& temp.præscri.dun-
tamen possessio auctoris fuerit iusta, alias si non fuisset iu-
sta non fieret accessio, ut in d.l.Pompo.§.ex facto, quia re-
gula est, quòd uitiosa possessio non accedit iustæ, nec ui-
tiosa uitiosæ, ut in d.l.Pomponius.§.accessiones, fallit in
præscrip.30.anno.de iure ciuili.secus autem de iure cano-
nico, ut no.Bart in d.l.Pomponius.§.fin. de acquir.pos. &
dicam infra. Similiter possessio interrupta non accedit cõ
2 tinuæ, ut in d.l.Pomponius.§.quæsitum. † Denique circa
hoc no. quòd possessio auctoris quando coniungitur cum
possessione successoris, transit cum sua causa, suisq; vitijs,
ut in d.§.cum quis, siue sit uitium personale, siue reale, tam
olim quàm hodie. ubi autem nollet successor coniungere
tempora auctoris sui, tunc uitia personalia non transibant
olim in ipsum successorem, ut in l.an uitium, in princ.ff.de
diuer.& temp.præscr.hodie autem sic, ut in authen.malæ
fidei.C.de long.temp.præscr.uitia autem realia & olim &
hodie indistinctè, siue uelint coniungere tempora, siue nõ,
transeunt in successorem, ut in l.uitia.C.de acquir.poss.&
ibi not.per Cyn.& glo.in d.l.an uitium, & per Bart.& glo.
in d §.cum quis, & quæ dixi supra de vitiosa possessione,
quæ non coniungitur cum iusta, procedunt quò ad præ-
3 scriptionem longi temporis. † Quæ autem superius di-
cta sunt de coniunctione possessionis iniustæ, uel iustæ, fal
lit ut dixi in præscr.longiss.tempo.30.ann. ut no.glo.in l.
si quis emptionis.C.de præscr.30.ann. in gl.incip.supple,
quia mala fides non impedit iure ciuili hanc præscriptio-
nem, ut in d.authen.malæfidei, & quia in ipsa longissima
præscriptione potius attenditur negligentia non peten-
tis & defectus vitæ suæ actionis, quàm fauor possidentis,
ut d.l.omnes.& l.sicut, secundum Bartol.ubi supra, & in l.
Celsus.ff.de vsuc. requiritur tamen in ipsa tricennali præ-
scriptione, quòd non fuerit interrupta aliquo legitimo
modo, nam interruptio impedit cursum eius, ut d.l.om-
nes, facit ad prædicta quod no.sing.Barto.in l.sequitur.§.si
4 uiam.ff.de vsuc. † Verum ut præmissorum latior habeatur
doctrina, cum quæritur quando & qualiter fiat accessio,
seu coniunctio unius possessionis ad aliam, sic distingue se
cundum Bart.ut traditur per eum in d.l.Pomponius.§.ac-
cessiones, & l.penul.§ 1.ff.de diuer.& tempo.præscr.aut il-
le, qui uult uti accessione alterius, nullo modo possidet
per se neque per alium, & tunc non potest accessione uti,
ut d.§ accessiones, & l.penul.§.primo, aut possidet in to-
tum per alium, & tunc utitur accessione, sicut per se ipsum
possideret, ut dict.l.Pomponius, § si is qui precario, & ibi
not.aut possidet per seipsum, & tunc aut eius possessio
est iniusta, & nulla potest uti accessione, ut in d.§.accessio
nes, & in d.§.ex facto, nisi quòd ad præscriptionem 30.ann.
ut dictum est. Aut eius possessio est iusta, & tunc aut uult
uti accessione eius à quo causam habet, & tunc aut ipsa res
fuit medio tempore ab alio possessa, & per cõsequens pos-
sessio non fuit continua, & tunc non potest uti ea accessio
ne, ut d.l.Pomponius.§.quæsitum.Fallit in hærede, ut d.l.
Pomponius.§.sed & legatario. Aut possessio fuit cõtinua,
& tunc aut possessio auctoris fuit uitiosa, aut non. Primo
casu distinguitur, aut quò ad præscriptionem long.temp.
aut longissimi, ut dictum est. Primo casu potest uti acces-
sione, ut d.§.cum quis, & in d.§.accessiones, cum simil.aut
vult vti accessione eius à quo causam non habet, & tunc
non potest nisi iudicis auctoritate facta fuerit restitutio,
5 ut in dicta.l.Pomponius.§.si liber homo, & §.si iussu.† Sed
quid si fiat coniunctio, seu accessio vnius possessionis ad
aliam nec appareat an fuerit possessio continua, nunquid
præsumitur continua? dicit Bartol.quòd sic, vt per eum
deter.in d.§.fin.& in l. Celsus.ff. de adde quod dixi supra,
in 1.libello, in glo.pręscript.&c.

ITEM Sciente, & patiente. Hæc est octaua positio, in qua allegatur actus quidam pręsumptę traditionis, ut in d.l.2.& ibi no.C.de acquir.poss. & dixi supra.

S V M M A R I V M.

1 *Positio, quòd est publica uox & fama, est in communi practica, tam in positionibus, quàm in capitulis.*
2 *Fama quotuplex sit.*
3 *Fama quid sit.*
4 *Fama quæ allegatur, in quo loco esse debet.*
5 *Si est contentio de morte alicuius in remotis partibus, sufficit famam sic esse inter eius parentes, & affines.*
6 *Famam quot homines faciunt.*
7 *Fama oriri debet a personis honestis, & fidedignis.*
8 *Testes duo requiruntur ad probationem famæ.*
9 *Testis nominare debet personas à quibus dicit se audiuisse.*
10 *Fama quis & qualis sit effectus.*
11 *Fama, an faciat semiplenam probationem.*


Tem quòd de predictis omnibus, & singulis
1 est publica uox & fama. † Hæc est ultima po
sitio, quæ est in communi practica & stilo tã
in positionibus, quàm in capitulis. Et pro hu
ius famæ pleniori notitia, & doctrina, quæ-
2 rendum est de pluribus. † Et primò, quotuplex est fama?
ad quod respondetur, quòd duplex, una uidelicet status
hominis inter homines, vt quòd Titius sit stultus, uel di-
scretus, de qua loquitur glo.in l.tertia.C. de episco.aud.&
in l.capitalium.§.famosos.ff.de pœn.& l. cognitionum.§.
primo.ff de uar.& extraor.cogn.& l.non omnes.§.à Barba
ris.ff.de re mil.alia est fama alicuius facti, uel negocij par-
ticulariter inter homines, de qua, in l.3.§.eiusdem.ff.de te-
3 stib. † Secundò quæritur, quid est fama? Respondeo se-
cundum Doct. quòd fama est quędam opinio communis
uoce manifestata ex quadam suspicione proueniens. Di-
citur autem { Communis } ad differentiam singularis, per
quam fama non inducitur, ut l.quidam.§. quod dicitur.ff.
de acquir.hęred.& l.Labeo.ff.de sup.lega. subiungitur au
tem in eadem diffinitione { Voce manifestata } quod ideo
dicitur, quia fama dicitur à fando secundum Vgutionem,
unde nisi uoce communi sit expressa, non erit fama, ex
quo apparet, quòd communis opin. & communis existima
tio & fama sunt idem, quando procedunt ab eodem fon-
te. Deinde subiungitur { Ex suspicione proueniens } quòd
ideo dicitur, quia actus manifesti qui procedunt à uisu, ap
pellantur notorij, vel manifesti, nec stant in proprio no-
mine famæ, ut not.in l.diues, & in l.incola.C. de appellat.
4 † Tertiò quęritur, in quo loco debet esse fama quę alle-
gatur? distingue, aut allegatur fama hominis, & debet es-
se in loco suæ originis, ut l. de minore.§. tormenta. ff.de
quæstio.& ibi plene de hac materia per Bartol. uel saltem
in loco, in quo ut plurimum cõuersatur, ut in l.2.& quod
ibi not.C.ubi de cri.agi.opor.& in authen. qua in prouin-
cia, ibi posita, facit l.si cui.§.penul.ff. de accusa. uel secun-
dum eum sufficit esse inter personas, inter quas melius ca-
5 dere posset hæc fama non attento loco. † Quid autem si
* est contentio de morte * alicuius in remotis partibus? Dic
quòd sufficit fama sic esse inter eius parentes & affines, un
decunque sint, uel habitent, argumen. eorum quę not.in l.
cum

cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquiren.hered.& l.octa
6 ui.ff.unde cogn.& l.de tutela.C.de in integ.reſti. † Quartò quæro,quot homines faciunt famam? Dicunt quidam 10. vel 20.Bart.autem vbi ſupra,uidetur ſentire, quod in probatione famæ exigitur maior pars eorum ad quos pertinet,non attento certo & determinato numero perſona.ũ, argum.in l.quod maior.ff.ad municip.& in l.aliud.§.refer-
7 tur.ff.de iur.fiſc. † Quintò quæritur, à quibus perſonis, a
* debeat fama originem trahere? Dic,quòd à perſonis honeſtis & fidedignis,non autem ab opprobrioſis & maleuolis,& vitioſis,ut plenè traditur in cap.qualiter & quando, extra de accuſat.& ibi plenè per Inno.& Ioan.And.in c.li-
8 cèt heli,extra de ſimo. † Sextò quæritur,quot teſtes requiruntur ad probationem famæ? gloſſ.in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtibus dicit,quòd duo teſtes ſufficiunt, dum tamen rectè concludant ſecundum formam ibi traditam per gloſſ.reddendo ſufficientem rationem ſui teſtimonij per proprium
9 auditum. † Sed an teſtis debet nominare perſonas,à quibus dicit ſe audiuiſſe, uel ſufficiat dicere, ſe non recordari,prout ſæpe dicunt teſtes? Dicit Inn.ubi ſupra,quòd debet ſpe.ialiter aliquas perſonas nomina e, & deinde ſubiungere,ſe à pluribus alijs hoc idem audiuiſſe,de quorum nominibus ad præſens non reco datur. Cuius ratio eſt; quia cùm fama trahere debeat originem ab honeſtis perſonis ut dictum eſt; neceſſe eſt ut primo aliquæ nominentur quæ uideantur an honeſtæ ſint,uel uiles:quam opin.ſequitur etiam Bart. ubi ſupra & ſi fortaſſe in expreſsione & nominatione perſonarum eſſet diuerſitas inter teſtes, uel in tempore,aut in loco in quo audierunt,& à quibus, non per hoc vitiaretur eorum teſtimonium,argum. in l.ob carmen.§.fin.ff.de teſtib.cum ibi not. ſequitur Innoc. & Bart.
10 ubi ſupra. † Septimò quæritur principaliter,quis,& qualis ſit effectus famæ? ſuper quo glo.ua iant, nam quædam dicere videntur,quòd fama faciat plenam fidem, ut not.ff. de negoc.geſt.l.at qui natura.§.fina.C.de probat.l.4. & ibi per Cyn.& C.de iur.do.l.ubi adhuc. Alibi gl.dicunt,quòd faciat ſemiplenam fidem ſeu probationem, vt not.in d.l.3. §.eiuſdem.& ff.de iureiuran.l.admonendi,& in l.in bonæ fidei.C.de iureiuran.& extra de appel. cap.j.& quod not. per Dyn.in l.2.§.1.ff.de excu.tuto.Alij autem Doc. dicunt, quòd ſolum confirmat alias probationes factas, non autem per ſe facit aliquam probationem, per tex. in d.§.eiſdem,ibi { Conſentiens fama confirmat } ideoq; ſecundum
b eos vnus teſtis b & fama non faciunt plenam probationem,licèt Dyn.teneat contrarium,in l.excuſantur.§.1.ff.de excuſa.tuto.& Cyn.idem ſequitur in l.4.C.de probat.& l. fin.C.eod.titu. Tu tamen ſecundum Bartol.potes ſic latius diſtinguere,quædam ſunt in quibus ſufficit ſic eſſe famam, & tunc fama facit in his plenam probationem, ut in l.Barbarius.ff.de offic.prætor.l.1.C.de teſti.& in l.arbiter. C.de ſenten.& in l.3.C.ad Mace.quædam ſunt in quibus requiritur veritatem ſic eſſe,& in hoc diſtingue, nam quædam, ſunt in quibus fama habetur pro ueritate, & tunc ſufficit probatio famæ, ut in l.prima.§.j.ff.de flumi.& l.Labeo.ff. de ſupp.lega.& l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtr. & inſtrum.lega. Quædam ſunt in quibus ipſa fama non habetur pro ueritate, & tunc aut hæc fama probatur ex nudà voce populi non coadiuuata iuſtis præſumptionibus, & tunc ualet ſolum confirmare alias probationes, vt in d.§. eiuſdem, cum gloſſ.ſua, quia talis fama poteſt dici vana vox populi,ut l.decurionem.C.de poe. aut fama probatur & fundatur ſuper iuſtis cauſis & præſumptionibus, & tùc in caſibus breuioribus,& minimis facit plenam probationem,ut in authen.niſi breuiores.C.de ſent.ex breui. recit. & ſic intelligi debet glo.in l.vbi adhuc.C. de iur. dot.cum ſimil. In cauſis autem grauibus & maioribus regulariter non facit plenam probationem, licèt quandoque transferat onus probandi in aduerſarium, puta ſi fama conſtituit aliquem in poſſeſsione alicuius ſeruitutis, uel libertatis, uel alterius qualitatis, vt in l.ſi pater.C. de ita.defun.& l.j.
11 §.ſi ſeruus.C.ſi ſer.contra.lib.ad decu.lib. 10. † Sed an talis fama faciat ſemiplenam probationem, vel non, multùm attendi debet,quæ & quales ſint præſumptiones illæ, ſuper quibus fundatur fama, ut ſecundum eas dicatur fama plenior, vel debilior, & facere quandoque ſemiplenã probationem,& ita intelligi debet glo. & Dyn.in d.l.excuſantur.§.j.ff.de excuſa.tuto.& cura.& d.l.3.§.eiuſdem, per quæ potes colligere,an fama ſit ſufficiens indicium ad tor-
c turam, c de quo dic,ut not.per Gand in titu de fama. & per Barto.in d.§.tormenta.& in l.ſanctio legum.ff.de pœn. unus tamen teſtis omni exceptione maior,qui deponat de viſu,eſt per ſe ſufficiens indicium ad torturam,ut no.idem Bart.in l.j.§.idem Cornelio,in l.vnus,in §.iudex, & l.maritus.ff.de quæſtio.

ADDITIONES.

* De morte. Adde, quòd mors alicuius in partibus longinquis probatur per ſolam famam ſecundum communem per Dec.conſil.652.in princip.de quo uide & quomodo probetur vbi graue præiudicium uertitur, Lanfr.in cap. quoniam, uerſi.teſtium depoſi.num.185.de probat.Corſ. ſing.uerſic.mors. Boer.q.288.Aym.conſi.127.nume.17.& quomodo probetur, Dec.conſil.83.numer.5.& mortuus quomodo, & quando quis præſumatur: Ita ut hæreditas per proximiores adiri poſsit; uide Nat.conſi.59.nume.5. nume.6.conſi.241.cuius probationis pract.quando agitur de ſucceſsione in hæreditate; docet Fel. in cap. ex teno:e, colum.ij.in fin.extra de teſtib.Alex.conſi.4.colum.4. circa fin.lib.2.ubi loquitur de quodam iuuene bellicoſo, accedit, quòd quando in aliqua diſpoſitione fit mentio mortis: quòd intelligitur de naturali,non de ciuili,teſte Alex. conſil.2.lib.j.vbi num.15.quando mors ciuilis æquiparetur naturali; de qua per Iaſ.in l.ſi deceſſerit, colum.ij.nu. 10.ff.qui ſatiſd.cogan.in l.in pupillari,num.9.ff.de vulga. in l.gallus.§.& quid ſi tantum, nume.8.& in rep. d.§.nu.5. ff.de libe.& poſthum.qua in materia, & de probatione illius: uide quæ idem not.in l.edicto,num.14.C.de edic.di. Adria.tollen. Maſuer.

* A quibus perſonis. Adde Fely.in cap.cum oporteat,col.7. & ſequen.de accuſa.& in cap.ueniens, el j.ubi Abb.de teſtib.Iaſ.in l.is poteſt,num.75.vſque ad 8:.ff.de acquir.hær. Pariſ.conſi.152.lib.4.Dec conſi.37.57.Rol. conſi.3.num. 57.lib.1.& quomodo differant fama & rumor, & qualiter illa duo articulanda ſint, not.Iaſ.d.l.is poteſt. Arch:d.in c. ſi duo,35.q.6.& quid in criminali probet fama iùcto uno teſte; Vide Dec.conſi.163.colum.5.circa fin. conſi.453.nu. 3.ubi quòd non probat ſecundum communem per Alex. conſi.143.colum.2.circa med lib.2.quæ concl.fallit,quando concurrerent aliæ coniecturæ, quia tunc etiam in criminali unus teſtis cum fama publica probaret, teſte Dec. d.conſi.163.colum.5.circa fi.in ciuilibus autem dic, quòd probatio ſemiplena vnà cum fama ſufficit,ex not.per Alex. d.conſi.143.lib.2.Quid in antiquis? quomodo in eis probet fama; & dic,ut per Guid.Pap.q.357.Roma. conſi.76. colum.3.109.Alexan.conſil.25.117.lib.4.139.num.11.lib. 6.90.94.colum.2.nume.11.lib.2.conſi.50.lib.5.51.lib.j.& in materia famæ Pariſ.conſi.61.nume.25.lib.4. conſi.104. colum.vlt.lib.1.Aym.conſil.41.145.colum.ult.151.col.5. Nat.conſi.388.473.colum.9. & ſeq.Alex.conſi.123.libr.7. Roma.ſing.201.622.omnium plene Iaſ.d.l.is poteſt,prac, Bald.tit.de probat.q.2.Iaſ.in repet.l.admonendi, nu.148. & ſequen.ff.de iureiurand. ubi quid in Ciuili quid in Criminali,& ibi numer.251.an faciat indicium ad torturam. Quibus adde,quòd teſtis deponens ſuper fama: ut probet famam deponere debet audiuiſſe dici à maiori parte populi aliàs non probat famam publicã, teſte Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria,numero.4.ff.qui ſatiſda.cogan quam.

conclu,

conclu. declara, ut per eum ibi. & per Dec. inter commun. opinio. versic. fama, & quid quando sunt duæ famæ, an posterior tollat effectum primæ? & dic, ut per Ias. d. l. is potest, num. 75. 80. Maliner.

a Personis. Adde Ang. de Vbal. Senio. in l. si uacantia, nu. 1. C. de bonis vacan. lib. 10. Ang. Are. in tracta. malefi. in gl. non maleuolis. Franc. Are. in consil. 73. incip. diligenter & mature considerans, colum. 4. versi. testis autem deponēs. Pari. de Puteo in tracta. syndica. in versi. tortura, el 1. versi. an fama. Hyppol. de Marsil. in l. de minore. §. plurimum, colum. 3. uersi. quærit ulterius ipse Bar. ff. de quæst. Rober. Maran. in tract. de ordi. iudic. in 6. par. num. 21. & Iodo. in enchiri. rerum crimi. c. 8. nume. 10. & Foller. in praxi cri. in 2. par. 2. par. princ. in uer. dentur capitula, quòd suffocauit uxorem, nu. 35. Zilettus.

b Vnus testis. Adde, quòd fama cum vno non facit plenam probationem in criminalibus, secus in ciuilibus. Glo. in c. ueniens, el 1. in uersic. illorum, extra de testi quam ibi Doc. sequuntur, & præcipuè Bal. & Ioan. de Imol. & Abb. Pan. colum. 2. uersi. quæro nunquid per unum testem, Fel col. 4. versi. tertia conclusio. & Dec. colum. 4. uersi. secunda conclusio, & uide Oldr. in consi. 192. vno diligenter processu, uersi. unde dicunt Doctores, Cyn. in l. fi. C. de quæstio. Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & in l. 2. in princip. ff. de excus. tuto. Ioan. de Ana. in consil. 59. incip. visa inquisitione, col. fin. uersi. ultimo quia hic allegatur, Io. de Imo. in l. inter esse, in fin. ff. de uerbor. sign. Ang. Are. in tract. malefi. in Glo. fama publica, num. 41. versi. & an fama sit sufficiens Cæp. in consi. 34. causa. criminalium incipien. si unquam magnifice domine, colum. 3. uersicu. nec sufficit dictum ultimi testis. Pari. de Puteo in tracta. syndica. in uers. tortura, el 1. versi. an fama. Ias. in repet. l. admonendi, num. 250. ff. de iureiuran. Iacobin. à S. Georgio, in l. 3. §. eiusdē, num. 10. ff. de testi. Hippoly. de Marsi. in l. de minore. §. plurimum, colum. 10. uersi. modo ultra Bartol. & omnes. ff. de quæstio. Blancum in l. fina. num. 313. ff. eo. titu. Io. Mille. in tracta. de indicijs, num. 7. & in tracta. pœnarum citra mortem, in uersi. Ferdinandus, nume. 7. & Duen in regu. utriusque iuris reg. 300. Zilettus.

c Ad torturam. Adde, an sola fama faciat indicium ad torturam, Thom. de Piperat. in tract. de fama, nu. 40. Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de probat. §. uidendum, versi. 13. iuxta similiter addit. Eundem in addit. prædictis, in tit. de noto. criminibus. §. fama, super uersi. casus, in fin addi. Bald. in dictis addi. in titu. de sen. colum. ult. Cyn. in l. fi. C. de quæstio. Eundem Bal. in l. milites, eod. tit. & in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & in d. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in c. 1. §. iniuria, colum. 2. uersic. sed nunquid ex tali, de pace iuram. firm. in usib. feud. Bart. in tracta. de quæstio. colum. 8. uersi. sed quid si maleficium probatur per famam, Ant. de Butr. in c. tertio loco, colum. pen. de proba. Abb. Panor. in cap. j. colum. 1. de deposito, in c. 1. in fin. de purga. cano. & in cap. cum in contemplatione, de regu. iur. Angel. Aret. in tracta. malefi. in glo. fama publica, num. 41. uersicul. an fama. Alex. de Imo. in consi. 5. incipien. in causa inquisitionis, colum. 2. in 2. volum. Pari. de Puteo in tracta. syndica. in uer. torturam, el primo, uersic. an fama. Anto. de Canario tractat. de quæstio. in 2. memb. num. 25. Franc. Brun. in tract. de indic. & tortu. q. 3. prima par. num. 32. Hippo. de Marsi. in singu. 97. incipien. fama sola, & in sua praxi. cri. § diligenter, nu. 18. Mar. Anto. Blan. in l. fin. nume. 311. ff. de quæstio. Thom. Gramati. in uoto 34. incipien. in causa nobilis mulieris, numero 3. Ludo. Careri. in l. obseruare curabis, numero 382. in paruis. C. quor. appel. non recipian. Iodo. in enchirid. capit. 33. numero 22. cum sequen. de Plotis in l. si quando, nu. 891. C. unde ui, & Foller. praxi. cri. in secunda part. secundę part. princip. in rubr. dentur capitula, quòd suffocauit vxorem, numero 26. 27. 28. 35. & 37. Ioan. Bapt. Ziletus Venetus.

Forma excipiendi contra positiones.



ORAM vobis suprascripto domino Vicario comparet, & se præsentat suprascriptus Ioan. nomine & occasione certarum assertarum positionum eidem uestri parte transmissarum, ad instantiam & petitionē suprascripti Simo. procur. & procuratorio nomine suprascripti And. & per ipsum dicto nomine coram uobis in iudicio productarum in causa, & quæstione prædicta simul inter ipsas partes uertente, ac nomine, & occasione termini dicto Ioan. per uos assignati ad respondendum dictis assertis positionibus, & nomine & occasione omnium, & singulorum contentorum in eis, ad quas relatio habeatur, dicens & excipiendo proponens dictus Io. saluis manentibus alijs suis exceptionibus per eum hactenus propositis, & oppositis, à quibus discedere non intēdit, sed pro replicatis habe. uult, pdictas assertas positiones, & oīa & singula in eis cōtēta fuisse, & esse nullas, & nulla, & nō fuisse, nec esse admittēdas, nec admitti debere, sed & oīno penitus reijciēda: maximè rationib. & causis infrascriptis. Primò, qa lapsa sunt tpa pbatoria à iure, & forma statutorū limitata, unde q̄ nō sunt probabilia non sunt ponibilia. Item quia sunt uaga, incertæ, dubiæ, generales, obscuræ, impossibiles, sibiipsis contrariæ, multiplices, captiosæ, detegentes periurium, ac ad periurium inducentes, impertinentes, & in facto alieno, necnon & potius in iure existentes, quàm in facto, superfluæ insuper, ac negatiuæ, alijsque multifarijs uitijs circumuolutæ; sicque meritò de iure non est eis ullatenus respondendum, petens idem Ioan ante omnia declarari per dictum Sim. ac diuidi positiones antedictas, ac etiam per uos interloqui, quibus ex eis de iure sit respondendum, & an & quæ fuerint & sint admittendæ; qua declaratione facta, offert ex nunc dictus Io. se paratum his respondere, prout duxeritis ordinandū. Veruntamen si, & inquantum alio non exceptuato, idem Ioan. arctetur à iure eis respondere, saluis semper prædictis, & saluo iure impertinentium, & non admittendarum, idem Ioan. ipsis, & cuilibet earum sub eius calumniæ iuramento dicit, & respondet, prout infra. Et primò primæ positioni in ordine quæ incipit. § Et publica uox, & fama &c. § cum alijs duabus sequentibus, respondet, quòd non credit. ultimæ uerò positioni, quæ incipit § Item quòd de prædictis &c. § respondet, quòd de confessis credit, de negatis non credit.

SVMMARIVM.

1 *Positiones sunt fienda coram illo iudice, coram quo sunt producta.*



1 ORAM Vobis. † Responsiones fiendæ, sunt coram illo eodem iudice, coram quo productæ sunt positiones, ne causæ continentia diuidatur, ut l. nulli. C. de iudi. facit quod not. in d. l. secunda. §. primo. C. de iur. calum. & in cap. 1. & 2. extra de confess. libr. 6. & per aliquos in l. ubicunque. ff. de interroga. actio. facit etiam l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iud. ea. cum sim. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Positiones an sufficiat mittere ad domum bis, ut habeantur pro confessis.*

1 EIdem transmissarum. † Aduerte quia ista transmis-
* sio * ad domum non sufficit de iure communi, sed requiritur, quòd pars sit præsens in iudicio, & per iudicem personaliter iubeatur, & admoneatur, ac interrogetur respondere ipsis positionibus, alioquin non reputaretur cōtumax in respondendo, nec possent positiones haberi pro confessis,

confessis, ut habetur in cap fin. extra de confess. libr. 6. Sed ex forma statutorum, & decretorum Lombardiæ, prouisum est, quod sufficiat positiones ipsas transmitti ad domum, & si non responderit habeantur pro confessis, quod ideo repertum est, quia plerunque latitabant, nec personaliter in iudicio comparebant. Et idem dicendum in interrogationibus, quæ plerunque fiunt in iudicio, ut in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. actio. &c.

ADDITIO.

* Transmisio. Adde si per reum absentem respondendum sit positionibus, & ad eum mittere oporteat: cuius expensis ea missio fieri debeat? & dic, ut per Ias. in l. prætor ait, §. is etiam, numero 9. numero 12. ff. de æden. Capel. Tolos. quæstio. 273.

* DICENS Et excipiendo * proponens. Bona cautela est, ante respõsionem præmittere exceptiones, & protestationes, de quibus hic, ne simpliciter respondendo sibi præiudicaret in iure suo, ut aliàs dictũ est, & curare quòd super eis iudex interloquatur, ut infra dicetur, not. bene. Sequitur in litera.

ADDITIO.

* Et excipiendo. Adde quæ oppositiones fiant positionibus: & uide in capit. secundo, in glo. uersi. absque rationabili, de confessis.

SVMMARIVM.

1 *Qui non admittitur ad probandum ratione lapsus temporis probationis, nec admittitur ad ponendum.*

2 *Volens post terminum respondere positionibus, & sic moram purgare, an audiatur, item uolens post tempus ponere.*

1 PRimo quia lapsa sunt tempora, * &c. † Ista est bona allegatio, & causa sufficiens ad reijciendum has positiones; quia qui non admittitur * ad probandum, non debet etiam admitti ad ponendum * vel capitulandum, ut nota. per Cyn. in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pecu. & no. per glo. in d. c. fin. extra de confes. Ad quod etiam facit l. confessionibus. ff. de interrog. actio. & quod not. per Dy. in c. indultum, de regu. iur. lib. 6. & per Cyn. in l. iudices. C. de iudic. & per glo. & Doct. in c. pastoralis, extra de excep.

2 † Sed hic insurgit dubium, an in eo casu quo quis teneatur positionibus respondere infra certum terminum, & non respondeat, admittatur purgatio moræ; ut sic post terminum quis audiatur uolens positionibus respondere, vel positiones producere. Et videtur, quòd sic; quia in actibus iudicialib. admittitur purgatio moræ, * vt i l. & si post tres. ff. si quis cau. & etiam in extraiudicialibus, ut plenè not. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipulat. & l. si insulam. ff. de uerbor. obligat. Dic breuiter, quòd ad respondẽdum positionibus nõ admittitur purgatio moræ post lapsum termini, ut determinat gl. in fi. in c. cupientes, sup ver. expectari, extra de electio. lib. 6. & Innoc. in c. cum in tua, extra qui. ma. accus. poss. & per Bald. in l. si quis instituatur. ff. de hæredi. instituen. & in authen. ad hæc. C. de usu. quod etiam sequitur Bartol. in l. qui ob rem. ff. de condic. indebi. Ange. in d. l. & si post tres. Et huius est ratio; quia quando in dispositione inest dies & pœna, non admittitur purgatio moræ, ut in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obliga. vnde cum hic sit dies, scilicet responsionis fiendæ, sitq; pœna, quis habebitur pro confesso: ideo &c. de quo uerbo { Pro confesso } fit mentio in l. consiliarios. C. de asse. & in l. in fisci causis. ff. de iur. fisc. Ad faciendum autem, seu producendum positiones, uel capitula post terminum, an admittatur moræ purgatio? recurritur ad ea, quæ not. in d. c. pastoralis, & per Cyn. in l. exceptionem. C. de probatio. & per Dyn. in d. capit. indultum. & Bartol. & Docto. in d. l. & si post tres. & in l. minor omissam. ff. de minor. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Lapsa sunt tempora. Adde, an publicatis testibus liceat super materia deducta: & ad probandum admissa facere positiones, & an teneatur aduersarius eis cum iuramento respondere, non obstante testium publicatione, & distingue ut per Olasc. decisio. 10. post num. 5. ubi duas opinio. contrarias conciliat, pro quibus vide Rob. de ordi. iudic. capit. 13. numero 28. capitulo 34. Neuiz. consi. 7. numer. 7. Masuer.

* Admittitur. Adde Osasc. decis. 14. nu. 7. & sequen. Ias. in l. in pecuniarijs, num. 13. ff. de fer.

* Ad ponendum. Adde, quòd positiones fieri possunt in quacunque parte iudicij teste Host. tit. de lit. contestat. num. 3. cui contradicit Specul. titu. de dila. §. fin. versi. item quid si datus, ubi limitat eam non procedere quando datus est terminus ad probandum, quem sequitur Bald. in l. in contractibus. §. illo. C. de non numer. pecun. & in apostil. ad eundem Spec. loco citato uersicu. lapso termino, sed si positio obscura esset usque ad coclusionem in causa declarari posset, ex not. per Bald. in l. tres denunciationes, in fin. C. quomodo & quando iud. Oldr. consil. 144. & quod dicitur de positionibus, idem dicendum est de articulis, quos quandocunque ante conclusionem in causa recipi posse censent docto. in cap. pastoralis, de exceptio. de quo plura scribit Rob. de ordi. iudic. mihi capit. 41. Afflic. decisio. 115. nu. 2. Hypol. in pract. §. sequens. nume. 52. Abb. in capi. quoniam contra, de probatio. Ias. in repet. l. admonendi, num. 18. & in prima lectu. nu. 49. de iureiuran. prædictam autem conclusionem de producendis positionibus intra terminum concessum ad probandũ: & quibus postea productis quis respondere non tenetur intellige uerum, nisi positio esset obscura, quia posset declarari etiam elapso termino probandi usque ad conclusionem in causa, ex doctrina Bald. d. l. nec denunciationes, quæ positiones possunt etiã exhiberi post lapsum terminum probandi, ad hoc ut per confessionem aduersarij quis probationem eruat, ut scribit Mysing. Cent. primã obseruatione 34. quia probatio per confessionem partis in quacunque parte iudicii fieri potest etiam post conclusum in causa, Spec. de pos. §. 4. colum. 2. uersi. tum quia positiones, idipsum dicentis uidetur in notorio quod non requirit processum, nec iuris solemnitatem, cap. fin. ubi Innocen. Abb. & alij extra de cohab. cleri. Abb. in cap. primo, de cler. coniug. in cap. ex parte, de cler. non resid. & ita uidi obseruatum in foro, licet forte in capitulis durum esset obtinere, ex conclusio. quæ habet, notorio & si etiam post conclusionem causæ respondẽdũ sit: vt not. Fely. in rubr. de probatio. nume. 6. reductum tamen ad capitula reiici debet, teste Specul. titu. de renun. & conclusio. nume. 3. ubi allegat l. fin. C. de compens. uersic pene conuicta, qua in materia uide Castr. & Alexand. in l. publia, §. primo. ff. depos. Bal. in rub. col. 3. uersi. quæro qualiter probatio. C. de probat. & in specie de positionibus factis post conclusionem in causa, quòd pars illis respondere non teneatur: scribit Rol. consi. 88. nume. 11. libr. 3. ubi plura notab. sed ut dixi contrarium seruatur in foro & bene, meo iudicio, ex not. per Osasc. decis. 11. colum. fin. Capel. Tolos. q. 14. q. 146. & quò ad notoria uidi aliquando, ea produci post publicationem testium, quibus cum pars opponeret non esse respondendum, tandem post plura petente parte duæ produxerat notoria illa pronunciari pro confessis, aut saltem admitti in uim capitulorum, dictum fuit, admittendũ esse ad probandũ & ita uidi pronũciatũ, pro quodam minore in quadam causa, in qua inter alia plura allegabatur etiam Alex. consi. 61. numer. 4. libr. 2. &

notata

notata per doct. in cap cum causa, el 2. & in capit. causam que, de testi. Fely in cap. fra e. nitatis, eo. tit. & in cap. licet causam, de proba. Hypol. sing. 297. Ba. in l. mancipiorum. ff. de opt. lega. Quod procede e dicebat aduocatus etiam in maiore quando contenta in notorio de nouo superuenissent ad notitiam quæ iuramento probari affirmabat, quæ admissio in uim capitulorum, uisa fuit habere ratione ex prææallegatis & etiam ex not. per Aufr. ad Cap. Tolos. q. 373. & ita uidi iudicatum de anno 1570. in quadam causa quæ agebatur coram dd. cognitoribus Chærij, cuius inter loquutione uerba ita cantabant (admittendo di nuouo qui sij ispedienti, le deduttioni di esso rei, in forza de capituli à prouar nanti noi 22.) & bene, quia concernebant factum alienum, & materia cuius facilis præsumebatur ignorantia in respondendo, tum etiam quia ad notitiam deducentis superuenerant, quæ pronunciatio adiuuari posse videtur ex not. per Ias. in l. patre furioso, nume. 31. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. quod licet post conclusionem in cā, & quando partes renunciant probationib. non debet amplius admitti articuli ad probandum, maximè quando conclusio in causa facta est ad instantiā actoris, non debet amplius admitti articuli rei ad probandum, tamen si sint admissi ualent, quia intelligitur tacite reuocata conclusio in causa, quam doctr. declarat, ut latius per eum ibi, cui addo eundem Ias. in l. si duo patroni. §. idem iulianus, numer. 6. & aliis sequent. ff. de iureiurand. ubi quærit an capitula uel probationes admittantur super iam decisis, & ibi num. 10. quod etiam si sit renunciatū omnibus probationibus: & conclusum in causa, quòd semper admittitur probatio per confessionem pa tis, declara, ut per eum ibi, quid in capitulis, & uide Olasc. decis. 14. nume. 8. vbi quòd semel capitulatum est, non est vlterius capitulandum, qua in materia adde unum notab. quòd licet post terminum datū ad producendum articulos quis non possit ulterius producere: poterit tamen productos declarare, Idem etiam dicendum est in positionibus, ut not. doct. in apostil. ad Bart. in l. ab executore, nu. 7. ff. de appell. Masuer.

* Purgatio moræ. Adde Ias. in l. uinum, numer. 9. & seq. ff. si cer. pe. Nat. consi. 53. col. 5. & quæ habetur in decre. Ducatus patriæ subalpinæ, lib. 3. c. 16. col. fi. uers. saluo.

ITEM Quia sunt uagæ. Appellantur autem uagæ, quando in se continent uarietatem, sicut dicitur de teste. argum. in l. qui falsa. ff. de testib. & in l. eos. ff. ad l. Corn. de fal. & l. 1. C. de furt. unde taliter ponens, ut uarius & contrarius repellitur, ut in d. l. 1. & l. nonnunquam. ff. de colla. bo. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Incertitudo est exosa legislatori.*
2 *Positio incerta quando dicatur.*

1 INcertæ. † Incertitudo est exosa legislatori, siue in iudiciis, ut l. 3. C. de senten. quæ sine cer. quan. & in §. curare. Institu. de actio. l. quid tamen. §. 1. ff. de arbit. facit l. in summa, in princ. & l. ait prætor. §. fin. de regu. iur. & l. Pomponius si f. umentum, in fin. ff. de rei uend. siue in legatis, & vltimis uoluntatibus, vt l. duo sunt titii. ff. de testa. tut. l. quæsitum. §. si quis eo. ff. de fun. instrum. & ibi not. per glo. & in l. si quis de plu ibus. ff. de reb. dub. & l. si fuerit, in prin. cod. titu. siue in contractibus, ut l. inter stipul. §. si stichum. ff. de uerbor. oblig. & in l. cum duo. ff. de in diem adie. cum sim.
2 ibi not. † Potest autem dici tunc incerta, quando eius non capitur intellectus, uel quia sub alternatione concepta, argum. in l. prætor edixit, in princ. ff. de iniur. & in §. quòd autem, & in l. ubi autem non apparet, in princ. & in §. qui illud. ff. de uerbor. oblig. Debet ergo positio esse certa. & eodem modo responsio, ut in l. certum, in princ. ff. de confes. & no. per glo. in d. c. 2. §. præterea, extra de testib. lib. 6. & hæc procedunt, quando fit positio alternatiua, super eo quo processit obligatio simpliciter: ubi autem procederet obligatio alternatiua, posset fieri alternatiua; quiaqua forma sunt in obligatione, pariformiter possunt deduci in positione, & petitione, vt not. Innoc. in c. ex parte, extra de rescrip. facit l. illud aut illud. ff. de consti. pec. & Institu. de act. §. huic, &c. Sequitur in litera.

DVBIAE. Hoc idem importat, quòd supra proximè dictum est, quando sunt incertæ, ideo dic ut ibi. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Generalitas quæ admittatur.*

GEnerales. Dicitur ergo generalis quando potest se habere ad plura, & diuersa, argum. in l. Titia. 1. resp. ff. de leg. 2. & quod no. in l. legato generaliter, ff. de lega. 1. sicque redduntur obscuræ, argum. in l. ita fidei, in princ. ff. de iur. fis. & per consequens non sunt admittendæ, sicut de incertis proxime dictum est. Et prædicta intelligo, quando generalitas illa fundatur super genere generalissimo,
1 vel subalterno, † quod habet fines limitatos hominis destinatione, ut fundus, ut traditur in l. quod in rerum. §. 1. ff. de lega. primo. Secus autem si fundetur super genere subalterno, quod habet fines limitatos à natura vel facto hominis, ut domus, quia tunc cum teneat obligatio, tenebit etiā positio, per regul. supra traditam. Quæ sunt probabilia, sunt ponibili. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Positio obscura respuenda.*
2 *Claritas amica legis.*

1 OBscuræ. † Est autem obscura positio, cùm eius non recipiatur sanus, nec perfectus intellectus, ut 4. dist. cap. erit, & in c. de muliere, extra de spons. & ideo respuen-
2 dæ sunt. De generali, & incerta proxime dictum est, † nā claritas est amica legis, ut in Auth. de testam. imperfect. in princ. & no. istud bene.

S V M M A R I V M.

1 *Impossibile quot modis sumatur.*

1 IMpossibilis. † Sciendum est, quòd aliquod dicitur impossibile altero de tribus modis, uidelicet natura, facto & iure, ut not. & habetur in l. 1. ff. & C. de condit. instit. & Instit. de inut. stipu. §. impossibilis, exemplum de impossibili de natura, vt v. g. Digito Cœlum tangere, & sim. De iure autem dicitur impossibile, ut duas eodem tempore habere vxores, & sororem in vxorem accipere, & sim. à iure prohibita, ut l. conditiones contra edicta. ff. de cond. instit. De facto autem reputatur impossibile, ut dare montem aureum, & sim. unde talibus non est respondendum, ut probatur in l. confessionibus, in fin. & l sequen. ff. de interrog. actio.

SIBI Ipsis contrariæ. Hic diligenter est aduertendum in forma positionum, & responsionum, ne quis sit sibi contrarius propter periculum periurii, ut d. c. 2. §. præterea, de testib. nam contrarii sibiipsis solent à iudiciorum limine repelli, ut l. prima, C. de furt. cum ibi not. uno autem singu-
a lari casu ponens, uel respondens contraria, a suo iure priuatur, nisi causa legitima excusationem præbeat, ut traditur in cap. cum in positionibus, extra de iureiuran. lib. 6. & facit l. ut debitum, & quod ibi not. per glo. & Docto. C. de hæred. actio.

ADDI-

ADDITIO.

a Contraria. Adde, quòd in causa appellationis possint fieri capitula contraria, scilicet secunda per modum correctionis, ita Oldr. in consil. 285. in fin. alleg. l. creditor. §. iussus, de appel. & Inno. in c. vlt. de confess. Cur.

MVLTIPLICES. Appellatur autē positio multiplex, quando plura separata contineret in seipsa, uerbi gratia { Pono quòd vendidisti pretio tali, quòdque ipsum pretium recepisti, &c. } nam vna pars potest esse vera, s. q uendidisti, & reliqua falsa q. s. pretium recepisti, & sic de simi. non est ergo ei absolute respondendum, sed poterit respondens diuidere eam per partes, & unam confiteri, aliam verò negare, vt tangitur in l. si is qui ducēta. §. utrū. ff. de reb. dub. & in d. c. 1. de confess. lib. 6. & infra dicā, &c. Sequitur in litera.

CAPTIOSAE. Ideo secundum aliquos sic appellantur, quia earum forma ita concepta est, q quouismodo respondeatur affirmatiuè uel negatiuè, respondens capitur, & cauillatur, & periurium, aut infamiā incurrit, ut habetur & not. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. facit l. ea quæ. ff. de reg. iur. & no. per gl. in d. c. 2. & per Bart. in l. Marcellus. ff. re. amo. his enim non est respondendum &c. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Heres institutus cogitur respondere positioni sibi factæ, an fuerit rogatus de restituendo incapaci.*

2 *Positioni criminosæ an quis respondere teneatur.*

* DEtegentes * periurium. Hic est sciendum, quòd aliqñ positio talis est, quòd per responsionem ad illam detegitur periurium respondentis; exemplum patet in l. qui iurasse. §. qui pater. ff. de iureiur. & l. fin C. de episc. & cler. aliquando positio est talis quæ inducit periurium, utputa si fiat super facto, de quo respondens est incertus, unde nō tenetur tunc respondere, arg. l. scimus. §. similiq; modo, & §. sinautem. C. de iur. delib. & in l. si. C. de condi. inde. & in l. si is qui. §. si quis, de acquir. hær. & l. cum quid. §. pen. & fi.

1 ff. eod. † Quid autem dices, an hæres cogetur respondere si fuit tacitè rogatus restituere incapaci? uidetur quòd non, quia sic detegi posset eius turpitudo, ergo & c. arg. prædictorum iurium. In contrarium determinat Bart. in l. fi. ff. de

2 his qui. ut indi. † Et idem dicit in eo qui interrogatur, an desierit dolo possidere, dic ut ibi. Sed contra eius sententiam multum facit, quòd quis non tenetur respondere po-

a sitioni, a vel interrogationi, an sit usurarius, ut determinat Inn. in c. dudum, el 2. de elect. & Bal. in l. 2. §. q obseruari, de iur. cal. de quo no. per Bar. in d. l. Marcellus. ff. rer. amo. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Detegentes. Adde, quòd & si quis aliquando positioni criminosæ respondere cogatur, ut no. Bart. & alij in l. qui iurasse. §. si pater, de iureiu. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. cal. in l. Marcellus. ff. rer. amot. in l. transactione. C. de trāsf. Fel. in c. cum dilectus, de accus. ut puta, si de eo interrogetur super quo si non responderet locupletaretur cū aliena iactura, ueluti si rem alienam detineret, item si de tali crimine sciscitaretur ob quod beneficium priuātis esset, c. dudum. ij. de elec. c. inquisitiones, de accus. secus tñ ubi crimē detegendo ad alterius damnū locuples non efficeretur; ueluti, si infamis sit, aut excōicatus, aut de similibus interrogaretur, tunc enim ad detegendum suam turpitudinē respondere non tenetur, ut per doc. locis supra alleg. Matuer.

a Positioni. Adde Bar. in consi. 194. incī. Ceccus de Spoleto, col. pen. uer. 1. ubi quis. in 1. uol. Oldra. in consil. 329. incip. uidetur, q in 3. vol. Bart. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iur. fisci. Flor. in l pater ait. ff. de noxa. actio. Lanfr. de Oriā. in c. quoniam contra falsam, in uer. responsio. colum. 2 de probatio. Fel. in c. cum dilecti, col. 2. uersi. secundum quòd positioni, de accusa. & Geor. Nata in clem. sæpe. §. & quia, col. 7. uer. glo. 1. de uerb. sign. Zilettus.

* Positioni. Adde, q regulariter non est respondendum positioni criminosæ, secundum communem per Ias. in l. omne officium, in prin. ff. de off. assess. quæ conclusio fallit ubi responsurus tractaret de lucro captando, item fallit quando esset de eo crimine infamatus, & ideò mirum nō est si sint positiones super notorio & fama, quia tenetur reus super eir respondere, & si respondet affirmatiuè tenetur ex post etiam respondere super crimine, teste Spe. tit. de pos. §. 18. & seq. Bar. in l. Marcellus. §. j. ff. rer. amot. Lanfr. in c. quoniam contra falsam, uersi. responsiones, nu. 16. extra de. pb. Hypol. in l. de minore. §. tormēta, col. 3. in prin. ff. de quæst. quibus Adde Bar. consi. 194. col. 2. uer. sup. r 3. ubi q hęres tenetur responde e positioni an fuerit tacite rogatus de restituendo spurio, quia possideret mala fide, & esset indignus tenere huiusmodi, & ibi subdit, quòd eo casu quo tali positioni criminosæ quis tenetur respondere, fallit tamē ubi per tales positiones examinaretur, id quod iam decisum est; per sententiam, uel iusiurandum. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. gl. in l. si a te, in prin. ff. de excep. rei iud. de qua principali materia uide Capej. Tolos. q. 371. Rob. de ord. iud cap. 37 7. memb. o iudicij nu. 7. & alijs sequen. sed quid in accusatione: & dic q non tenetur respondere positionibus quas fecisset reus ad sui defensionē, quia eius confessio non præiudicaret fisco, uel reipublicæ, Nat. cōs. 240. col. 5. in princ. lib. 2. & quod dr̄, quem non teneri respondere positioni criminosæ: ne suam turpitudinem detegat: non procedit si interrogatio fiat à iudice ex officio, ut per plura concludit Osasc. decis. 66. nu. 10. dicitur autem positio criminosa quandocunque continet crimen, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, Bal. in l. trāsactione, nu. j. C. de transac. Capel. Tolos. d. q. 69. 371. & dic, q in delictis respondens positionibus fatendo: non intelligitur fateri qualitates simpliciter ex not. per Ias. qui artic. declarat, in l. si cui serui §. si à filio. nu. 8. & seq. ff. de leg. 1. Matuer.

SVMMARIVM.

1 *Positiones impertinentes, quæ dicatur.*

1 IMpertinentes. † Illæ autem positiones dicuntur impertinentes, quæ ita se habent, quòd etiam confessatæ non releuant ponentem. verbi gratia. Si res sit petita iure dominii in libello, & fiat positio quòd Caius commodauit equum Sempronio, & sim. tales enim positiones non admittuntur; quia ut dictum est; probatio, quæ non releuat, respuitur à iure, tum quia grauamen affert expensarum inutiliter, tum quia superfluis non utimur, ut traditur in cap. dilecti, extra de except. & per glo. in l. fina. C. si per uim, uel alio modo. & in l. ad probationem. C. de probatio. & l. si quis libertatem. §. fin. ff. de petit. hæred. & in l. quoties. §. fin. ff. de noxal. & in l. qui iurasse. §. pen. ff. de iureiuran. & in l. 3. ff. ad exhib. & per Cyn. in l. non hoc. C. unde cogn. Sequitur in litera.

ET IN Facto alieno. Factum autem alienum dicitur, quod respicit factum extranei, & non respondentis. v.g. Pono quòd Titius fuit filius Petri, uel eius adiuit hæreditatem, & sim. his enim non tenetur quis respondere, ut in l. si fine. §. 1. ff. de interrog act. quia ignorantia est tolerabilis, & excusabilis in his, ut in l. fi. ff. pro suo. & not. in d. c. 3. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Positioni iuris non respondendum.*
2 *Positio iuris quid sit.*
3 *Positioni fundatæ super consuetudine, vel iure municipali, an sit respondendum.*

1 POtius in iure quàm in facto. † Scire debes, quòd positioni iuris non est respondendum, ut not. per Bar. in l.
2 ornamentorum. ff. de au. & arg. leg. † Est autem positio iuris. v. g. Pono quòd minor 14. an. non potest facere testamētū. uel pono quod fideiussor nō obligatur sine stipulatione & sim. unde talibus non respondetur, nec etiam admitti debent, quia ius est certum, ut l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. & apud omnes debet esse notū, ut l. leges. C. de leg. ideo &c. Quid autem si positio fiat super iure non scripto, puta con
3 suetudine: ut si pono, † quòd consuetudo est in ciuitate Papiæ, uel Mediolani de tali facto, uel si fiat positio super iure municipali, ut quia dico, ꝙ statuto ciuitatis cauetur, ꝙ quicunque sic fecerit, uel sic, an huiusmodi positionibus debeat responderi: uidetur ꝙ non, quia consuetudo, & statuta appellantur iura, ut in l. de quibus. ff. de legi. & l. cùm de consuetudine, cum simil. eo. tit. facit l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, & in §. constat. Instit. de iur. nat. gen. & ciu. Breuiter sic potest distingui, aut illa consuetudo, uel statutum est in loco, in quo forum sortitur is, contra quem ponitur, & tunc non tenetur respōdere, quia quòd ad ipsum ius est notum, & certum, sicut aliud ius scriptum commune. Aut illa consuetudo, uel statutum est in alio loco, & tunc quia incertum est, nec manifesta potest de eo fieri positio, debebit probari debito modo, ut not. Bar. in l. 1. in princ. ff. ope. no. nunc. & l. in ciuile. ff. de legi. facit cap. 1. de consti. lib. 6. & ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Positio superflua quæ dicatur.*

1 SVperfluæ. † Dicitur autem superflua positio, quādo bis uel pluries idem repetitur, & sic superfluitas intercedit, quæ iuri est odiosa, ut l. fi. in fi. C. de preci. imper. offe. l. ampliorem. §. in refutatorijs C. de app. & in l. hæc stipulatio. § diuus, ut leg. no. ca. & l. si is à quo. §. fin. ut in poss. leg. & l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procur. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Positio negatiua hodie admittitur.*

1 AC negatiuæ. † Sciendum est, ꝙ olim fuit ingens disputatio, an positioni negatiuæ sit respondendum, ut plenè no. Cy. & alij sequaces in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pec. & in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. cal. quæ disputatio, & altercatio hodie est sublata per tex. in c. j. extra de confess. in 6. ubi decisum est debere responderi, & ex hoc sequitur, ꝙ hodie superfluū est, quod apud aliquos practicatur, qui faciunt positionem habentem implicitam
* negatiuam per uerba affirmatiua hoc modo. Ponit,* quòd fuit absque eo, quòd Titius uendiderit talem librum, & sinam potest secure sic dicere, ponit quòd Titius non uendidit talem librum, & sim. &c.

ADDITIO.

* Ponit, Adde pract. quam docet Ias. in l. inter stipulantem. 1. respon. nu 3. ff. de uerb. obl.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur super emergentibus in iudicio pronunciare, ne processus impediatur.*
2 *Exceptiones emergentes vel incidentes quæ dicantur.*

1 PEtens ante omnia declarari. † Hæc requisitio est iuri consona, ut certus sit respondens, ne præcipitetur in sua responsione, quòd iudex prius interloquatur, quibus sit uel non sit respondendum: tenetur enim super emergētibus in iudicio pronunciare, ne processus impediatur, ut traditur, & habetur in l. 1. C. de ordin. iud. & in l. quod iussit. ff. de re iud. & Inno. in cap. cum inter seniorem. extra de elect. & Spec. in tit. de interrog. pro quo facit l. liberum. §. fi. ff. de lib. cau. & quod not. in l. de qua re. ff. de iudi. ueruntamen ex forma statutorum Lombardiæ resecatæ sunt huiusmodi exceptiones. & tenetur quis in termino præcisè respondere, saluo tamen iure impertinentium, & non ad-
2 mittendarum, in fine litis. † Quæ autem dicantur incidentes, uel emergentes* exceptiones, plenè declaratur per gl. & Doct. in d. l. quod iussit. & in d. l. 1. de ordi. iudic. Et aduerte summatim, quòd illæ dicuntur emergentes, quæ habent originem nouam post iudicium inchoatum respicientes processum, ut falsi testis, uel procuratoris, uel dilationis non dandæ, uel concedendæ. Incidentes autem sunt illæ, quæ habent causam uetustiorem respicientem merita negocij principalis, non causæ processum, ut pacti de non petendo, & cæteræ peremptoriæ, sic ut ibi. facta autem declaratione per iudicem, ponens eas quibus est respondendum, declarare debet si sunt obscuræ, uel diuidere si sunt multiplices, & pro tanto solent communiter ponentes dicere in exordio positionum, quòd ex nunc ipsas diuidunt de particula in particulam, ut supra dictum est in proximo titulo, & no. per gl. in d. c. 2. de confess. lib. 6. &c.

ADDITIO.

* Emergentes. Adde, quæ dicantur incidentes, quæ emergentes quæstiones, & uide Nat. consi. 138. col. fi. Bar. in l. à præcedente. C. de dila. Soc. Iun. cōsi. 136. li. 2. Ias. in l. quod iussit. nu. 35. ff. de re iud. Bal. in l. 3. C. de ord. iud. Bart. in l. de qua re. ff. de iud. vbi quid dicatur emergens, quid incidēs, quid principale Bar. in l. si iudex. ff. de adopt. Masuer.

* VERVNTAMEN Si & inquantum. Ista respon. fit sub hac conditione, ne simpliciter respondendo sibi præiudicaret, si appareret non admittendas fuisse de iure, seu eis non fuisse respondendum, quæ conditionalis responsio in vsum venit propter prædicta statuta terrarum, quibus cautum est, ut respondeatur præcisè saluo iure impertinentium &c.

ADDITIO.

* Veruntamen. Adde Osasc. decis. 178. nu. 6.

2 SVB Eius calumniæ iuramento. * Præstatur autē hoc sacramentum per respondentem, sicut per ponentem, vt supra dictū est, & hr̄ in d. §. ꝙ obseruari, & §. sed quia, & extra de iur. cal. c. j. cum seq. & qui iurare recusat, priuatur iure suo, ut ibi in d. c. 2. §. si actor, & in c. fi. extra de iur. cal.

ADDITIO.

* Calumniæ iuramento. nota. quando petitur iurari de calūnia, si non iurat, hr̄ pro confessatis. l. 2. §. si autem reus. C. de iura. cal. & procurator debet habere mandatum speciale ad iurandū de calumnia, casus est, & ibi Doct. in c. fin. de iura. cal. lib. 6. & ponit Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ibi ǂ an sufficiat speciale mandatū ǂ ff. de dam. infe. quando requisitus non iurat de calumnia, habetur pro confesso, & perdit causam. d. §. fin aūt, & est de substantia iudicij, si petatur, ita Bar. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nunc. ita Iac. But. & Bal. in d. l. 2. §. sed quia uersemur, secus si non petatur, ut ibi, quia habetur pro cōfesso, & perdit causam, vide Bal. in repert. suo super Inno. in uersi. contumax. in 2. quæst. & elapsa instantia deperijt dicta pœna. ibi uide. &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Positio, ad quam respondetur, repeti debet.*
2 *Reo respondente absente eo qui positionem fecit, an in responsione quæratur ius absenti.*
3 *Respondens ad positionem uolens errorem suum reuocare, an audiatur.*
4 *Ex positione negata nulla partium potest sumere fundamentum.*
5 *Si statuto cauetur, quòd positioni pure & simpliciter respondeatur, non sub conditione, si respondeatur si appareat instrumentum, uel similiter, an sit bene responsum.*
6 *Si stante prædicto statuto sic respondeatur, non credit, ut ponitur, an sit bene responsum.*



1 PRimo quòd publica uox & fama. † Notanter
hic repetitur aliqua pars positionis, ut per
hoc clarius demonstretur, ad quam positionē
responsio referatur, argum. in l. ut respōsum.
C. de transactio. & in l. diuus. ff. de re iud. Sed
2 pro huius declaratione quæritur de aliquibus. † Primò, si
reus respondeat absente eo, qui positionem fecit, an in re-
sponsione ius quæratur absenti? Dic secundum Doc. quòd
aut iudex iussit eum respondere non ob. illius absentia, &
tunc tenet responsio, & sibi absenti ius quæritur, ar. in l. 1.
§. qui in iudicio. ff. de his qui not. infa. & l. ait prætor. in §.
qui tamen. ff. de min. & ff. quod fal. tu. l. 1. & ff. de aqu. pluu.
arcen. l. quanquam. Aut iudex non iussit, sed sponte sua in
termino respondit, & tunc quò ad se tenet responsio, &
imputet sibi ille, qui i termino nō cōparuit, sed quò ad ab-
sentem nullum ius sibi absenti quæritur, arg. in l. certum.
§. si quis absente. ff. de confess. & in l. fi. ff. de interrog. actio.
3 † Secundò quæritur, facta responsione, uenit ipse respon-
dens die sequēti dicens se errasse, & uult eius responsionē
reuocare, quæritur, an sit audiendus? dic breuiter, quòd si-
ue ipse per se responderit, siue procurator eius, audiendus
est, uolens de errore suo probare, ut in l. de ætate. §. ex cau
sa, & in §. Celsus. ff. de interrog. act. ueruntamen in modo
probandi errorem est differentia, an uelit reuocare respō
sionem procuratoris, an propriam, ut plenè traditur in l.
certum. in § sed an ipsos, & in l. non fatetur. ff. de confess. &
plenè scripsi supra circa formam interrogatio. in glo. fin.
4 † Tertiò quæritur, an ex positione negata, aliqua partium
possit sumere fundamentum? Dic breuiter secundum om-
nes Doct. quod non, cuius ratio est, quia cōfessio est actus
iuris ciuilis, sicut stipulatio: ideoque sicut ipsa stipulatio
redditur inutilis, quando est defectus consensus in altera
parte, ut l. 1. ff. de uerb. obl. ita in hac cōfessione. Præterea
in iudicijs quasi contrahitur, ut in l. 3. §. idem scribit. ff. de
pec. unde sicut in contractibus defectus consensus alterius
partis efficit contractum nullum, ut l. sicut. C. de act. & obl.
ita & in quasi contractibus, pro quo facit l. de ætate. §. qui
interrogatus. ff. de interro. act. quam opi. sequitur Bar. in l.
post legatum. ff. de his quib. ut indig. & Anch. in c. 2. de con
fess. lib. 6. & idem Bar. hoc affirmat in l. naturaliter. §. nihil
commune, in 3. lect. ff. de acquir. poss. & in l. non utique. ff.
5 de excep. † Quarto quæro, pone statuto cauetur, quòd qui-
libet teneatur respondere positionibus purè, & simplici-
ter. &c. deinde facit actor positionem, quòd reus est sibi
obligatus in 10. per publicum instrumentum: uel ponit,
quòd iudex ipsum reum condemnauit per sententiam in
10. cui positioni dicit, & respondet reus; quod ipse credit si
appareat instrumentum; uel, prout in instrumento conti-
netur; an sit sufficiens responsum? Bart. dicit quòd non in
l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obl. & in l. 2. de uulga. &
pupil. ad quod facit l. coiri. ff pro soc. & l. inter stipulantē.
6 in prin. ff. de uer. obl. † Quintò stante dicto statuto, quæri-
tur, quid si reus sic respondeat, ut multi faciunt, nō credit,
ut ponitur, an sit sufficienter responsum? uidetur quòd sic,
ac si simpliciter dixisset, non credit, quia ista sunt paria
dicere, non credit ut ponitur, uel non credit quod ponitur
constat autem sufficienter responderi, si dicatur, non cre-
dit quod ponitur, ergo pariformiter si dicatur non credit
ut ponitur, nisi fortè dicatur, quòd is qui respondet, non
credit ut ponitur, quasi uideatur aliquid tacite credere ex
his quæ ponuntur, licet non in totum. Is uerò qui dicit, nō
credit, quod ponitur, uidetur in totum absolute omnia ne
gare. Quidam dicunt non ualere responsum, factum per il
la uerba, ut ponitur, licet ualeat per relatiuum, quod po-
nitur. Cogita super hoc, quia non reperio perfecta doctri-
nam &c. Sequitur in litera.

TERTIAE Quæ incipit Vides hic quòd licitè pos-
sum unam positionem negare, & aliam cōfiteri; sunt enim
separatæ, & una potest esse uera, & alia falsa, argum. l. si is
qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. cum sua materia. Se-
quitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Vltimæ positioni data simplex responsio est referenda tam ad confessata, quam negata.*
2 *Data simplex responsio ad ultimam non infertur, si respondens in antecedentibus dixisset se nihil scire.*

VLtimæ positioni respondet. Not. formam huius re-
1 sponsionis quæ ad singula refertur. † Quid ergo si
huic positioni data est simplex & absoluta responsio, dicē-
do, credit &c. & appareat in præcedentibus positionib.
✱ fore in aliquibus responsum, credit* & aliquibus non
credit, an hæc responsio erit ad omnia referenda, tam ne-
2 gata, quàm confessata? puto quòd sic.ª nam licèt negaue-
✱ rit* aliqua esse uera secundum ueritatem, potest tamē cre-
dere de his in contrarium esse uocem, & famam; sicque ad
omnia fieri debebit relatio, ar. l. si idem cum eodem. in fi.
de iur. omn. iudi. & in l. talis scriptura, & quod ibi no. ff. de
2 leg. j. † Sed quid si in aliquibus positionibus antecedenti-
bus dixit, se nihil scire, postea respondit modo isto, an hæc
responsio refertur ad omnia, de quibus dixit se nihil scire?
Spec. in tit. de noto. crim. §. fama. uersi. 1. determinat, quòd
non, ut contrarietas & repugnantia euitetur, quæ euitan-
da est de iure in quantum potest, ut in c. cum tu, extra de
testi. & not. in l. 1. C. de furt. de fama autem supra sufficien-
ter dictum est.

ADDITIONES.

✱ Credit. Adde, quod uerbum credit à parte prolatum: ueritatē denotat teste Bal. in l. j. in fi. C. de fals. cau. adie. leg. Gem. in c. j. de confess. in vj. adeò quod confessio per uerbum credit à parte facta ita præiudicat sicuti de ueritate, Corn. consil. 186. col. 1. lib. 3. & si id in teste non admittatur, nam regula re tale uerbū fictionem significat l. conficiūtur, in p. in. ubi Accur. uer. creditur. ff. de iure codic. Bar. & alij in l. si is qui pro emptore. ff. de usuc. Rui. cōsil. 111. nu. 4. lib. 4. qua de re uide quod hr̄ sup. for. pos. actoris uer. per uerbum credere.

✱ Negauerit. Adde, quod qui positiones ueras in facto proprio quis abnegat dummodo sciens sit: & de mendacio per ipsas positiones probatas ab aduersario conuinceretur: contra ipsum negantem super dānis & interesse in litem iurari poterit, teste Anch. cōs. 316. Soz. consi. 213. li. 2. Plot. repe. l. si qn̄. num. 659. C. unde ui, ibique et post Ias. in l. nec quicquā. §. ubi decretū, nu. 17 ff. de off. procons. ait, quod iudex sub pęna reo siue actori præcipere potest, ut positionibus uerè & iustè respondeat, si secus eos mulctabit, quod et ex Ducal. patriæ subalpinæ decretis traditur lib. 3. c. 16. quid aūt de respondente positioni duo cōtinenti, puta, pono quòd cōmodaui tibi Cod. & uol. & respondens dicit non credo de Codice, dic quod tacite fatetur de uolum. & hoc intelligitur solū ad psumptionē & semiplenā probationē, quæ inducitur ex tacita illa cōfessione. & idē est si quis extraiudicialiter interrogatus respōdeat teste Math. sing. 76. Cur. in l. 2. nu. 11. C. de iur. cal. qua in materia responsionis, quomodo intelligenda sit quò ad qualitates uide Ias. in l. si cui serui. §. si à filio. ff. de lega. j.

a Puto. Sed aduerte quòd positio partis ratione non vera, non potest tamen tota negari, puta quis ponit de 10. respondens dicit solummodo quinque, dicitur fateri de quinque, nón autem in totum negare, ita Bart.& Ang. in l.1.§. si stipulanti.ff.de uerbor. obligatio. Bart. in l. si quis cum totum, & facit ibi tex.ff. de exce.& re iudic.& facit l. qui solidum. & ibi Bar.ff.de leg.2.gl.& Inn. in c. præsentium, de testi.lib.6. & ibi Gemi. in 12.& in fin. 1.col. dicit, quòd positio non est reijcienda, licèt in ea contineantur plures articuli, sed iudex debet interrogare partem super quolibet. Et ideo reprehenduntur aduocati calumniosi, qui dicunt quòd ratione partis liceat totam negare, secundum Bart.& Ange. vbi supra, qui etiam dicunt, quòd ratione qualitatis adiunctæ potest tota negari, puta quis ponit de 10. pure, & re uera est debitum sub condi. potest tota negari indistinctè, ita Bart.& Ang. in d.§. si stipulanti, & respondendo quis positioni cui non tenebatur, sibi præiudicat, Bald. in auth. principales.§. quod obseruari.C. de iur. cal.

Forma capitulorum actoris.



Oram uobis suprascripto D. Vicario exhibet, & producit suprascriptus Simon. dicto procuratorio nomine infrascripta capitula, contra & aduersus suprascriptum Ioan. in & super causa & quæstione antedicta simul inter ipsas partes uerten. ad verificationem & probationem iuris sui, & hoc in passibus, & articulis concernentibus fauorem, & commodum dicti Simon. dicto nomine, & facientibus contra dictum Ioann. & non aliter, nec alio modo; quæ omnia & singula in passibus antedictis eius fauorem concernentibus probare intendit, non tamen per hoc se astringere volens ad omnia probanda, sed ea solum, & sola quæ sibi dicto nomine fuerint necessaria, & opportuna pro uictoria obtinenda, saluo & reseruato eidem Simoni no nomine quo supra omni iure iterum, & de nouo alia capitula producendi, & probandi, prout sibi expediens visum fuerit. Primò quòd publica uox & fama fuit & est, ac rei ueritas se habuit & habet, quòd quondam Pet. de mo. tempore eius vitæ, & maximè de anno curso. 1350. & ante, & post, usque ad annum cursum. 1375. inclusiuè continue tenuit, & possedit, pacificè, & quiete per se, uel per aliũ eius nomine petiam unam terræ cultę perticarum 100. cui cohæret ab una parte &c, spacio ann. 20. 30. & 40. & prout testes dixerint, & ueritas apparebit, pro sua & tanquam suam. Item quod suprascriptus Petr. dictam petiam terræ uendidit, & tradidit de anno curso. 1376. suprascripto Andrino precio Floreno. 100. Quod quidem precium, tunc dictus Petr. fuit confessus habuisse, & recepisse, prout constat publico instrumento tradito per Tho. notarium publicum Papien. Item quòd dictus An. a tempore dictæ uenditionis citra continuò tenuit, & possedit pacificè, & quietè suprascriptam petiam terræ, pro sua, & tanquam suam per se uel alios eius nomine spacio annorum 10. 20. 30. & plurium, fructus, redditus, ac prouetus ex ipsa petia terræ percipiendo, colligendo, & habendo sic, & taliter, prout testes dixerint, & ueritas apparebit.

S V M M A R I V M.

1 *Positiones negatas expedit per testes uel instrumenta probare.*
2 *Capitula differunt à positionibus in forma.*
3 *Positionibus respondetur a parte, capitulis uerò contradicitur & opponitur.*
4 *Producens capitula omnia in eis contenta confitetur, producens autem positiones non confitetur, nisi quatenus eas pars fatetur.*
5 *Testes super quibus sint interrogãdi, quando super capitulis inducũtur.*
6 *Capitula super quibus sint formanda.*
7 *Nulla dilatione statuta a lege, uel iudice, an probatio facta, dilatione non præcedente ualeat.*



1 Oram uobis. † Ad euidentiam est sciendũ, quòd plerunque contingit, ad detrimentum tamen animarum suarum, positiones
* negari; * propter quod expedit illas, vel per testes, vel per instrumenta probari; quia parti nó creditur sine extrinseca probatione, ut 4.q.4.cap. nullus, & in l. omnibus.C. de testi. &
a quia testes examinandi sunt super capitulis, a quæ apud aliquos appellantur articuli, ut traditur in cap. 2. de testib. lib.6. ideo capitula producuntur, quanquam aliquãdo positiones in capitula conuertantur tempore quo illas producunt, postea; super negatis positionibus testes examinari faciunt, quod tam de iure, quam de cõsuetudine fieri potest. Debet tamen iudex interrogatoria, quæ fiunt à parte, contra quam producũtur, prius limitare, & superflua abijcere, ut in d.c.2.§. præterea, in fi. de testi. lib.6. & ibi per Io. And.& Specu. in titu. de testibus.§ tam de interrogatorijs.
2 † Nunc autem quæritur, quid differunt capitula a positionibus. Respondeo, quod primo differunt in forma, ut patet ex
3 prædictis, & ex eis quæ traduntur in ti. præceden. † Secundò differunt, quia positionibus respondetur à parte, sed ca
4 pitulis non, sed eis contradicitur & opponitur. † Tertiò, quia pars quæ producit capitula, uidetur simpliciter con
b fiteri b omnia in eis contenta, ut l. cum precum. C. de libe. causa. Ille autem, qui producit positiones, uidetur illas confiteri conditionaliter, videlicet si aduersarius eas fateatur, ut proximè dictum est in præced. tit. conueniunt tamen in hoc, quia super omnibus de calumnia iuratur, ut in l.2.
5 §. sed quia.C. de iura. calum.& in l.2. eo. tit. lib.6. † Deinde quæritur super & de quibus sunt interrogandi testes, cum super capitulis inducuntur. Respondeo quod testis in ratione sui testimonii debet dicere illud quod scit se noscere, per
c aliquem sensum c corporeum, uidelicet per visum, aut auditum, aut per tactum, seu gustum, seu odoratum, prout facti seu negotij qualitas exigit, seu requirit. unde si sit dubium super vinum, an sit bonum, uel malum, debet testis dicere, quod gustauit, & inconueniẽter diceret, quòd uidit, quia non per uisum, sed per gustum percipitur bonitas uini, & sic de alijs, secundum ea quæ not. per Cy.& glo. in l. testiũ. C. de testib.& per Innoc. in c. cum causam, extra de testib.
6 † Item quæritur, super quibus formanda sunt capitula? Respondeo, quòd super his quæ pertinent ad uerificandum, & ad probandum ius actoris in sua petitione deductum, uel defensiones Rei: nam capitula, quæ non pertinent ad
* prædicta, tanquam impertinentia repelluntur, ut not. in l. ad probationem.C. de probatio.& l. fina.C. si per uim, uel alio modo, & l. si quis libertatem, in fin.ff. de pet. hære. cum
7 sim. no. in tit. praced. † Et no. quòd probationes sunt fiendæ in termino per iudicem, uel legem assignato, ut not. in c. pasto. extra de excep.& l. exceptionem.C. de prob. Quid igitur, si nulla sit dilatio per iudicem uel statutum assigna
d ta, an probatio facta, non præcedente dilatione d ualeat? Spec. dicit, quod sic in tit. de dila.§. uidendum, in uersi. utrum, quam opi. sequitur Bar.& Iac. de Are. in l. in crimine. ff. ad l. Iul. de adult.& ibi probatur, & in l. unius.§. cogniturum. ff. de quæstio.

A D D I T I O N E S.

* Negari. Adde, quòd hoc sępe euenit aduocatorum, uel causidicorum consilio, vt videantur cauti in agendis causis, contra quos exclamat Spec. tit. de pos.§.6.nu.2. uersic. hoc autem certum est, & §.3.nu.8.§.9.nu 6. Plot. in repetit. l. si quando.§.36.nu.1.& 3.C. unde ui, & qui tenentur omnia damna resarcire, ex no. per Cyn Castr. & alios in auth. hodie.C. de iudi. Plot. d. tract. de in lit. iuran.§.36.nu.2.& 3.

* Capitula. Adde, quid importet clausula saluo iure impertinent. & uide Mysing. centuria 2. obseruatione 56. ubi quid ea operetur tam ex parte respondentis, quàm ex parte iudicis admittenda capitula, quæ an passim cum ea clausula

fula sint admittenda scribunt Doct.in c.cum contingat.de off.deleg 1.Ias.& alij in l.si duo patroni.§.idem iulianus.de iureiuran.ubi inter alia,quòd dicta clausula operatur, quæ admitti non debuerunt pro non admissis habeantur, super eisque recepta testimonia reijciantur, Afflic.decisi. 33. Guid. Pap. q. 347. decisione 45. numero 4. ubi dicit eam procedere quando res est in ambiguo,an articuli impertinentes sint, secus quando eorum impertinentia apparet, quia tunc eos iudex parte petente reijcere debet nec aliter cum dicta protestatione saluo iure impertinendum admittere,teste Dec.consi. 162.& in c. in nomine domini,nume.35.de testi.Angel.in l.in speciali, de rei uendi. ubi quòd melius agit iudex, si prius super impertinentia pronuntiet,Dec.d.capit.in nomine domini,nu.34.ubi quæ dicantur pertinentia capitula, & sic, si quo quo modo ad causam directè uel indirectè faciant, qua de re uide Rol. consi.34 lib.3 præsertim nume.13.ubi quòd capitula impertinentia admitti non debent secundum communem, quam dicit procedere etiam stante statuto, & decreto disponente circa admissionem, & hoc si notoriè sint impertinentia, cui adde Mysing. Centu.2.obseruatione 90.ubi quòd capitulorum admissio in dubio licita est, de qua et conclusione habetur per Host.& Imol.in cap.per tuas, de de testib.Castr.in l.1.ff.si quis caut.quæ procedit etiam in interrogatorijs, ut in dubio ea recipiantur,Imol.& Abb. d.cap.per tuas,& in positionibus, ut per Ias. in Authen.ad hæc.C.de iudi.Cur. tract poss.ix. breuiloquo,secus tamen inquit Mysing.si exceptio contra articulum sit clara, quia tunc super ea ante omnia pronuntiandum est,ut idem cõcludit d.obseruatione 90.Cent.2.Specul.titu.de posit.§.7. uers.& non aliàs poterit appellari, Paris.consi.67.num.41. lib.4.& ita uidi obseruatum in pluribus causis, & idẽ ego consului & iudicaui. Masuer.

* Assignato. Adde elapso termino producendi positiones negatur,ad capitula probatoria,si partis capitulantis contumacia accusata non fuerit an capitula nihilominus admitti debeant? Dic,quòd sic,teste Ofasc.decis.3.nu.4.per tex.in l.& post edictum.ff.de iudi.& no. idem Ofasc.d.decis.in fi.ubi docet prac.& obseruantiam Taurin.Senatus.

a Super capitulis. Adde Alex.de Imol.in l.si duo.§.idem Iulianus el 2.ff.de iureiu. vbi tenet quod etiam sine capitulis pos sunt testes examinari, & quòd productio capitulorum nõ sit necessaria.

b Confiteri.Adde Barb.in consi.3.col.13. & uide Alex.tenentem contrarium in consi.78.col.5 in 2.uol.
Adde Porci.Insti.de testa.§.possunt autem,uersi.item fallit in seruo.

c Per aliquem sensum.Alex.in l.1.col.5.ff.si cer.pe.Cur.

d Dilatione.Adde Bar.in l.fin.ff.de fer. & in extrauag.ad reprim.in uer.fine figura.& in consi.97.incip. in q.prædicta.in 1.uol Bal.in l.2.in fi.ff de testi.Pau.de Cast.in l. oratione, col.2.ff.de fer Ant.de Bu.in c.licet causam,col.9. de prob. & ibi Abb.col.5.uer. sed circa hoc. & Feły.col.8.uersic.ex his infertur & Car.in c.in causis.de testi. Zilet.

PRIMO Quòd publica uox & fama. Meritò fit istud capitulum, ut eo probato liqueat de iure uenditoris, & per consequens appareat, quòd emptor causam habeat à bonæfidei possessore, quod est multum utile, propter ea quæ not.in auth.malæfidei.C.de long.temp.præscr. & per Dyn.in regu.possessor malæfidei, lib.6.est enim eo in iure tuendus emptor uenditione facta,quo fuerat tuendus uenditor uenditione nõ facta,ut l.emptori.C.de euic.& l.emptor.ff.de hær.vel act.cum sim.ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Possessio continua qualiter probetur.*

1 CONtinuè tenuit & possedit.† Hic quæritur qualiter probetur continua possessio? Dic quòd uariis modis,sed facilius probatur hoc modo, uidelicet,quod ante uenditionem,& tempore uenditionis possidebat, nam ex extremitatibus probatis præsumitur, quòd tempore medio possederit,& hoc in eo qui desiit possidere,ut est uẽditor. In illo autem qui de præsenti possidet,& asserit se possidere,sufficit probare se retro possedisse aliquando, nam illa præterita possessio præsumitur hucusque continuata,secũdum determinationem Cyn. in l. supe. longi. C. de long. temp.præsc.& Bart.in l.Celsus.ff.de vsucap. & vide quod scripsi supra in forma responsionis factæ per eum in libello,in glo.super uerbo,præscrip.

CVI COHERET. Qualiter probentur confinia, & cohærentia,dixi supra in 1.libello, in gl.super uersi.cui cohæret.& facit quod no.gl.in c.si Papa,de priu.lib.6.

SPATIO Annorum xxx. Et hoc apparet, quòd per longæuam præscriptionem factus est dominus utiliter, & sic potuit talem dominium in emptorem transferre, ut l. clauibus.ff.de contrah.empt.& uide quod scripsi supra in tit.de forma posi.in gl.quæ incip.hæc est octaua positio.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro suo habet annexam iustam causam.*
2 *Stante statuto quod ex possessione præsumatur dominium, an probans possessionem de præterito,præiudicet possidenti, & de præsenti.*
3 *Possidens de præsenti stante dicto statuto ex eius fictione,an habeat rei vendicationem.*
4 *Possessionis sola probatio sufficit cum quæritur de dominio per modum agendi.*
5 *Allegantis solam possessionem antequam qualiter consul etur.*
7 *Intellectus ad c.reintegranda.3.q.1.*

1 PRo sua & tanquam suam. † Aduerte quòd hic titu. pro suo est iustus tit.cum habeat annexam iustam causam,uidelicet emptionis per ipsum An.factæ de ipsa petia terræ,ut l.prima,ff.pro suo,& C.eod.tit. & per hoc potuit
2 legitimè præscribere. † Sed hic quæro de quotidiana q. Ecce statuto cauetur,quod ex possessione præsumatur dominium,agit emptor qui aliquo casu cecidit a possessione sua contra possessorem rei uendicatione, uel publiciana, dicendo ipsam rem ad ipsum pertinere iure dominii, uel quasi, & ad huius rei probationem producit testes, & instrumenta per quæ probat, quòd ipsam rem tam ipse emptor,quàm uenditor tenuit & possedit pro sua,& tanquam suam spatio longi temporis,quæritur an sit fundata intentio ipsius agentis? & eadem quæstio fieri potest in eius hærede qui cecidit à possessione.Et arguendo ad partes summarie uidetur dicendum,quod non, quoniam possessor de præsenti fictione statuti præsumitur dominus, cùm in ipso congruant uerba statuti ipsius,ergo & statutum,argum.l.si uerò.§.de uiro.ff solut.matri.& l.adigere.§. quamuis.ff.de iur.patron. unde duo non possunt præsumi domini insolidum per eandem legem.uidelicet præsens possessor, & antiquus, argum.in l.3.§.ex pluribus.ff.de acquir. poss.& l.si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.commo.Amplius, quia in pari causa possessoris potior esse debeat causa præsentis possessoris,quàm antiqui,argum.in l.siue autem.§.si duobus,in fin.ff.de public.& l.si non dominus.ff.qui po.in pig. hab.& l.si debitor.ff.de pign. Cùm enim causa præsumpti dominii sit ipsa possessio de præsenti, ea cessante cessare debet & ista præsumptio,argum.l.generaliter.C. de epis. & cler.in l.cum tale.§.falsam.ff.de condi.& dem.cum sim. In contrarium uidetur dicendum, cuius causa præmittendum est, quòd tantum quò ad iuris effectum operatur fictio,quantum ueritas,ut l.si filius.ff.si cert.petat. & in l.lex Corn.ff.de testa.& l.si is qui pro emp.ff.de usuc.cum si.no.
3 † Ex hoc sic infertur, quòd qua ratione si hic emptor, vel hæres antequam cecidisset à possessione fuisset verè dominus, & caderet à possessione, posset agere rei vendicatione, ita & nunc propter fictionem statuti,qua præsumitur

mitur dominus fuisse. nã cũ tẽpore quo possidebat, erat in eo præsumptum dominium, quod tantum operatur quantum verum, non potuit sine facto & culpa sui eo priuari, iuxta regulam iuris in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & in l. cum mandati. C. mand. & l. fin. C. de pact. Nec uerosimile censetur, q̃ lex quæ semel contulit suum beneficium primò possidenti, uelit ab eo auferre & conferre secundo, ar. in l. assiduis. §. excep. C. qui pot. in pi. hab. Et pro hac parte facit quod alibi dicitur de duobus contendentibus de possessione, quæ defertur illi qui probat de antiquiori, ut traditur in c. licet, extra de probat. in l. 1. C. uti poss. & quod et dicitur de duobus emptoribus, quorum ille præfertur qui primo possedit illam, ut in l. quoties duobus. C. de rei ven. cum sim. & hæc pars est æquior, & practicatur. Circunscripto autem statuto non putarem de iure communi sufficere probari de antiquiori possessione, nisi esset legitimè præscripta, maximè spatio temporis, cuius initii memoriã non extitit in contrarium, ut dixi super forma positionũ in glo. quæ incipit hæc est tertia positio &c. uel ex uero & putatiuo titulo iuxta materiam. l. Celsus. ff. de vsuc. & l. hominem, & l. fi. ff. pro suo. † nam cùm de dominio quæritur per modum agendi, sola possessionis probatio nõ sufficit, sed de dñio, uel quasi probari debet per modos traditos in §. traditionem, & in §. singulorum. Insti. de re. diuid. & ff. de acq. re. do. l. 2. & 3. cum si. Si autem de dominio, * uel quasi quæreretur per modum excipiendi, tunc possessio de præsenti induceret præsumptionem dominii in ipso possessore, & teneretur aduersarius contrarium probare, ut traditur per gl. & Bar. in l. quidam in suo. ff. de cond. inst. & vide no. per eum in l. ita ut si fur. ff. commo. & per Spec. in ti. de loca. ue. 61 uide Cyn. in l. cum res, & in l. 2. C. de proba. & in l. 1. C. ubi causa status † Quæret aliquis, qualiter consulendum sit ei qui simpliciter allegat possessionẽ antiquam ad ipsam recuperandam, cùm non habeat titulum paratũ: quia instrumenta sunt, uel perdita, vel testes non apparent? Breuiter sic potest responderi multorum dicta colligẽdo. Aliquando quis perdit possessionem rei mobilis, aliquando possessionem rei immobilis. Primo casu aut res puenit in alium possessorẽ eius uitio mediante, aut sine eius vitio. Si peruenit vitiosè, tunc subdistingue, aut prior possessor habet ius in re, vt puta creditor, & tunc ei datur pro possessione recuperanda cõdictio certi, ut habetur & no. in tex. & gl. in l. ideo §. Neratius. ff. de condi. furt. Aut nullum ius habet in re, & tunc, aut erat uerus possesso, aut simplex detentator, ut commodatarius: si fuerat verus possessor, tunc habet triplex remedium, uidelicet condictionem triticariam, dum tamen non sit pecunia, in l. 2. ff. de tri. Et condictionem ex l. si coloni. C. de agr. & censi. lib. 11. Ac etiã condictionem indebiti, ut l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de cõdi. indeb. Si autem erat simplex detentatio, tunc habet actionem in factum, & officium iudicis, ut l. non tãtum, in prin. ff. de pet. hær. & ibi not. gl. in l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de fur. & per Cy. in l. 1. C. ubi de causa sta. & uide qđ no. Bar. in l. rem quę nobis ff. de acq. poss. Pro re autẽ mobili recuperanda nullum competit interdictum, sed vel actio furti, uel ui bo. rapt. ut no. per gl. in d. l. rẽ quæ nobis, licet pro ea defendẽda detur interdictũ utrobi. ff. utrob. l. 1. Vbi autem quis rei immobilis possessione priuatur sine uitio nouissimi possessoris, quia emit, uel successit, tunc dic, ut infra proxime. Secundo principali casu quãdo quis perdit possessionem rei immobilis, tunc distingue, ut supra. Aut quis perdidit uitiosæ, aut sine vitiõ. Primo casu, aut perdidit uitio uiolentiæ, & habet interdictum unde ui, ut l. 1. cum simi. ff. de ui & ui arm. & C. vnde ui l. 1. & 2. cum si. & condictionem ex canone reintegranda. 3. q. 1. & alia remedia, de quibus scripsi infra sub forma libelli qua agit spoliatus, in glo. 1. ubi uide. Aut perdidit uitio clandestinitatis, & habet interdictum, quod ui aut clam, ut ff. quod ui aut clam, l. 1. cum sequen. habet etiam condictionem ex l. meminerint, & l. si quis in tantã, & l. cum quærebatur. C. un de ui, & condictionem ex dicto canone reintegranda. Vbi autem perdidit sine uitio, dicunt quidam nullo remedio ad possessionem solam reuocandam esse succursum, sed ad proprietatem solum fore agendum. Alii sunt qui dicunt succurrendum ad possess. condictione ex d. l. si coloni, quã opinionem sequitur glo. in d. l. inciuilem. C. de furt. Inno. uerò tenet, & glo. cum eo in cap. sæpe. de restit. spol quod succurratur condictione ex dicto canone reintegranda. cui opin. dicit Bart. repugnare uidetur l. siue autem. §. 1. ff. de publ. Vnde ipse distinguit sic, aut ille ad quem possessio peruenit sine uitio, habet causam ab auctore uitioso, & res erat uitiosa, & tunc contra eum locum habet remedium d. cap. reintegranda, argum. in authen. malæfidei. C. de long. tempo. præscript. aut habet causam ab auctore non uitioso, & tunc contra possessorem nullo remedio possessorio est prouisum, sed super proprietate de iure dominii est disputandum, quam opin. sequitur Iacob. Butr. in d. l. inciuilem. Nec obst. secundum Bartol. in d. l. si coloni, quia loquitur quando quis causam habebat ab auctore uitioso, uerùm ad cap. reintegranda, non respondet, sed tu potes dicere, quòd concordat per text. ibi cum dicit § iniustas causas. &c. § per quæ uerba datur intelligi succurri contra illos qui iniustis de causis occupauerunt res alienas. Alii autem uolunt intelligere illa uerba, ut referantur ad eum qui possessionem amisit, ut sit sensus, quòd qualitercunque ex iniusta causa quis priuetur possessione sua, succurratur eidem beneficio dicti canonis reintegranda, * quod credo uerius. Posset tamen fortasse sic distingui inter ecclesiam, a & priuatum, aut persona priuata perdidit possessionem rei suæ, & tunc locum habet distinctio Bar. & Iaco. aut ecclesia uel prælatus ecclesiæ, & tunc indistinctè ad recuperandam possessionem ex iniusta causa perditam succurritur remedio d. cap. reintegranda, & sic procedit dictum, & opin. Innoc. & sequacium. Nec mirandum, si latius succurratur ecclesiæ quàm priuato; quia etiam in multis aliis causis idem fit, ut patet in tit. de sac. san. eccl. & C. de episco. & cler. extra de immu. eccle. per tot. cum sim. per quæ patet, quòd illud. c. reintegranda, solùm procedit in ecclesia, & ita sonant eius uerba &c.

ADDITIONES.

* De dominio. Adde, quæ habẽtur supra form. lib. act. real. uersi. iure dominii, nu. 9. & post nu. 31.

* Canonis reintegranda. Adde, quòd hoc remedium c. reintegranda. 3. q. 1. datur contra quemlibet possessorem, secundum communem per Abb. in cap. cum sedem, num. 26. de restitut. spol. quo remedio agens non tenetur probare, quod tempore spoliationis possederit, quòd aliàs in interdictis recuperandæ requiritur secundum communem per Corn. consi. 18. num. 1. lib. 1. [illegible] Masuer.

a Ecclesiam. De hoc uide per Lap. alleg. 3. & an remedium dicti capit. detur malæfidei possesso. i, uide Alexan. consi. 117. secundo lib. & an requiratur lit. contesta. & an sit remedium perpetuum, & multa alia uide per eundem consil. 63. libr.

ITEM Quòd suprascriptus Pet. Hoc est secundum capitulum in ordine quod probabitur per instrumentum si de uenditione rogatum est fieri instrumentum, uel per testes, si de instrumento non apparet, ut in l. cum res. C. de proba. cum si. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Pretium est de substantia venditionis.*

1 PRetio Florenorum 100. † No. quòd pretium a est de a substantia uenditionis, ut in §. pretium. Insti. de empt. & uendit. cum si. ibi no.

ADDI-

ADDITIO.

a Pretium. Adde hic scripta per Rom. consil. 86. & consi. 91. vbi ponit an §. uenditæ. Insti. de empt. & uendit. habeat locum in quocunque contractu.

ITEM Quòd dictus Hoc est tertium capitulum, quod fit cā probādi præscriptionem, de qua alias plene diximus.

SVMMARIVM.

1 *Possidere per se, & suo corpore, & alieno corpore, paria sunt.*
2 *Possessio rerum corporalium & incorporalium qualiter acquiratur.*

1 PEr se seu alios. † Hæc enim sunt paria, suo corpore possidere, uel corpore alieno, ut l. quod meo. ff. de ac. poss. & hoc est regulare in quocunque alieno nomine possidente, siue sit seruus, siue filiusfamilias, siue extraneus, ut l. generaliter, & l 1. §. item acquirimus, cum seq. ff. de acq. po. & facit quod habetur in l. quædam mulier. ff. de rei vend. & in l. qui uniuersas. §. quod per colonum, & l. quamuis. §. si conductor. ff. de acq. poss. cum si. sicut iisdem modis retinetur possessio seruitutis, ut in l. vsu retinetur. ff. quemad. seruitu.
2 amit. † Qualiter autem quæratur possessio rerum corpora
a lium & incorporalium tam priuatorum quàm ecclesiarū, a plenè traditur per Innoc. in c. ex literis, extra de resti spol. facit l 3. & d. §. item acquirimus, & l. quemadmodum. ff. de acquir. possess.

ADDITIO.

a Quàm ecclesiarum. uide etiam per Ro. consi. 320. per Cal. consi. 6. de iure patro.

FRVCTVS Et reditus. Hoc est optimum signum possessionis adeptæ, & dominij, uel quasi, acquisiti, ut l. Titia. ff. de sol. & l. 2. C. de acq. poss. facit l. litibus C. de agr. & censib. libr. 12. Et hoc verum intellige non apparente alio possessore. nam si appareat de alio possessore, licèt iste non possessor fictum rei, uel pensionem reciperet, non ex hoc efficeretur possessor, ut traditur per gl. & Bart. in l. qui uniuersas. §. quod per colonum, & in l. quamuis. §. & si conductor. ff. de acq. poss. Ad prædicta etiam facit l. Pomponius quærit. ff. qui. mo. vsusfr. am. Simplex autem instrumentum locationis, uel emphyteusis non interueniente solutione
a mercedis nō probat possessionem, nec dominium, a ut in c. inter dilectos, in fin. extra de fid. instru. & in l. qui rem propriam. C. loc.

ADDITIONES.

a Nec dominium. An inuestitura probet dominium, uel possessionem, uide per Bal. consi. 62. 2. lib. per Pau. de Ca. cōsi. 127. & uide quid uoluit Are. consi. 15. & 154.

✱ Nec dominium. Adde, quod hoc est secūdum communem per Rol. consi. 46. nu. 21. 22. & sequen. libr. 3. & post nu. 49. vbi quòd per instrumentum inuestiturarum feudalium nullo modo probatur dominium infeudantis, quātum ad proprietatem, & bona quæ in locis infeudatis reperiunt, iuxta communem ibi & per doctor. in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. Alex. consi. 12. col. j. lib. 4. de qua multa vide infra for. lib. turb. possess. versi. hodie tenet. colum. 2. nu. 6. & an probetur per libros rationum, seu computorum factos per receptores ad hoc deputatos, & repertos in archiuis? Vide Boer. q. 105. par. j. quid per librum censualem: & dic quòd non probat dominium, nec quasi, nec possessionē contra tertium, teste Alex. consi. 10. lib. 4. ubi doc. in apost. plura notant & ꝙ locatio non probet possessionem: intellige, quòd non probet alio possidente, item non probat in præiudicium tertij ignorantis, sed in præiudicium soluentis & autoritatem ac consensum solutioni præstantis sic, Boer. d. q. 105. nu. 15. Dec. consi. 302. num. 10. idem Boer. q. 42. nu. 37. plura Lāfr. cap. quoniam contra, cap. 8. de testib. Paris. consi. 104. col. 7. num. 79. ubi ꝙ possessio probatur ex receptione mercedis & pensionis, alleg. l. stipulatio ista. §. hæc quoq;. ff. de verb. ob. ubi gl. & doc. & Paris. d. consi. nu. 81. & seq. ubi quid & quō probet instrumētum locationis. Cui adde prac. Masueri tit de prob. nu. 8. pulchrè Ossl. decis. 43. nu. 3. Chassan. consil. 16. Alc. consi. 88. num. 20. lib. 5. Ro. consi. 165. Anch. consi. 41. Fel. in c. cum Bertoldus. col. 13. de re iudi. Hypol. in rubr. col. 53. C. de probat. Qui omnes articulum plenè tractant. Masuer.

VEL Aliter prout testes dixerint. Ista clausula est superflua, quia pars producens habet necessariò stare testibus à se productis, ut l. si quis testibus. C. de testi. cum simil. tamen aliqui ex abundanti utuntur ea.

Forma capitulorum quando testes producuntur ad æternam rei memoriam.



COram uobis D. Vicario dicit, significat & proponit Simon. Spelta suo proprio nomine, ꝙ iam elapsis annis duobus Tho. Brachius fuit confessus versus ipsum Simonin. se ab eo in deposito, & ex causa depositi habuisse, & recepisse florenos centum in tāta pecunia numerata; quos florenos eidem Simoni. reddere ac restituere promisit ad certum terminum iam elapsum Tho. antedictus. Verùm quia de dicto deposito, & alijs contentis in capitulis insertis ueritatem nouerunt testes inferius nominati, timeatq; ac suspicetur ipse Simo. ex veris, & apparentibus causis de morte, uel absentia, aut infirmitate testium inserto: ū; propter quem defectum probationis posset damnum perditionis sui iuris incurrere. Iccirco idem pro confirmatione sui iuris, & ut ueritas non depereat, omni modo, via, iure & forma, quibus melius potest, petit, & cum instātia requirit, per uos ipsos testes & ex uestro officio citari, examinari, recipi & admitti super capitulis infrascriptis ad æternā rei gestæ & ueritatis memoriam, & ad omnem bonum finem & effectum, per quem melius ius & iustitia, ac ueritas conseruetur, & non pereat. Nō astringens tamen se dictus Simon. ad probandum, nisi ea sola quæ sibi sufficiāt ad eius uicto iam causæ Primò uidelicet, quòd rei veritas fuit, & est, ac se habet & habuit, quòd supralcriptus Tho. habuit & recipit, ac habuisse & recepisse confessus fuit à prædicto Simon. in deposito, & ex causa depositi in pecunia numerata de anno curso, 1410. mensis Maij florē. centum. Itē quòd præfatus Thom. dictam pecuniæ quantitatem tunc reddere, & restituere promisit ipsi Simon. ad Kalen. Ianuarii, tunc proximè sequentis sub obligatione omnium bonorum suorum.

SVMMARIVM.

1 *Testes qualiter, & quando producantur ad æternam rei memoriam, & numero 2.*

1 COram uobis. † Frequēs satis est hic tractatus maximè tempore mortalitatis, & guerrarum, & ideo magna suadente æquitate adinuentus, ut non pereat facultas probationis, habet aūt locum tam in actore, quàm in reo, ut no. in c. quoniam frequenter, extra ut lit. non contesta. Pro
✱ cuius pleniori doctrina est sciēdum, ꝙ regulariter testes non recipiuntur ante litem contest. Fallit qn̄ de testiū morte, uel absentia timetur, & in quibusdam aliis casibus, qui no. in tex. & gl. & per Inn. in d. c. quoniam, & per Doc. iur. ciu. in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad l. acquil. Ad quod ēt facit quod no. in Auth. de testi. §. pe. co. 7. C. de test. auth. sed si quis ab aliquo, & l. curent. ff. de testi. & Spec in tit. de teste. in §. nunc tractemus. Producendi aūt sunt hi testes corā illo iudice qui esset iudex cōpetens ipsius rei, si cōtra eū
2 producerentur uia ordinaria, ut in d. c. qm̄. † Quæritur aūt de forma procedēdi in hac examinatione; ubi notandum, quòd pars, contra quam producuntur, debet citari prius, & si comparuit, ei debet libellus offerri, & iuris ordo ser-

nari; siue sit actor, siue reus. ubi autem contumax fuerit, tunc examinantur testes, quorum testimonia sigillantur, nec publicantur,& postea intra annum si fieri poterit, debet iterum pars, contra quam sunt producti, citari, & super negocio principali sibi petitio offerri, aut saltem denunciari sibi de ipsorum testium receptione, ut ei liceat contra ipsos opponere, prout uidebitur:& si hęc forma nõ seruetur, examinatio redditur nulla, ut in d.cap.quoniam, post princip.

ADDITIO.

✱ Testes. Adde, quòd hanc materiam per 4.conclu. examinat Rol.consi.23.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Assertioni simplici actoris uolentis producere testes ad aeternam rei memoriam an credatur.*

Timeatque & suspicetur. An autem suæ assertioni credatur? dic quòd non, nisi probet quod actor asseuerat. quia actor quod asseuerat, † probare debet, ut in l.actor.C.de probat.cum sim. credo tamen quòd sufficiat de absentia futura probari per testem, qui se dicat uelle absentare, uel per relationem medici qui dicit illum fore infirmum, arg l.semel C.de re mili. quia in talibus procedendum est summarie.

1 (margin, at "rat.quia actor")

ADDITIONES.

✱ Teneat. Adde, quòd requiritur interlocutoria iudicis, per quam pronunciet testes ualetudinarios, senes, uel debiles, & ideò recipiendos lite non contestata, glo. Bart. & doct. in l.in l.aquilia.§.si deletum. ff. ad l. aquil. Rol. consil.23. num.21.lib.3. De qua materia, an & quando testes ante litem contesta.recipiantur; item de differentia inter capit. significauit, de testib.& cap.quoniam frequenter.§.sunt & alii, ut lit.non contestat. uide Mysing. centu. 1a 4.obse. uatione 71.& 72. ubi quibus licitũ sit producere testes ad perpetuam rei memoriam. Masuer.

✱ Summariè. Adde, quòd testes ad æternam rei memoriam regulariter recipi non possunt lite non contestata ad instantiam actoris, quia cum sit in eius facultate agere: talis facultas ei non competit, teste Bart. in l. in lege aquilia.§. si deletum.ff.ad l.aquil. Dec.consi.302 colum.3. Rol.cons. 23.lib.3. ubi num.16. dicit secus esse quando examinantur pro parte rei, quia huiusmodi examinatio & publicatio ualet, ut communiter per docto.in d.§.si deletum. & ideo hoc casu, inquit Rolan.d.num.16. non requiritur quòd testes sint senes, ualetudinarij. uel de proximo recessuri, quia non est in potestate rei sicut actoris, quando res deducatur in iudicium secundum communem per Rol.d consi.num. 17. ubi docet cautel. quando actor uult examinare testes ad æternã rei memoriam, quòd reus sit cautus, quòd offerat se paratum litigare, Quibus adde, quod testes examinãdi ad æternam rei memoriam ad instantiam rei, examinari debent per iudicem causæ coram quo causa agitari debet, & non per alium, aliàs examinatio non ualet, ex nota. per Bart. in l. cum ij.§.transactiones.ff. de transact. Rol.d. consil.nu.18. quæ conclusio, quòd examinari debeant coram iudice coram quo causa principalis est ventilanda nõ procedit in casu necessitatis, quia fieri potest coram alio iudice, ita prædictus Rol.consil.80.nume.8.libr.3. de quo uide Bart.d.l.cum ij.§.transactiones, & quæ not.doctor.in apostil.ad Bartol.in l.si quis.C.de naufrag.lib.11. quam & etiam libelli materiam tractat Fely. in cap. quoniam frequenter, colum.5.& 6. ut lit.non contestat. Bartol. d.l.in l. aquilia.§.si deletum.ff.ad l.aquil.in l.4.§.prætor.ff.de dam. infect.doct.in cap.Albericus, de testib. Alexan.consil.206. lib.2. Barto.in Auth.si quis.C.de testi.in l.fi.C.de vsu.pup. Paris.consi.24.lib.3.consi.23.lib.1.cautel. autem ad impediendum hoc examen ponit Cepol.cautel.153. Masuer.

✱ DE Morte. * Attende hic quod de morte proponitur, quia ipsa timenda est, tam in iuuene, quàm in sene. a sed tamen debet subesse iustior causa mortis, puta grauis infirmitas, uel quia quotidie est in conflictu belli, & si aliter auté esset uanus timor. Et quia hic de morte loquimur, audi quid refert Seneca in quadam sua epistola, ait. Epicurus meditari mortem, qui hoc d.xit meditari libertatem iussit, nam qui mori didicit, seruire no didicit, sed vna est cathena, quæ nos omnes alligatos tenet.s.amor uitæ, &c. ergo ait Valerius, remoueatur naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ nos pati multa turpiter cogit. sic ea remota eius quamplurimum beatior finis erit, &c.

a (margin, at "tur; quia ipsa timenda est")

ADDITIONES.

✱ De morte. Adde, & dic, mortem damnationis, non naturalem timendam esse, teste Dyonisio Carthusiano de quatuor nouissimis lib.j.c.1. Cum stultum sit id metuere: quod euitare non possit, & ideo preparationem quidem ad mortem christiano homini necessariam esse dicit idem d.libr. cap.2. Nam, qui in carne uiuunt: Deo placere nõ possunt, teste Pau.Ro.8.Galat.3.& percutitur hac animaduersione peccator: ut moriens obliuiscatur sui: Qui dum uiueret: oblitus est Dei, inquit August. in sermone de Inn. & ad id quod dicit Papien. hic de morte iuuenum fac. quæ habentur Luc.7. adolescẽs tibi dico surge, sed, ut dixi, non corporis mors sed animæ peccatorum labæ infectæ perditio metuenda, ut eleganter de hoc disserit Chryso. Math.8.hom. 28.col.pe. ubi docet, aliud longè uitã esse, aliud uerò mortem, quam vulgò æstimentur, & inter alia dicit melius esse lapide sepulchro superposito pręmi, quam graui peccatorum pondere onustum ambulare.

a In sene. Sed in qua ætate debeat esse senex, ad hoc ut in eo sit suspicio mortis hoc casu, uide Oldr.consi.93. qui alleg. Inno.in c.quoniam frequenter, vt li.non contest.& dicunt quòd quinquagenarius dicitur senex, uide alia in d.consil.

✱ In sene. Adde quis dicatur senex, & uide Bar.in l.2.lec.3.ff. de excus.tut & dic, quòd senex propriè dicitur, quem non ætas sed uita ac mores seniorem facit.1.q.7.c.paulus, de quo plura scribit Ias. ubi de sene & iuuene, in l. si seruum §.sequitur, num.9. de uerb.obl. Masuer.

VEL Absentia. Hæc est sufficiens causa, tunc etiam & aliæ, de quibus nota. in d.cap.quoniam, & per Spec. in d.§. nunc tractemus.

PRIMO Videlicet. Hoc est primum capitulum, quo distinguitur, & declaratur obligationis titulus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio per solam depositi confessionem non inducitur, sed probatio depositi.*

1 Habuisse confessus. † Sed hic quæritur, an sola confessione inducatur obligatio depositi? videtur quòd non, quia depositum * re, non verbis, contrahitur, ut instit. qui. mo.re contra.ob.post prin.& l.1.§.is quoque.ff.de actio.& obl. Confessio autem dicitur uerborum obl. Inst. de litera ob.in prin.in d.l.1.§.uerbis, ergo per confessionem depositum contrahitur Breuiter dic quòd obligatio non contrahitur, sed probatur esse contracta per talem confessionem, vt l.publia.ff.deposi.in fin. maximè quando renunciatũ est exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt cõiter fieri solet in instrumentis, ut habetur in d.l.in contractib.§.sed quantũ. C.de nõ nu.pe.& no.in l.si ex cautiõe, & l.generaliter.e.ti.

✱ (margin, at "quia depositum")
a (margin, at "tur, sed probatur")

ADDITIO.

✱ Depositum. Adde quæ habetur infra for.lib.hypot.uer. in deposito. Nat.consi.438.

Confes-

a Confessionem. Dic tamen quòd depositum confessionatum non habet priuilegium veri depositi, ut dicit Bal. consil. 3 8. 4. lib.

* Confessionem. Adde Cur. in l. 2. ff. si cert. pet. in l. 1. nu. 15. C. de eden. Soc. consil. 143. col. fi. lib. 1. Cagnol. in l. contractus. num. 16. de reg. iur. & dic, quod depositum confessionatum amittit priuilegia depositi, secundum Dec. & Cag. in d. l. contractus, ubi declarant. l. pen. C. depos. Rol consil. 17. num. 3. lib. 1. Cagnol. in l. 2. num. 217. C. de pact. inter emp. vbi plura de deposito imperfecto. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum proprium quod dicatur.*

1 EX causa * Depositi in pecunia numerata. † Aduerte quòd regulariter in uero & proprio, deposito quod est, quando certa res in specie, uel quantitas ut species deponitur in sacculo consignata; ut in l. 1. §. si pecu. signata, ff. depo. licèt ipsa eadem res, uel pecunia restitui debeat, tenetur eo casu depositarius solùm de dolo & lata culpa, ut l. quod Nerua, & l. 1. §. sæpe, cum si. ff. depo. ubi autem pecunia deponitur in quantitate, uel genere, tunc sufficit aliam tantundem restituere, sed ipsius pecuniæ periculum pertinet ad depositarium, ut in l. Lucius. & in l. dies sponsaliorum. §. 1. ff. depo. Sunt & alij quatuor casus, in quibus periculum transit in depositarium, qui no. per glo. in prædicto. §. sæpe. inter quos est ille casus qui quotidie ponit in instrumentis, uidelicet quando deponens, & depositarius inuicem paciscantur, quod depositarius de omni periculo teneatur, iuxta doctrinam traditam per Gloss. & Doct. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. &c.

A D D I T I O.

* Depositi. Adde, vt depositum sit ualidum, requiri quòd pecunia coram testibus numeretur, teste Rol cons. 63. num. 24. lib. 1. Cur. iun. cons. 28. col. 2. nec sufficeret, quòd ligata in sacculo præsentaretur, ex not. per Doct. in l. acceptā: C. de vsur. & propterea cum euenisset casus in facto, allegabam, quòd depositum rei mobilis primò offerri debet realiter creditori in loco iudicij, & si creditor recuset: illud deponi debet, Bal. in d. l. acceptam num. primo, C. de vsur. vbi quòd peccata numerari debet coram testibus, & offerri creditori, & si creditor non vult recipere: tunc in bursa consignari debet, & consignata deponi, quid si non sit pecunia, sed alia res, quid agen. sit? & dic, ut per eundem Bal. d. l. acceptam, vbi alleg. tex. in l. 1. §. si dolum. ff. de peric. & commod. rei vend. in l. uideamus §. qui vinum, ff. loc. & sic cum eo casu facta non fuisset realis oblatio in loco iudicij, dicebam non posse dici depositum sufficiens præterea allegabam, attenta oblatione iudicialiter facta debuisse per iudicem fie. i electionem loci & personæ, nō autem per partem, ex doctrina Bal. d. l. acceptam, num. 2. vbi Doct. in apostil. litera R. notant quòd oblatio iudicialis fieri debet apud eum quem iudex elegit, l. si reus paratus ff. de procur. & in casu prædicto sustinebam fieri debere oblationem ferri, cum interesse, iuxt. not. per Bart. in l. sed si aliqua ff. de consti. pecu. Bal. d. l. acceptam, nu. 29. vbi dicit quòd in aliis quam in nummis venit interesse conuentum, sed quia in eo casu debitores promiserant tradere ferrum cum interesse, & facta fuerat executio pro ferro, interesse ac expensam, & nihil pro interesse, pluri ualore & expensis oblatum fuerat, ideo concludebam depositum ex eo capite reddi insufficiens, argumento eorū quæ scribit Alex. cons. 24. num. 9. lib. 4. vbi docet notab. prac. pro eo qui tenetur offerre uel deponere, idem Alex. in l. mora ff. sol. mat. in l. si insulam ff. de uerb. obli. qui loquitur quando res non est liquida, quæ omnia, eò fortius procedere asserebam in casu prædicto, quia in eo liquidatus erat valor, & taxatæ expensæ, Ex quibus concludebam pronunciandum esse depositum insufficiens, & creditorem molestandum non esse in possessione bonorum sibi deliberatorum, & insolutum datorum, partemque in expensis condēnandam sub censura &c. Masuer.

ANNO curso 1400. Isto anno mensis Septemb. die 16. natus est prædictus Manfredus filius meus in ciuitate Papiæ Anno uero curso. 1392. mensis Octobr. natus est illustrißimus Dux Philippus ad præsens Dux Medio. & Comes Papiæ, qui anno præsenti nunc curren. 1412.
a a mensis Iulij obtinuit dominium ciuitatis Medio. interfecto tunc proditoriè à certis ciuibus Mediolani eius fratre Duce Mediolani. &c.

A D D I T I O.

a M. CCCCXII. computando ergo in cursu. 85. anni fuerunt sex Principes Mediolani, an autē septimus regnabit hoc tempore dubium est, regnauit itaque Dux Philippus, deinde Dux Franciscus, deinde Dux Galeaz. deinde Ducissa Bona. deinde Dux Io. Galeaz. nunc Dux Ludouicus.

ITEM quod præfatus. Hoc est secundum capitulum confirmatorium primi &c.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio tunc, extremitatem temporis denotat.*

1 TVNC reddere. † Ista dictio a tunc, denotat tem-
a poris extremitatem, ut l. 4. in fi. ff. de condi. & demon. & l. tutoribus. in fi. ff. de test. tut. de cuius significatione notatur per Arch. 63. distinct. in c. ergo &c.

A D D I T I O.

a Dictio tunc. Adde gloss. in l. lecta. in princ. ff. si cert. pet. in ver. tunc, & ibi Barto. col. 1. uer. 2. oppono. Ludo. Roma. col. 2. versi. in gloss. super uersi. & tunc & Franc. Cur. Iun. ibi. num. 18. tex. & ibi glo. in uer. esto. in l. in substitutione. §. fi. ff. de vulg. & pupilla. & ibi Barto. Paul. Castr. & Alex. de Imo. text. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posthu. & ibi glo. in ver. tunc. & ibi Ang. de Vbal. & Clau. Aquen. nu. 16. & in c. 1. §. nunc de lege. Bart. in l. in illa stipulatione, col. 1. vers. sed contra istam opin. ff de uerbo. oblig. Bald. in l. ex illo. C. de appella. & in auth. contra rogatos. colu. 1. C. ad Trebel. Franc. Aret. in l. si ita stipulatus. ff. de uerb. obligat. & in l. hæres. ff. de acqui. hær. tex. in §. rursus. Inst. de actio. & ibi Ang. Are. & Ias. colu. 1. uersi. 2. not. & Ludo. Gomes. col. 9. ver. notatur quarto. Bal. in c. cum terra. colu. pen. de elect. Ias. in l. 1. in fi. C. de codicil. Abb. Panor. in c. pastoralis, in 1. not. de exce. & ibi Dec. in 3. nota. Abb. in ca. personas de appellat. & ibi eun. Deci. col. fin. in uer. glo. fi. And. Barba. in c. quoniam frequenter. §. porrò, num. 8. vt lit. non contest. Fely. in c. licèt causam. col. 4. ver. nota. 6. de proba. Philip. Franc. in c. præterea. 2. colum. 4. de appell. & Anto. de Prato in c. peruenit, de emptio. & vendi. car. 28. colu. 1. Bar. in cons. 16. incip. Vannucius. num. 4. in 2. vol. Anto. de Andarelis in cons. incipien. ex facto proponitur, num. 2. quod reperitur inter consilia Pau. de Cast. cons. 183. in 2. volum. Ancha. consi. 356. incip. ex serie testamenti. colu. 2. uers. 3. hoc probat. Fulgo. cons. 1. incip. quidam Raimundus, Rom. cons. 131. incip. prima dubitatio, & consil. 138. incip. noua superuenit. Barba. cons. 22. incip. præclarè dixit. num. 17. in 2. volum. & cons. 73. incip. magnanimus. nume. 18. in 4. uolum. Dec. consil. 63. incip. & pro tenui. in 2. colum. in 1. volum. & cons. 39. colum. 2. in fi. eod. volum. & consil. 314. incip. pro resolutione. colum. 2. in 2. volum. & Mancu. in consil. 29. incip. fuit aliàs in humanis, num. 34. in 1. volum. Zilettus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dictio vsque, qualiter ponatur inclusiuè uel exclusiuè.*
2 *Dictio vsque, qualiter ponatur quando capta inclusiue esset alteri legi contraria.*
3 *Dictio vsque, qualiter ponatur quando ista dictio, per, iungitur, & determinatur a dictione vsque.*
4 *Dictio vsque, qualiter ponatur, ubi apparet de contraria uoluntate disponentis, que colligi potest ex qualitate rei ad quam fit terminatio que alienari non potest.*
5 *Dictio vsque, qualiter ponatur quando resultat prauus intellectus.*
6 *Dictio vsque, qualiter ponatur quando ponitur ad determinationem numeri, temporis, vel quantitatis.*
7 *Dictio à, vel ab, qualiter accipiantur.*
8 *Dictio taxatiua, qualiter accipiatur.*
9 *Opinionibus antiquorum Doctorum est adhærendum, nisi reperiatur textus expressus in contrarium.*



1 VSQVE ad calédas Ianuarij. † Solet apud
a plurimos dubitari, an hæc dictio {vsq; } a ponatur inclusiuè, uel exclusiuè. Et quantú ad
primum casum ponitur inclusiuè, & sic dies
calendarum cedet tota commodo debitoris.
ar. l. qui ante calendas, & l. eum qui. ff. de verbor. obligat.
Et quoniã materia ista est satis in practica, & in usu, ideo
latius est declaranda. Ad cuius euidentiam propter rudes
sciendum est, quòd secundùm logicos duo sunt termini,
vnus à quo: alius ad quem, terminus à quo est ille, à quo
res sumit initium, uerbi gratia, si dicatur {talis lapidé proiecit à domo Titij, vsque ad domum Caij, } nam domus
Titij est terminus a quo iactus lapidis sumit initium, domus uerò Caij est terminus ad quem iactus lapidis finem
suum perficit, & consumit. de quibus terminis plenè not.
per Bar. in l. si is qui pro empto. ff. de vsuc. quo sic supposito reuoco in dubium, an istæ dictiones {à, ab, vsque} ponantur inclusiuè, uel exclusiuè: Circa quòd sciendum est,
q quandoque dictio {vsque} profertur à lege, quandoque
profertur ab homine. Primo casu regulariter ponitur inclusiue, ut probatur in auth. hoc ius. ver. in cæteris. C. de
sacros. eccl. & l. 1. ff. de do. & l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cau. & l. si cui serui. ff. de lega. 1. in fin. ff. si
tab. test. nul. exta. l. j. in fi. facit. clem. statutum. de hære. & l.
2 fi. ff. de senat. † Fallit quando capta inclusiuè esset alteri
legi contraria, quia tunc ponitur exclusiue, ut in l. pe. ff. de
flu. & l. 1. post prin. ff. an per alium cau. a app. cum si. Secundo casu quando profertur ab homine, tunc cósidera duos
casus, nam quandoque istæ dictiones {à, ab & vsque} ponuntur ad determinationem loci, quandoque temporis,
quandoque numeri, ut infra declarabitur. Item habes cósiderare, q hæc dictio {vsque} aliquando iungitur cú præpositione, in, aliquando cum præpositione Ad. Si quidem
iungitur, & determinatur præpositione In, verbi gratia
{promitto stare arbitrio Titij à 10. flo e. vsque. in 20. }
Vel si testis dicit, {possedit talem fundum vsque in talem
b & sic} tunc ponitur inclusiuè, quia hæc dictio In b denotat quandam intrinsicitatem, & perfectionem, ut colligitur in l. locum qui in eo. §. fi. ff. pro so. & l. si in annos. ff. de
3 cond. & demon. † Idem dico, si hæc dictio Per, iungatur
& determinetur à dictione vsque. v.g. {promitto 10. dare
vsque per medium mensem} nam hæc dictio, per, perfectionem termini denotat cui adiicitur, ut l. vrbana. § pernoctare ff. de uerb. sig. vbi verò hæc dictio, {vsque} iungitur dictioni, ad v.g. {loco fundum talem vsque ad talem.}
Vel vendo talem fundum vsque ad talem: vel {loco talem
domum, vsque ad talem: } vel testis dicit, {talis possedit talem rem vsq; ad talem.} tunc quidam in hoc distiguunt,
ut Dy. & Cy. aut inclusio continet odium, & exclusio fauorem, & tunc ponitur exclusiuè: aut econtra, & tunc ponitur inclusiuè, ut not. p Cy. in l à caligato milite. C. de nuptu autem secundum Bar. latius distingue, ut per eum no. in
l. patronus. ff. de leg. 3. aliquando dictio usque ponitur ad
determinationem loci, quandoque ad determinationem
temporum: quãdoque numeri. Primo casu subdistingue,
aut terminus, ad quem refertur, potest comprehendi, uel
idem esse cum termino à quo, & tunc ponitur inclusiuè.
Hoc autem contingere potest uel ex generalitate sermonis, ut in d. l. patronus. §. 1. uel ex qualitate rei, ut quia sit arbor, uel lapis, uel fouea ille te minus ad quem, ut l. arbor.
ff. com. di. & l. pro regione. ff. de acquir. dom. Vel ex qualitate pretij, ut infra dicam. Vel quia inclusio cótinet causam piam, ut l. quidam in testamento. ff. de legat secundò.
4 † Fallit ubi apparet de contraria uoluntate disponentis,
quę colligi potest ex qualitate rei, ad quam fit terminatio,
quæ alienari non potest, ut in l. filiusfamilias. ff. de lega. 3.
Vel (ut etiam credo) si res illa, ad quam fit terminatio, sit
aliena, & ab alio possessa, quia non est præsumptio in dubio disponentem referre se uoluisse ad rem alienam, arg.
in l. 4. ff. de lega 1. Vel ex qualitate pretij ipsius rei alienatæ, quando sequeretur enormis læsio, si poneretur inclusiuè. his enim & similibus casibus ponitur exclusiuè. arg. l.
semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Et per hoc deciditur illa vulgaris quæstio, quando quis uendidit aliquem
fundum usque ad talem, uel locauit, quòd non ponitur
absolutè ille alius fundus inclusiue in uenditione, uel locatione, sed cú determinatione. de qua supra. Secundo principali casu, quando hæc dictio {vsque} ponitur ad determinationem temporis, & tunc subdistingue, aut tempus ad
quod refertur, potest continuari sub tempore designato,
puta {Promitto dare cétum usque ad calendas} vel {Promitto dare decem usque ad decem annos} vel {Loco, uel
in emphyteusim concedo talem domum usque ad decem
annos} in quibus casibus dubitatur, an tempus extremú, ad
quod, puta annis ultimis decennij ponatur inclusiuè, uel
exclusiuè, ubi indistinctè dic, quòd alio non apparente ponitur inclusiue. arg. d. l. eum qui ita. §. qui stipulatur ante
calen. ff. de uerb. obli. cum sim. supra alle. quia bona est argumentatio de loco ad tempus, ut in l. vinum. ff. si cer. pet.
5 & l. fina. C. de triti. † Fallit, ubi resultaret prauus intellectus, quia tunc ponitur exclusiuè, puta si sit terminus statutus ad comparendum usque ad diem dominicam. vel si
promisisti qualibet die dare libram carnium usque ad dié
veneris, uel ad primam diem quadragesimæ, & sim. nam
in his casibus non intelligitur inclusa dies prohibita, uel
tempus prohibitum, ar. l. 2. C. de temp. app. & in l. semper,
de reg. iur. Aut tempus ad quod, non potest de iure contineri sub tempore designato. v.g. do tutorem filio meo usque ad pubertatem, & tunc ponitur exclusiuè, ut l. quæsitú.
ff. de tutel. Fallit, ubi de mente disponentis contrarium appareret; quia tunc uerba impropriarentur, ut l. à filio ff. de
leg. 3. & l pater Seuerinam. §. conditionum uerba ff. de có
6 di. & demon. † Tertio principali casu, quãdo hæc dictio
vsque, ponitur ad determinationem numeri, temporis, uel
quantitatis. v.g. promitto dare usque ad décé dies, & tunc
ponitur inclusiuè. ut d. l. idem. ff. de dolo. & in Authen. de
app. & intra quæ tempor. §. illud quoque, coll. 4. licet illa
iura loquantur, quando tempus profertur à lege. Idem tamen dic hoc casu si pfertur ad homine, maxime quia uerba debent interpretari contra proferentem, ut l. ueterib.
& ibi not. ff. de pact. & in partem magis fauorabilem, ut in
7 l. quoties ff. de reb. dub. † Quæ autem supra dicta sunt in
dictione usque, idem per omnia intelliges in dictionibus
c à, & ab, c quæ apponuntur ut plurimum tanquam terminus à quo, de quibus uide Gui. de Cu. in l. meminisse. ff.
de offic. procon. & lega. per Albe. in suo alphabeto, super
litera v, dictione usque, & per Archi. in c. statutum, de præ
ben. lib. 6. & de resti. spo. c. frequens. eo. lib. 3 1. dist. ca. fin. &
per Ioan. And. in clem. sicut. de app. facit. l. ratio. §. fi. ff. de
actio. empt. & in l. prima. §. æstatem. ff. de aqua quo. & æsti.
& l. post duas. C. de aduoc. di. iud. & uide de his, & aliis pluribus dictionibus, quæ posuit Albe. in authen. hoc ius. C.
8 de procur. † Quid auté sit de dictionibus * taxatiuis,

Puta

puta {Solum, solummodo, tantum, tantummodo, & sim.} not. per Bar. in l. 1. ff. si quis iurisd. non obtem. Ad vnum semper aduerte, & hanc regulam tene in omnibus quæstionibus occurrentibus, quòd si reperias diuersas opin. ✱ Doct. adhærere uelis potius opi. * antiquorum, quã mo ✱ dernorum, nisi reperias * tex. expressum in contrarium, nam moderni facti sunt ita pomposi, ut se nihil reputent scire, nisi legem faciant per se, & spernant antiquos, & laudent modernos, de quorum collegio se faciunt, & prædicari nolũt, nam ut inquit Seneca {Probatos semper tene, & si ad aliosdiuertere aliquando libuerit, ad priores redi.} Deo gratias.

ADDITIONES.

✱ Taxatiuis. Adde Ias. in l. j. num. 9. num. 24. ff. si quis iusd. nõ obtemp. & nu. 12. quid de testibus deponeñ. per taxatiuam tantum, de quo Fel. in c. pastoralis, colum. 1. de off. deleg. ponit reg. cum fall. Masuer.

✱ Antiquorum. Adde, quòd esset superstitiosum nimis, velle iurare in opi. antiquorum, quamuis maxime autoritatis & venerationis apud omnes esse debeant, ex not. per Catel. uer. nuptiarum causa, col. si diceñ. igitur, in casu dubio in cõsulendo & iudicando eam opi. sequen. esse secundum consulẽtis uel iudicantis bonam conscientiam uerior creditur, quo casu quis excusatur, teste Dec. cons. 176 num. 6. Boer. q. 42. col. pen. & fin. uel dic, secundum Aret. in §. responsa, num. 4. inst. de iur. nat. gen. & ci. standũ esse ei, quæ melioribus rationibus nititur, Nat. cons. 120. col. prima, & quæ stat pro ueritate, Boer. q. 155. col. 21. nu. 27. vbi instruit iudicantes quid agere debeant: quando sunt duo excell. Doc. in diuersis opi. de quo etiam per Alexan. cons. 13. num. 15. lib. 1. Rip. respon. 190. colu. fin. ubi plura de opi. & autoritate Bar. de qua etiam per Afflic. decis. 319 Bal. in l. j. num. 29. C. de iis qui accus. non poss. in l. liberti, num. 27. C. de oper. lib. Alex. cons. 55. col. 15. lib. 4. & eo casu humaniorem sententiam in dubiis sequendã esse dixit Ias. in l. filio pater in prin. num. 7. & seq. ff. de leg. primò, bene uerum est, quòd glo. opi. quando glo. ipsa bene loquitur, omnibus aliis opi. præualet, teste Alex. consi. 92. nu. 4. lib. 2. 139. col. fi. lib. 6. Dec. cons. 146. nu. 7. Guid. Pap. q. 277 Rol. cons. 94. num. 25. lib. j. cons. 14. num. 39. lib. 3. quibus adde Doc. in l. si idem. §. fi. ff. de iur. om. iud. Ias. in d. l. filio pater, num. 8. ff. de leg. j. ubi loquitur de glo. in l. qui filium §. Sabinus. ff. ad Treb. & dic, quòd in cõflictu opi. ea opi. attendi debet, quæ melioribus & ualidioribus fulcitur rationibus, etiam si maiores numero sint qui contrarium sustinent, exemplo Impp. in l. si quis. C. de cond. indeb. qui minoris partis ratione inspecta: contra maiorem sententiam protulit, hinc dixit Cur. cons. 63. num. 3. consil. 160. num. 12. communem opi. tunc sequendã esse, quando particularis opi. meliori non est suffulta ratione, & hanc communem dicit Cur. d. cons. Cagnol. in l. 2. uer. quod ad magistratus, num. 241. & seq. ff. de orig. iur. Nat. d. consil. 120. Neuiz Syl. nup. lib. 5. & 6. omnium pulchrè Osasc. decisi. 125. in fi. vbi post plura, in iudiciis seruañ. esse dicit opin. quæ nititur religione iuramenti uti tutiorem ad animæ salutem, ex Oldr. cons. 227. in fi. Cagnol. in reg. non potest uideri improbus, num. 5. de reg. iur. Afflic. decis. 230. nu. 4. quam concl. doc. dicunt procedere, quando iuramentum haberet illos tres Comites, ueritatẽ, iudicium & iustitiã, vt doctè & copiosè explicat Rol. cons. 98. num. 34. lib. j. & habetur in c. animaduertendum, 22. q. 2. c. etsi Christus, de iureiur. ad quæ iudices aduertere debent, ne idiotæ, iuuenes, mulieres & alij incauti decipiantur, & hoc quandoq; culpa tabellionum, quos sobrios esse uelim & parcos in coaceruandis iuramentis, ne animarum & patrimoniorũ iacturam faciant, ex not. per Cyn. in Auth. sacramenta puberum, 1. q. C. si aduers. ven. Catel. uer. statuta italiæ, qua in re laudatur, qui in materia iuramenti agunt benignius, vt uidere est in Gallia, ex not. per Imbertum in enchirid. iur. Gall. uer. iusiurandi effectus, Dy. & alios in cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Sed ad artic. & q. nostram redeundo. Adde prædictis concl. quòd illa opin. sequenda est, quæ distinguendo, opin. contrarias conciliat, teste Osasc. decis. 21. nu. 16. decis. 162. nu. 8. l. rogasti. ff. si cer. pe. l. adeo. §. cum quis, uer. & tamen media sententia ff. de acq. rer. do. uel potius sequenda opi. glo. cuius autoritas consulendo & iudicando, ut iam dixi, antecellit, iuxta tradita per Rol. conf. 73. num. 13. lib. 3. post Bar. in l. ut uim ff. de iust. & iur. Quod & in Romana Curia sanctè obseruari scribit Bal. in l. fi. §. necessitate. col. 3. C. de bon. quæ lib. & quo ad Barto. opi. seruandam ex statutis hispaniæ refert Fernand. Tolos. in l. filiusfamil. §. diui. nu. 93. ff. de leg. j. uel in casu prædicto, quando doc. uario modo loquuntur, media uia est eligenda, ex no. per Rub. Alex. con. 105. num. 2. Dec. cons. 68. col. 5. 228. col. 2. d. cons. 176. nu. 6. aut quando casus est dubius, & sunt opi. hinc inde, in dubio illa est sequenda, quæ fauet publicæ utilitati, & magis coheret reg. iuris communis, ut uolunt Bar. & Doc. in l. j. ff. sol. ma. tex. vbi Bar. in l. vnic. §. fi. C. de cad. toll. Rob. de ord. iud. c. 276. par. prin. par. ult. num. 122. uel quæ benignior est, & humanior, ut per Ias. d. l. filio pater, num. 7. de lega. j. potest enim iudex in dubiis inclinare in quam uelit, teste Aym. cons. 135. num. 40. quæ concl. procedit, dũmodo pares sint rationes & causæ, & nihil sit quod præponderet ex iustitia & æquitate, quam æquitatem omnes iudices amplecti debere scribit Rol. cons. 64. num. 15. & seq. li. 3. ubi nu. 17. in uarietate opi. pro æquitate contra rigorem uti pro anima tutiore pronunciandũ esse censet, ex Cagnol. d. l. non potest uideri improbus, num. 5. de reg. iur. Nat. cons. 136. colum. 4. num. 10. Fer. ar. cautel. 17. & tandem, secundum eam opi. per quam utrique parti consulitur, & est minus onerosa, ex doct. Castr. in l. j. post nu. 3. ff. si quis caut. præsumitur enim per imperitiam iudicare: qui relicta communi opi. inheret sing. opi. secundum Rol. consi. 16. num. 23. 24. lib. 3. ubi inter uarias opi. illã sequenda esse dicit quæ plurium magistrorum autoritate comprobatur. l. prima, vbi Bal. 5. not. ff. de offi. quæst. not. Catel. uer. opi. communis, & uer. nuptiarum causa, col. fin. Alex. cons. 95. num. 6. lib. 2. qua in re illud etiam notandũ est, ꝙ quando Doc. uel glo. in tribus uel 4. locis tenuerunt vnum, illud sequendũ est, quamuis alibi in vno loco contrarium tenuerint, teste Rol. cons. 28. in fi. lib. 3. quid in iudice qui iudicauit secundum opi. sui præceptoris, & dic, quòd excusatur in syndicatu à condemnatione expeñ. ex not. per Ias. in l. generaliter. num. 10. ff. de in ius uoc. quam concl. intellige, ut per eundem in l. interdum. §. stichi promissor. num. 2. de ver. ob. illud autem quod dicitur, quòd quando referuntur plures opi. ultima censetur approbata, ex glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. dic, non procedere quando prima opi. saperet æquitatem ultima rigorẽ, iuxta tradita per Ias. d. l. filio pater, num. 8. de leg. j. & in l. si seruum §. sequitur, n. 3. de ver ob. in l. placuit. C. de iudi. post Docto. in apostil. ad Bar. in l. bonafides ff. depos. quarum quidem opi. quæ dicatur magis communis, uide per eundem Ias. in l. si is qui ꝑ emptore, col. 70. ff. de usucap. Alex. cons. 13. colum. 5. lib. j. item intellige, non procedere dictum glo. in d. l. qui filium §. Sabinus, quando præcedens opi. plenius fuisset examinata, melioribusque firmata rationibus, quia tunc præcedentẽ opi. tenere censetur, ut concludit Ias. in l. j. §. & post operis. num. 12. ff. de ope. no. nun. quid de iudice qui malè iudicauit, eligendo opi. quam nulli tenuerunt, licet ea nõ sit approbata, & dic, ut per eundem Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 54. de uer. ob. & in l. cum prolatis. n. 17. & seq. ff. de re iud. ubi etiam docet quomodo excusetur ꝑpter opi. diuersitatem, dic, ut ibi per eum, ad concl. autem qua dicitur, quòd quis excusetur sequendo opi. Doc excel. vel optimi, uide quæ scribit Ias. in l. stipulationum quædã. num. 4. de ver. ob. ubi ponit qui dicantur Docto. excell. qui optimi,

optimi, & ibi, quòd dicitur habere scientiam eminentem ille doctor, qui subtiles qq. discutere, & determinare nouit, & in promptu responsiones habere quorum plures ho die anno 1574. uidemus in Florentissimo hoc Augustæ Taurinorum Gymnasio, sacroq; ac uenerando nostro doc. collegio, quorum ego minimus, hęc prolixius fortassis quam opportuit, in studiosorum gratiam, scripsi in eadem ciuitate, ætatis meæ anno trigesimo nono, licet uariis curis, grauissimisque animi molestiis affectus, in quo illud mihi sat erit, displicuisse malis. Io. Ant. Masuer. I.V.D.

✠ Tex. expressum. Adde, quòd quando pro aliqua opin. stat tex. quòd ea opi. sequenda est & tunc parum cu: as. est de Doct. contrarium tenen. teste Ias. in l. diuortio. col. 6. ff. sol. matrimo.

a Vsque. De hac dictione, & aliis hic positis, & multis aliis, de quibus hic non fit mentio, uide per Old. consi. 49. Adde Bar. in consi. 77. incip. proponitur, in 2. uolu. & Que posui supra, in forma positionum actoris. in glo. usque ad annum in addi. incip. dictio usque. Zilettus.

✠ Vsque. Adde, quòd hæc dictio in materia odiosa intelligitur, quòd odium & onus excludatur, teste Dec. cons. 511. col. 2. num. 3. de qua plura scribit Ale. cons. 145. col. 2. cir. fi. lib. 5. Cur. trac. feud. 3. par. nu. 5. & seq. Masuer.

b In. Adde quòd dictio In, denotat intrinsicitatem. Albe. Brun. in consi. 50. causarum feudalium. & Gratum consil. 32. num. 19. in 2. uolu. & Berbum. Chouerouium in tit. de publ. concubina. §. ergo per argumentum. num. 1. Zilett.

c A, & ab. Adde Bal. & Pau. de Ca. in l. 1. ff. si. quis ca. & Ale. in rub. eo. tit. & Abb. Pan. in c. super, extra de app. colum. 3. ver. quod quandoque. Zilettus.

Forma sequestri, seu saximenti.



SAPIENS vir D. Vicarius domini Potestatis Papiæ ad petitionem & instãtiam suprascripti And. omni modo, iure, uia & forma, quibus melius pôt, exposito prius ipsi D. Vicario per dictum And. quòd multum & iustè timet de dilapidatiõe, & occultatione instrumentorum, fructuum, & bonorum existentium super possessione, de qua inter ipsum parte vna, & Io. antedictũ parte altera, quæstio uertitur, & quòd amplius est, ne ipsorum occasione partes ipsæ perueniãt ad rixam, & arma; uolens, & intendens præfatus dominus Vicarius inquantum potest occurrere & obuiare cuicunque scandalo, rixæ, uel rumori iussit, pręcepit, & mandauit suprascriptis And. & Io. nominibus prædictis ibi præsentibus, audientibus, & intelligentibus, quatenus nullus eorum audeat, uel præsumat accedere ad dictã possessionem, de qua quæstio uertitur, nec abinde fructus, uel alias res amouere, nec in ea laborare, uel laborari facere fine expressa licentia, & de uoluntate dicti D. Vicarij sub pœna cuilibet contrafacienti librarum centum cameræ Illustr. Ducis applican. seu communi Papiæ. reseruato tamen omni iure dictis partibus tam in possessione quàm in proprietate prædicta, & etiam omni iure eis competenti in fructibus antedictis, ac si ipsum saximentum factum non esset. Prȩterea præfatus D. Vicarius imposuit, & in mandatis dedit, & dat Pe. Patio seruitori publico dicti communis, quatenus ex sua parte, impositione, commissione, & mandato dicat, & præcipiat H. & E. consulibus loci Sattiranæ, quatenus omnes, & singulos fructus extantes de præsenti in & super dicta possessione & proprietate colligere debeant, & saluare, ac penes se in sequestro tenere, nec alicui personæ responđere fine speciali licentia ipsius D. Vicarij, sub pœna de qua supra, & inde &c.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio omnis est prohibita.*

2 *Suspectam personam de dilapidationem quæ faciant, propter quam admittitur sequestratio.*

3 *Fundus cum fructibus, an possit sequestrari ad suggestionem p[illegible] prætextu iuris vtriusque partis, cum timetur de rixa.*

4 *Sequestratio an possit fieri uigore conuentionis in instrumento posita, quod in casu non secutæ satisfactionis bona debitoris sequestrentur.*

5 *Sequestratio, an possit euitari in casibus in quibus permittitur.*

6 *Sequestratione facta fructuum tempore periturorum quid sit agendum.*



1 SAPIENS vir. † Frequens est hic tractatus saximentorum, maximè in Monteferrato, & quibusdam aliis partibus, ubi ius & iustitia ministratur per boues, & ignorãtes, qui multum sunt faciles concedere talia saximenta. Est igitur sciendum, quòd regulariter illa saxi-

a menta ante latam sententiam [a] sunt omni iure, tam ciuili, quam canonico prohibita, ut C. de prohi. seq. pec. & extra ut lit. pen. c. primo. & extra de sequ. pos. & fru. c. 2. & in cle. 1. eod. tit. & 15. q. 4. c. volumus, & maximè lite pendente, siue agitur actione reali, ut puta rei uendic. uel alia simili ei, puta petitione hær. & est ratio, quia nemini auferenda est commoditas possessionis, quæ in fructuum perceptione consistit ante latam sententiam, ut l. 1. & l. ordo. C. de execu. rei iudi. & in §. commodum. Instit. de interdi. & l. Titia. ff. de sol. nisi pendente appellatione post sententiam latam in principali causa. ut l. Imperatores. ff. de app. & in c. fin. cum ibi not. extra de seq. poss. & fruct. Potest tamen ante sententiam latam in causa principali fieri fructuum descriptio, ut super illis iudex possit certam ferre sententiam, ut determinant Docto. in l. facultas. C. de iu. fil. li. 10. & Bart. in l. j. §. eligitur ff. de uen. in pos. mi. pro qua opin. fac. d. l. prima, §. quod si nondum. & in auth. si omnes, in fi. C. si ut se ab hære. absti. Sic ergo stat regula, quòd omnis

b sequestratio est prohibita, [b] quæ regula fallit in decem casibus. Primus est, cùm timor, uel suspicio est de dilapidatione rei quæ petitur sequestrari; ut probatur in d. l. Imperatores, & in c. 2. & ibi no. per gl. in c. fin. extra de seq. pos.

2 & 3. q. 2. c. quia ita. † Sed hic quæritur, q̃ sunt illa quæ faciunt personam suspectam de dilapidatione? Respondeo secundam gl. in l. si fideius. §. fi. ff. qui satis. cogan. quòd sunt quatuor. Primò debet non possidere aliqua immobilia, vt in l. sciendum. ff. qui satis. cog. Vel possidere pauca quæ non æquiualent rei, super qua quæstio agitur, ut l. si credi-

c tores. ff. de priui. cre. Tertiò mali [c] mores de præsenti, ut Instit. de suspe. tu. §. fi. quod no. tu iuuenis cui displicent boni mores. Quartò quòd prius in similibus malè uersatus sit, ut in l. si cui. §. iisdem. ff. de accusa. Præmissa autem indicia reddunt quem suspectum, si superueniant post obligationem contractam, secundum Bar. & Doc. secus si fuissent tempore obligationis cõtractæ, quia tunc non redderent personam suspectam; cùm enim à principio fuerit pro tali approbatus, non poterit ex eadem causa reprobari, ut traditur, & habetur in l. si creditores. uer. planè. & in l. ait prętor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. facit l. si is à quo, in fin. ff. ut in pos. lega. Ad quod faciunt, quæ in simili dicuntur de vxore, quæ contraxit cum uiro in ope, & egeno, deinde pendente matrimonio vult dotem repetere, quia vir eius laborat inopia, per l. ubi adhuc. C. de iur. do. & in l. si costante. in prin. ff. sol. mat. quæ non auditur, ut no. per Cyn. in d. l. ubi adhuc. in 4. quæs. Secundò principaliter fallit dicta regula, quando ab executione sententiæ interponitur appellatio, ut in l. ab executore. C. quo. app. non reci. Tertiò fallit in seruo litigante de eius statu, cuius peculiũ interim sequestratur, ut l. j. §. j. C. de asser. tol. in l. fin. C. de ord. cog. Idem potest dici à paritate rationis in filiofamil. monacho, feudatario, & si de quorũ statu qõ agitur. Quartò fallit in colono ascripticio, qui litigat cum domino suo super fundo, nam fructus sequestrantur. vt l. litibus, post prin. C. de agri. & censi. lib. 11. & idem pôt dici in colono simplici,

simplici, uel partiario, à paritate rationis. Quintò fallit in marito vergente ad inopiam post matrimonium contractum, cuius bona pro dote sequestrantur, ut l. si cum dotem. §. si uerò. ff. solut. mat. Sexto fallit, quando possessor conuentus contumaciter se absentat, quod nota quia frequenter accidit, ut in c. ex literis. extra de dol. & contu. Septimò fallit, quando mulier reuocatur per uirum, de cuius seuitia timetur, quia uxor sequestratur, ut in c. literis. & in c. ex transmissa extra de restit. spol. Octauo fallit, quando
d rixa, d vel rumor, uel scandalum timeretur, ut l. si oleũ. in prin. ff. de dolo. & in l. æquissimum, in princ. & quod ibi no. ff. de usufr. & in c. 1. de seque. poss. facit quod no. p Inn. in c. in præsentia. in glo. 2. extra de prob. & Iac. de Belui. in Auth. de man. pri. circa prin. facit. 90. dist. in c. discordantes &c. pcipimus. & quod not. in c. 1. extra de treu. & pac.
3 † Sed circa hoc quæritur de quotidiana quæstio. Ecce est certum, Titium possidere fundum, super quo quæstio sibi mouetur, & timetur ne partes ad rixam perueniant, uel ad arma, aut scandalum aliud generetur. Quæritur an iudex possit, uel debeat ad alterius partis suggestionem fundum cũ fructib. facere sequestrari sine præiudicio iuris utriusque partis? videtur quòd sic per d. l. si oleum. & in l. æquissi-
* mum, * præal. In cõtrarium determinat Inn. in d. c. in præsentia, quam opi. expressè tenet Bald. in d. l. 1. C. de prohi. seq. dicens quòd in illo casu iudicis officium est præcipere sub certa pœna parti, quæ non possidet, quòd non impediat possessorem in sua possessione, nec ipsum vllo modo turbare præsumat, & pro hoc facit. l. j. ff. ne uis fi ei. & l. pe. ff. de aq. quot. & æsti. & l. 3. §. hoc autem. ff. de iti. actuque pri. & fundatur hæc opi. iure, & æquitate, aliàs enim sequeretur absurdum; quia quilibet excogitata malitia fingeret rixam imminere, & scandalum, ut eius aduersarius priuaretur commoditate fructuum & possessionis, vnde malitiis hominum est obuiandum. vt in l. in fundo. ff. de rei vend. Nec ob. l. æquissimum, & l. si oleum, quia debent intelligi, quando est dubium quis possideat. Nonò fallit, quando lis pendet per appellationem, ut in d. l. Imperatores. ff. de app. Decimo fallit, quando alicui de familia officialis fuit res ablata, super qua quæstio mouetur, ut in l. senatus. ff. de offi. præs. quos casus habes pro maiori parte not. per glo.
4 in d. c. 2. de seque. poss. & in d. l. j. de prohi. seq. † Quid autem dices de eo, quod fit quotidie in instrumentis, in quibus apponitur clausula {quòd si non fuerit de debito satisfactum, quòd debitoris bona possint capi, saxiri & sequestrari, & in solutum accipi} an virtute huius conuentionis extra dictos casus speciales poterunt hæc bona sequestrari? Et videtur quod non, quia hæc conuentio est contra ius d. l. 1. C. de prohi. seques. cum sim. ergo non ualet, ut l. pacta quæ contra. C. de pac. cum sim. ibi not. In contrarium dico, & est ueritas; quia quod potest lex per eius prouisionem, hoc idem posse debet homo per eius conuentionem, vt l. non impossibile. ff. de pact. & glo. no. in l. 1. C. de thes. lib. 10. Constat autem, ꝙ lex potuit prouidere contra regulam in casibus præmissis; ergo sic homo poterit in casu præsenti. & pro hac sententia facit, quia homo per conuentionem potest prouidere super detentatione, & sequestratione personę, ut l. 1. C. qui bo. ced. pos. cum ibi not. & l. ob. æs. C. de act. & obl. & ibi not. ergo multofortius su-
5 per sequestratione bonorum. Deinde quæritur, † an hęc sequestratio in casibus antedictis possit aliquo modo eui-
* tari? * Dicunt Docto. ꝙ sic. si idonea satisdatio præstatur de rebus saluandis, & non baratandis, ut habetur in d. l. fi. de or. cog. & in d. l. senatus. §. fi. & in d. l. litibus. de agr. & censi. & hoc procedit, quando sententia non est lata cõtra eum, cuius bona sunt sequestrata; ubi autem esset sententia lata contra eum, tunc satisdatio non releuat, nec sibi prodest, ut determinat glo. in l. fi. C. qui ad li. p. ocl. non licet, & per Doct. & Bar. in d. l. si cum dotem. §. si uerò. ff. sol. mat. Sic ergo, si fiat sequestratio pendente appellatione,
6 non proderit satisdare, quod not. † Post hoc quæritur, quid si in casibus specialibus facta sit sequestratio fructuũ
* * qui sunt tempore perituri, ut poma, & pira, & sim. quid erit? respondeo secundum Bar. vt per eum no. in l. interesse. ff. de acq. poss. ꝙ tales fructus debent uendi auctoritate iudicis, & pecunia in sequestro reponi, arg. in d. l. litibus. & in l. si cui. §. quæri potest. ff. ut in pos. leg. & ff. de acquir. hæred. l. fi. &c.

ADDITIONES.

* L. æquissimum. Adde quæ habetur ad Capel. tolos. q. 477. per Dec. consi. 366.

* Euitari. Adde, quòd sequestrum tollitur per satisdationem, limita hanc reg. ut per Ias. in l. si fideiussor. §. fi. nu. 17. & seq. ff. qui satisd. cog. ubi ponit 4. limit. & ibi numer. 18. quærit, an si quis satisdare non possit: ad iuratoriam cautionem admittatur, & post plura concludit quòd non. Masuer.

* Fructuum. Adde, si aliquis lite pendente dissipat fructus: an possint de iure sequestra i, & dic, ut p Aufr. ad Capel. tolos. q. 477. vbi post plura concludit ꝙ non, intelligendo, vt ibi per eum, ubi totam materiam tractat, maxime concl. prædictam quòd sequestrum fructuum: quando dissipantur lite pendente regulariter fieri non possit, cui Adde, ꝙ sequestrarius durante sequestro potest res tempore perituras alienare, teste Alex. in l. pro hærede, num. 5. ff. de acqui. hær. quod & iudicis autoritate fieri posse dicunt doc. arg. l. fi. ff. de req. reis, quando esset periculum corruptionis, licet ex regula contrarium disponatur, fructus sequestratos non posse usu consumi, nec uendi. Masuer.

a Latam sententiam. Quid si sententia lata sit, & sit nulla, an non parens sequestro incidat in pœnam clem. ad compescendas? uide per do. de Ro. decisi. suis, in antiquis, de seq. pos. & fruc.

* Latam sententiam. Adde, quòd sequestratio fieri non põt nisi subsistent. causa, teste Bal. in c. olim. num. 4. de rescript. quæ causa potest esse uera contumacia, item dilapidatio, ex not. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. item suspicio dilapidationis, & dic, quòd sequestratio fieri non potest ante sententiam, l. defensionis facultas. C. de iure fisci li. 10. nisi per instrumentum constaret de iure agentis. l. litibus. C. de agric. & censit. lib. 11. uel nisi sit suspicio fugæ, quo casu tenet sequestratio parte etiam non citata, teste Alex. cons. 6. nu. 9. & seq. lib. 4. ad reg. autem de qua per Pap. hic. Adde ꝙ fallit etiam d. reg. in casu. l. j. C. de prohib. seq. pec. ex not. per Dec. consi. 125. colu. j. consi. 366. & ubi pars non est suspecta de fuga non ualet sequestrum factum absque citatione. Alex. d. cons. 6. Ias. d. l. si fideiussor. §. fi. qui satisd. cog. ꝙ quidē sequestrum quando fieri possit ob tenorē fugę? vide eundem Ias in §. j. nu. 86. instit. de act. vbi plura in materia sequestri, quid de descriptione bonorum debitoris, & uide per Ias. in d. §. j. quibus Adde, ꝙ licet regulariter sequestratio sit prohibita: simplex tamen descriptio est permissa, qua in re Doc. distinguunt, aut descriptio fit sine causa, idest nõ constito de interesse peteñ. & tunc sine causæ cognitione fieri non debet, ratio est, ne secreta patrimonij pandantur, l. 2. C. quãdo & quibus quarta pars. Aut quærimus, an requiratur causa suspicionis in persona in cuius præiudicium petitur descriptio, & tunc sine causa fieri potest, sufficit enim interesse peteñ. pro causa, teste Curt. in l. procurator. nu. 5. C. de eden. quid de sequestro rei immobilis facto lite pendente, & uide Afflict. decis. 98. quid de sequestro necessario, an possideat, & dic, ꝙ aliqui dixerunt quòd non, etiam naturaliter, cum apud priorem possessorem remaneat possessio, iuxta tradita per Docto. in l. interesse. ff. de acquir. poss. Gram. decis 51. num. secundo, Cassiad. decisi. 14. num. 12. super reg. Cancell. Secus quando est uoluntarius, quia tunc sequestratio possessionem tollit, ut per Cassiad. vbi supra Cassan. consil. 48. & hanc communem dicit Cur. in l. prima, q. 2. num. 71. C. de phib. seq.

seq.Coras.Miscell.lib.3.c.2.num.3.quam concl.& sic contrariam quòd sequestrum non tollit possessionem, si est necessarium, secus si uoluntarium, communem refert Villal. inter co.opi.uer.sequestratio. Masuer.

b Prohibita. Ad materiam, uide Fulg.consil.168. & quæ posui in repe. l.j.C. de prohi. seque. pec. Et an sequestratio possit fieri, parte non citata, ultra ea quæ ibi posui, uide Alex.in consi.6.in 4.vol. Curt.

✱ Prohibita. Adde, quòd regulam cum ampliationib.& limitationib.ponit Cur.in rep.l.primæ.C.de prohib.seq.pecc. Ias.in l.si fideiussor.§ ult. ff. qui satisd. cog. plura etiam de sequestris & prohibita sequestratione not.Coras.Miscell. lib.3. cap.2. Oldend.lib. act. for. classe prima actione 6. pag.mihi 83.& dic, quòd dicitur arbitrarium, an, quando, & quibus casibus debeat fieri sequestrum, ut per Archidia. in cap.quia plerique.11.q.prima, neque est expeditum in iure, quòd omni casu prohibita sit sequestratio, quia plures sunt casus quibus de iure fieri potest, ut scribit Guid. Pap.consil.223.num.4.q.246.vbi ponit quatuor requisita, sine quibus ad sequestrationem procedi nequit, teste etiã Mising.Cent.secunda, obseruatione 11. casum tamen specialem quo permissa est sequestratio uide per Casiad.decisione 5.num.3.de seq.poss. & fruc. uidelicet, si causa beneficialis in Romana Curia tractetur, & contra beneficij possessorem prima feratur diffinitiua sententia, tunc enim beneficij possessio eum fructuum custodia apud idoneam personam per loci ordinarium sequestratur, & locum habet ut in cã beneficiali ad sequestrum non obstante appellatione perueniri possit, etiam si ab ordinario iudice appelletur, Card.in clem.vnic.eo.tit. 9.not.regulariter verò pendente appellatione non sequestrantur fructus, nisi esset timor dilapidationis.l.Imperatores ff. de appel. cap. vl.de seq.poss.& fruc.caterum, sequestrationem fructuum à iudice à quo fieri posse: intellige, antequam à iudice ad quem recepta sit appellatio, postea uerò non permittitur, cum ad ipsum iudicem ad quem prouidere pertineat, ex not per Doct.d.c.vlt. quam concl. communem dicit Rob. de ord.iud.5.par.uer.appellatio, num.188. a cuius iudicis sententia super sequestro appellari potest etiam si super possessorio lata sit, teste Ang.consil.107.num.3. qui iudex, potest etiam esse sequester, vt not. Doct. in d.l. si fideiussor §.fi.num.2.qui satisd.cog Ias.in l.cum filiofamilias, col.4. ver tamen iudex, num. 23. de legat. primò, Cur. d. l. primæ,q.4. Tiraq.de retrac.conuentionali.§.4.glo.7. num.1. vbi dicit hoc verũ, sed honestius esse, quod abstineat, cuius materiæ prac. vide per Doct.in l.acceptam.C.de vsur.in l. Senatusconsulto.§.vl.uer.deponatur.ff. de offi.præsid. vbi dicunt fieri debere monitionem partibus ad concordãdũ de sequestro, cum cõminatione, ꝙ aliàs ex officio eligetur idoneus, qua in re notandũ est, quòd iudex eo casu neminem cogere potest, teste Bar.in l.litibus.§.ult.C. de agr. & censi.lib.11.Bal.sibi contrarius consilio. 480. lib.4.in l. prima, in fi.ff.ubi pup.educ.deb. Doc.d.l.si fideiussor. §.fin. Tiraq. loco supra alleg. ubi dicunt communem & ueriorem, cuius tamen contrarium uidi aliquando obseruatum secundum tamen casuum exigentiam, sed quid dicendum in eo qui sponte iudici offert vt sit sequester? & dic, ab eo se eximere non poterit autoritate propria, sed iudicis autoritate, iuxta tradita per Bar.in l.ei apud quem §.ul.ff. de pos.Card in cle.j.q.21.de prohib.seq.pec.Cur.loco præalleg.q.3. & qui sequester uoluntarius operam tantum præstare tenetur, ita tamen ne damnum patiatur, arg.l.vl.ff. de req.reis, fac.tex.in l.vl.§.fi.C.de bon.auth.iud.possid. Bal. in l.si oleũ in prin.ff.de dolo malo, Cur. ubi supra.q.2. uerum est, ꝙ stipendiũ petere nequit ex no. per Doc. in l. interesse ff.de acq.poss.quod maxime procedit, ut dixi, in sequestre uoluntario, Tiraq. loco supra alleg. num.6. si autem in administratione malè se gesserit: tenetur, cum ex quasi contractu obligetur, d.l.si oleum, in prin. vbi Bart. ff. de dolo fac tex.in l.si hominem, in prin.ff. depos. Masuer.

c Mali mores. Sed quid si ante fuisset malorum morum & per triennium fuisset in bonis moribus, an sufficiat, uide quod voluit Ro.consi.167.ubi dicit ꝙ efficitur nouus homo.

d Rixa.not.quãdo timetur, ne partes ueniant ad arma, quid iudex facere debeat. Vide in dicta mea repe. & ꝙ saltem, summarim debet constare iudici de tali timore, ita Ang.in consi.162.& tunc requiritur partis citatio, & habes in consil.meo, nu.60. Et adde ꝙ tunc fit sequestratio ob timorem scandali, quando vnaquæq; pars prætendit se possidere, ita Bal.in l.si discepter.ff.ubi pup.educa. deb. secus si vnus tantum incumbit possessioni, & tunc potest mandare alteri, ne turbet possessionem & de hac lite.in d.consi.Curt.

✱ Rixa.Adde Dec.consi.366.nu.13.Bal.in l.si fideiussor §. fi. vbi Ale.ff.qui satisd.cog.Cur.in l.procurator.C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Possessor an priuetur sua possessione per sequestrationem.*
2 *Obligatus soluere sub pœna, & iuramento, si etiam fiat de pecunia soluenda sequestratio per tertiam personam, non incurrit aliquam pœnam.*
3 *Sequestrum non redditur nisi finita lite.*
4 *Sequestrum qui iniustè impetrauit, parti læsæ ad interesse tenetur.*
5 *Sequestro facto, quis de suo iure probabit.*
6 *Sequestro facto, quomodo procedendum.*

1 AVDEAT vel præsumat. † Hic quæritur, nunquid ex sequestratione, quę fit per iudicem, priuetur possessor sua possessiõe? ad hoc respondet gl.ꝙ sic.in l.j.C.de prohi.seque.& l.interesse puto.ff.de acq.poss. Tu tamẽ melius distingue, ut ibi not.maximè per Bar. in d.l.interesse. quędam est sequestratio voluntaria, quæ fit à partibus, & talis priuat possessorem sua possessione.quædam est sequestratio necessaria quæ fit à iudice, & hic subdistingue tres casus, quandoque iudex agit priuare possessorem, quandoque agit non priuare, quandoque dubitat Primo casu priuatur possessione, & sic intelligantur gl.prædictæ. Nec mirum, quia si iudex põt priuare quem suo dominio, ut In stit.de offi.iud.in fi multo fortius possessione, ut habetur in l.qui vniuersas.§.item cum prætor ff. de acq.poss. & habetur in d.c.1.de seque. poss. Secundo casu non priuatur possessione arg.l.3.§.genera.ff de acq. poss. Tertio casu
2 dic idem quod in secun. per d. §. genera. † Vltra quærit. Ecce ꝙ quidam erat obligatus cum iuramento soluere ad diem sub certa pœna, uenit tertia persona, & facit et per iudicem sequestrari pecuniam, an excusetur si non soluat
a ad diem? Dic ꝙ sic, [a] & à pœna, & à iuramento, [b] per
b tex.in l.fi.ff.de leg.cõmis. & ibi not. nam iussus iudicis excusat à pœna, & à iuramento, ut in c.uenientes, & ibi not. extra de iureiur.& in l.Imperatores.ff.ad muni.& in cap. imperialem.§.fi.de prohi.ali.feu.col.10.facit l. non uidetur.§.qui iussu.ff.de reg.iur.& l.furti.§.qui iussu. & l. liberorum §.fi. cum si.ff. de his qui not.infa. Et eodem modo excusatur debitor, si alij quàm creditori suo fuerit soluere compulsus per iudicem, ut in l.Paulo Calimaco. §.fin. ff.de annu.& leg.& plenè traditur per Dy.& Bar.in l.cre-
3 ditor.in prin.ff.sol.Deinde quæritur, † quando is, penes quem res est in sequestro posita, eam restituere teneatur? Dic ꝙ regulariter lite finita, & non ante, nisi per partem steterit quominus lis finem accipiat, ut traditur per Bart.
4 in l.si oleũ.in prin.ff.de dolo. † Quid si iniustè appareat facta sequestratio, an pars quæ impetrauit teneatur parti
5 læsæ? Dic ꝙ sic ad interesse, ut in d.l.si oleum. † Sed amplius quæritur, facto sequestro quis probabit de iure suo? dic ꝙ ille qui ante sequestrum tenebatur probare, nã quo ad onus probandi nihil immutatur per sequestrum, ut no. per Bar.in d.l.si oleum, & per Bal.in d.l.j.de prohi. seque.
6 † Quis ergo erit modus procedendi facto sequestro? dic, ꝙ aut sequestrum est factum cõtra ius, & tunc petitur fieri eius reuocatio & cassatio officio iudicis catenus de facto, qua-

quatenus de facto processit. Si uerò factum fit secundum ius in aliquo casu à iure permisso, tunc aut est factum de re immobili principaliter, aut de fructibus eius. Si de re ipsa, tunc ille qui impetrauit sequestrum debet producere libellum suum super re, exprimendo ius quod sibi pretendit competere in re ipsa, & facere suas probationes, ac si nullum sequestrum factum fuerit, iuxta regu. auth. offeratur. & in l. actor. C. de prob. cum sim. Si verò factum fuerit sequestrum de fructibus tantum ipsius rei, tunc, aut fuit factum libello iam oblato, & lite pendente super ipsa re, & tunc procedetur solum in causa super re ipsa, & secundum euentum sententiæ disponetur super ipsius sequestri relaxatione, uel assignatione, ut in d. l. si oleum, cum ibi not. per Bar. aut fuit factum nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus & cognoscetur de iure agentis, ut in alio casu dictum est; vnde iudex facto sequestro præfigit statim terminum actori, hoc est illi qui impetrauit sequestrum, producendi suum libellum, & inde probandi de iure suo, quod si non fecerit, seu produxerit, tunc ipsum sequestrum relaxabit. & idem seruabit iudex, si reus fideiussorem * dederit, propter quod sequestrum relaxabit, quia inconueniens esset, quòd fideiussor semper staret obligatus. arg. in l. pe. C. de fideiu. & in l. si eo tempore. C. de remis. pig. cum simil.

ADDITIONES.

* Fideiussorem dederit. Adde, quòd remedium cautionis introductum fuit, ad succurrendum ei contra quem laxatur sequestrum, non autem vt succurratur ei pro quo fit sequestrũ, is enim libellum offerre debet, de iure suo edocere, & sententiam obtinere, ut declarat Cur. trac sequestr. 2. quæstione prin. q. 13. & 14. numer. 54. 55. pro quo sequestro tollendo cautio debet esse specifica, videlicet de re ipsa uel pari restituenda in casum uictoriæ, teste Bartol. & Alex. in l. si fideiusso. §. fi. qui satisd. cogan. imò, vt ibi per Alex. dēt fideiussor specialiter promittere de restituenda re absque procrastinatione non autem generaliter cauere secundum Bar. & An. in l. litibus C. de agric. & censi. li. 11. Abb. in cap. 2. de seq. poss. Paris. consi. 107. lib. primo, sed an tollatur per cautionem iuratoriam, & dic, quòd sic per gl. in l. prima, C de asser. toll. tex. in cap. pen. de don. inter vir. & vxo. Mising. Centuria 2. obseruatione 11. ubi referendo Abb. dicit quòd ex glo. in ca. ex parte 2. de uer. sig. extenditur Auth. generaliter C. de epis. & cler. ad omnes casus, in quibus tenetur quis fideiubere quam glo. dicit tunc recipiendam esse, si persona aduersus quam est factum sequestrum, sit honesta, & non suspecta, aliàs secus, ut in simili distinguit Bar. in l. usufructu. C. de usufr. Catel. uer cautio cum fideiussore, no. Dilec. nu. 8. cautel. prima, ad fi Ias. in l. prima, in fi. ff. qui satisd. cog. Doc. in reg. plus cautionis, de reg. iu. quando autem admittatur tertius ad reuocationẽ sequestri uide per Fulgos. consi. 17. factum sic se habet, & quòd regulariter tollatur satisdatione, communem dicit Villalob. inter co. opi. uer. sequestr. cuius limitationes docet Ias. in d. l. si fideiussor §. fi. 5. not. nu. 17. qui satisd. cog. Cur. ubi supra, & Ias. d. loco, ubi dicit quòd simplex satisdatio non sufficit, quia tria continere debet, ut ibi ꝑ eum, & Alex. qui plura ab vsum forensem scribit, quibus adde, ꝙ aliqui scribunt satisdationem de sequestrando, uel de restituendo rem sequestratam, non durare nisi triennio: ꝙ ea concl. ita simpliciter intellecta non procedit, ut declarant Doc. in apostil. ad Bar. in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11. Masuer.

a Dic quòd sic. Adde, & uide quæ posui in repe. l. 1. C. de prohi. seque. pec. q. 16. ubi hoc idem teneo. Curt. adde tu Ias. in l. si quis maior. C. de trāsa.

b Iuramento. Adde per Old. consi. 277.

RESERVATO omni iure. Per hoc apparet, quòd iudex non agit a partes priuare sua possessione, & ideo semper facias hanc clausulam apponi in talibus sequæstris.

ADDITIO.

a Non agit. Adde & vide Pau. de Ca. in consi. 76. in fin. vbi quòd actus iudicis non operatur ultra eius intentionem. Fran. Curt.

Forma iuramenti testium.



CONSTITVTI In præsentia suprascripti D. Vicarij Pe. Gal. & Ste testes producti requisiti ad petitionem & instantiam suprascripti Ioan. causa & occasione perhibendi testimonium ueritatis super causa & quæstione ac capitulis in ipsa lite productis per ipsum Io. & si. uertente inter partes prædictas, delato prius ipsis testibus, & cuilibet eorum solenniter iuramento per præfatum D. Vicarium de ueritate dicenda super tota ipsa ca., & capitulis antedictis, remotis amore, timore, & omni humana gratia, iurauerunt, & iurant, tactis corporaliter scripturis in manibus præfati D. Vicarij dicere ueritatem de his quæ nouerunt, & interrogati fuerint super causa, ac capitulis antedictis, circumscripta omni malitia, & falsitate, ac gratia, & amo e, & hoc præsente dicto sim. prædictis non consentiente, quatenus tenderent, uel tendere possent in præiudicium partis suæ, ac dicente & protestante, quòd sibi sit ius saluum opponendi tam contra eorum personas, quàm contra eorum dicta & depositiones, &c.

SVMMARIVM.

1 *Testes quauis dignitate fulgentes, iurati deponere debent.*
2 *Iuramento contrafaciens magis punitur, quam contrafaciens simplic affirmationi.*

1 CONSTITVTI in præsentia, † Legibus tam ciuilibus, quàm canonicis cautum est, ut testes a iurati deponere debeant quauis dignitate refulgeāt. ut in l. iurif. C. de testi. in c. quoties, & in c. licet vniuersis. extra de
2 testi. cum si. cuius ratio est, † quia licèt quantum ad Deũ non sit differentia inter simplicem loquelam & iuramentum, ut in c. & si Christus, extra de iureiu. & in c. iuramentum. 22. q. ult. tamen quantum ad forum est differentia, & plus punitur qui facit contra iuramentum, quàm qui facit contra simplicem affirmationem, b vt in c. 1. cum seq. 22. q. 1. & 2. per totum. Quæ autem sit forma iuramenti, infra dicam.

ADDITIONES.

a Iurati. Adde Io. Cro. in suo solẽni tracta. de testi. nu. 227. cum seq. & ibi Pet. de Moncada in additio. Ziletus.

b Affirmationem. Sed an qui frangit fidem promissam, sit infamis, sicut periurus? vide do. de Rot. decis. suis de iureiur.

* Affirmationem. Adde, quæ habētur infra for. opp. contra testes, post pub. uer. & periuri, gl. & Doc. in l. Lucius. ff. de infam. Cagnol. in l. si quis maior. n. 319. C. de trans. & dic, ꝙ ueniens contra iuramentum & instrumentum cadit ab omni actione, quæ sibi competere potuisset uigore dicti instrumẽti, ad eò ꝙ ex eo se fundare nequit, d. l. si quis maior. Alex. cons. 32. col. fi. in fi. lib. 2. cons. 85. lib. 1. & notatur ad d. l. Lucius, de his qui not. infam.

SVMMARIVM.

1 *Testis non debet se vltro offerre, sed expectare quòd per iudicem compellatur, aliàs habetur pro suspecto.*
2 *Si fit scriptum in actis, quòd testis citatus iuratus &c. an ex hoc præsumatur pro citatione, iuramento & reliquis requisitis.*

CITA-

1 CITATI & requisiti. † Non immeritò sic dicitur: * quia testis non debet se ultro offerre, * sed expectare quod per iudicem compellatur, alias autem haberetur pro suspecto.arg.in l.quæ omnia.ff. de procur. de quo traditur, & habetur in l.si quando.in prin. C. de testi. & in c.1.extra de testi. probatur autem in l. 3. §. exhibere, ibi § Admoniri &c. § ff. de tab.exhib.& si recusaret uenire, debet per iudicem cõpelli.mulcta indicta. ut no. in d.§.exhibere.arg.in l.1.ff.si quis iusd.non obtem.facit c. cum contra.& c.seq. extra de testi.cog. Fallit tamen in certis personis, quæ non sunt cogendæ contra eorum uoluntatem, de quibus no.Spe.in tit.de teste.§.de testium compulsione. & habetur in l.Iulia.& in l.inuiti.ff.de testi. Tenetur autẽ iudex ipsis testibus euocatis facere prouideri à parte producente de eorum necessariis sumptibus, ut habetur & not. pe. Cyn.& alios in l.quoniam liberi.C.de testi. Rursumq; citari debet pars aduersa ad uidendum ipsos testes iurare, vt in auth sed & si quis.C.de testi.& in d.c.2.de testi. & 3. q.9.c.caretæ quas, & ulterius ad producendum sua interro-
a gatoria. a quæ fieri vult ipsis testibus. vt c. 2. §. praeterea. de testi.lib.6.& ibi no.per Archi. alioquin examinatio nulla esset.arg.3.q.9.c.2.& seq.& in l.de vnoquoque.ff. de re
a iud. & l.nam ita diuus.ff.de ado. † Quid autem dices, si
* reperitur scriptum * in actis, b vt fit quotidie. § Petr. de
b Bosco testis productus, citatus, & iuratus, & interrogatus ac examinatus super primo capitulo respondit &c. § an per ista uerba probetur de citatione, & iuramento? Bar. to. in l. Theopompus.ff.de do.præle.determ nat q sic.ar.d.l.& per regulam, quæ est, q quando fit mentio in instrumento de tali actu qui potuit interuenisse tempore celebrati instrumenti, q tunc statur instrumento, & præsumitur ita esse. ut traditur in l.1.C.de fide instru.& iur.hast. fisca. lib.10.

ADDITIONES.

* Offerre. Adde, q testis qui se offert ad testificañ. præsumitur suspectus, & ideo repellitur, quam concl. limita, non habere locum quando essemus in materia, in qua ageretur de peccato cutãdo, quia tali casu testi se offerendo creditur, teste Hypol.sing.140.& fac.not.per Bar.in l.post.§. his verò ff.de his quib.ut indig. Neuiz.consi.78. nu.35. consil. 25.nu.17.l.quæ omnia §.non est ferendus, de procur.quib. Adde Mising.Cent.4.obseruatione 3. vbi testis ad testificañ. vltrò se offerens: pro suspecto habef, & ibi quòd testis aliàs inhabilis rogatus à partibus pro habili recipitur, prædicta autem concl. q testes ultronei ad testimonium accedentes: & se ipsos ingerentes: suspecti sint, suspicione falsi, eisque fides adhibenda non sit, confirmatur per Bart. d.l.post legatum §.his uerò, Alex.consi.78.lib.2.Tiraq. de priuileg.piæ causæ 3.priuileg.4.pe fi.& ideo inoleuit praxis citationis, fallit tamen ea concl. si casu testis in iudicio repertus, quia tunc absque citatione rite examinari potest, teste Ias. in l.nec quicquam.§.ubi decretum, num.27. ff.de offi.procons.qui quidem testes, mulcta indicta captisque pignoribus ad testimonium ferendum cogi possunt, ex not.p glo.Bar.& alios, in l.si quando.C.de testi. Lanfr. in cap.quoniam contra, uer.testium, num.42.de proba.& si comparere neglexerint, eueniatque, ut causa terminetur, & reus defectu testium quos habere non potuit, condemnetur, ei ad omnia damna resarcienda teneantur, teste Ang.& Cas.in l.argentarij.§. cum autem, ubi Alex. col. 2. de edend. quid de dicto testis non citati an ualeat, & dic, quòd licet alias dictum testis non citati nihil ualeat tamẽ quando testis non esset citatus, & deponeret partibus præsentibus, & non contradicentib. ualeret eius dictũ, ut not. Ias.in l.2.nu.5.ff.de in ius uoc. ad quod fac. quæ idem scribit in l.3.col.2.circa fi.ff. de fer. dum quærit, an attestationes testium non legitimè examinatorum possint de consensu partium comprobari, & post plura concludit quòd sic, nu.16.& 17.ubi latius declarat. Masuer.

* Scriptum. Adde, q si Actuarius scripserit testem iurasse, quòd statur eius dicto, secundum communem, per Alc. de præsump.reg.3.c.13.nu.4.quem sequitur Didac. resol. lib. 2.c.13.nu.2. Masuer.

a Interrogatoria.no.quòd iudex per se examinat ista interrogatoria, & si quæ inueniat superflua, uel impertinentia, illa resecat vt no.Io.And in c.præsentium.de testi.lib.6.uel per assessorem, ut ibi § Si non fuerit iuris peritus, uel suis negociis, aut infirmitate impediatur § vt in c.statutum. §. assessorem.de rescrip.lib.6.& ibi Ioan.And.

* interrogatoria. Adde, quòd dilatio ad dandum interrogatoria non datur nisi petenti, teste Spec.tit.de testi.§.iam de interrog.col.3.quæ quidem interrogatoria ad hoc fieri solent: vt testes vacillent, aut in aliquo ex.10.prædicamentis varient, quæ ponit Bal in l.testium C.de testi.spec.loco præalleg. quorum interrog. exemplum non datur aduersario, ne testes instruantur, teste Abb. & Fely. in capit. per tuas, nu.10.de testi. not. Alex.& alij in l. 2. C. de edendo. Sed si iudex super interrogatoriis examinare omiserit, non ob id examen inualidatur, imo facultas est parti, testes super ipsis interrogatoriis etiam facta publicatiõe & cõclusione in causa repetere, ex not. per Alex.consi.174. col.pen. lib.2.consi.41.in fi.lib.4.fac.tex. in cap. eum clamor, cap. per tuas.de iudi.sic etiam super articul. omisso si testes examinati non essent: possunt facta publicatione repeti.Spec. loco supra citato §.nunc videndum, in fi. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio non procedit in ciuilibus, secus in criminalibus.*

1 AD instantiam & petitionẽ. † Aduerte quòd iudex regulariter non potest ex suo officio in ciuilib. causis procedere sine parte instante & requirẽte, ut plenè no. per Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec. & in l.ad peremptorium. ff.de iudici. In criminalibus autem, in quibus ex officio procedit per inquisitionem, tunc quia fungitur uice partis posset à seipso iudex procedere sine partis requisitione, ut ibi per eum no.facit l.1.§. si quis ultro.ff.de quæst.& quod habetur in c.cum clamor.extra de testi.& in l.si non defendatur.ff. de pœ.

a DELATO prius eidem solẽniter sacramento. Quæritur hic, quæ sit forma a sacramenti in teste? dic breuiter, vt no.in c.fraternitatis, in gl.fi.extra de testi.& patet ex uerbis seq.

ADDITIO.

a Forma. Adde & vide Alex.de Imo.in l.si duo. §. idem Iulianus, el 2.ff.de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Testis iuratus super vno capitulo qui extra illud aliquid dicit, nõ pbat*

1 SVPER tota ipsa causa. † Notandum est, q aliud est iurare super capitulis tantùm, & aliud iurare super tota cã. Qui enim simpliciter iurat sup capitulis tm̃, si extra
a illa a aliquid dixerit & si pertineat ad cãm, non ualet, vtpote super eo non iuratus deponẽs, ut tangitur p gl. & Doc. in l.si quis libertatẽ.in fi.ff.de pet.hær.& in c.de testib. ext. de testib.& p Cyn.in l.momentaneæ, in vl.q.C. qui le. pso. in iud.non ha.& Iac.But.in præal.l.iusiur.C.de testi. Secus aũt est, quando iurauit super tota cã, tunc enim quicquid dixerit ad causam pertinens, ualet pro utraque parte, ut ibi no.facit l.testium.& l.si quando C.de testi.

ADDITIO.

a Illa, Adde & uide Alex.in l.3.col.5.ff.si cer.petat.& in d.l.si duo.§.idẽ Iul. proximè in alia apost. alleg. & per eundem Alex.in consi.25.in fi.in 3.vol.sed an qñ ponit extra articulum & factum principale faciat indicium super eo quod deponit, uide per eundem Alex.consi.5.col.2. uers. nec ad hoc.in 1.vol. Curtius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testes deponere debent de his, quæ quinque sensibus corporis percipiuntur,*

1 DICERE Veritatem. † Ad hunc enim finem indu
cuntur testes, ut ueritatis testimonium perhibeant
pro utraque parte. 14. q. 5. c. non sane. & per eorum testium
rectum & iustum iudicium fundatum super aliquo pro-
✱ prio & principali sensu *corporis, videlicet uisu, tactu, odo
ratu, gustu, vel auditu, non autem super alieno, ut traditur
in c. testes. cum seq. 3. q. 9. & glo. & Innoc. in c. cum causam.
extra de testi. & per Doct. & gl in l. testium. C. de testi. pro-
ut facti qualitas exegerit, sic q ratio ipsius testis recte con-
cludat ad suum propositum, quia magis attenditur ratio,
quàm dictum? ut not. in l. solam. C. de testi. & in c. præterea.
extra de testi. facit c. 2. extra de transac. & quod not. Spec.
in tit. de testi. §. nunc videndum. & dicetur latius infra in ti
tulo de forma opponendi contra testes post publicatio-
nem, in gl. super uerbo, reddunt rationem, nec causam &c.

ADDITIO.

✱ Principali sensu, Adde quæ habentur supra for. capitulo
actoris. ver. coram. nu. 5. & quomodo fieri debeant inter-
rogatoria testibus, uide glo. in c. præsentium, in glo. ver. in
terog. de testi. lib. 6. Bal. in l. solam. C. de testi. in l. data ope
ra. C. qui accus. non poss. doc. ad Guid. Pap. q. 72. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committitur, vbicunque veritas immutatur.*
2 *Testis si in uno capitulo dicat falsum, & in alio verum, an eius depositio in totum vitietur.*
3 *Testi neganti deposuisse id quod scripsit notarius, an & quando sit credendum.*
5 *Falsus testis est puniendus ab eo, coram quo commisit.*
5 *Testis punitus à iudice, coram quo falsum commisit pendente iudicio, an finito iudicio accusari possit de falso.*
6 *Testis examinatus de commissione iudicis extra eius territorium qui falsum deposuit, à quo iudice puniendus.*

1 ET Falsitate. † Sciendum est, q falsum committitur
ubicunque veritas immutatur, ut in l. quid sit falsum.
ff ad l. Corn de fal. & in auth. de fide instrum. post princip.
2 vnde acerrime a puniendus est testis qui falsum commit-
tit. nam tres personas offendit, videlicet Deum, iudicem, &
partem. in cap. 1. extra de cri. fal. & in l. nullum. C. de testi.
3 † Sed quid dicemus, si testis in uno capitulo dixit falsum,
b & in alio uerum, b an eius testimonium vitietur in totū,
uel pro parte? Dic breuiter, q uitiatur in totum, ut not. in
glo. 9. dist. in c. ad scripturas, & ibi per Arch. & tangitur in
c. in nostra præsentia, extra de testi. & in ca. defleat pecca-
tor. de reg. iur. Et sit ratio; quia periurus est, ergo repellen
dus, vt in c. testimonium. extra de testi. & hoc idem dicen-
✱ dum in instrumento * pro parte falso, quando falsitas pro-
cessit à notario, ut plenè not. per Cyn. in l. si ex falsis, de
transa. circa fin. apparatus, Inno. tamen in hoc aliter distin-
guit in c. fraternitatis, extra de hære. dicit enim q aut illa
falsitas apposita, vel inserta per notarium instrumento,
vel per testem in eius testimonio, non tangit substantiam,
vel circunstantias negocij; uerbi gratia si dicat, contrahen
tem esse de uno loco, cum sit de alio; uel q sit affinis ta-
lis personæ, cùm non sit; & tunc ualet instrm. Aut illa fal-
sitas tangit substantialia, uel circunstantias negocij; v. g.
si inter contrahentes actum sit q soluatur pecunia argen-
tea, & notarius scripsit, uel testis dixit de aurea, & tunc vi-
tiatur instrm, vel testimonium, ut 3. q. 9. c. testes, & c. puta,
& c. hortamur. Et conclusiue in similib. dicit, q si instrm est
in aliqua sui parte falsum, q totū redditur falsum, licèt ali-
qui uoluerint distinguere, an instrm contineat plura capi
tula separata æque principalia, & tunc si in uno vitietur
non uitiatur in cæteris. Aut sunt capitula, quorum unum
est alterius accessorium, uel connexū; & tunc pp vitium
vnius, instrm vitiatur in totum, arg l. etiam. ff. de min. & ff.
3 de neg. gest. l. eum actum, quæ opinio non placet Inn. † In-
de quæritur de eo quod sæpe faciunt isti testes rustici, seu
rusticani, seu rurales. Ecce obijcitur contra testem, q ipse
falsum dixit, ille autem in excusantione sui replicat, q no-
c tarius aliter c scripsit, q̄ ipse deposuit, quæritur cui magis
sit credendum an testi, an notario: dicūt quidam, ut Ia. But.
aut iudex examinauit testem, & notarius scripsit, & tunc
standum erit potius sc. ipturæ q̄ testi. Aut notarius ipse exa
minauit, & scripsit cum commissione iudicis, ut multotiés
occurrit, & tunc sm aliquos adhuc est idem, maximè quia
notarius obtinet vicem duorum testium, & est persona pu
blica, & qui iu auit eius officium legaliter exercere, ut no.
in c. cum Ioannes Eremita. extra de fid. instr. & in l. in exer-
cendis C. de fi. instr. & in l. fi. de fideiuss. testis autem est sin-
gularis, & pro uno solo reputatur, nec est persona publica,
& in facto suo loquitur, ideo præualere debet scriptura no
tarij, arg. ad hoc in l. Domitius Labeo. ff. de testam. & quod
no. in l. si quis decurio. C. ad l. Cornel. de fal. Odofre. autē
distinguit tres casus, aut notarius est bonæ famæ & testis
malæ famæ, aut econtra testis bonæ & notarius malæ, aut
uterque bonæ famæ. Primo casu & secundo creditur illi
qui est bonæ famæ, arg. in l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de
re mili. & in l. sicut. §. iisdem. ff. de accusa. Tertio autem ca
su magis creditur notario, arg. d. l. si quis decurio. iuncta ra
tione, de qua supra in prin. dictum est, ubi autem uterque
esset malæ famæ forte adhuc magis credendum esset nota-
rio, quia nil cæcius cæco, ut l. vir o atq; vxore. ff. sol. mat.
maxime dū notarius toleraī in officio, ut l. Barbarius. ff. de
of. præto. † Vltra quæritur, à quo puniendus * est falsus te-
4 stis? Rndetur, ab eo corā quo falsum testimoniū tulit, siue
✱ sit ordinarius, ut l. nullū. C. de testi. siue delegatus, quia ēt
delegatus hēt ius coercendi, ut l. 1. ff. de of. eius cui manda.
est iuris. & in c. ex literis, ext. de of. deleg. licèt aliud in arbi
tro. ut no. Spe. in tit. de teste, in prin. ue. item excipit q est
corruptus, & per Cy. in l. nullū. Quę quidē pœna falsi testis
si imponitur per iudicem ex officio finito, uel per lapsum
instantiæ causæ uel per sniam diffinitiuam in eo latā, cum
tale officium sit mercenarium, vt l. 1. C. de calum. tūc posset
iudex vlterius testem punire, sed opus esset per uiam accu
sationis contra eum procedere, arg. l. 4. cum ibi not. C. deposi. &
tunc esset pœna ordinaria imponenda, ut in l. eos. ff. ad l.
Corn. de fal. sm Iacob. Butr. & per eum not. in d. l. nullum
5 †. Quid ergo dicemus, si iudex ex officio lite pendente te-
✱ stem puniuit, nunquid poterit de nouo accusari * lege Cor
nelia de fals. ad pœnam ordinariam? Spec. in d. uers. item q
est corruptus, uidetur tenere quòd sic. & idem sequitur gl.
no. super d. l. nullum, Cyn. autem in eadem l. tenet contra-
rium, & melius forte, quia de delicto eiusdem hominis nō
debet sæpius quæri, ut l. idemque, in fi. ff. nau. caup. stabu. &
in l. senatus. ff. de accu. & ibi gloss. maximè cum talis pœna
sit imposita ad uindictam publicam, sicque una debet face
re cessare aliam, arg. in l. 1. & quod ibi not. C. quando ciui.
actio præiu. crimin. nam si filius semel egit actione iniuria
rum, nō auditur pater uolens adhuc agere, ut l. sed si unius.
§. filio. ff. de iniur. & in §. si filius. pro quo facit quod alibi
dicitur, an pœna imposita per inquisitionem cessare faciat
accusationem, de qua quæstione tangitur per Cyn. in l. ea
quidem. C. de accu. & per Bar. in l. si maritus. §. si ante extra
neus. ff. de adulter. & per Dy. in ca. factum legitime de reg.
iur. lib 6. & vide ad prædicta de teste, quæ not. per Cyn. in
6 l vbi. C. ad l. Cor. de fals. † Sed quæritur de alia quæstio-
d ne. d Tu scis, quòd plerunque pro examinatione testium
✱ fit commissio per iudicem ipsum etiam extra suam iurif-
dictionem alicui alteri iudici, puta Vicarius Papiæ, coram
quo est q̄stio committit examinationē Vicario Mediolani
K testium

testium ibi existentium, qui coram eo deposuerunt falsum. Quæritur ad quem pertineat punitio? Pro cuius euidentia est præmittendum, quòd talis examinatio potest iustè committi, ut traditur in l. iudices, & in auth. apud eloquentissimũ. C. de fide instr. & in clem. iudices, de offi. deleg. & in ca. 1. extra de test. cog. & videtur quòd sunt puniendi per uicarium Papiæ, qui est iudex principalis causæ, ut d. l. nullum. In contrarium uidetur quòd per vicarium Mediolani, cuius aures offenderunt, & in cuius territorio deliquerunt, ut in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. facit 2. q. 1. ca. si peccauerit. extra de for. compe. c. postulasti, cum si. Alij dicunt inspiciendam fore qualitatem causæ. de quo ✱ vide Spe. in d. ver. item quòd est corruptus. Prima * opin. uidetur uerior, quia iudex causæ principalis est ille qui offenditur, ut in c. 1. de cri. fal. cuius persona representatur in suo delegato, ut in l. etiam. C. de app. & in l. 1. §. qui mãdatam. ff. de of. eius cui man. est iur. Vel potest distingui, aut quæritur de pœna extraordinaria quæ uenit imponenda ex officio, ut supra dictum est, & tunc illa pertinet ad iudicem causæ, ut d. l. nullum, & in d. c. 1. Aut quæritur de pœna ordinaria quæ imponitur per accusationem, & illa erit imponenda per uicarium Mediolani per d. auth. qua in prouincia, cum sim. ubi ergo testis de falsitate reperitur maculatus, melius est pro eo si habet iudicem gratiosum, quòd patiatur se punire extraordinariè per officium, quàm expectare quòd ordinarie de falso procedatur contra eum.

ADDITIONES.

✱ In instrumento pro parte falso, Adde, quæ habentur infra forma produc. instr. versi. appareant numero secundo, & forma opp. contra instr. versi. alijsque, numero octauo, Rip. respon. centesimouigesimooctauo, numero decimosexto, & seq. Villal. inter com. opi. versic. instrumentum ubi ponit ampl. & limit. ad reg. an instrumentum habens plures articulos: vno approbato censeatur in omnibus approbatum, distingue, ut ibi per eum, cui Adde, pract. Bald. de q. circa sent. quæst. decima, numero 11. & seq. Masuer.

✱ Puniendus, Adde Roland. consilio duodecimo, numemero uigesimonono, libro 1. post doc. ad Bartol. in l. si ut proponitur. ff. de fideiuss. Guid. Pap. quæst. quadragesimaquarta, pulchre Osasc. decis. decimanona, Rob. de ord. iud. cap. 48. num. 2. Affli. decis. 219. 232. Fel. in c. sicut, num. 2. de testi.

✱ De nouo accusari, Adde quæ scribit Foler. prac. crim. 4. par. versi. pœnis. nu. 15. & seq. nu. 49. Rob. de ord. iud. c. 27. nu. 38. & seq.

✱ Prima opi. Adde pro resolutione, quæ scribit Rol. consil. 12. nu. 5. 17. 21. 25. lib. 2. Afflict. decis. 219. Bal. in l. nullum. C. de testi. in l. 1. in fi. C. quom. & quando iud. in l. executorem. col. 8. C. de exec. rei iud. in l. neganda. col. 6. uersi. quæro an ex illo C. qui accus. non poss. Battend. crim. reg. 46. nu. 26 ubi concludit, quòd puniatur à iudice coram quo deponit, per tex. in c. si testes. §. qui falso 4. q. 3. de quo uide quæ scribit Rob. de ord. iud. c. 48. par. 6. actu. 12. Masuer.

a Acerrime. Adde Iodo. in praxi rerum crimi. c. 70. nu. 3. & c. 121. nu. 7. Zilettus.

b Verum. vide Oldr. consi. 36. per Are. consi. 71. Adde Hipp. de Marsi. consi. 31. incip. bonorum omnium, num. 36. in 1. uol. & consi. 70. incip. casus talis est in ciuitate, num. 8. eo. vol. & in sin. suo 86. incip. communis conclusio, Grama. in consi. 141. causarum ciui. in fi. Maria. Sozi. Iunio. in consil. 17. incip. dum essem Paduæ, col. 1. in 3. uol. Ziler.

✱ Verum, Adde, quòd falsus in uno; habetur falsus in omnibus, teste Dec. consi. 105. col. 5. præsertim quando deponit non uerisimilia, vt scribit Neuiz. consil 47. num. 11. consi. 78. nu. 37. 43. & quòd testis in uno falsus uel periurus in totum reprobetur: communem dicit Alex. consi. 153. num. 11. lib. 7. consi. 45. num. 6. lib. 2. Dec. d. consi. 105. Alex. consi. 147. num. 11. lib. 7. consi. 44. nu. 7. lib. 2. vbi doc. in apost. limitant & declarant reg. prædictam, quam confirmat etiam doc. in l. si ex falsis. C. de trans. Hypol sing. 76. vbi ponit exempla notab. Rom. consil. 369. col. pen. ante fin. Qua autem pœna plecti possit talis testis, vide per Alex. consil. 35. nu. 7. lib. 2. ubi etiam quòd testis in uno falsus uel periurus in totum reprobatur. Masuer.

c Aliter scripsit. Dic ut per Alex. consi. 65. 1. li. de quo etiam per Are. consi. 65.

✱ Aliter scripsit, Adde, quæ habentur infra for. lib. rescind. sent. versi. fuerunt, & pro resolutione, vide quæ scribit Foler. prac. crim. 2. par. 2. par. prin. ver. & demũ n. 14. & Dic quòd notario non plus creditur in q. falsi quàm testi neganti, teste Alex. consil. 70. num. 2. 74. nu. 12. consil. 65. lib. 2. Nouel. prac. crim. c. 8. nu. 11. Rol. consi. 38. nu. 23. lib. 1. ubi declarat post Aym. consi. 13. nu. 3. consi. 74. Dec. in c. cum parati, de appel. Ferrar. cautel. 26 pro quo uide etiam quæ habentur inf. a for. opp contra instr. ver. dignoscitur. nu. 3. ubi dixi. Masuer.

Adde Bar. in l. 1. §. si quis neget, in fi. ff. quemadmo. test. ape. & ibi Ang. de Vbal. & Ioan. de Imol. Cyn. in l. si quis decurio. C. de fals. & ibi eundem Ang. & Saly. in versic. pone quòd testis, Bal. in auth. sed cum testator, col. 3. C. ad l. Fal. Bart. Bal. in l. in exercendis. C. de fide instru. Bal. in c. literas, col. 2. de p. æsump. & in consi. 55. incip. reperitur quædam scriptura, in 3. uol. Lud. Rom. in l. 1. §. fi. col. 4. uer. adde quòd hoc est uerum. ff. de uerbo. oblig. & in sing. suo. 361. incip. duo testes. Flor. in l. cum de ætate, in fi. ff. de prob. Inn. in c. cum Ioannes, in prin. de fide instr. & ibi Io. de Imo. in 10. col. Io. And. & An. de But. in cap. cum causam, el 1. de testi. & ibi Abb. num. 32. & Fel. nu. 59. Ant. de But. Io. de Imo. & eundem Panor. in c. cum dilecti, de accus. & ibi Io. de Ana. col 2. uersi. not. quòd quando aliquis, Ant. de But. in c. ad audientiam, de præscrip. & ibi Panor. uersi. & facit iste tex. & Fel. col. 3. uer. limita nisi iudex. Io de Imo. in clem. 1. col. fin. de hæret. & ibi Car. in §. fi. uer. tertiò quæro, Pet. de Ancha. in c. cum ab uno, in fi. de re iud. lib. 6. & Dec. in c. cum parati, col. pen. uer. secundus casus, de app. Soc. in tract. fallen. in regu. 421. Ferra. cau. 26. Hipp. in rub C. de proba. nu. 412. & in consi. 74. causarum criminalium, incip. in causa Hieronymi, nu. 10 in 1. uol. & præexcellentem Grama. in consi. 30. causa crim. incip. in causa in fin. Zilettus.

d Quæstione, adde Hipp. de Marsi. in l. fin. ff. de iuris. om. iud. col. 20. uersi. & sic modo, & Affli. in consti. incip. eos de per iur. col. antepe uersi. decimò quæro, quòd si substitutus, & Rober. Maran. in tracta. ord. iud. in sexta part. versic. accusatio incidens, numero primo & secundo, cum seq. Zilettus.

✱ Quæstione, Adde, quòd & si iudex propter impedimenta & negotia possit testium iuramentum ac examen actuario causæ committere: ut per Bald. in l. hac consultissima §. fin. C. qui test. fac. poss. Ang. in l. iudices C. de fide instr. Fely. in cap. cum causam, col. pen. nume. 30. extra de testib. secus tamen est, ubi non subesset iusta causa, quia tunc examen committi non potest, præsertim in causis arduis, ex not. per Ang. tract. malef. versi. qui iudex statuit terminum num. 25. Hypol. in pract. §. nunc uidendum, num. 30. neque delegatus ad examinandum potest cognoscere vtrum articuli vel testes sint admittendi, uel ipsos testes publicare, teste Fely. in cap. cum causam, num. 30. de testi. sed omnia obsignata ad iudicem delegantem mittere debet, cui spectat publicatio, ut per Bar. in l. cum ab initio, propè fi. ff. quemad. test. aper. poterit tamen ille cui nuda testium receptio commissa est: eos super contingentibus & connexis interrogare, teste Ias. in l. qui iurisdictioni, nu. 8. de iur. om. iud. Inn. in c. cum Bertoldus, glo. ver. Alijs, ad fi. de re iud. & etiam protestationes factas contra testes recipere, sed super illis testes examinare non poterit, ut not. Inn. in c. licet cãm, vbi Bal. col. 3. de prob. sequitur Ias. d. l. qui iurisdõni

ubi

ubi plura suo more congerit Fely. & Abb. in cap. 1. de testi. cog. Quibus adde, quod non potest subdelegatus testiũ receptionem subdelegare, antequam testes citati & iurati fuerint: ex not. per Doc. d. ca. cum Bertoldus, de re iud. Rot. decis. 280. rub. de testi. imo debet ipse delegatus ad examinandum testes citare partem ad uidendum iuramenta testium, teste Butr. in cap. constitutus. 4. not. de appell. Dec. in cap. in nomine dñi, quarta ampliatione nu. 21. de testib. Sed in hac nostra subalpina patria ex stilo, quando committitur examen alicui, uel iudici, aut commissario, statim fit monitio parti in forma, & ita seruatur in pra. Cæterum dixit Abb. in cap. cum Bertoldus, de re iud. quòd si is cui commissa est testium receptio, alium subdeleget ad examen, dissentiente parte, ipsum examen erit nullum, secus si tacite saltem consentiat, aut si duobus uel pluribus coniunctim uel diuisim commissum fuerit, & unus ita subdeleget, sustinetur examen, etiam si pars contradixerit, & dissimulatur ea nullitas ea ratione, ne utile per inutile vitietur valuisset enim examen aliàs etiam sine eo qui alium subdelegat, ut ita decisum refert Mising. centu. 3. obseruatione 41. qui etiam præcedenti, obser. quærit, an commissio receptionis testium, etiam in criminalibus causis locum habeat, & post plura cõcludit q sic, ex Bal. & Saly. in auth. apud eloquentis. C. de fide instr. in ciuilibus autẽ id etiam euenit, quando nominantur testes qui sunt extra prouinciam, aut distates a loco iudicij, & ideo ex stilo aliquorum locorum, fiunt literę iusdicẽtibus locorum ubi sunt testes, ex sententia I.C. in l. 3. §. ul. ff. de testi. in l. si quis ex signatoribus ff. quemad. testa. aper. licet Io. An. in c. præsentium glo. 1. de testi. contrarium uoluerit, scilicet esse hoc in arbitrio iudicis, cuius contrarium & uerius esse scribit Dec. in cap. quoniam, tertio not. de testib. ubi etiam Abb. quæ opi. Io. And. posset procedere quando actor aut reus hoc peteret, quia eorum interesset, & iustam causam allegarent, ob quam deberet testes coram iudice uenire, deponerentque pecuniam pro expensis testium, Qua in re plures uidi iusdicentes uoraces, qui nulla iuris ratione habita, quærebant ipsi ire uel mittere commissarium ad locum ubi sunt testes, & hoc, quia pars allegabat eum locum suspectum, aut aliud simile, ad quæ fac. quæ scribis Affl. in cõst. Regni Neapol. causas alias 6. not. nu. 7. Io. de Arno. caute. 93. sed regulariter melius est seruare dispositionem d. l. 3. §. vlt. de testib. pro cuius materiæ receptionis testium siue delegationis pleniori intelligentia uide Bart. d. auth. apud quentissimum C. de fid. instr. Bal. & Saly. in auth. sed iudex C. de epis. & cler. Iat. in rep. l. admonendi, nu. 187. de iureiur. nunquid autem notario, vel alteri habenti iurisdictionem testium receptio committi debeat, uide text. in cap. 2. de iudi. in sexto. Masuer.

* Præsente dicto Simonino, Adde, quòd testes iurare debẽt parte præsente, teste Io. And. ad Spe. tit. de testi. §. sequitur ver. & nota, Abb. in c. fraternitatis, ad fi. de testi. vel citata pro certis die & loco, Saly. in l. generaliter §. ijsdem C. de reb. cred. qui testes si extra diem et locum ad quæ pars aduersa citata fuit iurarent, non ualeret examen. ex not. per Fely. in cap. in nomine domini, col. fi. nu. 37. extra de testi. ad quod fac. quæ scribit Bar. in l. aut qui aliter, & in l. si uitem §. vl. ff. quod ui aut clam & in l. cum nõ eo die, C. quando prouoc. non est necesse, Doct. in cap. consuluit, de offi. deleg. ubi snia lata alia die vel hora, quàm assignata, nullius est momenti, & propria datur cautela, vt is qui testes inducere intendit: si hora citationis deprehendat aduersarium coram iudice: nec habeat testes præ manibus, illosq; tunc producere nõ ualeat, petat à iudice citationem transferri ad diem sequentem, & sic, die sequenti poterunt testes iurare, iuxta not. per doc. in d. cap. consuluit, de off. de leg. Guid. Pap. q. 542. ubi quòd de stilo illius curiæ toleratur, quòd si dies assignata sit feriata, testes possint in crastinum iurare, etiam in absentia partis, maximè quando in assignatione facta parti uisuræ testes iurare, subiungitur, quòd illa die certa compareat, & alijs diebus sequentib. non feriatis durante commissione, quam prac. refert idem Guid. q. 125. vbi dicit quod sufficit, quòd testes iurent intra dilationem datam ad probandum, licet postea deponant item etiam si iurent die non feriata, & deponant die feriata, ualent depositiones, quia referuntur depositiones ad tempus iuramenti, teste Bar. in l si quando ver. fi. C. de test. Guid. Pap. d. q. 125. Qua in materia, quando, testes iurauerunt intra terminum, & post terminum deposuerunt: uide omnino Bar. in l. damni § Labini, col. 3. nu. 8. ff. de damn. infec. Bal. in Rub. col. fi. in fi. C. si ex fals. instr. Capel. Tolo. q. 116. & quæ habẽtur infra for. opp. cõtra testes post pub. ver. suntque. nu. 16 & seq. Masuer.

ET Hoc præsente dicto Simonino. Subaudi, uel citato & contumace. sufficit enim alterũ ex his, alioquin vitiaretur receptio testis, & iuramenti delatio, ut supra dixi. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio quare fiat tempore iuramenti testium.*
2 *Contra personam testis quem semel quis approbauit, non potest opponere, nisi causa de nouo emerserit.*
3 *Testes à me producti & à iudice in vna causa reprobati in alia causa contra me producti, à me reprobari non possunt.*
4 *Testium crimina quando post examinationem opponi possunt.*
5 *Testis ex quibus causis legitimis repellatur à testimonio.*
6 *Periurus a testimonio repellitur.*
7 *Papa cum teste periuro dispensare potest, vt ad testimonium admittatur.*
8 *Infamia testi potest obijci.*
9 *Infamibus porta dignitatis patere non debent.*
10 *Testificari est dignitas.*
11 *Inimicus capitalis a fideli testimonio ferendo rejcitur.*
12 *Inimicus capitalis quis dicatur.*
13 *Inimicitia leuis testem non repellit.*
14 *Domesticitas testi obijcitur.*
15 *Domestici qui sunt.*
16 *Testium conditio, tempore, quo deponunt inspicitur.*
17 *Vasallus an pro domino uel contra dominum testis esse possit.*
18 *Testis excommunicatio obijcitur.*
19 *Excommunicatus ab agendo repellitur.*
20 *Excommunicatus in testamento potest esse testis.*
21 *Testis in testamento esse non potest, qui testamentum facere non ualet.*
22 *Filius in potestate constitutus in testamento potest esse testis.*
23 *Excommunicatus contrahere potest.*
24 *Testi obijci potest, quod est intestabilis.*
25 *Vilitas & paupertas testi obijcitur.*
26 *Pauper quis dicatur.*
27 *Causæ aduocatus, procurator, uel solicitator, an & quando possit esse testis.*
28 *Iudex causæ principalis, an & quando possit esse testis in causa appellationis.*
29 *Proxeneta contractus, quando in eo testis esse possit.*
30 *Impubertas potest obijci testi.*
31 *Pubes effectus an possit testificari de uisis in pupillari ætate.*
32 *Monachi & fratres mendicantes, an possint esse testes.*
33 *Intellectus ad clem. exiui. de uerbo. signifi.*
34 *Intellectus ad l. si is qui §. 1 & l. cum lege. ff. de testa.*
35 *Socius criminis vel contractus à testimonio reijcitur.*
36 *Seruitus obijcitur testi.*

1 PRotestante. * † Optima est cautela talis protestatio, ut tradit in c. præsentium, extra de test. Nec est necesse q tunc spãliter cãs exprimat, sed sufficit q eorũ facta publicatione postea causæ ipsæ exprimant, ꝓponant, & ꝓbẽtur, ut ibi no. Spe. in tit. de teste, in prin. uer. quid si dr̃ testis excõicatus, & in §. sæpe testis. facit c. ex parte, extra eo. & in auth. si dicat. C. de testi. debet aũt hæc generalis protestatio ꝓuenire examinationẽ, ne videaf eorũ approbare personas, qua nõ facta nõ audiref ulterius nisi iuraret se ignorasse tũc eorũ defectũ. ut in d. c. ꝓsentiũ. † persona eñ testis

2 semel approbata, nõ pt vlterius reꝓbari ab eo q eũ approbauit, siue sit ꝓducẽs, siue is § quẽ ꝓducit. ut l. si qs testi. C. de testi. siue i eadẽ cã, siue alia ꝓducaf, nisi ex superueniẽte noua cã, ut no. Spe. in d. §. sępe testis, uer. corã uobis, & per Cy. in d. l. si qs testi. & Inn. in c. cũ uenerabilis, extra de ex-

 cept.

3 cept. † Quid autem si testes à me in causa producti fuerunt per iudicem tanquam uitiosi reprobati, deinde alius in alia causa eosdem producit contra me, nunquid mihi liceat ipsos reprobare? * videtur quòd non, quia semel à me sunt approbati; quæ approbatio effectum producit tam in alia causa, quàm inter alias personas, ut determinat Cyn. in d.l.si quis testibus, ergo &c. Pe. tenet cōtra, ut ibi refert Cy. arg. l. 1. in fi. ff. quod quisq; iur. Alij aliter distinguunt, ut refert Spe. in d. uersi. coram uobis, ubi uideas, & quod not. in ca. 2. in fin. extra de ord. cog. & in l. Lucius ff. de his

4 qui no. infa. † Rursum circa prædicta quæritur. Pone φ ipse Simo. non est contentus hac protestatione generali; sed ut impediat examinationem ex toto, offert se paratum uelle probare statim crimina & defectus contra ipsos testes, an sit audiendus, ita quòd differatur ipsa examinatio? & Spe. super hoc in d. tit. de teste, in prin. uer. quid ergo si præmissa objiciens, distinguit, aut huiusmodi crimina, uel defectus sunt probanda per testes, in quibus mora esset periculum allatura, ut quia testes sunt infirmi, senes, uel de proximo recessuri, tunc retardabitur illorum examinatio, & admittitur statim istorum probatio. arg. extra ut lit. non cont. in c. quoniam frequenter. in prin. aut non est periculum in mora, & tunc non differtur aliorum examinatio super causa principali, quia præsumitur fieri talis contradictio causa protelandi litem, arg. in l. 1. §. fi. ff. de fer. & ff. ad Treb. l. cum hæreditas. Postquam aūt fuerint examinati, probari poterunt crimina & defectus in personis, & dictis

5 † Sequitur ergo uidere, siue dicamus testes reprobatorios debere recipi & admitti ante aliorum receptionem, siue dicamus ipsorum reprobatoriorū examinationem differri post aliorum examinationem, quæ sunt causæ legitimæ repellendi testem à testimonio, ubi aduertendum, quòd quædam sunt causæ quæ respiciunt defectum personæ, & istæ sunt plurimæ, quas plenè prosequitur Spe. in titu. de teste. in princ. vbi uideas. quæ quidem sunt objiciendæ testibus specialiter, uel in genere, ut prædixi, ante eius examinationem, * ut in d. ca. præsentium. inter quas causas enumerari solent istæ, uidelicet, quòd testes producti sunt periuri, infames, inimici capitales eius contra quem producuntur, domestici producentis, excommunicati, intestabiles, uiles, & pauperes, procuratores, & solicitatores causæ, ac proxenete contractus celebrati, impuberes, monachi, seu fratres mendicantes, & socij eiusdem criminis. Examinemus

a nunc singulariter singulas causas, ut clarius a omnia ha-

6 beantur. † Dixi ergo primò, φ contra testem opponi potest, φ est periurus, nec immeritò, quia sicut alias deierauit, ita præsumitur, quòd & nunc deierabit, uel deierauit. ut traditur in c. testimonium, extra de testi. & not. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. arg. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re mil. attamen fortasse secundum Inn. temerarium iuramentum non repelleret testem, ut per eum not. in c. con

7 stitutus. extra de testi. & facit. c. intimauit. eod. titu. † Sed

b nunquid Papa b possit dispensare, φ periurus in testimonium admittatur? Dic φ sic. arg. extra de re iud. in c. cum I. & A. nam & in multis maioribus dispensat, ut no. per gl. in cap. quod translationem. extra de offi. deleg. & per Spe.

8 eo. tit. §. nunc dicendum. † Secundò objici potest, quòd est

9 infamis, ut habetur in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. † nam talibus personis portæ dignitatum patere non debent. vt C.

10 de infa. l. 1. libro 12. † & testificari dignitas est, ut habetur 33. q. 5. in c. præceptum. facit quod not. Spe. in d. tit. de te-

11 ste. in princip. uers. item excipitur quòd est infamis. † Ter

c tiò dixi, quòd opponi potest, quòd est inimicus c capitalis, probatur in d. l. 3. in princip. ff. de testi. & in auth. de testi. in §. si verò dicat odiosum, & ibi nota. & in auth. si di

12 catur. in fin. C. de testi. † Et not. quòd appellantur inimici capitales illi, qui sunt uitæ insidiati, uel accusauerint eum. contra quem producuntur, de crimine, vt not. per glo. Inst.

13 de excusa. tuto. §. inimicitiæ. & in d. §. si verò. † Propter leuem aut inimicitiam non repellitur, vt l. 1. in fi. cum seq.

14 & not. Specu. ubi supra. uersi. 1. † Quartò dixi, quòd potest opponi testi, quod sit domesticus producentis. ut in

15 l. secunda, C. de testi. & in c. ex liter s, extra de testi. † Sunt

d autem domestici d pater & filius, vxor & maritus, colonus, seruus, libertus, & gñaliter oēs qui habitant, & uita ducunt in domo, pducentis. ut no. in d. iurib. facit 3. q. 3. in c. accusatores uel testes, & l. fi. §. sanè. C. de his q. de eccles. cō fug. & l. respiciēdū. §. furta. ff. de poen. & ff. de ædil. edi. l. ędiles. §. in familiæ. de quo tangit Specu. ubi supra, uersi. item

16 excipitur, quòd est domesticus. † Quorum quidem testium inspicitur status & conditio qualis est tempore quo deponunt, ut traditur plenè in l. ad testiū. §. cōditione. ff. de

17 testi. & l. 1. C. eo. titu. † Sed an uasallus possit esse testis

e p domino, e vel contra dominum? uidetur quòd non, sicut nec libertus, ut in l. aduersus. C. de testi. & 4. quæst. tertia, cap. si testes. §. liberti. Et quæstio procedit in causa quæ est de re alia quàm de inuestitura feudi, in qua probanda admittuntur pares curiæ, idest uasalli, ut habetur in cap. primo, in princip. de contro. inuesti. cum sim. ibi not. Vbi autem est de re alia quæstio, tunc dicunt quidam, quòd vasallus admittatur pro domino, sed non contra dominum. Alij dicunt, aut est paruum feudum, aut est magnum, prout plenius tangit Specu. in d. uersi. item excipitur, quod est

18 domesticus. † Quintò dixi, quòd potest opponi testi, φ est excommunicatus, cuius ratio est, quia excommunicatus repellitur ab omni limine iudiciorum nedum testificantium, ut habetur in c. decernimus, de senten. excommuni. libro sexto, & in cap. ueniens. lo. secundo, extra de testi. & tertia quæst. quarta, in cap. conspiratores. licèt Innoc. notet contrarium in cap. testimonium. extra de testi.

19 † Verùm etiam repellitur ab agendo. ut in capit. pia. de exceptio. libro sexto, & in cap. decernimus, extra de iudi.

20 † Circa hoc quæritur, an excommunicatus f possit esse testis in testamento? Dic breuiter quod sic, quia potest facere testamentum sicut alius non excommunicatus, ut plenè determinat Ioannes Andrea in dicto cap. decernimus, in nouel. sua. & Iacob. de Beluiso. in Authen. de sanc. Episco. §. omnibus. Bartolus in l. si quæramus. ff. de

21 testamen. † Dictat enim iuris regula, quòd omnis qui potest facere testamentum potest esse testis in testamento, ut l. cum lege, & l. si is qui. §. ff. de testam. sed non conuerti

22 tur, † quia filiusfamilias potest esse testis in testamento, ut l. pater. ff. de testi. & l. qui in testamento. §. per contra rium. ff. de testa. & tamen non potest facere testamentum, ut l. qui in potestate. ff. de testam. & l. seruum. ff. qui testam.

23 fac. poss. † Nunquid autem excommunicatus possit contrahere & distrahere? dicendum est quòd sic, ut determinat Inno. in capit. veritatis, de dolo & contum. nam contractus sunt de iure gentium. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. unde cum non prohibeantur ab actu testandi, qui est iuris ciuilis, multominus ab actu contrahendi, ut in l. testa-

24 menti factio. ff. de testam. † Sextò dixi, quòd potest opponi testi, quòd est intestabilis, hoc est quòd non potest facere testamentum, qui plures sunt, vt Inst. qui. non est permis. fac. test. per tot. Sed hic aduerte, quòd hæc exceptio simpliciter sumpta non habet de necessitate concludere, φ quis ideo repellatur à testimonio, quia repellitur à testamento, ut supra dixi de filio in potestate constituto. Sed est consideranda cā, propter quam prohibetur testari; nam aut prohibetur testari pp delictum, & tunc procedit regula, q. ille qui non pōt testari, nec in teste potest adhiberi, ut l. si is qui §. 1. eo. tit. l. qui testō. §. eū q ui. ff. de testa. Aut prohibetur testari pp patriam potestatem, & non procedit regula, ut prędixi. Aut propter ætatem, & tunc habet

25 locū regula. Aut propter religionem, & dic ut infra. † Se

g ptimò dixi, φ objicitur testi, φ est uilis, & pauper, g nec immeritò; quia paupertas in personis laicis inducit psumptionem rapinæ, & sic præsumptio est corruptelæ, arg. Inst. de excu. tut. §. item propter paupertatem. & Insti. de suspe. tut.

26 in fin. † Dicitur autem pauper ille qui non habet aureos quinqua-

quinquaginta in bonis ut probatur quæstio. 1. capit. in
primis. & not.in d.§.item propter paupertatem. cum sim.
27 † Octauò dixi, posse obijci, quòd testis est partis producen
tis procurator, uel causę solicitator. circa qđ distingue, aut
est procurator ad negocia, aut ad iudicia. Primo casu, aut
est quæstio de contractu quem ipse gessit procuratorio
nomine, & tunc dic ut dicetur infra in proxeneta secundũ
Bart.& Bal.ut per eos not.in l.in omnibus.C. de testi. Aut
est quæstio de alio contractu gesto per alium, & tunc pote
rit admitti, sicut dicetur infra de procuratore ad iudicia.
De quo procuratore ad iudicia sic distingue, aut producitur
in causa quæ per eum de præsenti agitur, & tunc repel-
litur; quia præsumitur habere ad ipsam causam nimiam
affectionem. ut in c.fina.de test.lib.6.aut producitur in alia
causa, & tunc admittitur in testem, ut no.per gl.in l.fi.in fi.
ff.de testi.& per Spe.in titu.de testa.in prin.uer. item quòd
fuit in causa procur.&c.per Bar.in l.deferre.ff.de iure fis.&
quæ dicta sunt in procuratore, locum habent in aduoca-
h to, [h] per d.l.fi.de testi.cum sim. † Quid autem dicemus
28 in iudice causæ, an poterit esse testis? Gl. determinat q̃ nõ
in d.c.fi.de testi.pro qua opin.videtur tex.in c.statuendum.
2.q.1.& in c.quoniam contra falsam.extra de prob.c. cum
a nobis.extra de testi. Alij uerò distinguunt, ut plenè not.
in l.ne in arbitris.C.de arbitris. §. finaũt.aut pendet adhuc
lis corã ipso iudice, aut est finita. Primo casu nõ admittit̃
in testẽ p iura p̃dicta, quia nõ dẽt duplici officio fungi. ut
in l.fi.C.de offi.assesso. & in l.2.ff.de offi.p̃sid. Secundo aũt
casu subdistingue, aut eius testimoniũ respicit ęquitatẽ, uel
iniquitatem propriam ipsius iudicis adhibitam in ipsa cã,
& tunc non potest esse testis. ar.l.præfecti.ff.de min. aut so
lum respicit damnum, uel utile alterius, & poterit esse te-
stis, quia cessant causæ omnes prohibitiuæ, ut in l.1.ff.de te-
29 sti. † Nonò dixi, quòd potest opponi testi, quòd fuit pro-
i xeneta [i] contractus, ratio est, quia præsumitur habere af-
fectionem ad id quod gessit, unde expedit ad hoc vt admit
tatur in testem, quòd utriusque partis uoluntate deponat,
ut determinatur in c.1.de testi.lib.6.& in auth.de testib.in
§.quoniam uero.& tangitur plene per Bald. in l. omnibus.
30 C.de testi. † Decimo dixi, posse opponi contra testem, q̃
est impubes, ut probatur in l.testium.ff.de testi.22.q.5.ca.
31 paruuli.& in cap.pueri, & ibi not. † Sed circa hoc quæri-
tur, an effectus pubes poterit testificari de his quæ uidit in
pupillari ætate? Breuiter dic, quòd si tempore quo uidit,
erat talis intellectus, quòd potuit ea comprehendere per
sanum & rectum iudicium, ut quia erat proximus puberta-
ti, & tũc poterit esse testis, & testimonium perhibere, aliàs
autem secus. ut not.per glo.in l.notionem.§. instrumento-
rum.ff.de verborum signifi.& per Gloss.& Doctor. in l.ad
testium.§.conditionem. ff. de testamen.Spec.in tit. de te-
32 ste.uer.item excipitur, q̃ est impubes. † Vndecimò dixi,
posse opponi contra testem, q̃ est monachus, seu frater
mendicans. hic autem est aduertendum, q̃ tempore meo
in quadam causa, in qua eram aduocatus pro domino Man
fredo de Beccaria de plebe contra dominum Gasparinum
de Vicecomitibus super hæreditate quõdam domini Man-
fredi de Beccaria, fuit maxima disputatio, utrum fratres
K minores potuerint esse testes [k] in testamento, & allegaba-
tur q̃ non.per tex.in clem.exiui de Paradiso.de uerbo. sig.
vbi prohibentur testari, & esse in iudicio, & officium exe-
cutoris exercere, ergo nec testes esse, arg.l.si is qui. §. 1. &
* l.cum lege.ff.de test. In contrarium est ueritas. * nam mo
nachus potest esse testis, ut determinat glo.in auth.de mo-
nachis.§.cogitandum. & idem in fratre minore determi-
nat per tex.in c.nuper.extra de testi.quam opi. firmat Spe.
in d.uer.quid de monacho.& idem sequitur Ioan.And. in
suis addi ibidem.quam sententiam etiam approbat Barto.
in sua minorica.& Bartol.in l.in tantum.§. vniuersitatis.ff.
de rer.diu.idem dicit Ang.& Bald.in l.1.C.de Sacrosanct.
eccle.& in prædicta q.idem cõsuluerunt eximij tunc Doc.
d.Ange.de Peru.frater dicti dom.Bald.& dom. Franc. de
Ramp.& Bar.de Saly.de Bon.& plures alij eorum consi.
lio subscripserunt & bene, licèt Collegium Mediolani
affectione, uel timore dicti dom.Gaspa. contrarium con-
33 suluerit & male. † Nec obstat d.clem.exiui de paradiso.
quia loquitur in illis actibus & officijs in quibus uertitur,
uel potest uerisimiliter uerti cõtractatio pecuniæ, cuius ta
ctus & vsus eis est interdictus, per regula beati Fran.at in
testimonio nõ uertitur huiusmodi contractatio. ergo &c.
34 † Nec etiã obstat d.l.si is qui.§.1.& l.cum lege.& l.qui te
stamento. §. eum qui.quia illa iura loquuntur in illo qui
propter sui delictum priuatur illo tali beneficio, sed frater
mẽdicans priuatur propter eius deuotionem & meritum,
ideo de uno ad aliud non infertur, & ita fuit obtentum.
35 † Duodecimò dixi, quòd potest opponi contra testem, q̃
est socius eiusdem criminis, uel contractus qui non audi-
tur contra socium, ut in c.ueniens el 1.& in c. personas. &
c.sicut, extra de testi.& facit quod habetur in c.1. extra de
confes.nisi in certis specialibus casibus, qui no.in l.fi. C. de
36 acc. & in d.c.ueniens. † Rursum solet opponi contra te
stem, quòd est seruus, ut l. seruos. & l.quoniam liberi, &
authen.si dicatur C.de testi.nisi tempore testamenti uel cõ
tractus fuisset pro libero reputatus.ut traditur in l.1. C.de
testa.quia tunc ualeret instrumentum contractus, ut ibi, &
idem si tunc reputabatur pro catholico, cum esset hæreti-
cus, uel reputabatur Christianus, cum esset Iudæus, uel ma
sculus, cum esset mulier.argu.in l.Barbarius.ff.de offi.præ-
to.& d.l.1.de testa.Alij etiam defectus opponi possunt, de
quibus vide Spe.vt supra, Quædam postremo sunt causæ,
& defectus, qui opponuntur contra depositiones & dicta
eorum, & de his plene not.infra tit.2.

ADDITIONES.

* Protestante, Adde, hanc protestationem fieri debere:
tempore quo quis citatur ad videndũ iuramenta testium,
teste Bald.in l.si quis testibus. C.de testi. Rob. de ord. iud.
sexta par.actu 13. cap.49.sed hoc non laudatur, nisi urgen-
te necessitate reprobationis testium, ut monet Felyn. in
cap.præsentium.ul.not.de testi. Qua de re plura not. Lan-
fran.in cap.Qm̃ õ,uer.testium depositiones,nu.78.de p̃ba.
Doc.in cap.cum olim, de cens.Gram.decis. 103.num. 154.
cæterum Dic, quòd ea protestatio ante publicationem in
causa fieri debet, si quis testes reprobare uoluerit, alias uia
eidem præcludetur, d.cap.præsentium, nisi aliquibus casi-
bus, puta, si post testium publicationem, illorum defectus
innotuissent, aut si iuramento affirmetur hoc non fieri ani-
mo calumniandi, iuxta tradita per doc. locis supra alleg.
quæ disputatio apud nos fere inutilis reddit, stãte ducaliũ
decretorum dispositione lib.3. cap. 21. ex quorum forma
dantur obiectus in die quo testes iurant, & sic ante exa-
men priusquam quis didicerit testificata, Quę decreta pro
lege ad unguem seruari conuenit, l. omnes populi, de iust.
& iur. & pulchrè scribit Roland. consilio quadragesimo-
primo, numero decimoseptimo, libro primo. Quid si sint
testes instrumentarij rogati à partibus, ut essent testes. in
contrac.an censeatur eorum fides approbata, Ita quòd eis
opponi non possit quòd sint infames, uiles, periuri & si-
mil.& Dic, ut per Ias.in l. prima, numero 13. ff. de fer.
Masuer.
* Reprobare, Adde, quòd si testibus aduersus me produ-
cendis, aliquid contra personas eorum me obiecturum
protestatus sim. si postea pro me deponant, Dic, quòd
non facile eis credendum est, quod intellige & declara,
ut per Rom.sing.694. Felyn.in cap.præsentium. columna
fin. de testi. ubi ponit quinque fall. ad reg. quòd non cre-
datur testibus in fauorem eius qui contra eorum personas
protestatus est, teste Ias. in l.admonendi, col.99.in 39.casu
de iureiur.& qñ possim uti teste quẽ reproba.e p̃testatus
sum, uide per Fel d.cap.præsentium, Boer.q. 245. Quibus
adde, q̃ producens aliquos testes.si postea dicti testes con-

tra eundem per aduersarium producantur: non potest ille amplius contra eorum personas excipere, quod quomodo procedat, vide Doc.in d.cap.præsentium,de testib. quam concl.communem dicunt, Alex.consi.191.lib.7. Neuiz.consi.51.nu.21. Matuer.

* Veritas, Adde, quòd ita se habet consuetudo & communis obseruantia, teste Nat.in rep.§.ex imperfecto. post nume.181.C.de testa. quem refert Cla. §.testamentum.q.55. versi.vlterius quæro.vbi etiam enumerat quot sint genera mendicantiũ, qui dicantur minores, qui prædicatores, d.§. testamentum.q. 29. & quòd tales pro testibus adhibentur in vlt.uol.ex communi obseruatione, testis est Guid. Pap. q.517.ubi omnem tollit dubitationem circa mendicantes & conuersos, quid in contractibus, uide ibi, quid in causa ciuili, quid in criminali, eundem q.65. ad illud autem qđ hic scribit Pap per glo.in §. cogitandum, in auth. de Monach. Dic, quòd illa est glo.d.§ uer.testes, quæ quærit nunquid in iudicio possit esse testis, & concludit quòd sic, sed apostil.ibi dicit secus esse de iure cano. Quod sequit Lanfran.in c.quoniam contrà, uersi.testium depos.nu.84. Quibus adde, quòd religiosus non potest ferre testimonium sine licentia superioris, teste Paris.consi.54.col.2. circa fi. lib.4.Fel.in c.cum nuntius.de testi.Spec.titu.de teste. §. 1. versi.item excipitur ꝙ est Monachus, Qui si de facto deponeret absque licentia eius dictum non teneret, ex not. per Doc.in d.c.cum nuntius.Aret.consi. 160.8.dub. Socin. consi.17.col.fi.Paris.consi.24.nu.34.li.3.licet contrarium voluerit Abb.in d.c.cum nuntius.& in ca.1.colu.7. de iur. cal.de quo vide quæ ponit Iodoc.prac.crim.c.50.Et quòd possint fratres Prædicatores esse testes in testamento: in quo eorum ecclesiæ aliquid relinquitur, communem dicit Dec.cõsi.62.de quibus prædicatoribus plura not. Alex. consi.88.lib.2.Dec.consi.559.num.3.ubi quòd ex reg. non sint mendicañ. sed ex eorum cõstitutionibus à Sancta sede Apostolica approbatis, ex quibus permittitur, ut immobilia capiant, & pro necessitatibus alienent, & pretium in eorum vsum conuertant, secundum communem opi. per Alex & Dec.locis supra alleg.Quomodo autem iurent religiosi prædicti, & Dic, quòd positis manibus ad pectus, teste Capel.Tolos.q.161.ubi loquitur quando iurant in contractu, quod dicit non sufficere Guid.Pap.q.65.ex c.nuper extra de testi.licet contrarium seruari dicat, idem q. 615. ubi loquitur etiam de conuersis, de clericis, & quòd eis ẽt sicut alijs nõ est exemptio à iuramẽto, sed à modo, ut aliàs non teneantur iurare tactis scripturis, sed illis propositis tantum ex tex.in auth.sed iudex.C.de epis.& cler.in ca.vlt. extra de iur.cal.Quod consuetudine abrogatũ refert Spec. tit.de teste.§.4.& 7.in fi.Doc.in d.cap.nuper.de testi.& sic, ut manu ad pectus posita iurent, Quod non uidetur sine ratione, sola enim manus emissio ipsius iusiurandi signum est, ut olim, & hodie apud probos & integræ fidei uiros seruatum fuit ubi quod uolunt in fide, quæ in IESV CHRISTO Domino, & Saluatore nostro, est, promittere, uel asserere, Quæ cautionis formula, manu emissa, apud antiquiores aliàs in usu fuit, teste Modestino in l. quidam.ff. de proba. Quod etiam in hac subalpina patria a regio Senatu tempore Gallorum sæpius obseruatum uidimus, in exigendis iuramentis Aduocatorum, procuratorum & aliorum officialium, dicendo leua manum, & iurabis. Matuer.

a Periurus. Adde, an & qñ periurus possit esse testis.Io And. in tit.de test in addi.Spe. §.1.uer. item excipitur quòd est infamis.Abb.Pan.in c.ex parte.de testi.col.2.uer.no. ibi in cã, & Fely.col.2.uer not.quinto, eundem Panor. in c.testimonium, eo.tit.col.6.uersi.venio ad tertium, & ibi Fel.col. 5.uersi.tertia conclusio periurus.Io.de Ana.in ca.per tuas de simo.col.3.uersi.in gl.furti. & Lanfr.de Oria. in repe.c. qm contra falsam.§.testiũ.depositio.de prob.nu. 135.136. & 137.Fel.in c.pastoralis.de excep.col.8.uer. limita secundo Lud.Ro.in repe.l.admonẽdi.ff.de iurei.co.4.uer.uenit tñ hoc dupliciter.& ibi Io. Bap.Cacialup.col.39.uersi.24. fallit Alex. in l.non exigimus..§qđ dimus, uer. perdit ẽt. & ibi Ias.ff.si quis cautio.Ias.in §.itẽ si quis.Inst. de actio.col. 22.ver.unũ tñ in prædictis nota.Hippol.de Marsi. in l.1.§. præterea uerò.ff.de quæst.& in sing. 74. incip. tu habes regulam.in consi.9.cã.crimin.incip.adiuua me domine.num. 39.in 1.uol.consi.31.incip.in præsenti cã inquisitionis, nu. 28.& consi.40.incip.scribitur in ca.nu. 23. eo.vol. Matth. de Afflic.in consti.eius scienter.de periur.col. antepe.uersi. octauo quæro quid pôt, & col.pen.uersi.in glo.vnica.& in c.sacramentũ.§.itẽ si inter dominũ, de consuetu. recti feu. nu.20.Oldr.in consi.192.viso diligenter.uer. dictũ ẽm Ambrosij.& Pet.de Anch.in consi.246.incip.in cã agitata, col. 2.uersi.nã testis Io.Crot.in tract.de testi.nu. 155.10. Mille. in sua praxi crimi.in §.quartus testis, in gl.ætatis, nu. 11.& Iodocum in praxi rerum criminalium in cap. L. num. 19. Zilettus.

b Papa. Adde Io. And.Anto.de But.Abb.& Fel.in c.testimonium, de testi. Zilet.

c Inimicus capitalis. Adde, ꝙ inimicus capitalis repellitur à testimonio.& quis dicatur inimicus capitalis.& quib. modis probetur capitalis inimicitia. Canonistas in c.repellantur, de accusatio.in c.cum P.Manconella, & in c.cum oporteat, eo.tit.Ant.de But.in c.veniens, el 2.de sponsa.& Fel.in c.quoties.col.3.de testib. Alber.in l.pen.in prin.ff.sol.mat. Bart.in l.si quis.§.non solum.ff.de adimen.lega.& in auth. si dicatur.& ibi Bal. C.de testi.Bal. in l.athletæ. §. dat remissionem.ff.de excus.tuto.in c.1.in prin.in pe.col. quibus mo d.feud.amitt.& in c.constituta, in fi.de rescrip. Ias.in l. sorores.col.2.C.de his quibus ut indign.& Io.Petrũ Ptholemeum in repetit.l.admonendi.ff.de iureiur.num. 215.& Lanfr.de Oria.in c.qm cõtra falsam, de prob.nu.41. Hipp. de Marsi.in l.1.§.præterea.ff.de quæst. Ancha.in consi.246. incip.causa.uol 2.uer.nam testis.Alex.de Imo.in consi.99. incip.in causa.inquisitio.in prin in uersi.exposito in 1.uol. Corn.in consi.101.incip cum causa ve.tente.col.4.in 2.uol. Io.de Amicis in consi.119.incip.in causa ue tente nu. 10. Mant.in consi.27.incip.uito processu inquisitionis. nu. 32. Grama.in consi.46 causarum crimi. incip.in causa magni. Tristani.num.5.& 8.D.Maria.Soc.Iun.in consi. 73. incip. in hac consultissima.nu.14.in 2.uol.& Paris. in consi. 58. incip.agitur coram domino suffraganeo.num 73. in 4.uol. Catel.Cota versi.inimicitiæ capitales.columna pen. versi. 4.& ultimò. Paris de Puteo in tract syndica.in uersi. suspicio Alberi.in tracta.de testi.fol.2.in 2.columna, Anto.Rosel.in tract.de test. col.3.& Crot.in tract.de testi.nu. 97.& Iodo.praxi crimina.cap. quinquagesimo, numero tertio, Zilettus.

* Inimicus, Adde, quòd ad hoc ut dicatur quis tamquam inimicus posse repelli: sufficit quod commiserit causas inimicitiæ capitalis, dato quòd alius ignoret, & sic inimicus præsumptus tantum repellitur à testimonio: sicut si esset uerus inimicus, teste Ias.in l.sororem.nu.6. C. de his quib. ut indig.Quid de inimico reconciliato, & uide quæ scribit Rom.consi.126.nu.6.Fel.in c.cum oporteat.num.4.de accus. Matuer.

d Domestici. quid de fratre, an sit idoneus testis. gloss. in cap.cum R.& in c.insinuante, de offi.delega.& ibi Inno.tenet quòd sic. Idem Specu.in tit.de teste.§.primo, uersic. sed nunquid frater.in tertia columna, quod uerum intelligit omnes in causa ciuili & quando non uiuunt in communi. Bald.in l.parentes.de testi.intelligit uerum in causa leui ciuili, in causa graui facit indicium. licèt non semiplene. Quod dictum limita ubi esset solus, secus si haberet contestem, vel aliud pro se, quia tunc stabitur suæ assertioni & reputabitur idoneus, argum l.primę, C.de testibus & l.si quis ex argentarijs.§.primo, ff. de eden. & ibi Doctor. Vnde dicit ibi Bald.quòd si probatur per unum testem infamem infamia facti & alterum fide dignum, ꝙ est plena probatio, quia fides unius supplet defectum alterius.

rius. Idem dicit in duobus notarijs, quorum alter est inhabilis, quia ualet, & datur fides ambobus. idem Bald. in l. impe. ato .ff. de sta. homi. &c.

Adde, qui proprie dicatur domestici. Ioan. Igne. in l. 1. in prin. num. 74. ff. ad syllania. & in §. serui appellatione numero 124.

* Domestici, Adde Ias. in l. sed etsi quis. 1. Respon. nu. 2. ff. si quis caut. vbi quod vxor tanquam domestica repellitur à testimonio pro marito, Quam concl. limita, ut per eum ibi, vbi quærit, quid in concubina, quid in fratre, & alijs ibi enumeratis, & Dic, ut ibi, ubi dixi, quid in cópatre, & Dic, quòd regulariter non repellitur à testimonio, teste Ias. in l. generaliter nu. 2. ff. de in ius. uoc. Masuer.

e Pro domino. Adde quando vasallus & quo casu pro domino testis esse possit. Afflict. in decis. 304. Nellum in tracta. de testi. in uersi. vasallus, & Ioan. Crot. in tract. de test. in 3. par. nu. 89. Bal. in consi. 420. in 4. uolum. consi. 468. in 1. uol. & consi. 445. in 5. uolum. & Card. Pari. in consil. 75. nu. 23. in 1. uolum. Zilettus.

f Excommunicatus. Adde Nellum in tract. de testi. in uers. excommunicatus Albe. Moder. in suo tract. de testib. col. 1. in 5. folio. & Iodocum in praxi rerum crimin. c. 50. nu. 16.

g Pauper. Adde quomodo & quando testis dicatur pauper. & an ad testimonium admittatur pauper. Host. in tit. de testib. §. 2. uersi. in fortuna. Abb. Panorm. in c. si quis testiū num. 8. de testi. & ibi Fely. nu. 7. Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. §. testium numerus, de prob. num. 148. & Baueri. in §. pater, Insti. de testa. col. fi. versi. subsequenter quęro. Anch. in consi. 94. incip. in causa & quæstione. col. pen. versi. primò quæritur, & consi. 157. incip. summæ prudentiæ col. 2. uersi præterea & verum, Fran. Are. in consi. 42. incip. uiso diligenter. colum 7. versi. ad secundum. Alex. de Imo. in consi. 75. incip. habita super contentis. in ultimis verbis in 1. uolum. & consi. 238. inci. uiso processu. in 2. col. eo. uol. consi. 15. incip. uiso processu, in 3. uol. consi. 93. incip. repetitus colum. 3. uersi. præterea ista testis. in 6. uol. & consi. 237 incip. perspectis his, colum. 1. uersi. accedit id quod eo. uol. in consi. 176. incip uisis narratis col. 2. versi. secundus testis, in 8. uolum. Vincen. Paleo. in consi. incip. in hac hesitatione. quod est post consi. Alex. de Imo. 105. in 4. vol. Dec. in consi. 105. in 2. colum. in 1. uolum. Hippo. in consi. 31. incip. in præsenti causa inquisitionis. num. 31. in 1. uol. & in sua practica in princ. nu. 9. Sori. in tractatu fallentia. in regula 289. incip. pauper. Grama. in consi. 63. causarum crimin. incip. in causa. Ioan. Dominici. num. 11. M. Soc. Iunior. in consi. 189. incip. fateor ingenue, num. 9. & 19. in 2. uolum. & Iodo. in sua praxi rerum crimina. c. 50. num. 17. Iaco. Egi. in tract. de testib. in 2. col. in uersi. repelluntur pauperes. Nellum à S. Gemin. in suo tract. de testi. in uers. pauper. & Ioan. Crot. in tract. de testi. in 3. par. numer. 14. Zilettus.

* Pauper, Adde, quòd plura de teste paupere scribit Alexan. consi. 15. lib. 3. & quis dicatur pauper, vide per Aym. consi. 199. nu. 5. & seq. Ias. in auth. præterea, nu. 27. C. vnde vir & vxor, Iac. Nouel. trac. ad defens. ca. 2. ferè per tot. Quæ paupertas nil habet durius in se: quàm quòd ridiculos homines facit, ad quod aduertens Salamon prouerb 19. ait, fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo, qua sententia, ut nihil uerius: ita ipsa experientia magis probatum nihil, si quis forte, aut iusto Dei iudicio, aut alio infortunio, uel tantillum declinet, & utinam hic de alio paupertatis genere nobis agendum esset, de quo plura Chrysost. Matth. 4. Homil. 15. post prin. de pauperibus spiritu, hoc est humilibus mente atque contritis spiritu, Dei præcepta metuenda, & contremiscenda, Quod & in diuitibus censu esse potest, exemplo Zachæi Luc. 19. & sic cum plerumque diues non tam patrimonio, quàm fide & bonis moribus æstimetur: ut habetur in l. si quis stipulatus §. fin. de uerb. obli. l. scire oportet §. fi. de tut. & cur. dat ab his. & §. fi. insti. de suspec. tut. ideo Dic quòd in causa ciuili uel pecuniaria admittitur, si sit bonæ famæ, teste Dec. consilio 163. Alexan. consilio 176. col. 2. num. 4. lib. 8. Fely. in cap. si qui testium, numero 3. de testi. Quibus adde, quod in teste dixerunt aliqui, quòd ad hoc ut dicatur idoneus requiritur quòd habeat tantum in bonis quantum est ualor causæ super qua deponit, quod reprobat Ias. in l. fideiussor, num. 3. ff. qui satisd. cog. vbi quòd propter paupertatem non repellitur, Quam concl. sequitur Alex. qui distinguit inter pauperem suo, & non suo uitio, si sit bonæ famæ. consi. 186. numero 4. lib. 7. Fely. in cap. si qui testium, numero 8. de testi. Cate. uersi. paupertas, & contraria procedunt in criminalibus, teste Rol. consil. 7. num. 21. consi. 73. num. 28. libro 1. Qua in materia paupertatis, & quomodo probetur quis pauper, vide Ias. in l. si verò §. qui pro rei, col. 5. in fin. ff. qui satisd. cog. ubi plura notab. & quod quando quis fundat se in paupertate uel diuitijs, quod teneatur illud probare; vide ibi, ubi ponit pract. probandi aliquem esse pauperem. Masuer.

* Aduocato, Adde, quod aduocatus admittitur in subsidium pro cliente, teste Mathes. sing. 188. num. 2. & uide quæ scribit Ias. in rub. C. de procur. in l. dictantibus. nu. 8. C. de test. Masuer.

h Aduocato. Adde Abb. Pano. in c. ex literis. de transf. col. 2. uersi. in glo. 1. Fely. in c. cum à nobis. de testi. c. licèt. l. dictantibus. C. de testi. & Baueri in §. pater. colum. pen. uers. quid autem in procuratore. Institu. de testi. Ioan. de Ami. consi. 53. incipien. super inquisitione formata, nu. 9. Gram. in consil. 41. causarum ciuil. incipien. & quia ex ordinata. nu. 6. & Iodo. praxi crimi. c. 1. num. 11. Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra, in §. testium depositio. numero 110. Zilettus.

* Proxeneta, Adde Gabr. com. opi. lib. 1. titu. de testi. conclu. 20.

i Proxeneta. Adde glo. in c. Romana, ad finem in versic. in testem. de testib. lib. 6. Ant. de Butr & ibi Abb. Panor. in c. ex litteris. de translacti. eundem Butr. in ca. non sine, colum. penul. & fin. de arbit. Cyn. & Saly. in l. omnibus. C. de testib. Bart. in l. 1. §. incidit, in fi. ff. ad Turpill. & in l. deferre, in princ. uers. fina. ff. de iure fis. Bald. in authen. sed nouo iure, columna 3. C. si cert. peta. Ange. de Vbal. in l. debet. ff. de ædil. edict. & in §. quoniam verò, in auth. de testibus colla. 7. Ange. Aret. in §. pater, colum. fina. uersi. quid de proxeneta. Insti. de testa. & de proxeneta Ias. in l. dictantibus, columna 2. uersi. hinc est quòd ille. C. de testam. Anch. in consi. 321. incip. visis & diligenter. colum. 2. versic. utroque ex proxenetis. Alexan. in consilio 127. incip. uiso processu causæ. columna 7. uersic. non obstat etiam, in 7. uolum. Andr. Barba. in consilio 40. incip. à Ioue principium columna decima, uersi. octauò licet iste, in 3. uolumne, Corn. consilio trigesimotertio incip. uisa copia processus. columna quarta, uersic. nec obstat, in secundo uolum. & Maria. Soz. Iunio. in consilio octuagesimonono, incip. magna pro facto, numero 18. in primo uol. & consi. 31. incip. themate prædicto. numero 11. & 19. in 2. uolum. Cur. Sen. in tract. de testib. in 43. conclusione, Alber. Mod. in tract. de testib. in 4. par. col. 10. uersi videndum est ergo. quid de proxeneta & Ioan. Crot. tractat. de testi. in 4. par. numero 146. Zilettus.

K Testes. Adde quòd fratres minores & mendicantes possunt esse testes. text. in d. c. nuper, & ibi not. per Bal. de testi. immo fratres minores mendicantes possunt esse testes in testamentis, ita Bal. in repe. d. l. 1. de Sacrosanct. eccl. colu. 17. q. 3. partis, & vide Fran. Aret. consi. centesimosexagesimo, incipien. longa est ista consultatio, columna decimatertia, & seq.

* Testes, Adde Viui. co. opi. lib. 2. concl. 283. Ias. in l. hac consultissima, nu. 6. C. de testam.

Forma publicationis testium. Rub.


SVPRASCRIPTVS D. Vicarius cognita examinatione & receptione testiũ in pdicta cã productorũ per utranq; partem, ad ipsarum partium instantiam, & requisitionem omnimodo, iure, via, & forma, quibus melius potuit & potest, ipsos testes, & eorum dicta, depositiones, & attestationes solenniter publicauit, & publicat, iubens mandans, & decernens de ipsis omnibus attestationibus copiam fieri partibus antedictis, & cuilibet earum per me notarium infrascriptum. & hoc præsentibus partibus memoratis. De qua publicatione dictus dominus Vicarius, ac dictæ partes fieri rogauerunt publicum instrumentum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio testium ad eum iudicem pertinet, coram quo causa ipsa pendet.*


SVPRASCRIPTVS D. Vicarius. Hic no. q
1 ad illũ iudicẽ pertinet † ẽt testiũ publicatio, corã quo lis ipsa pẽdet seu q̃stio, ne causæ ↄtinentia diuidatur, ut l. nulli. C. de iudi. & in l. 1. ff. de quib re. ad eundem iu. ea. Fit autem talis * publicatio, ut partes possint uidere an bene & male, & quod & qualiter deposuerunt, ut exinde ualeant contra eorum dicta opponere & personas, ut dicetur infra in tit. sequ.

ADDITIO.

* Talis publicatio, Adde, an sententia ob intermissam publicationem attestationum sit ipso iure nulla, & an publicatio testiũ validet eorum depositiones non iure examinatorum, vide Mising. centuria 4. obseruatione 52. ubi concludit sententiam non esse ipso iure nullam ex iuribus ibi allegatis, & per publicationem testium non rite receptorum dicta eorum non confi. mari ex doctrina Bal. in auth. si quis in aliquo, versi. iuxta primam rationem, C. de eden. de qua principali materia, & an publicatio attestationum sit necessaria in causis summarijs, in quibus proceditur sola facti, sine strepitu & figura iudicij, uide quæ scribit Mathes. sing. 38. ubi concludit quòd sic, si pars contra quam sunt producti testes hoc petierit, secus si non petijt, quia semper censentur notæ iudici attestationes, Qua de re plura not. Rob. de ord. iud. cap. 13. num. 12. ubi referendo communem opi. concludit quòd est necessaria si petatur, ita ut si non concedatur, appellari possit, non autem ut reddat processum nullum, quia publicatio non est de substantia, sed de iustitia, teste Felyn. in cap. cum. I. & A. de re iud. plura not. Doc. in apostil. ad Mathes. d sing. Bart. in l. 1. §. si. ff. de prætor. stip. in l. prolatam C. de sent. Masuer.

AD ipsarum partium instantiam, & requisitionem Hic not. quòd non est de necessitate, quòd utraque pars hoc requirat. sufficit enim quòd altera hoc petat, maximè si ipsa sola testes produxit. Potest tamen pars aduersa impedire publicationem si dicat, quòd uelit suos testes * producere. nam aliquando publicatis testibus non * recipiuntur vlterius testes super eisdem vel directò contrarijs capitulis. ut traditur in l. per hanc. C. de temp app. & in §. si uerò in auth. de testi. & in c. fraternitatis extra de testi. & in cle. testibus, extra de test. & dicam latius in tit. seq. debet tamen pars citari quando fit publicatio ad instantiam alterius partis, cuius absentia postea Dei præsentia replebitur, ut in c. in nomine domini. extra de testi. & in c. ueritatis. extra de dolo. & contu. in fi. &c.

ADDITIO.

* Non recipiuntur, Adde, quòd & si post dicita testificata testes produci non possint, cautela tamẽ est: secundum communem, ut pars det nomina testium iudici, qui poterit illos ex officio examinare: secundum Rol. consi. 88. nu. 15. li. 3. & nu. 18. ubi quòd etsi non liceat examinare testes post dicita testificata: secus tamen est ad concomitantiã instrumenti ex not. per Doc. per illum tex. in cap. series de testi. Affli. decis. 33. num. 4. decis. 216. col. 2. in fi. Rom sing. 81. Rob. de ord. iud. cap. 44 num. 48. Catel. uers. testes communiter post dicita, Cepol. cautel. 166. Aym. consil. 134. nu. 1. & fac. quæ scribit Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait, col. 1 num. 8. num. 9. ff. de eden. ubi enumerat casus in quibus testes possunt iterum examinari non obstante publicatione. Masuer.

* PVblicauit. * Hac itaque publicatione sic facta solẽt partes participato consilio sapientis sui opponere contra eorum dicta, & personas: similiter si protestatę sunt contra eos, ut dixi in proxi. præced. ti. quas oppositiones & contradictiones laudo, & cõsulo fie. 1, & redigi in scriptis apud acta, ut apud plurimos obseruatur, licet aliqui referuent, & malè in allegationibus iuris. Videamus ergo de forma opponendi contra testes post publicationem &c.

ADDITIO.

* Publicauit, Adde, an testes non publicati in prima instantia: faciant fidem in causa appellationis, & vide Alex. in l. is apud quem, col. fin. num. uigesimoquinto, C. de eden. vbi concludit, attestationes non publicatas in instantia principalis causæ fidem facere in instantia succedanea primæ, scilicet, in causa appell. absque alia publicatione, nam iudex appellationis dicitur successor primi iudicis, l. cum apud, versic. substitutus. ff. iud. sol. & hæc est vna limitatio quam ponit Ias. in d. l. is apud quem, colum. pen. in fin. & colum. fi. in prin. C. de eden. ubi inquit, tertio limita, quòd testes non publicati non faciunt fidem in alia instantia, ue tum est, inquit ipse, æquè principali, secus si successiua, ut appellationis, Quam concl. declara, ut per Rip. in d. l. nu. 30. vbi refert communem, quòd non probent neq; fidem faciant in alia instantia, quam communem opi. limita, ut per eum ibi nu. 31. & seq. Masuer.

Forma opponendi contra testes post publicationem.


CORAM vobis suprascripto D. Vicario cõparet, & se præsentat præfatus Io. citra reuocationem sui procuratoris causa & occasione certorum testium & attestationũ ipsorum productorum in causa & quæstione prædicta per suprascriptum Simo. & sequutæ publicationis per uos factæ, dicens & excipiendo proponens idem Io. quòd saluis excepti onibus aliàs propositis contra personas ipsorum testium quas adhuc repetit, & pro repetitis haberi vult, & intendit, quòd ipsis supradictis testibus nulla per uos est habenda fides, causis & rationibus aliàs alleg. & inferius annotatis. Primò uidelicet, quia sunt sibiipsis inuicem contrarij, ac etiam uarij, & periuri. Item falsarij, & qui multimode vacillant in eorum testimonijs & astruere satagunt negatiuam. Suntque etiam singulares, & non iurati deposuerunt. Item deposuerunt in facto eorum proprio, & nullam probabilem, nec concludentem reddunt rationem uel causam testimonij sui. suntque publicatis iam testibus alijs recepti, & amplius de alieno audita testificantur, non de proprio, nec de ueritate, sed de credulitate testimonium dicunt, alijs denique uitijs circumfusi, propter quæ ab eorũ ueniunt testimonio repellendi.

Coram



CORAM vobis. Vidimus in superiori titulo de vitijs, & defectibus quæ opponuntur contra personas, nunc videamus de uitijs seu defectibus quæ objiciuntur contra dicta & testimonia eorum, quæ multa sunt, incidenter tamen annectemus nonnulla, quæ etiã personis eorum attribuuntur &c.

SVMMARIVM.

1 *Appositio istorum verborum, citra reuocationem, inducit protestationem de non reuocando procuratorem.*

1 Citra reuocationem sui procuratoris. † Aduerte, q ista uerba cum magno misterio apponuntur, quia si dominus interuenit in iudicio priusquam procurator litem exercere cœpit, siue ante litem cõtestatam, siue post, videtur tacite non facta hac protestatione ipsum ab officio reuocare. Et sic patet, quòd hæc est una causa sufficiens ad reuocandum suum procuratorem, ut quando dominus vult per se causam ipsam agere, ut habetur & no. in cap. pen. de procu. lib. 6. & per gl. in l. qui mutuam. §. non ideo. ff. man.

SVMMARIVM.

1 *Testes sibi ipsis contrarij à testimonio repelluntur.*
2 *Iudex testes sibi ipsis contrarios potest torturæ subijcere.*
3 *Contrarietas testium quotuplex sit.*
4 *Testis potest statim & non ex interuallo dictum suum corrigere.*
5 *Testi an liceat dicto suo addere, se non corrigendo.*

* INuicem contrarij. * † Aduertendum semper est per
1 aduocatum causæ, si potest, testes de huiusmodi contra
rietatis vitio impugnare. nam testis sibi ipsi contrarius à
testimonio repellitur, ut in c. licèt causam, extra de proba.
& extra app. in c. solecitudine. in fi. facit l. 1. in princ. ff. de
testi. & quod no. in l. ob carmen. §. si testes. & l. qui falsa, uel
varia. ff. eo. & 3. q. 9. c. nihilominus. & 4. q. 3. uer. qui falso.
2 cum sim. † Et quòd amplius est, possunt testes sibi inuicem
a contrarij subijci torturæ per iudicem a causę, ut habetur
in l. nullum. C. de testi. & not. per glo. in auth. de testi. §. si
vero, & probatur per text. in auth. apud eloquentissimum,
3 in fi. C. de fide instr. † Sunt autem testes contrarij dupliciter,
uno modo quando unus & idem sibiipsi contradicit in
serie sui testimonij, alio modo quando unus testis contradicit
alij testi; puta si unus dicit, quòd mutuauit, & alius dicit,
quòd donauit, & c. Vel si testis primò dixit, quòd contractus
fuit celebratus Romæ, & postea in alio capitulo
dicit. quòd fuit Papiæ, de quo uide infra in gloss. seq.
4 † Quid autem si unus & idem testis dicat fuit contractus
celebratus Papiæ, imò Mediolani, an debet ut contrarius
repelli? Spec. dicit quòd nõ, quasi seipsum statim correxit,
ut per eum not. in d. ti. de teste. post versi. Item testes sunt
uarij. ar. ad hoc in l. si ita scriptum. in prin. ff. de hære. insti.
cum sim. ibi not. quæ quidem correctio admittitur in teste
si fiat incontinenti antequam locutus fuerit cum parte, ut
in c. præterea. ex de testi. congen. & ibi no. per Inn. secundùm
quem debet iudex multum aduertere circa modum,
& causam correctionis suæ. arg. in c. cum dilecti. ext. de accu.
nã nisi testis se probabiliter correxit, incidet in suspicionem
uel uariationem secundùm eum. arg. ff. de testib. l. in
5 testibus, & d. l. qui falsa. † Quid autem si non se testis cor-
* rigat, * sed priori dicto aliquid addat? Dicit Inno. vbi supra,
aut addit antequam iudicis uel interrogatoris conspectum
exiuerit, & tunc ualet: aut postea, & tunc aut testis potuit
loqui cum parte, & audiendus est, sed minor fides ei
adhibetur, argu. d. c. præterea. & in auth. de testi. §. quoniã.
si uerò non potuit loqui cũ parte, tunc ualet, de quo etiam
not. in c. cum clamor. ex. de testi.

ADDITIONES.

* Contrarij, Adde, quid agere debeat iudex, si testes contra dicant inuicem, & quæ eo casu consideranda sint, & uide Mising. cent. 4. obser. 38. & quid si testes instrumento repugnent, an testibus, uel inst. umento standũ sit, & Dic, ut per eundem. d. cent. obser. 39.

* Corrigat, Adde, quòd si testis incontinenti se corrigat: quod secundo loco dicit validum est, secundum communem, per Suarez. lib. sent. ver. testis, pro quo uide quæ scribit Ias. in l. iurisgentium. §. quinimmo. nu. 7. ff. de pac. Viui. co. opi. lib. 1. ver testis. Matuer.

a Iudicem. Adde hic, & uide per Bald. & Saly. in l. testium. C. de testi. Bal. & Sal. & Alexand. in l. duobus. § fin. ff. de iureiur. ubi q quando testes sunt contrarij nullus potest puniri de falso, quia licèt appareat, q aliquis eorum sit periurus, nun tamen quis eorum sit, & uide Bart. in l. vnius. § testes. ff. de quæstioni. & qui testes dicantur contrarij, uide per Alex. in consi. 23. col. pen. uersi. nou obstat, q testes in 2. uol. Fran. Cur.

SVMMARIVM.

1 *Testis varius, qui dicatur, qui contrarius, & quis vacillans. numero 2 & 3.*
4 *Testis variantis in dictis suis, an primo vel secundo dicto stetur.*
5 *Testimonium à competenti iudice receptum, contrarium primo nullo ab incompetenti iudice, eodem teste habito, præualet.*
6 *Distinctiones in materia contrarietatis & varietatis testium.*
8 *Testibus quibus credendum, quando tres milites vel doctores ex una parte sunt, & quinque rustici ex alia.*

* AC etiam varij. * †. Hic aduerte secundùm Inn. in d. c.
1 præterea, de testi. cog. quòd testis dicitur uarius seu
varians, quando primò dixit unum, & postea dicit eius con
2 trarium nulla ratione, uel causa assignata. † Contrarius
autem est ille, qui dixit duo impossibilia, vt v. g. si dixit, se
sciuisse contractum celebratum in tali loco, & postea interrogatus
ubi fuit illa die, dicit se alibi fuisse. Ille autem
3 videtur uacillans † qui dubitando aut timendo loquitur,
& qui etiam variè loquitur. ff. de fal. l. eos qui & ff. de testi.
l. 2. & l. qui falsa. quorum omnium testimonium est nullũ,
& sunt puniendi. ut l. nullum. C. de testi. de qua uariatione
& contrarietate traditur per Spec. in tit. de teste. uers. item
quòd testes sunt varij, & habetur in c. cum ecclesiæ. extra
de causa pos. & proprie. & extra de pœ. in c. super his. & in
4 cap. dilectus. ext. de tem. ord. † Sed pone quæstionem sæpius
occurrentem. Ecce semel fuit testis productus, qui
a dixit unum, a deinde iterum productus in eadem instantia,
uel alia, puta in causa appellationis dicit contrarium,
quæritur cui dicto sit standum, an primo uel secundo? Et
in hoc reperio, quòd Inno. in capitu. ueniens, el secundo
extra de testi. dicit quòd priori dicto standum est, & non
secundo, & quod amplius est, poterit ipsum testem quantum
ad secundum dictum repellere tanquam periurum &
falsum. arg. in c. super eo. extra de testi. Alibi glo. c. in præsentia.
extra de testi. dicit simpliciter neutri dicto standum
esse. ar. 3. q. 9. c. puta. & 23. q. 7. c. quòd autem. quam opin.
uidetur tenere Spe. in d. uer. item quòd testes sunt uarij. ar.
c. solicitudinem. in fi. extra de app. & in l. qui falso. ff. de te
* sti. & in l. cum precum. C. de lib. causa. Alia est * opin. Bar.
quam posuit in l. eos ff. ad l. Cor. de fal. & in l. repeti. ff. de
quæstio distinguẽdo hoc modo, aut testis deposuit uaria,
uel contraria in iudicio: aut unũ deposuit in iudicio, aliud
contrarium extra iudicium. Primo casu subdistinguitur,
aut dictum secundum est cum tormentis, & primum sine
tormentis, & tunc potius statur secundo dicto, quàm primo
ar. in l. si postulante §. sed & si negauerint. ff. de adul. aut,
secundũ est sine tormentis sicut primum, & tunc aut dixit
seu deposuit sm animo corrigendi primũ, & tũc ualet se-
cun

cundum, ut in d.c præterea.& in §.si uero. in auth.de testi.
& intellige, quando hoc expressit scilicet se uelle corri-
gere, aut simpliciter deposuit secundū nō expresso quod
corrigere uelit primum, & tunc utrunque dictum est nul-
lum,& ipse tanquam uarius à testimonio repellitur, ut in
d.l.eos.& in d.l.qui falsa. Secundo autem casu uidelicet,
quando dixit unum in iudicio,& aliud extra iudicium,sub
distingue, aut primò deposuit in iudicio & secundò con-
trarium dixit, uel deposuit extra iudicium, & tunc ualet
primum dictum in iudicio,ut d.c.sicut.extra de testi.& in l.
generaliter. C.de non nu.pec.aut econtra, primò dicit ex
tra iudicium.postea deposuit in iudicio contrarium, &
tunc ut falsarius est puniendus.ar.d.l.eos, secundo respon
so secundum Bart. cui in hoc secundo articulo non assen-
tio;quia multi, maxime prudentes nolunt extra iudicium
dicere illud quod dicunt, & plerique dicunt contrarium
eius quod sciunt,quia non iurati dicunt; timet enim testis
plus iuramentum & periurium, quam simplicem locutio-
nem,ut habetur 22.q.vlt.c.iuramenti,& in c. 1. unde sicut
dictum testis cum tortura præualet ei, quod dictum est si-
ne; præualere debet illud, quod dictum est cum iuramen-
to, & in iudicio, quam quod dictum est sine iuramen-
to, & extra iudicium. Nec debet ex hoc quis ut fal-
sarius puniri, cùm testimonium sine iuramento, & ex
5 tra iudicium nullum sit,& nullius momenti. † Nec obst.
d l.eos,quia ibi loquitur in negante factum proprium, pu
ta eius sigillum,uel scripturam propriam,& sic est impro-
priè testimonium:hic autem loquitur in teste, qui de alie-
no facto loquitur,& testificatur,unde casus sunt diuersi.Et
hanc opin.confirmat auctoritas Spec.in d.titu. uers. item
q testes sunt contrarij,ubi determinat, quòd si primum di
ctum testis fuerit receptum à iudice non competenti, &
sic nullum,quòd secundum dictum postea receptū à iudi-
ce competenti,licèt sit contrarium primo, ualet & tenet,
ar.extra de iu.in c.at si clerici.de ap.c. ut debitus. in princ.
quia non præstat impedimentum, quod de iure non sorti-
tur effectum.ut in c.audiuis. extra de ele.& in regula, non
6 præstat.de regu.iu. lib.6. † Vlterius ultra ea * quæ su-
b perius dicta sunt circa pleniorem doctrinam contrarieta-
tis, uel uarietatis testium sciendum est, quòd aut unus &
idem testis sibi inuicem & intra seipsum est contrarius &
uarius, & tunc dic, ut supra proximè dixi:aut unus testis
contradicit pluribus, & eius testimonium pro nullo repu-
tatur; & confunditur à testimonio aliorum numero plu-
rium.ut l.iurisiurandi.C.de testi.& in c.ueniens. & in ca.
licet.extra de testi.& hoc est uerum, quando unus contra-
dicit tribus uel pluribus. Si autem unus contradicit duo
bus, sic quòd duo sint soli testes producti v. g. ab actore,
qui probauit de mutuo facto,sunt duo testes pducti. reus
autem producit vnum solum testem ad defensionem eius,
tunc est distinguendum secundum Doc. iuris ciuilis & ca-
nonici, aut testis ex parte rei est directò contrarius illis
duobus ex parte actoris,& tunc remanet ualida probatio
ipsorum duorum testium,nec in aliquo eliditur per illum
solum testem,aut ipse solus testis est simpliciter diuersus,
& non contrarius. v. g. deponit quòd reus soluit, & tunc
eliditur probatio ipsorum duorum in hoc; quia deferri
potest reo iuramentum in supplementum probationis, ut
hæc notantur per Bart.in l.admonendi.ff.de iureiu.& in l.
1.ff.de uen.inspi.& per Cy.in l.in bonæ fidei.in ult. q.C.de
iureiu.& per Io.An.in d.c.fi.extra de iureiur.aut plures cō
dicūt plurib. siue sint producti ab una parte,siue ab vtraq;
& tūc diligenter aduertere debet iudex,an sit contrarietas
quæ possit aliqua diuisione iuuari,& tunc cōcordabit eos,
iuxta not.in c.cum tu,extra de testi.& in c. nihil obst.extra
de uerbo.signifi.cum sim. Vbi uerò fuerit contrarietas,quę
commodè non possit aliqua diuisione iuuari, tunc iudex
considerare debet,qui sunt illi qui uerisimiliora deponāt,
& illis auctoritatem præstare,& alijs eos præferre, ut ex-
tra de proba.in c.licet.in fi.& in l.testium.post prin. de te-
sti. Si uerò de uerisimilitudine non constet, præferre de-
bet digniores uilioribus,etiam si digniores essent numero
pauciores,vt in d.c.in præsentia. Vbi autem essent omnes
pares in dignitate,& tatis credibilia deponentes,tunc prę
ferendus esset numerus plurium,& sic statur maiori parti.
arg.d.c in pręsentia.& in d.l.testiū.ibi;alias numerus &c.§
Si autem omnia undique sunt paria, tunc omnes repelli
debent,& iudex pronunciabit contra eum qui probare de-
buit,ut in l.de ætate.ff.de proba.& extra de proba. in c. ex
literis,& extra de fide instru.c.inter dilectos. in fi. fuerunt
tamen aliqui præferentes numerum dignitati, quos repro
7 bat Host.in d.c.in præsentia. extra de testi. † Quid enim
si sunt tres milites, seu doctores ex una parte, & quinque
ciues,seu rusticani ex alia,cur non dicemus doctores præ-
ferendos?de quibus plene not.Spec.in ti.de teste. in §.post
quam.& per Cyn.& alios in l. scripturæ diuersæ. & in l. in
exercendis.C.de fide inst.

ADDITIONES.

* Varij, Adde, Dec.consi.342.nu.6.
* Opi. Bart. Adde, quæ scribit Mising.cent.3.obser.64.ubi
declarat Bar.in d.l.eos ff.de fals.
a Vnum. Quæro an ualeat dictum testis qui primò depo-
suit in iudicio,deinde examinatus secundò dicit,dico pro
ut aliàs deposui,Bart.in d.l.eos.ff.de fal.tenet q sic, dicens
q stat in arbitrio iudicis talem admittere responsionem,
ibi uide & eundem Bartol.in l. legata inutiliter. de leg. 1.
Bal.uerò tenet oppositum in l.iusiurandi in prin. C. testib.
quia non tenet tale dictum, quia ista uerba generalia &
incerta non instruunt iudicem, & ideo debet sibi dari ter-
minus ad clarè respondendum. idem Bal.in l.fin. C. eod.
titu. quia debent clarè deponere nec sufficit illa confusa
depositio.aliàs lex esset frustra,quare repeterentur,si debe
rent se referre ad primas attestationes simpliciter, tamen
datur terminus ad uidendum quid deposuerint,quia cadit
etiam obliuio in perfectis uiris,nisi sint suspecti. quia tunc
iudex debet conari capere in uerbis, & tunc non datur di-
latio ne malitia instruatur. Cogita.
* Vnum, Adde pro resolutione, & vide Alex. consil. 212.
num.23.lib.2.Capel. Tolos.q.280.Abb.in c. inquisitionis.
§.tertio.uersi.vlt.in c.cum in tua,in fi. de testi. Iac. Nouel.
in prac.crim.tit.de testi.nu.29.Ferrar.cautel.13.Dec in ca.
tuas,col.fi.de proba.Boer.q.108.Rip.respon.118.num.12.
omnium pulchrè Rol.consil.40.nu.12.consil.73. nu.33.&
seq.lib.1.& Dic, q quando testis dixit primo unum extra
iudicium,postea in iudicio dixit contrarium, q regulari-
ter statur secundo dicto iudiciali, teste Crot.in l. filiusfa-
mil.§.diui,num.161.in fi.de leg.2.cui adde,q testis dicens
unum in uno iudicio, & postea contrarium in alio, non
præiudicat primo dicto, dummodo fuerit cum iuramēto,
secundum communem per Dec.consil.189.col.4. circa fi.
licet contrarium dicat consi.429.nu. 17. ubi q attenditur
secundum dictum,secundum communem ibi,pro cuius ar
ticuli pleniori discussione,uide Dec.in d.c.per tuas. post
nu.9.col.pen.in fi.& col.vlt.de proba.Mising.cent.2.obser
uatione 86.ubi quærit, an testis in diuersis iudicijs contra
ria deponens fidem faciat, distingue, ut per eum ibi, ubi
concludit standum esse primæ depositioni,& ita fuisse iudi
catum in camera,quam concl.sequitur Guid.Pap. q. 546.
Dec.consi.175.189.declara tamen ut per eundem,d.obse.
86.ex Fel.in d.c.cum in tua. Alex.consi.19 col.pen.lib. 4.
ad quod fac.quæ idem Mising.scribit cent.3. obser.64. dū
quærit, an testis secundò examinatus, referens se ad primū
dictum probet, & post plura, concludit hoc iudicis arbi-
trio relinquendo,an uelit admittere talem depositionem,
vel minus,pro quo uide Bal.in l.gesta. col. 3. C. de re iud.
Boer.d.q.108.communem autem opi.quæ habet,quòd ste
tur magis secundo dicto facto in iudicio cum iuramento:
quàm primo extra iudiciali,declara,vt per Abb.in d.c.per
tuas.

tuas.col.fi.de proba.vbi saluat Bar.in d.l.eos.ff.de fals. hoc idem facit Dec.ibi.pro quo vide Alex.consi.81.col.pen.lib. 3.consi.154.col.fi.lib.5.Aym.consi.6.col. 4. ubi concludit standū nō esse tali testi,neq; in primo neque in secūdo dicto ratione periurij,qua in materia,vide Hypol.sing.298. Guid.Pap.q.593.546.& Ista sunt vtilia in foro,in quo,uidi maximas aduocatorum disputationes, de Anno 1569. ex eo quòd quidam testes primo deposuerant sine iuramento, non seruata iuris & decretorum forma, secundo deposuerant cum iuramento,& dixe. ant se non recordari tertiò examinati & repetiti in forma iudicij, referebant se primæ & secundæ depositioni, quo in casu aliqui allegabant Bar.in d.l.eos,de fals.Fel.& doct.in d.c. cum in tua,de testi.ego verò illorum minimus dixi, quòd non eramus in casu in quo testis in prima depositione dicit unum,& in secunda dicit contrarium,sed potius in casu, in quo testis extraiudicialiter dicit se scire factum,& in iudicio quodāmodo negat,uel dicit se non recordari, quia prima testificatio currebat iuramēto,quo casu dicebam,quòd quando testis qui prius eo modo deposuit, negat redditur suspectus de falso,& dicunt aliqui,quòd potest torqueri, Alex. consi.63.lib.1.Aym.consi.74.num.6.tex.in l.vnius.§.testes. ff.de quæst.Foler.prac.crim.par.2.3.par.nu.30.Brun.de indic.2.par.q.4. nu.15. vel dicebam, ut eo casu deposuerant se nescire an ueritas esset, circa ea quæ dixerant in prima eorum attestatione,quòd præsumebantur subornati,ex no. per Ro.consi.505.Rol.d.consi.73.nu.33.lib.1.arg.eorum quæ not.Bal.& alij in l.de tutela C.de in integ.rest. uel dicendo se non recordari,an res ita se haberet,ut primo loco deposuerant:non dicebantur proprie testificari, aut saltem incerta & dubia reddebatur eorum attestatio, ex not. per Abb.in c.cum Ioannes.nu.14.ubi Fel.col.pen. in prin. de fide instr. concurrente maximè in casu prædicto,quòd à prima ad secundam & tertiam testificationes,longi temporis interuallum non intercesserat, quo casu non carebant dolo, & suspicione, quòd essent subornati & edocti ad ita deponendum;ex Rom.d.consi.505.Rol.consilio 73. nu.33.lib.1.Aym.consi.6.col.2.ex quibus sustinebam,nullam fidem prædictis testibus adhibendā,sed cōtra eos procedendū esse,ut punirentur. Quid dicendū de testibus,qui aliàs dicuntur propalasse uirtute monitorialium,an in eorum repetitione ad extensum deponere debeant, uel possint petere sibi legi primam depositionem & ad eam se referre:an uerò compellantur extensè deponere, & Dic, ut per Osasc.decis.128.nu. 7. vbi concludit,testes iteratò deponentes clarè debere deponere, non autem se referre ad priorem depositionem,ex Bald.in l.fin.C.de testi. Boer.q. 108.par.1.& fac.Ias.in l.si pœnæ causa.§.si putem.ff.de cōdi.indeb.quæ nota,quia sæpius occurrunt in actu Practico,& cū orta esset quæstio coram prætore Montiscalerij, duoq; proposita fuissent capita,vnū,de suspicione adiūcti, quia erat affinis,alterum quia dicebatur,testibus iam aliàs in propalationibus examinatis legendā non esse depositionem, dixi,adiunctum ex sola causa affinitatis non posse repelli,& testibus legendā esse attestationem prius factam, Alex.consi.56.col.2.num.6.lib.2. Foler. prac.crim.versic. capiat inform.nu.39.40. Ias. d.l.si pœnæ causa.§.si putem sunt tamen qui uelint,hoc fieri posse in eodem iudicio,ex doc.Foler.ubi supra.Fel.in d.c.cum in tua,col.1.uer.2.limita.extra de testi.Alexan.d.consi.56. Rip.respon.76. Guid. Pap.q.72.Paris.consi.54.nu.25.lib.4. Masuer.

a Ea. Adde & uide Alexan.de Imo.in l.2.§.fi.ff. si cert. pet. & in l.inter stipulantem.§.1.ff. de uerbor. oblig. & Angel. Are.in §.1.Instit.de ac. & per Cano.maximè Aret. & Fely. in c.cum tu,de testi.& Alex.in consi.72.colum.1.circa me. in 1. uolū. ubi quòd quando testes sunt uarij in tempore, concordantur ut euitent falsum,& maxime in uno teste.& in consi.132.uolum.1.cir.fi.& in consi.126.& in consi.128. col.2.eod.uol.& in consi.105.col. pen.uersi.nec obst.in 2. uol.& in 4.uol.cōsi.20.col.1.uersi.nec istis aliquid,per eundem in consi.176.in fi.in 5.uolu.& in consi. 44.colum.3.in prin.& in consi.154.col.3.in prin.& in consi.150.col.2.circa prin.eo.uol.Fran.Cur.

SVMMARIVM.

1 *Periurus à testimonio repellitur.*
2 *Periurus quilibet non est infamis.*

1 ET Periuri. † Qui enim periurus est à testimonio repellitur,quia præsumitur adhuc faciliter deierare,ut in c.testimonium. extra de testi. & in c. accusatus. §. licèt de hæret.lib. 6.& not.in l. Lucius. ff. de his qui nota. infa.
2 † Sed an quilibet periurus sit infamis? a dic quòd non re
a gulariter,fallit in transactione iurata & periurata, de qua habetur in l.si quis maior.C.de transact. & ibi not. & in d. l.Lucius. per Doct.idem in qualibet alia promissione iurata, ut not.per glo.singularem in l.pe. C. de dig. lib. 12. Deus autem nouit quot sunt moderno tempore periuri & infames.

ADDITIO.

a Infamis. Adde Io.Cal.in consil.5.in tit. de iūreiu.incip.an periurus,Z.

ITEM FALSARII. Hic est multum aduertendum, quia hodie est plus solito falsariorum & corruptorum testium abundantia,unde talibus non est habenda misericordia; quia si locus falsis testibus, & instrumentis relinquitur, nullus de statu suo securus erit. testis enim uel tabellio falsus,tres personas offendit Deum, iudicem, & partem, ut traditur in cap.1. extra de cri.fal. de cuius pœna, & alijs ad falsitatem eius pertinentibus dixi supra in tit.de forma iuramenti testium, in glo. super uerbo, falsitatis.

ADDITIO.

* Item falsarij, Adde, quid si pecunia detur testi vt testificetur, an teneatur pœna falsi, & Dic,quòd sic, ex not.per Ias. in l.omne. primo Respon.numero 5. ff. de condit. ob turp. caus. & ibi numero 6. vbi quòd creditur tali testi, si producatur contra eum qui dedit pecuniam quo casu,si testis producatur contra corrumpendū facit plenam probationem, teste eodem Ias.in l.1.col.fi.num.21.ff.de Fer.vbi latius declarat. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Testis quomodo uacillare dicatur.*

1 VACILLANT. † Dicitur autem testis uacillare qui timendo, aut dubitando loquitur, secundùm Inn.in quo debet iudex & examinator esse discretus, & si uiderit,seu cognouerit testem uacillare, debet facere hoc describi per notarium causæ, qui scribat quòd iudex uel examinator sibi dixit, quòd testis uacillabat, & hoc idem uisum est ipsi notario per talia signa,ut not.per eum in ca. quoniam contra falsam, in glo.super uerbo instrumentorum.extra de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua quando sit probabilis.*
2 *Intellectus ad glo.in l.diem proferre.§ si plures.ff.de arb.*
3 *Dicenti,& non neganti,incumbit probatio.*

1 SATAGUNT Negatiuam. † Regulariter negatiua mera a est improbabilis, vt habetur & not. in l. actor quod asseuerat.C.de proba.& per glo.& Doc.in ca. bonæ

bonæ memoriæ, ex. de ele. nisi esset negatiua talis, quæ æqualiter caderet in intellectu, & mente ipsius testis sic ut affirmatiua, tunc enim probabilis esset, ut not. per Cyn. in l. 2. C. de erro. ad uot. & per alios in d. l. actor, & eodem modo esset probabilis si esset coarctata loco & tẽpore, uel aliqua qualitate, sic quòd comprehendi posset per uerum iudicium, ut nota. in d. c. bonæ. & l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. & in c. series. & in c ex tenore, extra de
a testi. † Et ex his patet, quòd glo. in l. diem proterre. §. si plures. ff. de arb. quæ dicit, quòd magis credendum est tribus affirmantibus quàm decem negantibus, non simplici-
b ter est vera, sed debet [b] intelligi quando deponunt meram negatiuam, aliter uero æqualiter est omnibus credendum, ac si omnes deponerent affirmatiuè, cum distinctione tamen de qua supra dixi quando testes sunt contrarij. Hæc autem negatiua etiam potest per scripturam publicã uel priuatam probari, v. g. si dicatur talem esse substitutum pupillariter defuncto, & hoc negetur per proximiores ipsi defuncto, nam quòd sit substitutus liquidabitur ex forma testamenti. arg. l. si. C de re. cre. & no. per Bar. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. & l. in illa stipulatione. ff. de uerbo. oblig. ad quod facit l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. ac. licèt quando negatiua in facto consistit probetur iuris præsumptione eo ipso quòd contrarium non probatur, ut si creditor neget sibi solutum esse, ut not. per glo. in l. 2. C. de iure
a emphy. & habetur in l. fin. C. de solut. † Ideo ei qui dicit & affirmat, nõ ei qui negat incũbit probatio. ut in l. ei qui. & l. ab ea parte. ff. de proba. de cuius negatiuæ probatione no. etiam per glo. in auth. de hær. & fal. §. si uerò absunt, in glo. super verb. uidisse. & in l. 1. ff. de iti. actuque priua.

ADDITIONES.

a Mera. Adde & uide qualiter debeant deponere testes deponentes super negatiua. Alex. de Imo. in consil. 85. & in consi. 137. col. pen. versi. itẽ dictus in 2. vol. & in consi. 136. col. 4. in fi. & seq. & in consi. 141. col. 4. circa prin. in 1. uol. & ibi. q si negatiua coarctaretur per testem modico tempore tunc præsumeretur suspectus. & uide eundem Alex. in consi. 105. col. fi. in 3. uol. & in consi 43. col. 2. in prin. & col. 4. uersi. quartus testis in 4 lib. Cur.

b Debet. Adde quòd ita limitat Bal. in d. §. si plures. & ibi refert Iaco. de Are. alle. Guli. de Cu. & vide Bar. in l. hæredes palam. §. fi. ff. de test. & adde q gloss. in d. §. si plures. non habet locũ in causa criminali. ita Bal. in l. data opera. C. qui accus. & vide quæ posui in consi. meo. 24. Cur.

* Debet, Adde Bar. d. l. hæredes palam. in princ. nu. 7. Alex. consil. 156. numero 3. libro 5. Port. libro 1. concl. 14. Rol. consi. 63. numero 47. lib. 2. Mising. cent. 4. obser. 38. circ. fi. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Testis singularis qui dicatur.*

1 SVNTQVE Etiam singulares. Tunc autem dicitur testis † singularis esse, quando solus est, nec alium habet sibi in depositione contestem & cõcordem, & ob hoc eius testimonium nullum est, tam de iure diuino, quoniam scriptum est ſin ore duorum vel trium stet omne uerbũ ʒ quàm iure humano, ciuili & canonico, ut l. iusiuran. C. de testi. & in c. licèt uniuersis. & in c. quoties de testi. & in c. licèt ex quadam, extra de testi. & in c. licet. in §. quamquàm. extra de probat. & not. in d. cap. bonæ. extra de elec. & extra de accu. in capit. cum dilectus. & plenè per Cyn. in l. secunda C. quæ sit long. consue. In certis tamen casibus admittitur vnius testis testimonium, quos enumerat Spe. in ti. de teste. §. restat de numero testium &c. qui tamen casus non concludunt stari quo ad condemnationem, sed quo ad præsumptionem: ut not. per glo. in c. nuper, extra de test.

SVMMARIVM.

1 *Testis debet astringi ad iuramentum.*
2 *Conuentionis, quòd stetur depositioni testis sine iuramento, an standum sit.*
3 *Intellectus ad l. fi. §. sed quia ueremur. C. de iura. calum.*
4 *Testis qui deposuit sine iuramento & postea iurauit se ueritatem deposuisse, an valeat attestatio.*

1 ET Non iurati, † Aduerte quòd testis debet astringi ad iuramentum, aliàs non ualet eius depositio, ut in d. l. iusiurandi, & d. c. nuper. de testib. Quid autem si notarius scribat apud acta talis iuratus, an per illa uerba narratiua probabitur de ipso iuramento, dic ut dixi supra circa
2 formam iuramenti testium. in glo. 1. † Sed quid dices, si in instrumento obligationis cautum sit expressè quòd si casus contigerit testes produci, quòd eisdem testibus credatur sine iuramento, an ualeat talis conuentio seu iuramenti remissio? uidetur quòd non. arg. auth. principales §. sed quia ueremur. C. de iur. cal. glo. in c. tuis. & in c. fraternitatis, extra de testi. tenet quòd sic, quam opi. ibi sequitur Hostien. Io. An. & idem tenet glo. & Doc. in l. iusiurandum. C. de testi. Spe. autem in d. tit. de teste. §. sequitur de testium iuramento, dicit quod prædicta opinio procedit quando talis remissio fit cum licentia & auctoritate iudicis, sed prior opi. est uerior. Et fit ratio, quia potest pars allegare se stare simplici dicto sui aduersarij. ut in ca. quintauallis. extra de iureiur. & in l. delata. & in l. cum proponas. C. de iureiu. & in l. fi. C. de fidei. ergo multomagis simplici dicto testis.
3 † Non ob. d. §. sed quia ueremur. quia loquitur ibi in iuramento calumniæ indicto ad comprimendas lites propter publicam utilitatem, ut not. per glo. in c. ueniens, el 2. in fi.
4 extra de testi. † Quid autem si testis deposuit sine iura-
* mento, * vel forte non reperitur scriptura iuramenti, unde postea iurat se tulisse testimonium secundum puram ueritatem, an ex hoc confirmabitur eius testimonium? quidã dicunt quòd non, ut refert Cyn. d. l. iusiurandum, ubi hoc probatur in tex. ibi ſ priusquam perhibeant &c. ʒ Ad quod facit quod in simili dicitur de iussu & mandato, ut l. si quis mihi bona. §. iussum, ff. de acq. hær. & in c. 1. extra de reb. ec. non alie. & per Dy. in c. ratum, de re. iur. lib. 6. & hanc puto ueram. Alij autem contradicunt & malè, quos refert Spe. in d. §. sequitur. Sunt tamen quædam personæ quæ excusant iurare, ut episcopus, ut in auth. sed iudex. C. de epi. & cler. aliæ quibus mittitur iuramentum ad domum nec compelluntur ad iudicem venire, ut l. ad egregias. ff. de iureiur.

ADDITIONES.

* Non iurati. Adde, quo casu probent testes non iurati, & uide Neuiz. consi. 34. nu. 35. Catel. uersi. testes non iurati, Mising. cen. 3. obser. 80. ad dicta autem Pap. hic, num. 2. Adde Ias. in l. 1. nu. 12. & seq. ff. de Fer. & quæ habẽtur supra for. lib. act. real. uer. summariè. nu. 8. per Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. col. 1. & 2. ff. de iureiur. Masuer.

* Sine iuramento, Adde Abb. in c. de testibus, Fel. in c. fraternitatis. de testib. Mising. cent. 4. obser. 77. cent. 3. obser. 80. Fel. in c. tuis. col. 2. de testib.

* L. ad egregias, Adde Rom. sing. 172. 173. 789. Fel. & doc. in c. si qui testium. de testi. & quando mittitur domum pro iuramento, vel. respons. cuius expẽ. mitti debeat, uide Capel. Tolos. q. 100. 273. 354. doc. d. ca. si qui testium. de testi. Capic. decis. 90. num. 7. Dec. in c. sedes. nume. 7. de rescrip. Doc. in l. 1. ff. de off. eius. quibus in locis tractant materiam d. l. ad egregias, & ibi etiam ponunt fall. ad reg. l. 3. §. sabino, vbi glo. ff. de testi. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Testis quis non potest esse, aut iudex in facto proprio.*

2 Ven-

2 *Venditor quando possit esse testis emptoris.*
3 *Legatarius pro hærede testis esse potest.*
4 *Debitor quando creditoris possit esse testis.*
5 *Fideiussor quando possit esse testis debitoris.*
6 *Testis in re communi, vel universitatis, quando quis possit esse.*
7 *Dicto portatoris vini an stetur, si negetur vinum portatum fuisse.*

1 IN Facto eorum proprio † Isti meritò sunt repellen-
di, quia multùm absonum est, quòd quis sit iudex & te
stis in facto proprio, sic enim confunderetur cursus Iusti-
tiæ, ut 4.q.3.c.nullus.& in c.insuper.extra de testi.& l. om-
nibus.C.de testi.& l. nullus ff.eo.titu. nisi hoc fieret de ex-
presso consensu alterius partis, ar.in l.fi.C.de fide.& l. dela
2 ta.C.de iureiur.cum si. † Sed circa hoc quæritur, an ven-
ditor possit esse testis pro emptore? uidetur quòd sic,
3 † quemadmodum dicimus de legatario, qui potest esse te
stis pro hærede, ut Inst.de testa.§. legatarijs, & l. qui testa-
menta, in prin.ff.de testa.& l.dictantibus.C.eo. Veritas est
esse distinguendum secundum glo.in d.l.omnibus.& l. nul
lus, & ibi per Doc.quòd aut uenditor est obligatus de eui-
ctione emptori de re ipsa super qua quæstio agitur, ut cõ-
muniter fit instrumentis, & tunc non possit esse testis: aut
non est obligatus, ut quia pactum fecit speciale, ne de eui
ctione teneatur, ut aliquando fit, de quo traditur in l.em-
ptorem, in princip. ff.de ac. emp. & tunc possit esse testis.
4 † Et eodem modo distinguitur in debitore, si causa mota
sit contra creditorem de pignore, ut dicit Spec. in d.tit.de
teste, uersi.quid de uenditione, quam opi.sequitur Inno.in
5 c.quoniam aliqua.extra de testi. † Quid autem in fideius-
sore dicemus, an poterit esse testis debitoris? Spec.& qui-
dam alij ubi supra, distinguunt, aut debitor est soluendo,
& tunc admittitur, aliàs non.ar.in l.itaque.in fin. ff. de fur.
& l.si cui.§.fin.ff.de leg.1.& l.1.§.penul. ff.quando app. sit.
6 † Vltra ª quæritur, quid si de re communi sit quæstio, an
a ille qui partem in ea habet, uel dominium, poterit esse te-
stis? uidetur quòd non, quia quod commune est meum est,
ut l.serui electione, in fi.cum si.ff.de leg.1. Breuiter colli-
gendo simul omnia distingue sic, aut est res communis ali-
cuius uniuersitatis uel collegi, aut plurium sing. persona-
rum. Primo casu considera, aut est simplex quæstio de ali
quo gesto facto, uel ordinato in uniuersitate, uel colle-
gio; aut de alio facto extra collegium. Primo casu quili
✠ bet de collegio, uel uniuersitate * est idoneus testis, ne pe-
reat facultas probationis, ut traditur per exemplum de
electionibus, & similibus actibus qui fieri solent secrete
in collegijs, ut probatur in c.ueniens, extra de testi. & in l.
consensu.C.de repu. In alio autem casu cum quæstio est de
actu gesto extra collegium, subdistingue, aut ex eo resul-
tat commodum uel incommodum singulariter singulis, &
tunc nullus eorum sit idoneus testis per regulam d. l.om-
nibus, Aut non resultat tale commodum singulariter sin-
gulis, & tunc quilibet erit idoneus testis, ut plene tradi-
tur & habetur in c.insuper, & in ca.cum nuncius, & ibi per
Io.An. extra de testi.quam etiam opi.firmant Bar. & Doc.
in l.in tantum.§.uniuersitatis.ff.de re.diu.ubi uide, & per
Specu.in d.titu.de teste in prin. uersi.sed nunquid in causa
uniuersitatis, & per Iac.de Bel.in Auth.de mona.§.1.coll.1.
Secundo casu principali quando res est communis pluriũ
ut singularium personarum, distingue prout nota.Iac.But.
in d.l.omnibus, aut sunt socij omnium bonorum, aut ipsius
rei tantum, de qua est quæstio, aut res ipsa est incidenter
communis sine societate. Primo enim casu omnes repel-
luntur, quia commodum est ad ipsos omnes peruẽturum,
& eadem ratione repelluntur in casu secundo. argu.l. 1.§.
in proprio.ff.quando app.sit. Tertio casu subdistingue, aut
res ipsa est indiuidua, & tũc nullus est idoneus testis, quia
sperat consequi commodum, argu.in l. si communem. ff.
quemad.ser.ami. aut res est diuidua, & tunc quia uictoria
unius non prodest alteri, quilibet eorum poterit pro alte-
ro esse testis, arg.in l.1.§.quinimmo.ff.si pars hær. pe. Vbi
autem esset utriusque eadem causa defensionis, uel similis
esset communis, tunc non esset alter pro altero idoneus te
stis, ar.d.reg.l.omnibus.& facit l.si quis separatim.§.1.ff.de
ap.& no. per Innoc.in cap. quoniam aliqua, extra de testi.
7 † Deinde quæro de eo quod quotidie est in vsu. Ecce q
brentator, uel portator vini detulit ad tuam domũ ex par
te mei quantitatem vini: vel grani tibi venditi, tu recusan
do preciũ soluere, dicis quod non recepisti granum, uel vi
num, ego autem volo producere in testes eos qui tibi & in
domo tua illud detulerunt, quæritur an sint in hoc testes
idonei, & sufficientes? ego reperio q Bar. in l.deferre. ff.
iu.fis.determinat quod non, quia ipsi tractant de se exone-
rando ab obligatione, quia mihi tenebantur ex mandato,
& per hoc essent testes in facto proprio contra d.reg.l. om
nibus. Ego credo considerandum, an sint tales personæ
quæ uiuant huiusmodi arte portaturæ, & tũc dicerem eos
admitti & plenam fidem facere exemplo legatariorum, ut
Insti.de testa.§.legatarijs, & l. dictantibus, cum si. supra all.
aut sunt alij nõ instituti ad tale officium, sed casu deputati &
electi, & tunc puto q faciunt semiplenam probationem,
exemplo proxenetæ, de quo supra dictum est.

ADDITIONES.

✠ Vel vniuersitate, Adde, quòd testes integri non sunt sin-
guli de vniuersitate in causa vniuersitatis, teste Alex.cons.
43.num.23.lib.4.Rip.respon. 114.nume.5. Rol. Casalen.
Senatus Præside dignis.consi. 72. per totum.libro 2. post
Ias.in l.2.§.patronum.nu.7.ff.de in ius.voc.ubi ponit quin
que limit.ad reg. affirmatiuam, de qua ibi, quòd illi qui
sunt de uniuersitate possint esse testes in causa uniuersita-
tis. Masuer.
a Vltra quæritur. Adde quod not.per d. Bart. in l.in tantũ.
§.uniuersitatis.ff.de re.di.& ibi Bal.& Bart.in l.sed si hac §.
qui manumittitur. ff. de in ius uoc. Bald. in l. si municeps
ff.quod cuiusq; uni.nom.per Guil.plenè in d. §. uniuersita
tis, Bald.in l.parentes. C.de test.& quando testes de uniuer
sitate possunt testificari, ultra prædicta uide per Alex. in
consi.68.colum.2.& in consi.186.colum.5. uersi. vlterius
non obstat, & consi.174.col.2.in fi.in 2.uol.& per eundem
satis eleganter in consi.99.colu.4.in fi. & colum. seq.in 5.
uol.Cur.

SVMMARIVM.

1 *Testis tenetur reddere rationem & causam concludentem sui dicti, aliàs non tenet eius depositio. & nu.4.*
2 *Testis de his quæ sunt facti & non iuris, deponere debet.*
3 *Causam nullam exprimere, uel impertinentem & iniustam, paria sunt.*

1 REDDVNT Rationem nec causam. † Ra-
tio & causa idem sunt quantum ad propo-
2 situm ª pertinet, quæ quidem ratio & cau
sa in teste est specialiter attendenda; quia
ratio est illa quæ limitat, & cõstringit eius
vniuersum, testimonium, & in tantum
quòd magis attenditur ratio, quàm dictum; ut plenè not.
per Doct.in l.solam. C.de testibus & per gloss.in l.cum hi. §.
nihil.ff.de transact. & in cap. cum causam, extra de testib.
vnde si testis interrogatus, quid scit de contentis in capitu
lis, & respondeat, { vera esse contenta } & interrogatus
quomodo & qualiter scit, dicat { quia sic audiui dici à
pluribus personis, } certè ista ratio confundit, & annul-
lat dictum præcedens, quando dixit { uera esse. } ut not.
in l.testium. C.de testibus, & habetur in cap. licèt ex qua-
dam, extra de testib.cum simi.ubi autem testis non inter-
rogaretur de causa, valet dictum eius regulariter, ut d.l.so
lam, cum ibi nota.quia non debet esse verbosus in expres-
sione alicuius, causæ nisi interrogetur, secundùm Docto.&
not.

not. in c.sicut nobis, extra de re iudi. nisi dictum eius esset potius iuris, quam facti; quia tunc etiam sine alia interrogatione tenetur causam exprimere, uerbi gratia si deponat simpliciter, quòd Titius est dominus talis fundi, certe hoc non sufficit, sed debet adijcere à quo habuit, & ex qua causa tale dominium, uel saltem dicere, quòd uidit ipsum gerere & gaudere pro domino longo uel longissimo tempore, arg.l. Titia.ff.de sol.& l. 2.ff.de acquir. poss. & l.si quis emptioni.C.de præscrip.30. anno. & ita determinat Spec. in d. titu. de testibus §.nunc videndum, & Inno.
2 in d.ca.cum causam. Et est ratio secundùm eum, † quia ad officium testis pertinet deponere super his solùm quæ sunt facti, non autem iuris: unde cùm dominium sit quid iuris, ad eum non pertinet iudicare talem esse dominum, sed dicere illos actus qui sunt facti, per quos iudex possit comprehendere, an fuerit dominus uel quasi dominus, & an utiliter uel directo, faciunt quæ nota.per glo. & Barto.
3 in l.stipulatio ista.§.hi quoque. ff.de uerbor. obliga. † Et nota. quòd paria sunt nullam causam exprimere vel impertinentem & iniustam, ut habetur in cap. præterea, extra de
4 testi.argu.in cap.1. extra de transac. † debet enim causa esse talis, quæ de necessitate concludat dictum esse uerum, alioquin testimonium esset nullum, argu.l.non hoc.C.vnde cogna.& l.neque natales. C.de proba.& not. per Bart. in l.si per aliũ.§. docere.ff. ne quis eũ qui in ius voc. est. dictũ aũt testis trahit, & reducit ad eius rõnem, quia ipsa rõ est illa q̃ regulat & informat ipsum dictũ, arg.in l.hęc actio.ff.de calũnia.& no.in l.cũtale.§.legato falsam cau.ff. de cond.& demonst. facit in Auth. de testib. §.& licet, ibi { & causam testimonij &c.} & quod habetur in l. Aurelio. §.Sticho.ff.de liber.lega.vnde dici solet, quòd causa cessante, cessat etiam dictum, ut in l.quod dictum.ff.de pac. & l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.ubi autem testis interrogaretur super aliquo capitulo generali, & generaliter responde. et non interrogatus specialiter de causis, & circunstantiis, ualeret dictum eius, ut not. per Bartol.in l. 1. §. diuus.ff.de quæstio.de his autem seu alijs ad rationem seu causam testis pertinentibus, unde quod not.in d.c.cum causam, & Specu.in titu.de teste. Nunc autem est uidendum, qualiter in testium examinatione sit procedendum.

ADDITIO.

a Ad propositum. Ad materiam quando testis teneatur reddere rationem dicti sui, uide per Alexan. & quæ ibi posui in l. 1.ff.si cert.Pet.Panormi.in cap. quoties, de testib. Bal.in l.conuenticulam.C.de episc.& cleric.& aliqua posui in l.cum hi.§. vult igitur.ff.de transac.& in l.fi.ff.de offi. proc. Cæsa.& vide in dictis locis Iacob.

S V M M A R I V M.

1 *Testes non recipiuntur publicatis attestationibus, sup eisdem capitulis.*
2 *Testes ijdem an recipiantur super eisdem capitulis, post publicationem in noua instantia.*
3 *Testes an & quando possint recipi post publicationem super eisdem capitulis.*
4 *Ius canonicum & ciuile discrepant, quò ad testium receptionem in noua instantia post publicationem & in foro suo quodlibet est seruandum.*
5 *Testes an possint admitti super nouis capitulis in causa appellationis.*
6 *Capitula noua quæ dicantur, & quæ uetera.*
7 *Testes quare de iure ciuili post publicationem in causa appellationis non recipiantur.*
8 *Exempla per quæ cognoscitur, quæ sint noua capitula ex veteribus originem trahentia.*
9 *Testibus simpliciter productis & publicatis in causa principali præscriptionis, an in eadem instantia possint testes de nouo produci, ad probandum de præscriptionis titulo.*
10 *Testes licet producti sint super capitulis possessionis, possunt super titulo de nouo produci.*
11 *Testis non exprimens vel obscurè exprimens causam in ea. instan. non potest repeti ad instantiam partis, sed ex iudicis officio.*
12 *Testes publicati in una causa quando in alia fidem faciant.*
13 *Probationes receptæ in iudicio summario, an fidem faciant in plenario.*
14 *Testes quot numero pars vult, an produci possunt.*
15 *Dilatio una uel plures ad producendum testes quando intelligatur.*
16 *Terminus datus à iudice ad probandum si testes iurarent sed examinati non fuerunt, non producenti imputatur.*
17 *Testis iuratus in termino, quando possit post terminum examinari, & num.18*
19 *Testis examinatus in termino an possit post terminum publicari.*
20 *Testium publicatio, magis ad iudicem, quàm ad partem pertinet.*



1 VNTQVE Publicatis iam testibus aliàs recepti, † Qua forma fiet publicatio testiũ, dictum est supra de forma publicationis testium. Quis autem sit publicationis effectus, est videndum. Est ergo sciendum, quod regulariter post publicationem testium non recipiuntur nec admittuntur alij, nec ijdem testes super eisdem capitulis super quibus fuerunt recepti; & examinati, sed super alijs capitulis prioribus directo contrarijs bene admittuntur, ut * hęc omnia probantur * in l per hanc. C.de temp.appel. & in §.si uerò.in auth.de testi.& in c.intimauit. & in c.fraternitatis, extra de testi.cum si. & per Spec.in tit.de teste.§. satis utiliter. & per Cyn.in auth.at qui semel. C. de proba. hoc si producuntur in eadem instantia. Et ratio huius pro
2 hibitionis est timor subornationis. † An autem admittantur post publicationem in noua instantia, puta in causa appellationis super eisdem capitulis, est differẽtia magna inter ius canonicum & ciuile, nam de iure canonico non admittitur propter eandem rationem, cum ita duret timor subornationis in causa appellationis, sicut in causa principali, ut determinatur in d.c.fraternitatis, & in cle. testibus, de testi.sed de iure ciuili bene admittuntur, propter diuersitatem instantiarum, & quia minus malum est eos admittere, ut ueritas pateat, quàm repellendo eos ueritas suffocetur, secundùm Doct. ut plenè traditur in d. l. per hanc. Fallit autem in certis casibus, quos enumerat Spe.in tit. de
3 teste.§.satis utiliter.ubi uide. † Vt tamen præmissorum latior habeatur instructio, distingue, cum quæritur, an publicatis testibus super eisdẽ capitulis possint testes iterum recipi, aut quis vult testes repetere uel producere super eisdem capitulis in eadem instantia, aut in alia. Primo casu aut fuerunt istæ attestationes publicatæ minus solenniter & contra ius, & per consequens non ualent, quòd quidem potest uarijs modis contingere, uel quia fuerunt publicatæ lite non contest. regulariter, uel parte absente non citata, uel ab eo qui non habebat super eo potestatem, & tunc admittuntur testes post talem inutilem publicationem, ut habetur, & not.in c.cum causam, extra de testi.& ibi not.per Io.An.& per eundem plenius in d.c. fraternitatis, & per gloss.in d.cle.testibus, extra de testi. Et ratio est, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.ut in regula non præstat.de regu.iur. lib. 6.quamquam, quod est notandum, huiusmodi inutiles attestationes possint de partium cõsensu tacito, uel expresso confirmari, ut determinat Inno.& Ioan.An.in d. c. cum causam.extra de testi.aut fuerunt ritè & rectè publicatæ, & tunc aut ipsæ attestationes sunt deperditæ, uel quia non reperiuntur apud iudicem, nec notarium causæ, nec partem, & tunc poterunt testes iterum de nouo produci. ut in ca. fi.extra de proba.& not.in d.clem.testibus. Aut non sunt deperditæ, & tunc aut agitur de falsitate priorum testium, & tunc in odium falsitatis, & fauorem veritatis, admittuntur alij testes, post priorem publicationem, ut probatur in c.licet.extra de proba.& in c. series.& c.cum in tua. extra de testi. Et per Cyn.in l.si quis testibus.C.de testi. Aut non agitur

agitur de falsitate priori, & tunc aut est causa matrimonialis, & tunc fauore matrimonij admittuntur testes post publicationem, ut traditur in d.c.series. & ibi per Inno. & alios doc. Aut est alia causa. & tunc aut princeps hoc indulsit per rescriptum ex certa scientia non obstante tali lege, & tunc poterunt produci, iuxta doctr. l. fi. C. si contra ius uel vtili. publi. & in l. quoties. C. de prec. impe. offe. Idē si iudex hoc admisit per eius interlocutoriam, à qua non fuit prouocatum, ar. eorum quæ not. per Dyn. in regula, in dultum, de reg. iur. lib. 6. & per Cyn. in l. iudices. C. de iudi. & per Bar. in l. 2. ff. de re iud. aut nec iudex hoc admisit, & tunc stat firma regula, quòd in eadem instantia non possunt post publicationem testes ulterius recipi super eisdē capitulis, uel eis directò cōtrarijs. ut in d. §. si uerò, in auth. de testib. & auth. at qui semel, cum si. ibi nota. C. de probat. Secundo casu principali, quando quis vult testes producere post publicationem in alia instantia, tunc diligenter cōsidera, aut enim hæc noua alia instantia est coniuncta primæ, vt quasi censeatur esse eadem cum prima, ut est causa appellationis. vt not. per Glo. & Doc. in l. ita demum. C. de procu. & tunc secundùm iura ciuilia possunt testes super eisdem capitulis produci. ut in d. l. per hanc. cum ibi not. sed secundùm iura canonica nequaquam. ut in c. fraterni-
4 tatis. & d. cle. testibus. † Cum igitur hæc iura sint sibi inuicē repugnantia, seruabunt canonistæ ius suum in foro suo. ar. eorum quæ no. in c. fi. extra de præscri. & in c. 1. ext. de no. ope. nun. Aut hæc noua instantia est diuersa à prima & principali, & tunc aut ipsa noua causa tendit ad eundem finem ad quem tendebat prima, uel est idem modus agendi in utraque, & tunc non poterunt testes super eisdem capitulis de nouo produci, ut in l. si quis cum totum. in fi. & l. cū quæritur. cum l. seq. ff. de exce. rei iud. & quasi per totum. & l. si mater. §. eadem, eod. tit. Aut noua tendit ad alium finem, uel est in ea diuersus modus agendi ab ipsa prima, & tunc aut producere uolens uel agens ueniret ex hoc directò contra primam sententiam in priori iudicio latam, & tunc non possunt testes produci super eisdem capitulis, ut probatur in 4. lect. l. Iulianus uerum debitorem. ff. de cond. inde. aut non uenit directò contra priorem sententiam, & tunc poterunt testes admitti. ut in 2. & 3. lect. d. l. Iul. & ibi plene per Bar. ad qđ facit c. ueniēs, & c. cū in tua. ext. de testib. & per eundem not. in l. 1. §. hoc edicto. ff. ui bon. rap.
5 † Super nouis autem capitulis & articulis an admittantur testes de iure ciuili in causa appellationis, quia regula est, non probatum probabo &c. vt d. l. per hanc. sub iudice lis est. Nam Doctor. iuris ciuilis dicunt quòd non d. l. per hanc. de iure autem canonico dicitur contrarium in c. fra-
6 ternitatis. de testi. † Sed hic est multum aduertendum, quæ dicātur noua capitula, & quæ dicātur uetera capitula, quo declarato patebit, q́ iura canonica, & ciuilia, quæ uidentur inuicem repugnāre, conuenient simul & consonabunt. itaque scire debes, quòd iura ciuilia appellant noua capitula illa, quæ differunt à prioribus re & substantia, ut uerbi gratia, si actor petijt in causa principali bouem, & super boue capitula formauit, deinde in causa appellationis format & producit capitula super asino, & si. certe non auditur. Et ut generaliter omnia exempla quæ tradi possent, sub quadam regula concludantur, dicendum est secundùm Iac. de Beluis. ut refert Cyn. in d. l. per hanc. quòd secundùm ius ciuile illud uocatur nouum capitulum, quod ita se habet ad antiquum, quòd si ad illud ageretur in nouo iudicio rei iudicatæ, non obstaret exceptio. Sed secundùm iura canonica illud appellatur nouum capitulum, quod dependet ab antiquo & ortum trahit ab eo de quo statim exempla subijciam, & super tali capitulo utroque iure tam ciuili quàm canonico tales testes admittuntur in causa appellationis, unde æquiuocatio est in uoca-
7 bulo, & non in dispositio. † Quærendum est ergo, quæ sit ratio iuris ciuilis sumpto significato suo circa nouum capitulum. Respondeo secundum eundem Iacob. quia lex uoluit consulere per appellationem in illis casibus, in quibus non erat consultum per alium modum agendi, obstante sibi exceptione rei iudicatæ: at ubi non obstat exceptio rei iudicatæ, uoluit id in alio principali iudicio reseruare, ideoq; super tali nouo capitulo, q̄a in alio nouo iudicio potest intentari sine metu exceptionis rei iudicatæ, recusauit probationes & testes admittere in causa appellationis. ubi ergo obstare haberet rei iudicatæ exceptio in nouo iudicio, tunc admittitur testium receptio in causa appellationis vtroque iure, tam ciuili quàm canonico, super nouo capitulo dependente ab antiquo; seu trahente origi-
8 nem ab eo. † Superest itaque inuestigare exempla, per quæ dignoscitur, quæ sint, seu appellentur noua capitula ex antiquis originem trahentia & descendentia, de quibus tetigit Specu. in d. § satis utiliter. uersiculo illud autem nota. &c. & Ioan. Andr. in d. cap. fraternitatis. quorum aliqua sub breuitate commemorare disposui, quia plurimi sunt carentes illis libris: & quia aliqua sunt exempla quæ ad reum referuntur, aliqua uerò ad actorem, ideo congruo ordine subijciam exempla, quæ ad reum referuntur. Primum erit exemptum tale, Ecce tu egisti contra me actione ex empto, petens rem tibi tradi per me uenditorem, ego autem excipiendo proposui me ad hoc non teneri, quia tu pretium rei mihi solue e recusasti, & finaliter fertur contra me sententia, à qua appello, & in causa appellationis dico uenditionem fuisse factam sub conditione, quæ impleta non fuit, potero formare capitulum sub hac conditione, & super eo testes producere, non obstante priori publicatione, & examinatione testium facta super uenditione; & tale capitulum appellabitur nouum capitulum descendens ab antiquo, super quo admittitur post publicationem testium examinatio de utroque iure, tam ciuili quàm canonico, ut probatur in cap. cum Ioannes. extra de fide instrum. Secundum est exemplum in reo, Ecce tutor datus se excusat à tutela dicens se gerere tres tutelas, quæritur an excusandus sit à quarta, fertur sententia cōtra eum, & appellat, & in causa appellationis format capitulum quòd gerit vnam tutelam ita implicitam, diffusam, & negociosam, quòd loco trium tutelarum reputari debet, ut l. tria, & in l. is qui res §. eum qui. ff. de excu. tuto. & certe super hoc capitulo poterunt in causa appellationis testes produci tanquam super nouo capitulo ex antiquo dependente, ut in superiori dictum est. Tertium subinfertur in reo exemplum, ut puta. Ecce egisti contra me dicens, quòd in minori tua ætate vendidisti mihi prædium sine decreto iudicis, & sic non tenuit alienatio. ego uero opposui, & capitula formaui, quòd tempore dictæ venditionis tu eras maior, & hoc non obstante fuit lata contra me sententia, & ab ea interposita appellatione, volo in ipsa appellatione probare quòd post maiorem ætatem ipsam ratam habuisti, & sic tenuit, ut l. fin. C. si ma. fa. ra. ven. habue. certè istud erit capitulum nouum dependens ab antiquo, ideo admittitur super eo probatio utroque iure inspecto. In actore autem subijciuntur exempla sequentia. Primum est. Ecce tu mihi obligasti fundum pro centum quæ tibi mutuaui, deinde eundem fundum alij obligasti, postea meam obligationem renouasti. Rursum egi contra possessorem pignorum ex obligatione nouata, & finaliter succubui in causa, quia ipsius possessoris obligatio præcedit ipsam nouationem, à qua sententia appellaui, & in appellatione uolo capitulare, & probare de priori obligatione mea præcedente ipsam nouationem, cuius respectu sum anterior ipso possessore, certè possum hoc facere, quia tale capitulum est nouum dependens ab antiquis, ut probatur in l. tertia, in princ. ff. qui potio in pignora. habean. Secundum exemplum est in actore. verbi gratia. Egi contra te aliqua actione, & in libello omisi petere te condemnari in expensis. Iudex autem causæ te condemnauit in sorte, de expensis autem nihil pronunciauit, tu autem appellasti à sen-

sententia, certè ego in hac causa appellationis potero expensas ipsas petere, & probationes inducere, cum hic articulus seu capitulum sit nouum descendens tamen à priori materia, ut probatur in l. fin. C. quando prouoca. non est neces.

Tertium subinfertur in actore exemplum. Pone ecclesia petijt decimas, reus autem opposuit se tutum ab earum solutione priuilegio speciali, & contra ecclesiam lata est sententia à qua appellauit, in qua appellatione vult probare, quòd contra priuilegium est præscriptum, certè debet audiri, cum tale sit nouum capitulum habens tamen à prioribus dependentiam, ut in c. accedentibus. extra de

9 priui. † Circa hoc autem exemplum occurrit tale dubium, an si in causa principali producti sunt testes super præscriptione simpliciter, & postea publicati, in eadem instantia poterunt testes de nouo produci ad probandum de titulo præscribentis? in qua quæstione uariæ sunt Docto. opin. ut refert Ioan. Andr. in dicto capit. fraternitatis. Finaliter & conclusiuè secundùm eum talis discordia potest diuisione iuuari, ut distinguatur sic. Aut quis primò formauit capitulum, seu articulum super præscriptione simpliciter, & absolutè, & tunc si super ea fuerunt testes examinati, & publicati, non auditur vlterius probare uolens de titulo. Et est rō, quia illud capitulū de titulo fuit in priori pscriptione inclusum & cōprehensum, qa ad præscriptionem perficiendam titulus requiritur, ut l. nullo. C. de rei uend. & in cap. si diligenti. extra de præscrip. & in ca. dudum extra de deci. ideoque cum semel admissus sit ad titulum probandum, istud nouum capitulum de titulo specialiter non esset nouum sed antiquum, & per consequens super eodem capitulo admitteretur ad probandum, quod omni iure est prohibitum, ut in dicto §. quia. in auth. de testi. Nec obstat quod supradictum est de conditione uenditioni adiecta, quæ probari potest in causa appellationis; quia secundum Innocen. licet conditio oriatur propter uenditionem, non tamen ex natura ipsius uenditionis conditio aliqua in uenditione comprehenditur seu concluditur, cùm infinitæ sint uenditiones, quæ fiunt purè, & sine ulla conditione; sed in præscriptione includitur titulus, quando est talis præscriptio quæ titulum requirit, de qua præsens est sermo, ut dictum est. Similiter non obstat quod superius dictum est, admitti probationes super ætate & pubertate, ut in dicto capit. in præsentia, de proba. quia secundùm Innocen. licet ætas insit professioni, & pubertas matrimonio, ut extra de regul. capit. primo & de desponsa. impub. capit. primo, libro sexto, tamen longe plus inest titulus præscriptioni, quàm ætas professioni, quod patet: nam admissus ad probandum professionem vel matrimonium non habet necesse probare ætatem nisi specialiter negetur; sed dato quod titulus non negetur, tamen qui allegat præscriptionem tenetur titulum

10 probare. † Aliquando quis solummodo capitula fecit, & testes induxit super possessione tantùm, & tunc auditur uolens super titulo testes producere de nouo, nam hæc sunt inter se separata titulus & possessio. ut patet ex diuersitate titulorum. ff. de acquiren. rer. dom. per totum. & ff. de acquiren. possess. per totum & ff. de vsucap. per totum. sicut sunt actus diuersi ad electionem, scrutinium, publicatio, & electio. ut extra de electio. in cap. quia pro-

11 pter. † Deinde circa materiam quæritur, si testis obscure loquutus est, vel si non expressit causam sui testimonij,

a an poterit in eadem instantia ita reperi, [a] ut declaret eius testimonium? dic breuiter quod ad partis instantiam

b non audiretur vlterius, sed iudex [b] ex officio ad sui informationem posset facere hanc repetitionem, ut habetur in cap. cum clamor. & in capit. cum tu. extra de testi. & not. Specu. in d. tit. de teste. in princip. uersi. item quòd testis

12 obscurè &c. & per Bart. in l. 2. §. item mutuum. in fin. ff. si

c cert. peta. † Proinde quæri solet, an testes [c] producti, & publicati in una causa faciant fidem in alia? vbi sic plenè distingue. Aut ambæ causæ sunt ciuiles, aut ambæ criminales, aut una ciuilis; & alia criminalis. Primo casu subdistingue, An testes fuerunt recepti, & publicati coram arbitrio, aut coram arbitratore, aut coram iudice ordinario, si coram arbitrio, tunc aut testes ipsi sunt mortui, & tunc plene probant, & fidem faciunt inter easdem personas coram quocunque iudice, & in quacunque alia causa: aut sunt uiuentes, & tunc est in electione eius contra quem producti sunt, uel stare prioribus depositionibus eorum, uel quòd iterum recipiantur, ut probatur, & habetur in l cum antea, in fi. C. de ar. in l. fi. C. de testi. & ca. præsentata. extra de testi. nisi partes ipsę specialiter in compromisso conuenissent stare ipsorum testimonijs in quacunque causa, & coram quocunque iudice; quia non fieret ipsorum uiuentium alia noua examinatio, ut d. l. fin. ibi { statutum sit, &c. } quod est multum notabile, & semper apponendum in compromissis, licet multi in hoc errent. Aut fuerunt recepti coram arbitratore, & tunc nullam fidem faciunt secundùm Inno. ut per eum nota. in c. cùm in tua. extra de testi. & idem firmat Iacob. But. ig. in l. fina. C. de testi. Si autem fuerunt recepti, & examinati coram iudice ordinario, vel delegato; tunc aut noua causa, quæ nunc agitur, est inter alias personas, & tunc nullam fidem faciunt inter alias personas per regulam & generalem. Res inter alios acta, in rubro & nigro. C. de res inter alios acta. Nam his demum prosunt & nocent probationes factæ in causa, quibus prodessent & nocerent sententiæ latæ, & econuerso, ut l. sed si possessori. in fi. cum l. seq. ff. de iureiu. & in c. inter dilectos § porrò, extra de fide instrum. Aut causa agitur inter easdem personas, & tunc regulariter ipsæ attestationes & probationes plenam fidem faciunt, ut l is apud quem. C. de eden. & ibi plenè per Cy. & in l. gesta. C. de re iudi. & plene per Barto. in l. cum lite mortua. ff. iudica. sol. & not. per Innocen. in d. cap. cum in tua. & in c. cum causam. extra de testi. Secundo casu principali, videlicet quando ambæ causæ sunt criminales, & tūc aut habent originem ex diuersis factis & delictis, & tunc non faciunt vllam fidem, ar. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. aut habent originem ex eodem facto, & tunc puto quòd fidem faciant inter easdem personas, ar. in l. 1. ff. arborum fur. cæsa. Tertio autem casu principali, videlicet quando una causa est ciuilis & alia criminalis, subdistingue secundùm Bar. ut plene not. per ipsum in l. 1. ff. ui bo. rap. Aut testes fuerunt prius producti in causa ciuili. Aut prius in causa criminali, si quidem fuerunt prius producti in causa ciuili, tunc aut fuerunt producti per reum ad absolutionem, & tunc fidem faciunt in sequenti causa criminali. ut l. 1. & l. si præses. C. de plagi. Aut fuerunt producti per actorem ad condemnationem, & tunc aut fuerunt producti principaliter super delicto, & tunc non faciunt plenam fidem in causa criminali, ut nota. per gloss. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam un. vi. & probatur in l. tertia, §. idem diuus ff. de testi. ibi { Testibus & testimonijs, &c. } cuius ratio est, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, ut l. sicut C. de proba. tamen faciunt aliquod adminiculum, arg. l. quæro. in fin. ff. ædili. edict. l. capite quinto. ff. de adulte. Aut ipsi testes fuerunt producti super aliquo adminiculo ad ipsum crimen, puta super rei dominio uel alio simili, & tunc faciunt fidem in criminali causa, non super crimine principaliter, sed super illo adminiculo tantum, ut dicta l. prima, & l. præses. C. de plag. Secundo autem casu, quando econuerso factæ sunt primò probationes, seu producti testes in causa criminali, an fidem faciant in ciuili, Distingue, aut agitur causa inter easdem personas, & faciunt fidem, ut l. is apud quem, cum sua materia. C. de eden. & dicta l. cum antea, circa finem. C. de arbitr. Aut agitur inter alias personas, & tunc aut sententia faceret præiudicum inter eas, & faciunt fidem, aliàs non. argu. d.

gu.d.l.sed & si possessori.in fi.ff.de iureiur.& in c. inter dilectos.§.porro.extra de fid.instr.& hoc sequitur Innoc. in d.c. cum causam. Quæ autem superius dicta sunt, procedunt quando testes fuerunt recepti in iudicio plenario.
13 † An autem recepti in iudicio summario, fidem faciant in plenario? Dixerunt quidam quòd aut testes uel probationes fuerunt receptæ ante litem contesta. uel post super aliqua exceptione dilatoria, & tunc non faciunt fidem in iudicio plenario.arg. in c. ueniens, extra de testi. & quod not.Innoc.in c.constitutus.extra de ordin.cogni. Aut fuerunt producti super aliqua exceptione perēptoria, & tunc faciunt fidem in plenario iudicio secundùm not. per Inn. in cap.super spoliatione. extra de ord. cog. Alij distingūt, aut sententia lata in summario noceret in plenario iudicio,& tunc obsunt & nocent attestationes & cæteræ probationes. aut sententia nō noceret,& tunc nec testes nec probationes nocebunt,ut in d.c.inter dilectos §.porrò. & ar. eorum quę no.in l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iud. & l.fi.ff.de his qui sunt sui uel alie.iuris,de quo nota. Bart.
14 in l.1.ff.vi bo.rap. † Vlterius d quæritur, an liceat partibus producere testes quot numero uelit? dic quòd non, sed iudex ex officio suo refrenabit & taxabit numerum testium,ita quòd non excedatur numerus,40.testium.ut traditur in c.significauit.cum seq.extra de testi. Et si iudex cognouerit esse producentis intentionem fundatam ex paucioribus, tunc adhuc eundem numerum refrenabit, ut l.j. in fine ff.de testi. & in cap.causam quæ,il.j. de testib. & extra de offic.deleg.in c.cum te.de quo not.Specula.in titul. de teste.§. restat uidere de numero testium &c. per Innoc. in d.c.causam quæ,lo primo,extra de testi.Rursum quæritur,an data vna dilatione ad testes producendos,uel facta vna testium productione & examinatione,ante eorum publicationes liceat super eisdem articulis alios testes p. oducere? dic breuiter quòd sic usque ad tertiam uicem. ultra tertiam uerò productionem non licet, nec est aliquis audiendus, ut infinitas euitetur; nisi fortasse ex causa iustissima,& præstito per producentem iuramento, ut traditur in c.vltra tertiam.extra de testi & in auth.qui semel.C. de testi.& in §.si uerò.in Auth.de testi.& no.per Inno. & Io.
15 An. in cap.in causis. extra de testi. † Sed in hoc occurrit magna dubitatio, quomodo debet intelligi vna dilatio, vel vna productio, & sic secunda, uel tertia. Dicunt quidam,productio intelligitur vna,uel plures hoc modo, dabit enim iudex vnam dilationem plurium dierum,puta 5. vel 10.intra quam prima uel secunda die pars producet & exhibebit coram iudice duos uel tres testes dicendo,domine iudex hos testes vobis exhibeo & produco examinandos pro prima vice, deinde quarta uel quinta die producet totidem uel plures aut pauciores, & dicet domine iudex, ecce alios testes quos uobis exhibeo & produco pro secunda uice. & idem facit alia uice.&c.& sic erit vna dilatio tantum infra quam fiunt plures productiones, & hoc modo debet intelligi secundùm eos d.c. vltra tertiā, cum si. Alia est opi.quam approbauit inueterata consuetudo, quòd plures dilationes dentur ad testes producendos;quarum vna sit 10.dierum. alia. 15. & plurium & pauciorum prout iudici uidebitur, ita quòd in qualibet dilatione p se sumpta liceat parti testes pducere singulis diebus,& sic facere plures productiones in pluribus.dilationibus,& hoc modo dicunt debere intelligi iura præallega. quorū opi. approbauit consuetudo,& Inn.in d.c. in causis. & in c. vltra tertiam.& sic de facto seruatur secundùm Spec.in d.ti.
16 de.teste §.qualiter. † Quid autem dices in dilatione data ad probandum quòd testes iurauerunt in termino, sed non e fuerunt examinati, e an imputabitur parti producenti q non satisfecit termino? videtur quòd sic, quia uerba debent intelligi cum effectu,vt l.1.§.hæc uerba.ff. quod quisque iur.& in l.pe.§.docere.ff.ne quis in ius vo.Spe.autem in d.§.qualiter uer.his quoque tenet contrarium,ad quod facit l.pe. C. de testi.Idem tenet Iac.Bu.in l.si quando. C. de testib. quia depositio testis trahitur ad tempus iuramenti, ut d. l. si quando,sicut nominatio hæredis facta post testamentum trahitur ad tempus testamenti,ut d.l. asse toto. ff.de hære.instit.ad quod facit l.institutio talis.ff.de condi. insti. & l. si ita scripsero.ff. de conditio. & dem. cum sim. Idem sentit Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infect.Alij autem sunt qui distinguunt.aut est terminus datus ad producendum, & tunc sufficit iurasse in termino: aut ad probandum,& tunc etiam debent deposuisse infra terminum. & in hanc partem inclinare uidetur idem Bar.in d.§.Sabini.Decretalistæ uerò,quorum opin.sequitur cōmunis practica, distinguunt sic. Aut est datus communis terminus ad probandum simpliciter,& tunc sufficit iurare in termino:aut est datus ad probandum & probatum habendum, & tunc debent etiam deposuisse,ut plene no. Spec.in ti. de dila.§.1.uer. quid si. Ex quibus patet determinatio quæst.
f quotidianæ, quòd si testis iurauerit f die iuridica, & deposuit die feriata, q ualet eius testimonium. quod etiam sequitur Iac.Butr.in d.l.si quando.& Spe.in tit.de feriis.§.
17 sequitur.ver.quid si. † Amplius quæritur, pone q datus sit terminus à iudice uel à statuto probatum habendi, &
g iurauerunt g testes infra terminū nec deposuerunt, pars autem producens dixit se excusatam, quia fecit quod potuit,& requirit finita dilatione eos examinari,quæritur an debeat audiri? Iac.But.tenuit quòd sic,quia examinatio testium pertinet ad iudicem,& nō ad partem.vt in d.l. si quādo.sed Bar.in d.§.Sabini.dicit quòd non sufficit ad plenam excusationem fecisse iurari, sed debet pars sæpius iudici protestari de examinatione ipsorum; sicut in simili dicitur de petitione apostolorum,ut in l.eos,in fi.cum si.C. de appel.quia officialis non præsumitur esse in negligentia,nisi de hoc sibi fiat protestatio,argu. l.1.C.de his qui per me.
18 iudi.non app.& l.3.C.de succe.& archa.lib.11. † vnde cōsilium est,q præstito testibus iuramento pars statim, & die sequenti petat à iudice eos examinari infra terminum,pro quo faciunt not.in c.quoniam contra falsam. extra de proba.& in c.pia,de excep.Et si forte testes ipsi recusarent deponere absque rationabili excusatione,imputaretur iudici qui eos mulcta indicta cogere debuit,arg. in l. locum.
19 C.de tabu.exhi.& in l.j.ff.de magi.conuenien.cum si. † Postremò quæritur de quæstione,quam habui de facto. Pone quòd in termino peremptorio probatum habendi testes fuerunt examinati, sed non fuerunt publicati, an tenebit publicatio facta post terminum.& an iudex teneatur ipsos publicare?dic quòd iudex debet eos publicare,& publicatio tenet & ualet.Ratio est,quia talis publicatio nō est probatio,sed rei probatæ declaratio. Ideoque ad tempus & terminum dilationis probatoriæ reducitur, ut in eo facta publicatio censeatur, sicut de examinatione testis quæ ad tempus iuramenti reducitur,ut superius dictum est, argu. ad hoc in l.hæredes palam.§.sed & si nota,uersi. si quid. ff. de testa.& in l.adeo.§.cum quis,circa finem ff.de aquir.re.
20 do.cum si. Talis enim publicatio magis pertinet ad iudi-
h cem,quàm ad partem. h Ideo pars excusata est,si solicitauit fieri publicationem,aliàs secus, cum ad instantiam par
* tis fienda est publicatio, * non ex mero officio,vt aliàs dixi,& hanc partem tenet Spec.in tit.de dila. uer. sed quid si infra,& Barto.in d.§.Sabini,quod no. & esto solicitus, nā vt inquit Seneca ad Lucillū, nihil est quòd non expugnet pertinax opera & intenta ac diligens cura &c.

ADDITIONES.

* Publicatio, Adde Matthes. sing.38.
* In l.per hanc. Adde,quòd publicatis testibus in causa principali,& illis didicitis, non licet in causa appellationis testes super antiquis capitulis producere, & examinare, secundum magis communem,per Rol.consil.45.nu.3. n.11 14. 20, lib.2. quam concl. dicit procedere iure ciuili, pe

L tex.

tex.in §.quia uerò. In auc.de testi. Alex.consi.61.nu.9.li.2. consi.183.col.3.lib 6.Rip. in l. is apud quem. nu.43. C. de eden.vbi quòd dispositio clem.2. de testi.seruatur in Ducatu,& Delphinatu,qui Rol.d.con.nu.14.dicit,quòd opi. Bar.in d.l per hanc,seruatur in prac. de qua uide quæ scribit Mising.Cent.1.obser.41.ubi inter alia dicit d. clem. 2. in foro ciuili locum non habere,ex Bal.in d.l. per hanc,secundum quem dicit fuisse iudicatum in Imperiali camera, & sic,in casu suo,admissa grauamina eadem cum articulis primæ instantiæ ad probandum, concl. autem quòd testes producti in vna causa impediunt ne alij noui in alia causa ad eundem effectum tendente producatur, communem dicit Cur.Iu.in l.2.nu.110.C.de eden. quam declarat Rip. ibi,nu.42.& seq.Rob.de ord.iud.c.43.6.actu, num.22.nisi super articulis nouis dependentib. ab antiquis, quibus adde, ex hoc non prohibitū censeri testium productionem super his quæ fuerunt in prima instantia allegata,& tamē testes non fuerunt super ipsis allegatis examinati,nam poterit quis in causa appell. testes producere ad probationē eorum,quæ ante sententiam allegauerat,& quæ sunt directò contraria ijs: quæ eius aduersarius in iudicium deduxit, dummodo testes non fuerint de eis interogati & examinati,secundum Fel.& alios in c.cum Ioānes,de fid. instr. Ita Didac.prac.q.lib. c.18.nu.6.ubi inter alia dicit opi.Canonist.communem,& in utroque foro obseruari.ut p Fel. d.c.fraternitatis.Lanf . in c quoniam contra,uer. testium, nu.60.de proba.qua de re uide Port.lib.1.concl.39.Capel. tolos.q.373. fallit prædicta principalis concl.in causa criminali, in qua iudex ēt publicatis attentationibus potest super eisdem articulis testes ad defensam recipere secundū communem per Fran.de Aret.in c. fraternitatis,nu.36. de testi.ubi dicit hoc etiam fieri posse ad petitionem partis, Hypol. in prac. §. sequens.Rob.de ord. iud. c.40. par. 6. 3.actu,nu.3.tit.de dila.fallit 2.in causa matrimoniali,in qua etiam post didicita testificata, quando agitur de probanda consanguinitate, uel impedimento, possunt adduci noui testes etiam di ecto contrarij,teste Ias.qui ampl. ponit,cons.16.lib.3.fallit 3.quando examen, uel testium publicatio sunt nulla,ex not.per Seb. Vant. de nullit. c. 8. nu. 4 .& seq.Lanfr.concl.384.Ias. in l. qui per salutem, nu.3. ff.de iureiur.ubi declarat,an, & quomodo testes qui nulliter deposuerunt, non obstante publicatione possint iteratò recipi,& concludit quòd sic,4.fallit,quando super qualitate testis sumuntur à iudice informationes,quia hoc potest etiam publicatis attestationibus,teste Catel.uer.testes communiter,col.2.& uer.iudici conuenit,ubi quòd etiam publicato ꝓcessu potest à se ipso testes interrogare & eorum dicta recipere,ex Bal.in l.ampliorem, in prin. col.vl. C.de appell.Alex.consi.116. lib.1. accedit, quòd publicatis attestationibus,possunt iidē testes examinari super nouis capitulis eiusde causæ,ex c.fraternitatis,de testi. clem. testibus,eod.tit.not.Hypol. sing.23.ubi limitat, nisi testes examinati à principio iurauerint simpliciter dicere ueritatem super tota causa, quia hoc casu post attestationes publicatas non possunt super aliis nouis capitulis examinari,teste Catel.uer.testes communiter, col.2. quæ concl. fallit in testimonio medicorum uel chirurgorū deponentiū, an sit remansura cicatrix,uel non, quia post publicationem possunt adhuc alij super eodem recipi,tam ad petitionem partis, quàm ex officio iudicis, Hypol. singul. 66. qua in re Alex. uidetur tenere contrarium quò ad testes,qui producuntur super peritia artis,quòd non possint produci post publicationem,cons.148.col.fin.nu.7. lib.2. licet contrarium dicat in criminal.qua in materia,& quibus casibus testes recipi possint publicatis attestationibus vide Aym.consi.65.74.nu.4.& 5.Afflic.decis.33.216. quid dicen.an produci possint post sententiam,& dic,ut per prędictū Mising.Centuria 4.obseruatione 60.circa fi.ubi concludit quod sic, in testibus de nouo post sententiam repertis,qui ante sententiæ prolationem ignorabantur, uide latius ibi per eum, quid in instrumentis, an & quando post sententiam produci possint, quando impeditus quis fuit instrumeta ante sententiam producere, & ibi, quòd tutius erit,quòd impeditus producere instrumenta ante sententiam:protestetur de impedimento, per talem enim protestationem tutus erit,ut,etsi succumbat per sententiā,quandocunque postea inueniat, sit audiendus, de qua examinatione testium post publicationem de qua per Pap.hic,col. 2.circa fi.ubi allegat Auth.qui semel C.de proba.uide Afflic.decis.33.decis.216.Anch.consi.223. & quando & quo casu. testibus publicatis admittantur testes, uide Aym. d. consi.65.74.nu.4.& 5. consi.134.colu.10.Hypol. sing.66. 128.Rom.sing.370.Por.lib.1.conclusione 39. supra alleg. vbi totā materiam examinat,quibus adde, quòd usio excepti dictorum testium non inducit testium publicationem, adeò quòd non possit pars ulterius procedere teste Rom. sing.32.Fely.in cap.ultra tertiam.col.2. & c. fraternitatis, col.6.de testi.Socy.trac.fall.reg.403.fall.24.Dec.in cap.1. in prin.extra de fid. instr. Masuer.

✻ Ad partem. Adde, quid si iudex proferat sententiam non publicatis testibus, partibus non contradicentib.& dic, ꝙ valet sentētia, teste Bar.in l.prolatam.q.1. C.de sent. & an omissa publicatio testium reddat iudicium nullum, uide Fel.in c.cum I. & A. de re iud.Cor.consi.102.col.fin.num. 6.lib.1.& negatiuam opi. communem dicit Rob. de ordi. iu.c.13.& an publicatis testibus, alij testes examinari possint, dic, quòd licet post conclusum in causa testes produci nequeant: æquitate tamen suadente etiam post conclusum in causa produci posse, testis est Abb. in c. 1. de iudi. Rob.d.c.13.nu.156.plura not.Port.lib.j.concl.39. Capel. tolos.q.373. Rom. sing.370. Afflict. decis.33.216.Hypol. sing.66.128.Aym. consi.74. quos omnes allegaui supra in prin.huius ver. Masuer.

a Repeti. Adde Alex.consi 116.in 1.lib. & quod uoluit Lud. Ro. consi. 469.

b Sed iudex. Adde quòd quando testes repetuntur à iudice ex officio tunc non requiritur citatio partis, ita Alex. de Imo.in l.ab executione,in apost.ff. de app. & uide eundē in l hæredes palam.§.si quid post.ff.de testam. & Saly. in l. fin. C. de testib.

✻ Sed iudex, Adde, Guid. Pap. q.101. Catel.uer.testes, Communiter.1.not.Alex.consi.116.lib.j.consi.238. col.3. nu.5. lib.6.Port.lib.j.concl.39.Ias. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait,nu.8.nu.9.ff.de eden. ubi an & quando testes semel examinati iterum examinari possint. Masuer.

c An testes. Not. an testes producti & publicati in vna causa faciant fidem in alia.Abb.in c.testimonium.de testi.Bald. consi.74.inci.modus defensionis,in 2.uol.Barb. consi.l.19. in j.vol.& Raph.Fulg.consi.96.

✻ Testes. Adde, ꝙ testes recepti in vno iudicio ordinario, re[illegible] pariter probant in alio, inter easdem personas, licet fiat a[illegible]uersum finem,teste Mathes.sing.191.num.2.Abb.in c. cautam quæ,el j. de testib.Bar.& Alex.in l.2.§.hoc edicto. ff.ui bon.rap.Bar.in l.2.C.de eden. & dic, ꝙ dicta testium in vna causa faciunt fidem in alia tribus concurrentibus, de quibus per Rip responso 94.num.14.Ias.d.l.2. de eden. Doc.d.c.causam quę,el j. de testib.quid de testib. examinatis à iudice incompetente,an fidem faciant coram competente,& dic,quòd non,ut habetur in l.3.§.item Diuus ff. de testi, limita nisi testes examinandi essent in prouincia remota à loco iudicij,ut no.Hypol.sing.211.Sed quid dicendum de actis,an & quando facta in vna causa,facerent fidē inter easdem personas in alia,& dic,quòd tunc produci debent,vt not.Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune, col.11. ff.de acq.poss.Nat.consi.135. col.fi. in fi. quā materiā examinat Bar.in l.cum lite mortua ff.iud.sol.Seb. de null. c.6. in fi.nnu.127.& seq & in d.q. dic, quòd productio fieri debet apud acta eiusdem causæ, al ās non probat, teste Alex. consi.82.colum.secunda,num.5. libr.secundo, verum acta autē prioris iudicij probent in alio,uide Ias. in l.secunda, col.fi.

col.fi.C.de edend. ubi ponit tex.limitationes & prac. Bal. tit.de proba.q.14.in casibus uerò, in quibus acta facta inter alios, præiudicant aliis, dic, quod requiritur quod gesta fuerint cum legitimo contradictore, l. cum non iusto ff.de collus.deteg. Alex.consi.21.lib.1. ubi elegáter loquitur declarando, cui adde prac. Masueri, tit. de literis uotis, nu.23.prac.Bal.d.tit.de proba.q.14.Capel.tolos.q.198. Guid.Pap.q.136.Abb.in cap.testimonium, num.9.de testi. vbi acta in vno iudicio faciunt saltem aliquam præsumptionem in alio iudicio, etiam inter alias personas, & in c. significauerunt, nu.4. eod.tit. quæ omnia nota quia sæpius occurrunt in actum prac. Masuer.

d Vlterius. Vide Ang.in p. oœ.digestorum Old. consil. 145. vbi dicit quòd est in arbitrio iudicis.

✱ Vlterius. Adde, l.1.§.1.ff. de testi.c.significauerunt, & c. cũ causam.extra de testi.clem.sæpe.uer.non sic tamen, de uerbo.sig. & quæ habetur in Ducal. subalpinæ patriæ Decretis, lib.3.c.20. cap.fi. quæ autem consideranda sint in ipsa refrenatione testium, uide per Abb.in c. cum causam, extra de testi.Doc.in apostil.ad Bart.in l.quoties. C.de naufrag.lib.11. Masuer.

e Examinati. Adde Ioan.And.& Archi.in c.pia, de excep.in 6. Io.An.in addi.ad Spe. in titu.de dila. §. rursus. Cald. in consi.1.de test. Lu.Ro.consi.444.

✱ Examinati. Adde, quod si testes in termino iurauerint: possunt post terminum deinde examinari, l.3.in fi.ff.de bo.pos. ex test.mil.Bal.& alij in l.damni §.Sabini ff.de dam. infec. Fely.in cap.licet causam 16.limita.de prob. Rom. consil. 444.Rob.de or.iud 6.par.cap.40.uer.dilatio, nu.19.ubi ꝙ ita seruatur in foro, non tamen post publicationem in causa examinari possunt. Afflic.const.regni, rite legitimè 13. not.nu.20.in fi.Capic. decisione 90. nu.3. quod intellige, quando terminus probatorius simpliciter datus fuisset, secus si iudex dilationem ad probandum & probatum habendum: seu examinari faciendum dedisset, quia tunc intra terminum, & iurare: & examinari debet, teste Bal.consilio 137.lib.5.Socy.consi.47.lib.4.Bal. & Ang. in l. Antistius, in prin.de acq.hær.Io.de Amic.consil.108. nu.8. quia hæc dilatio uim habet conclusionis, Alex.consi.101.lib.2. quam dilationem eo modo iudex ex causa concedere potest, teste Ias.in l.p. operandum, nu.14.C.de iudi. intellige tamen cum temperamento: non procedere in testibus, qui degunt in longinquis partibus, ad quos terminus ille ad probatum habendum non extenditur, ex iis quæ Pap.not. infra for.produc.instr.uer.in termino, num.3.quæ res fortassis haberet difficultatem in hac nostra subalpina patria ex Ducal.Decretorum dispositione, lib.3.cap.17.ubi dantur termini multum peremptorij, & etiam in criminalib. in quibus, maximè ad defensionẽ, testes admittuntur post terminum, Fely.in ca.cum clamor, de testi.Hypol. in prac. §.sequens, nu.2.& seq.ratio est.quia in criminalib.nunquã fere in causa conclusum dicitur, ut scribit Nat.consi. 359. col.2.post med.lib.2.Aufr.ad Capel.tolos.q.146.Ro.consil.176.in prin.plura not.Hypol.in prac.§.sequens. Masuer.

f Iurauerit. Adde Fely. in cap.licèt causam, col.14. de prob. Lanfr.de Oria.in c.quoniam contra falsam.§.testium depositio.nu.15.eo.tit.& Alex.de Imo.in consi.212.col.2. in 2.vol. Zilettus.

✱ Iurauerit. Adde, quòd dictum testis trahitur ad diem iuramenti, nam sufficit quòd in termino probatorio ipsi testes iurauerint, licet tunc examinati non fuerint, sed dictũ eorum refertur ad diem quo iurarunt, ut not. Guid. Pap. q. 185.Hypol.sing.113.Bar.& alij in l.damni §. Sabini. ff. de dam.infec.Rol.consi.71.nu.30.lib 1.Cur.trac.de testi.conclusione 33.Io.de Amic.consi.108.n.1.Ban.de temp.util. & conti.c.11.nu.11. quid si testes iurauerũt intra terminũ post terminum uerò deposuerunt, uide Bar.d.l. damni. §. Sabini, Bal.in Rub.C.si ex fals.instr.col.fi.in fi. Quòd autẽ examinari possint die feriata: dummodo iurent in die iuridica: not.Rob.de o..iud.cap.43.nu.4.nu.7.quod uidetur conforme Ducal. Decretis patriæ nostræ subalpinæ, lib.3. cap 20.qua de re vide quæ scribit Lanfr.in c.quoniam cõtra, in prin.nu.32.Capel.tolos.q.116.Guid.Pap.d.q.185.& quæ habẽtur supra for.iuramenti testium, uer.& hoc præsente. Masuer.

g Iurauerunt. Adde Bar.Bal.& Saly.in l.si quando.C.de testi.Bal.in rub.C.si ex fal.instr.col.pe.Ang.de Vbal & Ioan. de Imo.in l.Antistius.ff de acq.hær.& Pau.de Cast.in rub. C.de dila.Pet.de Anch.& Ioan.de Imo.in c.1. de offi. deleg.And.Barb.in cap.licèt causam, de proba.col.16. & ibi Fran.Are.col.4.& Fely.col 9.Lanfran. de Oria.in c. quoniam contra falsam.§.testium depositio.nu.14. de proba. & Io.de Amicis in cons.108.inci.super dubio, in princip. Zilettus.

h Quam ad partem. Dicit Anch.cons.52.quòd si pars petiit publicationem & illa non facta iudex ferat sententiam, quòd tantum sententia tenet & ualet mero iure. Et an publicatis testibus alij possint examinari, uide per eundem, consi.224.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium de auditu, an & quando valeat.*

1 a DE alieno auditu testificantur. † Regulariter a testimonium, quod fundatur super alieno auditu uel alio corporali sensu, non ualet. quia quilibet de suo proprio sensu debet deponere, ut no. & habetur in d. l. testiũ. C.de testi.& in d.c.licet ex quadam.extra de testi.nisi cum deponitur super aliquo vetustissimo negocio, ut l. si arbiter.& l.censius, ff.de proba.l.2.& antepe.ff.de aqua plu. ar. & in certis aliis casibus not.per gloss.in d.cap.licet. & per Specul.in tit.de teste.in princ.uersi. item quòd non perhibet, &c.

ADDITIONES.

a Regulariter uide An.de Bu.in c.cum literis. de test. eundem in c.ex literis.de consu. Barb.in c.fi. de suc. ab intest. per Lu.Ro.sing.345.inci. testimonium.

✱ Regulariter. Adde, quòd testimonium de alieno auditu nõ ualet, c tam literis, de testibus.l.testium, ubi Doc.C.de testi.in l.2.§.idem labeo, el 1.ff.de aq.plu.arc Alex.consil. primo, nu.10.lib.3.consil.123. in fi. lib.7. & licet testimonium de auditu non probet: facit tamen præsumptionem pro producente, itaque transfert onus probañ. in aduersarium, teste Ro.sing.345.Alex.cons.77.nu.5.li.1. & dic ꝙ testes de auditu regulariter non probant, nisi in probanda consanguinitate, item quãdo loquuntur de auditu auditus debent deponere de tempore centum annorum, Socy. consil.47.nu.16.lib.4.accedit, quòd testis deponens de auditu, ad hoc ut probet, requiritur, ꝙ dicat se ante litem motam audiuisse, secus si post, Ro.sing.753. quibus omnibus Adde, ꝙ regulariter testis de auditu, ét quod adiuuetur fama publica, non probat, teste Alex.cons.25.col.2. li.4. nec etiam fauore piæ causæ, ex not. per Dec. consil. 154. Ro. sing.345. casus autem in quibus testis de auditu admittitur uide per Rip.in l.1.nu.86.ff si cert.pet.Dec.con.82. col.1. Abb.in c.licet ex quadam, col.2.de testib.Io.Crot.de testi. q.1.nu.366.Dec d.l.1.si cer. pet. nu.88. neque probat testimonium de auditu proprio uel alieno, ut in l. si arbiter.ff. de prob.l.testiũ, de testi.facit tamẽ indiciũ, seu præsumptionem, & transfert onus probañ. in aduersariũ, ut iam dixi, vt per Ro.sing.345.consi.214.circa fi.Ias. in l. admonendi, col.4.de iuretur.Dec.consi.272.& cuius sit effectus illa præsumptio, uide Hypol.sing.272.& quid in vl.vol uide Mathes.sing.124.ubi Doc.in apostil.plura notãt, Cepol. caut. 230.Abb.in c.2.col.3.nu.5.de consuet. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Testis sic esse uel non esse deponere debet, non autem credere.*

1 SED de credulitate &c. † Aduerte quòd ad officium testis pertinet deponere sic esse uel non esse, non autem sic se credere uel non credere, ut 3.q.9.in c.testes.5.q.2.in cap.relatum,& not.in d.l.testium C. de testi. Fallit in certis casibus quos nota.Spec.ubi supra. uer.sic. item quod deponit de credulitate,&c.

Forma productionis instrumentorum.


ORAM vobis Venerabili viro D.Vicario antedicto comparet,& se præsentat prænominatus Simon. Spelta nomine antedicto, in termino per vos sibi assignato probandi de iure suo in causa & quæstione antedicta inter partes suprascriptas uertente,exhibens & producens iura & instrumēta infrascripta nomine quo supra in illis passibus,punctis, & capitulis, seu articulis, pro eo & in eius dicto nomine fauorem facientibus,& contra partem aduersam, & non aliter nec alio modo, protestans se velle uti dictis iuribus & instrumentis, si & inquātum sint & appareant esse iusta & uera, & non aliter, nec alio modo. saluo nihilominus eidē Simonino dicto nomine omni iure, potestate, & baylia iterum & de nouo producendi alia iura & instrumenta,quibus caret ad præsens. Et primò quidem exhibet & producit in publica forma instrumentum vnum emptionis dictæ petiæ terræ, de qua quæstio agitur inter ipsas partes, traditum & rogatum per Andrusium notarium publicum anno curso. 1350. cuius secunda linea incipit in domo Petri &c. Item scripturā vnā priuatam scriptam & subscriptam manu propria dicti Io. cuius tertia linea incipit, promisit &c. Item priuilegium vnum Henrici Imperat. scriptum & subscriptum manu T. notarij cum bulla imperiali cerea pendenti. cuius tertia linea incipit, damus & concedimus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, cur sint inuenta,*

2 *Scriptura in quibus casibus sit necessaria.*


1 ORAM vobis. † Ad euidentiam est sciendum,quòd usus instrumentorum ab humano genere est repertus, ut ea quæ imbecillitate memoriæ defectui subiacebant, per scripturæ substantiam,perpetua & inuiolata permaneant, valent tamen quæ sine scriptura inter contrahentes aguntur regulariter, licet difficilis & aliquādo impossibilis fiat eorum probatio.ut traditur in l.cum res.C.de proba. & in l.contrahitur ff. de pig. & in l. in re hypothecata. ff.de fi.instr.& in l.3.§.duæ causæ.ff.de carb.edic.Ab hac autem regula excipiuntur certi casus,in quibus scriptura est
2 de substātia. † Primò in testamento in scriptis condito, vt l.hac consultissima.C.de testa.& insti.eo.tit.in prin.Secundo in uenditione,permutatione,donatione, arrharum datione, & transactione, quos contractus conuenit inter
* partes fieri in scriptis, * ut tradit in l.contractus.C. de fid. instr.in l.fi.C.de contrahen.emp.§.1. & Inst. de contrahen. emp.§.1. Tertius est in contractu emphyteutico, ut not. in l.1.C.de iur.emph.& Inst.de loc.& condu. §. adeo. Quartus est in literarum obligatione,de qua loquitur. ti. Instit. de litt.obli.& l. si ex cautione. C. de non nu.pe.qui casus enumerantur per gl.in d.l.contrahitur. Quintus adiicitur casus in sententia diffinitiua,per l.2.C. de sen.ex breui. re. & no.per Bar.in l.Gallus.§. idem credendum. ff. de libe. & post.Sextus adiicitur, quando quis accepit concubinā pro vxore,quia instrumentum requiritur, & non sola scriptura, propter legitimationem filiorum receptorum in concubinatu vt C.de concu.l. cum quis, & multi alij sunt casus qui enumerantur per Spec.in tit.de instru. edi §. restat autem.ver.Azo,uero.qui casus cum suprascriptis sunt 19. & ibidem enumerantur.

ADDITIO.

* In scriptis. Adde,quòd contractus in scriptis dicitur,quando partes expresse agunt in scriptis contrahere, antequā ad contractum perueniāt: glo inst.de emp.& uen. in prin. ver.conficiuntur.Castel.uer.contractus, & dic quòd contractus in scriptis celebrari dicitur: quando actum est ꝙ fiat in scriptis,& non aliter,teste Afflict.decis.105.num.4. quæ omnia latius declaro infra.for.lib. vend.uer.uendidit. Ad illud autē quod dicitur.per Papien.hic uer.tertius est,dic, com.opi.esse,quòd in contractu emphyteutico requiritur scriptura de substantia,ex no.per Doc.post glo.in l.1.C.de iur.emphy.ubi Ias.col.16.& seq.Alex.consi.136.col.4. n.8. lib. 1. vbi apostil.uidetur tenere contrarium,quam opi. à consuetudine approbari dicit Clar.§.emphyteusis.q.4.uer si. contrariam tamen,sed declara, ut per eum ibi, qui tandem dicit melius esse in prac. adherere communi opi. uti tutiori & æquiori,de qua per Alex.consi.50.nu.4.lib.5.qui dicit contractum emphyteuticum de iure probari nō posse: nisi per scripturam,d.l.1 iuncta glo.uer.alienationis C. de iur.emphy.quibus adde Ofasc.decis.53.col 1. & 2. ubi articulum plenè examinat, & tandem quærit, quid in distractu, & sic dissolutione contractus emphyteutici, & ibi post plura,nu.10.concludit, quòd in probanda dissolutione dicti contractus: requiritur probatio per scripturam, nec sufficit probare liberationem,siue dissolutionem contractus per testes. Matuer.

SVMMARIVM.

1 *Probationes & instrumenta produci possunt nulla precedente dilatione.*

2 *Iudex, qui est astrictus ex termino statuti in certum tempus litem finire, an possit dare dilationem excedentem terminum statuti, propter casum necessitatum.*

3 *Terminus statutus ad probandum infra certum tempus, an possit porrigi ad probationem fiendam per testes qui sunt in remotis.*

1 IN termino. † Quid aūt si nullus fuit assignatus, an licebit probationes facere.& instrumenta producere,nulla præcedente uel assignata dilatione? dic cōclusiue quòd sic,ut determinat Spe.in ti.de dila.§. uidendum, uer. utrū.
2 & post eū Bar.in l.in crimin.ff.de adul.ubi vr tex. † Deinde quæritur, statuto cauetur ꝙ omnis qō debeat per iudicem terminari infra vnum uel duos menses,prout est in plurib. ciuitatibus & locis.accidit āt quod vnus ex litigantib. habet testes in remotis partibus, ad quos producendos danē sex uel nouē menses secundū locorum distantiā, ut tradiē in l.fi.C.de dila. Quæriē an iudex dare teneaē hanc dilationem,quæ tēpus litis terminandæ excedit? Determinat Bal. ꝙ sic in l.cū ipse ff.de excu.tu.& Cy.in l.fi.C.de adul. nec se
2 cundū eos ipsa dilatione pendente ª currit interim tēpus aliquod instantiæ,quod est notabile; nā ex hoc posset assumi cautela, si iudex uideret se non posse cām cōgrue in termino instantiæ diffinire, posset partē inducere ad petendū hanc dilationem: & eodem mō si pars uellet causam longius ꝓtrahere,ut fortasse posset, secū cōponere,deberet fingere se habere testes in remotis partib.uerùm in aliquibus locis contra hmōi fictiones prouisum est, quòd non aliter hæc dilatio dei,nisi pars prius iurauerit ꝙ non dolo,mali-
3 tia,nec cā protelandi litem petit hanc dilationē. † Et ex his pōt terminari alia quæstio, uidelicet,si ꝑ statutum uel iudicē præfixus sit certus terminus,puta. 10.dierū proban-
* di * & probatum habēdi,& hæc dilatio non porrigitur ad probationem fiendam ꝑ testes qui sunt in remotis partib.
4 † maximè quia impossibilitas & absurditas non uideē in dubio in lege uel alia dispositione comprehensa,a.in l.fi. C.ad exhib.& in l.filiusfam.ff.ubi dum.ff.de leg.1.& l.fin. ff.quæ sen.sine appell.resc.& l.cum in iure.C. qui pe. tu. & in c. quanto. extra de iureiur.

ADDI-


ADDITIONES.

* Terminus. Adde, quòd vbi per statutum certus terminus præfigitur: non est tunc necessaria iudicis requisitio, teste Rom.consi.176.num.4 lapsus enim termini pro conclusione habetur, Bal.in cap.pastoralis, col.2.de caus.poss.& p.o priet.Fely.in cap.cum Dilectus, col.antep.de fid. instru. & in termino ad producendum statuto, alia requisitio nõ exigitur, quia ultima dies termini præfixi tacitam requisitionem inducit, ut per Rom.d.consi.176.col.2.post nu.5.quid in termino ad faciẽdas defensiones, an à iudice vnico contextu statui posit, scilicet, ad ponendũ, producendũ, capitulandum & probandum, & dic, quòd sic, ut scribunt Ias.& alij in l.properandum, num.14.C. de iudi. quod intellige cum temperamento, id fieri posse ex causa, ut per Ias. ibi, qua de re plura not.Fran.Mar.Delphi.decisione 34. & an simul & semel plures dilationes dari posint, uide Fely.in cap.licet causam, nu.56.de proba.ubi quòd præfixo termino ad probandum & probatum, habendum per omne genus probationis: eo elapso omnis probatio exclusa uidetur, cum talis terminus uim habeat conclusionis, ibique etiam Fely. nu.55. quòd quando talis dilatio ad probandum & probatum habendum conceditur: non sufficit testes in termino iurare, sed examinari & deponere debent, qua de re scripsi supra for.opp.contra testes, uer. suntque publicatis, nu.17, quibus omnibus couenire uidetur quæ scribit Rom.consi.225.nu.3. ubi in causis summariis post terminum statutum ad producendum testes, licitum sit producere testes & instrumenta, de quo per Alex. & Ias. in l.fi.ff.de fer. Masuer.

a Nota quãdo producũtur testes in remotis partibus, quòd interim non currit tempus instantiæ dilatione pendente. Lanfran.in repe. c. quoniam contra falsam, de probat. & Alexan.de Imo.in consi.74.in prin. in 5. volu. Cur.

SVMMARIVM.

1 Productio instrumentorum est scribenda in actis per notarium causæ.
2 Instrumenta vnde dicta sint.
3 Appellatione instrumentorum, an testes continentur.
4 Instrumento publico non uitiato standum est.
5 Instrumenta à quo fieri debeant.
6 Notarius alius occupatus negociis potest instrumentum à se celebratum per alium notarium extrahi facere.
7 Consuetudo inueterata est obseruanda.
8 Instrumenta pro eorum debita forma quæ continere debeant.
9 Locus loci, an sit apponendus in instrumento.
10 Tabelliones quis creare posit.
11 Notarius à rege vel ciuitate creatus, non potest extra regnum uel ciuitatem suam tabellionatus officium exercere.
12 Instrumentorum quot species sint, & quæ appellantur publica, & quæ priuata.



1 EXIBENS & producens. † Hic notandũ, quòd hæc productio instrumẽtorum est scribenda in actis p notarium causæ, ut in c.quoniam contra falsam, extra de proba. quæ nedum admittitur si fiat in termino probatorio, sed etiam post vsque ad sententiã. vt in c.cum dilectus. extra de fi. instr. dum tamen saluum sit ius partis aduersæ, si apparuerit esse suspecta, reprobandi illa, ut traditur per
2 Cyn.in l.iudices.C.de iu. † Et no. q instrumenta sic ideo appellata sunt, quia per illa instruitur cã, unde sumpta est
3 etymologia huius vocabuli † dicit lex, quòd appellatione
a a instrumentorum etiam testes continentur, ut in l.j.ff. de fi.instr. per quod sequitur, q si data sit dilatio ad producendum instrumenta, poterunt produci testes, eadem.n.vis est
4 amborum. vt l.in exercendis.C.de fi. instr. † & regulari-
b ter b standum est & credendum instrumento publico nõ abolito nec uitiato. vt in l. cum res. & l. cum precibus. C. de probat. donec p. obetur contrarium, ut infra dicetur.
5 Facit quod habetur in c.2.de fi.instr. cum si. † Solent aũt
c c à iuuenibus quæri, à quo fieri possunt instrumenta. Dic quòd à solo tabellione, sicut celebratur missa à solo presbytero. vt in Auth.de tabel.§.1.& l.generaliter.C.de tab.
6 lib.10.& in Auth.de fi.instr in prin. † Potest tñ notarius si fuerit aliàs impeditus, cum in protocollo suo redegerit instrumentum, facere illud extrahi in publicam formam per alium notarium, ita tamen q se subscribat ipsi instro, faciendo specialem mentionem in subscriptione de personis contrahentibus, & de eius occupatione secundum Bar. quare generalis subscriptio, in qua dice. etur {prædictis omnibus præsens fui &c.} nõ sufficeret secundum eũ. vt ipse no. in l.Diuus.la 1. ff.ad l.Cor.de fal. quod non puto verũ nec necessarium, immo sufficit generalis subscriptio per quam constet quòd instrumentũ per eum sit leuatum, iuxta ea quæ ipse not. in l. si quis in principio testamenti.
7 ff.de leg. 3. † & ita obseruauit inueterata consuetudo, à
8 qua nullatenus est recedendum, ut l. minimè ff. de legi. † Debent autem ipsa instrumenta debita formam in se con-
d tinere, ut fidem faciant d quæ forma in octo consistit. Primo nãque in quocunque instrumento dẽt apponi annus Domini. Secundò mensis. Tertiò dies traditi instrumenti. Quartò indictio. Quintò locus contractus in quo celebratur. Sextò nomen imperatoris, licèt hoc de consuetudine omittatur. Septimò numerus testium, prout natura cõtractus uel actus, qui geritur, exigit & requirit. Octauò subscript. tabellionis cum eius signo, vt hæc habent & not. in d.l.generaliter.& in d.Auth.de fi.instr.in prin. & per Spe. In tit.de instr.edi.in prin. sic ergo locus, in quo celebratur contractus & traditur instrumentum, poni dẽt in quolibet instrumento per notarium, dicendo {actum Papiæ, uel Me
9 diolani &c.} † Sed dubitatur an locus loci e sit apponen
e dus, v.g. {in domo talis, uel in tali uia.} & dicunt quidam q non, quia non reperitur lege cautum. In contrariũ determinat Ia Bu.per l.optimã C.de contrah.& comit.stip.& p Bar.in l.de pupillo.§.qui nunciat ff.de no.ope.nunc.& Io. And.in c.abbate sanè.in fi.de re iud.lib.6. & no. per Guli.
10 de Cu.in l.lecta ff.si cer.pe. † Sed quis est ille, a quo crea
f tur tabellio? Dic quòd ab Imperatore, f uel Papa, uel à comite habente ab eodem potestatẽ uel baylium, ac ẽtã quocunque rege in regno suo tm, cum ipsi habeant supremã iurisdictionẽ & imperium in regno suo. Alij ãt principes inferiores puta Duces, Comites, & Marchiones hoc non possunt, nisi specialiter sit eis concessum secundũ Inn. vt p eum no.in c.cũ P.tabellio.extra de fi.inst. & tãgit in c.p venerabilẽ.extra qui fil.sint leg.& p Spe.in ti.de instr. edi. §. restat uidere.uer.sed quis põt facere tabellionẽ; hoc etiã põt populus facere ciuitatis quæ non recognoscit supe.iorem, & habet supremum imperium, ut est ciuitas Venetia-
g rum & Ianuæ g & Florentiæ. & quædam aliæ numeratę in
11 pace Constantiæ. † Veruntamen notarius creatus à rege vel ciuitate non poterit extra regnum, uel ciuitatem suam tabellionatus officium exercere secundùm Bartol.
12 vt per eum nota.in l.apud eum cui ff.de manu. † Amplius
h quæritur, quot sunt species h instrumentorum. & breuiter respondetur, q sunt duæ, uidelicet publicum & priuatum & dicitur publicum secundùm Inno. omne instrumentũ, cui de iure uel consuetudine plena fides præstatur, quod in pluribus contingit. Primo uidelicet si sit scriptum manu notarij siue in iudicio siue extra iudicium. ut l.gesta C. de re.iu.& l.is apud quem C.de edendo, & in c. qm contra falsam, extra de prob. Secundo si sit scriptura sigillo publico sigillata, ut in c.scriptura extra de fi.instr.& in ca.tertio loco, extra de prob. Item si sit sigillata sigillo episcopi uel principis, ut habetur in c. post cessionem, extra de probat. cum sim.ibi no. Tertiò dicitur publicum instrumentum, qñ iudicis auctoritate est publicatum. vt l. publicati C. de testa.& ibi no.& l.fi.C. de re iud.& extra de fi.instr.c.P.& G.

cum ibi no. Quartò illa scriptura, quæ habet scribentis & testium subscriptionem, ut l. scripturas C. qui po. in pig. ha. & in auth. ibi posita. si quis vult, & in c. j. extra de testi. & in c. 2. extra de fi. instrum. Quintò illa scriptura, quæ extrahitur de archiuo publico, quæ in communi usu appellatur cancellaria communis, uel rationaria communis, ut habetu. in l. in fraudem §. quoties ff. de iur. fis. & in c. ad audientiam, extra de præs. & in Authen. de his qui ingre. ad app. §. si uerò. & l. Celsus ff. de proba. & in auth. ad hæc C. de fide instr. priuatum autem instrumentum appellatur illa scriptura quam unusquisque à seipso describit, quæ in iure appellatur chirographum, ut in l. chirographum ff. de probatio. quandoque appellatur litera, uel epistola, ut Instit. de lit. ob. per totum, facit optime l. non epistolis & l. non nudis C. de prob. & l. si ex cautione C. de non numer. pec. Adde quæ super hoc plenius no. per gl. in c. j. extra de fide instru. & Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc dicendũ restat. versic. quot sunt species &c. & infra latius disputabitur &c.

ADDITIONES.

✻ Exhibens & producens. Adde, ꝙ regulariter productio iurium, uel scripturarum parte præsente, uel citata fieri debet, ex not. Doc. in apostil. ad Bar. in l item illa ff. de const. pec. quam concl. intellige, quò ad effectum productionis, secus quò ad effectum probationis, quia tunc non sufficit producere nisi productorum copia decernatur, cum termino opponendi, teste Bart. in extrauag. ad reprimendum. §. de plano, col. 2. quod procedit, si pars hoc petat in ciuilib. secus in criminalibus, in quibus iudex indefensos defendere debet, iuxta tradita per Ofasc. decisione 1. nu. 47. n. 51. vbi ꝙ non dicuntur instrumenta producta, nisi data copia, dẽt igitur inquit ipse, tenor instrũ actis inseri, parte uocata, uel psente & iudicis auto itate, quo in loco plura etiã in materia productionis iuriũ idem not. d. decis. à nu. 38. vsque in fi. de qua ẽt per Fel. in c. qm̃ contra, nu. 50. de proba. quib. adde, ꝙ instrumentum in actis productum dicitur esse de actis, & sic cõe, ut idem scribit decis. 39 nu. 41. priori it concl de productione facienda: accedit, idem dicendũ in exemplatiõe quæ fieri dẽt parte citata, aliás esset nulla. Rot. decis. 10. in nou. de fi instr. limita, nõ pcedere si præsens fuerit, nõ citata, innou. in c. fi. de fi. inst. aliqua no. Ias. in l. j. ff. de in ius voc. amplius, si pars non fuerit aliàs psens, neque citata non erit omnino nulla exemplatio, quia saltẽ contra eum qui transumi fecit: probat, per text. in l. chirographis ff. de adm. tut. item ẽt cõtra quẽlibet aliũ: qui talia exempla & transumpta produceret, tex. in materia in auth. ad hæc. C. de fid. instr. qua de re uide Ias. in l. j. §. editiones, nu. 11. & seq. ff. de eden. in l. j. nu. 8. ff. quod quisque iur. quid de productione instrumenti an ualeat, si intra tempus fuit exhibita copia, & dic, ꝙ sic, quia retrotrahitur, ex not. per Dec. cons. 539. Imol. in c. cum clamor, de testi. Fel in c. pastoralis, col. 8. de excep. in c. licet causam, de prob. Bald. in c. j. de fid. instru text. in l. qui fundum ff. de contr. emp. Aym. cons. 108. Paris. cons. 54. nu. 16. lib. 3. ubi probatio dicitur facta intra terminum: quando intra eundem est producta copia, & post terminum producitur originale, Alber. in l. bonorum. ff. rem rat. hab. limita, ut per Guid. pap. q. 286. 322. Masuer.

a Quòd appellatione. vide in l. in exercendis. C. de fide instr. & in l. 3. C. si mi. se. ma di. Bar. in l. admo. in fi. ff. de iureiur. Io de Imo. in rub. de fi. instr. & in c. peruenit. de test. cog. Adde Andr. Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 2. in glo. 1. nu. 11. cum seq. Zilett.

✻ Appellatione. Adde, quòd instrumentorum appellatione non comprehenduntur scripturæ priuatæ, & ideo si datur terminus ad producenda instrumenta, poterunt post terminum produci scripturæ priuatæ, ex not. in l. prima, in glo. uer. literas C. de iureiur. quòd autem instrumentorum appellatione ueniant testes tex. est in l. prima, ff. de fid. instrum. glo. & Doct. in l. si ex falsis C. de transf. Lanfr. in cap. quoniam contra, uersi. instr. productiones, de prob. no. Ias. in rep. l. admonendi, num. 322. ff. de iureiuran. vbi infert ad multa notab. & ibi an ueniant acta, sed quò ad scripturam priuatam. An ueniat appellatione instrumenti, uide Rom. consi. 23. num. 2. ubi dicit quòd sic, quem sequitur Bald. & alij in l. prima, col. 2. C. de iur. cal. Lanfr. conclusione 37. vbi quòd terminus statutus à iudice ad producenda instrumenta, intelligitur præfixus ad omne genus scripturarum, sed postea ipse Rom in d. consi. dicit contrarium, quia, inquit ipse, Spec. loquitur in uerbis prolatis à iurisperito, qui secundum proprias uerborum significationes, ac iuri consonas interpretatur, & ideo appellatione instrumenti à iurisperito prolatã: uenit etiam priuata scriptura, quę de propria significatione uenit, qui Rom. loquitur in uerbis statuti, pro quo uide Bar. & Doct. in l. 1. C. de iur. calu. Fely. & Dec. in rub. de fid. instr. Dec. in cap. 3. loco, primo notab. de testi. & pro resolutione, dic instrumenti appellatione ex communi usu loqueñ. publicam, non priuatam scripturam ueni e, secundum communem opi. quam laudat Ias. in rep. l. admonendi, num. 325. de iureiur. Aym. de antiq. prima par. num. 245. Rom. consil. 77. in fi. ubi quòd appellatione instrumenti publici non continetur priuata scriptura, quod mihi puerile uidetur, de eo dubitare stante differentia inter publicam & priuatam, de cuius instrumenti significatione plura not. Azo. in summa C. de fid. instrum. quam describit Affict. decisione 272. num. 2. nu. 4. Alc. in l. notionem §. instrumentorum de uer. sig. ubi elegãter suo more distinguit, inter propriam & impropriam ipsius dictionis significationem, & quid in statutis, quid de communi usu loquendi, uide Bal. in rub C. de fid. instrum. quibus omnibus adde, quòd instrumentorum appellatione comprehenduntur etiam uestes, l. j. ff. de fid. instr. glo. & Docto. in l. si ex falsis C. de transf. in cap. peruenit, de testi cog. Lanfr. in cap. quoniam contra, uer. instrumentorum productiones, in prin. de proba. & an instrumentum differat à contractu, dic, quòd sic, sicut differt continens à contento, l. rerum mistura. l. eum qui ędes, de usucap. ita scribit Rol. consi. 43. num. 11. num. 12. & seq. lib. 3. ubi quòd instrumentum est scriptura notarij, de partium conuentione, contractus uerò est ipsa conuentio, & ibi num. 14. ꝙ falsitas instrumenti non arguit falsitatem contractus, & instrumentum non est de substantia contractus, sed ad eius probationem fit ipsum instrumentum l. contrahitur ff. de pig. Rol. d. consi. num. 15. nume. 16. ubi qui renuntiat instrumento, non uidetur renuntiare debito, sed tantum probationi ipsius instrumenti, per tex. in l. 3. C. de fid. instrum. Dec. consil. 17. col. fin. consi. 169. ubi plura de statuto anullante instrumentum: quòd non habeat locum in contractu, tamquam diuerso, & quando contenta in instrumento per testes probari possint, uide prædictã Rol. d. consi. col. fi. in prin. ubi, quòd etsi quando lex improbat contractum ratione solẽnitatis probatoriæ, iuramentum non suppleat illum defectum, fallit tamen quando aliter per legitimum modum probaretur de iuramento præstito, potest enim rei ueritas, quæ ex instrumento non probatur, quia deficit in solemnitate: probari per testes instrumentarios, uel etiã alios examinatos in iudicio, inter quos testes examinari potest notarius, qui de instrumento fuit rogatus, nam ubi agitur de probando actũ per testes, & non per instrumentum, tabellio computatur in numero testium l. Domitius vbi Bar. ff. de mil. test. Alex. consi. 153. col. fin. lib. 2. secus vbi agitur de probãdo actum per instrumentum, quia tunc non computatur in numero testium. l. hac consultissima, vbi glo. & Doct. C. de testa. & hanc opi. communem dicit Rol. d. cons. 43. nu. 21. Masuer.

b Regulariter standum. Adde Bar. in l. j. ff. de no. ope. nun. & adde ꝙ instrumentum facit rem manifestam & liquidam, ita Alex. in cons. 220. in 2. vol. qđ intellige uerũ, nisi instrm impu-

impugnaretur uel contra ipsum opugnaretur, ita Alex. in l.j.§.ait prætor.& in l.si quis inficiatus.ff.depo.& uide quæ posui in mea rep.l.admo.car.14.ff.de iureiur.Cur.

c Solet autem, uide per Innoc.in c.uenlens. de uerb.si. lib.6. & diffuse per Barb.in rep.rub.de fid.instr.in fi.49.col.uers. & circa hoc dubitatur quid si non constat.

d Nota quot requiruntur in instrumentis ut fidem faciant, gl.in l.generali.C. de ta. lib. 10. & in Auth.ut præponatur no.Imperatoris & Bart.in proœ. fforum.

e An locus loci. Adde Bal.in l.contractus.in 4.col. uer. modo quæritur.C.de fid.instr.Ang.conf.218.& Ang.in l.optimam circa fin.C.de contrahen.& commit.stipu.

* Locus. Adde, q instrumentum publicum pro sui substantia & solemnitate requirit locum, imò etiam locum loci, vt scribit Nat.conf.;29.col.j.lib.2 Alex. consil.59. colu.2. circa fi.lib.2.Mathes.sing.45. quinimò, & in aliquibus horam, ut docet Catel.uer. actus col.j.Cagnol.in reg. in ambiguis, de reg.iur. vbi q horæ appositio in instrumentis attenditur, qua in materia uide tex.in l.quæ conditio.§.fin.ff. de cond.& demon. qui hęc omnia saluare posset, quibus omnibus accedit, q notarij clausulas consuetas in instrumentis tenētur apponere, quę si omissę fuerint, pro expressis habentur, ex not.per Doc.in c.cum M.Ferrar. ubi Dec. nu.6.de consti.Ias.in l. argentear. nu. 7. de edendo, Gram. decis.62.nu.19.nu.20.Boer.q.182.col.vl.Tiraq. de iure cōstit.3.par.vl limit.nu.7.& seq.Purp. in l.cunctos populos nu.101.C.de sum.Trin.declara tamen, ut per Dec. & alios in regula semper in stipulationibus, de reg.iur. Catel.uers. notarius simpliciter.Rom.conf.377.in fi. Dec.d.cap. cum M.Ferrar.col.2.circa fi.uer.limitatur tamen, & in l. vt liberis, nu.15.16.C.de colla.Doc.ad Alex.consi.28. lib.2. & quòd ad solemnitatem obseruandam inspicitur locus ubi celebratur instrumentum, teste Rol.consi.91. nu.17. lib.3. l.si fundus ff.de euic.not. Bar. & alij in l.cunctos populos. C.de sum.Trin.& sic quò ad solemnitatem contractus, inquit ipse, inspicimus locum ubi actus celebratur, & locum uerborum prolatorum, secundum communem, d. consil. col.3. circa fi. Masuer.

f Imperatore. Oldr. consi.75. dicit q notariatus non est dignitas, & quòd ab inferioribus magistratib. potest creari.

g Venetiarum. Adde quòd Bal.in cons.473.inci.quidā emerunt ad incantum in 1.uo.appellat ciuitatem Venetiarum Paradisum delitiarum.Hiero. Gigas in tract. de pensioni. q.93.nu.4.dicit eam esse aliarum reginam, & quòd Veneti non recognoscant superiorem tenet Bald.in rub.ff.de rer. diu.col.2.uersi.circa ædificium quæro.Alex. de Imol. in l. more.ff.de acqui.hæred.col.fin.uer.subest, Rom.Ias.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.col.4.uersi. eodem modo Veneti & in l.j.C.de Sum.Tri.& fide catholi.col 3. & in consi.71. inci.super vtraque legitimatione, col.j. uers. Sed istis non obstantibus.in 3.uol.Bart.Cepol.in tract.de seruit.rust.prędio.in c.de mari.col.2.uersi.& propterea dicit Bal.Iac.Aluaro.in c.j.in prin.quis dicatur dux, com.uel mar.colu.fin. ver.quid de Duce Venetorum.Rip.in lib.2.interpretationum num.9.Pau.de Castren.in consi.317.incipien.uiso & examinato, col.3.versi.3.& vlti.in j.vol.& Mantua in consil.188. incip.cum alias, nu.25.in 2. vol. Maria.Soz. iunior in conf.75.incip.pulchra & subtilis, nu.5.in j.vol.& consi. 200.incip.pro habenda bona, nu.10.& 11. in 2.uol. Zilett.

h Species. Adde Alber. de Ro.in proœ.C.per Cano.in rub. de fide instr.

SVMMARIVM.

1 *Productio simplex facta sine protestatione quòd instrumentum producitur in parte & partibus pro se facientibus, an tantam fidem faciat in fauorem partis aduersæ, quantam faceret in fauorem ipsius producentis.*

2 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

a 1 IN illis passibus. a † Hæc clausula est multum notanda quia simplex productio facta sine hac protestatione faceret tantam fidem in fauorem partis aduersæ, quantam faceret in fauorem ipsius producētis, sicut dicitur in teste qui deponit pro utraq; parte, ut no.per glo.in l.j. §. diem. ff.de eden. Fallit hoc quando in contrarium protestat vt

2 hic, quia † actus agentium non operantur ultra eorū intentionem, ut l.non omnis ff.si ce .pet.& in c.cū dilectus.in fi. extra de or.cog.& l.si cum argentū.in prin.ff. de excep. rei iu.si tn pa s aduersa esset præsens & produce et hæc eadē iura pro se, & quatenus eius fauorē concernerent, facerēt fidem pro ea, non obstante dicta protestatione secundum Iac.But.vt no.in l.nimis graue C. de testi.pro qua sentētia optimè facit l.illa stipulatio.in fi.ff.de oper.lib. & l. absurdum ff.de bo.lib.& l.cū quæritur ff.de adm.tut. de quo plenè per Bar.in l. Aurelius §.idem quæsiit ff.de lib.leg. Est ergo bonum consilium, quòd utraque pars præsens sit in productione instrumentorum. &c.

ADDITIONES.

* Præsens sit. Adde, adeò necessariam esse partis præsentiā, q instrumentum in iudicio parte non citata productū non valet, ex not.per Ias.& alios in l.properandum §. sinautem reus.nu.5.C.de iudi.ubi tres ponit limit. quarū prima est, ad effectum probañ.instrumentum uiribus carere, secus verò ad finem simplicis productionis, secunda, nisi instrm vl. die termini produceretur, tunc enim ualeret absq; partis citatione, tertia, nisi tale instrumētum ipso aduersario sciente in actis remaneret, quæ omnia declarat Ofasc. decisio.j. nu.51.Rob.de or.iud.c.44. nu.35. & seq. nu.45. ubi refert generale prac.produceñ. scripturas, pro qua fac.quæ scribit Ias.in l.ait prætor §.si iudex, nu.21.ff.de re iud.ubi quòd instrumenti productio non ualet, nisi fiat copia parti, & detur terminus ad opponendū, ut idem Ias.not.in l. vnic. nu. 11.C.quando lib.princi.dat.& habetur infra for.pet. cop. ver.coram. Masuer.

a In illis passibus. De hac clausula uide per Barb. in consil. 17.col.15.2.lib.Rom. in consi.433.circa fi.vbi producens instrumentum non potest reuocare productionem, ex qua est acquisitum ius parti & protestatio quòd non intendit producere nisi in parte &c. Et uide cautelam quam dat Alb.in l.1.§.editiones ff.de eden. ubi q pars, contra quam producuntur, protestetur quòd vult uti dictis instrumētis in illis partibus &c. quia tunc non poterit fieri reuocatio productorum.

* In illis passibus. Adde Rom.conf.23.Nat.conf.365.col.2. nu.3.& col.seq.ubi inter alia plura, q contraria Doct.opi. est, quòd talis protestatio non iuuet, & q quantum ad effectum tollendæ probationis ea protestatio nihil operatur, Rot.decis.282.in no.Ias.in l.j.§.editiones.n.18.ff. de eden. in l.non solū §.morte, post nu.16.ff.de op.no.nun.Fely in c.cum uenerabilis, post nu.23.de excep.ubi Dec.colu.12. idem Dec.in l.fi.nu.26.C.de eden.Grat.cons.101.nu.6. li.j. Rom.conf.433.colu.fi.ubi concludunt, eam protestationē non releuare, secundum ueriorem opi. debita moderatione intellecta, pro qua uide et quæ scribit Ofasc. decis. 39. num.7.10.23.26.28. ubi quid operetur productio cum dicta clausula, in parte & passibus, declara, ut per eum ibi, & Alexand.consil.124. num. 5. lib.7. ubi inter alia, quòd talis protestatio non prodest quando instrumentum non fuit confectum cum producente, accedit, quòd producens instrumenta, quæ eis continentur, etiam aduersantia approbare uidetur, teste Abb conf.53.lib.2. Alex. consil.15. lib.5.Ias.in l.si cui §.si d filio, num.16. de leg.j. Gram. decis.103.num.30.Fely.in c.cum uenerabilis, col.5. de excep. quam concl.intellige, locū habere, quādo ea quæ in instrumento continentur: dispositiuè narrantur, secus si enunciatiuè aut assertiuè, ex not.per Ias.in l.contra iuris.§.si filius,

 num.

num.13.ff.de pac sed licet producens contenta in instrumento fateri uideatur: si tamen illud redargueretur nullum, aduersarius super eo se fundare nõ posset, iuxta tradita per Ias. in l. docem stipulatus, nu. 52. de uer. obli. licet in hoc Ba. contrarium sentiat, quæ concl. limitatur nisi instrumẽtum plura haberet capita, quia vno approbato, alia non cẽsentur approbata, secundum communem per Cur. Iun. cons. 166. nu. 11. Bellon. cons. 56. nu. 12. Osasc. d. decis. 39. quid autem si producantur instrumenta cum illa clausula, si & inquantum in fauorem faciant, & non aliter, & dic, vt per Fel. in c. imputari. de fid. instr. ubi quòd in his q̃ obesse possunt iudex se fundare nequit, secundum communem per Rip. in c. cum M. Ferrar. nu. 39. de consti. possunt enim scripturæ pro parte acceptari, pro parte improbari, teste Aym. de antiq. temp. par. 1. num 68. Bellon. cons. 46. nu. 11. quamuis nihil operari talem protestationem: quinimo instrumẽto in omnibus stãdũ esse plures censuerint, vt Ias. d. l. 3. §. editiones, nu. 18. ff. de eden. in l. edita. num. 42. C. de eden. & communis opi. est in contrarium, quam communẽ limita, ut per Aym. loco præalleg. Fr. Marc. Delph. decis. 60. qui intelligit communem concl. non procedere in lib o rationum, quæ omnia pulchrè declarat Osasc. d. decis. 39. ubi omnes huius articuli difficultates tollit, plura docens in actu prac. sed quòd producens scripturas, aut testium depositiones, cum d. clausula, si & inquantum &c. cogi possit præcisè declarare, num illis pro ueris uti uelit, not. Fel. in c. præsentium, de testi Afflict. decis. 189. Marc. Delphi. decis. 673. Bos. tit. de fals. nu. 119. 155. & seq. quod maxime procedit, quando quis eas de falso redarguere intendit, quam prac. ab excell. Ducali huius patriæ subalpinæ senatu seruatum uidimus, præsertim in causa, in qua agebatur de reprobatione instrumenti, quid de interrogato, an uelit uti testibus, uel instrumentis, an aliquo modo cautè respondere possit, & dic, ut per Bos. d. tit. de fals. nu. 155. & seq. Catel. uer. instrumento, uel testibus, ubi inter alia, docet formam respõ & declarat cautel. aduocatorũ, quam ponit Bar. in l. si aduersarius. C. de fid. instru. & in l. si falsos. C. de fals. in l. Lucius Titius. ff. de iis qui not. infam. qua in re, hoc est in casu interrog. duplicem uidi aliquando seruatam formam, vnam quidem, qua producens interrogatur, an uelit uti, alteram, qua producens testes examinatos pro informationibus, aut extractum alicuius scripturæ originalis, aut simil. interrogat, & in utroque diuersa est ratio, ut ex usu forensi in dies uidere licet, quid autẽ operetur pract. causidicorum, produceñ. instrumenta in parte & passibus, pulchre docet Ias. in §. item si quis, num. 24. inst. de act. quid de producente instrumenta quæ uidentur sibi ipsis contraria, & quomodo possint reduci ad concordiam, uide eundem Ias. in l. qui usumfructum, col. fin. in fi. ff. de uer. ob. Matuer.

✱ Appareant, Adde Rip. in c. cum M. Ferrariensis, num. 100. de constit.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio quòd producantur instrumenta quatenus appareant esse iusta & vera, si appareant esse falsa, an excuset à crimine falsi.*
2 *instrumentum pro parte falsum, an in totum uitietur.*

1 APPAREANT esse iusta & uera. † Quid ergo si appareant esse falsa, an talis protestatio ipsum producentem excuset à crimine falsi, quo ligantur utentes falsis instrumẽtis, ut l. si uteris, & ibi no. C. de fi. instr. & l. si falsos. C. ad l. Cor. de fal. Spe. determinat q̃ sic in tit. de instru. edi. in §. uidendum restat. uersi. q̃ si uelis sine pœna &c. & Cyn. in d. l. si falsos. Sed quia plerique & cõiter omnes sub tali colorata protestatione inducunt facilius ad usum falsorum instrumentorũ, dixit Bar. in l. diuus Pius. ff. ad l. Cor. de fal. q̃ iudex dẽt præfigere certum terminũ producẽti ad plenè deliberandum & respondendum simpliciter, an uelit uti ipsis instrumẽtis, uel non, ar. l. Titia. ff. de accu, & ibi per eũ & in l. mancipiorum. ff. de opt. le. quo termino transacto subiacebit pœnæ legali, si de eorum falsitate fuerit probatum, quam opin. sequuti sunt antiqui ante tempora Bart. quorũ opi. reprobat ipse Spec. in d. uer. q̃ si uelis &c. nec immeritò, quia beneficium legis nemini est auferendum, ut in cap. indultum, de regul. iur. libr. 6. cum sim. ibi no. per Dy. de qua pœna falsi dicam infra circa formam, cùm agitur ad rescissionem sententiæ latæ per falsa instru-
2 menta. † Inde quæritur, ª quid si idem instrumentum sit
a pro parte uerum, & pro parte falsum, an uitiet in totum? constat enim q̃ quando est in totum falsum, q̃ nullam fidẽ facit, ut in d. c. inter dilectos, de fi. instr. & in l. 2. & 4. C. de fi. instru. cum si. Distingue sic, aut falsitas est in ea parte quę pertinet ad officium tabellionis, ut in anno, mense, die, & si. tunc in totum uitiatur. Aut est falsitas in aliqua parte q̃ pertinet ad negocij ueritatẽ, & sic ad partẽ, & tunc secundum aliquos uitiatur solum in parte falsa, & nõ in totum, per regulã. q̃ vtile per inutile non uitiatur, ut refert Spe. in tit. de instr. edi. §. ostento. uersi. & not. q̃ si aliqua falsitas &c. & in § postremò, uer. quid si aliquod instrm̃ &c. de quo ẽt not. Glo. & Doc. in l. ex falsis. C. de trans. Tu dic secundum Inn. q̃ omni casu uitiat in totũ, cùm distinctione de qua p eum traditur in c. fraternitatis, extra de hær. & in c. cũ Ioannes, extra de fi. instr. Ideo sic distingue, aut falsitas reperitur circa ea quæ non concernunt nec tangunt substantiam uel circũstantiam negocij. v. g. si notarius dixerit, rem talem esse de tali territorio, uel Titiũ esse de tali loco, uel fore affinẽ uel consanguineũ talis, uel filiũ & similia, quæ tñ in facto aliter se habent, certè p hoc non reddit
✱ instrumentum falsum.* Aut falsitas reperitur circa ea, quę sunt de substantialibus negocij uel tangunt circunstantias rerum substantialiũ. v. g. si instrumentum dicat de pecunia argẽtea, cùm fuerit aurea. & tunc reddit in totũ falsum, ar. 9. dist. c. si ad sacras. cũ ibi no per gl. q̃ inclinat in hanc sententiam, & quæ ẽt mihi uidetur iuri & æquitati consentanea, de quo etiam no. in c. ex literis, extra de fid. instr.

ADDITIONES.

✱ Aut falsitas. Adde, quæ habentur supra for. iuramenti testium. ver. & falsitate.

a Inde quæritur. Adde Cor. in l. si ex falsis. C. de trans. Doc. in l. si vnus. C. de test. Doc. in l. fi. C. de edi. diui Adria. tol. glo. & Cy. in l. pe. C. de trans. Inn. in c. fraternitatis. de hære. per Old. cons. 32.

Adde Alb. de Gandi. in trac. malef. in rub. de falsariis. nu. 8. ver. pone instrm̃ esse tale. Bonif. in tract. eiusdẽ materiæ in rub. de falsi. nu. 9. ver. licèt quid si instrm̃. Fran. de Capitib. listæ in cons. incip. par. magnifici. nu. 4. p me edito. in j. vol. consiliorũ crimi. diuerso. Doc. cons. 71. & Eccl. D. Pet. Fol. in sua praxi. cri. in 2. par. 2. par. prin. in uer. item quòd commisit falsitatem. nu. 60.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta possunt produci post publicationem testium usque ad sententiam nisi sit in causa conclusum, uel expressè renunciatum à partibus quibuscunque probationibus.*

1 SALVO nihilominus. † Aduerte q̃ hæc protestatio non est necessaria, quia ut dixi, possunt instrumẽta pro
a duci ẽt post publicationẽ ª testium vsq; ad sñiam diffinitiuam, nisi esset in cã conclusum, uel renunciatum expresse à partibus quibuscunque probationibus, ut traditur & habetur in d. c. cum dilectus, extra de fid. instr.

ADDITIO.

✱ conclusum, uel renuntiatum. Adde differentiam inter concludere, & renuntiare, & uide Doc. in apostil. ad Prac. Masueri. tit. de iudicibus. num. 30. & quæ scribit Ias. in rep. l. admonendi, nu. 51. & seq. ff. de iureiur.

Post

a Post publicationem. Vide Bart. in l. admonendi, in princ. vbi alij &c. ff. de iureiuran. not. quòd instrumentum potest produci etiam post publicationem testium. glo. in authen. iubemus. C. de iudic. glo. in l. 1. ff. de eden. Bart. in l. mancipiorum, ff. de opt. lega. Bart. in l. admonendi. ff. de iuretur. Docto. in clemen. sæpe, de verbor. signifi. d. de Ro. dec. suis de fid. instrum. in nouis & antiquis, ubi quando post conclusum in causa.

✽ Post publicationem. Adde, quæ scribit Rob. de ordi. iud. c. 44. num. 47. Vestr. in pract. libr. 6. cap. 1. num. 3. Guid. Pap. q. 201. Capel. Tolos. q. 14. 146. Rom. consi. 176. in princ. & num. 9. Osasc. decis. 142. Aym. consi. 134. num. 1. Ias. in rep. l. admonendi, nu. 318. & sequen. ff. de iureiuran. quòd scripturæ recipiuntur in causis usque ad conclu. in causa exclusiuè, an autem, & quando post sententiam instrumenta produci possint? & distingue, ut per Mysing cent. 4. obser. 60. ubi aliqua ad materiam l. Imperatores. ff. de re iud. & ibi quid in testibus. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Productio generalis reprobatur.*

ET primò quidem. Nota formam productionis, quæ debet esse certa, & clara, & specialis cuiuslibet instrumenti per se, cum signis debitis, &c. Et ideo reprobatur il-
1 la † productio generalis & confusa, cum dicitur talis pro-
✽ duxit* omnia instrumenta, & iura quæ sunt in uno sacculo &c. uel produxit quinque, uel sex instrumenta &c. ut not. Spec. in titu. de instr. edi. in §. uidendum restat, in prin. & uersi. item not.

ADDITIO.

✽ Produxit. Adde Ias. in l. titiæ textores. num. 7. ff. de leg. j. & de productione realiter facienda, vide quæ scribit Rom. sing. 314. Osasc. decis. 141. nume. 13. 14. & sequen. & decis. 142. pract. autem quomodo fieri debeat hæc productio, docet Roma. dicto singu. 314. ubi plura ponit notab. Masuer.

Forma petendi copiam instrumentorum.



Oram uobis suprascripto D. Vicario comparet, & se præsentat suprascriptus Ioan. Oliarius causa, & occasione certorum iurium, instrumentorum, & priuilegiorum coram vobis (ut dicitur) productorum in quæstione prædicta per suprascriptum Simon. nomine quo supra, petens & requirens ante omnia de ipsis assertis iuribus, & instrumentis sibi copiam fieri cum anno, mense, & die ac nomine scriptoris & subscribentis, vt sic informari ualeat, an sint uera uel falsa, & an eisdem sit fides aliqua præstanda, uel potius reprobanda. Nec non & ipsi Ioann. sufficientem terminum assignari ad opponendum, & excipiendum contra illa iura, & instrumenta.

S V M M A R I V M.

1 *Copia fienda est parti, de omnibus in causa productis.*



Oram uobis. Ad huius euidentiam sciendum
1 est, † quòd de omnibus in causa productis
✽ fienda, est regulariter copia * parti contra quam producuntur, ut l. j. §. edenda. ff. de edé. & l. is apud quem. C. de eden. cum sim. & nedum instrumentorum, sed etiam allegationum & consiliorum in iure, si talia producantur apud acta, ad hoc ut iudex non circumueniatur per falsas allegationes, nam si de supplicatis & allegatis principi est fienda copia parti, quantò fortius fienda est de allegatis iudici, a gumen. in l. si quis obrepserit. ff. ad l. Cornel. de fals. & l. prima. C. si ex fal. allega.

ADDITIO.

✽ Copia parti. Adde Alexan. in l. iubemus. C. de iudi. Dec. In cap. 1. col. 26. de probat. in l. 2. C. de eden. Rom. sing. 266. Osasc. decis. 1. num. 49. & sequen. vbi plura ad praxim. docet. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Copia instrumenti an sit danda cum anno, mense, & die conscripti instrumenti.*
2 *Instrumenta, quæ nondum sunt in causa producta, an poterit pars aduersa petere exhiberi, & sibi copiam fieri.*
3 *Copia instrumenti petita à tertia persona, an sit fienda.*
4 *Notarius quo iure compellitur edere instrumentum illi cuius interest.*
5 *Notarius an possit cogere testes ut iuxta eorum testimonium sufficient instrumentum, si forte amisit protocolum, uel similia.*
6 *Mercator producens librum rationum, an audiatur uolens stare dicto libro tam pro se, quam contra se.*
7 *Instrumentum allegatum in libello, an pars contra quam agitur possit petere sibi ut edatur.*
8 *Instrumenti producti continentis in se plura capitula, non est danda copia, nisi de illis quæ faciunt ad causam.*



1 Vm anno, mense, & die. † Hic quæritur an de iure danda sit copia cum anno, mense, & die conscripti instrumenti? Dic breuiter, quòd non regulariter, ut dict. l. 1. §. editiones. ff. de eden. nisi pars dicat se uellè illa de falso redarguere, ut ibi habetur & not. sed de iure municipali hodie in multis ciuitatibus, & locis tantum est, quòd fiat tem per copia cum anno, mense, & die, ac notarij subscriptione, quod ius municipale melius conuenit naturali rationi, & æquitati, quàm ius commune. quomodo enim potest pars informari de præscriptione, uel de iure proprietatis, & tempore, si fortè concurrunt plures creditores, nisi uiso & cognito tempore obligationis contractæ, uel acquisitionis factæ, & si licèt ius commune se fundauerit, ideo sine die copiam exhibendam, ne prolato die aliquid falsitatis excogitaretur à parte. Certè hæc ratio non multum urget, tum quia non est verisimile quemquam falsum committere, tum quia, ut dictum est, pars ipsa, contra quá producuntur, remanet dubia de eius defensione. Nec obst. sicut aliqui uoluerunt dicere, quod iudex melius hoc auisabit per se in causæ decisione: quia longè melius auisabit defensiones partis, eius aduocatus, quàm iudex medius, vnde semper fui huius opinionis, quòd in hoc errauit Iurisconsultus, & ob hoc legislatores animaduertentes, quòd in aliquibus possent errare, constituerunt quod quælibet ciuitas possit sibi leges condere, prout melius sibi uiderit expedire, ut in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in §. constat. Institu. de iur. natu. gen & ciui. de his not. in Spec. in d. §. uidendum restat, uer. sed cùm dies, quæ solutio facta &c.
2 † Deinde quæritur, si hæc instrumenta, uel similia nondum sunt in causa producta, an poterit pars aduersa illa petere
✽ exhiberi, & sibi copiam fieri? * videtur quòd non per l. nimis graue, & quod ibi not. C. de testib. & cap. 1. extra de probat. in contrarium facit l. dissolutæ. C. de condictio. ex leg. tangitur per Spe. de hoc in d. §. uidendum. uersi. & no. ex præmissis &c. & plenè per Bar. in d. §. editiones, & in l. quidam, de eden. secundum quem & Guil. de Cun. melius sic concludendo distingue, aut actor petit editionem fieri a reo ad suam actionem seu intentionem principaliter fundandam, & tunc non potest, nec audiendus est, ut d l. nimis graue, facit l. qui accusare, & l. si. C. de eden. aut solùm petit ad actionem iam fundatam coadiuuádam, v. g. actor petit fundú quem asserit esse per mensuram perticæ seu sextaria de-

ria decem, reus autem dicit, quòd non est in tanta mensura, certè pōt licitè actor à reo petere quoad demonstrandum hanc quantitatem, vel determinandum fines eius, sibi exhiberi ipsius Rei instrumenta, ut probatur in l. Titius hæres, & l. creditori. ff. de actio. empt. & ff. de lega. 3 l. qui concubinam. §. cum ita, & in l. prædijs. §. Titio, & eodem modo tenetur actor edere reo ad replicationem eius firmandam, per l. pen. §. fin. ff. ad leg. Falc. Aliquando contra reus petit ab actore editionem ad ipsius exceptioné probandam, & tunc tenetur actor sibi edere, vt l. fi. C. de eden. & optime facit l. dissolutæ. C. de condict. ex leg. & l. qui tabulas. ff. de fur. per quæ iura patet, q̄ reus petit sibi dari instrumentum debiti cancellatum ad eius defensionem, & liberationem probandam, per quod sequitur, quòd eodem modo poterit actor à reo petere ad eius replicationem probandam, argumen. l. plures apochis. C. de fide instrum.

3 † Quid autem dicendum, si hæc editio seu copia petatur ab extraneo, seu ab alia tertia persona, puta à notario, uel mercatore, an sit fienda? Breuiter distingue, aut petitur editio, uel exhibitio ratione totalis, uel particularis dominij, & tunc fieri debet, ut l. 3. §. sciendum, cum ibi not. ff. ad exhib. & l. quæ cautiones. ff. familiæ erciscun. l. si procurator. C. eodem. aut petitur editio ratione alterius interesse, quàm dominij, & tunc aut petitur a notario, uel mercatore, seu vsurario; & hic considera, nam aut instrumenta, uel rationes quæ edi, seu exhiberi requiruntur, sunt confecta me mandante, & tunc in dubio fienda est mihi editio, ut l. si quis ex argentarijs. §. pertinere, & l. prætor. in princ & l. quædam, in §. nummularios, & ibi per Bart. ff. de edend. in clemen. 1. §. penul. extra de vsur. aut sunt confecta non me, sed alio mandante, & tunc hic subdistingue, aut ille alius cuius mandato sunt confecta, teneretur mihi illa edere si penes eum essent, ut patet in exemplis superius traditis, & in illis casibus tenebitur notarius, vsurarius, & mercator mihi ipsa instrumenta & rationes edere, quia ego ipse videor ipsius mandantis quantum ad hoc personam repræsentare: exemplum in creditore qui habet bona debitoris obligata, & petit à notario ut sibi edat instrumenta, in quibus sunt nomina debitoris sui obligata, certè tenetur notarius sibi edere, argum. in d. §. pertinere, & ibi per Bar. facit l. fin. ff. de bon. aucto. iudic. possiden facit ad hoc regula quæ sumitur in l si ab eo, & l. si is à quo. §. si usufructus. ff. de pigno. coniuncta l. 3. in fin. ff. famil. erciscun. aut ille tertius non tenetur mihi edere, & tunc nec etiam tenebitur nota-

4 rius, & simi. ut d. §. pertinere, cum simi. † Sed quo iure com- * pellitur notarius edere instrumentum illi, cuius interest? * Respondeo officio iudicis, ut l. argentarius. 2. responso. ff. de edē. & si edidit defectuosum forte in anno, uel indictione, aut loco, uel mense, cogendus est per officium illud corrigere, & in forma debita tradere, ut in l. ubi, & in l. ueluti. ff. eod. tit. & not. per Bartol. in l. fi. na. ff. de tabul. exhibend. quinimmo si sine partis requisitione errauit in editione, seu nota instrumenti, poterit petere, quòd sibi liceat in-

5 strumentum reficere. † Et quod amplius est, si ignoret & iusta sit causa suæ ignorantiæ circa substantiam & qualitatem facti & contractus gesti, poterit per officium implorare, quòd testes, qui interfuerunt, examinentur, ut iuxta eorum testimonium possit conficere instrumentum, si fortè amisit protocollum, uel partes recesserunt tunc infrequentia, aliàs si non esset iusta causa ignorantiæ non audiretur. ut l. prætor. §. penul. in fin. eod. titu. & no. Bart. ubi supra, & in l. ii librarius. ff. de reg. iur. quod not. & uide in tit. proxi.

6 † Quid autem * si mercator coactus producere librum ra- a tionum dicat, quòd stetur ipsi libro ita in eius fauorem, sicut contra ipsum, an sit audiendus? Dic de hoc, ut not. per Glo. in d. §. nummularios, quæ determinat stari contra se, & non pro se; uel melius distingue secundum Doct. quos refert Cyn. in l. prima. C. de confess. in 13. q. & in l. 3. C. de donat. ante nupt. Aut est vnum & idem capitulum, aut plura inuicem connexa, aut plura distincta & separata. Primo casu, v.g. si reperitur scriptum, quòd recepit à Caio 10. pro venditione certi drapi, uel lanæ, & si. & tunc stari debet ita pro se, sicut contra se, & econtra; quia eadem dispositio censeri non debet iure diuerso, ut l. eum qui ædem. ff. de usucapio. Secundo casu dic idem, argum. in l. etiam § 1. ff. de mino. & l. in hoc iudicio. ff. fam erciscun. & l. eum actum. ff. de nego. gest. Tertio casu potest stari in uno capitulo, & in alio non, ut l. publia. in fin. ff. depos. Ex quibus determinatur illa quotidiana quæstio secundum Cyn. ubi supra, si aliquis in iudicio uel extra confessus est se recepisse à Caio pecuniam ut sibi repeteret lectiones, uel pro factura pelandræ, uel ædificij domus, quòd non potest eius aduersarius diuidere hanc confessionem, & partem quæ facit pro se approbare, & aliam cōtra se reprobare, quod multum no. de quo etiam no. Bart. in l. Aure. in §. idem quæsijt. ff. de lib.

7 lega. † Rursum quæritur, uidemus quotidie, quòd ponitur in libello { Titius mihi debet centum ex causa mutui, de quo constat per publicum instrumentum traditum per ta-

b lem notarium, petit meus aduersarius antequam lis [b] per eum contestetur sibi edi hoc instrumentum, ut deliberare possit an sibi expediat litigare uel liti cedere. } Quæritur an sibi sit dandum? & dicit Innocen. quòd sic. in cap. 1. extra de probat. Sed Spec. in d. titu. de instrum. edit. §. nunc dicamus, uersic. quid si quis. dicit hoc uerum esse, si est instrumentum in facto proprio, & illud habeat in promptu; aliter autem ipso iurante se illud in promptu non habere, procedetur ad litem contest. & postea producetur in causa. & eodem modo non tenetur agens ex iure cesso producere instrumentum cessionis ante litem contest. nec is qui appellauit tenetur producere appellationem, nec parti de ea copiam facere ante litis contestationem seu responsionem à reo factam libello appellatorio, ut determinat Spe. vbi supra uers. sed pone appellans à sententia &c. uer. se.

8 † Sed pone, quòd produxi unum instrumentum, quod in se * continet plura capitula, puta unum testamentum, uel vnū inuentarium. & simi. & sum protestatus, quòd illud instrumentum produco super tali capitulo tantùm, & non aliter, nec ultra. aduersarius autem petijt copiam de uniuerso ipso instrumento, quæritur an sit danda? Specul. dicit, quòd nō, sed de sola parte, per text. in c. contingit, extra de fide instrument. & per eum not. ubi supra uersicul. quid si produco.

ADDITIONES.

* Copiam fieri. Adde, quid dicendum de exemplo, & dic, quòd exemplum actorum, & non exemplar, seu originale, partibus edendum est, cap quoniam contra, versic. & omnia, de probat. Spec. titu. de teste. §. publicatis, in prin. Fely. & alij in cap. cum bonæ. 1. nota de probat. Quod procedit etiam in iudice appellationis, ad quem acta recognita tamen transmitti debent, non autem ipsum exemplar, immo nec iudex ad quem iubere potest, ut sibi exemplar transmittatur, teste glo. Barto. & Saly. in l. eos. §. super his. C. de appellat. Saly. in l. ult. in fin. C. de rela. An autem fidem faciat copia, siue exemplū instrumenti? uide Bald. in l. ult. q. 5. C. de edict. diui Adria. tollend. Specu. de instrum. edit. §. nunc dicemus, uersic. illud autem scias, Accur. Bar. & alios in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Bart. in l. chirographis. ff. de administr. tutor. & dic, quòd exemplum siue copia quando conficitur, aut exscribitur, aduersarium citatum esse oportet, aliàs nulla exemplo fides adhibetur d. authen. si quis in aliquo, Alexan. consi. 6. colum. ult. libr. 4. Guid. Pap. q. 471. quod quidem exemplum iudicis autoritate recognitum probat, ut per docto. in cap. ult. de fid. instrum. & in d. authen. si quis in aliquo, ubi Bolognetus. nu. 19. dicit communem, & plures dantur limitationes, quòd exemplum probat, quando illud ab eodemmet notario exscriptum & recognitum fuit, qui exēplar scripsit, Bart. d. authen. si quis in aliquo, Cuius opin. seruatur & receptio-

ptionis in foro, & eſt communis, teſte Iaſ. ibi numero 3. Maſuer.

✱ Cuius intereſt. Adde, quòd intereſſe petentis edi inſtrumentum probatur per iuramentum, ex not. per doctor. in apoſtill. ad Bart. in l. 3 §. condemnatio. ff. de tab. exhibend. Roma conſil. 83. de quo uide quæ ſcribit Purp. in l. 1 col. vlt. C. de edend. Oſalc. decil. 57. ubi poſt nume. 4. concludit, non cogi notarium edere inſtrumentum, ei qui non rogauit, licet de eius intereſſe appareat, Dec. in c. 1. colum. 55. & ſequen. de probat. Oſaſc. d. deciſ. nume. 5. ubi intereſſe petentis editionem fieri non probatur ſolo iuramento, licèt alij plures contrarium ſentiant, diſtingue tamen, ut per eum ibi & per Iaſ. in l. prætor ait. 3. reſpon. num. 8. nume. 9. ff. de edend. ubi ponit regul. cum limita. & in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait, eod. titu. ubi num. 6. quærit an ille, cui notarius ſemel dedit inſtrumentum in forma publica poſſit petere, quòd iterū edatur à notario, declara & limita, ut per eum ibi, & fac. quæ idem ponit in l. fin. C. de præcib. Imper. offerend. vbi an & quando notarius excuſetur dando copiam particulæ tantum. & non totius teſtamenti uel inſtrumenti, & ibi de pract. citandi notarium ad oſtendendum protocolum, de qua etiam per Purp. d. l. 1. colum. penul. C. de edend. quid de notario uiuente, an poſſit facere, quòd de ſuis protocolis ſumatur inſtrumentum per alium? & concludit quòd ſic, Iaſ. in l. quædam. §. nihil, nu. 9. ff. de edend. ubi loquitur etiam de hærede notarij, an teneatur edere copiā instrī, quamuis protocola ſint alij legata, quid dicendum, quando iudex denegat dare copiam actorum? & dic, quòd lite pendente ſuperior adiri poteſt. teſte Bartol. in l. ſi appellationem. C. de appel. num. 1. ubi etiam num. 2. docet pract. quod ſi quis petat exhiberi inſtrumentum uel aliud quod ſit penes aduerſarium: & qui aduerſarius, ſtatuto ſibi termino à iudice, illud exhibere recuſat, quòd poterit iudex pronuntiare: quòd ſi quo tempore illud inſtrumentum, uel ſcriptura apparuerit, quòd illa niſi & ſe iuuare non poſſit, & ita uidi practicatum. Maſuer.

✱ Plura capitula. Adde Bart. ubi doctor. in apoſtil. in l. omnes populi, colum. fin. in fin. ff. de iuſti. & iur. ubi etiam an, & quando ſufficiat producere particulam inſtrumenti, & quid in ſtatuto uide ibi, & in l. argentarius. §. edi autem. ff. de eden. Maluer.

a Quid autem. Vide Bald. in l. fin. C. ad Maced. Lud. Rom. in l. nuda ratio. ff. de dona. Anto. de Butr. in c. ſi cautio, de fid. inſtrum. Lud. Rom. conſil. 346. & vide in l. admonendi, per Docto. communiter. Ang. in l. rationes. C. de proba. Cum. in conſi. 111. & Pau. de Ca. conſi. 81. Curtius.

b Antequam lis. Vide per Alex. de Imol. in l. ſi. C. de eden. ubi ponit multas fallentias ad regulam.

AN SINT Vera vel falſa. Hic attende, quòd de iure communi, ubi pars dicit ſe velle redarguere inſtrumenta de falſo, ſufficiens eſt cauſa propter quam ſint cum die, & conſule edenda inſtrumenta, ut not. & habetur in d. l. 1. §. edenda, & in §. editiones. ff. de eden. ut ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ſufficiens dandus eſt ad opponendum contra inſtrumenta producta.*

1 TERMINVM Aſsignari. † Iſte terminus ſufficiēs eſſe debet, & dandus eſt tam de conſuetudine, quàm de iure ad opponendum contra inſtrumenta producta, ut in l. pen. C. de dila. & extra de dilat. c. fin.

ADDITIO.

✱ Terminum. Adde, quòd neceſſarius eſt terminus ad dicendum contra producta, ut not. Bart. ad reprimendum, uerſi. de plano, ubi dicit, quòd tunc ea quæ in iudicio producuntur, in actis eſſe intelliguntur, quando ad dicendū contra producta citatus fuit aduerſarius, teſte Roma. conſi. 519. Felyn. in c. in nomine domini, nume. 31. de teſtib. Seba. de Null. ex defect. citationis. nu. 55. Maſuer.

Forma opponendi contra inſtrumenta.



Coram uobis D. Vicario antedicto comparet & ſe præſentat in termino ſibi aſsignato prænominatus Ioan. A lea ius cauſa & occaſione quorundam aſſertorum iurium, & inſtrumentorum pridie, ut dicitur, coram uobis productorum in cauſa prædicta per ſupraſcriptum Siminoninum Speltam procuratorio nomine, dicens & excipiendo proponens dictus Ioan. contra & aduerſus omnia & ſingula dicta aſſerta iura & inſtrumēta, quòd per vos non fuit nec eſt ei nec alicui ipſorum fides aliqua præſtanda nec adhibenda, multis rationibus, & cauſis ſingulariter contra ſingula inferius annotatis. Et primò opponendo, & excipiendo contra aſſertum inſtrumentum emptionis dictæ petiæ terræ in iudicio, ut præfertur, productum per ipſum Simonin. dicit & opponit, quòd ipſum inſtrumentum nullam fidem facit, tum quia caret formis, & ſolemnitatibus debitis à iure requiſitis, tum quia eſt abraſum in partibus & locis ſubſtantialibus, tum quia ille qui rogaſſe & ſcripſiſſe dicitur ipſum inſtrumentum, non fuit nec eſt publicus nec authenticus notarius; tum quia fuit & eſt ſimulatum; & amplius, quia penitus dignoſcitur eſſe falſum, alijſque de cauſis ſuis loco & tempore proponendis & allegandis, multipliciter uitioſum. Ruſumque ſimiliter dicit & opponit contra reliqua aſſerta iura & inſtrumenta per ipſum Simoninum (ut prædicitur) producta, quòd nec illis per uos eſt ulla fides præſtanda, maxime rationibus cauſis & defectibus antedictis, & alijs multiplicibus de quibus proteſtatur, & ſuo tempore proponendis. Deinde etiam obijcit & opponit contra aſſertum priuilegium per eundem Simon. (ut prædicitur) productum, quod nec illi fides aliqua eſt præſtanda? tum quia fuit & eſt contra ius elicitum, & impetratum, tum quia eſt impetratum per obreptionem, & falſi ſuggeſtionem; tum quia impetratum lite pendente; tum quia in eo non eſt facta mentio de antecedenti reſcripto, nec de proceſſu pendente, nec appellatione interpoſita; tum quia in eo apparet erratum in dictis & grammatica; tum etiam quia eius ſigillum eſt uitioſum, & in pluribus partibus apparent in eodem reſcripto literæ quædam abraſæ, nec apparent adhibitæ illæ formæ & ſolemnitates, quæ in talibus reſcriptis interuenire debent tam de conſuetudine, quàm de iure. Inſuper etiam, cùm ipſum aſſertum priuilegium ſit alterius confirmatorium, non facit ullam fidē, niſi oſtenſo priori ſeu originali. Cæterum ſaluis præmiſſis ipſe Simon. ſeu dictus Andri. perdidit fructum dicti aſſerti priuilegij, cùm uarijs de cauſis ſit penitus & omnino ſublatum, etiam ſi à principio fuiſſet aliquod & iuſtum, quod tamen ſuperius eſt negatum. Poſtremò eſt etiam ipſum aſſertum priuilegium alijs rationibus & cauſis multiformiter uitioſum, propter quas merito uenit, & eſt per uos omnino repellendum, & abijciendum, de quibus ſuo tempore proponetur, nec ulla eſt per uos eidem priuilegio, nec aliis inſtrumentis fides adhibenda, nec præſtanda, & maximè illi aſſertæ priuatæ ſcripturæ, quam dicit ſcripturam fuiſſe manu eiuſdem Io. quod negatur.



Coram uobis. Tu iuuenis ſemper aduerte ad hanc formam opponendi contra iura & inſtrumenta, & ſemper habita ipſorum copia, ea omnia & ſingula uideas & examines cum diligentia, & contra illa opponere ſtudeas omnia quæ poteſ vitia, eo tamen præcipuè attento, quòd

nunquàm

nunquàm te sub mittas ad opponendum, & allegandum instrumenta falsa, nisi ex maxima & euidentissima causa; quia res talis est multis respectibus ualde periculosa.

SVMMARIVM.

1 *Notarius volens corrigere errorem suum in instrumento factum, an sit audiendus.*

Caret formis. Quæ sunt formalia instrumentorum, dixi supra circa formam productionis instrumentorum, in glo. 3. & no. per gl. in l. generaliter. C. de tab. li. 10.
1 † Circa hoc quæritur de eo, quod multoties occurrit de facto, pone quod notarius omisit ponere indictionem, vel diem, aut locum in instrumento, & inde tradito parti in-
a strumento dicit se errasse & vult errorem a suum corrigere, quæritur an sit audiendus? Dic quòd licèt super hoc sint opiniones diuersæ, tamen secundum Spec. sententiam & ipsam veritatem sic distinguendum est. Aut notarius protestatur se errasse, & tunc poterit suum errorem corrigere, nam in facto suo sibi credendum est, aut non protestatur hoc, & tunc remanet instrumentum uitiosum, ut per eundem Specul. in d. §. postremò, versi. sed nunquid confecto. ad quod faciunt not. in l. si quis decurio, per Cyn. C. ad leg. Corn. de fal. & in l. errore. C. de testam. & per Bart. in l. si libra- ius. ff. de reg. iur. & in l. fin. ff. de tabu. exhibend. & supra dixi in titu. præceden. & ex hoc sequitur, quòd si notarius fuit mortuus, quòd non poterit talis error amplius corrigi, ut ibi notatur.

ADDITIONES.

a Et uult errorem. Vide Bald. in l. si unus. C. de test. & in l. ambiguitas, in fin. eod. titul. Bald. in l. in nostram. C. de testib. Bald. in rubr. C. de fide instrum. in 10. colum. uersi. sed pone. Pau. de Cast. in l. iudex postea quàm. ff. de re iudic. & Angel. consi. 288.

✱ Errorem. Adde, quòd non potest notarius errorem suum corrigere, nec defectum supplere, nisi autoritate iudicis, uel officialis ad hoc commissi, quæ conclusio uera est, exceptis quibusdam casibus enumeratis per Felyn. in cap. ex literis, num. 6. nume. 10 & sequen. de fid. instrumen. qua de re, & quando possit notarius errorem commissum omittendo locum & similia corrigere, uide Nat. consi. 329. lib. 2. Paris. consi. 61. lib. 3. Alexan. consi. 89 colum. fin. in prin. lib. 3. Quid de eo, quod dicitur, notarium simpliciter rogatum, intelligi rogatum, ut ponat clausulas de cõsuetudine apponi solitas, & dic, ut per Ias. in l. 1. §. si procurator, nu. 18. ff. si quis iusdicen. non obtempe. ubi dixi, eundem in l. certi condictio. §. si nummos, colum. 4. in princ. num. 24. & sequen. si cert. pet. Hypol. sing. 123. Soc. in l. Gallus. §. idem credendum, colum. 3. versic. aduerte, de libe. & posth. Dec. in reg. semper in stipulationibus, colum. 3. de reg. iur. Bal. in l. fin. C de execu. rei iudic. Dec. in c. cum M. colum. 2. extra de constitu. Alexand. consi. 28. colum. 2. & 3. lib. 2. ubi limitat regu. Ias. d. §. si nummos, quod clausulæ solitæ apponi procedit ea regu. in clausulis quæ sunt de natura cõtractus celebrati, quid de iuramento, an possit per notarium addi, suppleri & extendi? & dic ut per eundem Ias. in l. 3. §. & post operis, num. 8. de no. ope. nunc. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Vituperatio, abrasio & cancellatio instrumenti, quando noceant instrumento.*
2 *Rasura literæ uel sillabæ an noceat.*

1 Tum quia est abrasum. † Solet opponi abrasio, vituperatio & cancellatio instrumenti, quæ uitia reddũt suspectũ, & aliquando uitiosum instrumentum, ut traditur in cap. inter dilectos, extra de fid. instrumen. & extra de re. domi. cap. cum uenerabilis. Verum pro pleniori huius doctrina potest sic distingui secundum Andræam de Pis. Quandoque peccatur in scriptura, uel instrumento aliquid omittendo, quandoque in mutando. Primo casu considera, aut scriptor omisit aliquid formale, & tunc dic ut supra proxi. aut omisit aliud, & tunc aut omisit literam uel syllabam, & non nocet, ut probatur in l. qui habebat, in prin. ff. de manum. testam. aut omisit orationem, & tunc nocet si ex ea sensus alte. atur, argum. eorum quæ infra dicentur. Secundo casu quando immutauit & abradendo peccauit, & tunc aut est scriptura inclusa, aut aperta. Primo casu nõ nocet, argum, ff. de his quæ in testa. delen. l. cancellauerat. In secundo casu, quando est aperta, tunc subdistingue, quia aut est rasura, vel immutatio dictionis, aut syllabæ: si dictionis, tunc suspecta redditur ipsa scriptura. ut l. edicto, & l. 2. C. de edi. diui Adria. tollend. maxime quia iure canonico propter tenuem rasuram literæ habentur suspectæ, ut
2 extra de crim. fal c. licèt §. quanta. † Si uerò sit mutatio seu rasura sillabæ uel literæ, tunc aut illa talis rasura & mutatio habet alterare sensum & dubitationem inducit, & tũc scriptura suspecta habetur ut falsa præsumatur, ut extra de crim. fal. in c. fina. ubi uerò non habet alterare sensum nec dubitationem inducere, & tunc non nocet, ut extra de fid. instrum. in c. literis. Si tamen ista rasura, uel mutatio apparet esse facta per notarium qui rogauit instrumentum, sustinetur, de qua rasura ipse notarius debet facere mentionem in subscriptione, vt colligitur ex his quæ no. per glo. in d. cap. ex literis, & in c. inter dilectos, extra de fid. instr. & in cap. cum uenerabilis, extra de relig. do. & in c. olim, extra de rescript. & plenè per Spec. in d. tit. de instrum. edi. in §. restat uidere, in princip. & in §. postremò, in uersicul. item excipitur, quod est uituperatum, &c. & quod not. in d. l. edicto, & in l. errore. C. de testamen. cum sim. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio notarii quando frequentius opponatur.*
2 *Notarium quem esse, quod probetur quando instrumentum in dubium reuocatur.*
Homo falsus non est homo.
3 *Probatio notarij de longinquis partibus qualiter fiat.*
4 *Instrumentum factum à scriptore sacerdote an ualeat.*
5 *Notarius infamis, an possit instrumenta rogare.*

Non Fuit nec est publicus, nec authenticus nota-
✱ rius, ✱ &c. † Hanc exceptionem solent frequenter opponere cauillosi procuratores, maximè quando instrumenta producuntur de longinquis partibus, quia in illis tolerabilis est ignorãtia, an scriptor sit notarius, licèt hoc dicat in sua subscriptione, quia nemo nascitur notarius, nec propria auctoritate constituitur, sed ab alio creatur;
2 ut supra dictum est titu. 2. † Qualiter ergo fiet, si instrumẽtum reuocetur in dubium ex defectu notarij, qualiter pro-
a batur a ipsum esse notarium? dic quòd dupliciter, uno modo si producatur priuilegium sui officij in publica forma, & hoc est clarum, alio modo secundum Docto. si probetur quòd communi uoce & fama ab omnibus uicinis, & compatriotis suis reputatus est & reputatur pro tabellione, & eius instrumentis tanquam publicis fuit adhibita, & adhibetur publicè tam in iudicio, quàm extra iudicium plena fides, ut traditur & habetur per Doctor. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & extra de re iudic. in c. ad probandum, & in d. cap. inter dilectos, de fid. instrum. facit l. 3. ff. ad Macedo. cum simil. super qua probatione sufficiunt literæ te-
✱ stimoniales ✱ ipsius officialis, uel rectoris, sub cuius iurisdictione habitat ipse notarius, ut obseruat practica generalis, quam opin. sequitur Specul. in d. §. postremò, uersic. quid ergo si tabellio, &c. Et quæ dicta sunt, procedunt, quando producitur instrumentum de partibus proximis & circunstantibus, ubi potest esse facilis probatio & informatio

3 matio de dicto officio. † Quid igitur si b producatur in-
b strumentum de longinquis partibus, ubi redditur difficilis probatio & informatio, quòd ille sit notarius, an grauabitur pars probare eo modo quo supradictum est? Breuiter Spec. in d. §. restat uidere, uersic. sed quid si producatur aliquod instrumentum determinat etiam, quòd si tale instrumentum prima facie appareat in forma communi, & publica non abolitum nec cancellatum &c. quòd plenam fidem per se faciet sine alia probatione. Nec est verisimile, quòd in eius subscriptione, qua se notarium attestatur, falsum committat, quia falsus homo non est homo, ut not. in l. falsus procurator. C. de furt. argum. ad hoc in l. 2. ff. de fid. instrum. & in l. fin. C. de edi. di. Adria. tollen. & in l. 2. C. quemadmod. testa. aper. quam opin. sequitur Cyn. in l. comparationes. C. de fi. instrum. & glo. in Authen. de fid. instrum. §. in summa, & Iac. de Bel. in d. Auth. §. quod si tabellio, colum. 6. Prædictis tamen obstare videntur no. per glo. & Innoc. in cap. 1. extra de cle. pereg. apparet ergo secundum priorem sententiam, quòd melioris est conditionis producens instrumenta de partibus longinquis, quàm de proximis, & hoc per rationem de qua suprà; posset tamen fortasse non improbabiliter dici, quòd si sit instrumentum in quo uertatur magnum præiudicium, ut puta testamentum uel aliud graue debitum, quòd non credatur faciliter nisi probetur modis supradictis, aliàs credatur, & sic potest omnium sententia concordari, & omnis
4 materia falsitatis & suspicionis auferri. † Quid si contra c
c instrumentum opponitur, quòd scriptor eius erat sacerdos, an ualeat instrumentum? Innoc. dicit, quòd non, quia talia publica officia & secularia officia sunt clericis interdicta, ut in cap. sicut te, extra ne cler. uel mona. & in l. placet. C. de epis. & cler. Alij distinguunt aliter, ut not. Spec. in d. §. restat, uersic. quid ergo si tabellio, & uer. eo. & per eundem in titu. de sta. mona. uersic. 17. prima opin. uidetur hodie approbata in cap. ut officium, extra de hære. libr. 6. & ibi no. in glo. super uersic. ad præmissa. Bart. tenet, quòd ualet instrumentum, licèt notarius pœnam incurrat. ut no. ipse in l. uniuersas. C. de dec. lib. 11. & per no. in c. 1. extra ne cler. uel mon. alibi non se firmat in l. seruus. ff. de testa. sed remittit ad d. c. 1. † Sed quid si dicit & opponitur,
5
d quòd notarius est infamis, d & damnatus est tali crimine, propter quod factus est infamis, an poterit instrumenta rogare uel facere? Super qua quęstione distingue plenius, ut not. per Bartol. in l. ea. §. 1. ff. ad leg. Iul. repe. secundum quem infamis regulariter potest esse tabellio, & instrumenta conficere. Fallit, si deliquerit in officio, in quo fuit pro tabellione assumptus, puta ad archiuum publicum, ut l. si quis aliquid. C. de susce. & archa. lib. 12.

ADDITIONES.

* Notarius. Adde Ias. in l. Barbarius, post nume. 48. & seq. & nu. 57. ff. de off. prætor.

* Literæ testimoniales. Adde Ias. in l. j. post num. 59. 60. ff. de offic. eius.

a No. qualiter probatur aliquem esse notarium Bal. in apo. in l. fin. de fid. instrum. Bald. in l. unica, de eman. lib. Bal. in l. si. in fi. C. de sac. san. eccl. Innoc. & Doct. in c. ueniens, de uerb. sign. & Ang. consi. 138.

b Quid igitur. Vide Azo. in sum. tit. de proba. & Gof. in sum. eo. tit. & Bal. in l. comparationes, eo. tit.

c Quid si contra. Adde Bart. in l. 1. §. si penes. ff. de tabu. Bal. in l. 2. in 45. colum. C. de sen. Bald. in l. neque patronatus, C. de eo qui lib. Docto. in l. si quis ex argentarijs, in §. 1. de eden. Ange. in l. si quis decurio. C. de fal. gloss. in uerbo notarij, in clem. 1. de hære. Bartol. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure.

* Si contra. Adde Ias. in l. 1. §. editiones, num. 11. & seq. ff. de eden. in l. j. nu. 8. ff. quod quisque iur.

d Infamis. Adde Bar. in consi. 77. incip. quæritur an notarius, in 2. uolum. & in consil. 174. incip. Ser. Ioannes de Gaeod. uolum. Bald. in l. Cassius. ff. de senato. Innoc. Abb. & Docto. in capit. fraternitatis, de hæreti. Docto. in l. si quis ex argentarijs. §. primo. ff. de eden. Io. de Plate. in l. 1. C. de immunita. conceden. lib. 10. & Matt. de Afflict. in constitu. Baiulos, de ferijs & sala iis iudicum colum. 18. uer. quintum requisitum. Ziletus.

* Infamis. Adde quid si notarius falsum instrumentum conficiunt; uel de facto condemnetur: & dic, quòd tenetur parti læsæ ad interesse, l. fin. C. de magistra. conuen. quomodo antem hoc procedat uide per Nat. consil. 545. libr. 3. Clar. pract. crim. §. falsum, col. 5. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum simulatum quod dicatur.*

1 TVm quia fuit & est simulatum. † Dicitur autem in-
* strumentum simulatum, * ubicunque unum inter partes est tacitè actum, & aliud diuersum uel contrarium est in instrumento descriptum v. g. quando debitor fundũ obligat creditori, & in instrumento dicitur, quòd uendidit, ut quotidie fit, & habetur in l. 2. C. plus ualere, quod agitur. quo casu magis attenditur id quod actum tacitè est inter partes, quàm id quod scriptum est. ut d. l. 2. & l. imaginaria, ff. de contrahen. empt. & in cap. illo uos, extra de pign. & in cap. ad nostram, de empt. & uend. & uide quod circa hoc scripsi supra in forma primi lib. in gl. super versi. legitimis titulis, facit quod not. in c. tuas, extra qui fil. sint legit. & in c. cum inter, extra de electio.

ADDITIO.

* Simulatum. Adde, quòd ad hoc, ut quid dicatur simulatũ: necesse est, quod partes ab initio conuenerint de simulando, antequam contractus fieret, & non sufficit si ex post facto hoc agatur, teste Alexan. consil. 29. colum. 6. in fi. lib. 7. qua in materia, simulationis, & quid sit simulatio, & quid contractus simulatus uide Cagnol. in regu. l. imaginaria, de regu. iur. Rip. in l. nemo potest, numer. 65. & alijs seq. vbi etiam Ias. num. 41. ff. de lega. 1. Alexand. consil. 28. libr. 5. Fely. in cap. si cautio, num. 67. de fid. instrum. Dec. consi. 644. nume. 4. nume. 9. & seq. Nat. consi. 77. Quibus adde, quòd simulationem opponere nequit: qui iurauit omnia in instrumento contenta vera, & uelle attendere & obseruare Alexan. in l. seius & auger. ff. ad l. Falcid. in l. nemo potest, ubi Rip. disputat & limitat communem, num. 76. 78. ff. de lega. 1. Idem Alexand. consil. 36. num. 3. lib. 2. Ias. in §. fuerat, num. 87. instit. de actio. Nat. consi. 145. col. 5. num. 11. idem consil. 305. columm. penult. quam communem confirmat Rol. consil. 93. nume. 22. libr. 1. ex quo etiam sequitur conclu. quòd ubi principalis contractus est simulatus: omnia corruunt. ut per Dec. consil. 366. num. 13. Gozad. consi. 18. nume. 36. Curt. Iun. consi. 131. nume. 12. quæ simulatio & fraus contractus detegitur magis ex præcedente tractatu quàm ex sequen. vt scribit Ias. in l. pacta nouissima, colum. 2. C. de pact. in l. & si pepercerit. §. filius, colum. 2. post nu. 7. ff. de lib. & posthum. Tiraq. de retract. Lignag. §. 1. glo. 14. nume. 24. item probatur per indicia & coniecturas, teste Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait, nume. 16. ff. de edendo. in d. l. nemo potest. j. lec. nu. 41. & alijs seq. ff. de leg. j. vbi plura notab. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum esse falsum uel simulatum, per quot testes probetur.*
2 *Instrumentum simulatum esse, probatur etiam per coniecturas, & indicia.*
3 *Suspitio contra instrumentum ex dicto unius testis, uel duorum, uel rasura, qualiter tollatur.*

4 *Instru-*

4 *Instrumentum an sit reprobatum, si testes descripti in instrumento dicant se non recordari, an fuerint praesentes dicto instrumento.*
5 *Instrumentum an reprobetur, in quo ex sex testibus descriptis duo dicunt se interuenisse, reliqui negent.*
6 *Instrumentum an valeat, in quo testes descripti dicunt se fuisse praesentes, sed non recordari de capitulo contento in instrumento.*
7 *Producto instrumento si pars dicat illud esse falsum, & velit produci protocolum, an audiatur.*
8 *Protocolum an per se probet, sicut instrumentum.*

* DIgnoscitur * esse falsum. Aduerte ut supra di-
xi, quòd ad hanc oppositionem, & exceptio-
nem non recurras, nisi ex magna & euidenti
causa propter magnum periculum, quod re-
gnare habet in hoc, & difficultatem proba-
tionis. Detegitur tamen falsitas instrumenti ex varijs cir-
cunstantijs, de quibus not. in d. cap. inter dilectos, & in ca.
cum Ioannes, extra de fide instrum. & in c. cum uenerabi-
1 lis, de relig. domi. † Sed hic occurrit dubium, per quot te-
a stes a probari possit instrumentum esse falsum, uel simu-
latum, circa quod sic sub breuitate conclude, aut quis
uult probare simulationem, & tunc sufficiunt duo testes;
quia talis probatio non habet impugnare directò instru-
mentum, sed simpliciter demonstrare aliud esse actum,
quàm scriptum de uoluntate partium, & sic instrumen-
tum de se esse uerum, & per consequens utrunque si-
mul verum. sed tamen alterum videlicet tacitè actum
alteri uidelicet scripto praeualere iuris auctoritate &
contrahentium uoluntate, ut dicit Iacob. Butr. in l.
2 cum de aetate. ff. de probat. † quae simulatio nedum
per directum potest probari, sed etiam per coniectu-
ras & indicia, ut in cap. ad nostram, extra de emp. & uend.
& in cap. illo uos, extra de pign. & no. per Cyn. in l. 1. & 2.
C. plus uale. quod agitur. licet in dubio sit standum instru
mento, ut dicit glo. in l. quamuis. C. si quis alteri uel sibi, &
in d. capit. illos uos, & in l. nec ignorans. C. de donat. Aut
quis uult probare falsitatem instrumenti, & tunc aut con-
tra instrumentum producitur unus solus testis, aut plures.
* Primo casu, aut ille testis solus contradicens * instrumen-
to est de supernumerarijs, & non necessarijs instrumento,
& tunc nullam fidem facit, ut l. iusiurandi. C. de testi. & in
cap. licet uniuersis, in fin. extra de testi. aut est de numera-
rijs & substantialibus instrumenti, & tunc non facit ple-
nam probationem contra instrumentum, sed tamen eius
fidem facit uacillare, vt in l. 1. in fin. ff. quemad. test. aper. &
ibi plene per Bart. Secundo casu principali quando plu-
res testes producuntur, tunc secundum communem sen-
tentiam glo. tam iuris ciuilis quàm canonici requiruntur
b tres aut quatuor [b] ad impugnandum in totum ipsum in-
strumentum, nec quò ad hoc sufficerent duo, ut not. in l.
in exercendis. C. de fid. instrum. & ibi per Cyn. in cap. cum
Ioannes Heremi. extra de fide instrum. & ibi per Innoc. &
Ioan. And. & plene per Spec. in tit. de instrum. edi. §. restat
videre, uers. sed quae. o quot testes, cum uers. sequen. Ta-
c men secundum Cyn. licèt duo [c] per se non sufficiant ad ple
nam probationem instrumenti, attamen eius fidem faciũt
plus uacillare, quàm supra dictum est de uno teste, & per
hoc redditur suspectum instrumentum. nam etiam sola
comparatio literarum facit eius fidem uacillare, ut habe
3 tur in Authen. de fide instrum. in princ. † Sed quomodo au
fe tur ista suspicio, quae est contra instrumentum ex di-
cto unius testis, aut duorum, uel rasura? dic quod si est su-
spectum ex sui forma, debet producens sibi imponere fi-
dem per eius iuramentum, & per idoneos testes, uel testi-
monium scribentis, ut l. pen. C. de probat. & l. si quis decu
rio. C. ad leg. Cornel. de fal. & in l. fin. §. ulti. C. de fide in-
strum. cum sim. ibi not. Vbi autem est suspectum ex dicto
unius testis, uel duorum circa substantiam contractus, uel
instrumenti. tunc purgatur, & tollitur suspicio per con-
4 trarios testes, & alia indicia. ut infra dicam. † Vnde quae-
ritur, pone quod aliqui ex descriptis testibus in instrumẽ-
to dicant, se non recordari (ut accidit communiter) an
fuerint praesentes, uel non, ipsi instrumento; uel absolutè
dicant, se nunquam fuisse praesentes, an reprobatum erit
instrumentum de falso? Breuiter summatim plura colli-
* gendo attende, quandoque enim testis unus * uel aliqui,
aut omnes dicunt se non recordari, & tunc secundum In-
nocen. & Bart. ubi supra remanet instrumentum in sua ro
boris firmitate, quia hoc casu nil deponitur contra instru
mentum, ut in d. cap. cum Ioannes. Quandoque testes sim
pliciter & absolute dicunt non interfuisse instrumento,
& tunc, aut omnes testes in instrumento descripti pariter
sic deponunt, & tunc instrumentum redditur falsum se-
cundum eos: aut est unus solus ex eis, & tunc aut alij con
testes nihil dicunt pro instrumento, quia non sunt exami-
nati, uel sunt mortui, & tunc redditur suspectum: aut alij
contestes duo uel plures, aut etiam unus ex eis deponunt
se, & illum priorem fuisse praesentes, & tunc confunditur
testimonium illius repugnantis instrumento, & remanet
ualidum instrumentum, ut per eundem Innoc. determi-
natur in d. cap. cum Ioannes, & in cap. cum dilectus, extra
de deci. quia maior, & laudabilior est depositio quae fit
pro instrumento, quàm ea quae fit contra instrumentum,
nec immeritò, maximè in casu isto; quia testis, qui depo-
nit se non interfuisse, est singularis, quia de seipso tantum
loquitur, ideò &c. multò autem fortius confirmatur instru
mentum, si fama bona tabellionis concurrat cum testimo
nio alicuius testis, argum. in capit. cum uenerabilis, extra
de except. & Spec. in titu. de fide instrum. §. postremò, uer.
sed pone, & per Cyn. in l. in exercendis. C. de fide instrum.
5 † Quid autem dicemus, si in instrumento, in quo sufficit
numerus duorum testium, fuerunt per notarium descripti
sex testes, & quatuor ex eis deposuerunt se nunquam in-
terfuisse, alij autem duo deponunt fuisse praesentes, sed de
absentia, uel praesentia aliorum nil dicunt, an reprobabi-
tur ex hoc instrumentum de falso? dixit Innoc. ubi supra,
quòd sic; quia in eo adiuncta est illa falsitas, uidelicet il-
los fuisse praesentes, attamen per illos duos poterit aliter
reprobari contractus, quia ipsi non sunt participes falsita
tis, & ad hoc faciunt quae notantur in cap. tertio loco, ex-
6 tra de probat. & in cap. cum literis, extra de testi. † Quid si
testes duo uel plures dicant se fuisse praesentes in instru-
mento, sed tamen non audiuerunt exprimi tale capitulum
instrumenti, an reddatur instrumentum suspectum? Dicit
Bart. quòd sic, in l. coram. ff. de uerbor. sign. licèt contrafa
7 ciant no. per Cyn. in l. 2. C. de erro. aduoc. † Sed pone, ut
uidi aliquando fieri per causidicos procuratores & aduo-
catos, quòd pars produxit suum instrumentum, aduersa-
rius autem dicit, quòd est falsum, & ad hoc probandum
d petit per eũ exhiberi protocolum, [d] quaeritur an sit audien-
dus? uidetur quòd sic, ipso iurante, quòd habet instrumẽ-
tum suspectum, argum. in l. penul. & in l. contractus, cum
* ibi not. C. de fid. instrum. Tu dic, * quòd non est audien-
dus, si instrumentum habet formam debitam, quia ei stan-
dum est, ut in l. cum res, & l. cum precibus. C. de probat. &
Instit. de inut. stipul. §. item uerbo. & ibi no. & l. optimam.
C. de contrahen. & commit. stipul. & quia improbum, &
absurdum est, quòd contra seipsum quis astringatur pro-
ducere testes uel instrumenta. l. nimis graue. C. de testi. &
8 in cap. 1. extra de proba. † An autem protocolum * per se
plenè probet sicut instrumentum, disputatur per Cyn. in
d. l. contractus, in ulti. q. Et not. circa hanc materiam fal-
sitatis, quòd de ea quaeri potest dupliciter, uno modo cri-
minaliter, alio modo ciuiliter, ut traditur in l. Diuus. C. ad
leg. Corne. de fal. Sed an prius sit agendum criminaliter,
quam ciuiliter, sunt contrariae opinio. ut plenè disputat
Cyn. & Iacob. Butr. in l. fin. C. de fide instrument. & in l. 2.
eod. titu. & ego posui sub titulo & forma libelli qua agi-
tur ad rescissionem sententiae latae per falsa instrumen-
ta.

ADDI-

ADDITIONES.

* Dignoscitur. Adde, quòd per hoc instrumentum non redarguitur de falso licet probetur contra id, quod resultat ex præsumptione instrumenti, iuxta tradita per Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. num. 7. nu. 8. ff. de pact. de quo uide per eundem num. 11. nume. 13. ubi plura ad pract. not. Masuer.

* Contradicens. Adde Cur. consi. 55. vbi per duos testes instrumentarios dicit reprobari instrumentum, & hanc communem asserit, pro qua vide Boer. decis. 12. Marc. Delphi. q. 151. 321. 486. & nedum per duos instrumentarios testes reprobatur, sed etiam per duos non instrumẽtarios, ex not. per Dec. in cap. tertio loco, nume. 12. de probatio. Qua de re uide doct. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmod. testa. aper. Alexand. consil. 70. & 74. lib. 3. Gram. decis. 60. num. 3. & 4. Ias. in l. duobus. §. item Pomponius. nume. 17. ff. de iureiuran. ubi quando testes instrumentarij contradicunt instrumento, quòd nec ipsi propter instrumentum nec notarius propter ipsos puniri possent, ad quod plura cumulat suo more, quibus Adde, quòd si testes non describi in instrumento ei contradicunt: debent esse idonei, & omni exceptione maiores, teste Rol. consi. 84. nume. 8. lib. 3. vbi quòd cauti debent esse aduocati, ut faciant capitula, & probationes de fide & integritate testium, & uide Bartol. in d. l. 2. §. si quis neget. ff. quemadm. testam. apert. Distinctionem autem inter probationem faciendam contra præsumptionem instrumenti, & probationem faciendam contra tenorem instrumenti, & quomodo in utroq; casu fieri debeat? uide per Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè, col. 1. & 2. ff. de pact. Masuer.

* Testis unus. Adde, quæ habetur supra for. iur. testium. uers. & falsitate, nume. 3. & infra for. rescind. sent. uers. fuerunt pulchrè Rol. consil. 38. num. 13. & sequen. lib. 1. ubi disputat & declarat, Aym. consi. 13. num. 3. consi. 74. Bos. titu. de fals. nume. 16. 17. 33. & sequen. melius Clar. pract. crimi. §. falsum, colum. 5. Masuer.

* Tu dic. Adde Alexand. consil. 172. colum. 2. nume. 4. lib. 7. qui videtur tenere contra Papien. hic & ideo in hac subalpina patria extat antiquum Philippi decretũ mihi pag. 96. quo cauetur, non fieri assignationem ad exhibendum prothocollum, vel matricem instrumentorum, nisi imminente falsitatis suspicione, sed quando pars prothocollum instrumenti exhibere teneatur? uide per Osasc. decis. 16. ubi post nume. 5. dicit, quòd qui prothocolum non habet, nec habere præsumitur, minusque illud dolo desijt possidere: ad exhibendum cogi non debet, quia quod quis non habet: exhibere non cogitur, argum. l. traditio, de acquir. rer. dom. & sic dicit inoleuisse pract. quòd lata interloquutoria, qua dicitur, exhibendum esse prothocolum, subiunguntur hæc verba, literas oportunas aduersus notarium concedendo, quòd si is alienæ sit iurisdictionis: laxantur subsidiales, ut coram notarij ordinario prothocolum exhibeatur, ut cum producto fiat collatio. Hæc prædictus Osasc. d. decis. ubi inter alia, alleg. Bar. in l. prætor ait. §. fina. ff. de eden. & tandem dicit senatum censuisse prothocolum per producentem exhiberi, quòd si facta diligentia tabellio prothocolum tradere recusauerit: tũc partes citentur coram notario ad faciendum collationẽ instrumenti producti cum prothocolo, quæ autem requirantur ut prothocolum fidem faciat; uide Saly. in l. contractus q. ulti. C. de fide instrum. fac. quæ scribit Corn consil. 94. lib. 2. Bal. in l. Lucius, la ij. ff. de testam. milit. Alexã. consil. 153. lib. 2. item requiritur, quòd scriptum sit manu propria uolum. ij. recipientis, qui non potest alteri scribendum committere. §. nos autem. In auth. de tabellioni. uersic. per se, Alexand. & Ias. post alios in l. quædam. §. nihil. ff. de edend. item requiritur subscriptio, teste Bartol. in l. prima. §. item senatus. ff. de fals. doctor. in dicto. §. nihil & uide distinctionem Bartol. consilio. 190. & illud quod dicitur, quòd scriptura a qua sumitur instrumentum: debeat habere omnes solemnitates quas habet instrumentum, uerum est, ubi contractus celebratur in scriptis, teste Alexand. consil. 14. colum. 2. lib. 6. & uide quæ scribit Specul. titul. de instrum. edi. §. ostenso. uersic. quid si abreuiatura. Masuer.

* Prothocolum. Adde quid dicendum, quando prothocolũ est nullum? & dic, ut per Rol. consi. 26. nume. 11. 12. lib. 3. ubi inter alia plura, quòd ad ualiditatem prothocoli requiritur rogitus, qui non præsumitur nisi probetur, secundum magis communem per Rol. d. consi. nume. 13. de qua etiam per Alexan. consil. 48. colum. penul. lib. 5. consi. 153. colum. 3. lib. 2. Dec. in c. 3. num. 20. de fide instrum. quia solemnitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur, plura alia ad impugnationem prothocoli ponit Rol. d. consi. nume. 16. ubi quòd instrumentum leuatum per notarium ex protocollis defuncti nullam fidem faciat, nisi de autoritate & leuãdi commissione appareat, quibus adde, quòd ubicunque celebratus est contractus in scriptis, tunc nunquàm datur fides instrumento, nisi exhibeatur prothocolum, teste Bal. in Rubr. colum. 6. q. 2. C. de fid. instr. Roma. consi. 174. colum. vlt. in princ. alleg. per Ias. in l. publicati. colum. fina. C. de testa. ubi dixi, referendo Alex. consil. 175. post nume. 3. lib. 7. pro qua doctrina uide Fely. in c. sicut, colum. 4. 3. declarat. de re iudi. Dec. in c. quoniam contra, colum. penul. uersic. 3. conclu. de probat. de quo tamen dicto Bald. d. Rubr. Alexan. dubitat, in authen. si quis in aliquo, colum. ij. uersi. hanc 3. fallen. ubi Ias. colum. 3 & Dec. num. 19. & sequen. C. de eden. qua in materia, uide quæ habetur per pract. Masueri tit. de liter. notis & notaris, Alex. consi. 105. lib. 2. 175. lib. 7. Abb. & docto. in c. cum P. tabellio. extra de fid. instrumen. Dec. consi. 447. Nat. consi. 224. pulchrè Rol. consi. 44. lib. 1. 32. lib. 2. Sed quid de minuta notarij defuncti illius manu scripta, licet non subscripta; an probet; & dicunt aliqui quòd sic, teste Cur. Iun. consi. 162. colum. 2. Neuiz. consi. 24. nume. 7. consi. 25. nu. 5. Rol. d. consi. 44. lib. 1. licet Paris consil. 27. lib. 2. teneat oppositum, cuius contrarium, scilicet pro affirmatiua, audio fuisse iudicatum per excell. huius patriæ subalpinæ senatum, quod aliquibus durum uisum est, ex not. per Alex. d. consi. 153. colum. penul. & fin. lib. 2. Paris. consil. 12. nume. 124. & & sequen. lib. 1. ubi Alexã. contraria consilia ibi alleg. declarat, & conciliat, Dec. d. consil. 447. col. 1. & 2. Quæ omnia nota, quia sæpius occurrunt in actu practi. in quo nuper opponebatur contra minutam notarij defuncti, quòd erat scriptura priuata, non confecta secundum stilum patriæ ac solemnitates à iure requisitas, carens subscriptione, rogitu, & signo notarii, quid dicendum, an credatur potius prothocollo, quàm instrumento? uel econtra. quando adinuicem contradicunt? uel notulæ quàm prothocollo: seu instrumento leuato per eundemmet notarium? & dic, ut per Felyn. post Abb. in capit. quoniam contra. colum. 4. 7. not. de probat. Soc. consi. 277. versic. 4. necessariò, in fin. lib. 2. Alexan. consil. 105. lib. secundo, consil. 41. lib. 1. Soc. consi. 94. in princ. lib. 1. 199. lib. 2. & quid quando prothocolum, est deperditum? & reperitur instrumentum leuatum? uide Felyn. d. cap. quoniam, ubi alleg. Bald. in l. fin. C. de edend. & in rubr. C. de fid. instrum. colum. 9. Bart. in l. admonendi, colum. 8. de iureiuran. Bald. in l. contractus, C. de fid. instrum. & quando est uarietas inter instrumentum parti & librum notarij, Dic, quòd tunc potius creditur libro notarij, teste Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. ff. de eden. Ias. consi. 62. colum. prima. lib. 1. & uide Imol. & Castr. in l. Sempronius, de lega. ij. Bald. & docto. in l. scripturæ. C. de fid. instrum. Bart. d. l. Sempronius, de lega. 2. Masuer.

a Per quot testes. Not. quòd glo. quam tenet Odofr. in authen. at si contractus. C. de fid. instrum. tenet tres testes, vltra notarium in instrumento requiri, & in auth. sed nouo iure. C.

iure.C.si cert.peta.ut refert ibi Bart.Doct. tamen tenent communiter contra, quia duo sufficiunt, ut refert Bald.& ibi Ang.tenet in d.auth.sed nouo iure, prӕterquam in casu l.fi.C.eod.tit. Curtius.

b Tres aut quatuor. Si duo testes deponunt pro instrumento, tres contra, prӕualet instrumentum; secus si quatuor; uide Barba.in d.cap.in exercendis, Innoc.& Bal.in d.cap. dum Ioannes.

c Licet duo. Ad reprobandum instrumentum sufficit quòd duo testes qui sunt uiri notabiles contradicant instrumento, & est consideranda qualitas personarum & fama, Bal. in d.cap.cum Ioannes, post Inn.But.& Ioan. And.& Bar. in d.l.1.in fin.

d Protocolum. Nã pars producit suum instrumentum. Aduersarius autem dicit, quòd est falsum & ad hoc probandum petit prothocolum exhiberi, an audiatur. not.etiam quod licet pars non cogatur exhibere prothocolum, ut hic, notarius tamen cogitur, ut not. per Bart.in l.si Librarius.ff.de regu.iur. ad partis petitionem, & uide omnino Bartol. in l.Sempronius.ff. de legat.2.qui uult, quòd magis credatur prothocolo, idem in l.prӕtor, el 2.in prin.ff. de edend.& quando dubitatur de instrumento ad prothocolum est habendus recursus ad §.illud, ubi est gl.in auth. de tab.collat.4.

SVMMARIVM.

1 Contra instrumentum obijci potest, quòd testes in eo descripti sint à iure reprobati.
2 Instrumentum ualet etiam si testis excommunicatus sit ibi inscriptus.
3 Instrumentum esse descriptum manu propria notarij in eo descripti quomodo probetur.
4 Potest opponi contra instrumentum, quòd non continet in se causam aliquam legitimam, & quòd repugnantiam continet.
5 Instrumentis duobus, quorum utrunque causam & contractum diuersum continet ab eodem vel à diuersis productis, quӕstetur.
6 Instrumentum non uitiatur, quia in eo dicitur Titius filius Caij, cùm Caius eo tempore fuerit mortuus.
Filiatio morte patris non extinguitur, nec eius nomen perditur.
7 Falsitas unius instrumenti, nunquid deroget cӕteris instrumentis ab eodem notario factis.
8 Instrumentum an sit totum falsum, ratione partis.
9 Si ab uno notario sit scriptum instrumentum, contra quod tanquam falsum est lata sententia, & ab eo notario in instrumentum redacta, an talis notarius sit falsarius.
10 Notarius scribens testamentum, in quo est sibi ascriptum legatum per testatorem, an redarguatur de falso.
11 Intellectus ad l.2.ff.de his qui sibi in testa.ascr.
12 Filius notarius, an possit tradere instrumentum de re pertinente ad patrem.

1 Lijsque de causis. † Sciendum est, quòd multӕ & uariӕ sunt causӕ, quӕ obijci possunt contra instrumenta, quas enumerat Spec.in d.titu.de instr.edit.§.postremò, & ultra superius numeratas obijci etiam potest contra instrumentum, quòd testes in eo descripti sunt à iure reprobati, ut quia sunt de adulterio condemnati, uel alio simili crimine, ut habetur, in l.3.ff.de testi. † Quid autem dices, si testes descripti erant tunc excommunicati, nunquid uitiatur instrumentum? dic quòd non secundum Inno. vt per eum not.in c.pia, ext.a de except.& Specul.in d.§.postremò, uersi.quid si testis in scriptis &c. maximè si eorum excommunicatio erat occulta, uel reputabantur pro non excommunicatis, argum.in c.1.de testam. nam excommunicatus potest facere testamentum, ut not.Ioan.And.in c. decernimus, in nouella sua extra de sent.excommun: ergo poterit esse testis, argum.in l.3.cum ibi nota.ff.de testib.

3 † Item opponitur contra instrumentum, quòd non est scriptum manu propria illius notarij, qui in eo describitur, quo casu si ipse tabellio uiuit, ipsi soli creditur, ut l.si decurio.C.ad leg.Corn.de fal.& ibi per Cyn.si autem mortuus sit, fiet comparatio literarum, & signi cum alijs instrumentis eiusdem notarij, ut in Auth. de fi.instrum.§.in his verò.& in §.quia uero, cum seq.& ext.a. de priuile.c. cum olim, & in capit.cum uenerabilis, extra de except.de quo uide quod tangit Specul.in d.§.postremo, uersicul.1.

4 † Item oppo.contra instrumentum, quòd non continet in se causam aliquam legitimam, uel continet in se causam turpem uel inhonestam, ut plenè habetur & not. in l.cum de indebito, in fin.ff.de probatio.facit l.generaliter, & l.si plagij.ff.de uerborum obliga.& l.si mandauero tibi.§. qui edere.cum sim.ff.mand. Item opponitur contra instrumentum, quòd in serie & forma sui continet repugnantiam, ut l.ubi repugnantia.ff.de regu.iur.& in c.imputari, extra de fide instrumen.l.scripturӕ diuersӕ, & ibi per Cyn.C.de

5 fide instr.facit extra de rescrip.cap.pastoralis.† Hic autem occurrit quӕrendum, si producantur duo instrumenta à diuersis personis contra me, uel ab eadem persona, quorum vnum dicit te mutuasse mihi tali die mille in ciuitate Papiӕ, vnde mihi origo, & in alio dicitur, quòd in eadem die deposuisti, vel Titius apud me Romӕ, quӕritur cui instrumento sit fides plenior adhibenda? & uidetur quòd illi instrumento, quod fuit ultimo loco productum. arg. l.optimam, in fin.C.de contrahen.& commit.stipul.& in c.ex tenore, extra de testi. In hoc dicit Spec.in d.§.postremò, in versic.sed pone, quòd consideranda est auctoritas vtriusque instrumenti, ut illud alteri prӕferatur, quod forte dignoscitur maioris auctoritatis, quӕ quidem maioritas, & auctoritas ex pluribus cognoscitur circunstantiis. Primò ex persona producentis, si sit persona uilis & famosa, ut l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden. nam tunc aliud quod producitur ab alia persona virtuosa, prӕferendum erit; uel si ille consueuit falsa instrumenta aliàs producere, argum.in c.illo vos, in fin.extra de pign. Secundò considerabit iudex, si alterum ex eis sit abrasum, uel aliter in sui figura uitiosum, ut supra dictum est, & traditur in l.fi. C.de edi.diui Adr.toll.nam prӕfertur alterum non uitiatum. Tertiò aduerte, quis tabellio ex eis erat melioris fa-

a mӕ & auctoritatis, [a] ut in c.cum uenerabilis, extra de excep.& alijs sim.& si fortasse reperiat omnia ӕqualia, tunc considerabit, an illud quod est ultimo loco productum sit liberatorium, uel obligatorium. nam liberatorium prӕferri habebit obligatorio. vbi verò utrunque esset obligatorium, uel utrunque liberatorium, neutrum alteri fide prӕstabit, arg.in l.scripturӕ.ff.de fid.instrum.& c.ex literis, de

6 prob.cum sim. † Sed pone ꝙ notarius * dicit in instrumen

* to { Titius filius Caij promisit &c. } reperitur autem, quòd ipse Caius erat mortuus tempore instrumenti, nũquid per hoc vitiabitur instrumentum? dicit Spec. quòd non in prӕalleg.uersi.sed pone, nam supplendum est quondam. nec per hoc, quòd ille Caius sit mortuus, esse desijt Titius eius filius, quia eius filiatio habet suum effectum, quӕ morte patris non extinguitur, nec perditur eius nomen, arg.in l.

7 si finita.§.forte.ff.de dam.infect. † Vlterius quӕritur, si notarius fecit vnum falsum instrumentum, nunquid aliis instrumentis per eum traditis derogabitur? dicit Spe. quòd non in d.§.postremò, uersicu.item opponitur quòd tabellio, &c. arg.ad hoc in l.falsos.C.ad leg.Corn.de fal. quod intellige uerum, in prӕteritis & futuris propter publicam utilitatem, donec fuerit expressè per iudicem de falso cõ

b demnatus [b] quo casu non ualebunt instrumenta postea ꝑ eum tradita uel rogata, ut ibi no.arg. in cap.testimonium,

8 extra de hӕre.& ibi no.per Inn.& Doct. † Sed quid erit, si

c instrumentum sit falsum [c] in vna parte, an in reliquis omnibus partibus uitiabitur? dic ut no.per Inn.in d.c.fraternitatis, & prout scripsi supra in forma iuramenti testium, in gl.super uerbo, & falsitate, & super forma producendi in-

9 strumenta, in gl.antepen. † Quid si coram arbitro uel iudice productum est unum instrumentum scriptum & rogatum per Caium notariũ, deinde iudex uel arbiter profert sententiam contra ipsum instrumentum, absoluendo partem, quia instrumentum est falsum; de qua sententia

ipse

ipse idem Caius tradidit etiam instrumentum, quæritur an ipse notarius sit, ut falsarius reputandus? videtur, quòd sic, quia eius scriptura contra se facit fidem; quia non contradicendo, sed scribendo videtur consensum præstare, arg. in l. si fideiussor. §. pater. ff. de pig. & in c. cum olim, extra de priui. In contrarium determinat Spec. & in d. versi. Item opponitur, maximè quia non fuit ad hoc principaliter actum. ar. l. Lucius. ff. de his qui no. insa. cum ibi not. &
10 extra de ord. cog. in c. fi. in fi. † Post hoc quæritur, pone testator legauit fundum tabellioni d qui testamentũ dictauit & scripsit, quod facere potuit, ut l. dictantibus. C. de testa. an si testamentum transcripserit, possit de falso redargui, quia id sibi ipsi ascripserit? videtur ꝙ sic, ut l. 2. ff. de his qui sibi in testa. ascr. In contrarium dicit Spe. in d. §. postre
11 mò. ver. Item excipitur, ꝙ in negocio proprio &c. † Nec ob. d. l. 2. quia ibi loquitur in eo qui scribit testamentũ in scriptis conditum, de cuius substantia est ipsa scriptura. aliud autem est in nũcupatiuo, quod per testes probatur, secundum eum. Tu dic, ꝙ non caret suspicione, ideoq; melius est abstinere, quia l. dictantibus, loquitur in simplici dictatione, nõ autem in scriptione, ut ibi no. per Cy. & alios
12 doct. † Quæritur an filius notarius possit conficere & tradere instrumentum de re pertinenti ad patrem? Dy. arguit pro & contra, ut refert Bal. in l. ꝙ dicimus, in prin. & in §. si pater. ff. de auct. tut. Finaliter sic distinguit, aut filius est in potestate, & tunc non potest; aut est emancipatus, & tunc potest; arg. in l. puberem. §. 1. ff. ad leg. Cor. de fal.

ADDITIONES.

* Notarius. Adde, si notarius in instrumento dicat, rogauit Titius, spopondit Meuius, & probetur, ꝙ tempore instrumenti: Titius erat absens, dic, ꝙ incidit in pœnam falsi, teste Bart. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Rip. in l. 3. in prin. nu. 3. de ver. ob. & ratio videtur esse, quia notarius apponens aliquid in instrumento, quod uerũ non sit, de falso puniri debet, gl. in l. si ex cautione, in gl. magna. C. de non nu pe. Dec. in l. singula: ia, nu. 33. ff. si cer. pet. Clar. in prac. §. falsum, col. 5. post med. ubi dicit communem. Masuer.

a Auctoritatis. No. ꝙ instrm̃ redditur suspectum ratione personæ notarij diffamati, arg. ff. de accus. l. si cui. §. iisdem, & de re milit. l. nõ omnes. §. à Barbaris, ita glo. in l. iubemus, in prin. C. de prob. per quam dicit ibi Ang. ꝙ qñ instrm̃ in iudicio productum negatur esse verum, fides debet sibi imponi per producentẽ si tabellio erat consuetus cõficere instrã falsa. Ex quo aliud insurgit secundum eum, ꝙ licèt sit diffamatus de multitudine scripturarũ falsarũ, tñ instrã per eum facta valent, sed fides debet imponi si de veritate dubitatur. l. iubemus. C. de prob. quod est verum secũdum ipsum donec toleratur in officio per d. l. Barb.

b Condemnatus. Adde ad hanc materiam. Bar. in repe. l. Barbarius. ff. de offi. præto. col. 8. uersi. quid si notarius, in l. eadem. ff. ad l. Iulia. repet. & in consi. 174. incip. Ser Ioannes de castrodurante, col. 2. uersi. quartò ueniret examinandũ, in 1. vol. Bal. in l. cunctos populos. C. de Sum. Tri. col. 8. & in l. iubemus. §. hoc sanè. C. de sacrosf. eccl. & ibi Pa. de Ca. col. 2. uersi. & sic facit ad quæstionem. Bal. in l. in exercen. C. de fi. instr. in l. depositum. C. depositi in l. 1. C. de testa. & ibi Pau. de Cast. & alij Doc. & in l. militib. eod. tit. Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideic. col. pen. uersi. ecce ꝙ executor, in l. si quis decurio. C. ad l. Cor. de fal. in uer. sed nõ statim definit. & in c. 1. §. si inter pares, de le. Cora. col. 3. uers. extra quæritur. Bal. & Ang. in l. 2. ff. de his qui no. insa. Doctores in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edend. Luc. de Pen. in l. si aliquid. C. de suscept. & archarijs li. 10. Pau. de Cast. in consi. 168. inci. super 1. dubio, col. 1. uer. super tertio quæsito. in 1. uol. Mat. de Affl. in constitut. iudices, de elec. offi. col. 3. uer. an autem notarius, & in c. 1. de probi. feu. alie. per Frider. in 11. no. nu. 42. Hipp. de Marsil. in l. 1. ff. ad l. C. de fal. col. 4. uersi. item pro hac parte, & in sua pract. §. aggredior, nu. 108. & consi. 52. inci. misericordia domini, nu. 23. in 3. vol. & D. Mar. Mant. in consil. 108. incip. in præsenti causa nu. 60. in 1. uol. Ziletus.

c Falsum. Adde Pau. de Cast. in l. si ex falsis. C. de transa. col. fi. uersic. in gl. ibi arg. & in l. si ueteris. C. de fide instru. col. pen. uer. in gl. ibi, uel cum essent duo. Io. de Amicis in consi. 154. inci. factis & præsentatis nu. 12. & Illustrem Dom. Mar. Soz. Iunio. in consi. 141. nu. 16. in 2. vol. & Ant. Tassa. in tract. de errorib. notariorum, c. 14. nu. 5. Ziletus.

d Tabellio. Tabellio præsumitur rogatus, ꝙ secundum consuetudinem loci conficiat instrm̃ & extendat. l. si priua. §. rectè. & ibi Bar. ff. de aqua plu. arc. l. ex ea parte, & ibi Bar. ff. de uerb. ob. ita expressè tenet Bal. in l. 2. ff. de condi. inst. arg. in l. si quis. C. de fideiuss. Idem Bal. in rub. C. de fi. inst. hinc est, ut inquit Ang. in d. §. rectè, & fuit sententia Bart. secundum Ric. Malum. vt refert ipse Bart. in l. illa institutio. ff. de hær. instit. & in d. l. ex ea parte, ꝙ si notarius est rogatus, vt facit instrumentum ad dictum sapiẽtis, quod intelligitur dictum secundum consuetudinem, de ædi. edi. l. ꝙ si nolit §. qa assidua. & ideo pro instrumẽto, ꝙ contineret aliqua inconsueta, nõ præsumeretur, ita Bal. & ibi tex. in l. 1. C. de do. promi. ita gl. & doc. in d. l. 7. Curtius.

CONTRA Assertum priuilegium. Bona & laudabilis practica, separatim & distinctè obijcere cõtra singula instrumenta. nam quædam sunt quæ opponi possunt licitè contra vnum instrumentum, quæ non contra aliud.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum contra ius elicitum quando ualeat.*
2 *Rescriptum contra ius elicitum quando dicatur.*

1 Contra ius elicitum & impetratũ. † Deus nouit quanta sit in Principum modernorum curijs abominatio de talibus rescriptis & priuilegijs contra ius elicitis & im
* petratis. Est itaque sciendum, quòd regulariter rescripta * seu priuilegia contra ius elicita, nullius sunt ualoris neq; momenti, ut l. nec dãnosa, & in l. rescripta. C. de prec. Imp. offeren. & extra de uerborum signi. c. quod per nouale, & extra de dec. in c. suggestum, & cap. causam quæ, nisi princeps uel superior expressè dicat in rescripto. { Non obstante tali lege } eam specialiter nominando; quia non sufficeret secundum aliquos in genere dicere { Non obstante aliqua lege } ut copiosè solet notari per Dy. Cyn. & alios Doct. in l. fin. C. si contra ius uel utili. publ. & in c. ex parte, de offic. deleg. ad quod facit l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. C. de testa. authen. hoc inter liberos, & l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. & extra de rescript. in cap. nonnulli, cum sim. Et eodẽ modo ualet rescriptum, seu priuilegium contra ius elicitum, si princeps in eo exprimeret se id concedere motu proprio & ex certa scientia, uel de suæ plenitudine potestatis, put ex emergentibus & rationabilibus causis solet apponi in priuilegiis & rescriptis eorum, qui legis condendæ auctoritatem habent, ut est summus Pontifex Christi uicarius, ut habetur & traditur in capit. si motu proprio, in fin. extra de præbend. libr. 6. & per Bart. in l. secunda. C. de per. bo. su. lib. decimo. Veruntamen in dubio, alio non expresso, præsumitur principem potius concessisse ad partis suggestionem, quàm proprio motu, ut not. Doct. in d. l. 2. & in l. 3. in princ. ff. quod quisque iur. & in hoc debet discretus iudex semper aduertere, licèt hodie claudant oculos, & studeant complacere, & ad literam, prout stant ipsa re
2 scripta seruare. † Quando autem dicatur priuilegium vel rescriptum contra ius elicitum, tangitur in d. l. nec damnosa, & in l. rescripta, & in l. quoties. C. de precib. Imper. offeren.

ADDITIO.

* Rescripta. Adde, quòd rescripta principum per quæ mandatur, vt super supplicatis iustitiam faciat, & quòd pro iustitia opportunè prouideatur, dicuntur rescripta iustitiæ, & intelligi debent: ita ut nemini iniuriam faciant c. super eo, de off. delega. l. 2. §. si quis à principe, & §. meritò. ff. ne quid in loco publ. in quibus rescriptis semper censet inesse clausula, si & inquãtum de iure possumus, dummodo 3. non præiudicet, & ius tertij non auferat, Bal. in l. j. 1. no. ff. de constit. prin. Brun. consi. 12. quibus adde, ꝙ rescriptum rei iudicatæ contrarium non ualet, nec est seruandum, & illud impetrans punitur, l. fi. C. sent. rescind. non poss. l. fin. C. si contra ius, uel util. pub. Et regulariter principum rescripta sunt tantummodo officij iudicis excitatoria, ut in dubio talia esse præsumuntur, teste Ias. & docto. in l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. Doct. in l. more. ff. de iur. omn. iudic. capit. cum aliquibus, de rescript. lib. 6. & sic, quando sunt tantum excitatoria officij iudicis: non plus tribuunt talia rescripta, quàm potestas iudicis, quid autem de clausula illa, quæ apponitur in rescriptis, constito de supplicatis, & dic, quòd importat conditionem, ex no. per Rol. cõsil. 65. nume. 21. lib. 3. ubi plura ponit notab. & si princeps rescribat, audiat, iustitiam faciat, an causa summarie commissa uideatur, & dic, ut per Alexan. consil. 93. lib. 2. Ias. in l. iustitia, col. 3. ff. de iust. & iur. ubi illa uerba, iustitiam faciat, nil aliud indicant: quàm iuris ordine seruato iustitiam reddere: quid de clausulis ex certa scientia? & dic, ꝙ excludunt errorem præsumptum & tollunt uitium surreptionis, ut scribit Rol. consi. 1. nu. 65. 66. lib. 3. & ibi n. 67. ꝙ rescriptum ex certa scientia remouet omne obstaculũ, addita clausula de plenitudine potestatis, & d. consi. 68. ꝙ ea clausula de plenitudine, ea operatur, ut nihil opponi possit, quod anullet gratiam, uide latius ibi plura in materia, de qua etiam per Host. in summa tit. de rescr. quid de clausula summariè, sola facti veritate inspecta; & dic, quod nihil operatur aliud, nisi quòd tollitur ordo iudiciarius à iure introductus, quem princeps seruare non tenetur, dicere autem, ꝙ iudex, cui sic committitur: nõ tenetur seruare ll. quæ causæ decisionem respiciũt, & iura partium: esset absurdum, ex l. digna uox. C. de legib. & ideo dicit Bal. quòd ille qui debet cognoscere secundum ueritatem, illam ueritatem amplecti debet: cui ius patrocinatur, ideo non admittet agentes ex pacto nudo, quia huic actioni ius nõ patrocinatur, ita not. Nat. qui plura alia in materia cumulat consi. 15. col. 5. lib. j. ubi etiam, quòd quæcunq; clausula ponatur in commissione sub quacunq; uerborũ forma nunquam poterit iudex reiicere exceptionem acquisitam parti quãtuncunq; sit de rigore iuris inducta, ut est exceptio præscriptionis, quia in his quæ iudex ipse facere debet: uerum est, ꝙ non tenetur sequi reg. iuris ciuilis, sed in his quæ iã facta sunt: ex quibus ius est alteri quæsitum non potest aliquid immutare: sed tantũ illud sequi, l. bonafides, ff. depos. alias esset auferre ius alteri quæsitum, quod est contra naturalem æquitatem, Nat. d. consi. col. 5. cir. fi. quid si cõmittat causam de æquitate; & dic, ꝙ nihil aliud est quàm summariè, secundum Bald. in l. obseruare. §. proficisci. 15. q. ff. de offi. proconsul. & licèt princeps committat causam summariè sola facti ueritate suspecta, debet tamen intelligi cum legitimis personis, quæ uidelicet pro talibus habeantur, & iudex qui de æquitate procedere debet: non põt decidere causam contra casum legis, etiam si ille rigorẽ contineat, cum non debeat secundum sui capitis æquitatem decidere: sed ſm ea quæ legibus scripta reperiuntur, teste Nat. consi. 543. col. 3. lib. 1. quid de clausula omni meliori modo, apposita in rescripto; & dic, ꝙ nõ potest tollere defectus non expressos, nec est sufficiens ad derogandũ iuri cõi, tanquam nimis generalis. Nam cum ius cõe hẽat clausulam derogatoriam ad sequẽtia rescripta. l. quoties, & l. non damnosa. C. de precib. Imp. off. debet eidem derogari in specie, non in genere, unde non sufficeret clausula non obstant. quibuscunq; in contrarium facientib. Nat. consil. 402. col. 18. lib. 2. Accedit, ꝙ nunquàm princeps dicitur facere actum de potestate absoluta, nisi qñ ponitur in rescripto, clausula non obstãte tali lege, uel statuto, motu proprio, ita Bald. in l. testrũ non iure factum. C. de testa. & in l. fi. C. sent. rescin. non poss. Quid de clausula ex certa scientia? & dic, ꝙ tollit omnes defectus, qui tam ratione solemnitatis, quam aliàs forsitan interuenire possint, & omnes defectus inductos de iure positiuo, non autem defectus iuris naturalis, per tex. in clem. sæpe. ver. cæterum defectus de ver. sign. & tollit etiam defectum solemnitatum substantialiũ, non tamen tollit defectum naturalem, uel surgente ex cau. naturali, Alex. consi. 79. col. 4. num. 7. lib. 1. cons. 59. col. 3. in fi. eo. Item non operatur ea clausula ex certa sciẽtia, nisi cir. ea, de quibus princeps præsumitur habere scientiam, sicut sunt ea quæ in iure consistunt, non aũt quæ sunt facti, Alex. consi. 23. col. fi. nu. 12. lib. 5. Dec. consil. 689. ubi doctor. in apost. ponunt limitationes in materia rescripti & clausularum uide Nat. consi. 39. li. 1. ubi ꝙ rescripta semper intelligenda sunt secundum ius cõe, & ꝙ uerba rescripti semper conformari debent iuri & æquitati, etiã si natura uerborũ nõ patitur, quæ clausulæ insertæ rescriptis secundum ius, oẽs recipiunt interpretationes, & limitationes quas recipit ius cõe, ponit Nat. d. consil. vbi ẽt de clausula. Nos enim in præmissis vobis & uestrum cuilibet impartimur potestatem, ubi loquitur de duobus delegatis, quibus commissa est iurisdictio, & cognitio, de qua clausularum materia plura no. Seb. Van. de Null. c. 4. & 5. quibus omnibus adde, ꝙ in rescriptis principum latissima fieri debet interpretatio, iuxta tradita per Cagn. in l. in testamentis, nu. 15. de reg. iur. doc. in l. fi. ff. de consti. prin. Quod procedit nisi sint contra ius commune, teste Ro. sing. 210. nõ sic in rescriptis delegatoriis, quia sunt stricti iuris, nec trahuntur extra res & personas nominatas, Nat. consil. 5. nu. 3. quæ quidem omnia rescripta principum nõ sumunt vires nisi à die præsentationis, teste Bart. in l. si duas. 1. responso, nu. 7. ff. de excus. tut. De quo dubitat Fel. in c. sciscitatus. §. opportet, 2. col. de rescrip. Ro. cons. 228. nu. 4. ubi tamen dicit, ꝙ tempus præfixum comparere debenti, non currit nisi à die præsentationis literarum, vt ẽt no. Doc. in apostil. ad Bar. in l. eum actum. ff. de nego. gest. & fac. quæ scribit Pap. infra for. sent. diffi. uer. nos Bernard. ante nu. 9. & quæ dicuntur de constitutione priuilegiata siue beneficio vt uocant, ꝙ non operatur effectũ antequã innotescat priuilegiato, & priuilegium non dicit acquisitum añ eius notitiam, ex not. per Bar. & Doc. in l. qui absent. ff. de acq. poss. & no. Fel. in c. cognoscẽtes. nu. 7. uer. 3. limita. de consti. Nat. consi. 242. col. pen. in prin. quo verò ad uitium surreptionis adde, ꝙ tẽpus datæ in rescriptis attendit, ex not. per Alex. consi. 42. num. 8. lib. 4. Fel. d. c. sciscitatus, §. oportet, colu. 2. ubi de productione rescripti, à quo pendet iurisdictio alicuius iudicis, quid de rescripto supplicationis, quod habet uim litis contest. & dic, ꝙ perpetuat & extendit effectum ipsius supplicationis usque ad 30. annos, l. 1. C. quando lib. princip. not. Rol. consi. 94. nu. 26. & seq. lib. 1. ubi ponit exemplum de rescripto impetrato super iniuria quod habet uim lit. contest. & perpetuat actionẽ vsque ad 30. annos, per Doc. in l. nam & postea. § si is qui tẽporali. ff. de iureiuran. quæ omnia rescripta debent intelligi salua & firma remanen. dispositione legis municipalis & consuetudine, ut not. Catel. uersi. rescripta, & quid, an acquiratur ius parti ex sola rescripti impetratione, ita ut possit aduersarius cogere me eo uti, & dic ut per Ias. in l. si quis iniquum, num. duodecimo, ff. quod quisque iur. ubi ponit limitationes ad reg. de qua ibi. etiam quando possit aduersarius uti retorquatione rescript. & quando cesset ea retorquatio, & quod per solam præsentationem rescripti non dicatur pars conueniri, nisi fuerit citata, not. idem Ias. in l. secunda, num. 6. ff. de in ius uoc. ubi ꝙ regula

de qua

de qua ibi procedit, nisi præsentatio rescripti fieret præsente aduersario, quia præsentia haberetur per citatione, & præsens non est aliter citandus, prædictis concl. adde, quod rescripti impetratio per obreptionem facta, non ualet salte in effectu, & quòd rescriptum impetratum per eum, qui suppressit defectus suos, non ualet, teste Ias. qui plura exempla ponit in l. ij. §. patronum. 2. nu. 2. & 3. ff. de in ius voc. Quid de priuilegio concesso lite pendente? & dic, quod non nocet causæ pendenti, nec parti aduersæ etiam si motu proprio superioris, concessum fuerit, iuxta not. per Ias. in l. si quempiam. nu. 4. ff. si quis caut. ubi declarat effectus clausulæ motu proprio. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Obrepere, & mendosè narrare, an differant.*
2 *Obreptor quis proprie dicatur.*

* 1 PEr obreptionem * & falsi suggestionem. † Aduerte, quod aliud est obrepere principi, aliud mẽdosè aliquid narrare; quia non omnis mendax dicitur obrepere, ut no. gl. in l si quis obrepserit. ff. ad l. Cor. de fal. ille ergo proprie
2 † dicitur obreptor, qui dolosè obtinuit à principe rescri-
2 ptum, uel à iudice sententiam ex falsa narratione & allegatione facti in sui utilitatem, & damnum aduersarij. v. g. si significauit principi, quòd libellum obtulerat contra Caium, & quòd ipse Caius sponte in iudicio confessus est uera esse in libello contenta. Vel pone, quòd significauit iudici in accusatione porrecta, quod Titius commisit tale crimen, & se absentauit, & fugam arripuit, propter quod iudex bona sua annotari seu describi decreuit; cùm hæc omnia essent falsa, certè his casibus & simil. nec principis rescriptum, nec iudicis decretum valent, ut d. l. si quis obrepserit, & posset ipse, quia tali impetrauit, accusari de falso ut ibi habetur & no. per gl. & Bar. Per mendacia autem dicitur simpliciter rescriptum uel decretum impetratum, quando sine dolo putans rem sic se habere talia expressit, quo casu loquitur l. præscriptione. C. si contra ius uel util. publ. & c. si per literis, extra de rescript. de quo uide quod no. Specul. in d. §. nunc autem restat, & in dictis iuribus in quibus distinguitur, an rescriptum sit impetratum per dolum, & tunc non tenet ipso iure; aut sine dolo per simplex mendacium tantùm, & procedetur secundùm ueritatem, & non ad precantis affirmationem.

ADDITIO.

* Per obreptionem. Adde, quòd subreptitia impetratio non tenet, etiam si sanctus sit ille, qui impetrat, teste Ias. in l. 2 §. patronum, nu. 2. & 3. ff. de in ius voc. in l. præscriptione, in fi. C. si contra ius uel util. publ. & limita, quòd nõ potest opponi obreptio, quando rescriptum est generale, & in 2. fit mentio de primo, secundum Ias. in l. nec damnosa. in fi. C. de precib. imp. offer. Masuer.

LITE Pendente. Ecce alia oppositio contra rescripta, in qua apud forum laicale multi iudices errant, non præbentes super exceptione auditum, contra iura canonica & ciuilia; vt extra ut lit. pen. c. fin. & per totum. & C. ne li. pen. l. 1. debet ergo is qui uult supplicare li. pend. in eis supplicatis mentionem facere de pendentia litis, & processu, ut extra de re iud. c. cùm inter monasterium.

DE Antecedẽti rescripto. Hæc est legitima exceptio, quæ inducta est optima ratione, ne concedens decipiatur, & pars aduersa lædatur, sic extra de do. & contu. c. ex literis, & extra de rescr. c. cæterum, & c. ex parte, &c.

NEC De appellatione. Vbi enim sententia lata est interlocutoria vel diffinitiua, & ab ea fuerit appellatum, non licèt impetrare rescriptum super executione sentẽtiæ non facta principi speciali & expressa mentione appellationis ab ea interpositæ, vt extra de confir. uti. uel inutil. c. bonæ, cum sim. ibi not.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio falsa uitiat rescriptum.*

1 ERratum in dictione & grammatica, &c. † Tales nempe errores dictionis grammaticæ vitiant rescripta maximè papalia & imperialia, ut habetur in c. significantibus, & in c. ad audientiam, extra de rescript. secus autem si error esset in sola litera uel syllaba, ut extra de fide instr. in c. ex parte, &c. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Sigilla Papæ uel Imperatoris sunt multum notanda.*
2 *Rasura, & literarum diuersitate suspectum redditur priuilegium.*

1 EIus sigillum est uitiosum. † In hoc multum debẽt aduertere iudices maximè in sigillo papali & imperiali, si continet in se signa consueta, quæ sunt imago imperatoris cum uestimẽtis regalibus & cum sceptro in eius manibus & cum literis circumscriptis eius nomen exprimentibus, & quod sigillum sit integrum non fractum nec minutum, habens ceram ueterem uel nouam, iuxta tempus confecti priuilegij, & si in ipso sigillo est aliqua litera uel signum immutatum & similia, de quibus seriosè ponitur
2 in tex supra d. c. inter dilectos, de fid. instr. † Similiter redditur priuilegium suspectum propter rasuram uel literarum diuersitatem, ut in capitulo. cum olim propter, extra de priuileg.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium alterius confirmatorium regulariter non probat, nisi quatenus probetur de anteriori.*
2 *Priuilegium alterum si sit ipso iure nullum, posterius confirmatorium uires non assumit.*

1 ALterius confirmatorium. † Hic multum aduerte, nã regulariter priuilegium alterius confirmatorium non probat nec quicquam iuris tribuit, nisi quatenus probetur de anteriori originali confirmato, ut in auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. quia ille, qui confirmat, non intendit aliquid de nouo tribuere uel conferre, ut in cap. quia intentiones, & in cap. ex parte, in fin. extra de priuil. & extra de confirm. util. uel inutil. in c. cum dilecta, extra de uerb. sign. in c. abbate, facit l. & quia. ff. de iur. om. iud. & ideo si constaret de intentione contraria ipsius confirmantis, non esset necesse producere confirmatum. v. g. si princeps incluserit de uerbo ad uerbum priuilegiũ confirmatum in suo confirmante, ut communiter hodie practicatur & probatur 63. distin. in cap. in synodo, & extra de confir. uti. uel inuti. c. pen. & ita dicit Spec. in d. titu. in §. nunc autem restat, & not. per glo. in d. c. penul. & latius in d. c. abbate Sancti Siluani, extra de uerbor. signific. pro quo optime facit quod not. per Cyn. in l. ex uerbis. C. de donat. & quod habetur in l. adoptio non iure. ff. de ado. & in capit. quia circa, extra de consang. & affinita. & per ipsum Specu. in titul. de rescript. præsentatione. §. ratione formæ, in uersicul. sequitur uidere. Eodem modo non est necessaria exhibitio prioris confirmationis, si Papa uel Imperator dicat { Damus, confirmamus, ac de nouo donamus, & concedimus ex certa scientia } secundum Inno. & Ioan. And. ut per eum not. in d. cap. inter dilectos, per glo. in d. cap. penul. est ergo aliud simpliciter & in genere aliquid confirmare, & aliquid specialiter & expres-
2 sè. † Sed pone, quòd anterius priuilegium confirmatum

M 2 erat ipso

erat ipso iure nullum, quia impetratum ab excommunicato uel ex iniustissima causa, & reprobata cã erat aliter nullum, an per sequens priuilegium ipsius cõfirmatorium vires assumet? dic q̃ non, quia destructo fundaméto corruit ædificium, vt 1.q.1.c.cum Paulus, & pro hoc est tex.in d.c. inter dilectos, versic.cum igitur priuilegium, extra de fid. instru.& c.cum inter nos, uersic.quamuis forte, & ibi not. nisi princeps sciens ipsum uitiosum, ex certa scientia super eius uitio dispensauerit, quod bene nota.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium qualiter perdatur.*

✱ a PEnitus & omnino sublatum.ᵃ Notandum, est, quòd multis modis perditur priuilegium. Primò si priuilegiatus fecerit contra ipsum priuilegium, ut extra de præben.in c.cum illorum, & extra de consti. in c.cum accessissent, & extra de priuile.in c.si de terra, & in c.accedentib. facit l.cum pater, in §.libertis.ff.de leg.2.& in l.auxilium, ff de mino. In contrarium tamen faciunt no.per Cyn.in l. voluntariæ.C.de excu.tut.ibi uide. Secundò perditur priuilegiumᵇ per non vsum debito tempore cùm uti potest
b v.g.si quis habet priuilegium nundinarum, & stet negligens per decennium in eo utendo, ut ff.de nũdinis & multomagis perditur, si fuerit negligens in non utendo spatio 40 anno.vt in d.c.accedentibus, & in c.si de terra, & no.in c.ad audientiam, extra de rescr. Tertiò perditur, si eo male utatur seu abutatur, vt probatur.11.q.3.c.priuilegium, 83.di.in c.nisi ista, & in Auth.ut iud. sine quoquo suf.§.an tep.Quartò perditur propter delictum eius, ut in l.filio.ff. de ri.nup.& in l.2.C.vbi senator.uel claris. extra de pœ.c. ad aures, & in c.quibusdam.Quintò perditur, si ex eo inducatur alteri damnum enorme, vt extra de deci. ĩ c.dilecti, cum se.& extra de uerb.sig.c.quod per nouale.Ex hoc multum est notandum, quia per rarò est, q̃ huiusmodi priuilegium non inducat alijs damnum magnum. Huius autem constitutionis ratio fuit, quia non est verisimile principẽ seu concedentem ius alterius præsens, uel futurum sic grauiter uel enormiter lædere velle, ut d.l.2.§.sed qđ a principe.ff.ne quid in loco publ.& l.quoties.C.de prec.Imperat. offer.Sextò perditur priuilegium, si princeps ex certa sciẽtia iudicat contra illud; vt extra de iud.in c.po recta. in fi. Septimo perditur priuilegium propter expressam uel tacitam renunciationem ipsius priuilegij.C.de pac.l.si quis in conscribendo, & in l.recusare.ff.ad Treb.& in l.1.§.assignare.ff.de assi.li.facit extra de regu.c.licet, & c.ex ore, extra de his quę fi.à ma.par.ca.Octauò perditur per posterius priuilegium derogatorium præcedẽtis, ut habetur & plene no.in c.j.extra de rescr.in c.ueniens, extra de priuil. cum simi.Nonò perditur per expressam reuocationẽ con
c cedentis,ᶜ ut in c.suggestum, extra de deci.facit quod habetur in l.iudicium soluitur.ff.de iudi.

ADDITIONES.

✱ Sublatum.Adde, q̃ cessante causa priuilegij: cessat priuilegium, nisi priuilegium esset sortitum, effectum secundum Ias.in l.filius à patre.§.filiusfamil.nota.3.num.5.ff.de libe.& posthum. Masuer.

a Notandum.Vide Gemin.in c.priuilegium.11.q.1.Doct.in c.suggestum, de decimis,

b Priuilegium.Vide gl.fi.in c.renouantes.22.dist. Cyn.in l. uoluntariæ.C.de excus.tut.Doct.in c.cum accessissent, & in c.cognoscentes, de constit.Doct.in c.antiqua, & in c.accedentibus, de pri.Doc.in c.j.de trans. & multos casus enumerat Arch.in d.c.renouantes. Adde Iulium Ferretum in tract.de iusto & iniusto bello, nu.206. Ziletus.

✱ Priuilegium. Adde, quòd per non vsum nunquàm perditur priuilegium, teste Ias.in l.si mora, num.24.ff solu.mat. sed an per non vsum decennij? & dic, ut per Dec.consil. 172.colum.6.& in c.cum accessissent, de constitut.& dixit idem Ias.in l.falso.C.de diuers.rescrip.quod priuilegium in quo indulgetur facultas faciendi aliquid tollitur per decennium, declara tamen, ut per eum ibi, quòd autem per actum contrarium non perdat quis priuilegium, not. in apostil.ad Bartol.in l. voluntariæ. C. de excusat. tutor. Quid de lege; an tollatur per non vsum? & uide Ias.in l. rem non nouam, num.8.C.de iudi.Alex. consil.132.lib.1. Nat.consi.19.col.3. Masuer.

a Concedentis. Adde de hoc, & uide Bald.in l.qui se patris. C.vnde li.ibi, quòd non reuocatur quando est concessum ex causa onerosa, nec etiam reuocatur quando transit in uiam contractus, ita Pan.in c.2.de iureiur. Curtius.

✱ Concedentis. Adde, quòd priuilegium concessum, quòd non pendet à sola autoritate concedentis, sed ex iure alteri quæsito propter illius factum, reuocari non potest, teste Rol.consi.13.nume.23.lib.3.ubi plura de reuocatione concessionis factæ per principem & priuilegij, de quo ẽt per Nat.consi.242.colum.2.quando autem reuocari possit priuilegium alicui concessum? uide Dec.in c.nouit, nu. 13.ubi Fely.de iudi.quid de priuilegio concesso terræ, aut patriæ? & dic, quòd intelligitur concessum hominibus eiusdem, quod quidem priuilegium comprehendit non solum laicos, sed etiam clericos, ex not.per Roma.consil. 180.colum.1.& not.Dec.consi.152.nume.3. in l.in omnibus causis id obseruatur.nume.16.de reg.iur. De priuilegio autem concesso districtui, seu districtualibus, quorum appellatione clerici comprehenduntur, uide Bal.ubi etiã Ias.in l.j.§.huius studij.ff.de orig.iur. Roman. singul.441. Alexand.consi.41.num.5.lib.7.Fely.in c.Rodulphus, ver. districtus, num.18.de rescrip.fac.quæ scribit Rom.consil. 234.ubi priuilegia locis concessa ad quaslibet personas ibi stantes, extenduntur ad forenses, & extraneas, quid de priuilegio concesso ecclesiæ, ut in ea nemo capi possit; & de materia priuilegij ac de interpretatione uerborum in ipsis priuileg appositorum, uide Roman.d.consi. 180. colum.3.& 4.ubi nume.7.refert communem conclu.quæ habet, quòd cessante finali ratione priuilegij: cessat priuilegium, Dec.in cap.cum accessissent.num.15. de constitu. in d.l.in omnibus causis id obseruatur. ante fin.de reg.iur. Roma.consi.404.num.6.declara, ut per Alexan.in l.si cum dotem.§.maritus, nu.6.ff.sol.mat.Dec. in c. cum cessante, col.1.de appell.doc.in apostil.ad Dy.in c.decet, post prin. lib.6.& in materia interpretationis priuilegij, Roma d. consi.180. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Oppositiones quæ fieri possunt contra rescriptum.*
2 *Successor in regno an possit reuocare priuilegia prædecessoris sui.*
3 *Monasterium per priuilegium susceptum in protectione papæ, nõ eximitur à iurisdictione diœcesani.*
4 *Capite monasterij exempto à iurisdictione diœcesani, an capella etiã sint exempta.*



1 ALijs rationibus & causis multiformiter uitiosum. † Vltra prædicta uitia quæ solent opponi contra priuilegia & rescripta, sunt etiam & alia plura, uidelicet quòd in eis non continetur series facti, ut extra de cohab.cle.& muli.in c.super eo.Item quòd in rescripto non est nominatus ille, contra quem proceditur, ut in c. P.& G.extra de offic.deleg.& no.per glo.in c.significauit, extra de rescri. Item quòd tempore impetrati rescripti eius aduersarius erat mortuus, vt in dict.capitulo significauit, de rescript. facit l.secunda, in fin.ff.quæ sentent. sine appella. rescind. Item quòd non fuit facta mentio de iuramento interposito, ut extra de rescrip.in cap.constitutus. Item contra rescripta ad beneficia ecclesiastica solet opponi, quòd in literis executorijs non fuit facta de monitorijs mentio specialis.

cialis, vt extra de rescrip. in c. ex insinuatione. Item quod non fuit facta mentio de dispensatione, ut in c. ex tua, extra de fi. presby. Item si fuit falsitas expressa in conditione personæ supplicantis, quæ exposuit se uiduam uel pauperem, cum esset nupta uel diues, ut in c. venerabili, extra de offi. deleg. vel si exposuit se clericum tempore beneficij impetrati, cùm non esset, ut extra de transactio. c. ex literis, cum simil. Item solet opponi, quod aduersarius non est trahendus extra forum suum ultra spatium duorum dierũ siue duarum dietarum, ut in c. nonnulli, extra de rescri. quod quidem spatium hodie restringitur ad vnam dictam, ut in c. statutum. §. cum verò, & §. seq. extra de rescript. libr. 6. & si ambo actor & reus sint eiusdem ciuitatis, alter alterũ trahere non potest extra illam, nisi in certis casibus specialibus traditis in d. c. statutum. Item solet opponi contra rescripta ad beneficia, quod ille qui impetrauit secundum beneficium tacuit de priori quod antea obtinebat, unde nõ ualet ipso iure collatio secundi, ut habetur in c. ad aures, extra de rescri. & in c. non potest, extra de præben. lib. 6. Fallit hoc in duobus casibus. Primò, si ignorabat de priori beneficio, ut in c. gratia, de rescrip. lib. 6. Secundò, si proprio motu concedentis fuerit sibi collatum secundum, ut in c.

2 si motu proprio, extra de præbend. lib. 6. † Deinde quæritur, Pone, quod Imperator uel Rex donauit* plurima de rebus Imperij uel Regni, prout sæpe accidit, uel multa priuilegia contulit, an successor eius in imperio uel regno poterit illa reuocare? uidetur quòd non, ut in l. fi. de constit. prin. & in c. decet, extra de re iudic. lib. 6. Specu. tangit hanc quæstionem, in d. §. nunc autem restat. circa fi. Et finaliter secundum aliquos sic distinguitur, aut ex his donationibus uel concessionibus imperium uel regnũ est enormiter læsum, & tunc poterit illa reuocare, quia more boni administratoris debuit se habere in imperio, uel regno ut probatur in c. intellecto, extra de iureiur. de donat. c. pastoralis, extra de re iudic. c. abbate sanè, & in Auth. de non alienã. §. si minus, collatio. 2. Aut leuiter & temperate est læsum, & tunc non poterit reuocare, quia non debet esse sibi interdicta leuis donatio, maximè erga benemerentes, ad hoc faciunt l. data. C. de do. & l. 1. C. si socius impe. largi. lib. 10. & in l. bene à Zenone. C. de quad. præscri. & l. sancimus, in princip. C. de do. & l. digna vox. C. de legi.

3 cum simi. † Vltimò quæro, quid si Papa in priuilegio Abbati cõcesso suscipiat monasterium sub eius protectione, an ex hoc monasterium eximetur à iurisdictione episcopi diœcesani? Dic quod non, ut in c. ex parte tua, extra de priuileg. & no. per glo. in c. fin. extra de confir. utili. uel inutil.

4 & plenè per Bar. in l. 1. de execu. mu. lib. 10. † Quid si caput monasterij per priuilegium est exemptum à iurisdictione tantum diœcesani, an capellæ eiusdem monasterij erunt exemptæ? Dic quòd non, nisi hoc fuerit specialiter expressum in priuilegio, ut habetur in c. ex ore, extra de priuile. nam exemptio respectu unius ecclesiæ non extenditur ad aliam, vt in c. cum capella. extra de priuile. nec data respectu unius personæ extenduntur ad aliam, ut in capitu. sanè, extra eodem tit. Si tamen uerba priuilegij super exemptione, uel remissione alicuius essent indefinitè prolata, debent intelligi generaliter, ut in c. quia circa, extra eod. Possunt autem ordinarij prælati compellere eos, qui se prætendunt exemptos, producere coram bonis uiris priuilegia sua, & probare præscriptionem quam allegant, vt in c. cum personæ, eodem lib. 6.

ADDITIONES.

* Donauit. Adde Roma. consi. 59. colum. 4. Rol. consi. 6. nu. 5. lib. 3. & quæ habetur infra for. lib. pro donatione, uersic. solemniter post nu. 3.

* Reuocare. Adde, quòd priuilegium gratis concessum à Principe: ex eius sola uoluntate, inuito priuilegiato reuocari potest, ex not. per glo. in cap. decet, de reg. iur. in 6. quam communem dicit Rol. consi. 13. nu. 3. lib. 3. & d. consil. nu. 4. ubi quòd si princeps aliquid concesserit, uel donauit: potest reuocare, quia iusta causa est, quia ipse concessit, sed de honestate hoc facere non debet: et, ut idem scribit d. consi. nu. 53. Auth. inter claras. C. de sum. trin. quibus. Adde, quòd iura quæ permittunt reuocari donationes loquuntur de donationibus mere gratuitis, non autem de factis propter merita, uel ex tit. oneroso, quia tunc de illis donationibus iudicatur, quemadmodum de ti. oneroso, & sic non poterũt reuocari prætextu ingratitudinis nec per superuenientiam liberorum Rol. d. consi. num. 60. Tiraq. rep. l. si unquam, uers. donatione largitus, nu. 11. ubi quod donatio remuneratoria non est mera donatio, sed ut titulus onerosus, qua in materia concessionis à Principe, uide Alex. consi. 78. nu. 8. lib. 4. quæ quidem concessio facta per principem, uel priuilegium continens dationem, uel factum dicitur transire in contractum: & reuocari non potest, teste Rol. d. consi. 13. nu. 11. nu. 32. quam concl. intellige, quando datio uel factum habet perpetuam commẽmorationem cum re concessa, vt d. consi. nu. 12. Bal. in l. qui se patris, col. 6. ue. & scias. C. unde lib. Alex. consi. 216. col. 2. lib. 2. quo casu, distinguunt doct. an concessio magis participet de gratia, uel beneficio, quàm de datione & obligatione, & ibi nu. 16. quòd concessio quæ transiuit in contractum onerosum: si tendit ad noxiam & detrimentum aliorum reuocari possit, declarando tamen ut per Rol. d. consi. nu. 66. 67. 68. & nu. 21. quòd concessio immunitatis facta ex causa remunerationis non potest reuocari, quia dicitur transiuisse in contractum secundum communẽ ibi relatam, & Bal. in l. si mihi. ff. de dolo Rol. d. consil. nu. 16. Accedit, quòd princeps faciens pactum uel cõuentionem cum priuatis tenetur illam obseruare secundum communem per Rol. d. consi. 13. à num. 33. usque ad 39. Dec. cõsil. 48. colum. 3. fac no. per Ias. in l. ciuitas, nu. 5. nu. 6. & seq. ff. si cert. pet. ubi an princeps obligetur ex contractu, & an ex contractu facto per principem transferatur dominium sine traditione? & ibi plura de contractu uel epistola principis, qua in materia reuocationis priuilegii uel immunitatis, uide quæ scribit Nat. consil. 242. lib. 2. Rol. consi. 25. nu. 35. 36. & seq. lib. 3. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata quando & contra quem fidem faciat, & quomodo appellatur.*

1 ET maximè illi priuatæ scripturæ. † Ad huius priuatæ scripturæ euidentiam scire debes, quòd priuata scriptura facit plenam fidem per se contra scribentem, si constat eius manu propria fuisse descriptam, uel per confessionem eius propriam, uel per testium depositionem, uel * per literarum comparationem, * ut probatur in l. si ex cautione. C. de non nu pec. & in c. si cautio, cum si. ibi not. extra de fid. instr. & Insti. de lite. ob. in prin. & per totum, & in l. exemplo, & in l. rationes, & in l. instrumenta. C. de pb. & in l. publia, in fin. ff. depos. & l. cum qui. §. iulianus, & l. Titius. ff. de consti. pec. & l. 1. C. de contr. & com. stip. & in l. pe. in prin. & ibi per Cy. de fideicom. cum si. dumtamen contineat in se causam iustam & legitimam, ut l. cum de indebito, in fi. cum ibi nota. ff. de probat. facit l. non nudis. C. de prob. & l. fi. C. de fi. instru. Quæ quidem priuata scriptura vario modo est in iure baptizata, nam quandoq; appellatur cautio, ut in d. l. si ex cautione, & d. cap. si cautio. Quandoque appellatur Chirographum. ff. de probatio. l. Chirographum, & l. si seruum filij. §. eum qui Chirographum. ff. de leg. 1. & l. comparationes, in prin. C. de fi. inst. Quandoque nominatur epistola, ut in d. l. 1. C. de contrah. & comm. stip. & l. Titius, & l. eum qui. §. Iulianus, de constit. pec. & in l. epistola. ff. de pact. Quandoque appellatur * liber rationum, * ut in l. rationes. C. de proba. & in l. nudaratio. ff. de donat. cum sim. &c.

ADDITIONES.

* Literarum comparationem. Adde, literarum cõparatio quando & qualiter facienda sit? & dic, quòd ubi deficeret facultas recognoscendi manum scribentis, uel sigillum: tunc recurrendum esset ad comparationem, quæ iure ciuili examinatio appellatur, & non prius, utpote ad remedium subsidiarium, quæ quando, cum qua scripturæ specie, per quas & qualiter facienda sit, docent doc. in l. comparationes, & in auth. seq. ad hæc, & auth. & si contractus. C. de fid. instr. Castr. in d. auth. & si contractus, col. fi. in fi. versi. sed si non est possibilis. Afflic. decis. 181. nu. 7. vbi quod sola literarum comparatio not. plenè probat intellige tamen in scriptura priuata; secus in libro rationum aut epistola: in quibus comparatio plenam fidem faceret, ut ita communiter seruari dicit Alber. in d. l. comparationes, de fid. instru. Gram. decis. 34. nume. 15. ubi uult, iudicem posse compellere ad respondendum vtrum, scriptura sua ipsius manu scripta uel notata sit, quam comparationis materiã tractant doc. d. l. comparationes, in l. scripturas. C. qui po. in pig. in l. admonendi, vbi Ias. nu. 85. & seq. vl. lect. de iureiur. AYm. de antiq. par. j. ver quæritur, num. 64. Rol. consil. 26. lib. j. De scriptura autem priuata, per tertium, puta proxenetam, confecta. An fidem faciat inter personas, inter quas cõficitur? uide Roma. consi. 204. & seq. ubi plura in materia, & ibi an partes conuenire possint, quod priuatæ scripturæ detur fides; & an statutũ ualeat quòd libris mercatorum detur fides, Rom. consi. 356. fac. Bartol. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. quid de testium depositione semiplena? An plena effici possit; & de probatione inualida, an ualidam efficere possit patriæ consuetudo? Vide ibi, & quid de libro mercatorum; quæ requirantur ut eis detur plena fides? & uide Rol. consil. 92. nu. 6. lib. 3. ubi ponit sex requisita, Boer. q. 105. col. 3. in prin. Masuer.

* Liber rationum. Adde. quòd liber rationum ex parte approbari & ex parte improbari non potest, secundũ Corn. consi. 81. col. pen. lib. 4. de quo plura ponit Ias. in l. admonendi. j. lect. nu. 8. & seq. ff. de iureiur. Idem in rationibus, vt nõ possit unum capitulum rationis connexum acceptari, & in parte non, no. Bart. in l. quædam, ubi etiam Castr. § fina. ff. de eden. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna negantis propriam scripturam est dupli.*
2 *Negans proprium sigillum tenetur de falso.*
3 *Priuata scriptura an sit credendum.*
4 *Priuata scriptura concernens commodum & incommodum ipsius scribentis & alterius, an habeat fidem.*
5 *Priuata scriptura concernens incommodum alterius tantùm, non scribentis an habeat fidem.*
6 *Instrumentum an reprobetur de falso, testibus in eo descriptis dicentibus pecuniam numeratam non fuisse.*
7 *Instrumentum, in quo dicitur pecuniam numeratam fuisse in præsentia testium, qui testes dicant pecuniam in sui præsentia numeratam non fuisse sed positam in sacculo in sui præsentia, an reprobetur.*
8 *Eodem modo an reprobetur instrumentum, si testes in eo descripti dicant pecuniam numeratam non fuisse.*
9 *Priuata scriptura an debeat habere annum diem, mensem, &c.*
10 *Subscriptio partis in instrumento quantum operetur.*



1 QVod negatur. † Hic aduerte tu qui uis pro-
* priam scripturam * negare, nam si probatum
fuerit tuam esse scripturã, incidis in pœnam
dupli, ut in authen. contra qui propriam. C.
de non num. pecu. & hoc si fuerit probatum
contra te per testes, secus si per tuum iuramentum, uel per
2 suum, ut ibi. † Qui uero negat proprium sigillum, * tene-
* tur de falso, ut in l. eos. 1. respon. ff. ad l. Cor. de fal. Reuo-
3 co generaliter in dubium, † an priuatæ scripturæ sit cre-
a dendum. a Breuiter distingue. Aut concernit talis scriptura propriam utilitatem scribentis, & nullam fidem facit, aliter enim facile esset vnicuique se diuitẽ facere, ut probatur in d. l. exemplo, & l. rationes, & l. instrumenta. C. de probatio. cum simil. Aut concernit eius incommodũ proprium, vt puta eius obligationem, uel rei suę alienationẽ, & tunc aut ipse scriptor fatetur scripturam à se, & per se scriptã simpliciter, & tunc probat plenè cõtra eum, ut d. l. si ex cautione, cum multis si. in præcedenti gl. alle. aut negat ipsam scripturam, & tunc aut scriptura habet partis &
* testium subscriptionem, & tunc si testes recognoscunt * subscriptiones suas, & deponant illius esse scripturam, facit plenam fidem absque alia comparatione literarum, ut traditur in l. comparationes. C. de fid. instr. eodemq; modo facit fidem, si non habet partis subscriptionem, sed testium tantum. Si uerò testes deponãt ipsam esse illius propriam scripturam interueniente etiam ad hoc literarum comparatione, ut in auth. & si contractus. C. de fi. instr. & l. fin. C. si cert. pet cum auth. signata ibidem; Aut talis scriptura non est ab aliquo subscripta nec à parte, nec à testibus, sed probatur per testes tantum, uel per comparationem literarum tantum, quòd talis illam scripsit, & tunc non facit plenam fidem contra eum, sed solummodo semiplenam, vt in d. auth. & si contractus, & in Auth. de fi. instr. §. 1. & ibi not. & per gl. & Doct. in l. in bonæfidei. C. de iureiur. & in l. admonendi. ff. de iureiu. Ex quibus colligere potes quantum vigeat periculum in huiusmodi priuatis scripturis, & quàm sit graue eisdem fidem imponere, si negentur uel scribens mortuus sit. Sis ergo cautus potius sumere obligationem debitorum per publicum instrumen-
4 tum; quàm per priuatam scripturam. † Viso de priuata scriptura, quæ concernit simpliciter commodum, uel incommodum scribentis tantum, sciendum est, quòd est quędã alia priuata scriptura quæ concernit ipsius scribentis, & alterius commodum & incommodum, quædam est alia priuatã quæ concernit alterius tantum commodum & incommodum, & non scribentis. Si quidem concernat commodum scribentis & alterius, ut patet in rationibus, & tunc aut illæ rationes solùm continent propriam utilitatem ipsius scribentis, & tunc nullam fidem faciunt pro se, uel in eius fauorem. Aut continent eius incommodum tantum, & fidem faciunt contra eum, si scriptura sit probata uel per eius confessionem, uel per testes, uel per literarum comparationẽ, arg. iurium prædictorum. Si autẽ contineat utrunque uidelicet commodum & incommodum scribentis, an fiet diuisio, & separatio scripturæ commodi, ut sic dicatmus, quod in ea parte quæ concernit incommodum scribentis fidem faciat contra eum; pro illa autẽ parte, quæ concernit commodum, nullam fidem faciat? uidetur quod sic per ea quæ statim supradicta sunt. In contrarium facit quod no. gl. in l. quędam, in §. nummularios. ff. de eden. Tu tamen distingue, ut scripsi supra in forma petendi copiam instrumentorum, in gl. uersic. quid autem si
5 mercator. † In scriptura uerò quæ alterius tantum & non scribentis commodum uel incommodum concernit, sicut sunt libri proxenetarum & campsorum, & cæterorum officialium, vt Ianuæ, Venetijs, Mediolani, & Florentiæ. Distingue, aut ista scriptura est facta à persona quæ habet officium de publico super hoc, & tunc facit plenam fidem, ut in d. §. nummularios, pro hoc etiam facit l. illatæ. C. de fid. instrum. & l. Lucius. §. tutelæ. ff. de admini. tutor. aut est facta scriptura à persona quæ de publico officium non habet, ut sunt mercatores, & campsores moderni temporis, & tunc non facit plenam fidem, ut no. glo. in d. §. nummularios, & ibi per Bar. secundùm quem tales libri faciũt saltem semiplenam probationem inter extraneas personas, non autem ad ipsorum scribentium cõmodũ, sic intelligit gl. quæ est in d. l. in bonæfidei. C. de iureiu. & quod no. per Doc. in d. §. nummularios. Ex quibus patet, quod isti proxenetę seu maloserij, qui in dictis ciuitatib. faciũt scripturas de

omnibus

omnibus mercatis & uenditionibus mobilium rerum, ꝙ eis stati debet, & plenam fidem faciunt, cùm sint per com munia huiusmodi ciuitatum approbati. Ideoque per omnia est dicẽdum in ratiocinatoribus ipsarum ciuitatũ qui inscribunt omnes reditus ciuitatis & taleas & omnia quæ ueniunt in Communi, de quibus omnibus plenè & amplè traditur per Bart. in d.l.nuda ratio.ff.de do. & per Cyn.in d.l.non nudis, & in l. non epistolis.C.de proba. Habes ergo ex præmissis declaratum, qualiter impugnentur instrumẽta publica & priuata, ac etiam rescripta & priuilegia. Vnum autem superest dicendum, ꝙ contra illa instrumenta facta de contractibus illis, de quibus actum est vt fierẽt in scriptis, de quibus loquitur l.contractibus.§.fi.C.de fi. instru. non potest probari liberatio uel extenuatio nisi ꝑ contrariam scripturam, non autem per testes, ut in l.generaliter.C.de non num.pec. Falsitas autem eorũ bene probari potest per testes arg.l.de fide, & in l.sicut.C.ad l.Cor.

6 de fal. † Circa autem prædicta formo duas notabiles qõ. Ecce in instrumento continetur prout quotidie de facto accidit, ꝙ Titius mutuauit Caio centum, & contra instrumentum producũtur testes in eo descripti, qui deponunt ꝙ tempore instrumẽti nulla fuit pecunia numerata, an ex hoc reprobetur instrumentum de falso? Bart. determinat ꝙ non in l.singularia.ff.si cer.pet.cir.fin.& Ia.But. idem in hac quæstione per eum disputata, & per eundem in l.si ex precio.C.si cer.pet.cuius ratio est.nam mutuũ est triplex, uidelicet naturale tantum, ciuile tantum, & ciuile cui natura cooperatur, ut inquit gl.in l.2.§.fi.ff.si cer.pe. Illud ergo uerbũ, mutuauit, intelligitur de mutuo ciuili, cùm ad illud commode referri potest sine instrumenti uitiositate, arg.in l.quoties.ff.de reb.dub.cum si. de quo ciuili mutuo loquitur l.si ex cautione, & l.1.& l.in contractib.C.de nõ nu.pec.& fortius idem dicendum erit, si in instrumẽto dicatur, ꝙ Caius confessus est se habuisse mutuò centũ à Ti-

7 tio. † Sed quid si in instrumento plus dicatur, uidelicet, ꝙ Titius mutuauit uel Caius habuit & recepit mutuò centũ in præsentia mei notarij & testium infrascriptorum. deinde ipsi testes deponunt ꝙ pecunia ibi erat in vno sacculo; uel extra in eorum præsentia, sed tamen non fuit numerata, nec uiderũt Caium illum recipere. Quæritur an ex hoc reprobetur instrumentum de falso? & dicit idem Bart.ubi supra ꝙ non.quia cùm præsens esset pecunia & parata solutioni, potest dici habita & recepta. ut l.1.§.si iusserim.ff. de acq.poss.& in l.pecuniam.ff.de solu.multoq; minus reprobaretur, si esset numerata, sed non recepta, arg.in l.falsus.§.sed si is.ff.de fur.& l.si procurator.in prin.ff.de verb.

8 obl. † Quid autem si instrumentum dicat, ʒ quòd Titius numerauit Caio tantam pecuniam ʒ & testes deponunt ꝙ nõ fuit numerata, sed bene erat in quodam sacculo, an reprobetur instrumentum de falso? dicit Bar.ubi supra quòd sic, in casu isto quo expressum est, ꝙ fuit numerata, quia actus ipse numerationis non uerificatur nisi in casu vero & proprio.arg.l.numerationes.ff.de soluti.cum sim. Sit ergo cau-

✱ tus * & auisatus notarius, ne vllo modo dicat pecuniã numeratam, nisi ipsam uiderit numerari. Secus autem esset si instrumentum diceret ʒ Confessus est Caius se habuisse à Titio centum in pecunia numerata ʒ quia numeratio ipsa licèt non fuerit tunc facta non obst.instrumento. vnde testes deponentes, non fuisse numeratam, non reprobarent instrumentũ de falso, quia talis numeratio trahitur retro, & respicit actum de præterito importatum per illa verba ʒ habuisse & recepisse &c. ʒ no.Bart.ff.solu.matri.in l.post dotem, licèt dicat ꝙ in dubio uideatur facta numeratio parum ante instrumentum, vt per eum no.in l.si stipulatus, in §.Chrisogonus.ff.de verbo.obl.& in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer.pe. Et ego scripsi infra in for.lib.quo agi-

9 tur hypothecaria in glo.super verbo, fuit confessus. † Po-

b stremò b quæritur, an talis priuata scriptura, uel cautio debeat habere annum, mensem, & diem, sicut instrumẽta publica? uidetur ꝙ sic, arg.l.scripturas.C.qui pot.in pign.& hanc partem tenuit Iac.But.in l.constit.C.circa fin In oppositum tenet gl.quæ est super uerbo, notarij, in d.l.scripturas, pro qua sententia facit optime tex.in l.cum taber-

10 nam.ff de pign.& ibi not. † Deinde & illud not.ꝙ in priuata scriptura tãtum operatur partis simplex subscriptio, dato ꝙ alius cedulam scripserit, quantum si utrunq; scripsisset, ut probatur in d.l.scripturas.ibi, ʒ Ipsorum tamen

✱ subscriptione, * &c. ʒ & in d.§.Chrisogonus, ibi ʒ coram scribentis, &c. ʒ & Instit.de act.emp.& uend.§.in his, & l.j. §.sed si secundum.ff.quod iussu. Laus Deo &c.

ADDITIONES.

✱ Scripturam negare. Adde, an negans propriam scripturam: possit conuictus uti exceptione solutionis? aut talia simili; & dic, ut per Dyn.in Reg.nullus pluribus, nu.6.de reg.iur.lib.6.Dec.in l.nemo ex his ubi Cagnol.nu.7.ff.de regu.iur.Pract.Masueri tit.de lit.not.& notatis nu.31.ubi uidetur concludere, quòd non, de quo, cum esset quæstio in hac ciuitate, in quodam qui negauerat propriã scripturam & inde uolebat uti exceptione solutionis: fuerunt allegati doct.suprascripti, quibus addebamus d.Auth.cõtra qui propriam, puniens negãtem propriam scripturam locum habere, etiam in negante scripturam alienam, à se subscriptam, ex no. per Cate.l.uers.subscriptio, per Ias.in l.emptor.§.Lucius Titius, nu.2.& seq.ff.de pact. vbi ponit limit.& in l.quod te.nu.30. & seq.ff.si cer.pet.ubi de debitore qui negauit se debitorem, contra quem postea probatur debitum, & sic de mendacio conuincitur, uide latius ibi. Masuer.

✱ Sigillum. Adde, quòd sigillum supplet fidem productæ scripturæ: & eam reddit Authenticam, & probat in iudicio ex no.per Doct.in c.scripta, extra de fid.instr.in c. post cessionem, de probat. Debet tamen tale sigillum plures habere qualitates, ut per Abb.& Fel.in locis supra alleg.de quo ẽt uideri potest Spe.tit.de procu.§.ratio autem formæ, uers. item quòd non est sigillum, & tit.de prob.§.fi.ver.x.Doct. in c.2.de fi.instr.Alex.in l.pacta nouissima, ubi Ias.nu.16. C.de pac.Fely.d.c.post cessionem, secunda concl.de ꝓba. Fr.Mar.Delph.q.190.& seq.Guid.Pap.q.175.481.Bar.in l.j.C.de reb.alien.non alien. in l.ad testium.§.j.& duobus seq.& l.seq.ff.de testam.quòd autem inducat sigillum contra sigillantem perfectam probationem scribit Cephal. consi.141.nu.11.lib.j.post Rom.consi.303.quod, ut ꝓbet, seu ut reddat scripturam authenticam, debẽt testes esse in ea subscripti, uel inscripti, maximè in præiudicialibus, & in his, quæ inter non subditos aguntur, teste Rol.consi.2. nu.140.lib.j.quid de literis sigillatis? & dic, quòd probãt uolũtatem illius, in his quæ in eis descripta sunt l. publia, ff.depos.Rom.consi.27.colum.ij.in prin.quæ scribit Lambert.de iur.patron.lib.2.par.2.q.10.artic.7. Masuer.

✱ Testes recognoscunt. Adde, quòd testes super recognitione scripturæ producti non aliter probant nisi præsentes fuisse testificentur: dum scriberetur, teste Alex.consi.150. col.7.lib.5.consi.80.lib.4.Ias.consi.184.in fi.lib.2. Gram. decis.84.decis.103.nu.14.decis.106.nu.33.34.cuius rei praxim docet Bar.in Auth.& si contractus.C. de fid.instrum. Fely.in c.3.de fid.instrum.& ex tex.in authen.de instr.fide in prin.pro qua conclu.& pract.uide etiam Bertrand. consi.140.lib.2.Afflic.decis.181.Aret.consil.64.Socin.consil. 274.lib.2.& cum quæstio euenisset in facto prætextu cuiusdam Apochæ scriptæ per patrẽ postea defunctum, pro qua creditores agebãt contra filios uti hæredes dictũ, fuit per aduocatos: creditoribus spectare probationem quòd testes dicerent se fuisse præsentes, quando ille pater conscripsit, vt habetur in authen.de instru.fid.& caut.§.si quis igitur, not.Bar.in l.scripturas.C.qui pot.in pign. pulchrè Dec. qui rem plenius examinat, consi.615.nume.3. Addebant alij, quòd asserta Apocha & scriptura per Actores producta ex alio capite nullius erat efficaciæ,

ex defectu scilicet & carentia causæ non expressæ, & sic substantiali,& ideo dicebant eam non probare, ex no.per Alex.consil.3.colum.2.libr.2. & æquiparari dictam Apocham scripturæ priuatæ, quæ scriptura priuata de se fidẽ non facit,nisi quatenus per testes comprobetur,teste Bart. & doct.in auth.at si contractus.C.de fid.instr.in l.admonẽdi.ff.de iu eiu in l.publicati.C.de testib.consequenterque filios prædictos esse in casu absolutionis ex præall. Mas.

✱ Subscriptione. Adde quæ scribit Ias.in l.prætor ait.§.cogẽtur,post nu.14.ff.de eden,ubi,quòd subscriptio non operatur quantum scriptura, quam conclu.declara, ut per eum ibi,& in l.emptor.§.Lucius Titius, in princi.& nu.3.ff.de pact.in l.qui Romæ.§.Chrisogonus,de uerb.obl. Gabriel com.opin.lib.1.tit.de præsump.conclu.3.Ias.in l.si quis in aliquo,num.4.C.de eden.in l.cum antiquitas,colum.3.C.de testam. Masuer.

a Credendum. Vtrum priuatæ scripturæ sit credendum. uide Bartol.in l.nuda.ff. de donatio. & in l.instrumenta.C. de probatio.

b Postremò. Vide Bal.in §.quibus,de nouo.C.componẽdo, gl.in c.2.de fid.instru.

✱ Postremò. Adde,quid in scriptura publica, an requirat signum notarij? & dic,ut per Bar.in l.si quis ex argentarijs. §.initium.ff.de eden.& quæ alia requirantur ut dici possit scriptura publica,uide per eum ibi,& colum.pen. ubi etiã quid de filza notarij. Masuer.

Forma iuramenti quod præstatur à parte parti.



Voniam maximum remedium decidendarum litium est iuramentum,iccirco suprascriptus Simoninus procurator,& procuratorio nomine suprascripto, cupiens ipsam quæstionem ad celerem finem perduci,omni modo,via & forma,quibus melius potest,detulit ac defert in præsentia dicti Domini Vicarij suprascripto Ioanni ibi præsenti iuramentum ueritatis sub forma infrascripta,uidelicet quòd primò iuret, & iurare debeat corporaliter tactis scripturis præfatus Ioannes si emit talem petiã terræ,uel si dare debet suprascripto. A. florenos centum. Item si ipse habuit & percepit ex ipsa petia terræ tot fructus,super quibus idem Simon.dicto nomine dicit,& protestatur uelle stare iuramento dicti Ioannis, cui Ioanni præfatus Dominus Vicarius terminum assignauit trium dierum respondendi super dicta forma iuramenti.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum veritatis in quot species diuidatur.*
2 *Iuramentum voluntarium quod est.*
3 *Iudiciale iuramentum quod sit.*
4 *Causæ iustæ propter quas iuramentum recusari possit,quæ sint.*
5 *Iuramentum necessarium quod sit.*
6 *Iuramentum veritatis non potest nisi ex iusta causa recusari.*



1 Voniam maximum remediũ.† Ista verba sunt Iuriscon.in l.1.ff.de iureiu.pro cuius euidentia sciendum est, ꝙ multæ sunt species iuraméti,ut plenè scripsi supra circa formam responsionis quæ fit primo libello in glo.super versic.iusiurand.Quantum autem ad propositum pertinet, præsens iuramentum appellatur iuramentum ueritatis, cuius tres sunt species,nam quoddam est iuramentum uoluntarium,quoddam iudiciale,& quoddam necessarium, ut inquit gl.in l.1.ff.de iureiurand. & in rub.C.de iureiur.

2 † Est autem iuramentum voluntarium illud, quod defertur extra iudicium à parte parti, & potest recusari,ut l.iusiurandum quod ex conuentione,in prin.ff.de iureiu. cum simil.ibi nota.& de isto non loquitur hic. † Iudiciale autẽ

3 iuramẽtum est illud,quod defertur in iudicio à parte parti iudice approbante,ut l.1.in fi.& l.3.in prin.ff. de iureiu. & de isto loquitur hic.quod quidem iuramentũ olim non poterat recusari per l.manifestæ turpitudinis.ff. de iureiu. & in l.delata.C.de iureiur.hodie autem potest recusari* si non fuerit acceptatum, secundùm communem opin.per tex.in l.generaliter.§.sin autem.C.de iureiur. & in c. fi.extra eo.& ibi per gl.licet Cyn.& Bart.dicant posse recusari ita demum, si subsit iusta causa recusationis, aliàs non.

4 † Quæ autem sunt iustæ causæ,* no.idem Bar.in d.l.manifestæ,inter quas est illa quando is cui defertur, habet eius intentionem fundatam per publicum instrumentum,ut d.

5 c.fi.& in c.2.extra de proba. † Necessarium uero iuramentum est illud, quod per iudicẽ defertur alteri parti in supplementum probationum,de quo loquitur l.admonendi.

6 ff.de iureiur.& l.bonæfidei.C.eo.tit.† quod quidem iuramentum non potest nisi ex causa iusta recusari, ut in c.fin. & in d.§.sin autem.Sunt autem horum iuramẽtorum multiplices effectus,ut scripsi in d.gl.nota bene hos casus.

A D D I T I O N E S.

✱ Recusari. Adde, an iuramentum oblatum recusari possit, per eum qui super suis deductis iam testes examinauerat? & dic,iuramentum recusari posse, ne periurium detegatur,teste Osasc.decis.11.nu.3.Bar.in l.aliàs,quam legit cũ §.procur.l.iusiurandum,quod ex conuentione. nu.4.ff.de iureiur in l manifestę,nu.5.ubi Ias.nu.6.eo.ti.quid in offerente iurm: si superueniant nouæ probationes, an oblationẽ reuocare possit;postquàm aliàs dixit se uelle iurare? & dic,ꝙ sic,per text.in l.si iusiurandum detulerit.§.si quis autem,de reb.cred.ut no.Osasc.decis.8.post nu.4.pro quo uide Bar.& doc.in l.si non fuerit.§.fi.& l.non erit.§.fi.ff.de iureiurã.Soci.consi.90.lib.4.ubi an & qñ possit quis iuramentũ oblatum reuocare. Quid si iuratum est ante sñiam diffinitiuam:an liceat appellare?& dic,ꝙ sic,secũdũ Osasc. d.decis.8.nu.7.in materia aũt reuocationis:Adde,ꝙ procurator gñalis ad causas oblationẽ iuri reuocare pôt, iurando sibi,seu dño & principali suo probationes superuenisse,Osasc.d.decis.nu.9.per tex.in l.si hominem.ff.mand.fm quam opi.dicit in senatu fuisse iudicatum,actorem.l.posse redire ad probationes,non obstante oblatione,& acceptatione iuri pdicti,sed an repulsis capitulis ex forma Ducal.decretorũ huius patriæ subalpinæ:uti tardè productis possit super cõtentus in eis iurm decisiuum offerri;& dic, ꝙ decisio huius q.pendere vr̃ ex dispositione l. in contractib.§.illo.C.de nõ nu.pe.ubi Bal.dicit,ꝙ elapso termino iuris: non superest locus iurõ,& ꝙ ille, qui noluit iurare, sed per factũ aduersarij releuari ab onere probandi, non auditur in sua delatione,quæ concl. cõfirmari ur̃ ex alia, quã tradunt doc.in l.admonẽdi,& in l.manifestę,de iureiur.ꝙ qui nihil præstitit non possit offerre, ex reg.l.qui accusare.C.de eden.quo in casu posset quis cõfugere ad cõiecturas excitatas, per Spe.tit.de iu.dela.col.3.uer. si autẽ sit ciuilis, ut inspiciatur qualitas cãæ & psonæ deferẽtis, sed tñ facilis pr̃ responsio ad d.§. de illo, pro cuius q.resolutione uide Boer.q.95.ubi qñ admittatur qs ad oblationẽ iuri post terminũ ad probandũ præfixum, & cũ ille casus euenisset coram excell.Ducali huius subalpinæ patrię senatu iurm eo casu offerri posse,senatus ipse cẽsuit, teste eodẽ Osasc.decis.97.nu.7. de quo articulo uide q̃ scribit Cagn.in l.2.nu.264.C.de pac.inter emp.Rip.in d.l.admonendi.nu.65.Aym.qui ponit casum notab.cõsi.207.Dec.in cap.sicut.extra de probatio.& an post decisum iuramento admittatur probatio; Adde Ias.d.l.si duo patroni.§.idem Iulianus,nu.9.& seq.ff.de iureiur.ubi declarat. Masuer.

✱ Iustæ causæ. Adde Ias.in l.si duo patroni.§. idem Iulianus, nu.7.& seq.ff.de iureiu.& dic, ꝙ habens fundatã intentionẽ,nõ teneť iura: e decisiuẽ,teste Neuiz.cõs.7.nu.7.ubi plura §.de illo.l.i cõtractib.C.de nõ nu.pe.Osas.decis.x. co.fi. Quæ concl.fallit,si offeratur super exceptionib.se cõpatiẽtib.cum intẽro,ut per Neuiz.d.consi.7.ubi declarat. Mas.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an poſsit iuramentum ueritatis deferre & ſubire.*

1 SIMONINVS Procurator. † Hic quero
2 an procurator [a] poſsit hoc iuramentum deferre & ſubire? diſtingue, aut eſt procurator ad lites tantum, ſeu negocia tantum, & talis non poteſt deferre iuramentum, nec ſibi deferri, vt l.iuſiurandum, quod ex conuentione.§.fin.cum ll. ſequen.& l.iuſiurandum & ad pecunias.§.procurator.cum ſi.ff.de iureiu. Aut eſt procurator ſpecialiter ad iurandum conſtitutus, & ad iuramentum deferendum, uel eſt procurator in rem ſuam propriam, & tunc poterit iuramentum deferre & ſubire, & eodem modo ſi ſit procurator generalis cum libera adminiſtratione, ut probatur in dictis iuribus & l.procurator totorum, & l. procurator cui libera.ff.de procu.& facit quod habetur in c.qui ad agendum. in fi..extra de procur. Et ſic eſt vnus caſus, in quo requiritur ſpeciale mandatum: ſunt etiam quidam alij, quos poſui in forma reſponſionis factæ in actione hypothecaria intentatę in glo. ſuper uerbo ſufficiens mandatum &c. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

a Nota, an procurator poſsit iuramentum deferre Bald. in l. generaliter.C.de iuramen.calum.in l.1.in §.ſed his, Bal. in l.1.in §.ne autem.de cadu.tollen.Bar.in l.qui bona.in §. ſi alieno.ff.de dam.infect.Bal.in c.1.§.final. per quos fiat inueſtitur. in uſibus feudorum.

✱ Procurator, Adde, quòd iuramenta omnia quę ſunt à iure introducta: poſſunt per procuratorem ſpecialiter conſtitutum præſtari, ſecundum communem per Cur. in l. admonendi.ff.de iureiur. Phanuc. de in lit. iur. num.20. part.2. Plot.rep.l.ſi quando.C.vnde vi. §.32. num.5. pro qua uide tex.in l.generaliter.§.his de pręſentibus.C.de reb. credit. Alex.in l. qui bona.§.ſi alieno.ff.de dam. infec. ubi reprobat Bal.d.§.his de præſentibus, quòd imò poteſt procurator ſpecialis, ſed Iaſ.in l.vulgò.ff.de in lit. iur. tenet opin. Bal.in d.§.his, quòd cogatur principalis iurare perſonaliter, alia tamen opi.uidetur melior, & communis, quòd per procuratorem ſpecialem, inſtructum iurare ſufficiat, & uide Abb.in c.in pertractandis, & in c.cęterum, de iur. calu, vbi limitat opi.Bar.in d.l.qui bona.§.ſi alieno, de dam. infect. Maſuer.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ueritatis cur ita dicatur, & cuius ſit natura.*
2 *Iuramentum inductorium obligationis, & iuramentum confirmatorium contractus præcedentis ſunt ſpecies iuramenti.*
3 *Qui abſoluuntur à iuramento confirmatorio contractus efficiuntur periuri.*
4 *Citatio requiritur in abſolutione à iuramento.*
5 *Iurans ſe non impetraturum à iuramento abſolutionem, an ſit abſolutus ſi impetrauerit.*

1 IVRAMENTVM veritatis. † Ideo autem dicitur ueritatis, quia præcisè iurandum eſt ſic eſſe, uel nō eſſe, ut dicit glo.in d.l. iuſiurandum & ad pecunias, uer. quid tamen, in fi.nec ſufficeret dicere ſe credere, uel nō credere, vel præſumere ſic eſſe uel non eſſe, nam illud appellatur iuramentum credulitatis, de quo loquitur titu.C.& extra de iūra.cal.per totum. huiuſmodi autem iuramentū veritatis eſt huius naturæ, quia ſi eſt voluntarium uel iudiciale, poſtquam præſtitum eſt ſiue bene ſiue malè, non infringitur, nec aliqua uia retractatur, ut in l.non erit.§. dato.ff.de iureiur.& l.quod deferente. ff. de dolo. & ſeq. licèt aliud in iuramento neceſſario quod retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, ut in l.admonendi.ff.de iureiu.
2 † Aduertendum eſt inſuper, quòd quædam alia ſpecies iuramenti appellatur iuramentum obligationis introductorium, de quo loquitur.l.iuſiurandi, in princ.cum ibi not. ff. ope.li. Quoddam eſt inſuper iuramentum, quod appellatur contractus præcedentis uel alterius actus confirmatorium, de qua ſpecie iuramenti loquitur auth.ſacramenta pube.C.ſi aduer.uendi. & ego latè ſcripſi ſuper forma lib. quo agitur contra uenditorem, & hoc iuramentum cuiuſcunque ſpeciei ſit, eſt ſeruandum, dumtamen ſit honeſtum, & ex honeſta cauſa interpoſitum: ubi autem eſſet interpoſitum ex cauſa turpi & inhoneſta, tunc non eſſet ſeruandū, vt in c.non eſt obligatorium.de reg.iuris.libr.6. & ibi per Dyn.faciunt ad prædicta.c cum contingat, & quod ibi no. extra de iureiu.& c.2.& c.quamuis.de pac. lib.6.
3 † Solēt tamen iudices eccleſiaſtici, ad quorum iuriſdictionem pertinent huiuſmodi iuramenta, ſæpe illa maximè confirmatoria obligationum & contractuum relaxare, & iurantes abſoluere, prout quæque cauſa expoſcit ut deceptis ſuccurratur, & deceptorum malitiis occuratur.iux. not. in c.debitores.extra de iureiur.& in c.tuas.extra de uſur.cum
4 ſi. ibi no. † Vidi autem dubitari, an in tali abſolutione à
✱ iuramento ſit pars aduerſa citanda? ✱ & fuerunt qui dixerunt quòd non, arg.in c.licèt epiſcopus. de præben. libr.6. & quod not.in l.3.§.pe.ff. depoſi. Tu dic, quòd debet citari; nam iſta abſolutio aperit abſoluto uiam agendi, quæ erat ſibi præcluſa uirtute iuramenti, ſicque per talem abſolutionem exceptio aufertur ipſi parti, & per conſequens grauiter læditur, ergo citari debet, ut traditur.in c.caueāt, cum ſequen.3.q.9.& probatur in l.de vnoquoque.ff. de re iudi.& in l.nam ita diuus ff.de adop.& l. in cauſæ. §. cauſa cognita.ff. de minor. Nec obſt. alleg.in contrarium, quia in illis non uertitur tale præiudicium, cùm ſaluum remaneat aduerſario ius ſuum.
5 † Quid ſi debitor, qui præſtitit iuramentum, uel quis alius contrahens iurauit etiam quòd non peteret abſolutionem, nec impetrabit à priori iuramento, an erit excluſus à tali abſolutione impetranda? uidetur
a quòd ſic, cùm hoc iuramentum [a] poſsit ſeruari ſine interitu &c. vt d.c.cum contingat, cum ſi.nec iudex auditū debet præſtare ad inducendum periurium, ut in l.j. in fin. C. ſi aduer. uend.

ADDITIONES.

✱ Citanda, Adde quæ habētur infra for.lib. cauſ. uend. uerſi. ſub eius iuramento, num.5.

a Iuramentum. ſed ſi conſideremus, quòd cùm hæc iuramenta inducant creditores ad delinquendum, vt.ſ. hac cautela debitores deceptos teneant illaqueatos ne ad iuſtitiā confugere poſsint; ergo talia iuramenta relaxanda. l. ſi vnus. §.illud.ff. de pact. Item quòd ex parte creditoris uerſetur turpitudo, ergo ſibi non quæri ius ex tali ſacramento. l.ſi. ff. de act. & obl. dicemus hanc abſolutionem peti poſſe & deberi uti ſalutarem utrique. ita tenet Imol.in ca. 1. in 3. col.de iureiur.quem refert & ſeq.Fel. in ca. debitores.eo. Leonardus.

PRIMO iuret. Ecce prima pars formæ iuramenti, quæ diuerſificari habet & ampliari iuxta qualitates facti & negocij, de quo agitur, nam ſiue ſit qō de re mobili uel immobili, ſiue de contractu uel quaſi, poteſt iuramentum deferri, ut habetur in l.1.§ ſi petitor. ff. quarum rerum actio non da.& in l.3.§.quacunque autem actione.ff.de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, quod defert actor reo, an poſsit à reo actori referri.*
2 *Tutor pupilli & curator adulti poteſt iuramentum ueritatis deferre & referre.*
3 *Is cui defertur iuramentum, poteſt petere ut ab aduerſario iuretur de calumnia.*

DICIT

1 DICIT & protestatur. † Hic notandum est, quòd ipse Ioan. posset si uellet tale iuramentum referre ipsi Sim. si habet mandatum super hoc speciale, uel principali personæ, si non haberet mãdatum, ut traditur in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. ait prætor, & §. fi. & in d l. ma-
2 nifestæ, & d. l. delata. C. de iureiur. Sed † nunquid tutor pupilli, uel curator adulti potest tale iuramentum deferre & referre? dic quòd sic; quia habet plenissimam administrationem, & sic æquiparantur procuratori habenti mandatum cum libera, & probatur in l. tutor & l. iusiurandũ
3 quod ex conuentione. §. 1. ff. de iureiu. † Ad vnum tamen aduerte, quòd ille, cui defertur tale iuramentum, potest
* petere, ut ille qui defert prius iuret * de calumnia, uidelicet ꝙ non animo calumniandi defert iuramentum, prout in forma huiusmodi iuramenti continetur, ut probatur in d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. ff. de iureiur. cum si. ibi no. Sunt autem in aliquibus ciuitatibus, vt Papiæ, statuta & capitula, per quæ sunt approbatæ dictę
* l. manifestæ, * & l. delata, de iureiur. Ad tollendum illã dubitationem, quæ est, an hodie dictæ. ll. sint correctę, per d. l. generaliter. §. si autem. C. de iureiuran. optima est prouisio; quia non est locus iniustæ quærelæ si quis efficiatur iudex & decisor suæ causæ, ut inquit Iurisconsul. in d. l. 1. in princ. ff. quarum rerum actio non datur, ut autem præsens materia aliquid moralitatis ad se trahat, audi quid ille pater eloquentiæ Tullius dixerit. Nullum uinculũ ad restringendum fidem iureiurando maiores nostri arctius esse uoluerunt &c.

ADDITIONES.

* Iuret de calumnia, Adde Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum, nu. 1. & §. ait prætor, num. 3. ff. de iureiur. ubi ponit differentiam inter eum qui defert, & eũ qui refe t, quis teneatur iurare de calumnia.
* L. manifestę, Adde in materia, d. l. quòd reus cogitur suscipere iuramentum, licèt actor nihil probauerit, teste Dec. in c. sicut, col. 3. in fi. de proba. ubi Doc. in apostil. hoc confirmant, per l. delata, & l. generaliter C. de iureiu. Cast. in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pec. & alios ibi alleg. inter quos est Pap. hic, & dum dixit Dec. d. c. sicut, col. 5. in princ. quòd si auctor à principio noluit iuramentum deferre, sed onus probandũ assumpsit, & non probauit, quòd tunc reus absolui debet, & iurare non cogitur, adde ꝙ prædicti Doct. in apostil. dicunt, quòd imò æquè locum habet l. manifestę, siue ante, siue post probationes tentatas, ex not. per Boer. q. 95. Ias. in d. l. manifestę de iureiur. Nat. consi. 35. Viui inter com. opi. lib. 9. ueriurare, & an ualeat iuramentum contra iuramentum, dic, ut per Ias. in l. duobus. §. item Pomponius. num. 14. ff. de iureiur. in l. nam & postea. §. si damnetur, eod. tit. quibus adde, quod illud quod dicitur, quòd post iuramentum nullæ exceptiones rei admittuntur, uerũ esse, quando contrariantur iuramento, & si delegant periurium, secus, si se compatiantur cum iuramento, iuxta tradita per eundem Ias. in l. eum qui §. si iurauero, post nu. 8. ubi latius declarat. ff. de iureiur. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad iurandum de ueritate, an per iudicem dari debeat.*



TERMINVM assignauit trium dierum.
1 † Ista uel similis dilatio dari debet per iudicem ne præcipitanter & indeliberate iurando caderet in periurium, ut habet in d. l. iusiurandum & ad pecunias, in prin. versi. quid tamen, in fi. ff. de iureiur. sicut datur ad respondendum positionibus & interrogationibus, ut in l. si defensor. §. illud quæritur, & l. qui interrogatur. ff. de interroga. act. faciunt quæ not. in c. 2. de confess. lib. 6. Alia quidem multa essent dicenda circa huiusmodi iuramenta, quæ in text. & gloss. sunt annotata. sed hæc sufficiant quæ sunt quotidie in pra-
* ctica, ad quæ memoria est producenda nam in * iure ciuili multa sunt subtilia, & parum utilia quæ faciunt ipsam scientiam magis ornatam & decoram, sed minus utilem, & magis difficilem & laboriosam; exempla patent in tota materia bonorum possess. C in materia titu. de cõiug. cum emanci. lib. & in trac. de utilibus & directis actio. & in Specul. circa formas libellorum. & in modis procedẽdi in maleficiis. Ideoque esset melius pro Rep. si hæ superuacuæ, & pomposæ subtilitates de medio tollerentur. Sed quia Imperatores circa talia non uigilant, optima etiam facta fuit prouisio, cùm ciuitates se cęperunt regere per statuta, vnde mihi uisum est, quod principes qui delectantur tenere generalia studia in territorio suo, debeãt præcipue oculos dirigere in Doctores moralis philosophiæ, nam qui di-
* scunt * leges, & decretales, sunt homines cauillosi, qui autem discunt Tullium & Senecã sunt homines uirtuosi. Qui uerò discunt medicinam sunt homines gratiosi, & qui discunt theologiam sunt homines deuoti, vnus tamen omnium est idem interitus, nec est qui uitæ suæ vnam diẽ possit adijcere, & palmum vnum suæ staturæ, propter quod inquit Salamon. Vidi & aliud sub sole mirabile, quia ita mo-
* rimur * prudentes sicut stulti. Agamus itaque de singulis gratias omnipotenti Deo.

ADDITIONES.

* In iure ciuili, Adde quæ scribit Euerard. lib. arg. in princ. pag. 21. Ias. in l. 7. col. secunda, post prin. ff. si quis in ius voc. non Ier.
* Discunt leges; Adde, quid dicen. quando vna lex habet uarios intellectus, & dic, quòd non potest allegari ad decisionem causarum, teste Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. du. Ias. in l. admonendi 1. lec. num. 67. & seq. ff. de iureiurand. Masuer.
* Morimur, Adde, quòd cum de hoc mundo exierimus, vnaquaeque anima ad locum suum recedit, & nemo recordatur amplius carnalem affectum, quum de carne recesserit, non pater filium, non filius patrem, omne enim quod de terra suscepimus, in terra dimittetur, & neminem nobiscũ habebimus, nisi opera nostra, si bona sunt ad gloriam, si mala, ad pęnam, teste Chrisost. Math. 10. homil. 26. Math. 16. homil. 54. vbi inquit, nihil enim aliud iucundum est, quàm conscientia proba, & spes futurorum certior, ut latiùs per eundem locis sup. alleg. vbi plura de morte, ꝑ cuius pœna alleuianda, uide quid christiano homini agendum sit, ex August. psal. 74. Masuer.

Forma sententiæ interlocutoriæ super incompetentia iudicis.



NOS Bernardinus Vicarius D. Potestatis Papiæ, uisis certis exceptionib. coram nobis factis & productis per suprascriptum Sim. dicto procuratorio nomine in causa coram nobis uertente inter ipsum procuratorem dicto nomine parte vna, & prædictum An. parte alia, in quibus quidem exceptionib. & defensionibus inter alia opposuit, nos esse iudicem incompetentem, omni modo, iure, uia, & forma quibus melius possumus; interloquendo in his scriptis, sedendo pro tribunali, in loco iuris consueto, pronunciamus & decla-
* ramus nos fuisse & esse iudicem competentem * in causa & quæstione prædicta, & in ea procedendum esse ad ulteriora, prout exigit ordo iuris, non obstantibus aliquibus exceptionibus in contrarium propositis & oppositis, & idem præfatus Vicarius præcepit per me notarium fieri publicum instrumentum &c.

ADDI-

ADDITIO.

* Competentem, Adde Ias. in L. ex quacunque, nu. 38. & seq. ff. si quis in ius voc. non ier.

SUMMARIUM.

1 *Iudex in litis principio se iudicem competentem declarare debet.*
Persona iudicis in proferenda sententia potest poni tam in numero plurali quàm singulari.
2 *Sententia lata super incompetentia iudicis, an sit interlocutoria, uel diffinitiua.*
3 *Actitata in causa non ob. exceptione incompetentia, an ualeant.*
4 *Appellari à quocunque articulo emergenti uel incidenti si non potest, quomodo sit prouisum.*
5 *Iudex contra quem opponitur exceptio incompetentia, an cognoscat de ea.*
6 *Interlocutoria competentia, an possit quocunque tempore ac etiam ante diffinitiuam reuocari, & nu. 7.*
8 *Iudex quilibet an possit suam interlocutoriam reuocare.*
9 *Interlocutoria, quæ habuit executionem, an possit reuocari.*
10 *Iudex an possit inuitis partibus, suam interlocutoriam reuocare.*
11 *Iudex an interlocutoriam reuocare cogatur.*
12 *Sententia interlocutoria quid sit.*
13 *Preceptum impossibile de facto uel de iure, est ipso iure nullum.*
14 *Grauamen ab interlocutoria illatum, a qua non est appellatum, reparari potest in appellatione à diffinitiua.*
15 *Sententia lata ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria uel diffinitiua.*

1 
OS Bernard. Vicarius. † Quia exceptio
incompetentiæ iudicis, quæ opposita est in
exordio litis, impedire habet processum, &
ligare manus iudicis, necesse est quòd su-
super ea iudex interloquatur, declarando
an sit iudex competens uel non, ut not. in l. exceptionem.
C. de prob. & in l. fi. C. de excep. & in c. monasterium, ext.
de re iud. & l. sed & si susceperit, in prin. ff. de iu. & l. fin C.
si à non compe. iudi. & licèt communiter soleant iudices
in proferendis eorum sententiis loqui in plurali. Idem ta-
men est in singulari, si de se ipso loquatur iudex dicendo,
2 ego B. &c. ut habetur in c. pen. de re iudic. lib. 6. † Con-
sueuit autem dubitari, an talis sententia super hac exce-
ptione lata sit diffinitiua, uel interlocutoria. Breuiter dic
secundùm Doc. quòd aut iudex pronunciat se iudicē com-
petentem, ut hic fuit, & tunc est interlocutoria; aut pro-
nunciat se iudicem incompetentem, & tunc est diffinitiua.
& hoc casu procedit gloss. posita in auth. habita. C. ne fil.
pro patre. ratio est, quia hoc ult. casu nulla speratur diffi-
nitiua. Sicque patet, quòd in hoc non habet locum regula
illa qua dicitur, quòd illa dicitur interlocutoria, post quā
speratur sequi diffinitiua, quæ hic non speratur, ideo ipsa
* diffinitiua * dicetur, nam licèt non diffiniatur negotium
principale, diffinit tamen ex toto iudicium, & uide quod
3 no. Bar. in l. quod iussit. ff. de re iudi. † Quid autem dices,
si iudex super hoc non pronunciat expressè, sed procedit
ultra in causa non obstante exceptione, an ualebunt acti-
tata per eum in causa? uidetur quòd nō per l. fi. C. de exce.
cum si. supra alle. In contrarium dicunt Doct. quia proce-
dendo uidetur tacitè se iudicem competentem pronuncia-
re, ut not. per Barto. in l. 1. C. de ordi. iudi. & est text. cum
glo. in c. si à iudice. extra de appel. lib. 6. & in c. ex parte M.
extra de appel. debet ergo pars, quæ ex tali processu sentit
se grauatam, appellare, ut in iuribus prædictis, & in c. cor-
4 di, extra de app. † Sed quæret aliquis, qualiter consuletur
illi qui prohibetur appellare ante diffinitiuam sentētiam
à quocunque articulo incidēti uel emergenti per formam
statutorum uel decretorum, si iudex in causa de facto pro
cedat, ut dictum est? Respondeo per uiam supplicationis
ad superiorem, arg. in auth. quæ supplicatio, & l. si quis ad-
5 uersus. C. de preci. Impe. of. † Item quæritur, an iudex,
coram quo opponitur exceptio iudicis incompetentis,
possit ipse de hoc cognoscere, & pronunciare? Dic breui-
ter, aut opponitur exceptio suspicionis, & tunc arbitri su-
per hoc eliguntur qui de hoc cognoscunt, & non iudex, ut
in l. apertissimi. & ibi no. C. de iudi. & in c. suspicionis, de
offi. deleg. cum ibi no. Aut opponitur exceptio iudicis in-
competentis, & tunc distingue, ut plenè not. supra cir. for.
a qua oppo. contra iudicem incompetentem [a] per Bart. in
6 d. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. † Ulterius quæritur,
quia regulariter quęlibet interlocutoria potest per eundē
* iudicem reuocari, * ut in l. quod iussit. ff. de re iud. an hæc
interlocutoria possit reuocari? & distingue secundùm Do
ctor. aut pronunciauit se iudicem incompetentem, & tunc
cum per hoc definat iudex esse, non poterit amplius illam
reuocare, & eo modo si pronunciauit non esse proceden-
dum super libello, uel absoluit ab instantia iudicij secun-
dùm Bar. arg. in c. iudicis. in fin. extra de offic. delega. cum
sim. aut econtra pronunciauit se iudicem competentem, &
tunc quia in officio remansit poterit illam reuocare, ar. in
l. dicere. ff. de arb. & quod not. Bar in d. l. quod iussit, & idē
secundùm eum, si interloquatur tutorem dari uel decretū
interponi ratione prædicta. In cæteris autem interlocu-
toriis uoluerunt quidam dicere esse distinguendū, an con-
tineat aliquid dari, uel fieri, p decisionem alicuius articu-
li incidentis uel emergentis, & non poterit reuocari, aliàs
secus. Veritas est secundum omnes Docto. tam canonistas
quàm legistas, quòd potest reuocari omni casu si interue-
niat causæ cognitio, aliàs non. ut ibi no. ar. in l. 1. in fi. ff. de
præto. sti. & ibi no. Et sic no. unum singulare, quòd etiam
si ab interlocutoria fuerit appellatum, non sunt tamen li-
gatæ manus iudicis quin possit causa cognita ipsam inter-
locutoriam reuocare, ut traditur in c. cum cessante. extra
de app. & sequitur Innoc. in c. quòd ad consultationē. ext.
7 de re iudi. † Sed an reuocari possit quocunque tempore
ante diffinitiuam? opin. sunt uariæ, tamē secundùm Doc.
& Bar. in d. l. quod iussit, distingue. aut iudex uult reuoca-
re ad instantiam partis, & tunc infra 10. dies potest, postea
non, arg. in auth. hodie C. de app. aut uult reuocare ex suo
officio, & tunc potest usque ad sententiam diffinitiuā, po-
stea non; quia functus est officio suo, ut l. iudex. ff. de re. iu.
quàm opi. sequuntur Docto. in d. c. cum cessante, cum sim.
8 † Sed cum quæritur an quilibet iudex suam possit interlo
b cutoriam [b] reuocare? dic quòd sic, siue sit ordinarius, si-
ue delegatus, siue arbiter, quod maius est, ut l. diem pro-
ferre. ff. de arbi. & no. per glo. in d. l. quod iussit, & hoc se-
mel tantum, & non sæpius, secundùm Dyn. & Bar. ar. C. ne
lice. tertiò prouo. l. 1. & l. fideicom. §. si quis 10. ff. de leg. 3.
9 & l. 1. §. si quis. ff. ut le. no. ca. † Quid autem si interlocuto
ria habuit executionem, an poterit reuocari? dic quòd nō
secundùm Bart. & Doc. nisi in duobus casibus. Primus, si
fiat cum plenissima causæ cognitione. Secundus, si utraq;
pars consentiat, ut habetur & no. per gloss. in l. 1. in fin. de
10 præto. stip. † Sed nunquid inuitis partibus possit iudex
suam interlocutoriam reuocare? distingue breuiter, quæ-
dam est interlocutoria quæ respicit personam ipsius iudi-
cis, & eum grauat, & tunc potest eam reuocare. arg. d. l.
quod iussit. Quædam est interlocutoria quæ grauat ipsam
solam partem, & tunc non posset reuocare. arg. d. l. 1. in fi.
& quod ibi no. ff. de præto. sti. illud autem no. quòd absen-
tibus partibus & ignorantibus poterit iudex interlocuto-
riam reuocare, si in ea non requiritur causę cognitio, aliàs
secus. secundùm Bart. in d. l. 1. in fi. ff. de præ. sti. iuncta. l.
sed si interpellatur. ff. de iu. & l. diem proferre. in princ. ff.
11 de arb. † An autem uolentibus partibus cogitur iudex
eius interlocutoriam reuocare? dicendum est quòd nō re-
gulariter, ut l. non quidquid. ff. de iudi. & l. 1. C. quomodo
& quando iu. si tamen esset ab ea prouocatum, posset iu-
dex appellationis eam reuocare, ut d. c. cordi. de app. & in
12 cap. fi. de iureiu. lib. 6. † Diceret aliquis, quæ appellatur
sententia interlocutoria? Respondetur, ꝙ quilibet actus
iudicis, qui fit in lite, dici potest interlocutoria, ut est cita-
tio

tio partis, uel quodcunque p̄ çceptum iudicis, ut d.l. quod iussit. & l. fin. C. de requiren. re. Idem in assignatione ter-
13 mini, ut l. siue pars C. de dila. & d.l. diē proferre. † Scias tamen, quòd præceptum impossibile de iure, uel de facto, uel turpe, nullum est ipso iure, ut l. fin. ff. quæ senten. sine
14 appel. rescin. † Rursum quæritur. Ecce quòd iudex nō reuocauit interlocutoriā, nec pars ab ea appellauit, deinde iudex tulit sententiam contra eandem partem diffinitiuam a qua appellauit, quæritur, an iudex ipsius appellationis, sicut potest reuocare sententiam diffinitiuam, ita possit reformare interlocutoriam antedictam? Dic breuiter, quòd licèt olim super hoc fuerint opi. variæ inter Docto. hodie tamen determinatum est, quòd possit, ut in c. fi. de app. libr. 6. Si autem à dicta interlocutoria fuisset debitè prouocatum & succubuisset, in ea posset iudex prædictæ causæ principalis de iuribus dictæ interlocutoriæ vlterius cognoscere, ut hodie determinatum est in cle. vnica. extra de app. Et ex hoc habes tu procurator multum notare, quòd si ex forma statutorum non potest ab interlocutoria appellari, poterit hoc grauamen per appellatio-
15 nem à diffinitiua reparari, quod tene menti. † Vltimò quæritur, quid de sententia lata ab obseruatione iudicij, an sit interlocutoria, uel diffinitiua? gl. in l. Titia. ff. de accu. dicit quòd sit interlocutoria, & per hoc non posset ab ea appellari, sed Bar. ibi dicit, quòd siue sit interlocutoria, siue sit diffinitiua, potest appellari. An autem sit potius diffinitiua quam interlocutoria, distingue, aut per eam imponitur finis soli instantiæ, & tunc est interloquutoria, aut imponitur principali causæ. v.g. absoluit ab instantia, quia non possidet, uel quia sine actione expertus est, & similia, & tunc est diffinitiua, ut Insti. de offi. iudi. in fine.

ADDITIONES.

✱ Diffinitiua. Adde, quæ sint interloq. haben. vim diffinitiuę, & uide Fel. in rub. de re iud. Aret. consil. 10. Rob. de ordi. iud. c. 53. à prin. usque ad num. 43. Capel. tolos. q. 48. & dixit Rom. consil. 357. quòd sententia iudicis determinans & imponens finem rei super qua principaliter litigatur: dicitur diffinitiua, & quòd sententia principalem directò terminans questionem, dicatur diffinitiua, licet in eius processu non fuerit iuris ordo seruatus, not. Rom. consil. 174. in prin. 357. 358. vbi plura not. quid de interloq. super incompetētia iurisdictionis prolata, an reuocari possit, & dic, ut ibi, vbi licèt sententia super incompetentia iudicis prolata a delegato uim habeat diffinitiuæ reuocari non possit, secus tamen est, si proferatur ab ordinario, teste Castr. in l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ier. Dec. in c. cum cessante, 2. not. de appell. Rob. d. tract. 5. prin. dist. nu. 49. Doc. in l. quod iussit, de re iud. & uide quæ habentur supra for. lib. Act. real. uer. per vestram, & dic, quòd interloquutoria quæ finit iudiciū mutari non potest, quæ autem mutari possit, scribit Bar. in l. dicere. ff. de arb. Masuer.

✱ Reuocari, Adde Ias. in l. si opus nouum, ff. de op. no. nun. vbi quando interloq. reuocari possit, quando non. & fac. quæ scribit Bar. in l. dicere, ff. de arb. ubi ponit reg. cū fall. & ibi loquitur etiam de diffinitiua. Masuer.

a Incompetentem. Cum finitur ex toto officium iudicis & nulla alia sententia speretur, interlocutoria non poterit reuocari, alias sic, nisi ex toto finiat offi. iudicis, uide Ang. not. in d.l. quod iussit. qui ponit multa exempla.

b Interlocutoria lata prætextu iuramenti iudicialis, non potest reuocari, uide Ange. in l. quod iussit. ff. de re iud. uide Innoc. aliter in cap. fin. ad fi. quod met. ca. &c. Et ideo si interlocutoria non est plene executa, poterit reuocari, ita Ang. in d.l. quod iussit, sed Ioan. And. clarius. in c. quærenti. de offi. deleg. aliàs non, ut ibi per eum &c.

✱ Interlocutoria, Adde, & dic, quid in diffinitiua, tam iudice ordinario, quam delegato, quòd regulariter sententiam diffinitiuam reuocare non possunt l. quod iussit, de re iu. nisi id illicò & incontinenti fiat, teste Fely. in c. exceptionem, ubi ponit. 10. fall. de excep. Hypol. in l. is qui aggresso rem, num. 32. C. de sicar. Dec. consi. 445. quamuis contrariū velit, Anch. consi. 182. Alex. consi. 99. lib. 1. pro cuius cōcl. resolutione uide eundem Fel. in c. qualiter & quandò, colum. 13. de accus. Rip. d. l. quod iussit, col. 10. poterit tamen iudex supplere in accessoriis, puta, in expen. condemnatione omissa. l. Paulus. ff. de re iud. l. in operis. ff. loc. intellige, si eadem instan. & partibus præsentibus hoc fiat, per l. de vnoquoque, idem esset si citatis, quod procedit in diffinitiua, nam in interloquutoria, si iudex cōdemnationē expen. omitteret, quandocunque vsque in fi. facere posset, secundùm Doct. in c. sæpe, de appell. Rob. de ord. iud. ul. part. 6. par. nu. 36. Quod autem diximus, diffinitiuam statim reuocari posse, intellige, ut per Bar. d. l. in operis, in l. si quis mihi bona. §. iussum, ubi Ias. num. 15. de acq. hær. Doct. in l. diuortio ff. sol. mat. & quòd iudex suam interloq. usque ad calculum ferendæ sententiæ reuocare possit, uel addere aut minuere, not. Franc. & alij in c. cum cessante, de appel. Dec. consi. 84. nam, etsi interloquutoria quo ad partes in iudicatum transeat, secus tamen quoad ipsum iudicem, teste Ias. qui dicit communem d. l. quod iussit, num. 46. secus in diffinitiua. l. Paulus. ubi Doct. ff. de re iud. Alex. consil. 119. lib. 3. quam reuocare non potest, cum sit functus officio, iuxta tradita per Alex. & Ias. d. l. quod iussit, quam conclu. limita locum non habere in interloquutoria, in qua se iudicem pronunciat, quia illam reuocare nō potest; secundum communem per Ias. d. l. nu. 9. Item in interloquutoria bis confirmata, ex not. per Alex. consil. 99. libr. 5. Aufr. ad Capel. tolos. q. 181. Item limitatur, si iudicis turpitudine lata sit, quia tunc iudex nec corrigere, nec aliter pronuntiare potest, ad instar sententiæ diffinitiuæ, secundùm communem per Abb. in cap. cum oporteat, num. 6. de accus. Masuer.

SVMMARIVM.

Interlocutoria super incompetentia iudicis, an in scriptis redigi debeat.

1 IN his scriptis. † Quæritur an scriptura sit necessaria. Doct. iur. ciui. tenent quòd apud acta per notariū debeat in scriptis redigi, ut no. idem Bart. in d. l. Titia. & per glo. in c. quoniam contra falsam, extra de prob. pro quo facit l. fin. C. de priui. schola. libr. 11. Sed canonistę tenent quòd ferenda est in scriptis, & appellandum in scriptis, ut extra de appel. in cap. ut debitus, & cap. cordi. eod. tit. lib. 6.

Forma interlocutoriæ super legitimatione personarum.



NOS Bernardinus Vicarius antedictus prius per nos visis instrumentis procuræ & tutelæ coram nobis pro parte dicti Simon. dicto nomine productis, & alio instrumento procuræ per partem aduersam producto, in causa & quęstione simul inter dictas partes vertente, uisis denique ac diligenter inspectis certis exceptionibus contra dicta iura & instrumenta hincinde factis & propositis, uolentes huiusmodi cauillationibus & exceptionibus imponere finem, ne principalis causæ processus ulterius dilatetur, in his scriptis omni iure, modo, uia & forma, quibus melius possumus, interloquendo pronunciamus & declaramus præfatum Simon. fuisse & esse in dicta causa legitimum procuratorē, & syndicum, & habere sufficiens & idoneum mandatum ad præsentem causam prosequendam, & omnia alia & singula in dicto instrumento procuræ contenta. Et amplius declaramus præfatum Io. legitimum procuratorem esse & tutorem. P. & A. superius nominatorum, ac potuisse & posse

se causam dictorum minorum agere & defendere aliquibus in contrarium oppositis non obstantibus. Ratificantes ex nunc omnia & singula per eos gesta & gerenda in præsenti causa &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super legitimatione personarum de necessita est ferenda, ne iudicium fiat elusorium.*
2 *Appellari an possit ab interlocutoria super legitimatione personarum.*
3 *Gesta cum falso procuratore domino non praeiudicant.*

1 NOS Bernardinus Vicarius. † Hæc est alia interlocutoria, quæ ferenda est de necessitate super legitimatione personarum, ne iudicium fiat elusorium, cùm in eis substantietur iudicium, sicque ante omnia de personis est quærendum, * vt in l. si quæramus. ff. de testa. & cum sint exceptiones incidentes, quæ personas respiciunt, ideo super eis est pronunciandum, ut not. glos. in l. quod iussit, ff. de re iudi. & l. fi. C. de ordi. iudi. & ibi per Doct. Sed quando hæc exceptio debet opponi? dic quòd in exordio litis, 2 vt l. licèt. & l. ita demum. C. de proc. † Rursum quæritur, an ab hac interlocutoria de iure ciuili possit appellari, vbi sic distingue, aut pronunciatur per iudices negatiuè, uidelicet illum non esse procuratorē uel tutorem; aut pronunciatur affirmatiuè, uidelicet illum esse procuratorē uel curatorem. Primo casu potest appellari, quia contra hunc vel pro eo nulla decætero speratur ferri diffinitiua sententia super principali causa, & per consequens cùm hoc grauamen per quod repulsus est à prosecutione litis, non sit reparabile per sententiam diffinitiuam, potest appellari, iuxta no. per glo. & Bar. in l. 1. ff. de appel. reci. uel non. Secundò casu subdistingue; aut est pronunciatum quem esse procuratorem uel syndicum, & tunc aduersarius eius pōt appellare; quia si apparet ueritate inspecta eum non esse procuratorem uel syndicum, talis interlocutoria non faceret ius contra dominum, quod est not. † Vnde gesta & 3 acta cum eo non præiudicarent communi, uel domino, per l. eum iniustè, & ibi not. ff. de collu. detegen. & determinatur per Cyn. in l. falsus procur. in ult. q. C. de fur. & in l. licèt C. de procur. in 4. q. & sic grauamen non esset reparabile per diffinitiuam. Et prædicta intellige, nisi dominus sciuisset sententiam latam fuisse & non appellasse, & causam suam agi per illum assertum procuratorem, quia tunc videtur tacitè approbare eius personā, & interlocutoriā, super legitimatione personæ eius latam, ar. l. ab eo iudicato, in fi. C. quomodo & quando iu. & l. sæpe. §. sed scientib. ff. de re iu. & l. si procuratori præsenti. ff. de verb. obl. cum si. ibi not. Secundo casu quando pronunciatum est quem esse tutorem uel curatorem, & tunc aut iudex expressit se ratum habiturum quicquid cum eo gestum sit, & tunc non poterit aduersarius appellare, arg. in l. 1. §. idem scribit. ff. quod cum fal. tu. Aut iudex non expressit se ratum habiturum, & tunc poterit appellari, quia talis sententia non noceret pupillo, uel minori, ut l. si tutor. C. in qui. cau. in integ. rest. Et est ratio diuersitatis, quia iudex habet potestatem dandi tutorem, uel curatorem, ut l. 1. per totum. ff. de tu. & cu. datis ab his. sed non sic dando procuratores uel syndicos, meritò ergo in priori casu sententia nō facit ius, in secundo sic, de quo etiam not. Bar. in d. l. 2. de appel. reci. &c.

ADDITIO.

* Quærendum, Adde, quòd in quocunque iudicio etiā summario, & sub quauis forma agitato actor & reus legitimè comparere debent, l. licèt. C. de procur. & not. Seb. Vant. de nullit. c. 4. num. 44. cum in iudiciis de personis prius querendum sit l. si quæramus, de testa. l. quidam referunt, de iure codicil. l. ante omnia, de proba. quod ad iud. officium pertinet, ne iudicium reddatur elusorium. c. causam quę, el 1. de iudi. Accedit, quod Neuiz. scribit consil. 17. col. 1. dum dicit, iudicia esse legitime initianda, quia aliàs occasione minus legitimi interuentus solent corruere, quam, personarum legitimationem in omni iudicio fieri debere, etiam parte non opponente, & prius actoris quàm rei, scribit idem Neuiz. consi. 16. num. 1. & 2. vbi quòd dicitur contumax qui procuratorem mittit cum mandato minus legitimo, quod maxime procedere dicit in actore, cuius maior est contumacia quàm rei, de quo aliqua etiam ponit Osasc. decis. 1. num. 35. ubi priorem concl. de legitimatione iudicij limitari dicit: & non procedere, quando agit contra absentem contumacem, teste Bar. in l. inter quos. §. fin. in fi. ff. de dam. infect. Aym. consi. 104. in prin. Bal. in Auth. offeratur, colum. 2. C. de lit. contest. ubi quòd ad officium iudicis pertinet inquirere super legitimatione personarum, quia ea exceptio quandocunque, etiam post tres sententias, etiam si causa coram principe ageretur, opponi potest, secundum Osasc. d. decis. 1. num. 37. ubi docet prac. qua uti debent iudices, cui adde Rom. consi. 170. Boer. q. 281. num. 11. ubi concl. declarat post Bald. in l. 2. C. si ex fals. instr. Alex. consi. 191. lib. 6. Dec. cons. 36. 315. quam concl. cōmunem dicit Balb. de præscrip. 3. par. prin. col. 8. q. 10. Boer. q. 228. licet aliqui contrarium voluerint, inter quos est Cur. Iun. consi. 77. Dec. sibi contrarius, cons. 486. col. pen. 638. num. 3. sed primum ueriorem, dicunt Alex. consi. 72. lib. 4. Seb. Vant. de nullit. c. 11. num. 59. & propterea consilium est, statim in procuratorem opponere, & ab eo mandatum exigere, aliàs instare vt repellat, ex quo arbitror inoleuisse praxim, quòd ubi non sit fides de mandato: petitur iudicium legitimari aliàs interuenientē nomine proprio in expen. condemnari, quam prac. desumptam puto ex decreto Philippi, in antiq. Ducal. huius subalpinæ patriæ decretis, pag. 96. Philiberti, pag. 89. & lib. 5. pag. 83 quibus in locis, causidicis, siue actorum siue reorum, non fundan. iudicium: pęna indicitur. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus & procurator an differant.*
2 *Nomina singulorum constituentium an sint inserenda in syndici constitutione.*
3 *Syndicus in quo loco sit constituendus.*

1 LEGITIMVM procuratorem & syndicum. † Dicet hic aliquis, quæ est differentia inter procuratorem, & syndicum? Dic breuiter, quòd procurator propriè est ille qui à persona singulari constituitur, ut l. 1. in prin. §. vlus, cum si. ff. de proc. Syndicus autem est ille, qui est constitutus ab vniuersitate, uel collegio, ut in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vni. & in c. 1. extra de syndi. Sunt etiā aliæ differentiæ, de quibus, no. gl. in d. §. quibus. & l. item eorū. 2 in §. actor. ff. eo. tit. † Sed circa hoc quæritur, in constitutione syndici an singulorum constituentium nomina sint in instrumento syndicatus inserenda? Alij dicunt quòd sic, arg. l. 3. C. de uendi. re. ci. li. 11. & C. de præd. curi. sine decre. non alie. in fi. lib. 10. ff. de albo scri. l. 2. Alij dicunt non esse necesse hoc facere, sed sufficeret quòd conuocetur sono campanæ consilium villæ, uel Ciuitatis, & inde notarius dicat, quòd consilium ciuitatis conuocatum cōstituit talem syndicum, ar. in c. de causis. extra de elec. prima opi. videtur sequi glo. in c. fi. extra de proc. & Spe. in tit. de syndi. §. 1. ver. item opponitur quòd nomina. Bart. autē. in l. 1. ff. de albo. scri. distinguit sic. Aut sit seu constituitur syndicus ad uendendum seu ad alienandum, & tunc debent singulorum nomina constituentium singulariter describi, sic intelligatur l. fi. C. de uendi. re. ci. li. 11. & auth hoc ius porrectū. C. de sacros. eccl. & in corpore vnde sumitur. Quandoque constituitur syndicus ad aliud negocium explicandum, & tunc aut collegium est magnum; puta ciuitatis uel magnæ terræ; & tunc non est necesse singulorum nomina in instrumēto describere, sed sufficit quòd notarius dicat omnes

omnes de consilio uel maiorem partem interfuisse, & constituisse. ar. in l. quod maior. ff. ad mu. & sic stabitur instrumento. ar. l. 1. & l. optimam, in fi. de contrahen. & com. sti. & l. cum res, & l. cum precibus. C. de prob. & in l. sciendū, cum ibi no. ff. de uer. ob. Aut collegium est paruum, puta canonicorum uel monachorum, & tunc scribenda sunt singulorum nomina, arg. l. fin. C. de leg. lib. 10. quod no. tu notarie.
3 † Amplius quæritur, in quo loco conuocandi sunt, quando constituitur syndicus? dic secundùm Doct. quòd in loco publico ubi ius redditur, uel consilia fieri consueuerunt non autem in domo alicuius priuati, nec in uia, vel in furno, uel sub ulmo, & simul collecti, non diuisim vel separatim, ac eodem tempore, non diuersis, & omnib. simul præsentibus, ut habetur. C. de decu. & fil. eorum. l. 2. lib. 10. & C. de leg. l. antepen. lib. 11. C. de prædi. curi. sine decre. non alie. l. fi. & C. de uendi. re. ciui. l. 3. & quod habetur in c. 1. de syndi.

ADDITIONES.

a Not. vtrum in constitutione syndici nomina constituentiū sint in instrumento scribēda, uide Bal. in l. 1. ff. de albo scri. Bal. in addi. Spe. in tit. de syndi. uer. in instrumentum. Doc. in c. fi. de procur. & Old. consi. 300.

b Quo loco. vide Spe. in tit. de syndi. §. 3. uer. 2.

a IN his scriptis. Licèt consulte faciat iudex, in scriptis pronunciando, non est tamen de necessitate, ut in proximo titul. dictum est.

ADDITIO.

a Licet. vide Bal. in l. fideicom. §. 1. de le. 3. Doct. in l. 1. & 2. & ibi Bar. & Bal. C. de sen. ex breui. re. & in l. 3. eod. ti. Bal. l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iud. Bal. in l. iubemus. C. de te. Bal. & Pau. de Cast. in l. hac consultissima. C. qui te. fa. pos. Do. in c. fi. de re. iu. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Differentia quæ sit inter tutorem & curatorem.*
2 *Curator à diuersis personis & diuersis de causis constituitur.*

a LEGITIMVM tutorem & curatorem. † Quærunt iuuenes & scholares, quę sit differentia inter tutorem & curatorem, super quo sic pōt respondere, quòd tutor datur pupillo, ut Insti. de tutel. in prin. & ff. de tutel. l. prima, cum si. Curator autem datur puberi, ut Insti. de cura. §. 1.
a † vbi aduertendum, quòd curator constituitur à diuersis personis & diuersis de causis. Quandoque enim constituitur curator minori 25. annis puberi tantum, de quo loquitur Insti. de curato. in prin. Quandoque constituitur furioso, & mentecapto, & prodigo. de quo traditur. ff. & C. de curatore furio. per totum. & l. si is cui bonis ff. de uer bo. oblīga. Quandoque constituitur liti, uel causæ tantū. vt Insti. de cur. §. item liti. & C. de in li. dan. tu. uel cur. l. 1. p totum. Quandoque datur curator bonis uacantibus & indefensis, de quo habetur in l. 3. & per totum. ff. de cura. bon. dan. quandoque datur curator uentri. Interdū datur aliis ex causis. vt not. in rub. ff. de cur. bo. dan. &c.

RATIFICANTES ex nunc. Ista verba cum mistero apponuntur propter ea quæ dicta sunt supra.

NON obstantibus. Per hanc clausulam intelliguntur reiectæ omnes exceptiones, sicque super eis ulterius non da etur auditus obstante exceptione rei iudicatæ, ar. in l. si autem. §. item quocunque modo, cum sim. ibi not. per glo. ff. de neg. gest. & in l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensa. & idem no. in l. fin. C. de compen. & quod not. per Bar. in l. ad reprimendum, in gloss. super ver. non obstantibus.

Forma appellationis ab interlocutoria.


CORAM vobis D. Vicario iudice, ut asseritur, delegato in causa & quæstione simul vertente inter Io. de Oliariis ex vna parte, & An. &c. ex parte alia comparet & se præsentat præfatus Io. causa & occasione cuiusdam assertæ sententiæ interlocutoriæ per vos (vt dicit) latæ, in & super causa & quæstione coram vobis inter ipsas partes pendente ac uertente. in qua quidem asserta sententia pronunciastis (vt dicitur) vos esse iudicem competentem, prout latius in dicta asserta sententia contineri reperitur, ad quam habeatur relatio, dicens & proponens Ioan. præfatus ipsam assertam interlocutoriam sentētiam & omnia & singula in ea contenta fuisse & esse nulla, nulliusque valoris & momenti. Et inquantum fuit uel appareat aliqua, quod non credit, dicit & proponit ipsam fuisse & esse iniquam & iniustam, maximè causis & rationibus infrascriptis Primò, quia lata fuit ipso Io. absente & non citato. Item quia lata fuit sine scriptis. Item quia lata fuit à iudice incompetenti, de cuius delegatione non apparet; de qua etiam si appareret, delegatio tamen nulla fuit, cum ipse assertus delegatus non sit iudex competens dictę causæ, & ipse qui delegatus dicitur, incapax est talis iurisdictionis & delegationis. Item quia asserta delegatio fuit obtenta ex falsis & mendaciosis ac dolosis suggestionibus partis aduersæ. Item quia ipsa asserta sententia lata fuit die feriata, & contra formam iuris & statutorum communis ciuitatis Papiæ; & ex aliis rationibus & causis, loco suo & tempore proponendis. Et pro tanto ab ipsa tali interlocutoria sententia tanquam nulla, nulliusque ualoris, ac etiam tanquam iniqua & iniusta, in his scriptis prouocat & appellat ad dominum Potestatem Papiæ & ad quęcunque iudicem competentem, ad quem de iure præsens nullitas & appellatio deuoluatur, petens & iterum petens instanter, instantissimeque apostolos & literas dimissorias sibi dari, cū quibus se præsentare possit coram iudice competenti, protestans quod per eum non remanet nec remanebit quominus dictas literas & apostolos recipiat &c.

CORAM vobis. Aduertendum est circa hanc formam appellationis, quæ differt ab alia quę interponitur à sententia diffinitiua. vt infra dicetur.

VT asseritur delegato. Debet enim constare de delegatione, aliàs non creditur alicui qui se dicat delegatum, ut traditur & not. per Inno. in ca. cum in iure peritus. extra de offi. deleg. & in c. quoniam contra falsam. ext. de proba. &c.

SEntentiæ interlocutoriæ. Quæ dicatur sententia interlocutoria, dictum est supra tit. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ab interlocutoria licèt non appelletur, an tamen possit dici nulla.*

1 FVISSE & esse nullam. † Hic est notandum, ad qđ parum aduertunt tam aduocati quàm procuratores, quòd licèt regulariter de iure ciuili non possit ab interlocutoria appellari, ut infra dicetur, tamen regulariter potest huiusmodi interlocutoria nulla dici. nam lex prohibitoria appellationis non est trahenda seu extendenda ad causam nullitatis, ut l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. & in cap. is qui in ecclesia. de sen. exc. libr. 6. nulla enim lege reperitur nullitas esse prohibita, ergo remanet concessa, ar. in l. nulla lege. C. de iur. do. & l. cum prætor. ff. de iudi. & l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior. cum sim. ibi not.

Sepa

Separata enim sunt nullitas, & appellatio, ut l. si expressim, cum sua materia. ff. de app. non igitur de vno ad aliud erit recta illatio, ut l. Papinianus exuli. ff. de min. & l. fin. C. de ten. & inte. lo. om. iudi. licet Inn. uideatur disputando aliter sentire in c. dilecto, extra de appe. cuius opi. non probatur legibus.

SVMMARIVM.

1 *Causæ nullitatis in appellatione nullitatis debent exprimi.*
2 *Appellatio an possit iustificari ex aliis causis non expressis.*
3 *Pendente appellatione, an iudex possit interlocutoriam reuocare.*
4 *Appellari an in scriptis vel sine scriptis possit, ab interlocutoria, in casibus à iure expressis.*
5 *Appellationis ab interlocutoria qualis sit effectus.*
6 *Prosequens causam coram iudice à quo appellauit, an uideatur renunciasse appellationi.*

1 AVSIS & rationibus infrascrip. † Notanter in hac appellatione nullitatis exprimuntur causæ, quia eis non expressis & specificatis appellatio redderetur inutilis, ut habetur in ca. ut debitus, extra de appel. & in c. co. tit. lib. 6. & no. per gloss. in l. 3. in fi. cum. l. seq & ibi per Bart. ff. de app. nec sufficeret generaliter uel obscurè illas proponere, sed expressè & specialiter sunt nominandæ. vt in cle. appellanti, de app. & ibi Doct. & tangitur per Bal. in l. in minoribus. C. de his quib. ut indi. & prædicta uera sunt appellatione interposita à grauamine iudiciali. In extraiudiciali uerò non est necessaria causæ expressio, ut not. Innoc. in c. consuluit. extra de appell. & dicam infra. In appellatione autem, quæ interponitur à sententia diffinitiua, non est necessarium causas exprimere. vt in d. l. 3. in fine. & aliis iuribus præall. Et quæ sit ratio differentiæ potest dici, quòd ideo in appellatione ab interlocu-
* toria inserenda est causa, * vt compescatur temeritas volentium causę principalis impedire processum, ut in d. c. vt debitus. quæ ratio cessat in appellatione à diffinitiua,
2 † Sed an ex aliis causis * non expressis possit iustificari
* ipsa appellatio? dic quòd non, ut in d. cle. appellāti. & not. per Barto. in l. intra utile, in princip. & l. ait prætor. §. per-
3 mittitur. ff. de minori. † Sed an interposita & pendente ipsa appellatione possit iudex ex suo officio suam interlocutoriam reuocare? dic quòd sit, ut in c. cùm cessante, ext. de appel. & ibi Philipp. & Card. Alex. & not. Inn. in ca. qđ
4 ad consultationem, extra de re iudi. † Inde quæritur, an in scriptis, uel sine scriptis possit ab interlocutoria appellari in casibus à iure expresis. Dicunt Docto. quòd de iure ciuili potest appellari quouis modo, quia eo iure senten-
* tentia interlocutoria potest ferri sine * scriptis, ut not. per glo. & Barto. in d. l. 1. in fi. ff. de appel. & in l. 2. ff. de appell. recipien. sed de iure canonico solum in scriptis est prouocandum, ut in cap. cordi. de appel. lib. 6. Pro qua opin. facit text. in l. fina. C. de priui. schola. lib. 12. Sed in Monteferrato consuetudo est, quòd oretenus sufficit appellare, quæ seruanda est, quia conformis iuri ciuili, ut in l. diuturna. & in l. de quibus. ff. de legi. Rursum quæritur, qualis sit effectus appellationis ab interlocutoria? dic quòd duplex. Primò quia si iudex sponte defert ipsi appellationi dando parti apostolos dimissorios, tunc uidetur à se abdicare iurisdictionem & per hoc ligatæ sunt sibi manus, ne possit ultra procedere, ut d. l. intra utile, & ib no. per Bar. ff. de minori. & facit text. in c. cum in appellationibus, in fi. de app. lib. 6. & ibi habetur p Arch. & tex. in c. cum dilectus. §. prętereà extra de app. Aut non defert appellationi, quia dat parti apostolos refutatorios, & tunc potest ultra in cā procedere. Attamen iudex appellationis si repeperiret iustè appellatum, reuocabit omnia actitata medio tempore. vt in c. non solùm. de appel. lib. 6. & in d. c. cum in appellationibus. & nedum reuocabit acta, sed etiam diffinitiuam sententiam, si ad illam ferendam processisset, ut habetur in clem. 1. de do. & contu. Sed in appellatione à diffinitiua non fit illa distinctio, sed disponitur simpliciter, quòd siue ei deferat, siue non, ultra iudex non potest procedere, ut l. sciendum. ff. de app. & ff. nil noua. appella. penden. l. 1. & not. per Bar. in l. eius qui. ff. de app. quia functus est officio suo. vt in l. iudex. ff. de re iu. Secundus est effectus, quia si pronunciabitur bene appellatum ab interlocutoria, tota principalis cā deuoluitur ad superiorem, uidelicet ad eū ad quē fuit pro grauamine appellatū, ut in c. vt debitus. in fi. ext. de app. in c. cordi. eo. tit. lib. 6. & no. per Cyn. in l. per hanc. C. de tem. app. & Bar. in d. l. eius qui. Et huius potest esse ratio, quia iudicis principalis causæ detecta est iniquitas, & suspicio, cum semel fuerit malus iniustè aggrauando, ideoq; præsumitur in futurum peior, ut l. Cassius. ff. de sena. & in l. si cui §. hisdem. ff. de accu. & eo modo deuoluitur si iudex sponte deferat appellationi ab interlocutoria, ut dictum est.
6 † Quid si appellans ab interlocutoria prosequitur causam coram ipso iudice à quo appellauit, an videatur appelationi renunciare? Distingue, aut prosequitur simpliciter causam sui grauaminis probando de suo grauamine, & tunc non uidetur appellationi renunciare. Aut prosequitur causam principalem, & tunc uidetur appellationi renunciare, & ita determinat glo. Io. And. in c. si à iudice de app. lib. 6. facit c. relatum. de offi. deleg. & in c. cum uenisset, de testi. Sit ergo cautus appellans, ne post appellationem coram iudice ulterius compareat &c.

ADDITIONES.

* Causa. Adde, quòd in appellatione ab interloq. causæ grauaminis in specie exprimi debent, nec sufficit dicere in genere, nec per relationē ad acta, iuxta tradita per Franc. in c. consuluit, 2. de appell. Soc. consil. 45. lib. 1. Ias. in l. hac consultiss. §. per nuncupationem. nu. 2. C. de testa. nec sufficeret dicere, appello ex tali causa, & aliis suo tēpore proponēs. quod intellige, nisi aliquas appellator expresserit, & quò ad alias se ad acta retulerit, & illę in actis apparerent, quia tunc efficax erit appellatio secundum Abb. & alios in c. pen. de excep. Aret. in §. curare. col. 3. inst. de act. & hanc magis communem dicit Ias. in l. ait prætor. §. si iudex, num. 19. ff. de re iud. Seb. de nullit. ex defec. process. nume. 105. & causæ grauam. & si notoriæ: tamen exprimi debent, Franc. in c. vt debitus, q. 9. de app. Rot. decis. 7. in no. aliàs si non exprimerentur, interloquutoria elapso decendio in iudicatum transiret, Soc. d. consi. 45. lib. 1. Ang. cons. 217. & quamuis causæ prædictæ grauam. in libello appel. expressè non fuissent, illas tamen intra decendium coram iud. à quo exprimere poterit, Franc. d. c. ut debitus. q. 14. prædicta intellige, in interloq. non habeā. vim diffinitiuæ, aliàs causæ prędictæ frustra exprimerentur, teste Abb. in c. peruenit, col. 2. de appel. Rom. consil. 41. Franc. d. c. ut debitus. q. 14. Masuer.

* Causis. Adde, quòd appellatio ab interloq. iustificari debet ex iis quæ facta sunt coram primo iudice, clem. appellanti, de appell. cuius declarationem ponit Nat. cons. 153. col. 4. in prin. Lanfr. concl. 442. ratio est, quia appellatio ab interloq. fit ratione grauaminis illati à iudice, qui aliquid fecit contra legem, sed si quis uellet iustificare appellationem ex aliqua causa incognita iudici: non probaret iudicem intulisse grauamen, Nat. d. consi. col. penul. circa med. Bal. in l. eos. §. si quid autem. C. de appel. ubi quòd appellatio ab interloq. & si aliquando sit tolerabilis: semper tamē est odiosa, quia derogat ordinariæ iurisdictioni, sed appellatio à diffinitiua fauorabilis est, & hæc est ratio. d. clem. appellanti, quam latius declarat Perus. in c. ut debitus, nume. 12. de appella. ubi quæ requirantur ad effectum iustificationis appell. ab interloq. de quo etiam quomodo iustificari possit, plura no. Rom. sing. 282. 424. Rob. de ord. iud. c. 54. tit. de appell. Masuer.

* Sine scriptis, Adde, quòd interloquutoria necessariò in scriptis proferenda non est, glo. 1 in c. vl. de re iud. in 6. & in c. quoniam contra, uer. interloq. de prob. Bar. in l. 2 in fi. C. de sent. ex breuic. recit. in l. 3. ff. de app. recip. & est cõmunis, secundum Ias. in l. errore, num. 4. C. de testam. in l. nec quicquam, num. 59. ff. de off. proconf. ubi excipit plures casus, quibus interloq. in scriptis proferri debet, quos uide per Ias. ibi, qui post glo. d. c. quoniam contra, dicit q licet sententia interloq. non sit in scriptis proferenda, debet tamen in actis in scripturam redigi, pro quo uide quæ scribit Rob. de ord. iud. c. 53. num. 12. nu. 16. Maluer.

a Inde quæritur. Vide Pau. de Cast. consi. 125. Bart. & Doct. in l. litigatoribus, & in l. eos, in § si autem. C. de app. Lud. Rom. in rub. de arb. Ang. in disputatione Astensis miles, Io. And. in c. fi. de appel.

* Inde quæritur, Adde, quòd appellandum est in scriptis ab interloquutoria ex dispositione iuris Cano. & ciuil. iuxta veriorem sententiam per Olasc. decis. 6. nume. 5. ubi inter alia, dicit, quòd si quis fuerit primò prouocatus: & appellauit in scriptis, deinde iterum grauatus appellat, & dicat appello prout in scriptura primæ appellationis quam produco, & peto actis inseri, nõ dicetur appellasse in scriptis, propter formam quæ requiritur in appellatione, teste Fely. in c. inter cæteras, colu. 2. de re iud. & ideo si quis apud acta prouocandum censet, debet dicere appello, & id sufficit ex forma iuris communis, l. 2. ff. de appell. quo iure: quando requiritur appellatio scripta cum insertione causarum: si quis semel appellauit ritè à grauamine non potest dicere appello ex causis de quibus in eadem schedula, supra producta, Fely. in c. cum uenerabilis, col. 16. extra de excep. Alex. consi. 126. num. 11. lib. 6. Olasc. d. decis. 6. nu. 6. & seq. quid in causis grauaminum, & dic, quòd licet quando appellatur ab interloq. debeant causæ grauaminum nominatim exprimi: si tamen appellans eas exprimat per relationem ad aliud: satis est, teste Alexan. consil. 80. col. 4. num. 9. lib. 1. d. consi. 126. lib. 6. distinctionem autem inter appel. a diffin. & interloq. uide per Olasc. d. decis. nume. 6. Rob. de ord. iud. c. 54. num. 136. & seq. & quando ualeat appellatio ab interloq. uiua uoce facta, & dic, quòd quando appellatur ab interloq. haben. uim diffinitiuæ, si incontinenti appelletur, sufficit appellationem fieri uiua uoce, ex interuallo autem in scriptis appellañ. est, teste Mising. Cent. 1. obser. 66. Masuer.

PRIMO, quia lata fuit ipso Ioanne absente. An autem sit causa sufficiens, distingue. Aut erat talis interlocutoria quæ non requirit causæ cognitionem, & tunc non est nessaria citatio, ar. l. in causæ. §. causa cognita, & quod ibi not. ff. de adopt. Aut est talis quæ requirit causæ cognitionem, tunc autem est necessaria citatio. l. de vnoquoque ff. de re iud. & in c. caueant, cum seq. 3. q. 9.

ITEM quòd lata fuit sine scriptis. Ista causa de iure canonico est iusta, sed de iure ciuili, uel consuetudinario fortasse non est iusta, ut supra dictum est.

A IVDICE incompetente. Ista est causa iustissima, vt C. si à non compe. iu. per totum, nec præsumitur iudex competens, nisi sit ordinarius partium; uel de commissione, seu delegatione constet per literas, ut probatur in c. cum in iure peritus, & ibi per Inno. ext. de offi. deleg. & in l. 1. C. de man. prin.

CVM ipse assertus. Ista causa est bona, quia nemo plus iuris in alium transfert &c. vt l. nemo plus. ff. de reg. iur. Quòd autem quis non possit delegare, potest contingere uariis modis. Vel quia pars non est de iurisdictione sua, ut l. fin. ff. de iuris. om. iud. & quod not. in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Vel quia est priuata persona, ut l. priuatorum. C. de iur. om. iudi. Vel quia est excommunicatus, ut no. per glo. & Docto. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. Vel aliis modis, de quibus infra.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex quibus reddatur incapax delegationis.*

1 INCAPAX est. † Sciendum est, quòd iudex redditur incapax delegationis, & iurisdictionis multipliciter, uidelicet lege, natura, & moribus. Lege quidem, ut infames. C. de dignita. l. 2. lib. 12. & excommunicati, ut no. per glo. in d. l. 1. C. de iur. & fac. ign. Natura verò, ut mutus, cæcus, a furiosus, & impubes, Moribus autem, ut fœmina, & serui. & hæc omnia habentur in l. cum prætor. in fi. & l. cæcus, & ibi no. ff. de iudi.

ADDITIO.

a Cæcus. An cæcus possit esse iudex. uide per Abb. consil. 67.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non secundùm formam literarum, sed secundùm ueritatẽ de causa cognoscit.*

1 EX falsis suggestionibus. † Aduerte circa hoc, nam solet distingui, aut delegatio, uel commissio fuit obtenta dolo, & malitia impetrantis, & nulla redditur delegatio ipso iure, & caret omni cõmodo literarum. Aut est obtenta per imperitiam uel ignorantiam, & tunc ualet delegatio, uerumtamen iudex non secundùm formam literarum, sed secundùm ueritatem debet de causa cognoscere; ut hæc probantur in c. super literis, extra de rescrip. & plenè not. in l. præscriptione. C. si contra ius uel vtilit. public.

DIE feriata. Et hæc similiter est sufficiens causa ne dum appellandi, sed nullam dicendi; quia tempore feriarum debet quiescere iudicis officium, siue sint feriæ messium, uel uindemiarum, uel repentinæ, uel ob honorẽ Dei introductæ, ut habetur in l. dies festos, & in l. omnes. C. de fer. & l. 1. ff. eo. nisi esset talis causa, in qua possit procedi sine figura iudicij, ut in cle. sæpe, extra de uerb. sig. & per Bar. extrauag. ad reprimendum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia deficiens in forma redditur nulla.*
2 *Sententia lata contra legis prohibitionem, an ualeat.*
3 *Appellari an possit, si sit prohibitum quòd non appelletur ab aliquo grauamine ante sententiam diffinitiuam, si inferatur grauamen per sententiam.*

1 ET contra formam iuris & statutorum. † Hæc est etiam optima causa, quia ubi sententia deficit in forma, redditur nulla, ut l. prolatam. C. de senten. & inter om. iudi. & l. prima, & secunda, C. de senten. ex breuic. reci. quia forma dat esse rei, ut l. Iulianus §. sed & si quis. ff. ad exhiben. † Hinc autem insurgit dubium, quod plurimũ

2 occurrit de facto. Ecce quòd statuto cauetur, quòd ab interlocutoria, uel alio incidenti grauamine non possit appellari & querelari, nec de nullitate agi ante sententiam diffinitiuam. Alio etiam statuto cauetur, q lata duplici sententia diffinitiua super eadem causa ulterius non liceat partibus appellare, nec nullam dicere, nec aliam querelam proponere, contingit quòd de facto ab interlocuto-

ria

ria pars appellauit, uel post latam sententia binam diffinitiuam altera pars appellauit, iudex autem appellationis uisis exceptionibus propositis, pronunciauit, appellationi esse defe endum. Quaeritur an haec sententia valeat? videtur quod sic, quia iudex cùm utiquè decernit in partis praeiudicium ius facere dicitur, & sententia tenet, ut l. fi. ff. de iusti. & iur. & habetur & nota. per glo. & text. in l. prima, §. in hoc interdicto. ff de lib. exhi. & l. 1. in princ. ff. ad Turp. & l. si seruus plurium. §. 1. uersic si tamen. ff. de leg. 1. Tu autem contra dic, quia peccatum est facere contra prohibitionem legis, ergo actus nullus, ut l. non dubium. C. de leg. & l. cum lex. ff de fideiuss. & l. oratio. ff. de spon. cum si. & quia commissio, & rescriptum super tali appellatione prolatum, obtentum, & impetratum, nullius est momenti, sicque reperitur sententia à non suo iudice lata, arg. eius quod dicitur, cuius prohibetur petitio, eius nô tenet facta concessio. ut l. fi. in fi. C. si nup. ex rescr. pe. deinde quia reperitur lata contra priorem sententiam, quae uirtute statuti in rem transiuit iudicatam, ergo nulla, ut l. prima, C. quando prouo. non est necess. & l. post sententiam. C. de senten. & interlocu. & l. 1. C. sent. rescin. non poss. & quia amplius adeo nulla redditur, quia si etiam de ambarum partium consensu fuerit lata, non teneret. ut est tex. in cle. si appellationis extra de app. & quod ibi per gloss. & nota. etiam per gl. in l. si diuersa. C. de transact. Nec obstat contrarium superius allegatum, quod procedit ante latam sententiam, quae nondum transiuit in rem iudicatam, quod
3 no. † Sed quid si statuto cauetur, quòd ante diffinitiuam sententiam non posit appellari ab aliquo grauamine, & & post latam sententiam iudex grauet partem in aliquo, an poterit appellare? Dic quod sic, nam prohibitum vno tempore uidetur concessum alio tempore, ut l. ita quis. ff. de vulg. & pupilla. & in l. hoc iudicio. §. si cõueniat. ff. commo. diuidun. facit l. cum lex ff. de legi. Nam & hoc fieri contingit in grauamine illato circa executionem sententiae, & expensarum taxationem, ubi permissa est appellatio de iure ciuili, quae prohibita est ante sententiam, ut plenè not. per Cyn. in l ab executione. C. quorum app. non reci. & per Bart. in l. ab executione. ff. de app. per Inno. in ca. super eo. extra quod met. cau.

SVMMARIVM.

1 Cautela quando appellatur, ab interlocutoria, non solum appelletur quia est iniqua sententia. sed etiam quia nulla.
2 Appellari quando posit ab actibus iudicialibus & extraiudicialibus.
3 Sententia arbitri est transactio.
4 Arbitratoris à sententia ex iusta causa potest appellari.
5 Causa inseri debet in appellatione ab actu extraiudiciali.
6 Interlocutoria cur de iure ciuili non sit appellabilis.
7 Appellari potest quando grauamen non est reparabile per diffinitiuam sententiam,
8 Sententia super possessorio quare de iure ciuili non appellatur.
9 Appellatur a quocunque possessorio de iure canonico.
10 Officium iudicis imploratur si de iure ciuili aliquo casu nõ potest à grauamine appellari.
11 Sententia lata in possessorio an sit diffinitiua, an interlocutoria in casibus à iure permissis.
12 Appellari an posit a sententia lata in possessorio habente causam annexam proprietatis.

1 IN HIS Scriptis prouocat & appella. † An
2 autem sit necessaria scriptura, a dixi supra. Sed aduerte, quia hic appellatur nedú quia senténtia sit iniqua, sed quia nulla, & in hoc est bona cautela, quia si fieret prouocatio simpliciter, vt est in communi stilo apud ignorantes, tunc si appellatio esset reprobata per aliquod statutũ, expiraret nullitas quae ueniret ad eam incidenter, ut not. per gloss. C. quando prouoc. non est necess. l. 1. quia sublato principali, tollitur accessorium, ut l. cum principalis. ff. de reg. iur. de quo dicam infra in tit. de app. quae interponitur à diffinitiua. † Sciendum est autem pro pleniori doctrina, quòd de iure canonico potest à quocunque grauamine ante sententiam diffinitiuam illato, vel post diffinitiuam, appellari, ut in ca cordi. & d. c. ve debitus. de appell. cum simi. sed de iure ciuili regula est in contrarium, scilicet non posse appellari, ut in l. 2. ff. de app. reci. & l. ante sententiae tempus. C. quo. appellation. non recip. & in l. apertissimi. C. de iudi. quae regula procedit in actibus iudicialibus. In extraiudicialibus verò procedit eodem modo regula iuris canonici, ut liceat appellare, ut habetur & nota. in c. cum sit romana. §. si verò. & cap. bonae. extra de appellat. & in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Sed de iure ciuili est dubium, & uidetur quòd posit appellari, per l. si ad scribatum. & l. ciues & incolae. C. de appel. In contrarium dicitur per l. à sententia. §. idem rescripserunt. ff. de appel. Sed pro concordia sic distingue secundùm Bart. ut per eum not. in l. fin. de appe. reci. uel non, & in l. 1. §. solent. ff. quando appel. sit. Quidam sunt actus extraiudiciales, qui fiunt per modum cuiusdam iurisdictionis, ut electiones ad officia, & in istis potest appellari, ut in d. §. solent. & d. l. si ad scribatum, cum
b sim. Quidam sunt actus b extraiudiciales, qui fiunt per modum cuiusdam iurisdictionis à pluribus, ut uniuersis per modum etiam iurisdictionis, & idem quod sup a, ut d. l. ciues. & d. l. si ad scribatum. & extra de his quae fiunt à maior. par. cap. c. 1. & ibi not. Quidam sunt actus qui fiunt non per modum iurisdictionis, licèt aliter, & spectant ad plures ut singulos, non ut uniuersos, & tunc aut actus illi finem imponunt liti uel controuersiae, ut trãsactio, iusiurandum, & sim. & tunc non potest appellari propter consensum partium in hac re consentientium. Sed alij, qui ex his actibus laederentur, bene possent appellare. ut d. l. à sententia §. idem rescripserunt. debet tamen in tali appellatione inseri causa legitima & probabilis, ut ibi probatur. Et per hoc dicit idem Bart. vnum singularo contra com-
3 munem omnium practicam & opin. videlicet quòd † cùm sententia arbitratoris assumpti sit quaedam transactio, &
4 litem finiat, quòd † ex ea grauatus & contra quem lata est sententia, poterit ex iusta causa ab ea appellare. in qua appellatione obseruari debent tempora alterius appellationis, ut in clem. si appellanti. de appel. licet posset etiam petere reductionem ad arbitrium boni viri, in qua reductione non tenebitur obseruare tempora appellationis, sed illa de quibus no. per eum in l. si societatem. in §. arbitrorũ. ff. pro soc. Quidam sunt actus qui non imponunt finem liti, & in his subdistinguitur, nam quandoque actus grauaminis est perfectus, quandoque solum coeptus, quandoque nec coeptus nec perfectus sed comminatus. Primo casu non reperitur iure ciuili cautum appellari posse, sed alijs remedijs succurritur grauato, puta interdicto vnde vi, vel quod ui aut clam, uel alia actione. Secundo casu idem. ut l. 1. in princ. ff. de nou. op. nun. Tertio casu dic secundùm eum posse appellari in omnibus casibus, in quibus iudicis officium posset super hoc implorari. quae appellatio est magis quaedam inuocatio & submissio protectioni iudicis, quàm propria appellatio, ut in d. cap. bonae. & l. de pupillo. §. si quis ipsi praetori. ff. de nou. oper. nunc. exempla patent, si timeam ne offendar in persona, ut in l. denunciamus. C. de his qui ad eccl. confu. Vel in rebus proprijs. vt l. tertia, C. de his qui bon. ced. poss. & idem in
5 fim. dic vt ibi. † An autem in casibus, in quibus licitè appellatur ab extraiudiciali grauamine, sit causa in appellatione inferenda? videtur quòd sic, exemplo eius quae interponitur à grauamine iudiciali. Inno. dicit quòd non, in c. consuluit. ext. de app. de qua appellatione extraiudiciali no. per glo. & habetur in c. consultationi. de app. l. 6. † Re-
6 stat c quaerere, quae sit ratio regulae iuris ciuilis, videlicet quòd
c nõ posit ab interlocutoria appellari? Rñdetur ut supra dictũ est, ut cõpescat temeritas litigantium satagentiũ impedire processum. Et insuper est alia ratio, quia grauamen tale

est reparabile per sententiam diffinitiuam, ut not. per glo. in c. si. de appel. lib. 6. & est text. in c. cum appellationibus. eo. tit. vnde superfluum est talibus deferre appellationib. & ex hoc infertur secundùm Doc. & Bart. ut plenius per
7 eum nota. in d. l. 2. ff. de appel. rec. † quòd si grauamen illatum non est reparabile per diffinitiuam sententiam, tunc poterit appellari, quod dictum sequitur Cyn. in d. l. ante
8 sententiæ tempus. † Ex quo colligunt quidam, quòd ratio, quare de iure ciuili a sententia lata super possessorio non appellatur, est, quia tale grauamen est reparabile per sententiam ferendam super proprietate, ut plene t. aditur. in l. 1. C. si de mo. poss. Ideoque si in iudicio proprietatis non esset succursum ipsi condemnato, posset appellari, exemplum in l. qui executionem §. si pars. ff. de condit. indeb. & not. in d. l. 1. C. si de mo. poss. locum habet in quocunque possessorio siue retinendæ, siue recuperandæ, siue adipiscendæ possessionis, ut plene not. per Cyn. & Barto. in d. l.
9 2. † De iure tamen canonico potest à quocunque possessorio appellari, ut not. in c. cum ad sedem. de rest. spo. & per glo. in c. 1. extra de causa poss. & proprie. & in c. fin. extra de iud. Aduertendum tamen, quòd Bart. in d. l. 2. fuit in singulari opin. dicens quòd facta executione sententiæ la-
* tæ in possessorio, admittitur appellatio, licèt non ante executionem * admittatur, quod probatur per text. in d. l. 1. cum dicit { Nihilominus sententia sortitur effectum, &c. } quæ verba non excludunt appellationem, sed simpliciter disponunt executionem non impediri; sed salua eius pace hæc opin. non est uera, per tex. in d. l. 1. ibi dum dicit { Vt integrè omnis proprietatis causa seruetur, &c. } quæ uerba aperte demonstrant solùm reseruatum esse ius agendi super proprietate, non autem dicit de possessione, aliàs autem dixisset { Vt integra omnis causa possessionis seruetur } & hoc similiter confirmat text. eiusdem l. ibi { Sortiatur effectum, &c. } nam effectus sententiæ est, quando sententia transit in rem iudicatam, arg. in l. ordin. in si. & l. executioné. in fi. C. de exe. rei iudi. & hanc opin. tenent omnes, quam etiam confirmat Archid. 2. q. 6. c. si de possessione, vbi dicit per plures rationes, q de iure canonico non licet appellare à possessorio, licèt communis sit opinio. q aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili: seruabitur ergo ius canonicum in foro suo, & ius ciuile in foro
10 Cæsaris, iuxta not. in c. 1. extra de nou. oper. nun. † Sed si de iure ciuili aliquo casu non possit de grauamine appel-
d lari, an poterit iudicis [d] officium implorari? videtur q sic per l. arbitrio. secundum primam lecturam, & per ea quæ ibi not. per Bart. ff. qui satisd. cogan. & facit in ar. l. si quis
11 aduersarius. C. de precib. imperato. offerend. † Deinde quæritur, an sententia lata in possessorio sit diffinitiua, uel interlocutoria? dic quòd est diffinitiua, ut determinat gl. in d. l. 1. C. si de momen. possesso. ubi tamen in casibus à iure permissis ab ea appellatur, & sapit in hoc naturam interlocutoriæ, quia necesse est in appellatione causam exprimere, ut not. Io. Andr. in c. pastoralis. extra de offi. deleg.
12 & not. per Doct. in d. l. 1. de app. reci. uel non. † Amplius quæritur, si possessorium habet annexam causam proprietatis, uel simul vtrunque tam possessorium quam petitoriũ fuit intentatum, & iudex super possessorio tantùm pronunciauit reseruato omni iure proprietatis vtrique parti in alio iudicio, an poterit à tali sententia appellare de iure communi? Videtur quòd sic, quia per eam læditur ius proprietatis, de quo simul cum possessorio debuit pronunciari, ut in c. cùm dilectus, extra de causa possess. & propr. Tu autem dic quòd non secundum Cyn. & alios, quia ex tali sententia ius integrum & illæsum remanet proprietatis, ut per eos no. in l. 1. C. si de moment. possess. & in l. incerti, uer si. iuxta hoc quæro. C. de interdi. & l. si quis in tantã, circa fi. & l. momentaneæ. C. vnde vi. quod etiam firmat Innoc. dicens quòd licitum est iudici, maxime si non liquet plene sibi de petitorio, separare vnum ab alio, super quo uelit pronunciare, ut per eum not. in d. c. cum dilectus. & Cyn. idem in d. l. incerti, pro quo facit tex. in c. significauerunt, extra de testi. Alia sequentia declara, ut dicetur infra in tit. de appel. quæ interponitur à sententia diffinitiua.

ADDITIONES.

* Executionem, Adde, an sententiæ latæ super possessorio, à qua appellatum fuit: impediatur executio, & Dic, quòd non secundum Olasc. decti. 47. nu. 5. Masuer.

a Scriptura. Vide Bald. in addit. Spec. in tit. de app. uersi. dubium fuit, el 3. & Ang. in l. errore. C. de rest.

* Scriptura, Adde, Ias. in rep. l. Gallus. §. idem credendum nu. 8. & seq. ff. de lib. & posth.

b Actus. An ab actibus extraiudicialibus posit appellari, ui de Doct. in c. fin. de appe. & Philip. in c. bonæ, eo. tit.

c Restat. Vide Bar. in l. ait prætor. ff. de mino. Bal. in l. minoribus. C. ad Syllen. Cano. in c. quò ad consuetudinem, de appel.

* Restat, Adde Nat. consi. 172. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. de imped. & excep. post nu. 10. litera A. & B.

d Iudicis officium. Vide Pau. de Cast. consi. 23. Lud. Rom. consi. 99.

Forma setentiæ diffinitiua.



NOS Bernadinus Legum Doctor commissarius & delegatus causæ, & quæstionis iam diu vertẽtis inter Ioan. ex parte una, & An. ex parte alia, cuius quidem commissionis & delegationis tenor sequitur in hac forma &c. viso etiam libello coram nobis producto in quæstione antedicta, cuius libelli tenor sequitur ut infra, uisaque litis contestatione inde sequuta, nec non & uisis ac diligenter inspectis testibus, & attestationibus, iuribus & instrumentis, cæterisque actitatis, productis, gestis, & factis in ipsa causa per partes antedictas: auditisque præterea ipsarum partium allegationibus sæpe & sæpius, & super his omnibus habita diligenti, & matura deliberatione, Christi nomine inuocato, & beatissimæ Catherinæ patronæ nostræ in his scriptis sedentes ꝑ tribunali loco, &c. quem pro nostro eligimus tribunali ad hanc sententiam proferendam, dicimus, pronunciamus, & declaramus in omnibus, & per omnia prout infra. Primò quidem pronunciamus & declaramus supra scriptam petiam terræ, de qua in prædicto libello fit mentio, spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere pleno iure præfato An. condemnamus dictum Ioan & Simo. eius nomine uersus ipsum An. ad dimittendum ac relaxandum & restituendum dicto An. suprascriptam petiam terræ. Item condemnamus dictum Io. & Simo. ad dandum, & soluendum dicto An. pro fructibus & occasione fructuum per ipsum Io. perceptorum ex dicta petia terræ flor. cẽtum infra 15. dies proximè futuros. Item absoluimus utranque partem ab expensis præsentis litis propter causam litigandi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in iudicando semper veritati & equitati adhereat.*
2 *Subtilitates in iudicando sunt reijcienda.*
3 *Sententia quotuplex sit.*
4 *Sententia diffinitiua quid sit.*
5 *Ordo qualis seruandus in sententia diffinitia.*
6 *Sententia diffinitiua à quolibet habente iurisdictionem diffinitiuam vel delegatam ferri potest.*
7 *Arbiter potest sententiam diffinitiuam proferre.*
8 *Arbitrator non fert sententiam diffinitiuam sed transigere dicitur.*
9 *Sententia diffinitiua quis & qualis sit effectus.*
10 *Sententia facit de indebito debitum.*
11 *Sententia diffinitiua qualiter impugnetur.*
12 *Sententia qualiter per uiam nullitatis impugnetur, & nu. 15. cũ seq.*

sen-

Sententia ab incompetenti iudice lata est nulla.
13 *Sententia post lapsum instantiæ lata, nulla est.*
14 *Sententia lata post suspecti iudicis recusationem non tenet.*
15 *Sententia lata ab habente potestatem ligatam, nulla redditur.*
16 *Falsus procurator, tutor, curator, vel prælatus reddit sententiam nullam.*
17 *Sententia lata super non petito, est nulla.*
18 *Sententia contra formam primæ, excedens deducta in prima, an teneat ex forma statuti, ne a sententia secunda appelletur, ante executionem mandati.*
19 *Iudex appellationis potestatem nec iurisdictionem habet, nisi super deductis in principali causa.*
20 *L. de pretio. ff. de public. in rem act. quemodo procedat.*
21 *Absurdum non est tolerandum.*
22 *Sententia est nulla ex defectu formæ, processus, vel substantialium eius.*
23 *Sententia lata à iudice in facto proprio filij vel vxoris non tenet.*
24 *Sententia inuitis litigantibus lata die feriato nulla est.*
25 *Sententia lata parte non legitime & peremptorie monita & citata, nulla redditur.*
26 *Citatus ad processum, citari etiam debet ad audiendam sententiam.*
27 *Sententia lata in loco non consueto iuris inhonesto, vel non securo, non arctat citatum.*
28 *Sententia contra infirmitate grauatum lata non tenet.*
29 *Sententia contra pupillum vel minorem indefensum, nulla redditur.*
30 *Sententia lata pro pupillo vel minore absente valet.*
31 *Minor sine tutoris auctoritate in iudicio agere non potest, nisi in causa momentanea possessionis.*
32 *Minor 14. ann. in contractibus & vltimis voluntatibus habet legitimam personam, & læsus in contractu petit in integrum restitutionẽ.*
33 *Sententia lata contra dominum omisso procuratore qui fuit in causa non valet de iure ciuili secus de iure canonico.*
34 *Sententia maioris quantitatis, quàm sit iudicis potestas, est nulla.*
35 *Sententia lata post terminum allegationibus præfixum, nulla est.*
36 *Sententia lata post tempus iudicandi à lege statutum, an valeat.*
37 *Sententia de nocte lata, non tenet.*
38 *Sententia lata iudice non sedente est nulla.*
39 *Sententia sine scriptis non valet.*
40 *Sententia expressam condemnationem vel absolutionem, aut æquipollens, non continens, nulla redditur.*
41 *Sententia obscura, dubia vel incerta, non tenet.*
42 *Sententia contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, pronunciari non potest.*
43 *Sententia lata contra ius constitutionis errore in ea expresso, est ipso iure nulla.*
44 *Sententia, quæ non est lata per iudicem, vel notarium de eius voluntate, nulla est.*
45 *Sententia lata à corrupto pecunia, nulla est, secus si esset lata gratia.*
46 *Sententia lata super falsis testibus vel instrumentis, an & quando sit ipso iure nulla.*
47 *Causa falsa expressa in sententia reddit ipsam ipso iure nullam.*
48 *Causa falsa in decreto iudicis expressa, ipsum nullum reddit.*
49 *Causa falsa adiecta in vltima voluntate quando vitiet dispositionem.*
50 *Causa falsa contractu adiecta, quando illum vitiet.*
51 *Falsa causa in lege adiecta, an impediat legis effectum.*
52 *Causa falsa apposita rescripto, an illud vitiet.*
53 *Causa falsa priuilegio adiecta, an vitiet illud.*
54 *Sententia nulla an possit per consensum confirmari.*
55 *Sententia ab arbitro lata, quæ est nulla, an possit à partibus approbari.*


OS Bernardinus Legum Doctor. Quàm frequens sit sententiarum tractatus satis notum est omnibus, ideoque de pluribus videamus, & præcipue memoriæ commendate,
1 quòd † quilibet iudex in pronunciando semper veritati adhæreat ac pariter æquitati, ut l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod certo loco, & l. placuit. C. de iud. & l. prima, cum ibi not. C. de legi. circunscriptis apicibus,
2 & iuris subtilitatibus, † quæ licèt in allegando sint tolerandæ, in iudicando tamen sunt reijciendæ, ut inquit legislator, & gloss. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. & l.
3 sicut. §. si debitor. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. † Quæritur itaque primò, quotuplex sit sententia. Respondeo,
q duplex, videlicet interlocutoria, de qua in tit. præcedenti
4 dictum est, & alia diffinitiua, de qua hic sermo est † Secundò quæritur, quid sit sententia diffinitiua. Responde, q est quidam actus iudicialis, per quem finis causæ princi-
5 pali imponitur, ut l. prima, ff. de re iud. † Tertiò quæritur, quo ordine peruenitur ad hanc sententiam diffinitiuã. Respondetur, quòd libello præcedente & litis contestatione, & alijs seruatis, de quibus in auth. offeratur. C. de lit. contest. & in l. edita. C. de eden. & in cap. primo, extra de lib. obl. & l. prolatam. C. de sent. & cap. quoniam contra falsam, extra de proba. debet etiam interuenire citatio peremptoria ad audiendam sententiam; ut in l. ad peremptorium. ff. de iud. & l. prima, §. item cum ex edicto. ff. quæ
6 sent. sine appel. rescin. † Quartò quæritur, quis possit ferre sententiam diffinitiuam. Respondeo, quilibet habens iurisdictionem ordinariam, uel delegatam. ut ff. de re iud. l. inter partes. l. duo iudices. & l. præses. & quasi per totum. C. de sen. ex breu. rec. & extr. de offi. deleg. per totum & C.
7 de peda. iud per totum. † immo quilibet arbiter qui solam habet notionem nec habet iurisdictionem, ut not. in l. notionem, in prin. ff. de uerbo. signifi. & l. priuatorum. C. de iur. om. iu. potest diffinitiuam sententiam proferre, ut
8 l. prima, C. de ar. & l. 1. & 2. ff. de arbi. † Arbitrator autem non fert sententiam diffinitiuam, sed transigere dicitur, ut in authen. ut dific. iudi. §. sed interim, & not. per Inno. in c. Quintauallis, extra de iureiur. & not per Bart. in l. si socie-
9 tatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. † Quintò quæritur, quis sit effectus & qualis sententiæ diffinitiuæ. dic quòd est multiplex in iure, & inter alios effectus ille est, uidelicet quod solutum auctoritate rei iudicatæ non repetitur tan-
10 quàm indebitum, † quia facit sententia de indebito debitum, ut habetur in l. prima, cum ibi not. C. de condit. indeb. & l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. man. & not. per glo. in l. debitor. §. fin. ff. ad Treb. & per Cyn. & alios in l. cum
11 quis. C. de iu. & fac. igno. † Sextò quæritur, qualiter diffinitiua sententia impugnetur. Dic quod duobus modis principaliter, primò ratione nullitatis, secundò ratione iniquitatis, & hoc tripliciter, uno modo per uiam appellationis, de qua loquitur C. & ff. de app. per totum alio modo per uiam in integr. restit. de qua traditur. C. si aduer. rem iu. per totum, cum sim. ibi not. alio modo per uiam supplicationis, de qua habetur in l. si quis aduersus. & in auth. quæ supplicatio, cum sim. ibi not. C. de preci. Imp.
12 offer. † Impugnatur autem per uiam nullitatis [a] multi-
a formiter. Primo ex defectu personæ iudicantis seu pronunciatis, qui fuit iudex incompetens, quod potest contingere multis modis, ut C. si à non compe. iud. per totum. & l. prima, C. de ar. & l. fin. de iu. om. iud. & l. secunda, in prin. & l. cum prætor. ff. de iu. quo casu licet non possit hęc sententia à partibus confirmari tanquàm sententia, ut l. si expressim. ff. de ap. si tamen cõfirmetur, ualebit ut pactum. ut traditur in l. 2. C. com. veri. iu. redditur ergo hoc casu
13 sententia nulla. † Est etiam & alius casus, videlicet si lata sit post lapsum [b] instantiæ, ut not gloss. super uersic. triennij, in l. properandum, in princ. C. de iu. & in l. prima, in fin C. de arbitr. & nota. per Bald. in l. scire oportet. §. se. ff. de excus. tut. & habetur in c. causis, extra de offi. deleg. & l. secunda, §. si iudex. ff. de iud. & dixi in uersic. hic quæro.
14 infra eod. † Item est nulla, si lata sit post recusationem
c [c] iudicis suspecti. ut habetur in c. suspicionis. extra de offi.
15 delega. & l. apertissimi C. de iud. † Item est nulla, si lata fuerit ab eo qui habet potestatem ligatam; puta quia peri-
d tum fuerit consilium [d] sapientis iuxta formam statutorum terræ, quo spreto tulit sententiam, uel fuerit per aliũ præuentus in cognitione causæ, ut not. per Archid. & Io. Andr. in cap. cum plures, extra de offic. delega. libro sexto.
16 † Item est nulla defectu potestatis personæ litigantis, ut quia falsus procurator. ut l. licet. C. de procurat. & extra eod. tit. in cap. in nostra præsentia, & in l. licet. C. de iudi. uel est falsus tutor, uel curator, uel prælatus, ut in. l. dubium. C. de. tuto. & cur. qui satisd. non deb. l. si tutor. & ibi per Cyn. C. in qui. ca. in integ. rest. non est neces.

& optime facit text. cum gloss. in l. 2. & ibi per Cyn. C. de
17 eo qui pro tuto. ne. gest. † Item est nulla, si lata sit super alio, quam quod petitum est, ut l. ut fundus ff. com. diui. & l. si. C. de fideicom. lib. facit l. quid tamen, in fi. & l. non distinguemus. §. nunc de officio, cum seq. & §. fin. ff. de arb.
18 † Sed circa hoc occurit tale dubium. Ecce statuto cauetur, quòd lata sententia in causa appellationis confirmatoria primæ, non possit pars quæ succubuerit vlterius appellare, nec nullam dicere, sed ipsa sententia executioni mittatur &c. contingit quòd condemnatus est in centum, deinde in causa appellationis iudex ultra centum reum cōdemnauit in boue. Quæritur an hæc sententia sit mittenda executioni in boue, sicut in centum, omni appellatione & exceptione reiectis? videtur quòd sic, quia statutum simpliciter loquitur & generaliter, ergo &c. ut l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & l. de pretio. ff. de publi. cum sim. ibi not. Sed tu dic contra, quia talis sententia quantum ad
19 bouem, est nulla ex defectu iurisdictionis, † cùm iudex appellationis non habeat potestatem nec iurisdictionem nisi super deductis in principali causa, ut in authen. ut cum de app. cog. post prin. & hoc sequitur Cyn in l. per hanc. C. de temp. app. in 2. q. & Iac. But. in l. ampliorem. in fi. C. de app. sicque non transit in rem iudicatam, neque intelligitur per statutum nullitas hic esse remota, ut not. Io. And. in c. 1. extra de se. poss. & fru. & Bar. in l. 1. ff. qđ vi aut clam. Amplius, quia per statutum remouetur nullitas & appellatio quatenus ex sententia secunda confirmatur quod iudicatū est in prima. ar. l. eos. C. de appel. cum simil. sed in hac q. nihil super boue fuit pronunciatum in prima, ergo dignoscitur quo ad hoc, secundam sententiam non esse confirmatoriam primæ, & per consequens in ea parte non habere lo-
20 cum dictum statutum. † Nec obstat d. l. pretio. cum simil. quia procedit quando absurditas nulla contingeret, aliàs
21 non: † non enim tolerandum est quicquam absurdum, ut l. fin. ff. ad exhi. l. filius, uersi. absurdum. ff. de legat. primò.
22 † Item est nulla ex defectu formæ processus, uel substantialium eius, ut quia libellus non fuit oblatus nec lis contestata, uel iuratum de calūnia, & si. ut l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iu. & l. 1. C. de exce. rei iud. extra de proba. in cap. quoniam contra falsam, licet in aliquibus casibus hæc non habeant uitiare, quod est quando potest in causa procedi sine figura iudicij, ut in clem. sæpe, de uerbo. signific.
23 † Item est nulla, si iudex tulit sententiam in facto suo pro
e prio, [e] uel uxoris, aut filiorum, ut l. qui iurisdictioni. ff. de
24 iuri. om. iu. & l. prima, C. de ne quis in sua causa. † Item est nulla, si lata sit die feriata inuitis litigatoribus, ut sunt feriç messium, uel uindemiarum, ut l. prima, & l. si feriatis ff. de fer. Idem si sunt feriæ in Dei, uel sanctorum reuerentiam introductæ, uel Principis ordinatione, ut l. prima, & l. om-
25 nes, & l. dies festos. C. de feri. † Item est nulla, si pars non fuit legitime, & peremptoriè monita & citata ad senten-
f tiam audiendam, [f] ut l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sent. sine app. rescin. & l. ad peremptorium, cum l. sequen. ff. de
26 indic. & l. ea quæ. C. quom. et quando iud. † nisi fortè, qđ est multum singulare, pars ipsa fuit citata in litis exordio ad uniuersum processum, uel ad respondendum libello, et contumax fuerit in comparendo, et iudex comminatus fuerit in ipso citatorio, ut fit communiter, se processurum nō obstante partis absentia, nam hoc casu non erit necesse ꝙ vlterius specialiter citetur ad sententiam audiendam, ut dicit Inn. in c. finem litibus, extra de dolo et contu. et Bart. in l. statuliberis. §. Stichus omnia. ff. de statu lib. et in l con
27 sentaneum. C. quomodo et quando iud. † Item est nulla ratione loci in quo lata est sententia, ut quia non fuit lata in loco consueto iuris, si erat ordinarius, uel quia lata est in loco in honesto, uel ad quem pars citata non potest securè accedere, ut l. si cum dies, in §. si arbiter. ff. de arb. et in cle.
28 pastoralis extra de re iud. † Item est nulla ratione personæ citatæ v. g. si iudex scienter tulit sententiam contra absen-
* tem infirmitate grauatū, * ut l. quæsitum. ff. de re iud. uel contra iam defunctum, ut l. pen. ff. quæ sen. sine app. rescin.
29 † vel contra pupillum, uel contra minorem indefensum, vt l. prima & secunda, C. si aduers. rem. iu. l. acta. in fi.
30 & l. contra pupillum. ff. de re iu. & ibi per Bart. † secus autem esset si foret lata in eorum fauorem, quia valeret, ut l. non eo minus. C. de procura. ad quod facit l. si curatorē habens. C. de in integ. rest. mi. & l. clarum. C. de autho. præ-
31 stan. & sic patet † quòd minor 25. ann. non habet personam legitimam sine tutoris auctoritate in actis iudicialibus, ut d. l. 2. C. qui leg. perso. & Instit. de cura. §. item inuiti, nisi in causa momentaneæ possessionis. ut l. fin. C. qui leg. pers. & l. prima, C. si per uim uel alio modo, cum sim.
32 ibi not. † In contractibus autem, & ultimis uoluntatib. post 14. ann. habet personam legitimam minor, licet si læ datur in contractu possit petere se restitui, ut patet in titu. C. & ff. de mino. & C. si aduer. vend. & in pluribus alijs tit. Sed diceret aliquis, quæ sit ratio diuersitatis inter contractus, & iudicia, cum utrobique uertantur pericula? super
33 hoc cogita. † Item est nulla de iure ciuili, quando procurator fuit in causa, & contra dominum fuit lata sententia. ut l. 1. C. de sen. & interlo. om. iud. Sed de iure canoni-
* co * est aliqua, ut not. in cap. suscitata. in prima, gloss. extra de in integ. restit. & plenius per glo. & Ioan. And. in ca.
34 querelam. extra de electio. † Item est nulla, si de maiori summa, quam esset eius potestas, iudicauit, ut l. si idem cum eodem §. fin. ff. de iur. om. iu. & in l. de qua re. §. primo, ff. de iu. & l. 1. C. si à non compe. iud. fallit in casu l. fin. in fi. C. de
35 app. † Item est nulla, si lata sit post terminum delegationibus præfixum, quod est not. quia quotidie in rescriptis additur aliquod tempus ad cognoscendum, & pronunciandū de causa, ut hæc habetur in l. cum non eo die. C. quando prouo. non est neces. & l. 2. §. si iudex. ff. de iudic. & in c. de causis. extra de offic. deleg. & facit quod no. in l. prima, C. de arb. quod quidem tempus non currit iudici, nisi post prę
* sentationem * rescripti, ut in c. super eadem. §. fi. extra de
36 appel. & no. per glo. in d. c. de causis. † Hic quæro circa prędicta, quid si à lege, uel statuto limitetur tempus iudicandi, puta duorum mensium, & iudex post lapsum ipsius temporis ferat sententiam, an teneat & ualeat? & videtur ꝙ non, per iura superius alleg. Alij distinguunt, ut not. per Iacob. But. & alios in d. l. properandum, in princip. aut uerba statuti referuntur ad iudicem tantum, puta si dicat {Iudex teneatur ferre sententiam infra duos menses, &c.} & ualet sententia quamuis lata post duos menses, dumtamen sit intra terminum lata, hoc est trienni, iudex tamen redditur periurus, quia non seruauit statutum. Aut referuntur ad instantiam causæ, puta si dicat {Instantia cuiuscunque causæ duret duobus mensibus} & tunc non ualet sententia post ipsum tempus lata, sicut nec ualet quando lata est post triennium, ut in d. l. properandum. in princ. Aut uerba referuntur ad vtrunq;, uidelicet tam ad iudicem, quàm ad instantiam, & tunc idem quòd non ualet. Vel dic, aut uerba proferuntur in delegatione vel rescripto, & tunc siue referantur ad iudicem, ut infra certum tempus iudicare debeat, uel referantur ad instantiam causæ, in omnibus casibus sententia lata post tempus est nulla ipso iure tanquam finito mandato, nisi de expresso partium consensu ipsum tempus appareret prorogatum, ut habetur in d. c. de causis, & in dicto §. si iudex. Aut uerba proferuntur in lege uel statuto, & tunc distinguitur, an referantur ad iudicem uel instantiam, ut supra dictum est. Et per hoc conclusiuè, & sub breuitate dici potest, quòd differentia est, an dicta uerba proferatur à lege, uel ab homine, ut patet ex prædictis. Vel dic melius, aut dicta uerba referuntur ad ordinarium, tunc debet distingui non habita differentia inter legem, & rescriptum, nam aut lex, uel rescriptum loquitur iudici, aut instantiæ causæ, ut supra dictum. Si uerò uerba referuntur ad simplicem legatum, tunc indistinctè, siue proferantur in rescripto, siue in statuto, siue loquantur iudici,

fine instantiæ, post lapsum tempus non valet sententia, ut in d.c. de causis. & §. si iudex. Et est ratio, quia in ordinario adhuc post tempus durat iurisdictio propria, quæ cessat in delegato. Et est notandum, quòd tres sunt species mandati, quoddam est mandatum ad lites agendas, quoddam ad negocia gerenda, quoddam verò ad iurisdictionem exercendam, & hæ species exequatur quò ad modum finiendi mandatum, siue mandatum sit purum, aut ad tempus, ut probatur ex his iuribus, simul iunctis, videlicet ex l. 3. ff. eo. tit. de procur. & l. si defunctus. ff. eo. facit l. mandatum. C. man. §. item si adhuc. & §. finitur. Instit. mand. & l. diligenter ff. mand. & in c. cù dilecta, de rescrip. cum præ-
37 alleg. c. de causis, & §. si iudex. † Item est nulla, si fuerit lata de nocte, ut not. per gloss. in §. omnis. Instit. de verbor. obliga. arg. in §. sedebunt, in auth. de iud. & est text. in ca. consuluit. extra de offi. deleg. licèt aliqui contra & malè, quod etiam de consuetudine obseruatur, ut no. glo. in l. more romano. ff. de fer. sed arbitratoris sententia bene tenet, cùm sit quædam transactio, arg. in l. non minorem. &
38 ibi no. C. de transa. † Item est nulla, si lata est à iudice stante, & non sedente, ut l. a procedente. C. de dila. & l. 1. C. de offi. iud. & in l. quisquis. in fin. C. de postul. & l. 2. §. dies. &
39 ibi not. ff. quis or. in bon. possess. ser. † Item est nulla si sit lata sine scriptis, ut in l. 1. & 2. C. de sent. ex breui. reci. nisi esset quæstio de re modica, uel Episcopus inter suos pronunciaret, ut in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. reci.
40 † Item est nulla, si non contineat expressam condemnationem, uel absolutionem, uel æquipollens, ut l. quid tamen. §. Pomponius. ff. de arb. Vel si non continet certam quantitatem, uel rem, in qua condemnatio fit, per se, uel per relationem ad aliud, ut l. quid tamen §. 1. ff. de arbi. & l. in summa. in princ. & l. ait prætor. §. fina. ff. de re iudic. & in l. 3. C.
41 de sen. quæ sine cer. quanti. † Idem est nulla, si fuerit dubia, uel obscura, seu incerta, ut Insti. de act. §. curare. licet in certis specialibus casibus ualeat, puta in petitione hæreditatis, in causa noxali, in obligatione alternatiua, in legato deducta falcidia, ut sing. not. per glo. in l. non possumus. ff.
42 si pars hæred. pet. † Item est nulla, si lata fuerit cõtra priorem sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, ut l. 1. C. quando prouo. non est necess. & in l. post sententiam. C. de sen. & interlo. om. iudic. & l. 1. C. sen. rescin. non pos. etiam si de expresso partium consensu lata fuerit, ut dicit gl. in l.
h si diuersa. [h] C. de trans. & est tex. in clem. si appellationem. de app. & ibi no. ut supra dixi, & per hoc potest assumi cautela, quãdo petit executio secundæ sententiæ reuocatoriæ primæ, & contra executioné excipitur de sententia prima, quæ transiuit in rem iudicatam, quòd nisi actor probet de appellatione legitimè interposita, & de delegatione cau-
43 sæ, succumbet in ea. † Item est nulla, si lata sit contra ius scriptum expresso errore in sententia. ut in l. 2. quãdo prouoc. non est necess. & in l. 1. §. 1. ff. quæ sen. si app. rescind. secus autem si lata esset contra ius litigatoris, nam tunc ualeret, & nisi per uiam appellationis, vel restitutionis rescindi non potest, ut l. 1. in princi. & per tot. tit. ff. de app. & C. eo. tit. & not. glo. & text in l. 1. §. in hoc interdicto. ff. de lib. ho. exhi. & in l. non videtur. C. de mune. patri. lib. 10. in fin. & l. si seruus plurium. §. 1. uersi. si tamen. ff. de leg. 1. & in l. 1. in prin. ff. ad Turp. nam cùm iudex iniquè decernit, etiam ius facere dicitur, ut l. fi. ff. de iust. & iu. ideo præcisè mittenda est executioni, ut dicit Inno. in ca. quoniam contra fal-
44 sam. extra de proba. in fi. † Item est nulla, si non fuerit lata per ipsum iudicem, uel notarium de eius uoluntate, ut l. 1. C. de senten. ex breui. reci. coniuncta l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. & ibi per Iac. But. C. qui testa. facere poss. & l. hac lege. C. de senten. ex breu. reci. Sed de iure canonico est hodie determinatum, quòd iudex per se ipsum legat, & pronunciet, ut in cap. fin. de iud. lib. 6. & ibi
45 Arch. † Item est nulla, si fuit lata iudice corrupto per pecuniam, ut l. venales. C. quando prouo. non est neces. secus autem si sit corruptus per gratiam, quia est aliqua mero iure, licèt possit ope exceptionis in integrum restitutionis rescindi. ut traditur in l. prætor. ff. ad Trebel. & not. in l. Diuus. ff. de re iud. in l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Tre-
46 bel. & in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de re iudic. † Item est nulla, si fuerit lata prætextu falsorum testium, uel instrumentorum, quo casu sic distingue plenius secundùm Doct. Aut talis sententia fuit lata contra minorem, & tùc est ipso iure nulla, ut l. prima, & ibi not. C. si ex fal. alleg. Aut est lata contra maiorem, aut fuit lata contra præsentem, aut contra absentem, si contra præsentem subdistinguitur, aut interuenit dolus aduersarij, & tunc tenet mero iure, sed ope restitutionis potest rescindi, aut nullus dolus intercessit, & tunc ualet, sed ope appellationis rescindi potest. Aut fuit lata contra absentem, & tunc aut dolo interueniente aduersarij, & est ipso iure nulla; aut sine dolo, & tunc ualet, sed ope restitutionis rescindi potest, & hæc omnia habentur, & not. per Bartol. in dicta l. Diuus. ff. de re iud. & præmissa locum habent, quando iudex secutus falsa instrumenta, uel testes. aliàs si alijs rationibus motus esset, teneret sententia, ut probatur, & not. in l. prima, & l. falsam. C. si ex fal. inst. & not. gloss. in ca. licet. extra de pro
47 bar. † Item est nulla, si lata sit ex falsa causa expressa in ipsa sententia, super quo latius sic distingue. Aliquando
* falsa causa * exprimitur in sententia, aliquando in decreto iudicis, aliquando in ultima uoluntate, aliquando in cõtractu, aliquando in lege communi uel municipali, aliquando in rescripto principis, aliquando in priuilegio principis. Primo casu quando exprimitur in sententia, super quo nunc præsens est sermo, subdistingue; nam quandoque in sententia exprimitur una sola causa, & super ea est fundata sententia, & tunc sententia redditur nulla, siue sit diffinitiua, siue interlocutoria, secundum Host. & Ioan. And. ut per eos not. in cap. sicut nobis, extra de re iudic. arg. ad hoc. in c. ex parte. extra de concess. præb. & l. qui testamento. ff. de excu. tuto. & in cap. cum ex literis. uersi. nos. extra de in integr. restit. & extra de offi. deleg. c. cum super. licèt Inno. teneat contrarium in capit. in præsentia. extra de renunc. & in capit. quoniam contra falsam. extra de proba. in fin. aut in ea exprimuntur plures causæ, & tunc, aut omnes sunt falsæ, & idem quod supra. aut vna est falsa, & alia vera, & tunc stat firma sententia inspecta potius causa uera, quàm falsa, ut not. per gloss. in l. si quis ad exhibendum. ff. de exce. rei iud. sed Bartol. in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hære. aliter distinguit, & sic quandoque sententia fertur ex falsa causa allegata à parte in processu causæ, quæ tamen non fuit per iudicem expressa in sententia; aut à parte non fuit in processu allegata, sed per iudicem in sententia expressa. Primo casu subdistingue, aut falsa causa fuit allegata circa substantialia iudiciorum, ut puta, dixit pars iudici libellum fuisse oblatum, & litem contest. & sim. de quibus in l. prolatã. C. de senten. & interlo. om. iud. & tunc sententia est ipso iure nulla, ut l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Corn. de fal. aut fuit allegata circa merita causæ, puta quia dixit pactum de non peten. vel solutionem factam, & sim. & tunc aut sententia fuit lata contra minorem, & est ipso iure nulla, ut C. si ex fals. alle. aut fuit lata contra maiorem, & tunc aut allegatio causæ fuit dolosa, aut sine dolo. primo casu si dolosa, aut fuit facta contra absentem, & est ipso iure nulla; aut contra præsentem, & est aliqua, sed ope restitutionis venit rescindenda, ut l. si prætor. in §. Marcellus. ff. de iudi. ubi uero fuit sine dolo, tunc est aliqua. sed ope restitutionis rescindi potest; & sic in istis duobus vltimis casibus procedit ille tit. C. si ex fal. instr. & l. Diuus. ff. de re iud. Secundo casu quando non fuit allegata per partem, sed solum per iudicem expressa in sententia, tunc subdistingue secundum eum, aut causa fuit falsa in facto & iure, uel in iure tantum; & tunc sententia est ipso iure nulla, quia continet expressum errorem, ut in l. 2. C. qñ pro. n. non est neces. & in l. 1. in prin. ff. quæ sen.

fine appel. facit l. quod si expressim, & quod ibi not. ff. de ap., aut fuit falsa in facto tm. & nō in iure, ut puta si dixerit §Quia cōperimus talē soluisse, & ideo absoluimus, cū &c.§ cum tamen de ipsa solutione non appareat probatum in actis, tunc sententia valet, sed ope exceptionis rescinditur, ut l. si præses. ff. de re iud. & sic intelligitur gloss. in d. l. si is ad quem, & ita sequitur Inn. in c. in præsentia. extra de renunc. circa fi. & in c. quoniam contra falsam. extra de prob. circa fi. uerūtamen si iudex appellationis, reperiret ex alia causa fuisse idem pronunciandum, poterit ipsam sententiam confirmare, secundum Bar. arg. l. fi. ff. quod cum eo. In tertio uero casu dic idem per omnia, ut proximè dictum
48 est in secundo. † Venio ad secundum principalem arti-
i culum, quando falsa causa exprimitur in decreto, in quo dic ipsum decretum ipso iure reddi nullum, ut l. si uerò. §. subuentum. ff. de fideicō. lib. & l. 1. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. & not. idem Bart. in l. iuste possidet. ff. de acqui. poss. ubi posuit rationem differentiæ inter decretū & sententiam.
49 † Capio tertium articulum, quando falsa causa adijcitur in ultima uoluntate, ubi sic distingue. Aut falsa causa apponitur cōditionaliter, & tunc falsa uitiat dispositionem, ut l. demonstratio falsa. in prin. & ibi per Bar. ff. de condi. & demon. & inst. de le. §. lōnge. Aut falsa causa apponitur causaliter, & tunc non uitiat, ut in d. l. demonstratio, nisi testatur non fuisse alias relicturus. ut in l. cum talem. §. falsam. ff. de condi. & demonstra. & nota. in l. 1. C. de fal. causa adiect. leg. & adde quod nota. idem Bar. in l. libertis, liberta-
50 tibusque meis. ff. de alimen. & ciba. lega. † Venio ad quar
K tum articulum, quando falsa ᵏ causa adijcitur in contractu, in quo sic distingue. Aut causa est cohærens & finalis obligationis, uel contractus, & tunc non uitiat ipso iure cōtractum, uel obligationem: sed si processum fuerit ad solutionem, uel promissionem, & quæratur de repetitione, distinguitur, aut obligatio fuerit contracta scienter, uel ignoranter, ut in d. l. damus. ff. de condi. indeb. cum sim. ibi not. Aut cā falsa non fuit cohærens, seu finalis ipsius obligationis, uel contractus, & tunc valet & tenet ipso iure, sicut ultima uoluntas, ut d. l. damus. secundum unam lect.
51 de quo no. per Bart. in d. l. demonstratio. † Condescendo ad quintum, quando in lege apponitur falsa causa, in quo dic quòd regulariter talis falsa cā cessare facit effectum ipsius legis sumendo causam pro ratione ipsius legis, ut not. per glo. in d. §. falsam. ad quod facit quod traditur in l. ge-
52 neraliter. C. de episco. & cler. † In sexto articulo quando
l ˡ apponitur in rescrip. dic secundum Bar. vbi supra, idem esse regulariter, quod superius dictum est in ultima uoluntate. subdistinguendum tamen est, an princeps fuisset alias concessurus rescriptum causa non obstante, uel non fuisset cōcessurus, ut plenè traditur in l. præscriptione. C. si cōtra
53 ius uel vti. & extra de rescrip. c. sup literis. † Super septimo articulo quando apponitur priuilegijs, dic quòd aut super ipsa causa fundatur priuilegium, & tunc uitiatur priuilegium ipsum, Aut non fundatur super illa, & tunc non vitiatur, ut not. per Ioan. And. in c. inter dilectos. extra de fide instru. facit quod habetur, & not. in c. si Papa. de priuil. lib. 6. & in cle. 1. extra de prob. Qualiter autem impugnetur per uiam appellationis, & restitutionis, & supplica
54 tionis, dicam infra titulis specialibus. † An autem in prædictis casib. quib. snia est nulla, possit per consensum confirmari? vř q non, per l. si expressim. ff. de appel. dic q non pōt confirmari ut ualeat tanquam snia, sed bene pōt approbari ut ualeat tanquam pactum. ut not. per glo. in l. 3. C. communi utri. iud. & per Bartol. in d. l. si expressim. in
55 uersi. secundò quæro. † Ex hoc infertur, q si feratur snia per arbitratorem, quæ transactio appellatur potius, quàm sententia, ut in auth. ut diffe. iud. §. si interim. & no. per Bar. in l. societatem. § arbitrorū ff. pro so. & per Inn. in c. Quintauallis. extra de iureiu. & per Spe. in tit. de arbi. post prin. & talis sententia appareat esse nulla, q poterit à partibus approbari, ut ualeat tanquam transactio, & pro hac senten tia facit optimè d. l. 3. C. com. utr. iud. ubi uidetur casus. Sed quæritur, coram quo iudice sit agendum de nullitate sententiæ? dic ut no. in tit. seq. uersi. idem quæritur.

ADDITIONES.

✱ Infirmitate grauatum, Adde q sententia lata contra eum qui est infirmitate detentus mero iure tenet, sed datur restitutio in integ. intellige, quādo lata est à iudice ignorante, aliàs esset ipso iure nulla, quia esset lata contra absentem non contumacem. Ita Ias. in l. non exigimus. §. si quis iudicio. nu. 5. ff. si quis caut. quam concl. declara, ut per Rob. de ord. iud. c. 53. num. 107. ubi docet cautel. pro infirmo. de qua etiam per Lanfran. concl. 16. Quid de sententia contra absentem ex iusto impedimento lata, an & quando sit nulla, & dic, ut per Mising. centu. 4. obser. 57. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. quib. mod cita. impun. post. nu. 4. ubi declarant concl. de sent. lata cōtra infirmum, quid de iudicio contra defunctum, & Dic, q et si per viueñ. defendatur: est nullum, l. in summa §. fi. de re iud. Capic. decis. 1. nu. 16. fallit prædicta reg. quando procurator ante mandantis obitū litem fuit contestatus, aut de iud. soluendo mandator ipse satisdedit, Quibus casibus, iudex in defunctum, uel pro eo sententiam ferre potest, dummodo in procuratoris personam sententia concipiatur, l. defunctus ff. de procur. l. nulla. C. eo. Abb. in c. mandato, extra eo tit. Cassiad. decis. 2. nu. 3. de appel. quod tamen perpetuum non est: nam, si absque hærede decesserit dominus: tunc cum procuratore domino litis effecto sententia ferri non poterit, teste Ias. consi. 9. lib. 1. consi. 138. lib. 4. Quæ omnia declarat Seb. Van. de null. c. 9. nu. 106. Rob. de ord. iud. c. 53. nu. 107. & seq. Lanfran. cōcl. 27. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. de imped. exec. num. 54. litera D. ver. 2. dico. Mising. cent. 1. obser. 83. ubi plura ad prac. d. l. in summa. §. fi. & ibi de sententia pro defuncto lata, & an instantia litis non finitæ transferatur in hæredē, & si moriatur dominus: qualiter in procuratorem sententia ferri possit, de quo per Ias. d. l. nulla. C. de procu. Masuer.

✱ Iure canonico, Adde, q sententia proferri potest in personam domini, non obstante quòd procurator per litis contest. factus sit dominus litis, teste Osasc. decis. 1. nu. 33. qua de re plura not. Ias. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. nu. 12. ff. uerbo. oblig. Masuer.

✱ præsentationem rescripti, Adde, quæ habentur supra for. opp. contra instr. ver. contra ius elicitum circa fi. & fac. quę scribit Ias. in l. beneficium. nu. 46. si princeps concedat alicui beneficium, uel priuilegium, quòd à tempore scientiæ incipiat habere effectum, secundum communem, quam sequitur Capra inter co. opi. ver. priuileg. iuxta, an autem rescripta & concessiones operentur à Die concessionis, an uerò à die notitiæ: uide Felin. in ca. sciscitatus. §. oportet. col. 2. de rescrip. Rom. cons. 228. nu. 4. ubi q tēpus præfixū comparere debenti non currit nisi à die præsentationis literarum. Masuer.

✱ Falsa causa, Adde, q si iudex expressè habeat relationem ad acta: & ex ipsis actis de errore appareat: ea sententia est nulla, secundum communem per Alex. consil. 123. col. 3. circa fin. lib. 1. de qua vide quæ scribit Ias. qui artic. plenè examinat, in l. si is ad quem, nu. 22. 23. & seq. ff. de acq. hær. Masuer.

a De nullitate sententiæ. Adde Bar. in l. fin. de iusti. & iur. & Spec. in tit. de sen. in fi. & Io. And. in addit. Spec. in titu. de app. in §. 2. uersi. 17.

b Lapsu instantiæ. Adde Bald in marga. in uerbo instantia, in uersi. 2. per Abb. consi. 66. uide in apostil. in l. properandum,

c Recusationem. vide Lud. Rom. consi. trecentesimodecimoseptimo.

d Consilium. Sed quid si non fuit petitum, tamen est statutum q sniæ debent ferri cum consilio sapientis. uide Ang. consi.

consi. 140. & an à tali sententia laet cum consilio possit appellari. vide Ro. consi. 228.

e Proprio. Dic quòd valet laudum à famulo cum in ipsum est factum compromissum de lite inter virum & vxorem, ut uoluit Rom. consil. 68. item vniuersitas potest de causa propria cognoscere, ut uoluit Oldr. consi. 135.

f Audiendam. Sed quid si fuit citatus ad audiendam uoluntatem iudicis, dic quòd non ualet secundum Lu. Rom. sin. 372. incip. citatur quis.
Adde Matth. in not. 8. incip. nota quòd est differentia, & Hippoly. de Mars. in l. de quoque, colum. 15. uersi. quid autem de citatione incerta ff. de re iudi. & in rub. C. de prob. colum. 68. versic. incertitudo vitiat etiam citationem. Zilettus.

g Si diuersa. Vide ibi apost. ad Ale. per me ibi positam.

h Quando falsa causa. Adde Bar. Bal. & Ang. in l. qui testa. de excu. tut. Bar. in l. si is. ff. de acq. hær. Bal. in l. 2. C. quando prouo. non est necess. & Abb. in c. 1. de re iud.

* Falsa causa, Adde Ias. qui hæc omnia plene examinat in l. si is ad quem. ff. de acq. hær.

i Quando falsa causa addijcitur in contractu. Adde Bart. in in rub. C. de consti. pe. Bal. in l. nec apud, de hære. inst. Bart. in l. demonstratio, in §. 1. ff. de condi. & demonstr.

K Quando falsa causa ponitur in rescri. Adde Bal. in l. 1. de de cond. & demonst. Bar. in l. demonstratio. ff. de condit. & demonstr.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis dubij sue iurisdictionis non tenet.*

1 CVIVS Quidem commissionis. † Optima est cautela, & ita se habet communis practica ponere tenorem delegationis in sententia, ut appareat quòd ipse iudex certus erat, & non dubius de sua iurisdictione, aliàs si dubius esset, eius sententia non teneret, ut not. Bart. in l. 2. ff. de iud. in prin. & l. multum interest. ff. de condi. & demon. facit l. quæro. ff. de eo qui pro tut. & l. sed si sua ff. de acqui. hære. licet àt sit bona insertio cõmissionis respectu prædicto, ta nen si contra sententiam, quæ lata sit de recenti, opponatur defectus delegationis, necesse erit de ipsa delegatione aliter probare. Secus si lata esset de longinquo; quia tunc pro delegatione, & processu præsumitur, ut no t. Innoc. & alij Doct. in cap. cum in iure peritus, extra de off. deleg. & tangitur plene in glo. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet inserere tenorem libelli & supplicationis in sententia.*
2 *Iudex qui est & notarius nunquid possit sententiam & alia gesta coram se tradere, & instrumenta de ipsis per se facere.*
3 *Notarius nunquid possit per seipsum tradere, & publicare suum instrumentum sine præsentia testium.*

1 VISO Etiam libello. † Ecce secundum, quod debet iudex inserere in sententia, scilicet tenorem libelli, cum sit fundamentum totius litis, ut l. fundus. ff. communi di. in auth. offeratur. C. lit. contest. l. edita. C. de eden. & ad hoc bene facit l. ut responsum. C. de transac. & l. precibus. C. de imp. & al. subst. & l. diuus. ff. de re iud. & gloss. singulariter hoc dicit in l. nec exemplum. C. ad l. Cor. de fal. & eodem modo est inserẽda supplicatio in rescripto, ut ibi per

a gl. no. † Hic quæro de q. quam sæpius uidi in Monteferra-
2 to. Ecce quãdo aliquis [a] est iudex & notarius, ut ipse sum, nunquid poterit sentẽtiam, & alia gesta coram se tradere. & per se instrumenta facere de ipsis; dic quòd non, ut dicit Bar. in l. 2. ff. de stip. ser. per tex. in c. qm contra falsam, extra de prob. & in c. cum à nobis, ext. de testi. & ibi per Io. And. nisi consuetudo terræ, uel statutum municipale aliud induceret, arg. in c. cum dilecti. extra de fi. inst. & l. 1. C. de eman

3 cip. libe. † Sed nunquid notarius possit per seipsum tradere, & publicare suum instrumentum sine præsentia testium? dicit idem Bar. quòd sic in d. l. 2. posset etiam secundum eũ tradere instrumentum p ocurę suæ quò ad sui præiudiciũ, non autem quò ad sui commodum, dic ut ibi per eum &c.

ADDITIO.

a Quando aliquis est iudex, & notarius. Adde Pau. de Cast. in l. 1. ff. de iudic. & per Bened. de Barzijs in tract. de guarentigijs.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio cùm sit de substantialibus debet esse nota iudici.*
2 *Litis contestatio, an probetur ex eo, quia est allegata per iudicem in sententia.*
3 *Quando allegatur defectus circa formalia uel ordinaria processus, an præsumatur pro processu.*
Sententia nulla non potest consensu partis etiam expresso confirmari.
4 *Emptor à quo res fuit euicta per sententiam agens contra venditorem de euictione, an teneatur nedum sententiam, sed etiam processum causa contra se habitum producere.*
5 *Verba enunciatiua prolata in ultima uoluntate, an inducant dispositionem.*
6 *Verba enunciatiua propter se principaliter prolata, an disponant.*
7 *Verba enunciatiua prolata in contractibus, an inducant dispositionem.*
8 *Verba enunciatiua prolata in scriptis an dispositionem inducant.*
9 *Verba enunciatiua prolata in actis an inducant dispositionem.*

1 VISA QVE Litis contestatione. † Hæc litis contestatio cùm sit de substantialibus iudicij, ut l. prolatam. C. de senten. & interlo. om. iud. debet esse nota iudici, nec de ea debet dubius esse, aliàs redderetur sententia nulla secundum Bar. vt per eum not. in l. 2. ff. de iudic. vnde bene facit iudex mentionem faciendo de ipsa, sic etiam debet iudex esse certus de ɔtumacia rei, quãdo interponere vult primum, & secundum decretum, ut per eundem not. in l. fi. ff. de condi. & demon. ad quod faciunt no. in l. hic autem. §. 1.

a ff. ex qui. cau. in poss. ea. † Sed nunquid [a] per hæc uerba
2 probetur esse lis contestata? uidetur quod non, ut in c. quoniam contra falsam, extra de prob. quia uerba enunciatiua non probant, & in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. cum simil. Pro cuius dubij clariori decisione, & doctrina pleniori, considerandum est, quòd aliquando uerba

b enunciatiua [b] proferuntur in sñia, aliqñ in ultima uoluntate, aliqñ in ɔctibus, aliqñ in in priuilegio, uel rescripto, aliqñ in iudicio. Primo casu qñ proferuntur per iudicẽ in sententia, distingue, aut est quęstio de processu ante latam sententiam, aut est de illo quęstio post latam sententiam. Si ante latam sententiam, & tunc uerba narratiua, seu enunciatiua processum non probant, nisi aliter directo de ipso probet, ut in c. qm contra falsam, extra de prob. & l. gesta. C. de re iud. & l. is apud quem. C. de eden. & not. per Glo. & Doct. in l. quoties. §. fi. ff. de prob. Si uerò sit quęstio post latam sententiam, & tunc aut de ipso processu fit mentio in sententia, ut in pręsenti forma, aut de eo nulla fit mentio. Si quidem de eo fit mentio, subdistingue, aut sententia fuit lata parte pręsente, uel absente, & utroque casu appellante, seu prouocante; & tunc non pręsumitur pro processu, nisi aliter probetur, ut no. in l. bi qui ad ciuilia. C. de appel. & in c. in pręsentia, extra de renun. & in d. c. quoniã contra falsam. & ibi per Inn. & in c. bonę memorię, extra de elec. aut fuit lata parte presente, uel absente & non appellante, & tũc creditur iudici, & eius uerba enunciatiua, seu narratiua probant, & præsumit pro processu, & in pręalleg. c. qm cõtra falsam, secundum aliam lect. Et huius est ratio, quia non appellans uidetur approbare sñiam, & p consequens omnia ex eadem cõsequentia, arg. l. ab eo iudicato. C. quomodo & qñ iud. & l. fi. in fi. C. de sent. quę si ne cer. quanti. & quod not. in l. optimam. C. de contrah. & commit.

commit.ff.& in l.cum aliquis, C.de iur.delib.quod etiam sequitur Spe.in tit de sent.& re iud.§.fin.uersi.in summa & Bar.in l.fin.ff.quando appel.sit.ubi uide Spe.in tit. de instr. edi.§.restat, versi.in summa.ubi uerò de processu nulla fit mentio in sententia,tunc subdistingue, aut allegatur defectus in processu pertinens ad iurisdictionem iudicis, puta defectus potestatis seu delegationis, aut defectus pertinés ad ordinationem & formam ipsius processus. Primo casu, aut iudex qui tulit sententiam erat ordinarius, & tunc pro eius iurisdictione præsumitur, quia eius iurisdictio est certa, ut c.sicut nobis extra de re iudic.cum simil. ibi not. aut erat iudex delegatus,& tunc subdistingue,aut fuit lata sententia parte præsente,uel absente & non appellante, & tunc si opponatur,pro delegatione non præsumitur, multo minus si appellauerit,si verò non opponatur, tunc pro delegatione præsumitur,ut hęc habentur & traduntur per Inn.in c.cum in iure peritus,extra de of.deleg.& per alios in l.1.C.de man.princip.& in c.2.extra de procu. † Secun
3 do casu principali quando allegatur defectus circa formalia,uel ordinaria processus, & tunc aut talis defectus allegatur à tertia persona quæ nunquam fuit in iudicio,nec in ipsa causa,& tunc quantum ad ipsam personam non præsumitur pro processu,per regulam illam, cui nó obstat exceptio rei iudicatæ,nec similiter processus, ut habetur in l.fundi,& l.fundum,ff.de except.rei iudica.& not. per glo. in d.c.bonæ,extra de elec. Aut ille defectus allegatur ab ipsa parte,quæ fuit in lite,& tunc subdistingue,aut sententia nondum transiuit in rem iudicatam,sed est appellatione suspensa,uel intra tempora appellandi,& tunc non præsumitur pro processu,nisi de eo probet ut in l. hi qui ad ciuilia.& quod ibi no.C de ap.& d.c.in præsentia,de renun. Aut sententia transiuit in rem iudicatam, & tunc fuerunt opi.diuersæ,nam Compost.in d.ca.bonæ, voluit dicere q præsumitur pro processu,ratio est,quia partis taciturnitas videtur omnia approbasse in sententia narrata,arg. d. l.ab eo.& C.de sen.quę sine cer.quanti.l.fi.glo. verò tenuit contrarium in d.c.quoniam contra falsam, quia sententia quæ est nulla non potest consensu partis etiam expresso confirmari,ut in l. expresim. ff. de app.& l. quædam mulier. ff. fam.ercis.facit l.fi.ff.de iur. patro.& in ca.2.extra de purg. vulg. Alij,& forte non male,& pro concordia opi.ipsarũ distinguendum dicunt, aut is contra quem est lata sententia allegat defectum processus ad effectum grauandi aduersarium onere probandi illum,& tunc non auditur,sed pro sententia præsumitur,ut d.l.res iudi. & l. ingenuum, & in c.in præsentia,& in c.ad sedem,supra alleg.& sic intelligitur opi.Compost.Aut allegat defectum processus quò ad effectum grauandi seipsum onere probandi ipsum defectum,& tunc audiendus est,& modus probandi erit, quia producet totum librum processus, & examinabitur si in eo sit aliquis defectus,& quò ad hoc eius taciturnitas operatur,arg.c.1.extra ut eccle.benefi. Et ad hoc facit, quod in simili dicitur de eo,qui renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ,contra quem præsumitur; & tamen auditur uolens probare contrarium,ut not.in l.si ex cautione, & l. generaliter,& l.in contractibus.C.de non nume.pec.& sic intelligitur glo.in d.c.quoniam contra falsam.quam distinctionem sequitur ibi Ioan:Cal & tangitur per Io. Andr.in d.cum in iure peritus,& in d.c.cum in præsentia, & secundum hoc non obst.d.l.si expresim, quia secundum prædicta non confirmatur sententia, quæ est nulla, quia potest probari nulla per partem,unde partis præsentia, uel consensus non confirmat eam quæ nulla est, at deficiens probatio nullitatis facit quòd præsumitur esse aliqua in dubio, alio in contrarium non probato;& sic quò ad hoc nó operatur partis præsentia,uel consensus. Quæ quidem negatiua, videlicet litem non esse contestatam, uel nó iuratum de calumnia, & sim. probabitur producendo processum, ut dictum est,ad quod facit quod habetur in d. c.cum ad sedem,extra de resti.spo.& in c.cum olim,extra de priuil. vt per Bar.in l.in illa.ff.de uerbor.oblig.& l. Titiæ textores. ff.de leg.1.& per Iac.Butr.& Doct.in l.2.C. de edo. aduo. Et quæ superius dicta sunt, procedunt in sententia lata de recenti,& processu habito de recenti, sic q facilis est eius probatio; vbi autem essent acta de longinquo, ita q probatio esset difficilis,tunc indistinctè pro ipso processu præsumitur, ut dicit Hosti.in d.ca. cum in iure peritus. & Io.And. idem sequitur in d.c.quoniam, & Cyn. in l.emancipatione. C. de fide instr. aliter enim absurditas maxima sequeretur in multis sententijs antiquis, per quas non posset probari de solemnitate processus,& sic finis liti per eas non esset impositus,nec ullo tempore imponi posset,contra l.1.ff.de re iudic.& l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.
4 & l.si fratris C. de transact.& l.fi. ff.pro suo.cum sim. † Ex quibus omnibus colligitur decisio ad illam sæpius occurrentem q. qua quæritur, an emptor à quo res fuit euicta per sententiam,agens contra uenditorem de euictione, teneatur nedum sententiam,sed etiam processum causæ contra se habitum producere, de qua q. notatur per aliquos in l.Nesennius.§.Caia.ff.de euict.& plene scripsi infra sub
5 tit. quando agitur ab emptore contra uenditorem. † Nũc transeo ad secundum articulum, videlicet quando uerba enunciatiua,seu narratiua proferuntur in vltima uoluntate,in quo sic distingue, ut no.Cy.in l.1.C.de fals.causa adiect.lega.& per Bart.in l.ex hac scriptura. ff. de dona. Aut verba enunciatiua emittuntur propter se tantum, & tunc inducunt dispositionem,ut d l.ex hac scriptura.ff.de dona. Aut proferuntur incidenter propter aliud, & tunc quandoque proferuntur per modum conditionis, quandoque per modum modi,quandoque per modum causæ, quandoque per modum demonstrationis. Siquidem proferuntur per modum conditionis, tunc aut nulla fuit expressa species,uel quantitas, & non inducunt probationem neque dispositionem,ut in l.Titia.in prin.ff. de leg. 2. secundum primam lect. quia nec etiam inducerent si fuissent emissa propter se,ut l.cum post §.gener.ff.de iur.dot.aut expressa fuit certa quantitas,uel certa species, & tunc quò ad id qđ principaliter est in conditione, non inducunt dispositionem,ut in l.ex facto.ff.de hær.inst.ar.l.si quis sub conditione.ff.si quis om.cau.test.quo autem ad id quod est antecedens,uel consequens ad ipsam conditionem distinguitur, aut est tale quod posit per testatorem induci, & tunc dispositionem inducunt, aliàs secus, ut in l. Proculus, in princ.ff.de usufru.& l. denique.§. interdum ff.de pec.lega. Fallit quando verba conditionalia sunt prolata per ablatiuos absolutos,ut l fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3.& l.in ratione.§.tam & fi.ff. ad leg. Falci. Secundo casu, quando proferuntur per modum modi,& tunc dispositionem,& probationem inducunt,ut l.fi.C.de his quæ sub modo. Tertio casu,quando proferuntur per modum causæ, tunc inducunt dispositionem quò ad effectum excipiendi, ut l.emptor.§.fi.ff.de rei uend.& in l.fi.§.1.ff.de dol. excep. & etiam quò ad effectum agendi, quando in causa inerat tale quid,super quo testator poterat disponere,ut l.qui uolebat ff.de hær.insti.& not.per glo.in l.socer.§.Lucius, ff. sol.matr.& per Inn.in c.fi.extra de succes.ab intesta.Quarto casu,quando proferuntur per modum demostrationis, tunc non inducunt dispositionem, ut l.cum tale.§. fi. ff.de condit.& dem.& l.ex his verbis, & ibi not.per Doc. C. de testa.mili.fallit fauore militiæ, & libertatis, ut ibi. Item
6 fallit si fuerit iuratũ,ut in auth.qđ obtinet.C.de pb.† Sed hic reuoco in dubium,quid iuris quando proferuntur propter se principaliter,an inducant probationem,uel dispositionem, super quo latius sic distingue, aut talia uerba fuerunt prolata in præiudicium tertij extranei, aut sui hæredis.primo casu non inducunt dispositionem,ut in l. uerba.C.de testa Secundo casu subdistingue,aut fuerunt prolata erroneè,& tunc nó inducunt dispositionem, ut l.2.C. de fal.cau.adie.lega.aut fuerunt prolata scienter, & tunc aut fuerunt prolata modificatè, & vltra modificationem non

non disponunt, ut l. Lucius §. filia. ff. ad Treb. Aut fuerunt prolata simpliciter, & tunc, aut uerba fuerunt directa ad honoratum, & tunc non inducunt dispositionem ut l. generaliter, in princ. ff. de usufr. leg. & not per glo. in l. peto. in prin. ff. de leg. 2. nisi in libertate, ut in l. Paulus. in fin. ff. de fideicom. lib. Aut referuntur ad grauatum, & tunc inducũt
7 dispositionem, ut d. l. ex hac scriptura, de donatio. † Nunc transeo ad tertium principalem articulum, qui est, quan-
c do verba [c] enunciatiua proferuntur in contractibus ubi sic distingue, aut proferuntur ad liberandum, aut ad obligandum. Primo casu inducunt dispositionem, ut l. tale pactum, in princip. ff. de pact. & ibi not. & hæc procedunt quando proferuntur propter se; vbi autem proferuntur incidenter propter aliud, tũc inducunt dispositionem, secundum Bart. in l. iubemus. C. de liber. cau. Secundo casu, quando proferuntur ad obligandum, aut emittuntur propter se, & inducunt dispositionem, ut in l. Publia. in fi. ff. deposi. Aut propter aliud, & tunc aut sunt emissa inter præsentes, & inducunt probationem, & præsumptionem, donec contrarium probetur, ut l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. & l. quidam. ff. de proba. facit quod not per gl. & Cyn. in l. 2. C. de donat. Aut emissa sunt inter absentes, & tunc nec probationem, nec dispositionem inducunt, ut in l. epistola, in prin. ff. de pac. & in l. non nudis. C. de prob. tamen si ille, ad quem uerba diriguntur, sit illius iuris possessor, faciunt & probant illum possessorem, ut d. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. Et hæc procedunt, quando verba enunciatiua proferuntur à partibus; si uerò proferantur à notario, tunc dic vt habetur in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. & in l. sciendum. ff. de uerbo. oblig.
8 & in l. 1. C. de fi. instr. & iur. has. fis. Descendo † ad quartum
d principalem articulum, qui est quando uerba [d] enunciatiua proferuntur in priuilegijs, uel rescriptis, in quo sic distingue. Aut super uerbis narratiuis, uel enunciatiuis non fundatur intentio principis, & tunc non probant, aut principis intentio, & concessio fundatur super illis, & tunc sub distingue, aut sunt in facto ipsius principis proprio, & tũc plenissimè probant, sic ꝙ non posset probari contrarium. Aut sunt in facto alieno, & tunc probant plenè, attamen probari potest contrarium, & hęc omnia probantur, & traduntur in tex. & glo. in c. si Papa. de priuil. lib. 6. & in clem.
9 2. de proba. † Nunc transeo ad quintum articulum, quando profertur in actibus iudicialibus, in quo sic distingue, aut proferũtur per iudicem & dic, ut supra dictum est, aut proferuntur à partibus, & tunc secundum Bar. dic, aut uerba huiusmodi enunciatiua proferunt ante litem contestatam, & tunc non inducunt dispositionẽ, nec probationem præcisam, quia proferens potest pœnitere; aut proferuntur post litem cõtestatam, & tunc probationem inducunt, donec probetur contrarium, ut hæc probantur in l. qui familiæ ff. famil. ercis. cum sim.

ADDITIO.

a Sed nunquid, vide per Lanfran. in reprt. cap. quoniàm contra falsam, de proba. super uerbo instrumentorum productio. per totum.

b Enunciatiua. De uerbis enunciatiuis. vide Bar. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. Bal. in l. his uerbis. C. de testa. mili. Bar. in l. ex hac scriptura. C. de dona. Doct. in c. fi. de success. ab intest.

c Quando uerba enunciatiua proferuntur in contractibus. Adde Doct. in l. optimam. C. de contrah. commit. sti. Bart in l. si forte. de cast. pec.

d Quando uerba enunciatiua proferuntur in priuilegijs. Vide Bar. in l. si ita ff. de aur. & argen. lega. Pet. de Ancha. & Abb. & Mod. in c. quia circa, de priuil.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex in dubio, an videatur motus virtute iurium, & instrumentorum productorum.*

1 IVRIBVS Et instrumentis. † Hic quæro de not. q. nunquid iudex videatur in dubio motus virtute istorum iurium; ad hanc sententiam proferendam, quod est vtile scire, si fortasse postea appa uerit ipsa instrumenta esse falsa, uel nulla, super quo dic secundum Cyn. & alios ꝙ sic, ut per eum no. in l. pe. C. si ex fal. instr. & hanc opi. sequitur Vber. de Bobio in summa sua, in tit. de exce. cuius ratio est; quia animus iudicis in dubio refertur ad producta, quia secundùm ea iudicare debet, ut l. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. & præsumitur quòd sententia sit lata ex causa in processu deducta, ut not. gl. in l. hæc enim. in princ. ff. de suspec. tu. & etiam ex causa quæ in actis includitur, ut not. Barto. in l. si quis ad exhiben. ff. de excep. rei iudi. & ibi per glo. in l. Iulianus uerum debitorem. ff. de cond. ind.

CHRISTI Nomine inuocato. Meritò præmittur inuocatio diuini Nominis, quia omnia bene geruntur, si cuiusque rei principium decens sit, & amabile Deo, vt in authen. quomodo oportet episc. in princip. colla. 1. facit l. in nomine Domini. C. de offic. præfe. præ. Aphri. cum sim.

BEATISSIMI IABOBI Apostoli. Iste gloriosus Apostolus fuit & est aduocatus meus in cœlis & in terra, quem tanquam factus peregrinus in protectorem assumpsi, & ab eo multiformes gratias recepi & obtinui, idem etiam & uos faciatis, quia scribitur in Euangelio {Facite uobis amicos de mammona inquitatis, qui uos recipiant in æterna tabernacula} licèt autem peregrinauerim per loca diuersa, animus tamen nullo loco requieuit. Sed mihi Seneca ille respondet {Miraris cur peregrinatione tam longa tantisque locorum varietatibus non dimisisti tristitiam, grauitatemque mentis? animum debes mutare, non cœlum, sequitur te quocunque fueris vitium, præsumit te eadem causa quæ expulit, cœlum non animum mutant qui trans mare currunt &c.}

S V M M A R I V M.

1 *Sententia diffinitiua in scriptis est redigenda.*

1 IN His scriptis. † Quia scriptura est de substantia in sententia diffinitiua, ut l. 2. C. de senten. ex bre. reci. cum sim.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, tam in reali, quàm personali actione an transferat dominium.*
2 *Actio in factum, an ex sententia in reali actione oriatur.*
3 *Sententia an inducat aliquam obligationem, uel tollat.*
4 *Iudex non plene informatus in quæstione iuris, vel facti, & instat terminus instantiæ, quid debeat facere.*
5 *Lapsa instantia litis, an iudex possit obseruare ab obseruatione iudicij, & partem in expensis condemnare.*

1 PRIMO Quidem pronunciamus, & declaramus. † Hic not. quòd sententia, quæ profertur super hac actione reali, dicitur sententia declaratoria, & idem ferè in cæteris realibus, ut probatur in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei uend. & l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. vend. Hic autem quæritur, an per sententiã latam in actione reali transferatur dominium? dic vt plenè dixi supra in 1. lib. in glo. super ver. iure dominij, & tangitur

tex

per Barto.in l.Pomponis.§.si iussu.ff.de acq.poss. conclusiue glo. videtur tenere quòd non,ut in l.inter officium. ff. de rei uend.& in l.exceptio ff de exceptio.rei iudic.& in l. 3.§.fi.de pub.sed Bart.tenet quòd transferat,& hoc pp auctoritatem rei iudicatæ,arg.in l.3.§.item quæri potest. ff. de reb.eorum,& in d.l.3.in fin.ff.de publi. In personali.uerò actione lata sententia transfertur dominium,secundum omnes,vt l.2.in fi.ff.si ex noxa. cau.aga.& l.generaliter, & l.qui ex pluribus.ff.de noxa.& in l.si res.ff. communi diuidun.uidelicet traditione,uel rei apprehensione secuta, ut
2 not. in l. 2. in fi.ff.de acquir. possess. † Deinde quæritur, an ex hac sententia lata in actione reali nascatur a noua actio in factum, sicut nascitur quando lata est in actione personali, ut in l.actori. C.de iureiur.super qua quōne reperiuntur gl.cōtrariæ,na gl.in l.1.C.de iudi.tenet q nō;quia iudex non agit aliquid noui inducere,sed solùm quod est declarare,ergo vltra eius intentionem non operabitur, arg. in l.non omnis.ff.si cert.pet.& l.si ex testamento, in fi. & l. si cum argentum,in prin.ff.de exce.rei iudi. Alia glo. posita in l.nam & postea.§.si minori.ff.de iureiur. tenet contrarium,quam sequitur Bar.in l.miles, in §. iudicati.ff. de re
3 iud.& l.2.in fi.ff.de præto.stipu. † Vltra quæritur, an per sententiam inducatur aliqua obligatio,uel tollatur, & quæ & qualis;super quo uide quod plenè habetur, & nota.in l. Iul.uerum debitorem.ff.de cond.inde.& ibi per Bar.& Iac.
4 But.& per Cyn.in l.cum quis.C. de iur.& fac. igo. † Postea quæritur de uno,ad quod sæpe refugium habent timidi,& miseri iudices. Ecce quòd iudex causæ non est plenè informatus de quæstione in iure,vel facto, quid iudicare debeat,& instat terminus instantiæ ipsius causæ,qualiter debebit se regere in modo pronunciandi,ut fugiat pœnam proditam contra iudices negligentes? super quo breuiter dic, quod iudex debet ad se uocare notarium causæ, & in manibus eius iurare, & scribi facere ipsum iuramentum quòd sibi non liquet de iustitia ipsius causæ, nec de iure partium,& hoc facto sententiam ferre,per quam absoluat reum ab obseruatione iudicij causa expressa, uidelicet quod sibi non liquet de causa,reseruando iura sua integra vtrique parti in alio iudicio. & hæc probantur in l. si de meis, in fine. ff. de arbi. & in l.si vnic. ff.de re iudic. & l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudi. & determinatur per Innocen in capitulo primo, circa fi. extra de consi.util.vel inut.& in c.cum contingat.extra de of.dele.
5 † Sed quid si instantia litis sit finita, an iudex poterit absoluere ab obseruatione iudicij, & partē in expensis condenare? Quidam dicunt quòd non, quia desijt esse iudex per lapsum temporis,ut in c.de causis,extra de o. fi.dele.& in l.2.§.sed & si iudex. ff.de iud Cyn.vero,& alij tenent cōtrarium,ut per eum not.in d.c.illo proculdubio,& in §.fi. in ea.l.C.de iud.

ADDITIONES.

a Nascatur noua actio. De hoc adde & uide per Ang. Are.in § item si in iudicio,Instit.de exce.col.fi. vbi lata sententia prima,actio quæ competebat remaneret illæsa, attamen nunquam intentatur, sed actio proueniens ex sententia,& vide Alex.de Imo.in l.eum qui,col.4.ff.de iureiu. ubi per sententiam non nouatur, nec perimitur prima actio,& ui le eundem in l.singularia.ff.si cer. pet.ubi si pro actore iudicatum est,vltra primam actionem ex sententia, per quam non nouatur actio prima,datur & vide eundem in l.si causa cognita.C.de transactio. Curtius.

* Noua actio,& dic, vt per Ias.in l.si domus.§. de euictione. num.19.ff. de leg. 1. vbi quòd per sententiam accumulatur noua actio, non autem extinguitur prima, eo quia sententia vim habet nouationis accumulatiuè non autem extinctiuè,ut latius per eum ibi. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Verbum pertinere largam habet significationem.*

a 1 PErtinere. a † Istud uerbum largam habet significationem, ut in l.uerbum pertinere.ff.de verbo. signifi. restringitur tamen eius significatum ad causam prosecutā, seu in libello propositam,ar.eius quod habetur in d.l. hoc enim,in prin.ff.de suspect.tut.& in l.2.C.de iud.

ADDITIO.

a No.de isto ver pertinere. Vide Do.de Rot.decis.416.incip.si committat. Abb.in c.1.in 4.col. extra de seq. poss. & fruc.Abb.in c.cum contingat,in prin.de deci.

a PLeno iure. a De significatione huius uerbi,plenè,dixi supra in primo libello, in glo. super verbo eodem iure dominij,de quo habetur in tex.in l. Titia. ff. de annu. leg.& in c.querelam,extra de elect.cum sim.

ADDITIO.

a Pleno iure. Adde Bar.& Bal.in l.raptores.C. de episc. & cler. Bal.in l.fœminæ.C.de secun.nupt.Abb. in c. querelā, de elect.Inno.in c.cum ad sedem,de rest.spol.Ant.de But. in c.conquestus,de for.compet.& de virtute talis clausulæ, & priuilegio quid importet, vide per Abb. in c. conquestus, colum.2.alleg.& in c.quoniam, & in c. pastoralis,de priuileg. Curtius.

SVMMARIVM.

1 *Reus qualiter condemnetur in actione reali.*
2 *Reus absolutus expressa causa,quia res est sua & qui lapsu temporis cadat a possessione rei,quæsit deuenit ad actorem, an possit agere contra actorem.*
3 *Reus absolutus, quia non possidet, si postea possideat, an conueniri possit.*
4 *Iudex in sua sententia, an teneatur exprimere qualiter condemnat, vel absoluit.*
5 *Iudex in quibus casibus teneatur exprimere causam sententiæ suæ.*

1 ELAXANDVM & restituendū.† Sciendum est,quòd in hac actione condemnatur reus non dare,sed restituere, ut in l. qui restituere.ff.de rei vend. quia dare est accipientis facere, ut l. vbi autem non apparet. §.qui id quod.ff.de uerb.obli.vnde cùm iam sit dominus, non potest amplius fieri dominus,ut l.3.§.ex pluribus. ff. de acqu. possess. & l.si ut certo. §. si duobus uehiculum ff. commo.
2 † Sed quid dices de q.sæpius occurrente, pone q reus fuit absolutus cā expressa q res est sua,deinde lapsu tpis cadit à possessione ipsius rei,q ad manus reducit ipsius actoris, q rit an reus agere poterit ꝯ ipsum actorē factū possessorem rei uendicatione,uel publiciana, uel actione in factum ex dicta sententia,& ab eo rem auocare?Breuiter dic secundū aliquos,aut fuit lata sententia absolutoria causa expressa, quòd reus dominus est,uel se dominū probauit, ut in quæstio.proposita,& tunc sibi competit actio ex sententia, & exceptio pro dominio,uel quasi ipsius rei obtinendo, iuxta not.in l.sed & si possessori,in prin.ff.de iureiur.& l. si inter me,& l.si quis rem,& ibi not. ff. de excep. rei iud. Per quod patet,quòd talia uerba enunciatiua per modum causæ finalis expressa in sententia inducunt dispositionem, quod est not.pro quo videtur tex.in d.l.si quis rem,& hanc opi.sequitur Bal.in d.l.sed si possessori.& Bar.in l. circa.ff. de proba.& l.ex hac scriptura.ff. de donat. Inno. autem & Io.Andr.uidentur tenere contrarium in c.2.extra de causa posses.& proprie. aut fuit lata sententia absolutoria, quia actor

actor de suo dominio nō probauit, uel quia ad alium rem ipsam pertinuisse apparuit, & tunc ipsi reo non competit actio si cadat à possessione, quia iudex hoc non gessit in mēte ei ius tribuere, arg. d. l. sed & possessori, in fi. cum l. seq. Aut fuit lata sententia absolutoria nulla causa expressa, tūc nulla reo competit actio, quia vr absolutus in dubio, ex eo quia actor non probauit, non autem quia dominus sit; ut habetur in l. si quis ad exhibendum. ff. de exce. rei iud. & ibi no. per Bar. & in l. Iulianus. ff. de cond. inde. & l. duobus. §. si à fideiussore. ff. de iureiur. uel saltem præsumitur absolutus ex cā in processu expressa, arg. in l. 4. in fin. de re iud. & l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quanti. Sed circa præmissa occurit tale dubium. Reus est absolutus, quia agens non ꝓbauit, postea vult actor de nouo litem instituere, & probare per instrumenta de nouo reperta de iure suo. Quæritur an possit, uel obstare habeat exceptio rei iudicatæ? & uidetur ꝙ possit agere rei iudicatæ exceptione non obstante per ea quæ habentur in l. Iuli. ff. de condi. indeb. secundum primam & secundam & quintam lect. ibi positam. In contrarium est ueritas per l. sub specie, cū ibi not. C. de re iud. & l. Imperatores. ff. de re iud. & ita determinat Bart. in d. l. si quis ad exhibendum. ff. de re iud. Nec ob. quæ habentur in d. l. Iulianus, quia ibi loquitur quando in nouo iudicio erat diuersus modus agendi à primo, & noua instantia tendebat ad alium finem ad quem non tendebat prima, ideo non obstat ibi exceptio rei iudicatæ: sed hic erat idem mo-
3 dus agendi, & ad eundē finem tendebat; ergo &c. † Quid autem si reus absolutus, qui nō possidebat, postea cœperit possidere, an potest conueniri de nouo? Dic ꝙ sic non obstante rei iudicatæ exceptione, ut in l. procurator ad exhi. in prin. ff. de rem ra. hab. & ibi no. in l. si rem, & in l. si quis,
4 de excep. rei iud. cum sim. † Vlterius quæritur an iudex in
a sua sentētia teneatur causam exprimere [a] quare absoluat, vel condemnat, de quo tangitur per gl. & Io. And. in c. sicut nobis, extra de re iud. Dic ꝙ regulariter iudex non tenet de necessitate causam exprimere, imò periculum est, & fatuum illam exprimere, si potest cū silentio pertransire, quia redargui posset sententia de nullitate, si causa reperiretur
5 falsa uel erronea, ut superius tactum est. † Fallit regula in sex casibus, in quibus de necessitate, uel ex legis urbanitate causa est exprimenda. Primus est, quando iudex in causa appellationis fert sententiam reuocatoriam primæ, extra de re iud. c. cum Bertoldus. Secundus, quando reus absoluitur ab instancia iudicij, nā debet exprimere, per quam partem steterit ꝙ lis finē non habuerit. ut l. properandum, in §. illo proculdubio. C. de iudi. & ibi per Cy. de hoc. Tertius, quando reus absoluitur propter ineptam petitionem, ut extra de iud. in c. examinata. Quartus, quando reus condemnatur super principali, & absoluitur ab expensis, quia causa absolutionis exprimēda est, ut in auth. de iud. §. oportet, coll. 6. in l. sciendum. ff. de app. reci. Quintus est, quando reus absoluitur, quia non possidet, ut extra de excep. in c. penul. Sextus est in sententia excommunicationis, ut in c. 1. de sen. excomm. lib. 6. & not. Spec. in tit. de sen. pro la. §. qualiter in uer. uerum si rationes. Et adde septimum casum, uidelicet quando tutor, uel curator, remouetur ut suspectus, vt l. hæ enim causæ, in prin. ff. de suspe. tut.

ADDITIONES.

✱ Exprimere, Adde, ꝙ sententia diffinitiua ciuilis, causæ expressionem non exigit, secus in crim. teste Iodoc. pract. crim. c. 55. nu. 10. de quo uide quæ scribunt Bar. & Bal. in l. in summa. ff. de re iud. Lanfr. tract. interloq. & appell. nu. 77. & seq. bene verum est, ꝙ in sententia absolutoria causa inseritur, secundum Bar. in l. 2. §. Senatus censuit ff. de iur. fisci. Quibus autem sententijs causa exprimi debeat uide eundem in l. porperandum. §. illo procul. num. 3. C. de iudi. Prac. Bal. tit. de sent. q. 1. licet Corn. consi. 79. col. 1. lib. 3. dixerit, iudex prudens in sententia non exprimit, Anchar. consi. 208, colum. 2. num. 8. Quid in crim. & uide text. in l. 2. §. ignorantiæ. ff. de ijs qui nor. infam. Curt. in l. 1. colum. 6. in fi. ff si cert. pet. Quæ omnia plenius tractat Paris. cons. 102. lib. 1. Lanfr. concl. 300. Ias. in l. 1. num. 47. ff. de eden. Viui. inter com. opi. lib. 9. uersi. iudex non tenetur, & an iudex mutando pœnam legis, causam in sententia exprimere debeat, Dic ut per Mising. cent. 2. obser. 30. quid si iudex in sententia exprimat duplicem causam, quarum una facit ad rem, alia non, & Dic, quòd nihilominus ualet sententia, licet iudex uideatur magis moueri ex causa quæ non facit ad rem, secundum Ias. qui hæc latius declarat, in rep. l. admonendi, nu. 49. & seq. ff. de iureiur. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 55. ff. de uerb. oblig. ubi dixi, & in d. l. properandum. §. illo procul. nu. 2. C. de iudi. Masuer.
a Exprimere, vide Abb. consi. 7. Ant. de But. in c. examinata extra de iudic.

FLorenorum centum pro fructibus. Qualiter fructus sint in petitione postulandi, & consequendi in condemnatione, plene dixi supra in 1. lib. in gl. super uer. simul cum fructibus.

S V M M A R I V M.

1 *Absolutio ab expensis quando fiat, reo condemnato, & quando non.*
2 *Ex clausula adiecta in sententia saluo omni iure competente ipsi parti &c. an in alio iudicio ius competat, & maxime ex tali sententia.*
3 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*



1 ABSOLVIMVS AB Expensis † Notandum est quòd hæc absolutio non est fienda regulariter quando reus succubuit in principali, immo debet condemnari in expensis, ut traditur in l. properandum. §. si autem reus. C. de iudic. fallit quando subest causa iusta litigandi, ut not. in l. qui solidū. §. etiam ff. de leg. secundò, & plenè scripsi supra in primo libro in
2 gloss. super versic. expen. † Postremò quæritur. Ecce quòd iudex in sententia absolutoria adiecit illam clausulam { Saluo omni iure competente dicto Simon. in alio iudicio super dicta petia terræ } nunquid poterit ipse Simo. allegare in alio iudicio ius sibi competere in ipsa terra uirtute huius sententiæ? uidetur quòd sic, quia illa uerba { Omni iure competente } sunt temporis præsentis, ergo disponunt de præsenti, ut l. si a colono. ff. de uerborum obligationibus. In contrarium est ueritas, quia hoc uerbum { Competente } resoluitur in uim conditionis, ut sit sensus, scilicet si quod ius competit, arg. eius quod not. gloss. in clem. prima, in princip. in gloss. super uersi. si dignitatibus, in fin. de præben. Est ratio,
3 quia † ablatiui absoluti faciunt conditionem, ut l. euict. ff. de usu. & l. à testatore. ff. de condit. & demonst. sicque necesse habebit ipse Simo. aliunde de iure suo probare, quia sententia solùm reseruat ius sibi quod apparet ei competere aliunde & ex alia causa; non autem declarare, uel disponere intendit, quod ius aliquod sibi competeret, quia sic implicaret contraria, nam absolutio fit, quia non constat iudici de iure aliquo ipsi Simon. competente; reseruatio autem sequitur vt ius, quod coram eo non est probatum, si quod cōpetit, in alio iudicio probare possit, non autem fit reseruatio, ut prædictum est, ut per eam ius aliquod competere confirmetur, uel disponatur, & hæc sufficiant. Sequitur forma appellationis à sententia diffinitiua.

Forma

Forma appellationis à sententia diffinitiua.


ORAM vobis D. Vicario comparet, & se præsentat præfatus Simo. procuratorio nomine dicti Io. causa, & occasione cuiusdam assertæ sententiæ, ut dicitur, per uos latæ contra ipsum Simon. dicto nomine, & dictum Io. in fauorem suprascripti An. in causa & lite inter ipsas partes coram uobis tunc uerten. ac causa & occasione omnium, & singulorum in ipsa tali qua li sententia contentorum, in qua quidem asserta sententia, inter cætera effectualiter, ut dicitur, condemnastis dictum Io. & eundem Simo. eius nomine ad restituendum, & di- mittendum ipsi An. petiam terræ, de qua in libello dicti An. fit mentio. & ulterius in flor. 100. pro fructibus &c. prout hæc, & alia in ipsa asserta sententia latius reperiun- tur expressa, ad quam relatio habeatur. dicens, & propo- nens prænominatus Sim. dicto nomine ipsam prætensam sententiam, & omnia, & singula in ea contenta in illis pas- sibus, punctis, & articulis tantum, in quibus lata sit seu esse reperiatur contra ipsum Sim. & dictum Io & iura sua, fuis- se & esse nulla, nulliusque valoris, & momenti; & inquan- tum sit aliqua, quod non credit, dicit eam fuisse, & esse ini- quam, & iniustam, ac inique & iniuste latam, & pronuncia tam; & ab ipsa asserta sententia tanquam nulla, & nullius ualoris, & tanquam iniqua, similiter & iniusta, & iniquè, ac iniustè lata, & pronunciata, & in his scripris prouocat, & appellat ad D. potestatem Papiæ, & ad quencunq; iudicem competentem, ad quem de iure melius appellare potest, & ad quem præsens nullitas, & appellatio melius deuoluitur, seu deuolui potest, petens & cum instantia iterum petens, semel, bis, & ter, instanter, & instantissimè Apostolos sibi tradi, & literas dimissorias, cum quibus se præsentare pos sit coram iudice competenti præsentis nullitatis, & appel- lationis, protestans quòd per ipsum Simo. dicto nomine nó stat, nec stabit quominus ipsos apostolos recipiat, quan docunque uobis placuerit, & super inde præfatus. Simo. rogauit notarium, &c.

SVMMARIVM.

1

ORAM Vobis. † Aduertendum quòd libellus appellationis debet quatuor continere. Primò personam eius qui appellat. Secundò personam eius, à cuius sententia appellatur. Tertiò, à qua sententia appella- tur. Quartò, contra quam personam apellatio interponi
2 tur, ut l. 1. in fin. ff. de appellat. & ibi de hoc per Bar. † Quæ
ritur qua ratione sit reperta appellatio? dic quòd duplici
de causa. Prima, ut defectus probationis interueniens in
principali lite possit suppleri, & restaurari in appellatio-
ne. Secunda est, ne iudicantis iniquitas, uel imperitia re-
maneat in partis præiudicium occultata, ut hæc habentur
in l. 1. in prin. ff. de ap. & in l. omnes. C. eo. & l. p hanc. C. de
3 temp. app. Si tamen à sententia quantumque iniqua non
appelletur, fit ius ex ea, & de iniusto fit iustum, ut l. fi. ff. de
iustit. & iur. & l. 1. §. in hoc interdicto. ff. de lib. exhib. cum
fi. superius alleg. in proximo præcedenti titulo, & est præ-
cisè mittenda executioni, ut dicit Innoc. in c. quoniam con
3 tra falsam. extra de prob. in glo. fi. † Quæritur quot modis
confirmetur sententia? Respondeo, multis modis. Primò
per expressam partis approbationem, ut l. si expressim. ff. de
app. & l. ab eo. in fin. C. quomodo & quando iud. Item si
non appelletur à sententia, uel appelletur post terminum
10. dierum à iure limitatum, ut d. l. ab eo. & in d. l. eos. §. 1.
& l. 1. §. biduum. ff. quãdo ap. sit. & in auth. hodie. C. de app.
cũ fi. Item si condemnatus petat terminum ad soluendum,
4 ut l. ad solutionem. C. de re iudi. † Inde quæritur, qualiter,
& quot modis sententia impugnetur? dic vt supra dixi in
tit. præcedenti, quatuor modis, videlicet per appellatio-
nem, per in integrum restitutionem, per supplicationem,
5 & per nullitatem. † Quæritur quis possit appellare? Dic
a quòd condemnatus, & quilibet [a] grauatus, ut l. & in ma-
ioribus. & in l. eos. C. de app. & in d. l. 1. ff. eo. ac etiam qui-
libet, cuius interest sententiam non esse sic latam. ut l. sen-
tentia. & l. ab executione. §. alio condemnato. ff. de appel.
& ibi not. & in c. cum super, extra de re iud. & quæ sit for-
ma appellandi, quando tertia persona appellat pro suo in-
6 teresse, no. Inno. in d. c. cum super. † Item quæritur, an om
ni tempore liceat appellare, tam feriato, quàm non feria-
b to? * [b] dic quod sic, ut in l. 1. & ibi no. C. de de fer. † Sed an
* appellatio extinguat pronunciatum, uel suspendat? tex. vi-
7 dentur contrarij; nam in l. 1. in fi. & ibi no. ff. ad Turpil. di-
c cit tex. quòd extinguitur, alibi dicit quòd suspenditur, [c] &
hæc uerior, ut habetur in l. præcipimus. versic. hunc &
uersic. seq. C. de app. & in l. ab exec. in princip. C. quo. ap.
non re. & in l. fin. C. de fid. instr. & optimè l. fi. C. si re. vel ac.
8 mor. fue. † Sed pone, quòd is qui appellauit, renunciauit ipsi
d appellationi; quod facere [d] potest, ut l. si quis libellos. C.
de app. an ipse, qui obtinuerit, poterit pro se qui illam ap-
pellationem? distingue breuiter, aut reus qui succubit, ap-
pellauit simpliciter non distinctis, neque determinatis ca-
pitulis in genere, uel in specie, à quibus appellauit. & tunc
licebit actori prosequi ad suum commodum talem appel-
lationem, ut in l. ampliorem & ibi per Iac. But. de tem. app.
aut distinxit capitula, à quibus appellauit, saltem in gene-
re, ut patet in hac forma, & tunc in ipsis tantum capitu-
lis, à quibus appellauit, uel ad quæ appellatio se refert, po
terit appellationem prosequi, non ob. ipsa renunciatione,
ut no. per Bar. in d. l. ampliorem. & per hoc patet quòd di-
fert causa principalis ab appellatione. Nam in principali
oblato libello, potest actor liti renunciare reo inuitó, ut l.
postquam liti. C. de pac. & no. per Doct in auth. qui semel.
C. quomodo & quando iud. sed interposita appellatione
non licet parte inuita appellationi renunciare, ut dictum
est; quæ autem sit ratio, cogita. Ad vnum tamen aduerte,
quòd qui obtinuit sententiam, potest petere coram supe-
riore ipsam sententiam confirmari, etiam si ab ea non fue-
rit prouocatum. ut in c. 1. & 2. extra de confir. uti. uel inuti.
quam petitionem confirmationis puto fiendam intra tem-
9 pora ad appellandum præfixa. ut ibi not. † Quæritur ultra,
e in quibus litibus, uel causis liceat appellare? [e] Respondeo,
quòd in omnibus generaliter, tam ciuilibus, quàm crimi-
nalibus. De ciuilibus patet in l. 1. & l. in maioribus & qua-
si per totum C. de appe. & ff. de app. & in c. de appellatio-
nibus. & quasi per totum, extra de appel. Fallit hæc regu-
la, quæ de ciuilibus traditur in subiectis casibus. Primò
quando pars renunciauit beneficio appellandi, ut l. fi. in fi.
C. de temp. ap. & l. si quis. ff. à qui ap. no. licet. Item si prin-
ceps causam commiserit appellatione remota, ut d. l. 1. in
fin. Item si fuit appellatum a sententia interlocutoria, ut l.
pe. C. quo. app. non reci. & plenè dixi, ubi uide supra in tit.
* 2. Item fallit in uero contumace * qui non appellat, ut l. 1.
C. quorum appel. non reci. & l. 1. §. item cum ex edicto. ff.
quæ senten. sine appella. rescin. & ibi no. & clarius in l. con
tumacia. ff. de re iudica. Item in causa momentaneæ pos-
sessionis,

sessionis, in qua nemo appellat, vt dixi supra in tit. 2. probatur in l. 1. C. si de mo. pos. licet posset in integrum restitutio peti, maxime si fuerit sententia lata ex falsis testibus, uel instrumentis, ut dicit Iac. Butr. in l. falsam. C. si ex fal. instr. Idem si lata esset contra minorem, uel absentem ex causa iusta. C. si aduer. rem iudi. l. 1. cum l. sequen. Item in
* executione à qua non appellatur, nisi modus excedatur in exequendo, ut l. ab executione. C. quo. appe. non reci. de quo plenius no. infra sub titu. de execu. sentent. Item fallit
f in sententia lata † super reductione ad arbitrium boni uiri, à qua non potest appellari, ut dicit Innoc. in c. præsenti. extra de rescrip. quam opin. Barto. secutus est in l. 1. ff. de lega. secundò, & ibi idem tenuit Bald. & per eundem Bartol. in l. nemo potest ff. de leg. 2. licet postea mutato proposito idem Bal. in l. 1. C. ne lic. tertiò. prou. tenuerit quòd possit appellari, nec tamen aliquid boni allegat, pro eo tamen facit regula l. & in maioribus C. de appellat. & qđ not. per gloss. in cap. super his. extra de accu. in glo. quæ incipit hoc generale. de quo vide plenè quod scripsi supra sub tit. de forma libelli, quo agitur ad pœnam secundùm formam compromissi. Item fallit in debitore fisci condemnato, ut in l. abstinendum, & l. fina. C. quo. appel. non reci. Item fallit cum agitur de testamento aperiendo, uel ut hæres in possessionem mittatur, ut l. quisquis. C. quor. appel. non reci. & l. fin. ff de appell. reci. De criminalibus
* * patet in l. litigatoribus. C. de appel. & l. non tantum. ff. de appel. & l. addictos. C. de epis. aud. Fallit hæc regula in infrascriptis casibus videlicet. In homicida, ueneſico, adultero, incantatore, seu mago, & in publico uiolatore, ut traditur in l. 2. C. quor. app. non reci. Item fallit in officiali delinquente in officio ab eius superiore condemnato, ut in l.
10 nulli. C. quor. apel. non reci. † Inde quæritur, ad quē debeat appellari? vbi distingue, aut appellaẽ à sñia lata ꝑ delegatũ aut appellaẽ ab ea q̃ lata est ꝑ ordinariũ. Primo casu ita distingue, ut erat subdelegatus ad totã cãm ab alio delegato in casu cõcesso, & tunc appellaẽ ad ordinariũ, non aũt ad ipsum delegatũ, ut habetur. & not. Bartol. in l. 1. ff. quis & à quo app. Aut erat simplex delegatus, & tunc aut erat delegatus ad totam causam, & tunc appellatur ad ipsum ordinarium delegantem, ut dictum est. Idem si erat delegatus ad certam partem, & tulit per se sententiam: si autem alij subdelegauit, tunc aut subdelegauit causam in totum, & appellabitur ad ordinarium, ut dictum est; aut reseruauit in se sententiam, & medium, uel principium subdelegauit, & tunc appellatur ad delegantem, & hæc probantur in ca. super quæstionum in §. porrò. extra de offic. deleg. & in d. 1. Sicque patet ex prædictis, quod si subdelegatus ferat sententiam diffinitiuam super tota causa, quòd appellandum est ad ordinarium: si uerò fert sententiam interlocutoriam super parte aliqua ipsius causæ, tunc appellandum est ad delegatum, patet etiam quòd quantum ad appellationem interponendam à diffinitiua sententia, non differt delegatus à subdelegato, quia utroque casu ad ordinarium appellatur; uerum consulte agendo, dic in appellatione semper te appellare ad iudicem competentem, ut habetur & not.
11 in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uerbo. oblig. † Quintò quæritur coram quo interponi debeat appellatio? dic; coram illo qui sententiam tulit, ut d. l. 1. ff. quis, & à quo ap. & si plures pronunciauerunt, debebit coram singulis communiter, uel separatim appellatio interponi, ut in clem. 1. de appella. Et si fortè iudicum non haberetur copia, quia uel fugerunt, & latitant, ut plerunque faciunt meticulosi iudices, aut alterius eorum non potest copia haberi, tunc sufficit adire iudicem superiorem, ad quem deuoluitur de iure appellatio, & infra tempus limitatum ad appellandum libellum appellationis porrigere. 2. q. 6. cap. biduum. §. si si quis ipsius. ad quod facit quod habetur in l. 1. & 2. C. de his qui per me. iudi. non app. Sunt tamen aliqui, qui practicant hoc modo, uadunt enim ad domum solitæ habitationis ipsius iudicis si erat delegatus, uel ad solitum tribunal, si erat ordinarius, & ibi protestantur de absentia iudicis, & per notarium faciunt scribi eorum appellationem, & deinde uadunt cum ipsa appellatione ad iudicem superiorem, & prosequuntur causam coram eo, tamen talis practica non iuuaẽ iure, nisi quo ad ostendendũ de diligentia ipsius partis, & absentia iudicis, argu. l. si quis appellandum. C. de appel. & l. ut perfectius. C. de ann. excep. & in d. §. si quis. in dicta l. prima, C. quan. appel. fit. unde consilium est, quòd reiteretur appellatio coram ipso iudice superiore, ad quod etiam facit quod not. Ba. r. in l. non solum. §. morte. ff. de no. de ope. nun. versi. circa tertium. Et si fortasse nec superioris iudicis posset haberi copia, tunc debet appellans coram honestis personis de sua appellatione protestari, & sic excusabitur, ut habetur in c. fi. extra de
12 app. & not. per glo. in cle. 1. de appe. cum sim. i bi no. † Amplius etiam est notandum, quòd etiam uiua uoce, si pars præsens sit sententiæ ab ea posset appellare, dummodo incontinenti appellet, ut l. secunda, ff. de appell. ubi autem ex interuallo interponitur, tunc requiritur appellatio in scriptis, & quod infra 10. dies interponatur iure nouo, ut in auth. hodie. C. de appella. licèt olim deberet interponi infra biduum uel triduum, ut l. 1. §. biduum. ff. quando app. Istud autem tempus appellandi non currit, nisi à tempore scientiæ, non autem à tempore sententiæ, ut probatur in d. l. 1. §. fin. ff. quando appel. fit. & in d. §. biduum. & l. ab eo. C. quom. & quando iudex. & pro tanto quando condemnatus non fuit præsens sententiæ, solent prudentes sibi notificare sententiam debito modo videlicet in forma publica, ut in clem. causam. de ele. & nota. per Bart. in d. §. mor
13 te. ut per hoc currat tempus appellandi. † Quid autem si pars appellauit oretenus & in scriptis, an poterit super utraque procedere? vide quod infra dicam, in gl. super uerbo, in his scriptis.

ADDITIONES.

* In uero contumate, Adde, quid in confesso, an uerum sit quòd appellare non possit, an uerò requiratur quòd sit etiam conuictus & Dic quòd in hoc nulla est differentia inter ius ciuile & cano. sed utrunque copulatiuè requiritur, ut appellatio non admittatur, de quo plura scribit Abb. in cap. cum speciali §. porrò. ubi Franc. & in cap. Romana. §. si autem, de appel. in 6. Capel. Tolos. q. 177. Rob. de ord. iud. cap. 54. numero 192. Doc. in l. obseruare curabis. C. quor. app. Duen. Reg. 156. quòd conuictus & sponte confessus non auditur appellans, quam concl. limita, ut per eum ibi, quòd non procedit nisi in criminibus in d. l. obseruare enunciatis, sed communis est in contrarium, ut idem testatur ibi, post Imol. in l. creditor. §. iussus, num. 8. ff. de appel. Butr. tract. Notor. artic. 4. numero 46. quòd autem delictum sponte confessus non appellet: not. Bald. in l. non solum §. necessitate. §, colum. 4. C. de bon. quæ lib. text. in cap. Romana §. si autem, de appell. in 6. Grama. decis. 72. numero 5. idem in confesso uel conuicto quòd appellare non possit. not. Rom. sing. 625. ex dicta l. obseruare, licet canonistæ, inter quos est Bero. in ca. at si clerici in princip. numero 29. de iud. uelint contrarium, diceñ. quòd confessus sòlum appellare non potest licèt non conuictus, quod limitatur: si est confessus & conuictus ante sententiam: secus si post sententiam confessus fuerit, per glo. in l. non tantum. ubi Bar. Alexan. & alij ff. de appell. & dicta l. obseruare, Franc. d. cap. Cum speciali. §. porrò, columna 3. uersi. ex prædictis, vbi Dec. numero 5. de appell. & in ciuil. noc. Lanfran. concl. 451. Bos. tit. de appell. numero 27. Fely. in cap. quærenti, num. 2. quinta fall. & num. 4. de off. deleg. Foler. prac. crim. prima par. 3. par. princip. num. 66. & 4. par. prin. numero 6. moder. in crim. reg. 118. Blanc. prac. crim. cap. 13. numero. 111. & seq. qui omnes allegabantur in excell. Ducali subalpinorum senatu in causa fisci Casellarum pro defensione iusdicen. ipsius oppidi tem-

tempore sui syndicatus contra quem porrecta fuerat querela quod non obstante appellatione cuiusdem intitulati de furto & confessi processerat ad executionem sententiæ intra decendium,& sic intra tempus appell pro cuius defensione dicebant aduocati: quod pœna eo in casu non erat mutilatio.ūs membri: aut tam grauis,ut sententiæ executio retardari deberet, stante confessione geminata & ratificata in actis,nullaque existente saltem colorata defensionis causa in contrarium, præterea adiuuabant ipsum intitulatum tex.in l.cum reis C.de pœnis, & not. per Bos.d. tit.de appell.numero 27. Dec. d. cap.cum non speciali §. porro.numero 5.de appell.Quorum opi. procedunt etiam in solo confesso, intelligendo ut per eos ibi, secundum quem arbitror postea fuisse pronunciatum, eo addito, quod quando reus est sponte confessus,& conuictus, uel delictū est notorium: potest iudex sententiam exequi, appellatione interposita non obstante,& si aliter fecit: peccat, quam opi. communem dicit Roland.consi.73.colum.fi.num.25. 26.lib.3. Masuer.

✠ In executione, Adde, quòd non licet appellare à pronunciatione de exequendo secundum Corn.consil.71. colum. 4.lib o primo, Alcia.in l.1.§.fi.si quis ita,de verbor. oblig. Fely.in cap.quo ad consultationem,columna 8. de re iud. vbi dicunt communem,quam limitant pluribus modis,licet aliqui contra ium uoluerint posse,ex not. per Alexan. consi.113.colum fi lib.5.sed primam ueriorem dicit idem Alexan.consi.95.numero 3.& seq.lib.2. Dec. in cap. nouit numero 2.de appell.quam seruatam dicit Aret. in l.ab executore ff.de appell.bene verum est quod ab executione facti non appellatur,puta,quando iudex est merus executor d.l.ab executore, vbi Bar.& in l.ab execntione C.quor.appell intellige,nisi modum excedat,ut per Bar.ibi, & Spe. tit.de appel.§.in quibus,ver.quinto,qui alias tradit fall.in quibus ab executore licet appellare,Soc.reg. 26. Alexan. d,consi.113.numero 10 lib.5. Rui.consi. 80 lib. 5. & tunc causa excessus in appellatione exprimi debet, aliàs non retardaretur executio secundum Boer.q.131.Grat. consi.16. lib.2.de qua materia primæ conclusionis vide quæ scribit Rom.consi.41. Masuer.

a Grauatus. Adde an de appellatione sit fiendum instrumentum, Ioan.And.in cap.cordi. & in cap. appellatio. de appel.in 6.

b Suspenditur. Adde Io.de Ana.consi.36.

c Facere potest. Adde Fely.in c.ex parte. el 2. de resc. Francum, & Præpositum Mediola.in c.interposita.§. illa denique.de app.Abb.in consi.1.in 2.uol.& Alexand. consi. 36. in 2.uolu. Cur. [illegible]

d In quibus casibus non licet appellare. vide Spec.in tit. de app.in §.in quibus Doct.in ca.pastoralis.in §. præterea. de offi.dele.in c.non solum.de ap.li.6.glo.summæ 2.q.6.Doc. in c.qua fronte.de app. [illegible]

e A sententia lata. super reductione ad arbitrium boni uiri non potest appellari, uide Docto. in l.1.in fi. ff. de iu. deli. in l.antepe.ff. de uerbor. signific. in cap. de causis. de offi. delega.

✠ A Sententia lata, Adde quòd affirmatiuam magis communem dicit Villal.inter com.opi.lib.16. versi.reductio,licet contrariam teneat Pap.infra for.lib. ex compromisso. uer. nec reductio.numero nono, ubi dixi, & posui distinct. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas grauaminis, à quo appellatio interponitur, semper exprimi debet.*
2 *Verbum assertum, quid importat.*
3 *Verba sequentia præcedentem intentionem declarant.*
4 *Mens proferentis potius quàm verba debent attendi, maxime in iudicijs.*

OCCASIONE Cuiusdam sententiæ assertæ.
1 † Merito fit mentio de sententia, a qua appellatur. quia semper exprimi debet qualitas grauaminis a quo appellatio interponitur, ut dictū est supra, & habetur in d.l.1.ff.de appel. in qua appellatione, quæ interponitur à diffinitiua sententia, non est necesse causas exprimere, sed ab interlocutoria secus est, ut dictum est supra,& habetur in l.sicio.ff.de appell. & in c.cordi.& in c.ut debitus. extra de app. de qua forma appellandi traditur in cap.post appellationem.in fin. 2.q.6. † Sed
2 quæritur, quare dicatur { assertæ.} So.dicunt quidam quòd ideo, ne videatur simpliciter loquendo sententiam approbare, quam nititur impugnare; sed ego credo nil referre,
3 quo sermone quis loquatur, † nam per sequentia uerba declaratur qualis fuerit intentio circa præcedentia, ut l. seruus plurium, in fin.ff.de lega.1.& l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. vnde cùm in sequentibus dicat ipsam sententiam nullam, & iniquam, patet manifestè quòd per præcedentia verba non est eius propositi ipsam confirma
4 re tanquam aliquam, † & mens proferentis potius, quàm uerba, attendi debet, maximè in iudicijs, ut l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.& in l.Labeo.ff.de sup.lega. facit quod alibi dicitur de testamento, quod licèt de se nullum sit, tamen appellatur testamentum. Vnde rectè dicimus, quòd illud testamentum est nullum, ut Instit.qu.ib. mod.testa.infir §.1.& ff.de iniust.rup.testa.l.1. licèt impropriè, & abusiuè appelletur testamentum, ut dicit text.in l.2. §.1.ff. quemadmo.testa.aper.

a IN ILLIS Passibus a punctis Hęc practica sumitur ex c.Rayn.extra de testa.& quòd not.per glo.fi.de app. li.6.nam tot sunt sententiæ, quot sunt eius capitula. argu. in l.etiá,& ibi nota. ff. de min sicut tot sunt stipulationes, quot sunt summæ, uel res, ut l.scire debemus, in princip. ff. de uerbo.obligatio. Ideoque potest condemnatus, uel priuatus ab uno capitulo appellare, & in alio consentire. ut in d.cap.Raynaldus. nec talis appellatio sic diuisim interposita proderit aduersario quo ad capitula non contenta, in connexis ei proderit ut illam prosequi possit, ut supra dixi & probatur in d.l.etiam. in §. ex causa. ff. de min. cum sim.ibi no.& tangitur per Barto.& Iaco. But.in l. ampliorem.C.de app.& in l.appellanti.ff.de app. Prodesset etiam plenius aduersario ipsa appellatio, si fuisset simpliciter & absolutè interposita, adeo quòd non posset appellans renunciare appellationi in præiudicium sui aduersarij, ut habetur, & not.in d.l.ampliorem,& l.omnem honorem. eo. tit.& ibi not.per Cy.in l.per hanc.C. de tempor. appella. & supra tetigi.

ADDITIO.

a In illis passibus. De huiusmodi clausula uide per Panor.in cap.cum Ioannes eremita.de fi.instr.& ibi dicta per ipsum intellige ut per Phyl.de Peru.in c.duobus.de app. & Præpo.Medio.in c.interposita.§.ille denique.eo.tit.col.4. circa fi.Fran. Curtius.

SVMMARIVM.

1 *Querela nullitatis quot modis proponatur.*
2 *Simpliciter appellans nec aliquid exprimens de nullitate an processu causæ possit dicere ipsam nullam.*
3 *Quot modis possit de nullitate disputari.*
4 *Sententia principaliter pronunciari nulla, an iure actionis uel officio iudicis petatur.*
5 *Officium iudicis quanto tempore duret.*
6 *Per appellationem an iure actionis uel officio iudicis petatur sententia iniqua pronunciari.*
7 *De nullitate sententiæ, coram quo iudice agatur.*
8 *Iudex nullitatis sententiæ, an possit cognoscere de causa principali, cognito quod sententia sit nulla.*
9 *Iudex nullitatis, an pronunciabit super eisdem actis de cā principali.*

FVISSE

1 VISSE Et esse nullam. † Potest condemnatus de nullitate querelam proponere dupliciter, vel in modum agendendi, ut hic; uel in modum excipiendi, ut in l. 3. in §. condemnatum, & in l. si cum nulla. ff. de re iud. & hoc ad partem pertinet allegare, non ad eius aduocatum, cum exceptio nullitatis sit peremptoria, ut ibi, & per hoc apud acta per partem proponenda, ut in c. quoniam
2 contra falsam. extra de prob. † Quot autem modis possit dici nulla, plenè dictum est supra in tit. præcedenti. Sed quid dices, si simpliciter appellauit, nec de nullitate quicquam expressit, an in processu causæ poterit dicere ipsam nullam? videtur quòd non, quia appellando præsupponit sententiam esse aliquam, arg. in l. 3. §. falsus. ff. rem ra. ha. distingue tamen sic, aut sententia est nulla ex defectu formæ, uel solemnitatis debitæ, & tunc appellando simpliciter non videtur illam approbare tacitè, quia nec expressè potest illam confirmare tanquam sententiam, ut habetur in l. si expressim. ff. de ap. vnde poterit dici nulla in processu causæ, aut est nulla ex defectu contentus ipsius partis, quæ non fuit in iudicio, & tunc simpliciter appellando uidetur ipsam cõfirmare, tanquam rite, & solemniter latam, sed non tanquam æquè, & iustè latam, ut in d. §. falsus. sicque postea nullam dicere poterit, de quo latius tetigit Imo. in c. cum contingat, extra de offi. dele. idemque dic in restitutione in integrum aduersus sentẽtiam petitam, nam poterit iudex super nullitate cognoscere, ut ibi not. per
3 eundem Inno. † Vlterius reuoco in dubium, ut plenius cognoscatur, quod supra tactũ est, uidelicet quot modis pos-
✠ sit de nullitate * disputari? Dic duobus modis principaliter, uno modo in uim agendi, alio modo in uim excipiendi; & agendo quæri potest dupliciter, uno modo incidenter, in hac forma, in qua secundùm communem opin. dicimus, quòd nullitas venit incidenter ad appellationem, ut not. per glo. & Doc. in l. 1. C. quando prouo. non est necess. licèt idem Iac. Butr. tenuerit contrarium. alio modo quæritur principaliter, uidelicet quãdo nullitas sola allegatur petendo sententiam pronunciari nullam. ut not. per glo. in l. 1. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. Excipiendo verò de nullitate, quæritur quando executio sententiæ postulatur, & per partem, contra quam est lata, fore nullam allegatur, ut d. l. si cum nulla. ff. de re iud. & in l. 1. in princ. ff. quæ sen. sine appp. rescin. & in l. si prætor. in §. Marcellus. de iudi. & plenius dicetur infra tit. de executione sententiæ.
4 † Circa tamen prædicta dubium occurrit, an iure actionis, vel officio iudicis petatur sententia principaliter pronun-
a ciari nulla? dic breuiter, quod solum iudicis officio,ª cùm non sit materia habilis ad producendum in hoc actionem, vt not. per Inno. in c. fin. extra de offi. iudi. & in c. G. perpetuus. extra de fi. instr. idem etiam sequitur Bar. in l. quidam in suo. ff. de condit. inst. & plenius in d. l. si expressim. ff. de ap. ad quod facit l. si pater tuus. C. quando prouoc. non est
5 necess. † Et not. quòd hoc officium iudicis durat tanto tempore, quanto actio personalis, scilicet 30. an. ut l. omnes. & l. sicut. C. de presc. 30. ann. & Inst. de perpe. & temp.
6 act. in princ. † Sed quid dices in appellatione, an iure actionis, uel officio iudicis petatur pronunciari sententia iniqua, uel iniusta? super quo Barto. in d. l. 1. in princ. ff. de ap. dicit, quòd appellatio non est actio, nec officium iudicis, sed ius quoddam ex his separatum per tex. in d. l. 1. dum dicit, {quòd appellatio est ius &c.} vnde uirtute huius propositi iudex ex suo officio mouetur ad deseruiendum huic iuri, & sic erit officium mercenarium, ut l. 4. C. depos.
7 † Deinde quæritur, coram quo iudice agendum est de huiusmodi nullitate sententiæ? Breuiter sic dicendum est, aut quæritur de ea incidenter, & tunc coram illo iudice uentilabitur, coram quo pendet causa, siue sit principalis, siue appellationis, siue executionis. Si uerò de nullitate principaliter sit agendum, uel quærendum, tunc erit in electione ipsius agentis, uel causam proponere coram iudice superiore eius qui pronunciauit, vel coram illo iudice qui pronunciauit, si est ordinarius, ut probatur in l. 4. C. de accusa. & ibi per Iacob. Butr. & in l. Carmelia pia ff. de iurepat. & ibi per Bar. in l. si expressim, supra allega. & per Cyn. & Iacob. de Are. in l. si ut proponis. C. quomodo & quando
8 iudex. Sed nunquid iudex causæ nullitatis dictæ sententię poterit de causa principali cognoscere, cognito quòd sententia sit nulla? dicit Bart. in d. l. si expressim, quòd sic, quia secundum eum sit causa appellationis deuoluit ad superiorem causam nullitatis, ut dictum est, sic causa nullitatis deuoluit causam iniquitatis. quod etiam sequitur Inno. in ca. cum contingat. extra de offi. dele. quod multum no. Ne ergo gaudeant cauillosi aduocati, & procuratores, qui frequenter conatur per talem nullitatis effectum totum subuertere causæ processum magnis sumptibus, & laboribus obtentum, & causam reducere ad pristinum statum, ut habeant nouum salarium, eorum malitijs per hanc uiam est succursum; quia posito quòd iudex videat sententiam nullam, nõ tamen differre debet neque abstinere reum condemnare, si uiderit condemnandum, & ipsum absoluere
9 si uiderit absoluendum † Superest autem discutere, an super eisdem actis pronunciabit de causa principali, uel repeti faciat nouum processum super ea. Circa quod sic distingue, aut causa nullitatis respicit vniformiter acta, & sententiã, ut puta, si litigatum est cum minore indefenso, vel coram iudice incompetenti, & tunc quia omnia sunt nulla, repetentur acta de nouo, & super ipsis pronunciabitur, ut l. cum uos minores. C. si aduers. rem iudicat. & l. contra pupillum. ff. de re iudicat. Aut causa nullitatis respicit solam sententiam, & non acta; ut quia sententia fuit lata die feriata, uel parte non citata, & sim. & tunc procedat glo. in l. si expressim. de appel. & in l. si ut proponis. C. quomo. & quan. iudex & ibi per Cynum. Aut causa nullitatis respicit partem actorum tantùm, ac sententiam. uerbi gratia, si processum fuit contra eum, tam in eius vita, quàm post eius mortem, & tunc acta in uita firma manebunt, & repetẽtur alia quæ facta sunt post mortem, secundùm Bar. ut per eum no. in l. cum quærebatur. ff. de re iud.

ADDITIONES.

✠ De nullitate, Adde, quòd causæ nullitatis in libello exprimi debent, secundum Barto. in l. si expressim ff. de appel. quam concl. intellige, & limita, procedere parte reluctante, aliàs, quamuis in libello causa nullitatis non exprimeretur: ualeret utique, si deinde in processu fiat declaratio & probatio, iuxta tradita per Fil. Franc. in c. dilecto. q. 13. de appell. Innoc. in c. cum Bertoldus. in fin. de re iud. Rot. decis. 145. in antiq. quo in casu, & sic in causa nullitatis: libelli formulam docet Seb. Vant. de null. quoties & quibus mo. null. prop. num. 103. Bald. in l. Papinianus. col. 3. C. de sent. Quibus adde, quòd proponens nullitatem sententiæ ex vna causa: omnnem aliam nullitatis causam etiam prosequi poterit, ne sententia confirmetur, teste Abb. consil. 97. lib. 1. Alex. consi. 147. lib. 6. si tamen libellus nullitatis, causæque prosecutio generalis fuisset & sententia generalis subsecuta: obstaret exceptio nullitatis non specifice deductæ, teste eodem Franc. in c. dilecto. q. 14. de appell. in qua materia nullitatis, Dic, quòd super nullitate notoria pronunciatur etiam parte non peteñ. nec lite contestata, ut scribit Mysing. cent. 1. obser. 20. ubi ita in consistorio Imperialis cameræ iudicatum fuisse dicit. Quomodo autem nullitas & iniquitas simul in iudicium deducantur, & an simultaneo processu expediri debeant, vide eundem cent. 4. obser. 63. & obser. 64. ubi quærit, an nullitate in iudicium deducta, inhiberi possit iudici inferiori per superiorem impediaturque executio. Masuer.
a Iudicis officio, intellige si deliquit circa officium, aliàs secus, per ea quæ voluit Rom. sing. suis, fo. 14.

SVMMARIVM.

1 Causa nullitatis in causam appellatio, an sit principalis.
2 Appellatione deserta, an dicatur nullitas sublata, ita quòd intentari non possit.
3 Libellus, dico sententiam nullam, & si qua est appello, an procedat.
4 Iudex appellationis si pronunciet male appellatum, & nihil exprimat de nullitate, an videatur super nullitate pronunciasse.
5 Obtinens sententiam potest petere eam per superiorem confirmari.
6 Probare quis debeat in causa appellationis, an appellans bene appellatum, an appellatus bene iudicatum.
7 Appellans si non potuit habere sententiam in forma publica, excusatur à productione instrumenti ipsius sententiæ in forma publica.

1 ET INQVANTVM Sit aliqua. † Nota per hæc uerba, quòd causa iniquitatis sententiæ proponitur conditionaliter, videlicet si sententia sit aliqua; unde dubitari consueuit, an isto casu ipsa causa nullitatis sit principalis ad appellationem, super quo dubio contrariæ sunt opinam Iaco. But. in l. prima, C. quando prouo. non est necess. tenuit quòd causa nullitatis sit causa principalis. glo. verò ibidem quam communiter sequuntur. Cyn. & alij, tenet quòd veniat incidenter ad appellationem, cuius rei di-
2 sputatio non est sine effectu. † Ideoque quæritur, si appellatio est deserta, uel per statutum, uel aliter submota, an consequenter & nullitas dicatur sublata, nec possit intentari. Super quo sic breuiter considera, quòd quando causa, propter quam remota est appellatio, respicit pariformiter tam appellationem, quam nullitatem. Verbi gratia; datur ex forma statuti tempus quatuor dierum ad appellandum, & nullam dicendi sententiam Certè remota appellatione per fluxum temporis, remota est etiam & ipsa nullitas. Aliquando causa non est pariformis circa vtrunque, vt patet de iure communi, quo appellatur infra 10. dies, vt in auth. hodie C. de app. & nulla dicitur infra 30. ann. vt not. Bart. in d. l. quidam in suo. ff. de condit. insti. & Inst. de perpe. & temp. act. in prin. & in l. licèt. C. de iure delib. & tunc aut nullitas venit incidenter ad appellationem, & tunc sublata appellatione tollitur nullitas, argu. in l. cum principalis. ff. de re. iur. cum similibus no. Aut econtra nullitas venit principaliter, & appellatio accessoriè, uel utrunque deducitur ad principale, ut in hac præsenti forma, & tunc sublata appellatione firma remanet causa nullitatis. ut habetur, & not. in d. l. si expressim. ff. de appell. & per Bar. tol. quia ex separatis non infertur, vt
3 l. Papinianus exuli. ff. de min. † Insuper apud scholasticos dubitatur an talis libellus procedat, dico sententiam nullam, & si est aliqua appello. Et quidam uoluerunt dicere quòd non: quia nullitas, & appellatio sunt contraria, ergo &c. ut in l. prima, C. de furt. & l. contra maiores. C. de inoffi. testa. In contrarium determinat Dyn. & Bart. & alij communiter, ut plene disputauit idem Barto. in d. l. si expressim. cuius potissima ratio est, quia non purè, sed conditionaliter proponuntur; sicque secundum idem tempus non reperiuntur contraria, cum unum proponatur in defectum alterius, argu. in c. constitutus. extra de in integ. resti. & l. qui de inofficioso, & quod ibi not. ff. de inof. testa. & eius quod not. per glo. & Cyn. in l. si quidem. C. de exce. & in l. non ab re. C. vnde vi. & l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. & Spe. in tit. de acc. seu peti. §. sequitur. versi. sed nunquid. & hanc partem sequitur Innocen. in c. cum dilecto. extra de appell. & Cyn. in d. l. i. C. quando prouoc. non est
4 necess. † Item quæro, pone quòd interposita appellatione in forma, de qua supra, iudex pronunciauit malè appellatum, de nullitate verò nihil expressit, an videatur super nullitate pronunciasse? & quædam gloss. d. l. si expressim. tenet quòd non. unde de nullitate poterit adhuc agitari, quia sententia nulla non videtur in dubio confirmari, imò secundùm aliquos non potest, argu. l. eum qui. C. de inoffi. testamen. & l. in iure nostro ff. de testam. tutel. Alia gloss. in d. l. prima, distinguit aliter, ut ibi not. Tu autem sequendo Bartol. pro concordia sic distingue, aut ipsa sententia est ipso iure nulla propter errorem expressum in ea, & tunc iudex appellationis taliter pronunciando nō uidetur eam confirmare, imò (quod fortius est) nō posset expressè, nec tacitè; ideoque de ipsius nullitate agi poterit quandocunque, quia idem error esset in vtranque, ut l. i. in prin. ff. quæ senten. sine appellation. rescin. & hoc modo procedit glo. quæ est in d. l. si expressim. Aut sententia erat nulla ex alia causa, & tunc considerandum est, qua forma iudex appellationis pronunciat. nam si quidem pronunciat simpliciter malè appellatum, ut in quæstione præsupponitur, & tunc aut in forma appellationis, uel in processu causæ fuit facta mentio nullitatis vt hic, & tunc videtur in totum sententiam confirmare, quia videtur sententia in dubio referri ad contenta in ipsa appellatione, & processu, argu. in l. 2. C. si ex fal. inst. & l. fin. C. de fi. instr. aut in forma appellationis, & in processu causæ non fuit facta mentio nullitatis. & tunc prima sententia si nulla est, non confirmatur; quia uerba hoc non exprimunt, nec patiuntur; & cùm sententia sit stricti iuris, debent eius uerba potius restringi, quam ampliari, argu. in l. 1. C. si plu. vna sententia fue. condem. & l. si à te. ff. de excep. rei iudi. Aut ultra procedit in sententia dicendo bene iudicatum; ut fit communiter in sententijs confirmatorijs, in quibus consueuit dici bene iudicatum, & male appellatum; uel econtra malè iudicatum, & bene appellatum; & tunc videtur in totum ipsam sententiam confirmare sic, quod vlterius agi non poterit de nullitate: & sic intelligitur glo. in d. l. i. propter illa uerba, bene iudicatum, quæ referri possunt ad vtrunque casum,
5 nullitatis, & iniquitatis. † Amplius quæritur, an is qui obtinuit sententiam, possit petere eam per superiorem con-
a firmari? a dic breuiter quòd sic. ut in c. 1. cum seq. extra de confir. vtil. vel inuti. facit l. fina. C. quando prouo. non est necess. & in Auth. de his qui ingre. ad appe. §. volumus. & l. f. C. ut lit. pend. licèt sit repetiat sententiam nullam, possit
6 declarare nullam esse, ut tenet Bar. in d. l. si expressim. † Proinde quæritur, quis debeat probare in causa appellationis, an appellans bene appellatum, an appellatus bene iudicatum? de qua quæstione tangitur per Cyn. in l. prima, C. si aduer. credit. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & per Bartol. in l. prima, ff. si tu. vel cura. appel. & per gloss. & alios in cap. in præsentia extra de renunc. & per Innocen. in cap. bonæ memoriæ Maguntin. extra de electio. per Iacob. Butriga. in authen. de his qui ingre. ad appe. coll. 5. & per gloss. in cap. olim. extra de exep. & in cap. ex parte. extra de testi. Pro conclusione omnium sic distingue. Aut fuit appellatum ab interlocutoria, aut à diffinitiua. Primo casu tenetur appellans probare se ex iustis causis appellasse, quæ exprimendæ sunt in appellatione, vt dictum est supra titu. secundo. In meritis autem negocij principalis appellatus probare debet, quòd iudex iustè pronunciauit, ut not. in dicto cap. olim. Secundo casu principali considera, quòd quædam sunt acta concernentia processum, quædam concernentia merita negocij principalis. Primo casu, aut unus solus prosequitur causam appellationis, & tunc siue sit appellans, siue appellatus tenetur acta & formalia processus producere, & probare simul cum ipsa sententia à qua appellatio est interposita, aliter facilitèr iudex ignoraret quid, & qualiter confirmari, uel infirmari deberet. argu. l. præcipimus C. de appell. cætera verò acta, quæ merita negocij concernunt, non habet necesse producere. Si uerò ambo prosequuntur ipsam causam, tunc appellans debet producere sententiam, & acta causæ quæ processum concernunt, cætera verò acta concernentia merita causæ debet producere appellatus, sicut facere habuit in principali causa, & sic loquitur gloss. in dicta l. hi qui

hi qui ad ciuilia. licet aliqui quò ad hunc casum contradicant, per regulam quæ dicitur, præsumendum esse pro sententia, ut traditur in c. in præsentia. extra de renunc. per qđ vř fundata intentio appellantis, si ǫrium non probet; sed huic ridetur, ꝙ illa regula procedit qñ snia transiuit in rem iudicatam, secus autem cùm esset suspensa per appellationem, ut no. per Ion. in d. c. cum bonæ. & Ioan. And. in d. c. in præsentia. Quæ autem dicta fuisse procedunt, quando appellantis intentio non est fundata de iure communi; aliàs autem si esset de iure communi fundata, appellans tenetur omnia probare in causa appellationis secundùm Iaco. Butri. vt per eum no. in d. l. hi qui ad ciuilia. † Sed circa prædicta dubitatur. Ecce quòd appellans volens euitare expensas habendi à notario in forma publica sententiā, vel fortasse nō habens copiam notarij, quia se absentauit, facit positiones aduersario, Quomodo talis iudex tulit talem sententiam inter ipsas partes in tali anno, mense, & die, & quòd de ea fuit rogatum instrumentum per talem notarium, & similia. nunquid excusatur appellans à productione instrumenti in publica forma ipsius sententiæ? dicit Innoc. quod sic in c. G. perpetuus. extra de fide instr. tali ratione, quia ea quæ sunt probabilia, sunt possibilia, ut not. in c. 2. de confes. lib. 6. & dixi in forma positionum. aut ergo confitebitur aduersarius sententiam latam, & tunc eius confessio habetur pro ueritate, & ipse pro iudicato, ut l. proinde. ff. ad l. Aquil. & l. 1. de confes. aut tacebit, nec respondebit, & habetur pro confesso. vt in d. c. 2. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. aut negabit latam sententiam, & tunc iudex pronunciabit bene appellatum, seu superflue appellatum, & imponet aduersario super ipsa sententia perpetuum silentium, immo plus cogetur aduersarius renunciare ipsi sententiæ, & dabitur talis confessio in publica forma ipsi appellanti, ut ex eo perpetuò valeat se tueri. vt C. de libera cau. in l. iubemus. & 2. q. 1. c. multi. &c.

ADDITIO.

a Confirmari, vide per Docto. in l. ingenuum. ff. de sta. homi. Cano. in c. inter monasterium, de re iud. & in c. auditis, de elec. & in c. examinata, extra de iudi.

ET ab ipsa sententia tanquam nulla. Ista uerba ex forma differunt à stilo communi, sed multum sunt notanda, per ea quæ dixi supra. nam si prouocatur respectu nullitatis, uenit nullitas principaliter sicut appellatio iniquitatis, & per hoc sequitur, quod vno sublato non tollitur aliud, ideoque deciditur illud dubium, quod aliquando oritur in statutis communis Papiæ, quibus cauetur, ꝙ nō possit appellari, uel quod appellatio finiatur infra 20. dies, nam si ipsa appellatio reperiatur nulla; uel ex cursu temporis defecta, remanebit causa nullitatis modo, quo supra proposita, ualida, & firma, & super ea iudex poterit recognoscere, & pronunciare, ut superius tactum est, &c.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura necessaria est in appellatione ex interuallo interposita à diffinitiua.*

2 *Reus appellans viua voce, & in scriptis, an possit prosequi vtranque.*

* In his scriptis. Adde, quòd tunc appellatio in scriptis dicitur, quando appellatorius libellus in scriptis porrigitur, quo casu non sufficit dicere notario, scribe, appello à tali sententia, quinimò, si uiua uoce quis dictaret, & notarius scriberet, non ét diceretur appellatio in scriptis, & elapso decendio sentētia transiret in rem iudicatam, & executioni demandaretur, secundum Fran. in c. ut debitus. colu. 7. ver. 3. quæritur, de app. Cor. consi. 95. lib. 4. Ias. in l. 1. col. 3. C. de eden. Rob. de or. iud. 6. par. ver. appella. nu. 117. accedit, ꝙ quando viua voce appellatur, statim, & iudici pro tribunali proponi debet, aliàs nullius esset momēti appellatio, adeò vt lapso decendio in rem iudicatam transeat sententia, teste Rob. loco præall. g. nu. 218. Spec. de appel. Corn. d. consi. 95. lib. 4. ubi quando statim uiua uoce appellatur a diffinitiua, sufficit appellantem dicere, appello, quod à notario in actis scribi debet, si uero ex interuallo appellet, tunc in scriptis appellare opportet, alias non valet appellatio, iux. no. per Ias. in l. 3. nu. 10. ff. de eden. de quo vide quæ scribit Bar. in l. litigatoribus. C. de ap. ubi Bald. Lanfr. in c. quoniam contra, uer. interloq. col. 16. de proba. in q. autem de qua per Pap. hic, quando uiua uoce quis appellat, cum reseruatione appellan. in scriptis, deinde in scriptis appellat, quæ nam appellatio prior, an posterior valida sit, quod scire utile est, ut sciamus quando appell. tēpus currere incipiat, uide Rob. d. tr. ac. ord. iud. c. 54. a nu. 144. vsque ad nu. 151. post Bar. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de op. no. nun. ubi concludit priorem appel. validam, cum temperamento tamen, quoties prior appellatio valuerit, sin uerò minimè, vtputa, quia ab interloq. viua voce appellatum esset, à qua nō appellatur nisi in scriptis, tunc posterior in scriptis ualeret, & hanc recepriorem sententiam sustinet, quicquid alij contrarium dixerint, Alex. & Ias. in l. cum procur. §. si dominus, pro qua opin. stant Castr. consi. 7. consi. 270 lib. 1. Rom. consi. 41. de quo plura not. Guid. Pap. q. 416. nu. 91 Alex. consi. 64. nu. 5. lib. 6. ubi inter alia, ꝙ appellans potest dicere tempus currere à die appellationis in scriptis, saltem quando in appellatione interposita in scriptis non repetit dicta primę appell. qua in q. si pluries appellatum sit, cui appellationi adherere opporteat, uide Mising. Cent. 1. obser. 7. ubi dicit priorē sententiam ab Imperiali camera fuisse obseruatam, quòd sit in optione appellantis quam prosequi velit. Maluer.

1 IN his scriptis. † Meritò sic dicit, quia in appellatione ex interuallo interposita à sententia diffinitiua necessaria est scriptura, secus si interponeretur incontinenti, quia tunc sufficit viua uoce appellare, ut habetur, & no. in l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de ap. Et aduerte, ꝙ non est necesse legere scripturam appellationis ipsi iudici, sed sufficit, quòd ostendatur sibi dicendo, prout hic inscribitur, ut est tex. in
2 c. appel. de ap. li. 6. † Sed pone ꝙ reus appellauit dupliciter. s. viua uoce, & in in scriptis diuersis diebus, an poterit prosequi vtramq; appellationem, & si prosequitur, an & cui alteri renunciasse uideatur? super qua quęstione Bar. in l. cū procurator. §. si dominus. ff. de no. ope. nun. distinguit, aut vtraq; appellatio fuit interposita à sententia interlocutoria, aut à sententia diffinitiua. Primo casu procedendum solum erit super appellatione interposita in scriptis, tanquam ualida, & solēni circunscripta appellatione uiua uoce interposita, q̄ nulla fuit, ut in c. cordi, ext. de ap. Ideoq; prosecutio huius appellationis uiua uoce induceret tacitá renunciationé alterius in scriptis interpositæ. Secundo autem casu principali dic, ꝙ per secundam appellationem nihil agitur secundum Bar. sicq; fienda est prosecutio primæ appellationis, ꝑ text. d. §. dominus, in fi. & per rationē, quia prima appellatio cōsumauit suum effectu, quia extin
b guere [b] habuit pronunciatum, ut l. 1. in fi. ff. ad Tur. vnde secunda non reperit quid agat amplius, & ꝑ hoc creditur frustratoria, sed salua eius pace. Innoc. dicit ꝙ si utraq; appellatio est interposita debito tempore, ꝙ sit in electione appellantis prosequi quam uelit, ut not. ꝑ eum in c. dilecta, extra de ap. & Io. And. in nouel. in c. bonæ, ext. de ap. sequitur hanc opi. & idem tenet Bal. in l. appellatione. C. de ap. & in c. sancimus, in ti. quo temp. mil. & Albe. in l. pacta nouissima. C. de pac. & in d. l. absolutionem. C. de re. iur.

ADDITIO.

b Extinguere. Adde tamen quòd appellatio non extinguit iudicatum, quando quis appellat à sententia lata contra contumacem qui habebatur pro cōfesso. ita Cæpo. in consil. 64. col. 4. ubi uide. Cur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non omnis est competens appellationis.*

1 ET ad quemcunque iudicem competentem. † Hoc ideo dicitur, quia non omnis iudex est competens appellationis, sed de iure ciuili ordine debito interponenda est appellatio scilicet de minori * ad maiorē iudicem, non autem ad parem uel minorem. si tamen per errorem appellauerit ad superiorem, non ad minorem appellare debet, error ei non nocebit, secus autem est contra, ut habetur in l. 1. §. si quis apppellatione. ff. de appe. licet de iure canonico etiam ex certa scientia posit quis quocunque omisso medio ad Papam appellare, b vel in c. si duobus, ext. a de ap. & 6. q. 4. c. si metropo. sed ut errari nō posit, fiet appellatio in forma ista de qua hic, & sufficeret si dicatur, {appello ad iudicem competentem} nullo specialiter nominato, ut traditur in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uer bo. oblig. & ibi per Bart. & in l. 1. §. si uerò miles. in fi. C. de fal. mo.

ADDITIONES.

* Minori. Adde, in causis appell. illud seruari, ut à minori iudice appelletur ad maiorem gradatim, idest, ad eū qui in gradu proximo superior est, non autem licet omisso medio iudice ad supremum causam appell. ducere, l. præcip mus. C. de appel. l. 1. §. si quis. l. Imperato es ff. eod. tit. de quo plura not. Nat. consi. 82. Dec. in c. dilecti. el. 3. nu. tertio, de ap. Rol. consi. 48. num. 33. lib. 2. post Rom. consi. 501. accedit, quòd appellatur ad superiorem mediatum quando immediatus est suspectus, secundum Neuiz. consi. 44. num. 7 Dec. in rub. de ap. cuius rei declarationes ac limit. ponit Rob. de ord. iud. c. 54. à num. 368. vsque ad num. 380. & fac. quæ habentur in antiq. Ducal. Decretis patriæ nostræ Subalpinæ, lib vlt. pag. 3. de quo etiam aliqua scribit Mising. Cent. 1. obser. 67. ubi quòd appellatio regulariter gradatim facienda est, quandoque tn ualet omisso medio iudice, ut ibi per eū, ubi inter alia allegat Guid. Pap. q. 436. num. 18. idem Mising. Cent. 2. obser. 4. ubi si iudex deferat appellationi friuolæ, tunc causa principalis apud superiorem retineri potest. Masuer.

a Appellatur. Excipe vnum casum in Papa, ad eum enim semper appellari potest omisso omni medio, uel mediis 2. q. 6 ca. ad Romana. Fallit, si appelletur à subdelegato delegati Papæ, qui subdelegat non in totum; quia cùm delegatus papæ repræsentet personam ipsius papæ, non debet appellari ad ipsum papam, sed ad ipsum delegantem. ca. super quæstionum. §. porro. de offi. deleg. Amplia modo ut ad papam non solum a quocunque grauamine per iudicem ecclesiasticum illato posit appellari, sed etiam grauatus coram iudice seculari posit ad papam appellare deficiente superiore illi iudici seculari, & pro hoc allego dictū Inn. in c. licet suscepto, ubi scripsi, de fo. compe. ubi dicit, quod vbi non reperitur superior de iure uel de facto, potest papa adiri. Pro hoc facit illa communis canonistarū opinio, quæ habet, ut penes Papam sit potestas temporalium saltē habitu, de quo scripsit Abb. in c. nouit. de iudic. Vnde deficiente superiore uidetur, quod posit illum habitum reducere ad actum, sicut illam exercet in causis arduis etiam tēpore non deficiente, ut est casus notabilis in c. pro humani. de homic. lib. 6. Leonar.

a APOSTOLOS sibi tradi. Isti apostoli a, sunt quædam literæ dimissoriæ, quas iudex, à quo appellatur, tradit appellanti deferendas iudici ad quem est appellatum, & in quibus continetur, qualiter talis persona ab eius sententia appellauit &c. vt latius dicetur intra sub forma apostolorum, & habetur in l. 1. ff. de libel. dimiss.

ADDITIO.

a Isti apostoli. Iste terminus 30. dierum ad apostolos accipiendos arctat iudicem ad dandum literas dimissorias uel refutatorias, ita vult gloss. quæ incipit etiam ipsum iudicem a. ctare in cle. quamuis, extra de app. ex qua infert ibi Imo. quod iudex etia non requisitus tenetur ipsos tradere infra 30. dies, non tamen tenetur in syndicatu nisi fuerit requisitus. Cùm ergo malitiose tradere distulit, aut negligenter, processus factus per eum postea est ipso iure nullus cap. ab eo. de app li. 6. facit regula indultum, lib. 6. quia beneficium datum à iure non debet alicui auferri, indulgetur enim à iure appellanti, ut iudex arctetur intra 30. dies, dare apostolos secundum glo. in d. cle. quamuis, & probat text. iuncta gloss. in d. c. ab eo. & ita expresè tenent Dyn. & Io. And. in d. regula indultum, dicentes quòd ubi terminus datur a iure sine hominis ministerio, ut in casu nostro, quòd iudex non potest nec augere nec abbreuiare. Et ita tenet Ioan. de Imol. dicens hanc esse communem opinio. Docto. & gloss. in c. cum sit Romana. extra de app. dicens quòd dilationes quæ dantur à iure sine hominis ministerio, non possunt abbreuiari nisi in casibus in quibus reperitur expressum. In contrarium faciunt allegata per Bartol. in l. 2. ff. de re. iur. & dicit ita glo. tenere in d reg. indultum. alle. glo. in ca. cupientes. §. quod si per uiginti, in ver. viginti. de elect. lib. 6. & gl. in auth. offer. C. de lit. contest. Idem tenuit Cy. in l. 1. C. de dilatio. & in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. & Alb. in l. siue pars. C. de dilatio. dicens se uidisse in iudiciis obseruari, quod si dilatio est mere legalis sine hominis ministerio, illa nō potest augeri nec minui per iudicem nisi hoc sibi a iure expresè reperiatur concessum, & non aliter. Idem tenuit in d. auth. offeratur, quòd ubi dilatio datur à iure sine causæ cognitione, ut in casu nostro, iudex non potest modificare uel ampliare. alle. ca. pia, de exce. eandem sententiam tenuit Ange. in d. l. 2. & dat generalem doct. inam, quòd ubi per abbreuiationem uel ampliationem termini iudex se intromittit de iure superiore tunc nō potest prorogare uel abbreuiare, nota.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli cur sæpius petantur.*
2 *Appellationis effectus quis sit.*
3 *Quid faciendum si iudex à quo non obstante appellatione processit.*
4 *Attentata quot modis reuocentur.*
5 *Causa commissa consulenda, si iudex procedat, quid agendum.*

* PETENS semel, bis & ter. Isti Apostoli * a debent 1 sæpius peti per interualla dierum, ut probatur in d. l. 1. nota. gloss. in ca. ab eo. de ap. libr. 6. quod fortasse ideo fuit inductum, quia iudices diuersis negocijs occupati nō possunt omnia retinere in memoria. & facit 2. q. 6. in c. post appellationem. in fi. de consuetudine tamen hodie approbatur in cle. 2. extra de ap. quòd sufficit quòd eo contextu & eodem tempore sic petantur. † Quæritur de effectu 2 huius appellationis. ad quod respondetur, quòd effectus est duplex. Primus, quia extinguitur uel suspenditur pronunciatum, ut supra dictum est, Secundus, quia pendente appellatione ligatæ sunt manus iudicis, nec ultra potest quicquam agere siue detulerit appellationi, siue non, ut l. sciendum. ff. de ap. reci. l. 1. nil no. ap. penden. & l. iudex. ff. de re iud. & in l. si cuius. ff de app. reci. & l. 3. C. de appel. vbi autem appellatio esset interposita ab interlocutoria, tunc distinguitur, an detulerit iudex appellationi uel non, vt supra dixi in tit. secundo. & habetur in l. intra utile. ff. de mino. & in ca. non solùm, de ap libr. 6. vt not. Barto. in d. l. 3 si cuius. † Sed quid si iudex ipse nō obstante appellatione, de facto in causa processit. Dic q superior ad quem est appellatū, oia attentata reuocabit, ut in d. c. nō solū. & in l. Chiro-

4 Chirographis.ff.de admi.tut. §.primo. † Sed quando re-
uocabit.distingui consueuit.aut ista fuerunt attentata post
inhibitionem sibi expresse factam per superiorem ad quê
appellatum est, & tunc statim ipse superior alio non ex-
pectato illa reuocabit. aut sunt attentata ante eius inhi-
bitionem, & tunc demum lata sententia & sequuta uicto-
ria illa reuocabit. vt no. in d. ca. non solum. & pe Innoc.
in c.dilectus. extra de excep. & per Bartol. in d. l. prima,
5 nil noua. app. pen. † Quid autem dices, si iudex causam
commisit alteri consulendam, prout sæpe fit, & ante consi-
lium datum procedat ad aliqua in ipsa causa, an ualeant
talia actitata? ad quod breuiter sic dic, aut ille consultor
fuit assumptus ex iuris necessitate, quia lex municipalis di
cat quòd ad partis requisitionem iudex teneatur causam
committere consulendam, ut est in pluribus ciuitatibus, &
tunc acta ualent mero iure, sed ope appellationis reuoca-
buntur, arg. in l. prima, C. de rela. iuncto d. ca. non solum,
secundùm Barto. ut per eum not. in l. prima. §. si plures. ff.
de exer. Tu autem dic, quòd acta mero iure non ualent,
tanquam gesta per eum qui manus habet ligatas statim pe
tito consilio, ut not. Archi. in cap. cum plures, de offic. &
potesta. iudi. deleg. libr. 6. Aut fuit assumptus ex sola par-
tium voluntate, uel ipsius iudicis tantum, & tunc ualent
acta per eum, quia non est iudex astrictus sequi illius con-
silium, ergo non tenetur iudex illud expectare, ut not. per
Dyn. in d. l. Titium & Mæuium. in princ. ff. de admi. tut. &
per Bar. in d. §. si plures.

ADDITIONES.

* Apostoli, Adde Guid. Pap. q. 436. num. 13. & dic, quòd bo
na cautela est in appell. apostolos petere, licèt de iure in-
tra dies 30. peti possint, l. iudicibus. C. de appell. & qui sæ-
pius peti debent l. 1. ff. de libell. dimiss. Bal. in l. eos. §. apo-
stolos. C. de appell. quia sunt de substantia appell. eos aû-
tem bis petere sufficit, & vnico contextu instanter & sæ-
pius adeò vt, si appellans intra dictum tempus eos non re
ceperit, aut petierit: appellationi renuntiasse uideatur. c.
ab eo, de appel. clem. quamuis. eod. tit. quando uerò. 30.
dies currere incipiant: an a die sententiæ uel appel. dic, quod
à die sententiæ secundum receptiorem opi. Accur. in l. 1.
gloss. secunda. ff. de libell. dimiss. si tamen appellans ueram
sententiæ notitiam habuerit, aliàs a die scientiæ, teste Rob.
de ord. iud. 6. par. ver. appellatio, nume. 209. qui quidem
dies sunt continui per glo. in ca. non solum, uer. dicendum
de appell. in 6. de quo aliqua not. Cassiad. decis. 8. num. 9.
Maluer.
b Committere. vide Bar. post gloss. in l. prima. ff. nil. no. app.
pen. & generaliter coram consultore non producuntur in-
strumenta nec testes nec petitur dilatio. vide Bart. & Bal.
in l. cum a nobis. C. de dila. & qualiter consultori sit fien-
da commissio per Bal. in c. 1. ad fin. de appel.

PROTESTANS, quod per ipsum Simoninum. Aduerte quòd talis protestatio uires non habet, nisi compareat in termino sibi præfixo ad ipsos apostolos reci pi endos, ut dicetur in tit. proxi.

Sequitur forma responsionis iudicis à quo appellatur.

Forma responsionis Iudicis à quo appellatur.



VPRASCRIPTVS D. Vicarius visa, & audita suprascripta appellatione & nullitate coram eo interposita per suprascriptum Simo. dicto nomine à quadam sententia per ipsum Do. Vicarium lata ex parte vna, & Ioan. de Olia. ex parte alia, prout in d. appella. exprimitur, statuit & assignauit dicto Simo. ibidem præsenti, & audienti, & intelligenti terminum ad diem primã mensis Septembris, ad accipiendum apostolos quos sibi dare voluerit, & literas responsiuas, & visurus alia facere, & audire, quæ ipse Dom. Vicarius dixerit ordinanda & facienda.

a SVPRASCRIPTVS D. Vicarius. a Ista respon
sio est ponenda per notarium apud ipsam appella-
tionem in fine eius.

ADDITIO.

a D. Vicarius. Adde quòd si iudex non respondet appellan-
ti censetur appellationi detulisse, ita Rot. decis. 30. in tit.
de appel. & adde quod si vnus ex pluribus delegatis à qui-
bus est appellatum defert appellationi satis est, ita Rom.
in titul. de appell. recip. & vide Alexan. de Imol. consil. 8.
in 8. volum. ubi si in supplicatione est facta mentio de tri-
bus sententiis conformibus, & princeps rescribat quòd su-
per supplicationibus iustitiam faciat, censetur tunc prin-
ceps appellationi detulisse, allegat Ant. de But. & ibi Ioan.
de Imo. in ca. sua nobis, de appel. Cur.

SVMMARIVM.

1 *Officio iudicis potest certum terminum præfigere appellanti ad re-
cipiendos apostolos.*
2 *Tempora in causa appellationis quot sint.*
3 *Appellans differens prosequi appellationem vsque ad vltimum men-
sem primi anni, & petens de causa sua cognosci, an habeat bien-
nium.*
4 *Appellans si non comparet in termino assignato ad accipiendos apo-
stolos, an excusetur.*
5 *Comparens in termino ad petendos apostolos quos iudex dare recusat,
an excusetur.*



1 TATVIT & assignauit. † Ad officiũ qui
dem iudicis, à quo appellatur, pertinet ter-
minum præfigere certum ipsi appellanti ad
apostolos recipiendos, ut in ca. ab eo. de ap.
libr. 6. & in l. iudicibus. C. de appel. & quò ad
hoc durat adhuc eius potestas lata setentia. vt in l. iudex.
2 & l. Paulus. ff. de re iu. † Sed vt circa hoc amplius instrua-
ris, sciendum est, quod quoddam est tempus appellationis in-
terponendæ, & hoc est hodie 10. dierum, vt in auth. hodie.
C. de ap. Quoddam est tempus petendi apostolos, quod
dat parti ad eos accipiendos, & iudici ad eos tradendos. &
hoc est dierum 30. vt in l. iudicibus præalleg. & in d. c. ab
eo. pòt tamen iudex hunc terminum abbreuiare. ar. in l. 2.
& quod ibi no. ff. de re iu. & sic seruat generalis consuetu-
do. Quoddam est tẽpus, quod datur parti ad se præsentan-
dum coram iudice ad quem, & hoc est arbitrarium; & sic
est bonum in hoc habere iudicem gratiosum, ut in l. præ-
ses. C. de ap. & in c. personas. cum seq. & in c. abbate. ext. de
ap. Quoddam est tẽpus, quod datur parti ad iter arripien-
dum cã præsentandi apostolos, & hoc similiter est arbitra-
rium, ut in c. cum sit Romana. & in c. peruenit, ext. de app.
* Quoddam est tempus * à lege præfinitum a ad prosequen-
a dum & fundandum ipsam appellationẽ, & istud est annus,
vel ex causa biẽnium. vt in auth. ei qui appellat. C. de tem.
app. & in d. c. cùm sit Romana. quod quidem tempus po-
test per iudicem abbreuiari, ut in d. c. cùm sit Romana, ali-
quando tamen ipso iure non currit hoc tempus, sed stat in
suspenso, puta quando partes faciunt compromissum pen-
b dente b appellatione. ut in auth. si tamen in medio. C. de
tem. app. vel si lis pendet in cõsistorio principis. vt in auth.
3 si lis. & in auth. item si appellatione. C. eo. ti. † Sed quid si
appellans distulit prosequi appellationẽ vsque ad ultimum
mẽsem primi anni, & petat de cã sua cognosci, an habebit
c bienniũ? Inn. & so. An. in c. ex rõne. de ap. dicit quod sic, c nec
poterit sibi imputari quomin' lis finẽ accipiat, ut i d. auth.

item si appellatione. quam opi. sequitur Barto. in d. l. 1. ff.
4 de libel. dimis. & ibi per eum. † Deinde quaeritur, si ille Simo. non compareat in termino ad accipiendum apostolos
d [d] * assignato, quid erit? breuiter distingue, aut fuit in
* culpa & negligẽtia, & appellatio sua est deserta; quasi non veniendo uideatur tacitè appellationi renunciare, ut l. praeses. & l. quoniam nonnulli. C. de app. & in c. saepe. & c. personas. & in c. ad aures. extra de app. & in d. c. ab eo. de ap. lib. 6. & cle. 2. de appel. & in hoc est magna poena contumaciae, ut quis in totum iure suo priuetur. Simile est in eo, qui non iurat de calumnia. vt l. 2. §. sed si actor. C. de iura. calum. & in c. fi. extra eo. tit. Et idem in eo qui non respondet positionibus, ut in c. 2. de confes. lib. 6. & in l. de aetate. § qui tacuit. ff. de interro. act. Et idem in certis aliis casib. dispersis in corpore iuris, quos enumerare longum esset potius, quàm subtile. Aut non fuit in culpa ueniendi, sed vel casu fortuito, uel alia iusta causa impeditus uenire nõ potuit, & tunc excusatur, vt in d. l. praeses. & in d. ca. ab eo,
5 cum si. ibi no. † Quid si comparuit in termino, sed iudex apostolos tradere recusauit? dic, quòd aut non tradidit, quia non potuit, & vterque excusatur; aut quia noluit, & tunc ipse Simo. excusatur, sed iudex condemnatur, ut in l. quoniam iudices. C. de appella. Quo casu debet appellans statim adire superiorem ad quem appellauit, & ei appellationem & querelam producere, ut in l. si appellationem. C. de app. veruntamen Iac. But. in d. l. quoniam. sic distin-
e guit in hoc, aliquando iudex à quo, non vult [e] audire appellantem super eius appellatione, ut plerunque faciunt maleuoli, qui se abscondunt, & tunc debet appellans corã superiore, uel vicinis protestari infra tempus 10. dierum, quod datur ad appellandum. vt in l. 2. ff. de his qui per me. iud. aliquando iudex simpliciter denegat dare apostolos, & tunc sufficit protestari infra 30. dies qui dantur ad dandum ipsos apostolos. vt in d. c. iudicibus. Et quia superius dixi de meticulosis, & malitiosis iudicibus. Attende quid dixit pater eloquentiae Tullius {Profecto non est iustus iudex qui mortem, qui exilium, qui egestatem timet.}

ADDITIONES.

* tempus à lege praefixum. Adde, an censeatur deserta appellatio per lapsum primi fatalis: licet appellans & appellatus causam prosecuti non fuerint: & intra secundum fatale iudex appell. sententiam protulerit, & dic, quod non, secundum Osasc. decis. 28. post num. 4. licèt nu. 13. ibi loquendo in terminis iuris communis veriorem putet opi. contrariam, per tex in l. fi. §. illud C. de temp. appel. in cle. sicut, de appel. Masuer.

* d. apostolos. Adde, quid si die assignata per iudicẽ à quo, ad audieñ responsionem super admissione uel reiectione appellationis non compareat: an dicatur deserta appellatio, & dic, quòd sic, per tex. in clem. quamuis rigor. §. uerum, de appel. teste Osasc. decis. 7. post num. 3. declarando ut ibi per eum, secundum quam ultimam rigorosam opi. dicit fuisse iudicatum per excell. Taurin. Senatum. Masuer.

a Pendente. vide Anch. consi. 286.

* Pendente, Adde, quòd appel. prosequeñ. terminus non currit pendeñ. compromisso, nec agenti super attentatis, secundum Anch. consi. 284. Rot. decis. 7. de appel. uel si appellans sit infirmus, aliàsve impeditus, qui si per testes impedimentum probare nequit, stabitur eius iuramento iux. no. per Rot. decis. 26. eo. tit. de ap. quod autem dicitur de compromisso, limita, habere locum quando in arbitros compromissum fuit, secus si in arbitratores, tunc enim cõpromisso non obstañ. currunt tempora appellat. Anch. d. consi. 284. an autem possint partes terminum prosequeñ. appel. vltra biennium expresè prorogare, uel abreuiare, & dic, quòd expresè non possunt, tacitè uerò, utputa, si causam compromitterent, sic, secundum communem per Doc. in l. properandum, in prin. C. de iudi. Rom. cons. 174. Boer. q. 283. Rob. de ord. iud. par. 6. uer. appellatio, nu. 225 quae omnia intellige in tempore prosequeñ. appell. secus in tempore appellandi intra decendium, vt per Rob. ubi supra, num. 230. nec etiam iuramento facta talis prorogatio ualeret; quia soli principi spectat talem prorogationẽ facere, teste Capic. decis. 11. 165. 206. Boer. q. 248. Guid. Pap. q. 38. in fi. Masuer.

c Sic. dic ut per Ange. consi. 8. per Old. consi. 60.

e Audire. sed quid si tacet. nec respondet, an uideatur denegare, uel consentire, uide per Anch. consi. 125.

Forma Apostolorum.



SPECTABILIS & generose domine miles, nouerit vestra nobilitas, quòd in causa & quaestione coram me diutius agitata inter Simo. proc. nomine ex parte vna, & An. ex parte alia, tuli sententiam diffinitiuam in fauorem dicti Anto. à qua quidem sententia praefatus Sy. in scriptis ad vestram audientiam appellauit, cui appellationi inquantum de iure fuerit deferendum detuli, & admisi. hasque literas in locum apostolorum sibi tradidi, uestrae reuerentiae praesentandas infra 10. dies proxime subsequentes. data Papiae die vlt. Aug. an. curso. 1412.

SVMMARIVM.

1 *Praeminentiae iuris quot sint.*

1 Spectabilis & generose &c. † Aduerte, quòd quatuor sunt in iure praeminentes tituli dignitatum, videlicet superillustris, & hic titulus congruit soli Principi. Secundus illustris. Tertius spectabilis. Quartus clarissimus. & hi conueniunt constitutis in magnis officiis, uel honoribus. vt no. per gl. in l. praecipimus. C. de ap. de hac autem forma apostolorum habetur in 2. q. 6. c. post appellationem. in fi. & per Spe. tit. de appell.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi simpliciter non defertur.*
2 *Iudex ex quibus rationibus defert appellationi.*
3 *Causa an in apostolis sit per iudicem inserenda.*
4 *Iudex tenetur appellanti dari facere vniuersa acta causae.*

1 DETVLI, & eam admisi. Vide hic quòd non simpliciter defertur appellationi sed conditionaliter; quouis tamen modo deferatur, nil refert, quia functus est
2 officio suo. vt in l. iudex. ff. de re iu. † Sciendum tamẽ est, quòd aliquãdo iudex defert appellationi ob reuerentiam superioris, vt traditur in c. post appellationem 2. q. 6. Ali-
a quando defert [a] ex necessitate iuris, ut in l. iudicib. C. de ap. Aliquando defert ex vrbanitate sua, ut l. intra utile. ff.
3 de minor. † Sed an in apostolis sit per iudicem causa inserenda? distingue, aut simpliciter defert appellationi, & tunc causa est inserenda, ut haec probantur in l. j. ff. de libel.
4 dimi. & in l. sciendum. ff. de ap. reci. † Et no. quòd tenetur iudex appellanti dari facere vniuersa acta causae, ut l. à proconsulibus, ut in l. nec causas. C. de app.

ADDITIONES.

* Defert, Adde quòd in dubio iudex appell. à diffin. deferre debet, secundum Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, uer. 2. Ias. in l. 1. ff. si quis caut. Dec. consi. 28. 34. & 49. in c. ut debitus. num. 33. de appell. & praedicta intellige, ut per Dec. d. c. vt debitus, nisi essemus in materia in qua regulariter appellatio non admittitur, nam tunc in dubio regulae inhereñ. est, & non iniuria quidem appell. est deferẽ. in re dubia: quia illa est antidotum contra iniustã sñiam, teste Cur. cons. 163. nu.

163.nu.3.& est defensio, quæ datur aduersus iniuriam iudicis.l.1.ff.de appell.c.ad romanam.2.q.6.accedit quòd si iudex appell.non deferat puniri debet iux. tradita per Ias.in Auth. ad hæc nu.3.C. de iudi. hinc est quod apostoli reuerentiales dantur, qui cum in forma conceduntur: eos sic concessos intelligimus, si à diffin.intra decendiu, & a persona legitima appellatum sit, & petantur, alias refutatorij concessi uidentur, qui tunc dantur: quando frustratoria uidetur apppellatio, qua in re animaduerten.est, quòd si apostoli petiti fuissent:& non dati saltem refutatorij: si iudex procederet, processus redderetur nullus c.vt super, in gl. vlt.de appel.in 6.vbi Io.And.Egid.concl.151, secus si nulliter appellet, quia tunc iudex apostolos dare non cogitur secundum Rot.decis.18.in antiq.quomodo autem puniri debeat iudex, appel.non deferens, & dic, quòd iure Cano. si causa crim.est, deponitur, si ciuilis arbitrariè punietur iure autem ciuili, si causa sit crim. pœna erit arbitraria, si ciuilis, pœna l.quoniam.C.de ap.Rom.consi.501.Boer.q. 153.nu.4.& 5.si autem iudex simpliciter appel. nō admittat: sed cum clausula, si & quatenus de iure teneatur, & nō aliter, an habeatur appellatio pro admissa, & dic, quòd illa uerba ad iuris dispositionem referenda putat Ro.consi. 501.vt si appellatio admittenda erat vtiq; admissa habeatur, aliàs non, secundum Fel.in c.cum contingat, col. pen. de offi.deleg.Bart.in l.ambitiosa.col.pe.de decret. ab ord. fac.Bal.in l.edita, col.17.C.de eden.Marc. Delph.decisio. 271.vnde cauti iudices cum d. clausula appel. recipiunt, ne eas simpliciter reijciendo in pœnam incidant, ex qua admissione si & quatenus, iurisdictionē à se abdicare censentur, adeo ut processus corā eis fieri nequeat, nec factus valeat, secundum communem per Ro.d.consi.501.col.2. qua in re, illud etiam notañ. quòd quando iudex nō defert appellationi, sed illam reijcit, appellans debet esse cautus, vt à tali reiectione appellet, alioqui reiectio & sententia transirent in rem iud.teste Zab.in clem.1.col.4.uer.ex hac gl. de dolo & cont. de qua admisione cum clausula si & quatenus, plura scribit Osasc. decis.131. Masuer.

2 Inferenda.not. quòd debet inseri causa quando iudex non recipit appellationem uide Barto.in l.Chirographis.ff.de admi.tut. in fin. no.quòd appellatione deserta si appellans coram iudice appellationis infra terminum sibi statutum se non præsentauerit. vt l.præses.C.de ap. adde quia ut supra dictum fuit, iudex potest statuere tempus infra quod se præsentet coram iudice ad quem, alias appellatio est deserta. Pone quòd prefixerit iudex terminum duorum mensium ad præsentandum coram sede apostolica, & alios ad faciendum fidem de præsentatione, an per lapsum ultimi termini sit deserta appellatio? Bal.tenet q; non in l.præses.C.de ap.sed an pro illo secundo termino aliquis resultet effectus, Fed.de Se. consi.22. dicit singulariter q; regulariter præfixio habet effectum, q; elapso termino poterit iudex à quo statim sententiam mandare executioni etiam pendente appellatione, adeo vt non posit executionē irritare.& hoc fuit mirabile dictum d.And.in c.ex insinua.de ap.Dictum est no.à nemine plus dictū & scribendum literis aureis secundū Lud.suo singula.163.inci. hoc nesciunt.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus præsentandi apostolos qualiter detur.*
2 *Non præsentans se iudici infra terminum dandi apost.los quam pœnam incurrat.*
3 *Præsentans in termino apostolos & prosequens causam coram iudice incompetenti per lapsum biennij, an posit postea prosequi coram iudice competenti.*
4 *Vnde est, quòd præfigitur tempus à iudice à quo causa appellationis.*

1 INFRA decem dies. † Istud tempus dari & moderari consueuit secundum distantiam locorum, & personarum qualitatem, ad arbitrium iudicis, ut l. præses. C. de appella.& in c.personas, extra de ap. facit l. continuus. §.

2 cum ita.ff.de verb.obli. † Quid autem si infra terminum se non præsentauerit? dic quòd appellatio reputabitur pro deserta, nisi iusta causa eum excuset, ut supra dictum est titu.proximo, & probatur in d.l.præses & c.personas. † Sed

3 pone, quòd præsentatis apostolis prosecutus est suam appellationem coram eo qui repertus est iudex incōpetens, & coram eo tempus anni, uel biennij instantiæ appellationis transiuit, an poterit de nouo prosequi appellationē coram iudice competenti? dicunt quòd non.per tex.in l. si pater.C.ne de stat.defun.& l.accusatorus.ff. de adul. & l. si

4 falso. ff. quod cum fal. tut. auct. † Diceret aliquis si lata sententia.iudex functus est suo officio, quomodo potest talem terminum assignare? ad quod sic respondetur, quod licet officium eius sit finitum quò ad cognitionem causæ, non tamen quo ad alia quæ respiciunt appellationis prosecutionem, ne res iudicata semper stet in suspenso.arg. in c.abbate, extra de appel.

Forma libelli appellationis.



CORAM vobis Spectabili ac egregio milite D. Manfredo de Beccaria de plebe dicit, significat & exponit Simo.procurator & procuratorio nomine Ioan.de Olia.contra & aduersus And.& quamcunque aliam personam pro eo, uel eius nomine in iudicio legitime comparentem, quòd uersa & agitata olim quæstione inter ipsum Simon.dicto nomine parte vna, & dictum And. parte altera coram domi. B. causa & occasione cuiusdam petiæ terræ cui cohæret &c. idem do.B. per eius assertam diffinitiuam sententiam condemnauit dictum Simon. dicto nomine ad dimittendum, & relaxandum dicto And. prædictam petiam terræ, & ad dandum & soluendum eidem nomine & occasione fructuum perceptorum flor. centum prout plenius & latius, & sic uel aliter, in dicta asserta sententia contineri reperitur, ad quam relatio habeatur, quā quidem assertam sententiam, & omnia & singula in ea contenta ipse Symo.dicto nomine dixit & proposuit ac etiam nunc dicit & proponit fuisse, & esse nullam, nulliusque ualoris & momenti in illis passibus, punctis, & articulis tantum, in quibus lata sit, uel esse reperiatur contra ipsum Simo.dicto nomine, & eius iura; & inquantum esset aliqua, seu esse reperiatur, dixit, & proposuit, ac iterato dicit, & proponit ipsam fuisse & esse iniquam & iniustā, ac iniquè & iniustè latam, & pronunciatam in passibus punctis & articulis, de quibus supra, & ab ipsa tanquam nulla & iniqua appellauit ad spectabilitatem uestram, & ad quemcunque iudicem competentem, prout & sicut in dictis nullitate, & appellatione interpositis latius exprimitur &c. Quare cùm prædicta uera sint, petit & requirit idem Simon. dicto nomine a vobis do. Manfredo antedicto, quatenus per uestram diffinitiuam sententiam pronuncietis, sententietis, & declaretis dictam assertam sententiam in passibus, & capitulis contra eum facientibus, de quibus supra, fuisse & esse nullam, nulliusque ualoris & momenti, & inquantum sit, uel esse reperiatur aliqua, fuisse & esse iniquā, & iniustam in partibus, & capitulis antedictis, & ab ea tanquam iniqua & iniusta fuisse & esse bene appellatum, & malè iudicatum. Et prædicta petit, & requirit per uos fieri, & executioni mandari omni uia, iure, causa, & forma, seu modo, quibus melius fieri possunt. Deducen.in præsenti iudicio &c. Non astringens se &c. Saluo iure &c.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus in causa appellationis an sit necessarius.*
2 *Litis contestatio in causa appellationis an sit necessaria.*

1 ORAM vobis. † Dubitari consueuit apud plurimos, an de necessitate talis libellus * sit offerendus coram iudice appellationis, an sufficiat coram eo porrigere simpliciter appellationem, & uidetur quòd libellus non sit necessarius, quia sententia fundari debet super libello, ut l. vt fundus. ff. comm. diui. quam sententiam sequitur Specu. in titu. de appel. in §. dicendum restat. Alij dicunt, quod sufficit præsentare appellationem, ut in Auth. de his qui ingre ad ap. in §. volumus quorum op. sequitur Innocen. in c. cum contingat, extra de offi. deleg. & Bart. in l. 1. in fi. ff. de ap. licèt secundùm eum opin. Specu. per consuetudinem sit approbata, ideoque minimè est mutanda, ut
2 in l. minimè. ff. de legi. † Quæritur an in appellationes sit necessaria litis * contestatio? b gl. uidetur dicere quòd
b non, in l. fi. §. illud. C. de temp. ap. In contrarium facit text. in l. 1. C. ne li. in vna eademque causa tertiò prouo. Tu autem pro concordia sic distingue, aut vtraque pars est præsens, & tunc debet lis contestari: aut altera est absens, & tunc non, & sic intelligantur prædicta, pro quo facit quod habetur in c. per tuas. extra de appel.

ADDITIONES.

* Libellus. Adde, quòd in causa appell. sufficit quòd producatur appellatio iudicis à quo, & super ea procedatur, nec est necessarius nouus libellus, teste Rom. consil. 381. post, num. 2. & uide quæ habentur for. lib. act. real. uer. ad euidentiam, circa fi. laudo tamen seruari debere quod scribit Dec. in c. cum in ecclesia. 2. not. de appel. Maluer.

* Litis contestatio, Adde pro opi. negatiua. c. per tuas, ubi Doct. de appell. quia litis contestatio facta in causa principali sufficit in causa appell. teste Bal. in rub. C. de usur. & fruc leg. in auth. hodie. C. de iur. cal. Spec. tit. de lit. contest. §. pen. col. 2. vbi dicit hoc uerum parte contumace, per ca. interposita, in fi. de appell. & l. fi. §. illud. C. de temp. ap Bar. in l. 1. C. ne lic. tertiò prouoc. & in d. §. illud, secus si in causa principali lis non fuit contestata, nam tunc oportet in causa appell. contestari, secundùm Rot. decis. 143. 207. Mathes. singul. 66. Rip in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 189. de acq. possess. Rom. sing. 400. Oldrad. consi. 12. Dec. in c. per tuas, de appell ubi quid in causa nullitatis, an requiratur litis contestatio, & dicit quòd sic, si de nullitate principaliter agatur: secus si incidenter per uiam exceptionis, pro quo fac. etiam quæ habētur supra for. lib. act. real. ue ad euidentiam, colum. fin. an autem ob omissam litis contest. uitietur processus appell. & dic, ut pe Mising. Cent. 1. obser. 1. post Mathes. sing. 66. Dec. in c. per tuas, de appell. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, nume. 189. de acq. poss. Rom. sing. 400. & fac. quæ scribit Rol. consil. 71. num. 35. lib. 1. consi. 94. num. 4. nume. 21. lib. 2. Maluer.

IN illis passibus. Quid autem operentur ista uerba, dixi supra circa formam appellationis, & no. per Bal. in l. ampliorem. C. de temp. appellat. & in l. appellanti. ff. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Iniquitas primæ sententiæ potest detegi tam ex actis, quàm agendis.*
2 *Testes super eisdem capitulis, an in appellatione admittatur.*

INIQVAM & iniustam. Cica hoc quæritur, an hæc iniquitas possit detegi, tam ex prioribus agitatis, quā ex nouiter agitandis? dic quòd sic, licèt aliud sit in appellatione ab interlocutoria, quia in hac appellatione a diffinitiua locum habet regula, non probatum probabo, ut in l. eos. C. de app. in l. per hanc. C. de temp. app. quæ regula cessat in interlocutoria, ut in cle. appellanti. extra de app.
2 & no. per Bar. in l. eius qui. ff. de app. reci. uel non. † Vlterius quæritur, an in hac appellatione admittantur testes super eisdem articulis? dic quòd non de iure canonico. ut in cle. testibus. de test. sed de iure ciuili sic. nota. per Cyn. & alios in dict. l. per hac.

QVARE cum prædicta. Hæc est libelli conclusio, ad quam semper attende, ut alias dixi &c.

ET inquantum sit aliqua. Mirum est de ista practica, nam si iudex appellationis uideat sententiam nullā, potest super iniquitate eius pronunciare, etiam si nullitas sola est proposita, ut dictum est supra circa formam appellationis, ergo sequitur quod superflue causa iniquitatis proponitur, contra l. fi. §. in refutatoriis. C. de appel. Sed potest respōderi, & practica dupliciter sustineri. Primò, quia iudex nullitatis tantum, licet possit de iniquitate cognoscere, non tamen necesse habet, sed in casu nostro cùm petitur de iniquitate sententiæ expresse pronunciari, necessitas imponitur ipsi iudici de ipsa pronunciare, a gu. in l. de qua re. ff. de iudi. Secundo potest dici, quòd hoc ponitur ad abundantem cautelam, ut in l. testam. C. de testa.

BENE appellatum, & malè iudicatum. Sufficit quo ad iudicem appellationis uti hac forma in eius sententia, cùm vult impugnare priorem sententiam, ut not. in præal. l. eos, ueruntamen tenetur causam exprimere, quare priorem sententiam redarguit de iniquitate, ut supra dixi circa formam sententiæ diffinitiuæ in glo. super uerbo relaxandum. & nota. in c. sicut nobis, ex. de re iudic. Si autem confirmaret priorem sententiam, tunc diceret econtra, bene iudicatum, & malè appellatū, nec esset necesse causam exprimere.

DEducendo. Hæc clausula cum sequentibus debet extendi, prout supra no. in forma primi libelli.

Forma sententiæ in causa appellationis.

OS Manfredus de Beccaria de Plebe miles & commissarius causę nullitatis & appellationis interpositæ per Sim. procu. nomine Io. à quadam sententia contra eum lata per d. B. Vicarium & in super lite, causa, & quæstione inter ipsum Simoni. dicto nomine tunc uertente ex parte vna, & An. ex parte alia, visa prius per nos dicta appellatione, cuius tenor talis est, viso etiam libello appellatorio corā nobis producto continente subsequen. visa denique dicta sententia, & cęteris actis, & agitatis, iuribus, & instrumentis, & allegationibus iuris diligenter inspectis, super quibus omnibus habita deliberatione matura. Christi, eiusq; Virginis gloriosæ Beatiq; Iacobi de Galitia nominib. inuocatis, dicimus, pronunciamus, declaramus, & sentētiamus, prout inferius particulariter annotatur. Et primo quidē dicimus & pronunciamus, benè & iuste fuisse, & esse a dicta sententia appellatum & prouocatum per dictum Sim. dicto nomine. & malè, ac iniuste fore, & esse iudicatum per præfatum D. Vicarium causis, & rationibus maximè infrascriptis. Item absoluimus dictū An. ab expensis litis præsentis propter iustam causam litigandi.

NOS Manfredus. Cōmunis stilus se habet, quod quilibet iudicens in proferenda sententia utitur in propria persona plurali numero, attamen sic loqui posset in singulari, nec uitiaretur sententia, ut habetur in c. pe. §. oportet, extra de re iud. lib. 6.

VISA prius per nos dicta appellatione. Laudabile est de his, & si mentionē facere, & qualis sit huius effectus plene dictū est sup. circa formā sententię diffinitiuæ.

BENE & iuste fuisse appellatum. Hæc est sufficiens forma pronunciandi in causa appellationis, ut proximè

mè dictum est, & eodem modo pronunciandum esset econtra, si appareret quòd iustè fuisse iudicatum.

SVMMARIVM.

1 Causa exprimenda sunt, quare fiat reuocatio prioris sententiæ.
2 Lata secunda sententia confirmatoria primæ, quæ illarum executioni mandetur.
3 Sententia confirmatoria prima per quem iudicē mandetur executioni.
4 Iudex appellationis volens in aliquibus partibus sententiam reprobare, in aliis approbare, qualiter faciet.
5 Iudex reperiens sententiam esse nullam, qualiter pronunciabit.
6 Appellare quoties liceat.
7 Supplicare principi quoties liceat.
8 Lata sententia condemnatoria, in qua iudex voluit infra certum tempus sub pœna aliquid dari, si pendente appellatione non dederit, nunquid incurrat pœnam, & hoc in casu quando condemnatus appellauit.
9 Quid iuris sit in casu priori casu quando obtinens appellauerit.

CAVSIS & rationib. maximè infrascriptis.
1 † Meritò sunt causæ exprimendæ, quare fiat reuocatio prioris sententiæ, quia p hoc consulitur honori, & famæ ipsius pronunciantis, aut prioris iudicis, ut est tex. in c. cū Bertolous. de re iu. & nota. per glo. & alios in c. sicut nobis extra eod. titul.
2 † Quæri autem consueuit postquàm lata est secunda sententia confirmatoria primæ, ex qua erit agendum,
a vel cuius petenda erit executio? super quo Doc. & glo. sic distinguunt, aut prima sententia fuit expressè confirmata per secundam, & tunc secunda est executioni mittenda, aut fuit tacitè confirmata per lapsum instantiæ, uel per aliam solemnitatem omissam, & tunc prima erit executioni mittenda, & ex ea agendum, ut plene. no. in l. furti,
3 §. 1. ff. de his qui no. infa. & in præal. l. eos. † per quem iudicem erit sententia executioni mittenda? Dic, quòd aut sententia secunda fuit expressè confirmatoria primæ, & tunc secunda mittitur executioni per iudicem appellationis, si est ordinarius ille qui pronunciauit, ut in l. præcipimus. §. in his, ibi } exequentibus iudicata { C. de app. Aut fuit confirmatoria primæ sentētiæ tacitè modo quo supra, & tunc primus iudex ipsam primam sententiam executioni mandabit. vt in auth. ei qui. C. de temp. app. Et hanc distinctionem sequitur Cyn. in d. l. eos. & in auth. si quis litigantium. circa fi. C. de epis. aud. & no. per Bartol. in l. tale
4 pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. † Sed quid si iudex appellationis uelit in aliquibus partibus sententiam confirmare, & in aliis reprobare, qualiter formabit suam sententiam? Dic quòd separabit singula capitula dicendo { super tali capitulo sententiæ dicimus bene iudicatum, &
b super tali male pronunciatum [b] &c. } & erunt tunc tot sententiæ, quot fuerint eius capitula. vt in l. etiam ff. de mi. & facit quod no. per Bart. in d. l. ampliorem. & in c. Raynaldus. extra de testa. vnum autem & idem capitulum sibi connexum non posset pro parte approbare, & pro parte reprobare, quia sententia est res indiuidua. vt in l. hoc iudi
5 cio. ff. de fam. ercis. † Quid autem si iudex reperiat sententiam esse nullam, quæ erit forma pronunciandi? Dic secundùm glo. & Docto. vt no. in d. l. eos. quòd pronunciabit sententiam esse nullam & superuacue appellatum, ut probatur in d. l. quædam mulier. ff. fam. ercis. & l. fi. ff. de iur. pa. & in l. nominationis. C. de app. facit l. 1. C. qui pro sua iurisd. Vlterius quæritur de effectu appellationis, dic ut su
6 pra dixi in forma libelli appellationis † Postea quæritur
c quoties liceat partibus appellare. [c] [*] Dic breuiter, quòd
* bis, tertio autem nemini licet, ut C. ne lic. in vna eademq; causa tertiò prouo. l. prima.
7 † Sed supplicare principi licitum est quinquies, & decies. vt C. de preci. impe. of. per totum. & in auth. quæ supplicatio. ibi signata. Est tamen alia differentia inter supplicationem, & appellationem: quia pendente appellatione retardatur executio sententiæ. vt l. prima. nil no. ap. pen. cum sim. sed pendente supplicatione executio non differtur. vt in d. c. auth. quę supplicatio. Sunt etiam aliæ differentiæ inter appellationē & supplicationem, de quibus no. per Cyn. & Iac. Buc. in d. authen. & per gloss. in c. ex literis. extra de in inte. restit. &
8 per Archi. 2. q. 6. c. anterioris. † Amplius quæritur. Ecce quòd iudex primus condemnauit hunc Simoni. ad aliquid
d dandum infra certos dies. [d] sub certa pœna, qui appellatione per eum à sententia interposita ea pendente soluere recusat, postquam per iudicem prio: sententia confirmata fuit, quæritur an in pœnam inciderit non soluendo in termino? uidetur quòd sic, per regulam traditam in l. Celsus. ff. de arb. & in l. in diem. ff. de uerb. ob. & l. magnam. C. de contrahen. & comm. sti. & in l. debitoribus. ff. de re iu. cum sim. In contrarium est ueritas, quia appellatione pendente suspenditur uel extinguitur effectus sententiæ. vt l. 1. nil nou. app. pen. pro hoc facit tex. in cap. præterea requisiti. extra de app. & quod no. in l. furti, in prin. ff. de his qui no. infa. & in l. sciendum. §. pen. ff. qui satisd. cog. & in l. si quis exhæredato. §. hi autem. ff. de iniust. rup. & irri. testa. cum multis sim. super quo uide gloss. in cap. pastoralis. extra de
9 appel. super uerbo, executione. † Quid autem econtra,
e [e] si aduersarius Simo. appellauit à dicta sententia, & tempus soluendi fluxerit, an in pœnam ceciderit, si iudex appellationis priorem sententiam confirmauerit? Dic quòd non, fortiori ratione quam in proxima quæstione, quia facto & culpa sui aduersarij appellantis non potuit conditionem sententiæ adimplere, ergo excusatus est, ar. in l. iure ciuili, & in l. in testamento, cum ibi no. ff. de condit. & demon. requiritur ergo, quòd tempus soluēdi labatur post sententiam in appellatione latam, ut d. ca. præterea. Nec ob. quòd effectus sententiæ confirmatoriæ retrotrahatur ad tempus primæ sententiæ, ut in d. l. furti, in prin. Quia respondetur, quòd illud locum habet quò ad rem principalem de qua quæstio mota est, sed quò ad morā contrahendam inspicitur solùm tempus quo fuit lata in appellatione à sententia.

ADDITIONES.

a Agendum. vide Lud. Ro. consi. 368.
b Pronunciatum, Adde vt per Ludo. Rom. consi. 271. sed an deserta app. iudex possit dicere malè, uel bene pronunciatum. vide per Ancha. consi. 347.
d Dies. vide per Phil. in ca pastoralis. & ibi per Alexand. de appellat.
e Econtra dicit Ludo Ro. quòd ille qui appellauit à sententia, pendente appellatione non potest illam allegare in suum fauorem consi. 487.
* c. Appellare, ad reg. quòd non licèt tertiò appellare: Dic, quòd fallit in causis crim. in quibus locum non habet. tit. C. ne lic. tertiò prouoc. & clemen. prima, de re iudi. teste Ancha. ibi, & Angel. tract. malefi. uersi. fama publica, num. nono, de quo uide quæ scribit Seb. Vant. de nullit. ca. quoties & intra quod tempus, nume. 3. & seq. vbi limitat d. clemen. qua cauetur, quòd qui tres conformes contra se habuit sententias non audiatur super nullitate, nisi prius sententia executioni demandetur, & hoc, quòd non liceat tertiò prouocare: locum habet, tam in diffinitiua: quàm interloquutoria, quod intellige, super vno eodemque articulo: secus si in diuersis, quæ omnia declara, ut per Franc. in ca dilecto, de appell. Angel. in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc. Doct. in l. 4. §. condemnatum. vbi Alex. & Ias. ff. de re iudi. Dec. in ca. sua nobis. num. 13. de appellat. ubi reg. ampliat & limitat pluribus modis quòd tertiò non lic. prouoc. Hypol. in l. extra territorium, nume. 49. ff. de iurisd. om. iudic. Paris consil. 109. num. 15. lib. 4. Ro. sing. 291. Masuer.

ITEM absoluimus. Ista absolutio ab expensis fit ex rationabili causa. quia ipse An. iustam habuit causam se defendendi in cā appellationis, cùm obtinuerit uictoriā pro

pro se in causa principali De quibus expensis plene uide quæ scripta sunt supra in primo libello, in gloss. super uer. expen. & specialiter per Cyn. & alios in l. generaliter, C. de iureiurand.

Forma executionis sententiæ diffinitiuæ.



SAPIENS & egregius legum doctor D. Franciscus. Visa prius sententia coram eo producta in forma publica, nõ uitiata, nõ cancellata, nec in aliqua sui parte suspecta, lata & promulgata in fauorem Simo. nomine Io. de Olia. & ad instantiam, & requisitionem ipsius Ioã. seu dicti Simo. eius nomine, & pro executione dictæ sententiæ omni iure, uia, modo, & forma, quibus melius põt, imposuit, commisit, & in mandatis dedit & dat P. publico nuncio & seruitori communis Papiæ. quatenus ex ipsius d. Fran. parte & mandato uadat, ponat, & inducat suprascriptum Io. in corporalem possessionem cuiusdam petiæ terræ, cui coheret &c. de qua in dicta sententia fit mentio, dando & tradendo eidem Io. de terra & frondibus arborum ipsius terræ in manibus eius, & faciendo ipsum dominum per terram ire, & redire, aliaque facere, quæ in talib. consueuerunt in signum adeptæ & apprehensæ possessionis, de quibus omnibus præcipit tam domino Fran. quàm domino Io. fieri publicum instrumentum.

S V M M A R I V M.

1 *Executio aliquando est laboriosa.*
2 *Executionis quis sit iudex competens.*
3 *In executione an procedatur per uiam præcepti.*
4 *Aduersarius est citandus in executione.*
5 *Exceptiones quæ impediant litis executionem.*
6 *Nullitas sententiæ opposita contra executionem, quando dicatur requirere altiorem indaginem ad hoc ut probetur.*
7 *Tempus executionis sententiæ quod sit.*
8 *Stante statuto quòd lata secunda sententia confirmatoria mandetur executioni, an possit opponi nullitas.*
9 *Retento præcedenti casu, si tamen statutum disponat non posse appellari, an ualeat opponi nullitas.*
10 *Sublata nullitate per statutum, an grauato subueniatur per officium iudicis.*
11 *Præfixo tempore à statuto quòd infra decem dies sententia dicatur nulla, an contra executionem post lapsum temporis præfixi possit excipi de nullitate.*
12 *Statuto existente quòd de omni lite fiat compromissum, an possit opponi statutum à condemnato contra executionem.*
13 *Re existente in alieno territorio super qua lata est sententia, qualiter fiet executio.*
14 *Iudex, cuius auxilium requiritur in executione sententiæ.*
15 *Iudices plures implorati in auxilium pro executione sententiæ, an inuicem teneantur auxilium præstare.*
16 *Tertia persona opponente se executioni, an causa impediatur.*
17 *Probatio ad quem pertineat, an actori petenti executionem, an contradictori obsistenti executioni.*
18 *Impediens executionem si probet tempore executionis possidere, & actor eum probet dolose possidere, an impediatur executio.*
19 *Apparente contradictore si fuit lata sententia super executione, an in nouo iudicio possit contradicens de iure suo docere per modum agendi.*
20 *Lata sententia condemnatoria ex vi confessionis debiti, & petente actore eius executionem opponatur à reo, quòd est lata sententia in fraudem vsurarum, & est simulata, an retardetur executio.*
21 *Carcerari an quis possit pro debito.*
22 *Excussio bonorum, an sit necessaria antequam perueniatur ad incarcerationem.*
23 *Creditor an cogatur in excussione bonorum, quæcunque mobilia primò accipere.*
24 *Qua forma capiatur nomen debitoris mei debitoris.*
25 *Sententia lata in actione personali an sit semper insolidum mittenda executioni contra damnatum.*
26 *Sententia lata contra principalem an possit mitti executioni sine alio processu contra eius successorem.*
27 *Sententia lata contra debitorem an possit mitti executioni contra fideiussorem debitoris sine nouo processu.*
28 *Instantia contra debitorem ante latam sententiam, an transeat in successorem.*
29 *Sententia an sit mittenda executioni contra procuratorem litis uel eius bona.*



1 SAPIENS & egregius. † Attende circa
hanc materiam executionis, quia labor est
obtinere ipsam sententiam, & grauius ipsam executioni mandare, nam per cauillosas personas multa opponuntur contra executionem, & dum creditur, quòd lis finita sit, adhuc durat eius restauratio praua, contra l. terminato. C. de fruct.
2 & lit. expen. & l. fratris. C. de transa. † Quæritur quis sit
iudex competens executionis? Dic breuiter vt dixi in tit. præceden aut sententia fuit confirmata expresse per iudicem appellationis, & tunc iudex appellationis, si est ordinarius, dicitur iudex competens executionis. Aut ipsa sententia fuit confirmata tacitè, & tunc iudex competens erit primus iudex qui ipsam sententiam tulit, ut plene not. per d. Cyn. in l. eos. C. de appel. & in auth. si quis litigantium.
3 C. de episc. aud. † Deinde quæritur, an in executione pro
a cedatur per uiam percepti, a de quo hic, aut per uiam libelli sicut in cæteris actionibus? Ad quod sic breuiter respondeo, aut agitur actione descendente ex sententia, de qua loquitur l. miles. §. fi. ff. de re iud. l. actori. C. de iureiur. & tunc offerendus est libellus, sicut est in aliis actionibus, vt in l. 1. in p. in. ff. de eden. & auth. offeratur. C. de lit. contest. Aut iudicis officium simpliciter imploratur, & tunc per hanc uiam præcepti proceditur, nec libellus offertur, ut dicit Spec. in tit. de exe. sent. §. qualiter, & Bar. in l. intra dies, ff. de re iud. & Cy. in l. ab executione, C. quorum app. nõ re
4 ci. & sic practicatur. † Tertiò quæritur, an in hac executione prius sit citandus aduersarius? dicunt Doct. quòd sic, quia lædi potest, ergo citandus est, ut l. nam ita diuus. ff. de adopti. & l. de vnoquoque, & Bar. in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudica. maxime quia post sententiam possunt superuenisse ipsi reo multæ defensiones quæ possunt hanc executionem impedire, ut puta pactum de non petendo, transactionis, solutionis, & simil. ut traditur in l. 1. C. de iur. & fac. ign. & in l. elegante. §. si post. ff. de cond. in deb. & l. post rem iudicatam. ff. de trans. & quia potest reus solutionem offerre, & pro hoc executionem impedire, ut in l. fideiussor. ff. de do. exce. ad quod facit l. si reus paratus.
5 ff. de procur. Inst. de offi. iud. §. fin. † Sunt etiam & aliæ exceptiones impedientes executioné. v.g. exceptio litis pendentis, ut ff. nil. nou app. pend. l. 1. & C. ut lit. pend. l. 1. C. de in integ. rest. spol. l. 1. & eodem modo si pendet adhuc tempus appellandi, ut in c. non solum. de app. lib. 6. & l. si causa cognita. C. de transac. Item impedit executionem excep-
b ptio nullitatis b sententiæ, qua exceptione ut plurimum vtuntur cauillosi procuratores, & aduocati, de qua traditur per glo. & Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & l. si cum nulla, eo. tit. & per eundem Bar. in l. 1. circa finem. ff. nil noua appel. pen. & l. a diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. & per Io. An. in c. quia Guil. extra de re iud. Et hoc procedit quan
c do nullitas c sententiæ potest incontinenti probari, ubi autem requireret altiorem indaginem, tunc differtur post
d factam executionem secundum Bar. d vbi supra. † Quan
6 do autem dicatur requirere altiorem indaginem, secundũ eum dicendum est, quòd eo casu quando de ipsa non posfit cognosci infra illud tempus, infra quod debet executio
7 determinari. † Quid autem si illud tempus non reperio expressum in iure ciuili? vel dic hoc stare in arbitrio iudicis, uel dic quòd tempus sit duorum mensium, sicut not. in fim. per gl. in l. fin. C. de com. Sed hæc exceptio nullitatis non impedit executionem, quando reus bina sententia succubuit in causa quæ transiuit in rem iudicatam, quia tunc non audietur vlterius nullitatem sententiæ objiciens, quod
e valde notabile est, ut est terminatum e hodie in clem. ut calum-

calumniis, de senten. & re iudic. Item impedit executionē exceptio falsitatis, ut l. fina. C. si ex fal. instrum. & l. si donaueris. C. ad l. Corn. de fal. & no. in l. 2. C. eod. titu. & ibi per Cyn. & l. si ex fal. C. de trans. & facit l. qui agnitis. ff. de excep. & quod ibi no. Alii etiam sunt particulares casus, quibus sententiæ impugnantur uitio nullitatis, quos uide supra in forma sententię diffinitiuæ.
8 † Sed pone, quòd statuto cauetur, quòd postquam lata fuerit secunda sententia confirmatoria primæ vlterius non liceat appellare, uel nullam dicere, sed prout lata fuerit executioni mittatur. Quæritur an hoc obstante posit de nullitate opponi in executione? Ad quod sic breuiter respondeo, aut allegatur sententia nulla ex defectu iurisdictionis, & tūc de hac nullitate poterit opponi, nec per tale statutum talis nullitas remota intelligitur, ut dicit Ioan. And. in clemen. 1. de sequestra. poss. & fruct. Aut allegatur nullitas ex defectu solemnitatis, uel formæ, & tunc aut allegatur defectus formæ iuris communis, & tunc non auditur opponens hanc nullitatem, cùm sit hæc à statuto reiecta, immo etiam hodie de iure communi per dictam clement. fin. si fuerit bis appellatio interposita, non auditur ulterius de nullitate, vt supra dictum est, nisi fortè iudex appellationis super alio iudicasset de quo non fuerit quæsitum, nec iudicatum in primo principali iudicio, ut no. supra in forma sententiæ diffinitiuæ, uersi. sed circa hoc occurrit &c. Aut allegatur defectus formæ ipsiusmet statuti, & tunc auditur opponens talem nullitatem, quia hæc non videtur à statuto remota, ut per Bart. in l. 1. ff. quod ui aut clam, & in l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisd. cog. & per Cyn. in l. ita pudor. C. de adult.
9 † Quid autem si in statuto solùm dicatur, quòd à sententia prædicta nō possit appellari, querelari, nec supplicari, de nullitate autem nihil disponitur, an poterit dici nulla? & uidetur ꝙ non, propter illud uerbum § querelari § quod uidetur importare omnem casum, per quem quis de aliquo conqueritur, arg. in l. querelam. C. de fal. & l. si ab arbitro, cum ibi no. ff. qui satisd. cogan. In oppositū credo, quia uerbum § querelari § est remedium rescissorium f proprio sumpto uocabulo, ut in l. si prætor §. Marcellus. ff. de iudi. & l. præfecti. ff. de min. ideoq; ad id, quod nullum est, non refertur, arg. in l. nam & si sub conditione. §. rumpendo, de iniu. rupt. test. nec de separatis de alio ad aliud debet lex extendi, vt in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. mat.
10 † Sed posito, quòd per statutum sit sublata nullitas de qua g supra, an subueniatur grauato § per officium iudicis allegando uitium nullitatis? uidetur ꝙ sic, quando de officio iudicis nil est prohibitum in statuto; vnde aliàs videmus, quòd licèt per statutum sit sublata exceptio, non ideo tamen prohibetur implorari officium iudicis loco exceptionis, ut no. idem Bart. in d. l. 1. quod vi aut clam, & in l. planè, & l. si. ff. de pet. hære. & in l. ab arbitro. ff. qui satisd. cog. In contrarium credo esse uerum, quia in appellatione includitur officium iudicis, quia appellatio non est actio, ut no. Bar. in l. 1. in princ. ff. de app. & in l. eos. C. de app. unde sublata appellatione tollitur officium iudicis in eo inclusum, & maximè quia vna via prohibitum, non debet alia via intelligi permissum, ut l. oratio. ff. de spons. & l. cū lex. ff. de fideiu. Nec obst. contrarium, quia exceptio est ius residens in parte, sed nobile officium residet in iudice: remoto ergo iure radicato in parte, nō intelligitur reuocatum consistens in iudice.
11 † Quid si statuto caueatur, quod sententia debeat dici nulla infra decem dies numerandos à die sententiæ latę, deinde elapso forte mense, vel anno petitur executio sententiæ, & uelit reus contra executionem opponere de nullitate sententiæ, an sit audiendus? Et uidetur, quòd sic, quia quæ annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, ut in l. purè, in fin. ff. de do. excep. Tu autem dic ipsum repellendum, & imputetur ei si infra limitatum tempus 10. dierum non dixit ipsam nullam: nam ius, quod debet proponi in modum agendi infra certum tempus, non poterit eo transacto proponi in modum excipiendi, ut traditur in l. quæsitum. §. in dolo. ff. de pecu. & l. si intra. C. de non numer. pecun. facit l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoff. testam. l. necnon §. exemplo. ff. ex quibus cau. maio. aliter enim cū conueniretur dispositio statuti, quòd esse non debet, ut in l. fin. ff. ad exhib. & prohibitum vna via, altera concederetur, contra l. cum lex. ff. de fideiuss. & l. oratio. ff. de spons. cum sim. & ita practicatur, facit quod nota. Dyn. in regula, cùm quid vna via, de reg. iu. lib. 6. Ad l. purè. in fin. responde, ut ibi not. per glo. & Dyn. & And. de Pis.
12 † Amplius quæritur, Statuto ciuitatis cauetur, quòd de omni lite, & quæstione fieri debeat à partibus compromissum, an pars condemnata poterit in executione sententiæ petere, quod fiat compromissum? Dic quòd non, ut dicit Bart. in l. post rem iudicatam. ff. de transact. & in l. eleganter, in princip. ff. de cond. indeb. ut sit litium finis, ut in l. fratris. C. de transact. & l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.
13 † Quintò h quæritur, pone quòd res h ista, super qua lata est sententia, sit a sit in alieno territorio, qualiter fiet executio? Dic quòd iudex inuocabit auxilium illius iudicis, in cuius territorio sita est scribendo eidem literas, quòd talem sententiam uelit mittere executioni, & sic ad eius literas fiet missio, & executio, vt no. per Gloss. & Barto. in l. à diuo Pio. §. fina. ff. de re iudic. & plenius in l. fina. C. vbi in rem actio. & in capitu. primo, extra de offic. ordin. sine quibus literis ipsam sententiam executioni non mitteret. ut probatur in cap. Romana. §. contrahentes, extra de foro competente. libr. 6. & in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & in Specul. de execut. senten. §. breuiter, versiculo quid si iudex, & per Cyn. in l. prima. 10. quæstio. C. de confess. Et prædicta locum habent, quando iudicis officio petitur executio sententiæ, secus autem si iure actionis, quia actio ipsa ex re iudicata potest sine literis proponi coram quocunque iudice competenti ipsius rei condemnati, argum. l. fin. C. de lon. tempor. præscrip. Nec similiter sunt necessariæ literæ, ubi petitur executio sententiæ arbitralis, ut l. cum antea. §. 1. C. de arbitr. quia nulla fit priori iudici iniuria secundū Bart. vt supra cùm ipse arbiter possit exequi eius sententiam, ut l. 1. C. de arbit. quod quidem secundùm eum etiam locum habet in præceptis, quæ ex forma statutorum habent vim sententiarum, de quibus præceptis tangitur per eum in l. post rem iud. ff. de transact. & per Cyn. in l. certum. C. fam. ercifcun.
14 † Quid autem dices, si ille iudex, cuius inuocatur auxilium, dixerit se uelle cognoscere de nullitate sententiæ, an poterit hoc facere? Respondeo breuiter, ꝙ non; quia simplicis & nudi executoris officio fungitur, vt habetur in c. pastoralis, §. quia uero, extra de offic. delega. & in l. prima. C. de indict. uiduit. tollen. & not. per Inno. & Ioan. And. & Hostien. in c. de cætero, extra de re iudic. & per alios Doct. in l. si non cognitio. C. si contra ius uel vtil. publ. & in l. si prætor, in §. Marcellus. ff. de iud. & per Bart. in d. l. à diuo Pio, in princi. & per Cyn. in l. properandum. §. cum autem. C. de iudic.
15 † Sed pone, quòd sunt plures iudices in eodem territorio, puta potestas, capitaneus, vel episcopus, & simil. an sibi inuicem teneantur in talibus executionibus auxilium præstare? Dic quòd sic, ut in l. episcopale. C. de episcopa. aud. & in d. cap. primo, de offi. ordina. & ibi per Innoc. & de hoc Specul. in titu. de sen. execut. §. nunc dicendum, uersicu. quid de sententia doctor. & si forte rebellis esset, posset à suo superiore mulctari, uel excommunicari, ut in Authen. ut diff. iudi. §. primo.
16 † Septimò quæritur, pone quod citatis aduersarijs comparet aliquis dicens, § Hæc terra est mea § nunquid impediet executionem sententiæ? uel pone, quòd nuncio exequenti dicit aliquis, § Nolo quòd huc ingrediaris § quæritur an impediatur executio? Dic quòd sic, distinguendo, aut ille qui contradicit, est illa persona quæ fuit condemnata, & tunc eius contradictio est nulla, nec potest impedire executionem, ut l. 1. & 2. C. de execut. rei iudic. & in d. l. à diuo Pio. Aut ille, qui contradicit, est extraneus,

neus, qui nunquam fuit in iudicio, & tunc subdistingue, aut fit executio sententiæ latæ in actione reali, ut hic fuit: aut in actione personali. Primo casu adhuc subdistinguitur, aut illa res, in qua fieri debet executio, a nemine possidetur, sed est vacans; ut puta hæreditas, uel præbenda uel quid simile; & tunc quilibet contradicens impedit executionem, & de eius iuribus cognoscitur, ut l. fin. in fin. C. de edi. di. Adria. tollen. & in c. ueniens, & ibi per Inno. extra de testi. Aut res ipsa non est vacans, sed ab ipso damnato possessa, & tunc contradictio huiusmodi non impedit executionem, cogitur tamen cautionem præstare actor ipsi
* condemnato de conseruando ipsum indemnem * [i] contra
i illum tertium sic opponentem, secundum formam. l. si a quo, cum ibi no. ff. de rei vendic. Aut erat possessa ab ipso tertio, qui non fuit in iudicio, nec sciuit causam suam agi, & tūc impeditur executio, & cognoscitur de iure suo, ut traditur in l. ob maritorum. C. ne vxo. pro mari. & in l. sæpe. §. scientibus, & in l. à diuo Pio. §. si super rebus, & ibi per Bart. ff. de re iud. Secundo casu principali, cùm fit executio in actione personali, puta mutuo, vel locato, & tūc quilibet contradictor impedit executionem, & audiēdus est de iure suo ante ipsam executionem summariè, & de plano, ut in d. §. si super rebus, nec tamen sententia in tali summario iudicio lata plenum præiudicium faciet in plenario, ut in d. §. si super rebus. Differentiæ autem ratio inter prædictos casus est secundum Innoc. in d. cap. ueniens, quia quando possesio vacat, ille qui opponit facilius potest ad sibi debitum peruenire, quàm si per alium sit occupata, sicque sua multum interest plus de iure suo disputari, & executionem differri, non sic autem quando ab alio possidetur, quia tantum importat ab uno petere, quātum ab alio; ideoque non tardatur executio, quia contra eum qui incipit possidere poterit ius suum intentare, sicut contra istum; sed vbi fit executio in personali actione, tunc semper sua interest audiri ante, quàm res in alium transferatur, quia personalis actio, vel obligatio non sequitur rē seu rei possessorem, ut l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & l. 1. §. si hæres fundo. ff. ad Treb. & super hoc vide quæ not. Innoc. in c. super controuersia, extra de re iud. Et prædicta locum habent, siue de possessione tantum, siue de proprietate quæstio moueatur, ut not. per gl. in d. §. si super rebus, ad quod facit l. meminerint. C. vnde vi.

17 † Denuò quæri solet, si appareat contradictor allegans rei dominium, uel possessionem, ad quem pertineat onus probandi, an actori, uel contradictori? distingue, aut tempore quo fit executio reperitur debitor condemnatus in possessione rei, & tunc fundata est intentio agentis, & fieri debet executio saluo iure opponendi in alio iudicio. Aut reperitur contradicens tunc esse in possessione, & tūc erit fundata eius intentio, & per hoc retardabitur executio & cognoscetur de iuribus opponentis, vt hoc not. per glo. & Cyn. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. & per Bart. in d. §. super rebus, & per Spec. in tit. de primo, & secundo decre. §. restat, versi. sed quid, licet quædam glo. in l. 1. C. de priui. fi. dixerit absolutè, quòd opponenti incum-
18 bit onus probandi, & malè. † Sed quid dices, si se opponens probat se possidere tempore executionis, actor verò probat eum dolosè possidere, quid fieri debet? dic quòd non impeditur contra illum executio, quia dolus non debet illi prodesse, sed obesse, ut l. ne ex dolo. ff. de dolo. facit l. si litigator. ff. vt leg. uo. ca. & l. certa forma. C. ut in poss. leg. & ita dicit Cyn. in l. 1. C. de alie. iud. mu. cau. fac. quod
K est no. & contra illos qui pendente lite, [k] vel lata sententia contra eos, ut deludant aduersarium, transferunt rem ad extraneum, nam talis malitia non prodest eis nec acquirentibus. Alibi tamen Bartol. in d. l. si super rebus, uidetur sentire, quòd non possit fieri ista executio contra hunc, nisi prius intentata contra eum actione reuocatoria, argu. eorum quæ habentur, & not. in §. si quis in fraudem, instit. de act. & l. 1. §. si mulier. ff. si mul. ven. nom. in poss. mis. sit. & in toto titu. ff. de his quæ in fraud. cred. & idem tenuit in l. creditores. C. de pignor. puto, quòd opin. Cyn. sit verior & æquior, ut fraudib. obuietur, ut l. in fundo. ff. de rei uen. Nec ob. alleg. per Bar. quia loquuntur quando alienatio interuenit ante litem inchoatam, uel sententiam latam.

19 † Sed pone, quòd apparēte contradictore fuit super exceptione lata sententia, an in nouo iudicio poterit ipse contradicens de iure suo docere per modum agendi? uidetur quod sic, per ea quæ habentur in d. §. si super rebus. Sed distingue tu melius, aut super exceptionibus fuit plenè cognitum, aut summatim tantum. Primò casu non auditur ulterius in modum agendi super iure deciso & proposito in modum excipiendi, iuxta not. per Imo. in cap. super spoliatione, extra de ord. cogn. & per Doct. in l. sin autem, in fin. ff. de neg. gest. & l. quòd in diem. §. si ratione. ff. de compen. Secundo casu audiendus est, ut in d. §. si super rebus.

20 † Rursum quæritur de quadam q. quę sæpius de facto contingit. Ecce quòd aliquis coram iudice sponte confessus est se debitorem esse de centum, & iudex uisa confessione condemnauit ipsum, ut habetur in l. 1. C. de confess. deinde creditor sententiæ executionem requirit, contra quam se opponit condemnatus dicens sententiam fore simulatam, & in fraudem vsurarum latam, ac confessionem remissam. Quæritur an per hoc sit retardanda executio, & si debitor offerat se stare iuramento creditoris super prædictis, an sit audiendus ante executionem? & quia duo sunt dubia, respondeo quò ad primum, talem exceptionem nō habere impedire ipsam executionem, quia exceptio simulationis est peremptoria l. 1. C. plus ua. quod agitur. ideoque post sententiam non admittenda, vt l. peremptorias. C. senten. resc. non poss. cum simi. ibi not. sententia enim habetur pro ueritate, ut l. res iudi. ff. de regul. iur. & l. ingenuum. ff. de sta. hom. & imputet sibi qui non ab ea appellauit. ut l. ab eo. C. quomodo & quan. iud. & l. 1. C. si sæpi. in integ. resti. fue. postu. dicere enim sententiam simulatam, est allegare illam iniquam, quod non licet si non fuerit prouocatum, vt in d. iuribus, & in l. post rem iudicatam. ff. de re iud. & l. 4. C. de re iud. facit l. fin. C. de excep. rei iudic. Super secundo sic distingue pro eius pleniori cognitione, aut exceptio peremptoria, quæ opponitur contra sententiam, traxit originem ante sententiam, & tunc non potest regulariter opponi post sententiam, ut in d. l. peremptorias, cum simi. ideoque non tenetur creditor subire
l tale iuramentum, quod [l] iuramentum succedit in locum probationis testium, uel instrumentorum, ut dicit text. in l. in contractibus. §. illo. C. de non numer. pecun. & ibi per Cyn. & not. glo. in l. generaliter, in princ. C. de iureiur. aut
m traxit originem tempore ipsius sententiæ, [m] ut in q. præsenti, & tunc idem, quia sibi imputet si non appellauerit, ut dictum est. aut traxit originem post sententiam, ut quia creditor transegit, uel pactum fecit; uel sim. & tunc tenetur iurare, quia etiam aliter de hac exceptione posset probare, ut l. & post rem iudicatam, in princip. ff. de transact. & in l. eleganter. §. si post. ff. de conditio. inde. & l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudica. Amplius quæritur, postulata executione sententiæ latæ in actione personali, quid faciet iudex de pignoribus captis? dic breuiter, quòd altero de quatuor modis prouidebit ipsi creditori. Primo poterit ipsa pignora sibi dare insolutum pro tanta quantitate ualoris eorum, sic quòd pro resto debiti sit ius saluum creditori, ut l. non ex maiore. C. de exc. & l. fin. in fin. C. de iudo. impe. vbi autem creditor accipit simpliciter pignora in solutum non determinata quantitate, tunc uidetur pro toto debito accepisse, nec ulterius audietur pro aliqua parte dicti debiti, ideo sit cautus, ut semper declaretur quantitas, pro qua insolutum recipit, ut habetur & not. per Bartol. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. & per Cyn. in l. ordo. C. de execu. re iud. Secundo modo prouidetur, si iudex exponi faciat ipsa bona venalia, & plus offerēti dare, & pretium tradere creditori, ut l. si. §. 1. C. de iur. do. impe.

do.impe.& l.pen.C.si ven.pign.ag.& l.1.C.si in causa iud. Tertio modo prouidetur, quod nullo reperto emptore ipse creditor tanquam quilibet alius extraneus ipsa pignora emat pro quantitate iusta. Et si quid restauerit pro solutione habeat ius saluum ad id consequendum, vt l.2.& fi. C.si in causa iud. Quartum est remedium, videlicet quod ipse creditor pignus possideat, & fructus ex eo colligat, sed non est vtile creditori, quia fructus debent cum debito compensari, vt l.1.C.de distr. pign.l.1.in fi.ff.de pign.act. De his remedijs no.in d.l.si pignora.& in d.l.ordo. Adde & quintum, videlicet quòd ipse debitor detrudatur in carcerem.

21 † Pro cuius latiori doctrina reuoco in dubium, an quis possit pro debito carcerari.[n] In quo dubio sic distingue secundùm Bart. vt per eum not. in l.sacrilegij.§.cum eo.ff.ad l.Iul pec. Aliquando quis est debitor fisci, aliquãdo priuati. Primo casu potest capi, & arestari in aliquo loco, puta ne exeat de platea, vel palatio communis, non tamen sic cito debet in carceribus includi, nisi eo perseuerante in contumacia, vt not.in l.nemo carcerem, C.de exa.tri.lib.10. & d.§.cum eo. licet exactores moderni temporis in talib. diuersimode se habeant pro libito voluntatis. Secundo casu subdistingue, aut debitor est condemnatus, & tunc potest incarcerari, vt l.1.& ibi not.per Cyn.C.qui bo.ce.poss. Idem si nondum est condemnatus, sed promisit sistere in iudicio, & contumax fuit, vt in Auth. de exhiben.reis.§.si vero,& C.quomodo & quando iud. in l.consentaneum,& ibi no.aliter non potest incarcerari, nisi per pactum se astrinxerit, vt not.Doct.in l.ob æs.C.de actio.& oblig.verùm in casibus, in quibus potest carcerari, si cesserit bonis suis, relaxabitur, vt dicta l.1.C.qui bo.ce.possess. quocunque tempore fiat bonorum cessio.vt not.per Azo. in sum.eiusdẽ tit. & probatur in l.pen.ff.eo.tit.& l.2.C.eo. tit.quod sequitur Cyn.in d.l.1.nisi forte secundùm aliquorum opinionem debitor renunciasset beneficio cessionis, quod fieri potest secundùm aliquos, licet aliqui contra teneant, vt plenè disputat Cyn.in d.l.1. & Iacob.de Beluis. in Auth. de fideiuss.§.quod autem. & Bart.in l alia.§.ele-

22 ganter.ff.soluto matri. † Sed an sit necessaria excussio bonorum ante, quàm perueniatur ad incarcerationem, Bart. dicit quod sic.in l.3.§.tutores, ff.de suspec.tut. nam sicut fit excussio rerum immobilium ante, quam perueniatur ad immobilia, & rerum mobilium ante, quàm peruenitur ad nomina debitorum, vt superius & inferius dictum est; multo magis fienda est ante, quàm perueniatur ad hanc incarcerationem, quæ durius aggrauat ipsum debitorem, licet aliquando vel ex consuetudine, vel per statutũ non seruetur hæc practica. Est ergo in executione sententiæ latę in actione personali super capiendis pignoribus, talis ordo tenendus, videlicet vt primò accipiatur pecunia si extat. Secundò res mobiles exceptis deputatis ad agriculturam, vel pro vsu quotidiano vestium vxoris & filiorum, vt habetur & no.in auth.agricultores, quæ res pign.obl.poss.& l.executor. C.eod.tit. Tertiò his deficientibus recurritur ad res immobiles. Quartò ad nomina debitorum, vt hæc traduntur in l.à Diuo Pio §.in venditione. & §.fin.& facit l.etiam, C.de excep. rei iud. Quintò ad incarcerationem.

23 † Sed quid dices de eo quod facere nituntur plerunq; miseri litigantes, & eorum subdoli procuratores, qui ne perueniatur ad immobilia, & vt maius vituperium faciãt creditori, exponunt & producunt tam sua mobilia, quàm aliena & quæcunq; vilissima, & quandoq; ea larenter emunt à vicinis vsque ad incisoria, & bocalia lapidea, & stagnea, nunquid sit cogendus creditor talia recipere in solutum? puto quod non, quia res mobiles debent esse tales quæ de facili reperiant emptoré, & non sint inutiles, vel superfluæ, aut damnosæ ipsi creditori. arg. eorum quæ habentur & not.in auth.hoc nisi debitor, C.de solut.& in corpore vnde sumitur. Sed consilium est melius pro creditore, quòd talia bona mobilia faciat exponi per iudicem venalia, & plus offerenti debentur, & ipsi creditori eorum pretium exsoluatur, vt supra dictum est: & hoc modo obuiabitur

24 fraudibus talium malignantium. † Vlterius quęritur, qua forma capietur nomen debitoris mei debitoris? dic quod iudex faciat ad se vocari ipsum debitorem, & interrogabit eum, an sit debitor talis, & si quidem confitebitur se illius debitoré, tunc statuet & assignabit eum pignori mihi creditori, & compellet eum per iuris remedia mihi soluere, vt not.per glo.in d.l.à Diuo Pio.in fi.& in l.1.C.de præto. pign. vbi autem negauerit se esse debitorem, tunc relaxabitur, vt ibi not.& per glo.in l.2.C.quando fisc.vel priua. Sed quid si res mobilis fuerit data in solutum ipsi creditori, postea res ipsa appareat aliena, & sibi euincatur, qualiter succurretur ipsi creditori? dic quod poterit adhuc agere primæua actione, quæ non est sublata per talem inutilem dationem in solutũ. nam creditor videtur sub hac conditione à priori iure recedere, si res fiat sua irreuocabiliter, vt probatur in l.ex testante. §.latinus, ff.de excep.rei. iu.vt habetur & notatur in l.libera q̃dam Theodora. C.de senten.& inter.omn.iud.& in l.eleganter. in princip.ff.de

25 pign.& l.rescriptum.in fi.ff.de distr.pign. † Post hæc quæritur, an sententia lata in actione personali sit semper insolidum mittenda executioni contra damnatum? Dic breuiter quod sic regulariter, sed à regula certi speciales sunt à iure excepti casus, in quibus fit executio solùm in quantum facere potest condemnatus deducto ne egeat, uel ne mendicare cogatur, verbi gratia in patre condemnato, uel patrono, filio, marito, uxore, milite, donatore, & socio omnium bonorum, ut traditur & habetur in l.sunt qui, cum l.seq.& in l. in condemnatione, ff.de re iudic. hoc tamen priuilegium ad ipsorum hęredem non extenditur, vt l.sciendum, ff.de re iudic. & ipsæ principales personæ hoc priuilegio priuarentur, si fraudulenter bona sua alienassent, ut ibi notatur & habetur in l.1.§.illo proculdubio. C.de rei vx.act.

26 & in l.si unus.§.fin.ff.pro socio. † Quæro an sententia lata contra principalem possit mitti executioni sine alio processu contra eius successorem? Dic sic conclusiue, aut est successor uniuersalis, ut hæres, & tunc fieri debet executio contra eum, sicut contra principalem si uiueret, ut l.miles, §.iudic iti. ff.de re iudi.quia hæres fingitur eadem persona cum defuncto, ut in Auth. de iureiur.a mor præst.in prin. Aut est successor singularis, ut emptor, uel legatarius, & tunc aut est successor in re ipsa super qua est lata sententia, & tunc uidetur idem.arg.in l.ex contractu.ff.de re iud. & l.si mater.in fi.& l.exceptio.ff.de excep.rei iud.latius tamen in hoc secundùm Bart.distingue, ut per eum not.in l.creditores, C.de pign. Aut istud ius exequendi erat in esse productum, antequàm res transisset in hunc successorem, quia lata erat sententia, & tunc in eum competit ius exequendi hanc sententiam, ut d.l.si mater.in fi. & l.iudicatæ. in fi.& l.si à te.in fi. ff.de excep.rei iud. & facit l. si superatus.in fi.ff.de pigno. Aut ipsum ius non erat in esse productum, sed in actu producendi, ut quia lis pendebat, & tunc aut per hoc res facta erat inalienabilis, quia litigiosa, cùm esset quæstio de ipsius rei dominio, & tũc tale ius exequendi transit contra ipsum successorem, ut l.2.in fin. C.de liti. Aut poterat alienari, quia solùm erat quæstio de iure pignoris, & tunc ius consequendi non transit contra talem successorem, sed requiritur nouus processus contra eum, ut in Auth.de liti.§.ad hęc.posita in auth.hoc ita. C.de pignor. Aut ipsum ius exequendi non fuerat in esse, nec in actu productum, & sic lis nondum fuerat inchoata, & tũc non transit in hunc successorem tale ius exequendi sine nouo processu, ut probatur in d.l.si mater, §.fin. & l iudicatæ.§.fin.ad quod facit l.1.§.necessario.ff.si mu.uen.no.de quo iure executionis uide quod not.plene Cy.in l prima,

27 C.de alien.iud.mut.causa fac. † Vlterius quæritur, an tale sententia poterit mitti executioni contra fideiussorem debitoris condemnati sine alio nouo processu? Dic secundũ Docto. aut est fideiussor contractus, uel iudicij, uel litis. Primo casu nõ potest fieri executio, nisi præcedente nouo processu.

processu. In secundo casu potest, vt determinatur, & not. per Cyn. in l. fin. in fi. C. de vsur. rei iud. & per Bart. in l. 1. ff. iud. sol. Et quæ sit ratio differentiæ, ibi vide, quia inten-
28 do breuis esse. † Sed an talis instantia ante latam sententiam transeat in successorem? distingue secundùm Bar. vt per eum not. in l. si cùm hominem, ff. de fideiuss. aut est successor vniuersalis, & tunc transit, vt in d. l. si cum hominé. & ad hoc facit l. si is qui Romæ, ff. de iud. & in l. si familiæ, ff. fam. ercisc. cum sim. Aut est successor singularis, & tunc non transit, vt l. 2. C. de hær. vel act. ven. & no. per Io. And.
29 in c. quia Guli. extra de iu. † Sed an sententia sit mittenda executioni contra procuratorem litis, vel eius bona? dic ꝙ non, immo nec contra tutorem, vel curatorem, vel simi. vt in l. 4. §. tutor. ff. de re iudic. & l. Plautius. & l. si procurator. ff. de procur. nisi contra eum, qui sponte se obtulit liti sine mandato pro alterius defensione, vt in d. l. 4. in princ. & facit l. is qui se obtulit. ff. de rei vend.

ADDITIONES.

a Per viam præcepti. Adde Ang. in l. 4 §. si ex conuentione. ff. de re iud. & ibi Alex. in l. 2. ff. de iureiur.

b Nullitatis. Vltra remis. huius articuli an exceptio nullitatis: quia solet allegari tex. in l. si feriatis. ff. de fer. pro concor. §. condemnatum. & in l. si cum nulla. Innoc. ponit in c. cum in iure. de offic. delega. Alij in c. de cætero. de re iud. Spec. in tit. de lit. conte. §. quando autem. vers. quid de causa nullitatis. & in tit. de libel. conce. §. quid dicendum. ver. quid si sententia, circa fi. & in tit. de exec. sent. §. vlt. ver. 16. Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp off. & in l. fi. C. de ord. cogn. & in l. ab execu. C. quorum app. non rec. & in l. fi. C. si ex fal. instr. & in l 4. §. ibidem. ad exhib. post tres sententias non potest opponi exceptio nullitatis. clem. 1. de re iud. Illam tamen limitat Oldr. cons. 8. nisi sit euidens nullitas, puta quia apparet ex inspectione illarũ reo, nisi de nullitate statim possit constare in his, idé sequitur Bar. in l. vna. C. ne li. tertio prouo. mouentur ambo per rationem dictæ clementinæ, quæ incip. vt calumnijs &c. sed euidens nullitas excusat ab omni calumnia &c. tamen fortiter me mouet in contrarium, quia nil sic specialitatis in tribus sententijs d. cle. induceret, magis quàm in vna sententia, per tex. in l. si feriatis. ff. de ferijs. posset dici, ꝙ ratio, d. clem. esset impulsiua. tamen seruatur in practica dictum Oldr. Tertiò limitatur vbi executio esset irretractabilis. ita Paul. de Eleaz. in d. clem. 1. puta quia lata est sententia in amputatione manus. ita Bald. in d. l. si feriatis, & d. l. ab executione. C. quo. app. non recip. & in l. vnica, C. de in integ. rest. post. ne. quid noui fiat & mouetur Paul. quia ubi maius periculum mitius est agendum, l. 1. §. 1. de Carb. ed. pro quo vide tex. in l. 1. §. si quis ultro, de quæst. & l. diui fratres. 1. de pœn. Quartò limitatur, ubi duæ sunt conformes super bono iure agentis, & tertia lata est super desertione appellationis, quia potest opponi exceptio nullitatis. Do. de Rot. in suis decis. antiquis 35. quod no. Quid si sunt tres sententiæ interlocutorię conformes dicentes, causam, quę erat in partibus, fore ad curiam Romanam legitimè deuolutam, succumbens opponit, uolo probare contrarium, quia impetratum fuit per excommunicatum, quæ impetratio nullam dat iurisdictionem iudici. c. 1. de resc. lib. 6. Do. de Rot. decis. 37. & ita ibi decidunt, ꝙ potest opponi. & de hoc est tex. in c. pia. uers. pen. de excep. in 6.

c Nullitas. Istud probat tex. in d. l. si feriatis, & in l. si prętor. §. Marcellus, secundùm unam lec. ff. de iud. & in l. iudicati, quæ est l. fin. C. si ex fals. instr.

✱ Nullitas. Adde, an trium sententiarum conformium executio per exceptionem nullitatis impediri possit? si excipiens illicò offerat se probaturum, & dic, ꝙ in hoc est controuersia inter Doc. in cle. ut calumnijs. ubi Imo. & Card. de re iud. Distingue tamen, ut per Rip. in l. 4 §. condemnatum, nu. 15. de re iud. ut opin. Imol. & Card. procedat: quũ aliter quàm per acta nullitatis probatio offertur; tũc enim excipiens non est audiendus, secus si ex eisdem actis probetur, quia tunc audietur, teste Oldr. consi. 106. de quo uide Dec. in l. si se non obtulit. §. condemnatum. de re iudic. Soc. consi. 78. lib. 3. Ias. d. §. condemnatum. nu. 5. Ossasc. decis. 141. nu. 34. Rol. consi. 29. num. 44. consi. 57. nu. 14. lib. 1. Quæ quidem communis opin. procedit in ordinarijs & summarijs iudicijs etiam possessorijs, & si in eis non admittantur exceptiones requirentes altiorem indaginem, secundùm communem per Cur. consi. 108. nu. 14. Qua in re, quando prompta dicatur probatio? Dic, hoc esse arbitrarium iudici secundùm communem per Soc. cons. 59. lib. 3. Sed quid in restitutione in integ. etiam si altiorem indaginem exigat: an admitti debeat contra tres conformes sententias? & affirmatiuam communem dicit Rip. d. §. cõdemnatum. nu. 31. cui Bal. contradicit in l. 1. C. ne lic. tertiò prouoc. ubi etiam Salic. qui & à Bal. dissidet. Quam tamen Salic. sententiam, eo casu seruandam censent Docto. quando ex actis aliquid apparet, quòd calumniæ præsumptionem tollat, de quo uide quæ scribit Caisiad. decis. 1. de rest. in integ.

d Bart. Istud probatur in l. 1. C. de ord. cogn. l. satis apertè. C. ad l. Corn. de fal. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. & sententia excommunicationis semper impedit executionem. c. pia, de exce. lib. 6. & ubi nullitas reducitur principaliter per uiam. pet. illa nunquam impedit executionem sententiæ. Ion in d. c. cùm in iure. Dom. de Rot. decis. 670. ubi dicit istud dictum seruari, licet sit dubium quando opponitur per uiam excep.

e Terminatum, quæ loquitur de tribus sententijs, & idem esset si uirtute statuti sufficerent duæ: quia statutum subrogatur loco d. cle. ut calumnijs, uide Bald. in l. una. C. ne li. in una eademque causa ter. prou. uel melius in l. fin. C. de interlo. omn. iud. prout est in statuto Papien.

f Resciſſorium, & quod sit remedium resciſſorium. Adde etiam Alex. de Imo in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 25. ff. de uerb. obl. Curtius.

g Grauato per officium. Adde quid si statutum dicit, quòd contra instrumentum nulla admittatur exceptio. tamen poterit semper implorari officium iudicis; quia tunc agitur cum iudice, & non cum parte, uide Bartolum in l. prima, §. & parui. ff. quod ui aut clam. l. planè, & l. fina. & ibi Barto. & Ange. ff. de petitione hæredit. nam ubi tollitur omne remedium, non tamen tollitur quin quis possit implorare officium iudicis nobile, ita tenet glo. in l. eius, in principio, ff. ad Trebell. dum loquitur rectè intuenti de remedio restitutionis in integrum, quod competit officio iudicis, idem glo. in l. postquam liti. C. de pac. in uer. nulla, facit l. fin. in fin. C. de præscr. longi tempo. cum dicto Ang. ibidem, nã licèt dicat tex. quòd non spectetur aliqua ignorantia in materia præscriptionis per dictionem uniuersalem nulla, tamen dicit ibi Ang. ꝙ ex capite iustæ ignorantiæ off. iud. nobili competit restitutio in integrum, non obstante ꝙ tex loquitur per dictionem nulla. &c. faciunt no. in l cum filius. §. in hac, per glo. & Docto. ff. de uerb. oblig. Ad primò dicta facit quod no. glo. in l. fin. C. de his qui nõ ha. le. per. sta. in iu. & in l. cum una. C. si de momen. pos. fue. ap. & licèt post biennium non possit opponi exceptiò nõ numeratæ pecuniæ, de rigore tamen potest post officium iudi. implorari ne fiant illicitæ exactiones, ita Bald. in l. si ex cautione. C. de non nu. pec. Et ubi statutum dicit, quòd contra instrumentum publicum, &c. debet primò constare ꝙ illud instrumentum habeat requisita, uidelicet ꝙ à notario de collegio & similibus &c. aliàs non dicitur instrumentum publicum & semper possunt opponi tales exceptiones, ita Bar. in d. §. & parui, Bald. in c. pastoralis, de excep. Ang. post Cyn. in l. Gracchus, C. de adult. Ant. de But. in c. item cum quis, extra de restit. spol.

h Quinto quæritur. De hoc uide per Cum. consi. 140.

i Lite. Vide quando pendente lite sit alienatio utrum sine

nouo

nouo processu fiat executio contra eum cui est alienata, Cy. in l. 1. hic alleg. ꝙ sic per l. si legatorum, & per l. certa, hic alleg. Bar. in l. creditores, C. de pign. & in l. a Diuo. §. si super, de re iud. tenet contra per l. 1. §. retia, & l. si. ff si mul. ven. no. in poss. mit. & per tot. tit. ff. & C. de his quæ in frau. cred. & §. si quis in fraudem. Inst. de act. quia ageñ. est primò via reuocatoria ordinario iure contra detinentem. Bald. verò aliter distinguit, & sunt aurea eius verba recitando d. opin. in l. ob maritorum, C. ne uxor. pro mar. aut iste dolus committitur in fraudem, uel paratæ executionis, vel missionis, & eodem modo fiet executio, uel missio contra possessorem, ut l. chirographis. §. fin. ff. de admi. tut. aut in fraudem creditorum diminuendo bona, ut minus sit in bonis, & tunc est agendum ordinariè, vt d. §. si quis in fraudem, cogita, sed Bar. in l. 1. §. fi. ff. de liti. dicit ꝙ contractus initus super re litigiosa est ipso iure nullus, adeo ꝙ contractus talis non tenet, adeo ꝙ sententia lata cõtra primum debet mandari executioni contra istum in quem facta est translatio. ibi uide, & remittit ad ea qua dicit in d. l. creditores.

* Adde, quæ ponit Osasc. decis. 63. nu. 4. ubi declarat dicta Bar. in d. l. creditores. col. 6. uer. uideamus. & ibi plura scribit notab. in p. act. distingue, ut per eum ibi, nu. 9. num. 10. In qua decis. principaliter disputat, an sententia lata contra primum emptorem possit exequi contra secundum.

K Iuramentum. Adde Alex. de Imol. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. & in l. eleganter. §. 1. ff. de cond. ind. & Pau. de Cast. in consil 96. in fin. Curtius.

l Tempore ipsius sententiæ. Not. quòd hoc quod uidetur tenere distinguendo, ꝙ aut negat instrumentum uerum tempore ipsius sententiæ, uel ante, & tunc non tenetur iurare: aut post, quia opponitur transactio uel solutio secuta, & tunc sic, quam distinctionem alibi non legi; tum ꝙ ubi adest instrumentum uel plena probatio scribitur in iure, ꝙ quis cogitur iurare, ex quo habet probatam intentionem & fundatam, iste est text. in l. in contractib. §. illo. C. de non num. pec. & ibi Bald. ita Bald. in reper. suo super Inn. in uers. actio. allegando Abb. in c. 2. extra de prob. & idem Bald. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. cal. Ang. in l. sed si restituatur. §. fi. ff. de iudi. & est casus singularis in d. c. 2. ubi damnatur consuetudo, ꝙ ille qui pledit probauerit adiuuet probata iurando. Cogita.

m Carcerari. An quis possit pro debito carcerari. uide Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. pos. & gl. in l. 3. in §. tutores. ff. de suspe. tut. & in tract. carceris, in 4. q. Abb. in c. 2. de pign. & Ang. de Aret. in §. fin. Inst. de actio. Franc. Curt.

VISA prius per eum quadam sententia. Ad hoc autẽ ut iudex ad executioné procedat, debet sibi constare ex productione de ipsa tali sententia, quam exequi intendit, ut l. ordo, quasi per totum, C. de execu. rei iud. & in c. 1. extra de offi. ord. &c.

SVI parte suspecta. Hoc meritò dicitur, quia si esset suspecta ex aliquo uitio uisibili, tunc retardaretur eius executio, arg. eorum quæ not. in l. 3. C. de edi. D. Adr. toll.

S V M M A R I V M.

1 *Nuncius quot modis appelletur.*
2 *Executio sententiæ, an possit committi parti.*
3 *Licentia data parti ingrediendi sine violentia, ita quòd exequatur, an habeat locum in contractibus.*
4 *Iudex quando dicatur facere sententiam interlocutoriam, actum interlocutum, & sententiam diffinitiuam quo ad executionem.*
5 *Exceptione opposita contra nuncium exequentem, ipse potest executionem tardare.*
6 *Executor proponens pignora venalia, an habeat fidem de pretio.*
7 *Procurator constitutus ad vendendum, an habeat fidem de pretio.*
8 *Executore excedente debitum modum exequẽdi qualiter succurratur.*
9 *Appellatio ab excessiua executione qualiter interponatur.*
10 *Contra executorem exequentem excessiuè propter ignorantiam qualiter succurratur.*
11 *Sententiam quis possit interpretari.*
12 *Iudex in interpretanda sententia, qualem interpretationem facere possit.*
13 *Citatio partis requiritur in interpretatione, an à sententia remota, & ab huiusmodi interpretatione potest appellari.*
14 *Successor ferentis sententiam, an possit illam interpretari.*
15 *Causa sunt exprimenda in appellatione ab interpretatione sententiæ.*

* P. PVBLICO nuncio. * † Istæ tales per-
1 sonæ diuersis nominibus in iure appellantur, nam interdum appellantur apparitores, vt l. apparitores, C. de appa. lib. 12. Aliquando executores, vt in l. executorem, C. de execu. rei iud. Aliquando nuncij, vt hic. Sic ergo committen-
2 da est executio publico officiali, ut dictis iurius. † An autem hæc facti executio possit ipsi parti committi, in cuius fauorem sententia lata est? Cyn. plene disputat in l. si. C. si per uim, vel alio modo. super quo gl. sunt contrariæ. nam gl. in l. meminerint, C. vnde ui. tenet ꝙ sic, & idem sequitur ibi Iac. de Aret. alibi glo. in l. iustè possidet, ff. de acqui. poss. tenet ꝙ non, quam opin. sequitur Dy. in l. non est singulis, ff. de re iud. Oldr. voluit concordare gl. distinguendo hoc modo. Aut iudex concedit parti licentiam ingrediendi quouis modo etiam per violentiam, & nõ potest, vt in d. l. non est singulis. & ita loquitur gl. in dicta l. iustè. Quandoque concedit licentiam ingrediendi sine uiolentia aliqua, & tunc valet, & sic intelligitur glo. d. l. meminerint. quam distinctionem approbat Bart. in l. creditores. vers. quartò principaliter. C. de pignor. & in d. l. iustè pos-
3 sidet. † Quæritur, an talis licentia ingrediendi possit concedi in contractibus? certe sic, vt not. in l. prædia, ff. de acquir. poss. cum ibi not. & eodem modo per testatorem legatarijs, vt in l. Titia, §. 1. ff. de leg. 2. & ibi not. per Bart. & per eundem in d. ver. 4. & hic modus exequendi locum habet, quando proceditur per officium iudicis, secus si proceditur per viam actionis in factum ex re iudicata, quia
4 tunc libellus esset necessarius, vt dictũ est in prin. † Ideoq; notandum, ꝙ quando iudex procedit ex solo officio, quòd tunc si fert sententiam, dicitur esse talis sententia interlocutoria; si autem simpliciter exequatur de facto committendo seruitori, vt hic, tunc etiã est actus interlocutorius, vt dicit Cyn. in d. l. ab executione, C. quo. appell. non reci. vbi autem procederet per viam actionis in factum ex re iudicata, tunc eius sententia esset diffinitiua, nec tamen ab ea secundum Odofr. potest appellari regulariter, vt finis sit litium, licèt aliqui aliter distinguant, vt no. in d. l. ab executione, & vide quod infra dicetur in ver. sed hic quæritur.
5 † Quæritur, an hic nuncius executor si coram eo proponantur aliquæ exceptiones, quæ possunt post sententiam opponi, debeat vel possit de his cognoscere, & executionem tardare? Dic ꝙ non, quia est nudus & merus executor, vt probatur in d. l. executorem. & not. per Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, ff. de re iud. Ad quod facit l. & si non cognitio. & quod ibi not. C. si contra ius vel util. pub.
6 facit quod no. supra ver. quid autem dices. † Post hæc quæritur. Ecce ꝙ iste executor pignora per eum capta proposuit uenalia, an poterit fidem habere de pretio? Dic ꝙ nõ, sed debet facere, ꝙ de præsenti ipsa pecunia ab emptorib. exbursetur, & creditori tradatur, vt in d. l. à diuo Pio. §. sed
7 si emptor. † Sed an procurator ad uendendum a constitutus possit fidem habere de pretio? Videtur tex. quòd non, in l. si procurator, in fi. ff. de iure fisc. In contrarium tamen facit tex. in l. cuicunque, §. si ei. ff. de instito. & ibi per Guil. de Cu. uerum tamen pro cõcordia omnium sic distingue. Aut loquimur in executore iudicis, uel legis, & talis non potest habere fidem de pretio, hoc est rem dare sub credentia, ut in d. §. si emptor. & ibi no. per Bar. Aut loquimur in procuratore, & tunc subdistingue, aut est procurator fisci, seu ecclesiæ, uel minoris, & non potest fidem habere de pretio,

de pretio, vt in l. si procurator, in fi. Aut est procurator alicuius priuatæ personæ, & tunc secundùm Bart. subdistingue. Aut est procurator specialiter constitutus ad vendendum sub certo & limitato pretio, & tunc non potest uendere habita fide de pretio, quia sic vendendo diceret vendere uiliori pretio. argu. in l. si prædium. alias incipit. l. q si in diem. in fi. ff. de in diem adie. & sic non seruarentur fines mandati, contra l. diligenter. ff. mand. & in c. dilecta extra de rei. r. Aut est simpliciter constitutus nulla pretij facta taxatione. & tunc poterit fidem habere de pretio, ut in l. qui fundum, §. procurator. ff. pro empt. l. 1. ff. de except. rei

8 iud. † Vlterius quæritur, quid si deputatus ad exequendu excedit modum exequendi, verbi gratia, cùm debet facere executionem in prato, facit eam in vinea & in prato, qualiter succurretur ipsi condemnato? Dic q potest appellare, vt plene traditur, & habetur in l. ab executore, ff. de appel. & in l. ab executione, C. quorum app. non reci. & per gl. in c. quòd ad consultationem, in fi. extra de re iud. & hoc in executore mixto. In seruitore autem, seu nudi facti executore, sufficeret reclamatio ad superio em, vt l. vt propo nis, C. de execu. rei iud. † Sed hic quæritur de forma appel

9 lationis interponendæ. ad quod sic respondo secundùm Doct. quòd executio huiusmodi excessiua est actus interlocutorius, sicq; regulabitur talis appellatio, sicut cæteræ appellationes, quæ à sententijs interlocutorijs interponuntur, videlicet vt tunc in ipsa appellatione exprimantur causæ, vt not. plenè per Bart. in d. l. ab executore. & per Cyn. in d. l. ab executore. & per eundem Bart. in l. eius qui. ff. de appell. reci. vel non. Et nota, quòd appellatione vel reclamatione interposita, si ipse executor adeo proteruus esset, q appellatione non obstante exequeretur sententiá de facto, nec posset ipsi: eo per superiorem esse consultũ, tunc licitum esset ei de facto resistere, vt habetur in l. prohibitum, C. de iure fis. & in c. ex literis extra de offi. deleg.

10 & ibi not. † Sed pone, quòd talis executor propter eius grossitiem, & ignorantiam malè intelligit, & interpretatur sententiam. verbi gratia, cum sententia dicat de florenis simpliciter, vult interpretari de ducatis, & reus dicit, quod debet intelligi de florenis monetæ currentis, & sim. qualiter consuletur damnato? Dic q potest appellare, cũ per hoc modus excedatur exequẽdi, vt no. per ipsum Bart.

11 in d. l. ab executore. † Cuius gratia reuocamus in dubium,

b quis possit sententiam interpretari? b super quo secundũ eum vbi supra sic distingue. Aut loquitur in iudice ordinario, aut in delegato. Primo casu, aut vult interpretari sententiam latam per suum delegatum, aut per se latam, primo casu potest, vt l. duo iudices, ff. de re iud. ipse autem delegatus non posset, vt ibi, quia functus est officio suo, vt l. iudex. ff. de re iud. & in l. dicere, §. fi. cum l. seq. ff. de arb. Alio casu cùm vult interpretari suam propriam, potest secundùm gl. in d. l. ab executore, sed in hoc Bart. ibidem aliter sic distinguit, aut loquimur in maioribus iudicibus qui bus competit merum & mixtum imperium, & hi possunt suas proprias sententias interpretari, & sic procedit glo. prædict. & rationes in ea assignatæ. Aut loquimur in minoribus iudicibus, & hi non possunt eorum sententias interpretari per d. l. iudices. nam sic possent per indirectum eorum sententias retractare, contra l. 1. C. sent. rescin. non

12 poss. cum sim. † Item quæritur, qualem interpretationem possit facere iudex? Super hoc est præsciendum, q interpretatio sumitur in iure multis modis, aliquando pro correctione, aliquando pro verbi extensione, aliquando pro ipsius verbi seu orationis congrua expositione & declaratione, ut hoc not. per glo. in l. 1. §. qui operas, ff. ad Tertul. Aut ergo quæritur de interpretatione, quæ sumitur pro correctione, & hanc nullus ordinarius, uel delegatus maior, uel minor potest facere, nisi solus Imperator, ut l. 1. in fin. ff. de quæst. coniuncta l. dicere, §. fi. cum l. seq. ff. de arb. Aut quæritur de ea, quæ sumitur pro extensione, & hanc non potest facere iudex, nisi super expensis & accessorijs eadem die, qua lata fuit sententia, ut l. Paulus. ff. de re iud. Aut quæritur de ea, quæ sumitur pro expositione, seu declaratione, & hanc potest facere quilibet iudex, quia per eam nil noui inducitur, sed quod obscurum est, coopertumq; detegitur & illuminatur, argu. in l. adeo. §. cũ quis, supra de acq. rer. dom. & l. hæredes palam, §. sed si notam, ff. de testa. Exempla secundùm Doc. si erant duo Titij, nec apparet de quo senserit; Vel si condemnauerit in centum, nec apparet de qua pecunia senserit, poterit hoc declarare, sed aliam interpretationem remotam & extraneam à sensu uerborum facere non posset, ut not. per glo. in d. l. ab

13 executore. † Sed an pars sit citanda ad hanc interpretationem remotam fiendam? Dic q sic per regulam, l. de uno-

14 quoque, ff. de re iud. & l. nam ita diuus, ff. de adopt. † Post hæc quæritur, an successor eius qui tulit sententiam possit illam interpretari? Dicit Bar. in d. l. ab executore, quòd sic, quia finguntur idem iudex, idemq; tribunal, ut l. proponebatur, ff. de iud. l. mortuo iudice, ff. eod. titu. cum sim. Nec repugnare habet, q hæres non interpretetur libellũ defuncti, ut l. Pompo. scribit si frumentum, & l. fin. ff. de rei uend. & l. inter stipulantem, §. 1. ff. de uerb. obli. quia illud ideo, quia ius parti per hoc non perit, nec detrimentum patitur, quia potest in alio iudicio libellum de nouo producere; sed si hæc interpretatio fieri non posset per successo em iudicis, deperire posset, aut grauiter lędi ius partis. Sed an ab huiusmodi interpretatione possit appellari? uidetur quòd sic, secundùm Inno. ut ipse not. in c. super eo. extra quod met. cau. ad quod facit quod supra dictum est de executione. Diceret aliquis, qualiter detegetur in hac appellatione iniquitas interpretantis? Responde ex circunstantijs, uidelicet ex eis quæ acta sunt in principali causa, item ex rei qualitate. uerbi gratia, si condemnauit in decem, & uult interpretari, quòd sensit de papal. cùm tamen res ipsa sit pretij de imperial. b. uel cum res ualeat flor. 10. interpretatum est de libris 10 & sic de sim. ut idem Bart.

15 not. in d. l. ab executore. † Vltimò circa hoc quæritur, an in hac appellatione sint causæ inferendæ. puto quòd sic, exemplo appellationis quæ interponitur ab executione, cùm talis interpretatio sit quædam interlocutoria.

ADDITIONES.

* Indemnem. Adde, quòd quando fit executio super re aliqua, de qua fuit lata sententia: & executio à tertio se opponendo impediri non potest: si illi de indemnitate caueatur, l. is a quo. & l. seq. ff. de rei uend. Bart. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, nu. 2. ubi Bart. nu. 17. de re iud. Quod quidem procedit etiam in beneficialibus, teste Felin. in cap. in c. ueniens. 2. num. 7. de testi. necnon in feudalib. ex not. per Afflic. in c. Imperialem, §. præterea inter duos. nu. 67. de prohib. alie. per Feder. & in c. si duo nu. 33. de pace tem. Distingue tamen, ut per Mising. cent. 3. obser. 73. ubi ponit tres casus, inquiens, aut in re uacante fit executio: & tertius contradictor illam impedit, per text. in c. ueniens. de testi. aut fit executio in re per alium possessa, & tunc tertij contradictione non obstante: fieri potest executio, l. Sticho. de rei uend. si tamen uictor cautionem de restituendo præstabit, si tertium obtinere contingat; aut condemnatio in una re facta est, & in alia fit executio: & tunc tertius executionem impedit, iuxta tradita per Bar. d. §. si super rebus, pro quo uide etiam q̃ scribit Mathes. sing. 86. Masuer.

a Vendendum. An procurator ad uendẽdum possit habere fidem de pretio, uide Bal. l. in ciuile, C. de rei uend. Bar. in l 3. in §. non tamen. ff. de inst. Bart. in l. alieno, §. sed si emptor. ff. de re iud. Bart. in l. eleganter. in §. si uendiderit. de pign. act. Io. And. in add. Spec. tit. de pac.

* Ad uendendũ. Adde, quid de procuratore simpliciter constituto ad contrahendum, uel aliud faciendum, an possit in cõtractu ponere pacta, & pęnas quę solitæ sunt apponi? & dic, ut per Ias. in l. 1. §. si procurator. num. 19. & seq. ff. si quis iud. non obtemp.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Faciendo aliquem ire & redire per fundum authoritate iudicis, an quaratur plenè dominium.*
2 *Venditor coactus rem vendere per sententiam, si non percipit pretium ab emptore, qua actione agat ex vendito, vel in factum ex sententia.*
3 *Executio sententiæ, an habeat instantiam vt causa principalis.*



ACIENDO eum ire & redire. Isti sunt actus acquirendæ possessionis concurrente animo acquirentis, vt in l.quemadmodum. & l.1.in §. adipiscimur.& l.3.§. in amittenda.& §.fin. ff.de acqui.poss. † Sed an per ta-
1 lem missionem quæratur dominium, plenè dictum est supra circa primum libellum, in glo.super ver. iure domini, vel quasi, ve. quintus modus &c. Et traditur Inst.de offi.iud.§.fin.& in l.exceptio. ff.de re iud. & l.Pomponius,§.si iussu.ff.de acq.poss. & l.inter officium, ff.de rei uend.pertinet autem ad iudicis officium hunc in possessio nem missum defendere, ut ff.ne uis fiat ei. l.1.in princ. §.1.
2 cum seq. † Vltimò quæro de tali quæstione. Ecce quòd in executione sententiæ uenditor rem uendidit quam vendere damnatus est, & quia pretium non recepit uult intentare contra emptorem actionem in factum ex sententia, quæritur an possit, an uerò necesse habeat agere ex contractu uenditionis? Et breuiter uidetur agi posse ex sententia actione in factum, per l.fundi partem, ff.de contrah.emp. & l.si hæres, ff.de act.emp. In contrarium determinat Bar. in l.si fideiussor. ff.de leg.1. arg.in l.numerationibus, in fi. ff.de sol. sicq; secundum cum agendum est actione ex uendito. cuius ratio est, quia semel impleta est forma sententiæ uenditione secuta, ad quem solum casum sententia se referebat. Non obstant iura in contrarium allegata, quia
3 in eis non erat prioris cõtractus executio facta. † Amplius
a vidi dubitari, an executio [a] sententiæ habeat instantiam, seu tempus instantiæ, sicut dicitur in causa principali & appellationis in l.properandum, C.de iud. & in auth. ei qui appellat.C.de tempo.app. Pro cuius dubij solutione puto distinguendum esse, aut agitur actione iudicati, seu in factum ex re iud. de qua loquitur l.actori. C.de iureiur.& l. miles.§.fi.ff.de re iud.& tunc quia offertur libellus, sicut in certis actionibus, ut dixi supra in prin.in 2.q. huius tit. habebit instantiam talis causa executionis, sicut aliæ. Aut agitur condictione ex aliqua lege municipali uel statuto, & tunc idem, quia condictio ex lege est quædam actio sic nominata, vt ff.& C.de condict.ex lege.l.1.cum ibi no. & maxime si per statutum sit tempus ipsius executionis causæ expresse limitatum, prout est in decreto generali causarũ ciuitatis Montisferrati. Quod decretum ego ipse composui,& ordinaui de mandato tunc Illustris. D. Theod. Marchionis Montisferrati &c. Aut simpliciter officium iudicis imploratur, & per nudum officium per uiam præcepti proceditur, & tunc puto quòd talis causa executionis nullius instantiæ terminis coarctetur, sed perpetuò explicari & finiri possit. Alij dicunt, aut statutum, uel decretum ipsi executioni limitat certum tempus, & tunc aut limitat ipsi iudici, aut causæ, & utroque casu habebit instantiam, sed in primo casu instantia durabit etiam post terminum. In secundo non durabit ultra tempus limitatum, ut not. per Doct. in l. properandum, & dixi supra in forma sententiæ diffinitiuæ.

ADDITIO.

a Executio. Bart.in l.litibus, C.de agric.& censi.lib.11. tenet quod non habet instantiam executio sententiarum & instrumentorum, quia fiunt sine litis contestatione. Sed intellige quando iudicis officium imploratur, ut ipse Bart. dicit in l. intra dies, ff.de re iud.

Forma libelli quo agitur, vt rescindatur seu annulletur sententia lata prætextu falsi instrumenti.



ORAM vobis D. Vicario D. potestatis Papiæ agit, & in iure proponit Ioann. de Oltaris contra,& aduersus Simo.& contra quancunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem; non in modum solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, dicens quòd orta quæstione inter ipsas partes nomine & occasione cuiusdam petiæ terræ,&c. prætatus Simo. procurauit, solicitauit, pariterq; induxit Gui.de N.notarium ad componendum, rogandum, scribendum & tradendum in publicam formam quoddam instrumentum falsum uenditionis dictæ petiæ terræ, in quo descripto falsò apparet in effectu, quòd ipse Ioan. uendidisse debuit dictam petiã terræ in eo descriptam suprascripto Simo. anno curso. MCCCCXIIII. die 16. mensis Septem. pretio flor. centum, quod minime uerum fuit, nec est, cum ipse Ioan. nunquam uendiderit dictam petiam terræ, nec testes in ipso asserto instrumento nominati fuerunt nunquam præsentes ipsi assertæ uenditioni; quinimmo tempore dicti asserti instrumenti fuerunt aliqui tunc defuncti, sicq; tam ex prædictis, quam ex alijs multis clare detegitur ipsum assertum instrumentum fuisse, & esse in omnibus suis partibus,& capitulis falsum, & falsò, & contra omnem ueritatem compositum, traditum, & scriptum contra uoluntatem,& præter scientiam,& præsentiam dicti Io.& testiũ in eo descriptorum. Rursus dicit,& exponit idem Ioan. quod supraseriptus Sim.ipso tali asserto instrumento falso, scienter, & dolosè usus fuit & est in dicta causa, perseuerando in huiusmodi usu, ita & in tantum quòd ipsius instrumenti uigore ac pretextu reportauit & obtinuit diffinitiuam sententiam, à tunc uicario ferri & promulgari in ipsius Sim. fauorem & contra ipsum Ioan.& ulterius ipsius sententiæ executionem, licèt indebite, & iniustè sic & taliter, quòd ipse Ioan. priuatus fuit & est uirtute dictæ sententiæ ex falso instrumento latæ prædicta sua proprietate, & possessione memoratæ petiæ terræ plusquam iniustissime, quam sententiam uobis exhibet, & producit in forma publica traditam,& rogatam per Pet. notariũ, anno,& mense &c. Quare cùm fructum ex falsitate nemo debeat obtinere, iuraque disponant sententiam ex falsis instrumentis, uel testibus prolatam fore penitus retractandam; idcircò prædictus Ioã. omni modo, iure, uia, & forma, quibus melius potest, petit,& requirit quatenus, prout melius de iure potestis, pronuncietis, & declaretis per uestram sententiam, prædictum assertum instrumetum dictæ uenditionis fuisse & esse falsum, & contra ueritatem traditum, scriptum, & rogatum, ipsamq; sententiam ipsius instrumenti pretextu latam,& executionem dictæ sententiæ inde factam & secutam, fuisse & esse nullam,& omnino nullius ualoris,& momenti,& aduersus ea omnia,& singula ipsum Ioann. fore, & debere in integrum restitui, inquantum mero iure appareant esse aliqua, quod negatur, dictamq; petiam terræ pleno iure spectare, & pertinere, spectasse, & pertinuisse dicto Io.ac sibi fore & esse restituendam, & relaxandam, dictumq; Sim. ad dictam restitutionem, & relaxationem condemnatum, simul cum fructibus per eum perceptis, necnon in cæteris damnis, & expensis passis, & factis per dictum Ioan. & in futurum fiendis & patiendis, de quibus protestatur, saluo iure addendi &c. non tamen se astringens, &c.



ORAM uobis. Ad hanc materiam oculos aperiant omnes, maximè notarij iuuenes qui facilius persæpe corrumpuntur; nam si fuerit locus falsis instrumentis, testibus,& sententiis, ac

grauibus

granibus principum extorsionibus, & rapinis, nullus profecto de statu suo poterit esse securus; sit ergo vnusquisq; super omnia legalis, nec in aliquo auro patiatur se corrumpi, & illud semper in memoria teneat quod Cassiodorus. lib. 4. epistolarum, scribit in hunc modum. {Aurum siquidem per bella quærere nefas est, & per maria periculum, per falsitatem opprobrium; honesta verò sunt lucra, per quæ nemo læditur, & bene acquiritur. Gryphes ipsi aurum iugiter leguntur effodere, atque metalli inspectione gaudere, quibus quoniam non est ambitus lucri, cupiditatis crimine non dicuntur accendi &c.} nec Tullianum eloquium est obliuioni tradendum, qui sic ait {Cadit ne in virum bonum fallere, mentiri, criminari, præcipue emolumenti sui causa? nil profectò minus est, non ergo vlla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, vt viri boni & splendorē & nomen amittas; quid est enim quod afferre vtilitas illa tantum possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem, iustitiamque detraxerit. Quid enim interest, vtrum ex homine siquis conuertatur in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ &c.} Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Falsi quot modis agatur.*
2 *Ius excipiendi de falso, an duret tanto tempore quanto ius agendi.*
3 *Nunquid agi possit ciuiliter de instrumento falso contra partem, antequam actum sit criminaliter contra notarium qui scripsit.*
4 *De falsitate quæritur etiam per officium iudicis.*



1 VALIS qualis petitionis. † Per hæc verba, & alia similia apparet, quod ciuiliter agitur
* de falsitate sententiæ & instrumenti. Cuius gratia est sciendum, quod de falso commisso tā circa testes, & instrumenta, quàm circa alia acta causarum, & similia procedi & quæri potest dupliciter. Vno modo ciuiliter sicut in contractibus, & vltimis voluntatibus; alio modo criminaliter, ut probatur in tex. in l. damus, & l. de fide, & l. præbemus, C. ad l. Corn. de fal. & siquidem agatur ciuiliter, competit actio in factū, quæ durat 30. annis, sicut faciunt cæteræ actiones personales secundùm Cyn. vt per eum in l. querelam, C. ad l. Corn. de fals. sicut ius dicendi ipsum instrumentum, vel sententiam, nullum, vel nullam, vt not. per Bart. in l. quæ sub conditione, §. de hoc iureiurando, ff. de cond. inst. Regulariter enim omnes personales actiones eo tempore determinantur, & durant, vt Inst. de perpe. & temp. ac. in prin. & C. de const. pec. l. 2. facit l. sicut, & l. omnis, C. de præsc. 30. anno. Vbi uerò agitur criminaliter, solum durat tale ius 20. ann. vt in d. l. querelam. Tertio etiam modo quæritur & disputatur de falso per modum excipiendi, qui modus frequentius practicatur, vt l. fin. C. de fide inst. & in c. cum venerabilis, extra de excep. & in l. vbi falsi, & l. satis apertè. C. ad leg. Corn. de fals. & not. per gl. in l. si ex falsis, C. de transa. & in c. cum Io. & c. inter dilectos, extra de fide instru. & l.
2 cum ciuili. C. de ordi. iud. † Quod quidem ius excipiendi de falso. an duret tanto tempore, quanto ius agendi, plenè disputat Cyn. in dicta l. querelam, vbi finaliter concludit cum Iac. de Areт. distinguendum, aut ille qui obtinuit per falsa instrumenta fuit in dolo scienter ius vtendo, tunc & tantum durat exceptio, quantum durat ciuilis actio, & per consequens 30. ann. arg. l. pure, in fi. ff. de dol. except. Aut non fuit in dolo, vt puta non conscius falsitatis, & tunc quia præcedere debet exceptio in integrum restitutionis, vt in l. exceptiones, §. vlt. ff. de except. necesse est dicere, quòd hoc casu ius excipiendi solum duret quadriennio, vt in l. Prius, ff. de re iudic. & quod not. in l. si ex falsis, C. de transact. & sic intelligatur c. cum venerabilis.
3 de excep. & c. licet. extra de prob. cum sim. † Nunquid autem agi possit ciuiliter de instrumento falso contra partem, antequàm actum sit criminaliter contra notariū qui scripsit? plenè disputat Cyn. & Doct. in l. fi. & l. 2. & ibi per glo. C. de fide instr. & dixerunt super hoc quidam, aut notarius viuit, & debet prius contra eum criminaliter agi, vel d. l. fi. C. de fide instr. aut mortuus est, & tunc est in electione actoris, an prius agere velit ciuiliter, uel criminaliter, arg. d. l. damus, C. ad l. Corn. de fal. Alij dicunt absolutè, quod siue notarius uiuat siue non, quod est in electione actoris, an prius velit ciuiliter agere, vel criminaliter; quam opin. approbat gl. & Iac. But. & communis consuetudo in d. l. 2. Ad hoc autem specialiter aduertendum, quòd ubi proceditur criminaliter, debet iudex oculos aperire. Nam ad eius officium pertinet, multo maiorem indaginē exquirere, quàm si ciuiliter ageretur, ut d. l. ubi falsi. C. ad l. Corn. de fal. & si contra reum inculpatum de hoc vitio nō sunt probationes concludentes, sed nudæ suspiciones, nō propterea debet iudex ipsum absoluere, nisi prius se purgauerit saltem per proprium iuramētum, ut determinatur per Cyn. in d. l. vbi. & per Azo. in summa. C. eo. tit. & per Goff. in summa, extra de crimi. fal. per quod habes colligere, quod hic est casus specialis, ut non sufficiat ad plenam absolutionem rei quod actor non probauit, per regulam l. actor. C. de proba. & l. qui accusare, C. de edendo. sed debet reus se
4 purgare. † Quarto etiam modo, quæritur de falso per officium iudicis, secundùm Cy. vbi suprà per tex. in l. sciant, C. de prob. ad quod facit l. nullum, C. de testi.

ADDITIO.

* Qualis qualis. Adde Ias. in l. non solum, §. morte, num. 46. ff. de ope. no. nunc. & quæ habetur supra. for. lib. act. Real. in princ. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Falsum quot modis committitur.*
2 *Solicitans quòd falsum committatur, grauius punitur, quàm qui falso vtitur.*
3 *Libellus, in quo simpliciter dicitur falsum esse commissum, nec dicitur cum dolo, vel sine, an procedat.*



1 ROCVRAVIT solicitauit. † Ad huius euidentiam sciendum est, quod falsum committitur quatuor modis, videlicet Scripto, Dicto, Facto, & Visu. Et primò cōmittitur scripto, vt patet in notario scribente falsum instrumentum, vt in c. cum Ioannes Eremita. & in cap. inter dilectos. cum sim. multis, de fide instr. & alijs casib. positis in l. j. §. qui rationibus. & l. Paulus. §. Paulus, ff. ad l. Cor. de
2 fal. Secundò committitur dicto, vt in falso teste, & similibus casibus, de quibus in d. l. 1. §. sed & si quis, & §. qui iudicem cum sim. Tertiò committitur facto, ut in falsa moneta, & falsa mensura, vt ff. eo. tit. l. quicunq;, & l. pen. §. 1. & in cæteris alijs similibus casibus ibi no. C. de fal. mone. l. 1. & l. qui falsam, ff. ad l. Cor. de fal. Quartò committitur visu, ut quando aliquis in causa cōmittit, & producit scienter & dolosè falsum instrumentum, ut C. eo. tit. l. si falsos, cum sim. quæ omnia prolixius uide per Azo. in sum. C. eo.
2 tit. & per Goff. in sum. extra de crimi. fals. † Deinde sciendum est, quòd iste, qui prouocauit, & solicitauit quòd notarius committeret falsum, grauius punitur, quàm si simpliciter falso instrumento vius esset, ut in dicta l. si falsos.
3 † Vlterius quæritur, an iste talis libellus procedat, in quo simpliciter dicitur falsum esse commissum, nec exprimatur, an dolo, an sine dolo, quam quæstionem plenè disputat Cyn. in l. nec exemplum, C. ad leg. Corn. de fal. Sed finaliter, & conclusiue dic secundum eum, quòd est necesse hoc exprimere; quia dicendo falsum commissum, includitur dolus interuenisse, maxime si criminaliter de falso quæratur. tamen consultè faciet unusquisq; id exprimere in li-

in libello, aliter enim non ligatur pœna falsi, nisi dolus intercesserit, ut d. l. nec exemplum, & probatur in l. 1. in prin. ff. ad l. Cor. de fal. de quo dolo in dubio in his, quæ cadunt in delictum, & a iure prohibita sunt, semper præsumitur, ut habetur in l. 1. C. ad l. Corn. de fal. licèt in cæteris actib. à iure permissis non præsumatur dolus, nisi perspicuis indicijs probetur, vt in l. quoties, §. qui dolo. ff. de proba. & l. qui dolum, C. de dol. & l. dolus, ff. de rescin. vend.

ADDITIO.

a Secundò committitur, quot modis committitur falsum, ut de per Bald. in l. falsus. in 5. col. C. de fur. Adde Hippol. de Marsi. in rub. ff. ad l. Cor. de fal. col. 2. ver. modo viso. Iodo. in praxi. crim. c. 119. nu. 3. Cuma. consi. 138.

SVMMARIVM.

1 *Notario non releuante in publicam formam instrumentum, an committitur falsum ex tali instrumento non authenticato.*


RADENDVM in publicam formam. Sed
a quid erit, si notarius [a] tradidit ipsum instrm in
1 forma non publica, nec authentica, † ita q non facit fidem. v. g. si caret anno, vel indictione, aut die, & sim. nunquid cadet in crimen falsi? Dyn. simpliciter tenet q sic, per l. si quis legatú, uer. certum. ff. ad leg. Cor. de fal. Alij distinguunt, aut instrm peccat in forma, & tunc nó committit falsum; aut in materia, & tunc sic. Alij, quos sequitur Bar. in d. l. si quis legatum, distinguút, q aut notarius non adhibuit in instro formam debitam, quia ipsum pœnituit falsitatis, nec ideo perfecit, & tunc excusatur: aut imperfectum tradidit, quia perficere non potuit, & tunc non excusatur. vt ambo hæc probantur in l. qui falsam, & l. filius, §. 1. ff. ad l. Corn. de fal. de qua quæstione vide latius per Bart. in d. l. si quis legatum.

ADDITIONES.

a Si notarius. vide Feli. in d. c. cum Io. Eremita, de fide instr.
* Si notarius. Adde, quid de notario succedendo alij notario, an poterit authenticare scripturas notarij defuncti? & dic, q non poterit sine commissione iudicis, teste Ias. in l. prætor ait, §. cogentur, nu. 14. ff. de eden. vbi distinguit.

INSTRVMENTVM venditionis. Hic de venditione ponitur gratia exempli, & ideo idem per omnia dicendum in omnib. alijs instrumétis tam publicis, quam priuatis, ut l. damus, C. eod. & l. 1. §. qui in rationibus, & l. Paulus, cum sim. ff. ad leg. Corn. de fals. &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum an reprobetur de falso, testibus in eo descriptis dicentibus non interfuisse.*

1 
VERVNT vnquam præsentes. † Si notarius dicat in instrumento talem testé, uel testes fuisse præsentes, & inde examinati deponunt * non
* fuisse præsentes, vnus vel plures, an per hoc * re
* probetur instrumentum de falso? tangitur per Cyn. in l. in exercendis, C. de fi. instru. & per Inn. & Io. And. c. cum Io. Erem. extra de fide instr. Bar. in l. 1. ff. quemad testa. ape. & ego scripsi supra circa formam opponendi contra instrumenta, & Spec. posuit in tit. de instr. edi. §. postremò.

ADDITIONES.

* Non fuisse præsentes. Adde, q vni testi in criminalibus, licèt non credatur contra notarium, quando dicit notariú aliter scripsisse quàm dictum fuerit: secus tñ est, qñ plures sunt testes; quia tunc magis credendum vr testib. quàm notario. Contrarium tamen uerius esse scribit Rol. cons. 38. nu. 23. 24. 29. 41. lib. 1. Quæ cótraria opi. posset procedere in ciuilib. secus tamen in criminalibus, ut per eundem d. cons. vbi doctè & copiosè more suo artic. declarat. Cui adde not. per Aym. cons. 13. num 3. cons. 74. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 74. col. 4. lib. 1. consi. 65. lib. 2. Grama. voto 26. Foll. prac. cri. 2. secundæ. ver. & demum repetantur. nu. 14. & seq. Nouel prac. crim. c. 8. nu. 11. Ferrat. caut. 26. Bart. in l. in exercendis. nu. 11. nu. 12. C. de fide instr. Quid, quando testis repetitus dicit se nó ita deposuisse? & dic, ut per Foller. ubi suprà nu. 13. Bal. & Sali. in l. fi. C. plus ualere, quod agi. Capic. decis. 61. nu. 5. Grama. cons. 47. Doc. omnes in c. cum Ioannes. de fi. instr. & in terminis eorum, quæ scribit hic Papien. vide Bar. & alios in l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. test. apér. Feli. in d. c. cum Ioannes. in c. ad audientiam. col. 3. de præscript. In materia autem, quando notarius & testis contradicunt, cui magis credendum sit? siue ciuiliter agatur, siue criminaliter, uide Bois prac. crim. tit. de falsis, nu. 16. 17. 33. & seq. vbi distinguit, quæ distinctio videtur etiam concordare cum ijs, quæ prædictus Rolan. ponit d. cons. 38. Accedunt not. per Clar. prac. crim. §. falsum. & in specie col. 5. vbi si testis neget se dixisse, put notarius scripsit; notarius verò sustinet testem dixisse vt scriptum est, regulariter magis creditur notario, sed quantú ad hoc, ut notarius vel testis puniantur de falso: neutri creditur, teste Alex. d. cons. 74 nu. 12. lib. 1. què articulum latius prosequit Clar. d. §. falsum. vbi plura ponit notab. in actu pract.
* Reprobetur instrumentum. Adde quæ habetur supra for. iur. testium, ver. & falsitate. nu. 3. & for. opp. contra instr. ver. dignoscitur. nu. 3. Maluer.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in parte falsum, & in parte verum, in totum falsum redditur.*

1 
N omnibus suis partibus. † Quid autem [a] si in-
a strumentum reperitur pro parte uerum, & pro
b parte falsum, an reddatur falsum in totum? gl. iuris cano. dicit, [b] q sic in c. si ad scripturas sacras. 9. dist. quam opi. sequitur gl. in c. in nostra præsentia. ext. de testi. & Inno. in c. cùm Io. Eremita. de fi. instr. col. fi. vt ego sc. ipsi supra in d. forma opponendi contra instrumenta. in gl. appareant.

ADDITIONES.

a Quid autem. vide gl. in l. 2. C. de fi. instr. & Doct. in l. ex falsis, C. de transl. & per Io. And. in c. fraternitatis, de hære. & Card. Alex. in d. c. si ad scripturas sacras. & per Io. de Fant. in §. qui falso. 4. q. 3. Spe. in tit. de instr. edi. §. instrumétum, §. quid si aliquid. & ibi Ioan. Andr.
b Dicit q sic. Adde, q istam opi. firmat Bart. & côiter Doc. in l. si ex falsis, C. de trás. Bart. in l. Quintus, ff. de aur. & arg. leg. & uide Bal. & Io. de Imo. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obl. Bar. de Sali. in l. in exercendis, col. antep. in fi. C. de fi. instr. Flor. in l cum de ætate, col. pe. ff. de prob. Inn. in c. cum in iure peritus, ante fi. de off. dele. Io. An. in c. ecclesia, de elec. Bal. in c. ad audientiá, de rescrip. Ant. de But. in c. cum Io. Eremita, col. 17. de fid. instr. & in c. cum olim. col. 16. de censib. Pet. de Anch. in c. fraternitatis, de hæret. & ibi Abb. Panor. col. 1. uers. sed dubium, Io. de Ana. col. 8. vers. Cy. ibi in ult. q. & Feli. col. 3. uers. secunda conclusio. Lanf. in c. qm contra falsam, in §. instrumentorú, de prob. col. 8. uers. item quæro nunquid si aliqua. Do. de Rot. decis. 141. in antiq. incip. Ité nota generaliter. Alber. de Gád. in tract. malefi. in tit. de fals. Tancr. in cópend. sua in rubr. 5. q. 10. Oldr. consil. 37. incip. Ad primam quæstionem. Bal. cósi. 228. inci. In quodá instro. in 3. col. in 2. vol. Paul Cast. cós. 301. incip. Ad bene examinandú, col. 1. vers. potissime

in 1.vol. Alex.de Imol.consi.34.incip.Visis & ponderatis, in 4.vol. Io.de Ami.consi.154.incip.Factis & præsentatis, num.12. Grammat.consil.68.causarum ciuili. incip.Quia intentio,nu.31. Marian.Soc.Iun.consi.40 incip.Licet alias. num.16.in 2.vol. Zilettus.

S V M M A R I V M.

1 *Vtens falso instrumento quando incidat in falsum.*
2 *Vtens instrumento falso si protestetur coram iudice se velle ipso instrumento vti quantum sit verum & non alter, an excusetur.*
3 *Pœna vtentis scienter falso instrumento vsque ad sententiam, quæ sit.*
4 *Producens instrumentum si protestetur postea se nolle vti illo instrumento, an ex hoc illud instrumentum reputetur falsum.*

1 DOLOSE vsus fuit.† Hic notandum est, ad hoc vt utens falso instrumento incidat in crimen, & pœnam falsi, duo debent concurrere, videlicet dolus proprius, quia sciens esse falsum instrumentū eo utitur. Secundò, q perseueret in usu usq; ad diffinitiuam sentētiam inclusiue; nam deficiente dolo, uel eo ante latam sententiam ab usu abstinente, excusatur à crimine, & pœna falsi, ut no. in l. si fal-
2 sos, C. ad l. Cor. de fal. & l. si uteris, C. de fid. instr. † Quid, si fuit protestatus corā iudice se uelle ipso instrumento uti, inquantum sit uerum, & non aliter, an excusabitur? Cy. dicit, q sic, & communiter omnes in l. si falsos, C. ad l. Corn. de fals. & Spec. in tit. de instr. edit. §. uidendū restat. vers. q si uelis sine pœna, licèt Bar. det contra hoc remediū, quoddam aliud consilium in l. diuus Pius, ff. ad l. Corn. de fals.
* quod reprobat ipse Spec. de quo dixi * supra in forma pro
3 ducendi instrumenta. † Inde quæritur, quæ sit pœna utentis scienter falso instrumento usque ad sententiam? dicunt quidam, q est eadem pœna, quæ est facientis falsum instrumentum, ut in l. 1. in fi. ff. ad l. Cor. de fal. quam opin. sequit Iac. Butr. in l. si uteris. C. de fide instr. Cyn. uerò in d. l. si uteris. tenet q minori pęna punitur utens, quam faciens, arg. in l. 1. di. § ordinem. ff. ad l. Cor. de fal. idem sequitur Azo.
4 in summa, C. eo. tit. & Bar. in d. l. 1. in fi. † Vltimò quæritur, pone q facta productione instrumenti protestatur postea producens se nolle uti illo instrumento, an ex hoc reputabitur instrumentum esse falsum? gl. dicit, q sic in d. l. si falsos. C. ad leg. Corn. de fal. Cy. autem, & uetus in l. 3. C. de fide instr. & in d. l. si falsos. sic distinguit, aut vires ipsius instrumenti fuerūt in dubium reuocatæ; vt quia aduersarius opposuit instrumentum esse falsum, & tunc redditur suspectum de falso. Aut non fuerunt in dubium reuocatę, & tūc secus; sic ergo quando abstinet ab usu tempore quo est op
* positū contra instrumentum de falso, necesse habebit * producens fidem imponere ipsi instrumento tanquam suspecto, vt probatur in l. iubemus, C. de probat.

A D D I T I O N E S.

* Supra in forma producēdi instrumenta. Adde, quæ habentur d. for. ver. in illis passibus, & q producēs scripturas vel instrumenta, aut testes possint interrogari, an eis uti uelit, vide Felin. in c. præsentiū. de testi. Affl. decis. 189. Marc. Delph. decis. 673. Boss. tit. de fals. num. 109. 119. vbi docet modum ac formam respondendi, quando quis interrogatur, ne faciat se suspectum, q falsum commiserit, & melius num. 155. 156. & seq.
* Producens. Adde, q producenti instrumentum suspectum de falso spectat onus probandi ueritatem instrumenti, l. fi. C. ad l. Corn. de fal. habetur per Doc. in l. iubemus, ubi Alber. C. de prob. Ofasc. decis. 16. nu. 2. Intellige, quando scripturæ suspicio resultaret vno ex tribus modis, de quibus in gl. fi. in d. l. fi. & d. l. iubemus. ver. suspectas. Immo, dicūt aliqui, q d. l. iubemus. & l. fi. de fi. instr. intelligi debent de suspicione resultante, ex eo quòd instrumentum productū est in sui forma uitiatum, uel aliqua parte substantiali abrasum, secus si aliunde suspicio oriatur, quia tunc valet instrumentum, nisi contrariū probetur. ita Ofasc. d. decis. 16. nu. 1. Et ubi suspicio resultat altero ex duobus modis, uel ratione personæ producentis, vel fabricantis falsa instrumenta semper intelligi debet, q producens vel fabricans fuerit infamatus, alias producens non cogitur se purgare testibus Alber. & Salic. qui ita intelligunt d. l. iubemus. ubi etiā Bar. Ofas. d. dec. nu. 11. quē vide latius declarantē. M.

IPSIVS instrī uigore & prætextu. Nunquid autem ad reuocandum sententiam latam sit necesse probare, q iudex fuerit motus ad ipsam sententiam proferendam præ-
* textu ipsius instrī? Dic breuiter, q sic, aliàs nō * retractaretur sententia, ut probat tex. cum gl. in l. pe. & fi. C. si ex fal. instr. & in l. 1. in prin. eo. ti. uerumtn in dubio præsumitur iudex esse motus ex instrumentis in causa productis, ut determinat Cyn. in d. l. pen. sicut uidetur pronunciasse ex causa in libello expressa, ut not. in l. hoc enim, in princ. ff. de execu. tut. quam etiam opin. sequitur Vber. in sum. sua. ti. de exce. & uide quæ scripsi circa formam sententiæ diffinitiuæ in glo. super verbo, Iuribus & instrumen.

A D D I T I O.

* Retractaretur. Adde de materia retractationis, & vide Ias. in rep. l. admonendi. nu. 10. nu. 36. ff. de iureiur.

S V M M A R I V M.

1 *Petens sententiam pronunciari nullam, an debeat illam coram iudice producere.*
2 *Sententia in modum agendi pronunciari nulla, quo iure petatur.*

1 QVAM sententiā uobis exhibet & producit.† Hic notandum, an ille qui petit sententiam pronunciari nullā, debeat illam coram ipso iudice producere? & vī q sic, ut iudex notitiam & scientiam habeat de illa re, de qua & super qua pronunciare habet; sicut dr in aliis actib. & gestis, de quibus iudici probatio est fiēda, ut in l. actor. C. de prob. & l. doce ancillam, C. de rei uend. & in l. qui accusare, C. de eden. cum sim. In contrariū determinat Inn. in c. G. perpetuus, ext. de fi. inst. dicens, q si agēs non habet sententiam, q reus in cuius fauorem lata est, cogitur ipsam exhibere, quam si non exhibuerit debebit interrogari, an talis sententia fuerit pro eo lata, ut ff. de interro. act. l. pen. etsi quidem negauerit, cogetur cedere sententiæ, vel poterit iudex pronunciare, {Si qua sententia apparuerit in fauorē partis lata contra talem, ipsam cassamus, & annullamus, ut nullas uires de cætero obtineat.} argu.
2 ff. de interro. act. l. non alienum. † Quo autem iure petatur sententia in modum agendi pronunciari nulla, dicit idem Inno. ubi supra. & in c. fi. extra de off. iud. q officio iudicis. licèt Bart. aliter distinguat in l. quæ sub conditione, §. de hoc iureiurando. ff. de condit. instit.

QVARE cum fructum ex falsitate. Hęc est conclusio libelli, quæ licèt sit necessaria cùm ciuiliter agitur, attamen ubi agitur criminaliter non est necessaria, ut no. Bart. in l. libellorum, ff. de accusa. & per Cyn. in l. in causis, C. de accu. & in l. nec exemplum, C. ad l. Cor. de fal.

IVRAQVE disponant. Ista iura habentur, tam de iure ciuili, quàm canonico, vt C. si ex fal. instr. per totū. & l. diuus, ff. de re iud. & in c. cum uenerabilis, ext. de exce. & quod no. in c. ad falsariorum, ext. de cri. falsi, cū multis sim.

S V M M A R I V M.

1 *Si sit pronunciatum super falso in actione ciuili, an possit de nouo super criminali agi.*
2 *Reo declaratiuè absoluto, quia non deliquit, tunc sententia lata super falso in vna causa, non præiudicat in alia actioni.*
3 *Sententia lata in criminali præiudicat in ciuili.*
4 *Iudex cognoscens falsum per modum excipiendi, an in eodem libello ex suo officio possit punire delinquentem.*

IN.

NSTRVMENTVM dictæ venditionis fuisse, & esse falsum. † Sed pone, quod iudex
1 in hoc ciuili iudicio pronunciauit super falso, an poterit adhuc de nouo criminaliter agi, seu accusatio institui super falso? videtur quòd sic, per l. damus, & l. præbemus, C. ad l. Corn. de fals. Tu autem pro pleniori doctrina, cum quæritur an sen
a tentia lata [a] in causa ciuili præiudicet in causa criminali, vel econtra, distingue secundùm Iac. But. vt per eũ not. in l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iul. de ui pub. vel priua. Aut sententia fuit absolutoria, aut fuit condemnatoria. Primo casu, aut fuit absolutus quia actor non probauit, aut quia reus non deliquit; si quidem fuit absolutus, quia actor nõ probauit, tunc sententia lata in vna causa, siue ciuili, siue criminali, non nocet in alia, & sic intelligatur gl. in l. 1. C. quando ci. act. præiudi. cri. & l. ex morte, C. ad leg. Aquil.
2 †Si uerò fuit reus declaratiuè absolutus, quia nõ deliquit, quia fortè probauit instrumentum verum, uel se non deliquisse, tunc sententia lata super facto in vna causa nõ præiudicat in alia actoris; quia idem factum venit in utroq; iudicio disputandũ, ut in l. 1. & 2. C. si ex fal. instr. & l. si quid in totum, §. si ancillã. ff. de exce. rei iud. facit l. si duo patroni. §. idem Iulianus, ff. de iureiur. Secundo casu principali, quando sententia fuit condemnatoria, tunc lata in ciuili causa non præiudicat in criminali quò ad plenũ præiudicium, sed quo ad quale quale sic. d. l. si quis ad se fundum. Quia in causa criminali requiruntur probationes clariores, quã in ciuili, ut in l. fi. C. de prob. † Si autem fuit lata in crimi-
3 nali, tunc plenè præiudicat in ciuili; quia in criminali fuit perfectius de causa probatũ, quæsitum, & disputatum secundùm eum: quod tene menti, de quibus tangitur per Cy. in d. l. 1. C. quando ciui. act. præiudi. crim. & cum prædicta determinatione debet intelligi d. l. damus, & d. l. iubemus.
4 † Insuper quæritur, pone quod iudex in causa ciuili per modũ excipiendi cognouit falsum fore instrumentum, an in eodem libello ex suo officio poterit punire delinquentem? videtur quod sic, exemplo testis qui falsum testimoniũ tulit, ut in l. nullum, C. de prob. & l. diuus, ff. ad l. Cor. de fals. In contrarium facit, quod habetur in c. 1. ver cæterum. extra de excep. & l. Lucius. & quod ibi not. ff. de his qui no. infa. finaliter Cyn. in d. l. ubi falsi. C. ad l. Cor. de fals. vbi disputat hanc quæstionem, concludit quod pœna ordinaria nõ potest ipsum punire, sed extraordinaria sic, & ita concordauit dicta iura. † Quid ergo si punitur extraordinariè, an po
5 terit ulterius pęna ordinaria per uiam accusationis iteratò puniri? idem Cy. in d. l. disputauit similiter hanc q. referendo contrarias Doct. opi. & nihil concludit. Ego autem sto cum illis, qui tenent, quod non possit, nam absonum videtur quod de delicto eiusdem hominis sæpe quæratur, contra l. licet. in fin. cum ibi not. ff. naut. caup. stab.

ADDITIO.

a An sententia lata in causa ciuili præiudicet in criminali, vide Cy. in l. ex morte, C. de act. emp. Bar. in l. 2. in §. 1. ff. vi bon. rapt. Dyn. in reg. nullus pluribus, de reg. iur. lib. 6.

EXECVTIONEM dictæ sententiæ. Quid autem dixeris, si executio nondum facta sit, an per exceptionem falsi oppositam contra executionem impediatur ipsa executio? sic distingue, aut pars contra quam petitur executio falsi instrumenti, confitetur se debitricẽ eius quod in instrumento continetur, sed tamen propter aliquod aliud appositum in instrumento allegat falsum instrumentum, & tunc non impeditur illius executio, sic intelligitur quod habetur in l. satis apertè. & ibi no. per gl. & Cy. C. ad l. Cor. de fal. Aut diffitetur se debitorem, & ex toto dicit instrumentum falsum, uel sententiã, & tunc differtur, & impeditur executio, ut habetur in d. c. cũ uenerabilis, ext. de excep. & l. si docueris, C. ad l. Cor. de fal. & in l. fi. C. si ex fal. instr. & l. si ex fal. C. de transac. cum sim. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata prætextu falsi instrumenti, quando sit ipso iure nulla.*

1 FVISSE & esse nullam, & nulla. † Hic reuocatur
a in dubium, nunquid sentẽtia lata a prætextu falsi instrumenti sit ipso iure nulla. Ad quod sic di-
b stingue, aut sententia talis fuit lata contra minorem [b] indefensum, uel etiam contra defensum, & tunc ipso iure est nulla priuilegio minoris ætatis, ut in toto tit. C. si ex fal. alle. Aut fuit lata contra maiorem, & tunc aut fuit lata per dolum aduersarij, aut sine dolo. Primo casu subdistingue, aut est lata contra absentem, & est nulla ipso iure, ut l. si pręto. §. Marcellus. ff. de iud. Aut est lata contra pręsentẽ,
✻ vel est lata sine dolo aduersarij, & tunc est aliqua, sed *ope restitutionis uenit rescindenda, ut habetur & no. per Bart. in l. diuus, ff. de re iud. & per alios, C. si ex fals. instr. l. 2. per totum. & l. qui agnitis, ff. de exce. & l. si ex falsis, C. de transact. faciunt not. in c. licet. extra de prob. & in d. c. cum uenerabilis. Sequitur in lit.

ADDITIONES.

a Snia lata. Vtrum snia lata prætextu falsi instri sit ipso iure nulla, vide Doc. in l. 1. C. si ex fall. instr. & in l. si is ad quẽ. ff. de acq. hær. & ibi Bar. & Doc. in c. licet causam. de prob. & in c. cũ uenerabilis. ext. de excep. & doc. in c. cũ lex. de re iud.
b Minorem. Adde Socin. in consil. 18. incip. Prosequendo ordinem. versi. non tamen omitto. cum versi. seq. in 1. vol. Ziletus Venetus.
✻ Ope restitutionis. Adde Ias. in l. Diuus Adrianus. nu. 30. 31 ff. de re iud. Villalob. inter com. opi. lib. 16. ver. Restitutio

FORE in integrum restituendum. Talis enim restitutio datur, quando sententia est mero iure aliqua, ut proximè dixi. Cuius restitutionis in integrum effectus talis est, quia tam sententia, quam executio reuocatur, & ad priorem statum reducuntur, ut l. fin. C. si ex fal. instru. quia restitutio est prioris status repositio, ut l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. & hoc de iure ciuili. De iure autem canonico non est necessaria hæc in integrũ restitutio, quæ solum datur infra quadriennium, ut l. fin. C. de temp. in inte. resti. pe. sed quandocunque detegitur, & probatur falsitas instrumẽti, redditur sententia superinde lata retro nulla, ut determinat gl. in d. c. cum uenerabilis, de excep. sicut dicitur de sententia lata cum falso procuratore, quę nulla redditur, & iudicium retro nullum, ut habetur in l. licet, C. de procur. &c.

DICTAMQVE petiam terræ, plenoque iure spectare. Hic no. quod iudex iste ordinarius, qui de falsitate sententiæ ciuiliter cognoscit, in hac sua sententia reuocatoria prioris sententiæ, debet etiam super principali negocio, maximè si petatur, ut hic fit, cognoscere, & pronunciare, quia ad eius officium pertinet, omnia ad statũ pristinum, in quo fuerant ante sententiam & iudicium inchoatum, reducere & reponere, ut prædixi: sicq; iste Io. fuit priuatus per illam falsam sententiã & falsum instrum sua prædicta possessione, reducendus est & reponendus in ipsam, ut probant iura proximè alleg. sicut dicitur cum sententia dicitur simpliciter nulla ex alia causa, nam iudex nullitatis etiam de meritis negocij principalis potest cognoscere, & pronunciare, ut no. Inn. in c. cum contingat, extra de off. deleg. & Bar. in l. si expressim, ff. de appel. & ego scripsi super forma appellationis à sententia diffinitiua.

SIMVL cum fructibus. Aduerte, quòd iustè petitur condemnari ad restitutionem fructuum perceptorum, quia iste uitiosus titulus ipsum non excusat à fru-

ctibus, licèt aliàs ubi titulus esset iustus excusaretur à fructibus, iuxta distinctionem de qua plenè scripsi in primo libello, in gl. super ver. fructibus, & not. per Doct. in l. certum, C. de rei vend. & Inst. de rerum diui. §. ex diverso, facit l. meminerint, in princ. C. vnde vi. Alia sequentia declara, vt dixi in primo libello.

Forma libelli quo agitur ad pœnam ex compromisso.


ORAM vobis D. B. Vicario &c. Dicit, significat, & exponit Fran. Bellisonus suo proprio nomine, agendo & agere uolendo, & hanc petitionem dirigendo, non in modum solennis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, contra & aduersus Augustinum de Pozolo, & aliam quamcunque personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimo comparentem, quod supra scripti Franc. & Aug. causa & occasione cuiusdā litis, quæstionis, discordiæ, & controuersiæ inter eos tunc uertentis, de & super quadam domo posita & iacente in Papia &c. fecerunt, & peruenerunt simul ad compromissum in prouidos viros G. & F. tanquàm in eorum arbitros, arbitratores, & amicabiles compositores, ita quod ab eorū sententia & declaratione nulli partiū liceret appellare, querelare, nec supplicare, nec reductio peti ad arbitrium boni viri, dantes, & attribuentes tunc partes dictis arbitris plenam potestatem cognoscendi, procedendi, & terminandi de iure, & de facto infra duos menses proximè secuturos, & promittendo ipsæ partes sibi inuicem attendere, & obseruare laudum, pronunciamentum, & sententiā ferendam per dictos arbitros, & arbitratores inter partes antedictas, in & sub pœna flor. centum applicandorum pro medietate cameræ Illustriss. Domini nostri &c. & pro medietate parti attendenti, prout hæc, & alia plenius & latius continentur, & exprimuntur in instrumento publico dicti compromissi, tradito per Iaco. de Bel. notarium, ad quod relatio habeatur. Insuper dicit, & proponit, vt supra prænominatus Franc. quod præfati arbitratores per eorum arbitralem sententiam concorditer condemnauerunt dictum Aug. ad dimittendum, & relaxandum prædicto Fran. dictam domum infra certum terminum iam elapsum, ipso tamen Francisco prius & ante omnia dante, & soluente dicto Aug. in termino prędicto flor. 25. prout latius in instrumento dictæ sententiæ expressum reperitur, ad quod relatio habeatur. Rursum dicit & proponit, prædictus Fran. quod in executione prædictæ sententiæ, & in termino in ea assignato legitimè obtulit consignauit, & deposuit dicto Aug. flor. 25. licèt ipsos dictus Aug. recipere, & acceptare recusauit & recuset; & amplius domum prædictam restituere, ac relaxare recusauit, & recusat, indebitè, & iniustè, propter quæ dicit dictus Franc. quod supradictus Aug. cecidit in pœnam antedictam, & ad ipsius pœnæ solutionem, ac domus prædictæ restitutionē tenetur, & compelli debet de iure. Quare cum prædicta uera sint, petit, & requirit supradictus Fran. quatenus per uestram diffinitiuam sententiam declaretis & pronuncietis supra scriptum Aug. incurrisse in pœnam antedictā, & ad ipsam pęnam soluendam per eandem sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis, modo & forma prædictis, uidelicet pro medietate cameræ Illustriss. domini. &c. & pro alia medietate dicto Fran. simul cū cæteris damnis & interesse, & expēsis, passis, & factis, de quibus liquidabitur in processu. Deinde ex officio uestro, & prout fieri melius potest, in & pro debita executione dictæ sententiæ, inducatis, & ponatis, seu induci, & poni faciatis ipsum Fran. in corporalem possessionem dictæ domus, ac inductum & positum in ea manuteneatis & defendatis. Quæ omnia & sing. petit dictus Fran. & requirit per vos fieri &c. Saluo iure &c. non se astringens &c.

a 
ORAM vobis.[a] Quoniam ex quibuslibet dissensionibus res publica lęditur, ut l. si quis ingenuam. § in ciuilibus. ff. de capt. & postli. reu. ideo relicto iudice ordinario decurritur plerunque ad arbitros eligendos, quibus à partibus datur pronunciandi, & cognoscendi potestas lōge amplior, quam iudex ordinarius habeat, ut infra no. & plenius per Spec. in tit. de arbi. per totum, & per Inn. in c. Quintauallis, extra de iureiu. per Bart. & alios in l. si societatem, §. arbitrorum. ff. pro soc. Sequitur in litera.

ADDITIO.

a Coram uobis. Ad materiam, adde quod si in compromisso esset appositum iuramentum, tunc partes non possunt contrauenire, nisi petita absolutione à iuramento, ita Alex. in consi. 85. 5. vol. Curt.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum quot modis fiat.*
2 *Actio an detur ex sententia arbitratoris, seu amicabilis compositoris.*
4 *Compromittere qui possunt.*
5 *Procurator ad Lites, & causas agendas non potest compromittere.*


RANCISCVS de Belisonis. Iste Franc. pater est Thomæ generi mei, qui Thom. ut supra notaui in alio libello desponsauit Hælenam filiam meā. anno currente 1415. die 1. Iunij, qui ambo sunt viri notabilis status, & conditionis in ciuitate Papiæ, itaq; more boni viri Franc.
1 deuenit ad hoc compromissum. † Ad cuius rei euidentiā est sciendum, quod aliqn̄ compromittitur in aliquem tanquā in arbitrum tantum, aliqn tanquàm in arbitratorem tantū; aliquando tanquàm simul in vtrunque, videlicet tāquàm arbitrum, & arbitratorem, ut in hac forma. Primo casu loquitur totus tit. ff. & C. de arbi. & extra de arb. ubi attende, quod tribus modis fit tale simplex compromissum, ut inquit Spe. ubi supra. §. sequitur. ver. ad huius autem articuli &c. Vno modo fit compromissum nudo pacto, alio modo per
2 stipulationē sine pęna, alio modo cum pœna. † quibus casib. quæri solet, an ex sententia arbitri detur actio, de quo per Spe. ubi supra. & in uers. consueuit autem &c. Tu autē
* * distingue secundùm not. per gl. in c. per tuas. ext. de arbi. Aut snia fuit emologata à partib. expresiè, uel tacitè per
* lapsum 10. dierū, & tūc ex ea datur actio, * & exceptio quouis modo sit conceptum compromissum, ut in l. cū antea, C. de arbit. Aut non est emologata, & tunc aut cōpromissum fuit cum pœna, & tunc non datur actio ex sententia, sed agitur ad pœnam si contrafiat, certi condictione ex stipulatu, ut l. 1. C. de arb. & ibi no. per Cy. & per gl. in c. dilecti. ext. eo. facit l. cum pęna. & l. si. ff. eo. ti. Aut fuit compromissum sine pœna, & tunc ex sententia nō datur actio, sed agitur ad interesse, quia sniæ non paretur, ut probatur in l. diem proferre. §. vlt. ff. de arbit. & ff. si quis in ius uoc. non ier. l. si. & sic timore interesse, sicut & timore pęnæ paretur sententiæ; patet ergo, quod valet compromissum sine pœna.
3 quod est contra uulgares. † Quid autem in sententia arbi-
* tratoris, seu amicabilis cōpositoris, an ex ea * detur actio? dic breuiter, quod cùm talis non sit sententia propriè, sed uo-
* rius quædam * transactio, seu compositio, ut not. per gl. in Auth. vt diffe. iu. post princ. quod datur actio, & exceptio illis casib. quibus datur ex uera, stricta, & magis propria trāsactione, ut traditur in l. cum mota. & l. si pro fundo. C. de transact. ad quod facit l. si pacto quo pęnam, C. de pact. &
4 tangitur per Doct. ubi supra. † Sed quæritur, qui possint compromittere? dic, quòd partes principales, & quilibet
a qui potest trāsigere ut tutor, & curator, & procurator [a] habens speciale mandatū, vel generale cum libera bonorum administratione, ut in l. procurator totorum. & l. mandato generali,

generali, cum ibi not. ff. de procu. & l. præses. C. de transac. & l. iusiurand. quod ex conuentione. in fi. & l. tutor. ff. de iu reiu. & l. transactione. C. de transact. vt in l. si procurator,
5 C. de procur. † Quid aũt si sit procurator ad lites, & causas agendas, & defendendas cum libera præmissorum administratione, & clausula de rato habẽdo; prout videmus quotidie annotari in instrumentis procurationũ, an talis procurator poterit compromittere de tali causa? dic cõclusiuè ꝙ non, vt plene disputat, & determi. gl. in c. per tuas. & in c. contingit. extra de transa. & in c. cùm dilectus. extra de relig. do. Licet super instantia ipsius causæ, ad quam ipsa regula refertur, transigere possit, vt no. Bart. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de uerb. ob. l. in l. procurator, cui libera. ff. de procur. Abbas autem, vel alius similis prælatus transigere non potest, nec potest compromittere de rebus ecclesiæ sine consensu capituli, vt habetur, & not. in c. contingit. ext. de transa. & no. Spe. in tit. de arbit. §. restat. circa fi. ad quod facit c. cum tempore. & c. per tuas. ext. de arbit.

ADDITIONES.

a Procurator possit compromittere. Adde Bar. in l. mandato. ff. de procu. Bal. in l. si consul. in 6. q. ff. de adop. Ang. in l. non solum. §. interdum. ff. de procu. & de tutore ꝙ possit compromittere in arbitratorem cum potestate procedendi de iure, & de facto. Adde Alex. de Imol. in l. iusiurandi, ff. de iureiu. & adde, ꝙ statutum de compromissis fiendis, comprehendit non solum litem existentem, sed quæ oriri, vel esse possit. ita Pau. de Castr. in consi. 76. Curt.

* Tu autem. Adde, ꝙ sententia arbitri emologata parit actionem; sicut sententia iudicis, l. cum antea. C. de arbit. Alex. consi. 13. nu. 5. lib. 1. Quid autem sit homologare? vide Catel. ver. Homologare. vbi, ꝙ est dictio Græca: & apud nos confirmare, uel laudare, interpretatur. & ꝙ sententiæ arbitrorum non sint propriæ sentẽtiæ not. Ias. in l. 1. col. 1. ff. de re iudi. ubi ꝙ sententia arbitri vel arbitratoris non dicitur res iudicata, nec ex ea oritur actio iudicati; sicut ex sententia iudicis, quia non habent iurisdictionem, sed solam notionem. & ubi secutum est laudum & emologatum a partibus, an & quando peti possit reuisio, & haberi recursus ad arb. boni uiri, vide Paris. consi. 89. 96. lib. 1. Masuer.

* Actio & exceptio. Adde quæ scribit Ias. in l. Iulianus verũ debitorem. nu. 23. ff. de cond. inde. in l. nemo potest, 2. lect. nu. 85. ff. de leg. 1. ubi dixi, concludendo, ꝙ arbitri sentẽtia tribuit actionem, & mãdatur executioni in duob. casibus, de quib. per Boer. q. 284. nu. 16. Lanfr. trac. de arb. in prin. nu. 10. maximè si iuratum sit cõpromissum, l. nec in arbitris. C. de arb. q̃ concl. fallit in arbitramento, vt p Alex. cons. 1. nu. 7. lib. 5. ubi tñ datur actio ex contractu compromissi.

* Detur actio. Adde Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, num. 14. ff. pro soc.

* Transactio. Adde, an compromissum dicatur transactio, & an procedat argumẽtum de transactione ad compromissum: & uide Ias. in l. eleganter. 1. resp. col. 1. nu. 3. ff. de cõd. indeb. & col. 2. cui adde, ꝙ laudum emologatum dr̃ uera transactio, teste Rol. cons. 79. num. 59. lib. 3. ubi ẽt nu. 13. ꝙ laudum est stricti iuris, & non extenditur extra casum in eo contentum, & illius uerba strictè intelligi debẽt, & interpretari vt iacent, ex quibus uerbis plus inferri nequit, quàm necessario infertur, Rol. d. cons. nu. 14. num. 15. ubi quòd uerba laudi & sententiæ propriè intelligi debent. quod quidem laudum non debet interpretari contra arbitrorum intentionẽ. l. qualem, in prin. & l. quia arbiter. ff. de arb. Rol. d. cons. nu. 18. Aym. cons. 45. nu. 5. cons. 189. nu. 7. & ad dicta Pap. hic, ꝙ sit quædam transactio. Adde Ias. in l. quod si Ephesi. §. interdum, ff. de eo quod cer. lo. ubi ꝙ arbitramentũ propriè & strictè non est transactio, sed largo sumpto uocabulo, ex not. per eum ibi. Quibus adde, ꝙ laudum seu arbitramentum emologatum habet uim transactionis, quæ est exceptio litis finitæ, teste Alex in l. uir bonus. ff. iud. sol. & si non sit tempus limitatum, durat 40. annis, secundùm Doc. communiter in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. ob. Balb. de præscri. pag. 40. col. 1. q. 34. ex eo autem, ꝙ compromissum & transactio sunt æquipollentia: inferunt aliqui, ꝙ habens mandatum ad compromittendum, potest transigere, iuxta tradita per Doc. in apostil. ad Bar. in l. ult. §. ult. ff. mand. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Differentia quæ sit, inter litem, causam, & controuersiam.*
2 *Promissionis de non mouendo litem, vel controuersia, quis sit effectus.*
3 *Nemo alienum factum promittendo obligatur.*
4 *Promissionibus factis per compromissum bonum est adijcere pœnam.*



1 CCASIONE cuiusdã litis, & quęstionis. † Hic quæro quæ sit differentia inter hęc nomina. Dic ꝙ licẽt hęc nomina uideãtur significare idem, differunt tamen in aliquibus. nam lis est ante litem conte. & post uidelicet in iudicio. Causa uerò est solùm post litẽ conte. ut no. per gl. & d. in l. causas, uel lites. C. de transa. Controuersia autem est tam in iudicio, quam extra iudicium, & tã ante litem conte. quàm post. & eodem modo dic in discordia, ut l. controuersia. ff. de transact. l. si controuersia. C. de euict. facit l. diuus. & l. sed si lege. §. ante litem. ff. de petit.
2 hær. & l. non solum. in §. statutum, ff. de procu. † Ex quibus colligitur quis sit effectus, uel cõsensus, an quis promittat * non mouere litem, uel controuersiam. Super quo Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. ha. sic distinguit. Aliquando quis promittit non contrauenire, ut fit communiter in instrumentis, & tunc sensus est, quòd non contraueniet in iudicio, nec extra, alias pœna committitur, ut l. si quis maior. C. de transact. Aliquando promittit non facere controuersiam, & tunc idem quod supra, ut in d. l. controuersia, cum sim. Aliquando promittit non petere, & tunc aut ista uerba referuntur ad eum, cui ex petitione deberet acquiri, & uerificatur ex sola petitione facta extra iudiciũ, ut l. si decem cum petiero. ff. de verb. oblig. aut referuntur ad eum qui ex petitione debet obligari, & tunc requiritur litis contestatio, ut l. amplius non peti. ff. rem rat. haberi. Aliquando quis promittit non mouere quæstionem, & tunc aut istud uerbum, quæstionem, profertur à lege, & tunc intelligitur per litis contestationem, alias pœna non committitur, ut not. in l. 3. C. fin. reg. aut profertur ab homine, & tunc sensus est ut intelligatur ante litem contestatam, uel post, ut not. in l. qui fidem. ff. de transa. & in l. Lucius, § hæredes, ff. ad Treb. Aliquando promittit causam non mouere, uel litem, & tunc recurrendum est ad not. in dicta l. causas, uel lites. Aliquando promittit habere licere, & tunc pœna committitur per solam controuersiam, ut in l. stipulatio ista. in prin. ff. de verb. ob. nã ꝙ hr̃e licere ꝙ nil aliud est dicere, q̃ ꝙ eis lis, causa, uel controuersia nõ mouebitur, quominus sibi liceat ipsam rẽ hr̃e, tenere, & possidere, ut d. l. stipulatio ista, in prin. & l. inter stipulantẽ, in prin. eo. tit. & talis promissio astringit promittentem, si de seipso promittat; aliàs aũt si promitteret, ꝙ tertia persona non ꝯfaceret vel veniret, obligatio nulla esset, iuxta reg. q̃
3 est, † ꝙ nemo alienũ factũ promittendo obligat̃, ut in d. l. stipulatio ista, in prin. & in §. si quis aliũ daturũ. Inst. de inu. stip. à qua regula excipiunt plures casus, inter quos est, cũ quis promittit factũ alterius, quem prohibere potest, ut l. fluminum, §. q̃ q̃. ff. de dam. inf. & in stipulatione, rem ratã hab. licẽt aliqui contra, ut no. per gl. in d. §. si quis alium. & pulchre per Cy. in l. 1. in 7. q. C. de proc. & per Bart. latè in d. l. stipulatio ista, quod no. p p istas ligas, & conuentiones q̃ quotidie ꝯhunt inter istos principes, & barones, in quib. promittunt, ꝙ eorũ subditi, uel uasalli, & alij adhęrẽtes, & sequaces nõ offendent &c. Fallit ẽt ipsa regula, qñ ipsi promissioni facti alieni pœna subijcit̃ vel apponitur si ꝯfiat,

vel interesse promittitur, quod loco pœnæ reputatur, ut
4 d.l.stipulatio.& d.l.inter stipulantem,in prin.† Ideoq; consiliũ est in talibus semper pœnam adijcere, & sic communiter practicatur. Aliquando quis promittit,non vocare in ius,& tunc per solam citationem pœna committitur,ut
* l.quamuis,ff.de in ius uoc. Aliquando promittitur, * rem ratam haberi,& hic attende secundum Bar. ut per eũ not. in l.quo enim.& l.procurator ad exhi. ff.rem rat.hab. Aut geritur aliquis actus absente eo, qui debet habere ratum pertinens ad sui commodum, & tunc cùm citò cognouit, & non improbauit, uidetur approbasse, ut in l.si absente, C.si cert.pet.& ibi no.per gl. & Doct.& sic debet intelligi opi.Rom.no.in d.l.quo enim. Aut geritur actus pertinens ad ipsius damnum seu præiudicium, & tunc aut in eo superuenit simplex scientia, & tunc si expresse non approbat,vr̃ reprobare,ut in d.l.procurator, in fi.& d.l.quo enĩ. §.1. Aut superuenit scientia mediante aliquo facto certificatorio ipsius actus,puta præsentatio literarum,uel instrumenti sibi facta, & tunc non reprobando uidetur approbare,ut in l.filius,ff.ad Maced.& in c.1. extra de proba.& in l.1.in fi.nau.cau.fallit in casu l.si.ff.qui & à qui.& in l.in sponsalibus,in fi.ff.de spons.

ADDITIONES.

* An quis promittat. Adde Ias.in l.Stichus,§.item quæ sitũ, ff.de cond.indeb.in l.stipulatio ista habere, §.si quis fortè, de uerb.obl.Bart.in l.Lucius,§.tres hæredes,ff.ad Trebel. Quid de prohibitione adiecta sub pœna priuationis; & uide Bart.in l.pater testamento,ff.de hære.insti.in l.amplius non peti.col.2.in princ. ff.rem rat.habe.Dec.consi.613.in princ. Abb.in c.2.col.ult. prope fin.de rest.spol.Bald.in l. cautas,C.de transl.Ruin.consi.77.lib.2.& de prædicta prohibitione adiecta in testamento sub pœna priuationis; Bar.in d.l.paterfamil.testamento.de hær.inst.qui,licet loquatur in hærede extraneo: extenditur tamen etiam ad filium,teste Soc. Iun.consi.113.115.lib.1.Ias.consi.23.lib.1. Quid de prohibito aliquem molestare, Soc.Iun.consi.114. lib.1.Feli.in c.causam quæ.col.12.& seq.de rescrip.Ruin. consi.47.77.lib.2.143.lib.4.& quod talis prohibitio intelligatur solum de iniusta, & de facto, non de iusta & iuridica,testis est Pari.consi.65.nu.11 lib.2. Si autem quis promittat non facere uim: Dic,quòd intelligi debet, si id fecerit propria auctoritate, secus si dixerit, promitto habere licere, quia tunc tenetur etiam si id fecerit iudicis auctoritate,quod non est in primo casu; ex not. per Bal.in l.fin. circa fin.C.de act.emp. Masuer.

* Non mouere q. Adde,quòd promissio facta de alium nõ inquietando sub pęna, intelligitur, nisi culpa aduersarij præcedat,teste Rom.consi. 183.

* Rem rat.hab. Adde Ias.in l.transactionis.nu.8. C.de transl. & q̃ non valeat mandatum, in quo dicitur promitto ratũ habere,qđ per procuratorem meum legitime gestum erit, Rom.consi.60.sing.136.hoc procedere, si pars opponat.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum fieri potest super litibus futuris.*

1 TVNC vertentis. † Quid autem si fiat compro-
* missum super litib.futuris,an ualeat? vr̃ q̃ non, vt l.non quemadmodum, ff.de iu. In contrariũ tenet Spec.& bene in præal.tit.§.sequitur, ver. quid ergo. ad quod facit cap.quia circa,extra de priuil.& quod not.in l.de his,ff.de arb.

ADDITIO.

* Si fiat compromissum.Adde qñ possit fieri compromissum in iudicem ordinarium; & uide Gozad.cons.72. text.in l. sed & si.§.si quis iudex.ff.de arb.vbi I.C.concludit q̃ non, & hoc qñ iure actionis agendũ esset cum eo,secus si aliter, l.inter Callistianũ,ubi Bar. eo.ti.secus in arbitratore,ut in d.§.si quis iudex. In gl.quæ cõiter approbat secundũ Bar. Item secus etiam de iure Cano.ut per Bar.ibi in d.§. Mas.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter quid sit.*
2 *Cur à iudicijs ad arbitria declinetur.*
3 *Arbitrator qui sit.*

* TANQVAM in arbitros * eorum, & arbitrato-
1 res. † Hic uidendum est,quę sit dr̃ia inter arbitrũ,
2 & arbitratorem. 2 Ad quod rñdendum, ut plenè prosequitur Spe.in eo.tit.de arbi.in prin.& Inn.in c.Quintauallis,ext.de iureiu.Et sic arbiter est ille,qui a partib.eligitur tanquam iudex inspecta forma procedendi,ut l.1.& l.qualem, ff.de arb. licèt ab eius snia appellari non possit, ut l.diem proferre,ff.eo.tit.quæ appellatio in iudicialibus causis admittitur, ut in l.& in maioribus.C.de appe.& hęc est una ratio, quare partes recedunt à cognitione iudicũ.
2 † Est etiam alia ratio, quia habent ab arbitris habiliorem
3 audientiã,& minores faciunt expensas. † Arbitrator uerò est ille, qui eligitur, ut omni prætermisso ordine iuris disponat inter partes, prout sibi æquum vr̃, de quo loquitur tex.in l.si societatẽ, §.arbitrorum, ff.pro soc. & in l. si quis arbitratu.ff.de verb.ob. & Inst de emp.& uen.in §.itẽ pretiũ, & in d.c.Quintauallis. & ab eius declaratione non appellatur, sed tantũ reductio petitur coram iudice ordinario,ut infra dicetur, quæ effectũ appellationis sortitur, ex quo alia dr̃ia inter eos colligitur. Tertia dr̃ia subinfertur, nam declaratio arbitratoris, quæ laudum apud aliquos nuncupatur,non firmatur taciturnitate 10.dierum,secundùm Inn. sed solo expresso partium consensu, sicut transactio,ut in d.l.cum mota,in l.si pro fundo.C.de transa.cum sim. Aliæ et sunt dr̃iæ, quæ ex dicendis infra apparebunt.

ADDITIONES.

* Tanquàm in arbitros.Adde.q̃ iurisdictio quadruplex est, voluntaria, quæ altera parte uolente expeditur,ut in adoptione,manumissione, emancipatione. potest enim quis inuitus manumitti.§.1. Inst.quib.ex cau. manum. propria, ut ordinarij, qui iure suo, vel principis beneficio iurisd. uniter exercet, l.more maiorum.& l.seq. ff.de iur.om.iud. Conuentionalis,quæ ex cõi partium consensu tribuitur;& uocantur arbitri,in qua sub pęnæ stipulatione cõpromitti tur,à quorum sniis non appellatur,rõnem uide apud doc. in l.2.ff.de arb.in c.per tuas.eo.tit.sed eis acquiescunt litigatores metu pęnæ,l.non distinguemus, §.1.ff.de arb.l.1. C.eo. Vel metu iuri,& si secus sit de iure ciuili, Auth.decernimus,C.eo.licèt iure Canon.aliter caueatur.quod in hac re iuri ciuili prævalet, testibus Bal. & alijs in d.Auth. Abb.in c.1.de arb. horum duæ sunt species,arbitri & arbitratores;arbitri sunt,in quos litigatores ex consensu super re litigiosa compromittunt, quorum arbitria ad instar iudiciorum sunt,l.1.ff.de arbit. Arbitratores uerò non super re litigiosa, sed ut componant uel diffiniant inter partes, utpote inter cohæredes hæreditatem, uel aliàs rem communem inter socios arbitrio boni uiri diuidant, l.societatem, ff. pro socio. Masuer.

* In arbitros. Adde, quòd arbiter non potest exequi suum laudum, sed eius executio pertinet ad ordinarium, teste Ruin.consi.157.num.2.lib.4.

2 Differentia est inter arbitrum & arbitratorem. Adde Bal. in l.si super.C.de transact. Bal.in l.si diuersa.de temp.app. Bal.in l.fi.§.necessitatem,C.de bonis quæ lib.& per Anto. de But.in c.bonæ,el 1. de postul.prel.

Adde Bapt.a Sancto Blasio in suo tractatu de differen. inter arbitra.& arbitr.Rober. Maran.in tract.de ord.iud. in 4.par.14.distin.

* Et arbitratorem. Adde, quòd ad cognoscendum quis sit arbiter,uel arbitrator: oportet considerare modum procedendi, secundùm Barto.in l.2.ff.de iudi. Rip. Respons. 106. nu.4. ubi scribit differentias inter unum & alterum. & Respon.107. Alexand. consil.22.col.5. circa fin. lib.5. Rob.de ord.iud.cap.18.14.dist.& quis dicatur arbitrator; Roman.consi.299.col.pen.in princ. Coral.Miscell.lib.4. cap.18. Masuer.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 Exceptio doli contra agentem ex sententia arbitri potest opponi, si dolus interuenit ipsa re, quamuis non appelletur.
2 Auxilium per uiam reductionis, cur in arbitramento petatur, non autem in arbitro.
3 A sententia arbitri, an hodie appelletur.



ICERET appellare. Hoc apponitur ex
1 abundanti, † quia de iure non potest à decla
ratione arbitri, vel arbitratoris appellari, ut
supra dictum est, verumtamen si dolus re ip-
sa, vel ex proposito interuenit in sententia
arbitri, poterit contra agentem ex hac sententia opponi
exceptio doli, vt probatur per tex. in l. non distinguemus,
§. cum quidam, in fi. ibi, {per hanc ergo exceptionem &c.}
2 ff. de arbi. † Sed hic quæritur de ratione diuersitatis, quare
contra sententiam arbitratoris per viam reductionis inuo
cari potest auxilium superioris, & contra sententiam arbi
tri nô succurritur, nec per viam reductionis, nec per viam
appellationis? Fortè dici potest, q ratio sit, quia maius ver
titur periculum in declaratione arbitratoris propter la-
tiorem potestatem, quam habet, quàm in sententia arbi-
tri, qui iuxta iuris ordinem pronunciare debuit, ideo cau
3 tius prouidendû, arg. in l. j. §. sed & si quis, ff. ad Carb. † Sed
aduerte, quia superius dixi, q à sententia arbitri non po-
test appellari per d. §. stari, quod procedit inspecto iure an
tiquo. Ideo quæritur, quid de iure nouo, an hodie possit
✠ appellari? glo. tenet quòd non, * Bart. verò tenet contra-
rium in l. arbitro. ff. qui satisd. cog.

ADDITIO.

✠ Bart. verò. Adde Ias. in l. arbitro. col. 3. num. 11. ff. qui sa-
tisd. cogan. Lanfr. concl. 467. Alexand. in l. nemo potest,
num. 21. vbi Ias. 1. lect. num. 56. ff. de leg. 1. Viui. commun.
opin lib. 2. concl. 18. vbi ponit reg negatiuam cum ampl.
& limit. pro qua vide eundem Ias. in l. admonendi. 1. lect.
num. 46. ff. de iureiur. vbi distinguit, inter arbitros electos
de uoluntate partium, & electos ex necessitate iuris, uel
statuti. eundem in l. fin. num. 6. num. 7. C. de iud. & qui Ias.
in d. l. arbitro. col. 3. in princ. concludit, quòd a sententia
arbitri electi à iudice, vel a parte, cum eius autoritate ap-
pellari potest, pro cuius articuli declaratione, uide quæ
scribit Rob. de ord. iud. cap. 54. nu. 170. vbi dicit opi. Bart.
hic alleg. reprobari per Doct. ibi alleg. declarando, ut per
eum ibi. & Ias. in d. l. nemo potest. 1. lect. num. 56. de leg. 1.
in l. fin. C. de iud. Maluer.

S V M M A R I V M.

1 Reductio ad arbitrium boni viri coram quo petatur.
2 Reductio infra quantum tempus petatur.
3 Compromittentes, an possint petere reductionem ad arbitrium boni viri, si promiserint se non petituros.
4 Læsio magna quæ sit propter quam reductio petitur.
5 Reductio ad arbitrium boni viri, in quibus casibus & coram quo iudice petatur.
6 Iudex, cùm inquirit magnam læsionem, ex quibus æstimatis veteribus, an nouis debeat eam detegere.
7 Instantia reductionis quanto tempore duret.
8 Onus probandi causam reductionis cui incumbat.
9 Appellari an possit à sententia iudicis reductionis, confirmantis, vel infirmantis laudum.
10 A quibus arbitris appelletur.



1 EC reductio peti ad arbitriû boni viri. † Ad-
2 uerte,[a] q iste vir bonus appellatur iudex or
dinarius, vt l. vir bonus, ff. iud. sol. & l. conti-
nuus, §. cùm ita. ff. de verb. oblig. & l. quòd si
Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. Coram ipso er-
go iudice peti debet reductio, vt plenè habetur, & not. in
b d. §. arbitrorum, l. si societatem, ff. pro soc. b & d. c. Quin-
a taualls, vt infra dicam in ver. vltra quæritur. † Sed dubita
tur, infra quantum tempus peti debeat, dicunt quidâ infra
10. dies, exemplo appellationis, de quo tempore habetur
in auth. hodie. C. de appella. Alij, quos refert Spec. in d. §.
sequitur, vers. sed infra quantum tempus &c. dicunt, quod
potest peti infra 30. ann Alij verò dicunt, quod infra qua-
tuor menses tantum. Concludit ergo ipse Spec. consultius
fore, quod petatur infra 10. dies, dic ut ibi, sed Bart. in d. §.
arbitrorum. dicit, quòd infra annû debet peti, quo elapso
præcluditur uia petendi, ar. in l. qui se grauatos, C. de cêsi.
lib. 11. & facta tali petitione, vel côtradictione in iudicio,
vel extra, perpetuatur ius petendi ipsam reductionem tan
tò, quátò solet actio, uel exceptio perpetuari, uel fore se-
cundùm eum debet peti infra quadriennium, ut dr de alijs
remedijs rescissorijs in l. in honorarijs, §. cum rescissa. ff. de
act. & ob. Vel melius dic, secundùm Iac. de Bel. ut traditur
per eum in auth. vt diff. iu. Aut sententia, uel laudû arbitra
toris est nulla, uel nullum, quod potest contingere multis
modis, & tûc perpetuò potest dici nullum, ut not. in l. si ex-
pressim. ff. de app. nedû in modum agêdi, sed etiam in mo-
dum excipiendi, ut l. pure. in fi. ff. de do. except. Aut est ali-
quod, & tunc aut prætenditur dolose prolatum, seu per do
lum obtentum, & tunc poterit dici iniquum, & reductio
peti etiâ post 10. dies, argu. in l. sub prætextu. C. de transi. &
quod no. in l. in contractib. C. ex qui. cau. ma. aut præten-
ditur simpliciter, iniquè, & iniuste, & tunc debet peti redu
ctio infra 10. dies, arg. eius quod dicitur de appellatione,
in d. auth. hodie. Et in supplicatione, ut in d. auth. quę sup-
plicatio. C. de prec. Imp. off. Et in sententia arbitri, ut in l.
cû antea. C. de arb. alias ipsis 10. diebus elapsis rata manet
ipsa sententia arbitratoris, sicut sententia arbitri, quæ etiâ
per lapsum 10. dierum approbatur in d. l. cum antea. Dice
ret aliquis nô pôt ab ea appellari, ut in d. §. stari, superfluè
diceretur ipsam 10. dierum taciturnitate firmari. Potest re-
spondere, q licèt non possit appellari, potest tamen con-
tra illam exceptio doli opponi, ut supra dictû est, vel for-
tasse iudicis officium implorari, iuxta no. per Bar. in l. pla-
3 nè. ff. de per. her. † Modo quærendum est in casu præsenti,
qñ renunciatum est petitioni reductionis ad arbitriû bo-
ni uiri, nunquid renunciatione non obstante admittatur
hæc petitio? uidetur quod non, exemplo eius qui renuncia
uit appellationi. ut l. fi. C. de temp. appell. in fi. In contra-
rium facit c. quemadmodum, & in c. ad nostras, extra de
c iureiu. Breuiter, ista quæst. est diffusè c tractata tam ab an
tiquis, quàm à modernis, ut plenè Spec. recitat in d. §. sequi
tur. vers. item quid si compromissum &c. & tangitur per
Cy. in l. cum antea, in 1. q. C. de arb. & Dyn. in c. scienti. de
reg. iur. lib. 6. & per Bart. in d. §. arbitrorum, l. si societatê,
ff. pro soc. secundùm quem pro concordia omnium sic est
conclusiuè dicendum. Aut arbitrator tulit sententiam per
dolum, & tunc renunciatio non habet impedire petitionê
reductionis, quia ad dolum de futuro renunciatio non ex-
tenditur, ut l. si unus. §. illud. ff. de pac. & l. conuenitur. ff. de
pac. do. & hoc casu intelligat disputatio Dy. in d. c. scienti.
Aut tulit sententiam per imperitiam, & bona fide, & tunc
aut per hanc sententiam infertur læsio in magna quantita
te, & tunc renunciatio etiam si sit iuramento uallata non
nocet, quia habet in se tacitam conditionem, si ex ea nô in-
fertur læsio magna, ar. in l. si libertus. in prin. ff. de ope. lib.
& in l. fi. C. de nô nu. pe. & est tex. in c. 2. extra de arbi. facit
l. quæro. §. inter locatorê, ff. loca. & l. quidam cû filius. ff de
verb. obl. licèt prius debeat peti absolutio à iuro, ut d. c. 2.
in fi. ad quod facit quod habet in c. debitores, extra de iure
iu. de qua tacita conditione subintellecta plene no. per gl.
in d. c. Quintaualls. Nec immeritò dr, q læsio in magna
quantitate locum facit huic reductioni, cum ex ea inducat
præsumptio doli, arg. in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in frau.
cre. & no. in l. qui testamêtum, & in l. patronus, ff. de prob.
Ideoq; non uenit in generali remissione, arg. in l. creditor.

§.Lucius,ff.man.& d.l.si vnus,§.illud.cũ sim. Aut infertur læsio in parua quantitate,& tunc ualet renũciatio,nec potest peti reductio, arg.in l.2.§.prætor.§.quæsitum.& l.si ex causa,in p. in.ff.de min. Sed vt efficax in omni casu remaneat renunciatio, est consilium secundũ Host.in c.Quintauallis,ꝙ in compromisso dicatur §ꝙ ipsis arbitratorib.liceat auferre de iu.e unius partis,& alteri conferre in parua,& magna,ac maxima quantitate, prout eis placuerit,§ arg.l.1.§.si conuenerit.ff.depo.& sic procedit gl.in l.si de meis, §.recepisse.ff.de arbit. Io.autem And.in d.c.Quintauallis,sequitur idem,& subiungit causam,ꝙ prædictis adijciatur hæc clausula , § etiam si per sententiam ferendam sequatur maxima læsio re ipsa , vel ex proposito , &cæt.§

4 † Quæ autem sit magna læsio, quia pro modica non competit reductio etiã in casu permisso,vt l.scio.ff.de in integ.restit. Respondent quidam, ꝙ magna læsio est pars sexta. Alij autem,ꝙ dimidia,ar.in l.2.C.de resc.uen.quod est verius,de quo latius uide quod tangit Bar. in d.§.arbitrorũ.

5 † Vltra quæritur in casibus permissis,coram quo [d] iudice petetur hæc reductio ad arbitrium boni uiri? distingue secundùm Bart. & Bald.vt per eos not.in l.1. C.ubi & apud quos. Aut sententia arbitratoris assumit uim sententiæ diffinitiuæ ex forma alicuius statuti seu legis municipalis , ut est Papię,& in plurib.locis,& tũc ille erit iudex reductionis,qui esset iudex appellationis si appellari posset.Aut remanet eius uis in iure cõi tantum, & tunc erit iudex competens , ipse iudex Rei seu conuenti , qui aliàs erat iudex causæ principalis,de hoc etiam no.idem Bart.in d.§.arbitrorũ.& per hoc dicunt,ꝙ modus practicandi in hac reductione differt a modo procedendi in mera appellatione, quia in hac reductione non est necesse,ꝙ ipsa interponatur coram arbitratorib.qui tulerunt sententiam,sed recta via decurrendum est ad ipsum iudicem, & corã eo porrigere libellum super reductione , cuius contrarium est in mera appellatione , quæ prius interponitur coram eo qui tulit sñiam,posteaq; decurritur ad superiorem,ut plenè not.in l.2.ff.qui & à quo app.in cle.1.extra de appel.Tamen cõis practica se habet apud plurimos ad tollendum omne dubium , ꝙ interponatur tam coram arbitratoribus, quàm coram iudice superiore ad instar appellationis, arg.l.non

6 distinguemus,§.cum quidam, ff de arb. † Nunc autẽ quæritur , petita reductione iudex inquirit de læsione , an sit parua,uel magna,ex quibus actitatis,an ueteribus,uel nouis detegetur læsio uel iniquitas arbitratoris? dicit Bart. ubi supra,ꝙ solum ex ueteribus ; Vnde distinguendum est, an arbitrator fuerit assumptus super contractu,& tũc eius iniquitas detegitur ex eis quæ habentur in l. quid enim,in fi.ff.pro soc.aut fuit assumptus super lite, & tunc quia huiusmodi laudum est quædam transactio, ut dictum est,debet inspici & attendi ipsa ueritas, non tanquàm ad merã, & strictam rationem & iustitiam , sed secundùm dubium euentum ipsius litis . Sicq; articuli probatorij non debẽt formari , quòd secundùm iustitiam debuerat sic pronunciari,sed ꝙ inspecto euentu dubio ipsius litis debuit aliter arbitrari,& hoc idem not. idem Bart. in l.si quis cum aliter.ff.de uerb.oblig. ad quod facit l.cum hi.§.modus,ff.de

7 transact.& in l.Lucius, §.pen.ff.ad Treb.† Circa prædicta quæritur , quanto tempore durat instantia huiusmodi reductionis?puto quòd anno,uel biennio, exemplo appellationis, cuius naturam in pluribus imitatur,ut dictum est. de quo tempore habetur in auth. ei qui appellat. C.de tẽpo.app. Alij dicunt,quòd durat tanto tempore,quanto du

e rabat compromissum. e † Vltra quæritur, cui incumbat o-

8 nus probandi causam reductionis ? puto esse dicendum , prout dicitur in causa appellationis,ut scripsi suprà super forma appellationis à diffinitiua in glo. super uersi.& inquantum sit aliqua . producatur ergo compromissum , & sententia , & prorogatio compromissi , ac iura , testes, & instrumenta,quæ fuerunt in principali causa producta,&

9 si qua alia sunt.† Sed pone, ꝙ iudex reductionis confirmauit vel infirmauit laudum arbitratoris, an ab eius sententia poterit appellari? dicunt quidam quòd sic,per reg. l.& in maioribus, C.de appel. & per text.in c.ab arbitris, ff.de offic.deleg.lib.6.& in l.fin. C.de iud.& l.si.ff.à quis appel.non licet. Inn.in c.prætenti.extra de rescrip.tenet con

f trarium, f quia * non reperitur lege cautum,ergo &c.quã

* op in.secutus est Bart. in l.nemo potest.ff.de leg.1.& Bal. in l.1.ff.de leg.2. postea idem Bal.mutauit propositum,ut no.in l.1.C.ne lic.tertiò prouo.& sequitur ibi primam opinio. dicens , ꝙ sententia lata in causa reductionis transit in uim sententiæ propriæ, quæ ante fuerat transactio,ióq; ab eadem poterit semel & bis appellari per d.regu.l.& in maioribus.& eodem modo si sententia arbitratoris transit in uim sententiæ iudicialis ex forma statutorum , ut supra dictum est,debebit ab ea appellari, non aũt reductio peti, vt determinat Bart. in l.1.ff.à qui.app.non licet. adeo ꝙ si in compromisso esset renunciatũ iuri appellandi, non audiretur ulterius aliqua uia,ut l.si.in fi. C.de rẽp.app. Mihi autem plus placet opin.Inn.cuius ratio est,quia qñ uia reductionis recurritur ad iudicem,non ad eum recurrit simpliciter ut iudicem , sed ut bonum uirum ; sic.n.lex ipsum signanter appellat in hoc casu, unde eius potestas resoluit de iudice in arbitrum, & sic tanquàm arbiter à iure constituitur,ut d.l.continuus,§.cum ita, ff.de verb.obl.& probatur in l.proinde.& d §.arbitrorum. in fi.ff.pro so.vnde meritò ab eius sententia non appellatur,ut d.§.stari.Prętereà absonum , & contra mentem transigentium & compromittentium uidetur , quòd in longius protrahi posșit hæc causa,quàm si esset iudicialiter agitata . quod quidem accideret,si bis ab hac sententia appellari posset,& reductio peti; sic enim inducta ad diminuendum parerent augmentum contra l.cum tale.§.fallam.ff.de cond.& demon. Nec ob c.ab arbitris.cum sim.cuius gratia distingue tres casus.

10 † Quidam sunt arbitri qui eliguntur à partibus uolũtariè sine iuris necessitate , & ab istis non appellatur, ut in d.§. stari.& l.1.C.de arbi.Quidam sunt arbitri,qui ex iuris necessitate eliguntur , & ab istis appellatur , & ita loquitur c.ab arbitris.& l.si.ff.à qui.appe.non licet.& l.fi.C.de iudi. cum simil.Quidam arbitri sunt à iure deputati sine aliqua partium uoluntate, uel electione , & ab istis non appellatur,& ita loquitur hic,& opin.Inn.

ADDITIONES.

a Aduerte.vide tex.in l.continuus,ff.de verb.oblig. Spec.in tit.de arb.in c.1.vers.si quis, glo.in c.statutum, de rescrip. lib.6.gl.in c.si clericus.de præb.lib.1.ibi,sed dubium,vide Bal.in l.fin.C.de iudi.& Doct. in c.exposita.de arbit.

a Aduerte. Adde,& quis in iure dicatur bonus uir? uide Coras. Miscell.lib.4.c.22. Rom.consi.55. Masuer.

f Contrarium. Adde,quòd hanc sequitur Abb.in c.uenerabilis.num.40.de iureiur.cons.2.col.2.cons.38.col.2.lib.1. affirmatiuam tamen ueriorem dicit Bapt.à S. Blas.tract. de arbit.q.pen. & magis communem Villalob.inter commun.opin.lib.16.uer.Reductio. Distingue tamen,ut per Rom.consi.261.col.2. uers.tertia fuit.ubi alleg. Bald.in l. unic. C. de his quæ pœn. nom. Aut iudex recursus grauat in modico : & tunc ab eius sententia non appellatur , aut enormiter,& secus. Quam opinio.sequitur Roma. ibi dicto cons.Alexan.consi.106 nu.6.nu.15.lib.3.Boer.q.284. col.9.Socin.Reg.24.appellatio.15. fall. de quo uide quæ ponit idem Bald.in Rub.C.de appell.uer. sed nunquid iure Canon.idem Rom.consi.27. uers.aut dictum fuit,quòd ut arbitratores,quòd appellari non posșit.Nam,aut arbitrator lædit in modico : & stante est eius sententiæ , aut enormiter lædit : & tunc non appellatur, sed petitur reductio ad arb.boni uiri. secundum eundem Rom. consi.265. Ias.in l.nemo potest.1.lec.nu.65.de lega.1. & est communis,per Abb.consi.77.col.ult.lib.2. infra de appel.col.22. num.101. Masuer.

b Et

b Et cum opin. Barto. in d. §. arbitrorum, tenet Bal. in l. fi. in 2. q. C. de cont. emp. & vend. & Docto. in l. si quis. ff. de uerb. obli. Bart. in l. 1. de leg. 2. Bal. in l. 1. §. sed & si quis. C. com. de le. vide Alex. de Imo. in d. §. arbitrorum, in apostil. in l. de pupillo. §. fi. colu. 4. ff. de no. ope. nun. & Lanfr. de Brixia in tract. de ar. q. 20. Curt.

Adde Robert. Maran. in tracta. de ordi. iudi. in §. appellatio. ver. reductio. circa medium. Zilet.

c Diffusè. Adde Feder. consi. 147. Pau. de Castr. consi. 24. & vide in apostil. ad Bar. in d. §. arbitrorum.

Adde Guliel. de Cun. & Bal. in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Bart. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig. Bar. & Docto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. oblig. Bart. & Ang. in l. 2. §. si quis ante. ff. quibus ex cau. ap. non licet Bal. in l. cum antea. colum. 3. ver. sed iuxta prædicta. C. de arbi. Ang. Are. in §. p. etium. Institu. de emptio. & uend. col. prima, versi. in gloss. diffinierunt, & Ias. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Anch. in rep. c. canonum statuta. col. 66. uersi. accedat hic quæstio. de constitu. Fel. in c. si diligenti. col. 8. uersi. secundum corellarium de foro compe. & Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falsam. in §. interlocutoriæ & appellanum. 125. de probatio. Dyn. in consi. 18. inci. Tholomeus Oldr. consi. 156. incip. plurimum de quo quæritur. Bal. consil. 319. inci. præmisso. in 3. volu. Ang. de Peru. consi. 172. incip. laudum arbitratoris Paul. de Cast. consi. 70. inp. quia frustra col. 1. in 1. volu. consi. 260. incip. uisis compromissis, laudo, puncto, eodem volu. & consi. 364. incip. uiso laudo. & consi. 465. incip. uiso compromisso. eod. uolu. in consil. 255. incip. primò & ante omnia, colum. 2. in 2. uolum. Ant. de But. in consi. 24. incip. quæstio hæc vulgaria dubia, & consi. 102. incip. laudum arbitratoris. Anch. in consi. 207 incip. in quæstione. col. penul. uersi. restat respondere. & in consi. Collegij Patauini. incip. iudex de iure, quod habetur inter consi. Pet. de Anchar. consil. 208. circa fi. Ioan. de Ana. in consi. 29. incip. uiso puncto, Rom. in consi. 90. inci. viso themate Raph. Fulgo. consi. 234. incip. quoniã. & consil. 230. incip. uiso processu. col. fi. Raph. Cuma. consi. 50. incipien. stante statuto. Abb. consi. 44. incip. in præsenti quæstione, Alex. de Imo. consi. 131. incip. in causa uertente coram prætore ciuitatis Imo. in 2. volu. Franc. Are. consi. 100. incip. longitudo & uerborum proligitas, Barth. Socy. consil. 220. incip. uisis compromisso, laudo & statutis in 2. vol. Dec. consi. 39. incip. iuridicam esse arbitror, in 1. vol. Franc. Iun. consi. 79. incip. præsupponitur in facto, col. fi. in 2. vol. & Soc. Iun. consi. 16. incip. Excellentissimi Iurisconsulti, num. 11. in 2. vol. Lud. Rom. in sing. l. incip. an laudum Bartol. Cœp. in tract. cautelarum, cautel. 199. inci. difficile est dare modum, Tho. Ferra. cautel. 8. incip. tu scis quòd si aliquis, & Rober. Maran. in trac. de ord. iud. in 6. par. §. appellatio, uer. reductio, circa fi. Zilet.

d Corã quo, quid si iudex est ex vno loco, actor ex alio, reus ex alio, coram quo iudice petetur reductio, uide per Fed. consi. 285.

e Durat compromissum, dicit Old. consi. 156. quòd illo tempore quo præscribitur officium iudicis, illo tempore præscribitur reductioni ad arbitrium iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Ex verbis compromissi colligitur qualis sit potestas collata.*

2 *Arbitrator an possit declarare, si factum sit in eo compromissum super fundo, quòd vna pars teneatur alteri facere confessionem generalem de toto eo, quod petere posset.*

3 *Arbiter an sit, vel arbitrator, in quem est compromissum procedendi de facto, & iudicandi de iure.*

4 *Qualiter cognoscatur in forma compromissi antedicta, quid sit ita processum, & ita iudicatum.*

5 *Reductio an peti possit non obstante iuramento minoris de non contrauenendo sententia arbitri.*



1 ERMINANDI de iure & de facto. † Per hæc uerba comprehenditur qualis sit potestas collata, nam per hoc quòd dicitur { de iure } videtur electus tanquam arbiter, sic ergo ex forma compromissi cognoscitur qualitas officij, & potestatis, ut l. non distinguemus. §. de officio. & eodem modo si dicatur. ff. de arbit. ut fieri assolet, { quòd cognoscant iuris ordine seruato, uel non seruato, vel omissa omni iuris solemnitate, & sim. } nam per hæc verba uidetur electus, ut arbitrator, etiam si notarius dicat { quòd compromiserunt in talem, tanquam in eorum arbitrum } secundum Innoc. in d. c. Quintauallis. quia magis attenditur forma bayliæ, ac potestatis attributæ, quàm denominatio nominis ipsius electæ personæ, ar. in l. quæro, in prin. & l. si vno, in prin. ff. loc. Arbiter ergo est ille, qui cognoscit, & pronunciat de iure tantum. Arbitrator uerò est ille, qui de facto etiam determinat, & cognoscit; unde secundum Innoc. ubi supra & alios doct. & ita ipse uerum puto, talis arbitrator poterit testes recipere sine citatione, sine iuramenti delatione, sine partis præsentia, & sine peremptoria citatione, uel ea omissa, ad audiendum sententiam, uel declarationẽ, & generaliter credo quòd habeat ampliorem potestatem, quàm iudex delegatus cum potestate procedendi sine figura iudicij, de quo tractatur per Bar. in extrau. ad repri. & per Io. An. in c. sæpe, de verb. si. facit ad prædicta quod no. Spe. in eo. tit. de arb. §. sequitur,

a ver. quid si compromissum. † Sed nunquid talis arbitrator poterit declarare, si factum fuerit in eum compromissum super fundo, quod vna pars teneatur alteri facere confessionem generalem de toto eo, quod petere posset? Bar. determinat quòd non, in l. aquiliana, & l. cum aquiliana. ff. de transa. eodem modo secundum eum non poterit declarare, ut altera pars det alteri aliquam rem, de qua non fuerit qõ uel contentio, ar. d. l. cum aquiliana, in fi. & l. non distinguemus. §. de officio, & l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbi. & l. arbor. §. de uestibulo. ff. communi diui. licèt loco rei, de qua esset qõ, posset iubere pecuniam dari; quia uidetur alia res, quia pecunia omnes res æstimantur. arg. ad hoc in l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iure do. iuncta l. si

3 ita. ff. de fideiuss. † Deinde quæritur, pone q̃ factum est compromissum in aliquem cum potestate procedendi de facto, & iudicandi de iure, an talis erit simplex arbiter, uel arbitrator? & quidem Bar. in d. §. arbitrorum dicit, quòd erit arbiter tantum, poterit tamen secundùm eum ab eius sententia appellari, ut per eum determinatur in d. §. stari, licèt in d. §. arbitrorum l. si societatem ff. pro socio in hoc

4 dubitauerit, ubi uide. † Vlterius quæritur, quomodo cognoscetur in casu huiusmodi formæ compromissi, quòd processerit uel iudicauerit ut arbiter, uel arbitrator? dic ex forma procedẽdi, ad quam respectus haberi debet, hoc dignoscetur; si enim seruauit formalia uel substantialia iudicij, ut quia fecit libellum produci, litem contestari, & sim. & tunc uidebitur elegisse uiam arbitri, & per hoc non poterit ab eius sententia appellari, nec reductio peti, & quod vltra est, non poterit postea ad uiam arbitratoris redire, ut determinat Spec. in tit. de arb. §. differt, uersi. quid si compromissum, & eodem modo Barto. in d. §. arbitrorum. Vnde laudabile est consilium, quòd potius fiat compromissum tanquam in arbitratorem tãtum, quàm in hac forma, de qua hic. Vel si sit sub hac forma, tunc fiat protestatio per ipsum arbitrum in exordio causæ { Quòd per aliquem processum, uel actum non intendit uiam simplicis arbitri eligere, sed tanquam arbitratoris procedere, } & esset utile hanc clausulam apponere in compromisso; pro quo facit quod in fi. not. Arch. in c. si delegatus, in fi. de of. deleg. lib. 6. & adde quod no. in d. §. se. uer. sed pone quod

5 sicut quotidie fit &c. † Sed quid dicemus in minore, qui taliter compromisit, & iurauit non contrauenire sententiæ, an iuramento non obstante poterit contra sententiam reductionem postulare? dicunt quidam quòd sic, quia iuramen-

tum solum excludit eum à beneficio priuilegij, scilicet re stitutionis in integr. non autem ab isto communi, ut plenè tangitur per Cy. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. arg. in l. fi. C. de non nu. pe. & in c. 2. extra de arbi. cum sim. alibi glo. in §. item sacramenta, de pace iur. firman. vnde extrahitur dicta auth. tenet contrarium, & malè; prima ergo opi. uerior, de hac autem potestate arbitratorum no. per Cy. in l. ex consensu. C. de epi. & cle.

SVMMARIVM.

1 *Tempus pronunciandi propositum in compromisso quid operetur.*

2 *Data à partibus ipsis arbitris potestate prorogandi, quot uicibus possint prorogare.*

3 *Facta prorogatione arbitrij per alteram partem praesentem tantum, altera absente, sed postea praesente tempore sententiae, an dicta pars quae non consensit prorogationi possit dicere sententiam nullam.*

4 *Compromissum factum sine termino temporis, quanto tempore ualeat.*



1 INFRA duos menses. † Hoc tempus habet coarctare potestatem pronunciandi datam arbitris electis, in tantum, ut ipso termino elapso finita sit statim potestas, & auctoritas iudicandi, & per consequens sententia postea lata nulla sit ipso iure, nisi fortasse hoc tempus de partium uoluntate praecedente, uel sequente fuerit prorogatum, ut traditur in l. non distinguemus. §. dies & §. fi. cum l. seq. & l. si de meis. §. fi. ff. de arb. C.

2 eo. tit. l. fi. & l. 1. † Quid autem si data sit à partibus ipsis arbitris in compromisso potestas prorogandi diem compromissi, an poterunt semel tantum, uel pluries prorogare? * distingue aut pluries, aut simpliciter. In primo & secundo casu obseruabitur, prout dictum est. In ultimo casu dic, quòd nisi semel tantum poterunt prorogare, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signifi. & l. fideicommissa. §. si quis ex his. ff. de le. 2. & ita in praemissis omnibus sentit Specul. in d. tit. de arb. §. accipitur. uers. item quòd

3 elapso die. † Deinde circa hoc quaeritur de eo, quod de facto uidi. Ecce quod partes fecerunt compromissum hoc pacto, quòd arbiter non possit prorogare terminum, nisi de voluntate partium. Contingit quòd altera pars per se consensit prorogationi, alia pars, quia tunc absens erat, non potuit consentire, sed alius eius nomine prorogauit, & prorogationi consensit, promittens de rato habendo, posteaq; arbiter tulit sententiam praesentibus ambabus partibus emologantibus, & expressè cōfirmantibus ipsam sententiam dicta pars absens tempore prorogationis, & praesens tempore sententiae nititur impugnare tanquam nullam ex defectu potestatis & consensus per eam non praestiti in dicta prorogatione, quaeritur quid iuris & uidetur ex praedictis, quòd ipsa sententia nulla sit, quia non fuit lata in termino, & quia ipsius termini prorogationi non consensit, nec ratum habuit. In contrarium puto, quia ratificando sentētiam uidetur ratificasse prorogationem, quia qui vult consequens, videtur uelle antecedens, ut l. illud & l. nec his. ff. de acq. haer. facit l. idem Vlpianus. ff. de excu. tutor. & semel approbatū reprobari non potest l. Pomponius scribit ff. de neg. gest. & quod no. per Dyn. in regu. quod semel placuit, de reg. iur. lib. 6. & in c. ratihabitionē. eod. tit. & per Bartol. in l. quo enim. §. 1. ff. rem ra. habe. ad quod etiam optime facit quod not. per glo. in l. 2. C. com. vtriusq. iudic. immo puto quòd lata post terminum possit tanquam transactio approbari, per d. l. 2. Aduerte quòd istud tempus non currit nisi à die acceptationis factae per arbitros electos, ut probatur in l. 3. §. tam & si. & l. si cum dies. §. recepisse. ff. de arb. sicut dicitur in tempore praefixo iudici delegato, ut no. glo. in d. c. de causis. extra de offi. de leg. ad tollendum tamen omne dubium, bonum esset, hoc

4 exprimere in forma compromissi. † Sed quid dicendum si compromissum factum est simpliciter sine die, & termino, an ualet, & quanto tempore duret potestas arbitrandi? dic breuiter quòd ualet & durat triennio, si est simplex arbiter, ut no. Specul. plenè in titu. de arbitro. §. differt. uersi vt triennium. Si uerò sit arbitrator, tunc puto quòd duret per totum tempus vitae suae ipsius arbitratoris, arg in l. fin. & quod ibi nota per Cyn. C. de contrahen. emp. & l. fin. §. sed & si quis. C. commu. de lega. vnde bene faciunt notarij semper apponere certum terminum. Sed Bart. in l. si quis arbitratu. ff. de uerbo. oblig. dicit, quòd potestas arbitratoris durat quamdiu voluerit, Praesumitur autem secundùm eum non uelle arbitrari, si intra annum a non pronunciauit, argum. d. §. sed & si quis. de qua quaest etiam no. per eum in l. si de meis. §. si ex compromisso. in fin. ff. de arbit. & per Cyn. in l. properandum. §. sin autem in medio. C. de iudic. Bal. uerò in cap. 1. §. 1. de leg. Cor. distinguit, aut est arbitrator super lite, & tunc durat triēnio, sicut in arbitro: aut super negocio, & tunc anno, nisi per iudicem fuerit alius terminus assignatus &c. nota bene.

ADDITIONES.

* Prorogare, Adde Ias. consi. 30. lib. 1. in l. si quis ex argentariis. §. praetor ait. nume. 10. ff. de eden. ubi loquendo de dictione iterum, infert ad statutum de compromisso facto in vna causa, an si semel expirauit, iteratò fieri debeat, & quoties, distingue, & limita, ut per eum ibi, ubi inter alia, alleg. Rom. consi. 504. Alex. consi. 70. lib. 2. & dicit Ias. q; si partes voluntariè fecerunt compromissum de iure & de facto in communem amicum duraturum per mensem, cum potestate prorogandi toties, quoties uoluerit, ea potestas ad duas uices tantum restringitur, & non plus, quo in articulo, plura not. Rob. de ord. iud. c. 39. in prin. Affict. decis. 46. Rom d. consi. 504. ubi cum per primum cōpromissum non satisfit statuto voleñ. q. compromitti, puta, quia illud tempore finitum est, uel laudum non secutum, debet q. iterum compromitti, quia adhuc uendicat sibi locum ratio statuti, quòd per cōp. omissa lites finem accipiant, & hanc communem dicunt Doct. in apostil. ibi, ex Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. 6. limit. in prin. de ver. sig. Dec. consil. 22. post princ. in l. vnic. 2. lec. post prin. C. de sent. quae pro eo quod interest. Rui cons. 203. ante nu. 13. libr. 2. Hypol. sing. 172. Ias. in l. qui per salutem, de iureiur. in l. praetor ait. §. deinde. 8. not. ff. de op. no. nun. & quòd compromissum factum cum potestate prorogañ. toties, quoties, non duret post 2. prorogationem not. Alex. post Bart. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infec. in l. si finita. in prin. eod. tit. & uide Ias. in l. fi. num. 17. C. de sac. san. eccl & quae not. Docto. ad Bar. in l. dies cautioni, in prin. ff. de dam. infec. ubi plura de prorogatione compromissi, in qua, quaeritur etiam à Doct. quid si arbiter prorogauerit ad mensem, aut simil. in absentia partium, quibus etiam non intimauit, an ualeat, & an inde gesta ualeant, & dic, prorogationem sine insinuatione postea facta non ualere, ex not. per Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. num. 50. ff. de offic. procons. & hanc communem dicit Alex. consi. 34. colu. fin. libr. 1. Dec. consi. 36. col. 1. Masuer.

a Annum. Hanc opi. Bartol. quòd potestas arbitratoris tacentis expiret anno, quando tértio est commissa, sequitur idem Barto. in l. multa. ff. de conditio. & dem. & Ang. in d. l. si quis arbitratu. Bal. recitando opi. Barto. in l. fin. ff. de contrahen. emp. tenet quòd etiam post annum potest arbitrari, quia tempus non est modus finiendi compromissum tamen laudo cautelam, quòd protestari faciat pars ab arbitratore infra annum, quod etiam post annum intendit arbitrari &c.

SVMMARIVM.

1 *Poena appositio an hodie sit necessaria tam in arbitro, quàm in arbitratore.*

IN



1 N poena & sub poena. Communis est practi
ca quòd in cõpromissis adiiciatur † poena;
quia olim sẽtẽtia simplicis arbitri nullam
de se merebatur executionem, nec produce
bat actionem. l. 1. C. de arb. cum ibi not. ideo
erat necesse poenam adiicere, ut metu poenæ, quæ per stipu
lationem promittebantur, pareretur sententiæ, aliter non
cogebatur arbiter sententiam ferre, ut in l. non distingue-
mus. §. in summa. & l. litigatores. §. 1. cum sim. ff. de arbi. Ho
* die * autem, siue sit apposita poena, siue non, dat actio, &
fit sententiæ executio duobus casibus, uidelicet si sit emo-
a logata a à partib. expressè, uel tacitè per lapsum 10. die-
rum, ut in l. cum antea C. de arbi. uel si sit iuratum in com-
promisso, ut l. ne in arbitris. C. de arbit. Sed in compromis-
sis, quæ fiunt in arbitratores, & amicos, non est necessaria,
nec olim, nec hodie poenæ appositio, quia ipsorum senten
tia, & olim, & hodie producit actionem his modis, quibus
producitur per transactionem, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

* Hodie autem. Adde, quòd arbitri sententia tribuit actio-
nem, & mandatur executioni duobus in casibus, ut p Boer.
q. 284. nu n. 26. Lanfr. de arb. in prin. num. 10. maximè si iu
ratum sit compromissum. l. ne in arbitris. C. de arbit. quæ
concl. fallit in arbitramento, teste Alex. consil. 1. nu. 7. li. 5.
vbi tamen datur actio ex contractu compromissi, de quo
vide quæ habetur supra, uer. Franciscus, & quæ ponit Ias.
in l. nemo potest 2. lec. num. 85. ff. de leg. 1. ubi dixi, cui ad-
de, quòd actio oritur ex sententia arbitri cum poena, uel
sine poena post emologationem tacitam, uel expressam,
de iure cano. secundum magis communem per Alex. in l.
ait prætor. nu. 3. ff. de re iud. pro quo uide Rob. de or. iud.
c. 54. num. 261. ad dicta autẽ Pap. hic in prin. Adde, quan-
do compromittitur sub poena, an illa censeatur adiecta fa
cto, an dationi, & dic, ut per Ias. in l. naturalis. §. quòd si fa-
ciam. num. 3. ff de præscrip. verb. ubi ponit 2. not. effectus
in prac. & quòd non possit arbitrator ex se poenam appo-
nere, ut eius metu laudum seruetur, nisi hoc à partibus con
cedatur, not. Rom. cons. 115. col. fi. per l. arbiter intra & l.
quid tamen §. fi. ff. de arb. Masuer.
a Emologata, non expedit ultra quærere, quando sententia
est emologata. l. ad solut. C. de re iudica. & amplius non
possunt contradicere ipsæ partes. l. ab eo. C. quomodo &
quando iud. e concertationi. de app. lib. 6. & emologatio
sententiæ implementum habet ui taciti pacti de nouo fa-
cti ad non petendum, vnde licet non esset aliunde robora-
ta habet saltem uires si opponatur per uiam exceptionis
propter tacitum cõsensum, uel expressum partium, ita gl.
in l. 2. C. com. utriusque iudi. facit quod no. glo. in l. pen.
eo. tit. ubi dicit gl. quod si partes steterunt diuisæ per mul-
tum tempus, præsumitur diuisio bonorum, & si aliter non
appareat, ex quo tanto tempore separatim & diuisim má-
serunt, & ubi sententia est lata præsentibus, & non contra-
dicentibus, & multifortius consentientibus, uel emologan
tibus, non potest cótradici sententiæ. & uide Ale. in l. licet.
§. si seruus. ff de poen.
* Emologata, Adde Ias. in l. nemo potest. 2. lec. num. 28. ff. de
leg. 1. vbi plura de emologatione laudi, & dic, quod arbi-
trium tacitè emologatur secus in arbitramento, quod nisi
expresse non emologatur, teste Ias. cons. 16. libr. primo.
Masuer.

A Plicanda pro medietate cameræ Illustri. domini no-
1 stri &c. † Hic quæritur, nunquid fiscus, seu camera
agere potest ad hanc poenam? dic breuiter, quod non, per
tex. l. arbiter infra certum diem. & ibi per Bar. ff. de arbi. fa
cit regula generaliter tradita in l. stipulatio ista. §. alteri.
ff. de ve. obl. ut ergo cameræ quæratur actio, & obligatio,
est necesse quod notarius tanquam persona publica stipu-
letur nomine cameræ, secundum Bar. & no. in d. l. arbiter,
& in l. 1. ff. de iure fisci.

SVMMARIVM.

1 *Poena petitio adiecta in compromisso, cui parti competat, & qualiter in eius petitione procedatur.*
2 *Petitio poenæ appositæ in aliquo contractu, an admittatur.*
3 *Poena, & executio simul an peti possit.*
4 *Poena an pluries committi possit.*
5 *Poena an committatur in totum, si contrafiat in vno capitulo.*
6 *Poena commissa, si nihilominus pars quæ contrauenit, & incidit in poenam, dicat quòd sententia firma permaneat, & alia pars contradicat quod sententia sit nulla, quid iuris sit.*
7 *Si altera pars compromittentium decedat pluribus relictis hæredibus, quorum vnus contrafacit sententiæ, an poena committatur contra omnes.*
8 *Si sit appellatum, uel supplicatum contra sententiam arbitri, & nihilominus appellans uel [illegible] nihil obtineat, an intelligatur ita contrafactum sententiæ, quod poena sit commissa.*
9 *Poena commissa ex compromisso [illegible] quo petatur.*
10 *Petita reductione sententiæ arbitri, si pars contrafaciat reductioni, an incidat in poenam.*



1 A R T I attendenti. † Aduertendum, quòd
petitio pœnæ competit illi qui obseruat sen
tentiam, & hoc cum bona conscientia tam
de iure canonico quàm ciuili, ut in c. dile-
cti, & c. per tuas, extra de arbi. & l. cum poe
na, & l. fi. cum si. ff. de arb. Et in petitione
huiusmodi poenæ offerendus est libellus, & uia ordinaria
procedendum; ut probatur in dictis iuribus, & in l. non
distinguemus. §. cum quidam, uer. & idem. ff. de arbit. nam
vel actione in factum, uel ex stipulatu petitur, ut no. supra,
& disputabit in ipso iudicio an aliqua iusta causa habeat
ipsum excusare à pœna ut l. 2. cum seq. ff. si quis cau. cũ si. &
2 & ibi not. per gloss. † Quid, si hæc poena a apponatur in
a aliquo contractu, an eius admittatur petitio? uidetur quòd
sic, ut patet ex prædictis. Tu autem in hoc distingue, ut
not. per Docto. in l. cum allegas. C. de usur. & per Bar. in l.
cum seruus ita ff. de cond. & dem. & ego scripsi super tit.
3 de act. Hyp. † Sed nunquid possit peti poena, & executio
simul? dic quòd non regulariter. Fallit, si expresse actum,
* & conuentum est, quòd utrunque * peti possit, ut habe-
tur in l. qui fidem. ff. de trans. & l. cum proponas. C. de tran-
sact. & pro tanto dicunt notarij in forma compromissi,
b {quòd peti possit poena rata b manẽte sententia.} † Sed
4 an pluries possit poena exigi, & committi? dic quòd non,
immo semel poena commissa expirat compromissum ar-
bitri, nisi specialiter sit actum. {Quod toties committatur,
quoties contrafiet rato manẽte compromisso, & senten-
tia,} vt hoc habetur in tex. l. si duo. §. fi. ff. de arbi. & ita com
muniter apponitur per notarios in compromissis, ut not.
gloss. in c. dilecti, extra de arb. & per Specu. eo. tit. in §. se-
5 quitur, uer. quid ergo, & uer. sequen. † An autem si con-
* trafiat in vno capitulo, poena committatur * in totum,
vel pro parte, dubitari consueuit, vnde notarij apponunt
in instrumento, {Quæ poena toties insolidum committa-
tur, quoties contrafiet, &c.} de quo plenè disputat Specu.
in d. titu. de arb. §. sequitur, uersi. quid si plura capitula, &
in §. sequitur, uer. item pœna in compromisso apposita &c.
& per Barto. in l. eadem. §. Cato. ff. de verbo. obligatio. fa-
6 cit l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis cau. † Vltra quæritur,
ecce quòd poena est commissa, nihilominus pars quæ con
trauenit, & incidit in poenam, vult quòd sententia firma
permaneat, alia pars contradicit & vult quòd sententia
nulla sit, quæritur quid iuris. Breuiter glo. & Bart. & Iac.
But. in d. l. qui fidem, determinant, quòd etiam si dictũ est
{Rato manente pacto} quòd ille qui contrafacit non de-
bet audiri inuito aduersario eius, cui poena commissa lice
bit non stare sententiæ, quod nota. ideo si uis consulere age
re maximè in transactione, treugis, & conuentionibus illo-
rum

rum principum, facias apponere per notarium hanc clausulam, uidelicet {hoc acto inter dictas partes, quod per aliqua quæ fiant, vel committantur per ipsas partes, uel aliquam ipsarum, nihilominus quantum ad ipsas partes, & quamlibet earum contrafacientem, prædicta & infrascripta omnia & singula in sui roboris firmitate perdurent, ac
7 si non esset in aliquo contractum.} † Item quæro, pone q alt ra pars decesit pluribus relictis hæredibus, quorum vnus contrafecit sententiæ, an pœna committatur contra omnes cohæredes? uidetur distinguendum, aut sententia continebat aliquid fieri, aut dari. Primo casu dic plene, vt traditur in l.2.& l.eadem.§.Cato.ff.de uerb.ob. Secundo casu uidetur insolidum committi contra omnes, per text. in l.hæredes §.an ea, uersi.item iuris.ff.fam.ercis.& l.stipu-
8 lationum aliæ.§.fin.ff.de uerbo.oblig.cum sim. † Quid autem dices, si sit contrafactum uel appellando, uel supplicando, uel aliter, & tamen ipsum postea pœnituit, uel non habuit aliquem effectũ eius contrafactio, an poterit nihilominus peti pœna? Videtur quòd non per l.pen.& fi. C. si man.ita fue.alie.distingue melius, ut no.per glo.& Docto.
9 in d l.qui fidem. † Vlterius quæritur, coram quo debeat peti ista pœna? dic quòd coram iudice ordinario illius qui in pœnam incidit, ut probatur in d.l.cum pœnæ, cum sim.non autem posset peti coram arbitrio; quia super pęna non est ei potestas collata, ut habetur in l.quid tamen.§.fi. ff.de a b.& no. Spec.in d.tit.§.postremo, uer.sed an de pœna. immo si pœna fuit in compromisso apposita centum
c flor. non poterit augere [c] pœnam in plus præcipiendo sententiam obseruari sub pœna ducentorum, uel sub pœna amissionis domus, uel sim. secundùm Barto. ut ibi not. quia potestas arbitri ultra formam compromissi non potest extendi, ut ibi; & l. non distinguemus.§. de officio, & §.fi.ff.de arb. & eodem modo secundùm aliquos non poterit pronunciare super fructibus, interesse, & expensis, nisi de his fuerit specialiter actum, & compromissum, per iura prædicta: de quo tangit Specu.in d.§. postremo, uersi. sed quia. supra in forma compromissi &c. & per Azo. in d. l. quod tamen. §. fi. Patet ergo ex præmisis, quòd ille qui contrafacit sententiæ, uel præcepto arbitri, uel arbitratoris electi, incidit in pœnam in compromisso appositam.
10 † Quid ergo, si ab eius sententia petita fuerit reductio ad arbitrium boni uiri, & pars contrafaciat sententiæ, uel præcepto ipsius iudicis reductionis, an incidat in pœnam? Bart. determinat quòd non, ut no in l.multa.ff. de condi. & dem.quia à persona non receditur, ar.in l.cum apud Sempronium.ff.iudi.sol. de quo per eum plenè not. in l. si quis arbitratu.ff.de uer.oblig. &c.

ADDITIONES.

* Vtrunque, Adde facere, reg. quòd quis non debet petere rem & pœnam, sed altero debet esse contentus, secundum Ias.in l.si duo rei.nu.3.ff.si quis caut.

* In totum, Adde facere quæ ponit Ias.in l.si seruus.§.si plurium, col.2.in fi.ff.si quis caut. ubi nume.10. quòd quando pœna adiecta est facto indiuiduo, tunc solutio partis nihil operatur, quin pœna committatur in totum & num. 11. q in extraiudicialibus pœna committitur contra omnes, si contraueniatur per vnum, fallit tamen in contrac. bonæ fidei & aliis casibus ibi enumeratis.

a Pœna. Adde Lud.Ro.consi. Pet.de Ancha.consi.84.

b Pœna rata. Vide de clausula rato manente pacto p Raph. Cu.consi.112.& consi.145.per Aret.consi.67.

c Augere. Adde ut per Petr.de Ancha.consi.50.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum super modo procedendi & iudicandi quot modis fiat.*
2 *Si nihil est actum in compromisso super modo iudicandi, & iudicetur discorditer, quid agendum.*
Arbitratores duo discordes an compellãtur eligere tertium.
3 *Arbitri pares numero si discordant, sententia non ualet.*
4 *Si ex tribus arbitris vnusquisque ferat sententiam de per se minorando summam condemnationis, quæ sententia ualeat.*
5 *Sententia in minori summa an ualeat, si iudices qui tulerunt in maiori, expresserunt, se non consentire in minori.*
6 *Ex tribus arbitris, si duo pronuncient in concordia absente tertio, an sententia ualeat.*
7 *Ex tribus arbitris, tertius absens semper est citandus.*
8 *Ex tribus arbitris, discrepante tertio tantum in ferenda sententia, & also discedente, an reliqui duo poterunt ferre sententiam.*
9 *Tertio discedente, ut supra & dicente quòd ferant sententiam illi duo, quod ipse est contentus, an ualebit eorum sententia.*
10 *Tertius assumptus ab arbitris discordibus, an sit uerus arbiter, uel simplex consultor.*
11 *Pactum, quod tertius non assumatur, an ualeat.*
12 *Tertius assumptus si pronunciet cum altero arbitratorum tantum, an ualebit sententia.*
13 *Testes, & attestationes recepta coram arbitris nihil pronuncientibus, an faciant fidem coram ordinario.*



1 ONCORDITER condemnauerunt. † Sciendum est, quòd quãdo fit compromissum in plures, quòd diuersimodè agitur inter partes in compromisso super modo procedendi, & iudicandi. Quãdoque enim agitur, ut omnes simul, & concorditer pronuncient, & aliter non ualeat sententia. Quandoque agitur, ut quod duo ex eis, uel quod maior pars fecerit, uires obtineat. Quandoq; simpliciter compromittitur, ut l.item si vnus.§. principa-
2 liter, cum l. sequen. ff. de arbitr. cum sim. † Quid ergo si nihil est actum, & sint discordes? dic quòd aut sunt arbitri pares numero, puta duo, & tunc compellendi sunt per iudicem eligere tertiam personam, ut in d.§ principaliter. Si verò sunt dispares puta tres, tunc statur sententiæ pluriũ, vt in dictis iuribus, &c. Quid si fuerunt electi duo arbitratores tantum, & sunt discordes, an debeant compelli eligere tertiam personam, uel ipse iudex eligere possit? dicit Bald. quod non, quia arbitratores sunt ad instar proxenetarum, quos nullo iure cautum est cogendos tertiam personam eligere, licèt cautum hoc reperiatur in meris arbitris & ita refert iudicatum esse per sapientes, ut per eum no.in d.cap.1.de inue.in mari.fac.in usib feud.10. colum.q.pen.
3 † Sed nunquid si pares erant, & discorditer tulerunt sententiam, an ualebit? dic quòd non, puta si vnus absoluit, alter condemnauit, ut l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbit. facit in argum l.duo iudices.ff.de re iudi.& in c.fi. extra in
4 de re iudi. † Sed pone quòd erãt tres arbitri, & vnus condemnauit in decem, [a] alius in 15. alius in 20. quæ sententia præualebit? dic quòd illa quæ in decem condemnauit, nam in illa summa omnes sententiæ concordant, & conue-
5 niunt, ut in d. §. si plures. † Item quæritur, quid si illi qui condemnauerunt in 15. & 20. in eorum sententia expresserunt, ut plerunque faciunt malitiosi, quòd in minori summa eorum sententia non ualeat? Docto. dicunt q hoc casu non ualebit illa de 10. quia in hoc omnes non cõsentiunt, ut no. Spec. in d.§.sequitur, in prin. ubi uerò duo ex tribus condemnant in 15. & alius in 10. præualet sententia duorum in 15. ut est text. hodie in ca.1. de arb.lib.6. Et est ratio differentiæ, quia in casu isto omnes duo cócordant in 15. vnde sententia plurium debet præualere. In præcedenti autem quæstione duo non sunt in expressa summa concordes, licèt in conclusa conuenire uideantur, de quo uide in d.§.sequitur, uersic.1. cum seq. & idem dicitur in testib. in sũma & in diuersis quantitatibus deponẽtibus, vt ibi not. Innoc.in cap.quid per nouale, de uerbo. signifi. & per Spec. titu.de proba.§.probare, uersicu.quid si testes.
6 † Vlterius quæritur, quid si ex tribus arbitris, duo pronun-
b ciant in concordia absente tertio, [b] an ualeat sententia? dic quòd non, ut l.si in tres, alleg.& in l.item si vnus. §. fin. ff.de arb. nisi fuerit dictum in compromisso, prout faciunt notarij communiter {quòd altero ex his absente, alij possint,

sint pronunciare,{ vt in l. non distinguemus. §. cum in plures,& l. sicut. ff. de arb. & habetur. in ca. Raynaldus, extra de testa.& Specu. in §. sequitur, uer. postremo. † Quid autem fiet, si ille tertius non ueniat? dic quod est citandus ab aliis duobus, aliter eorum sententia non ualeret, nisi expressum sit in compromisso { Quòd duo absente tertio, & non citato possint pronunciare, { nam tunc ualebit sententia eorum, ut hæc habentur, & no. c. fi. de arb. libr. 6. quanquam secundum aliquos, d. c. fi. solum locum habeat in terris ecclesiæ, ut ibi no. per glo.& Bartol. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. De iure autem ciuili sententia lata tertio absente etiam citato non ualet, nisi sit personaliter præsens, vt refert Barto. in l. item si vnus. §. item si plures. ff. de arb. & l. duo ex tribus. ff. de iudi. uel nisi actum sit in compromisso specialiter. {Quòd duo absente tertio, & non citato possint pronunciare, { vt supra dixi, vnde hanc materiam sic colligere potes. Quandoque à principio fit cõpromissum in duos tantum, & tunc vnius solius sententia non ualet sine socio præsente, uel eo absente citato, ut dictum est supra in princ. illius gloss. Quandoque fit in tres, uel in plures, & tunc aut simpliciter, & ualet sententia pluriũ, si omnes sunt præsentes; ubi autem aliquis eorũ fuerit absens, tunc secundùm ius canoni. si non fuerit citatus ab aliis, nõ valebit sententia illorum, ut in d. c. fi. secundùm ius ciuile valet. Si autem fuerit compromissum cum clausula {Quòd duo tertio præsente, uel absente citato, uel non citato possint compromittere { tunc vtroque iure ualebit sententia duorum, seu plurium illo absente etiam non citato uirtute clausulæ, & conuentionis in compromisso appositæ, ut d. §. de officio. cum sim. supra alleg. quod nota tu notarie. Et prædicta dico fortius procedere in pluribus arbitratoribus cum d. clausula electis &c.

8 † Sed circa prędicta occurrit tale dubium, quod plerunque de facto contingit. Ecce quòd facto compromisso in tres, & processu habito, & tandem simul conuenientes in vno loco pro conclusione & decisione quæstionis, examinatoque per eos negocio, vnus ex eis decessit in discordia reliquis ibi firmis stantibus, & perseuerantibus; quæritur an ipsi duo poterunt ferre sententiam illo tertio absente, & non citato? Dicit Innoc. quòd sic, in d. c. Raynaldus. quasi hoc casu cesset ratio legis, si in tres, quæ est ꝙ eius præsentia potuit alios trahere in suam sententiam & opi. sed Specu. in d. §. sequitur. versi. quid si fraude se absentet. & uersi. item ex eo ꝙ dicet, distinguit, aut ille tertius se absentat simpliciter, nulla tamen discordia interueniente, sed sola examinatione, & tunc dẽt citari. Aut interuenit discordia, & tunc non debet vltra citari, nec secundùm eum placet distinctio quorundam qui voluerunt facere differentiam inter personam ipsorum arbitrorum, an illi duo sint doctores, & alter non vel sim. uel an ille tertius se absentauit dolosè, uel non, ut ibi no. Verum Bart. in d. l. duo ex tribus. tenet indistinctè debere eum citari, aliàs non ualebit sententia; quia secundùm eum non est illa sola rõ, de qua supra, sed & alia, uidelicet quia omnes iudicare iussi sunt, ut probatur in d. l. si in tres. in fi.

9 † Quid si ille tertius in eius recessu dixerit aliis duobus {Pronuncietis uos, quia sum contentus de eo quod pronunciabitis{ nunquid eo casu ualebit eorum sententia? Dic ꝙ non, nisi de uoluntate partium lata fuerit, ar. d. l. si in tres, ut determinat Spe. in d. §. sequitur. uersic. quid si tertio absente. Et ex hoc sequitur decisio ad aliud, ꝙ si ꝑ duos fuerit lata sententia tertio absente, & non citato, postea que uenerit ipse tertius & confirmauerit ipsam sententiam, ꝙ nihilominus erit nulla, arg. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & no. Spe. in §. sequitur. ver. sed pone ꝙ lata est sententia. secus est in iudice ordinario, uel delegato, ut no. in l. licet. ff. de iud. & in c. cum uos. extra de his quæ fi. à præl. sine con. ca. & d. l. duo ex tribus. Sed pone ꝙ actum est in compromisso {vt arbitri pronuncient secundùm cõsilium Andusiæ, { an ualeat cõpromissum? Dicunt quidam quòd non, per tex. in d. l. item si vnus. §. idem Pomponius. ff. de arb. & ibi no. Alij distinguunt, aut Andusiæ consilium assumitur tanquam arbitratoris, & ualet: aut tanquam arbitri, & non ualet, ut no. Bar. in d. §. idem Pomponius, & Specu. in d. §. sequitur. uersic. sed quid si dicat.

10 † Rursum quæritur, an ille tertius, qui assumitur ab arbit. is discordibus, sit uerus arbiter, uel simplex consultor: distingue, aut eligitur ab ipsis arbitris tantum, & tunc est consultor, & mediator, licet in aliquo naturam sapiat arbitri, secundum Bar. Aut eligitur communiter ab arbitris, & partibus, & tunc erit arbiter, ut alij, ut not. Spec. in d. §. sequitur, uersi. sed nunquid iste tertius. & Barto. in d. §. sequitur, uersi. sed nunquid ille tertius. & Bar. in d. §. principaliter, & ibi glo.

11 † Sed quid si, ut plurimum fieri solet, actum est specialiter in compromisso, ꝙ tertius non assumatur, an ualet tale pactum? dicunt quidam ꝙ sic, argu. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. & l. Pedius. §. fi. ff. de arb. Alij dicunt contra, quia tale pactum est contra substantiam compromissi, ergo non valet, ut l. cum precario. ff. de preca. Communiter practicatur, ꝙ ualet, arg. in l. non distinguemus §. de officio, cum ibi no. ff. de arb. de quo uide Spe. in d. §. sequitur. uer. sed si duo sunt electi &c.

12 † Sed quid si iste tertius ab arbitris solis electus pronunciet cum vno ex eis, an ualebit sententia? dicunt quidam ꝙ sic, tanquam à maiori parte lata, ut d. l. si in tres. Alij dicunt contra, quia iste tertius non habet potestatem pronunciandi, sed solùm consulendi, ut dictũ est; primam opi. approbat Bar. non per dictam rationem, sed quia eius opinioni & sententiæ standum est, ut dixit tex. in d. §. simpliciter. & no. Spe. in d. §. sequitur. uer. quid si vnus ex arbitris.

13 † Quid si isti arbitri nil pronunciauerunt, an testes & attestationes receptæ coram eis faciant fidem corã iudice ordinario? Dic, ꝙ si testes sunt mortui, faciunt plenam fidem; si uerò sunt uiuentes, tunc est in electione eius, contra quem sunt producti, an uelit eis stare, vel non. ut l. fin. C. de testi. & in c. præsentata, extra de testibus nisi specialiter & expresè actum esset in compromisso, ꝙ eis daretur plena fides coram iudice ordinario, ut in d. l. fi. in prin. in quo erant omnes in forma compromissi: vbi autẽ essent recepti coram arbitratore, ut fit quotidie, tunc nullam fidem facerent, ut determinat Inn. in ca. cum in tua, extra de testi. & per Iac. But. in d. l. fi. &c.

ADDITIONES.

a In decem. Adde Pau. de Castr. cons. 24. Raph. Cuma. consil. 145

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitrorum pronunciantium super vna re sola, cum quæstio sit de pluribus, an teneat.*

2 *Arbiter pronunciando errans, errorem suum corrigere non potest.*

Dimittendum domũ antedictam. Erat igitur quæstio de vna re tantũ.

1 † Quid igitur si quæstio erat de pluribus, & de vna sola pronunciauerunt, an tenebit sentẽtia? videtur ꝙ non, ut l. qualem. alias incipit, dicere. §. sed si de plurib. ff. de arbi. Tu verò plenius distingue. Aut est actum in compromisso, ꝙ possit arbiter super singulis separatim pronunciare. Aut est actum, ꝙ de omnibus simul dẽt pronunciare. Aut est dubium. Primo casu ualet sententia. Secundo autem casu non ualet, ut probatur in l. quid tñ. in prin. ff. de arbi. Tertio casu dicit ibi gl. ꝙ præsumitur actũ, vt separatim posset pronunciari. Bar. aũt ibidem dicit fore considerandum, aut sunt plures quæstiones super pluribus rebus quæ inferuntur solùm ab una & eadem parte, & tunc est uera opin. glo. aut plures causæ inferuntur uicissim per vtranq; partem, vna contra aliã, & econtra; & tunc præsumitur actum, ꝙ semel super omnibus snia feratur propter naturam conuentionis & reconuentionis, ar. in l. sin fi. ff. quæ sen. sine ap. rescin. & in l. qui prior. ff. de iud. Vel dic aut causæ sunt simul connexę, & vř actum, ut de omnibu pronun-

pronuncietur, aut sunt separatæ, & tunc separatim poterit pronunciari, & hoc sequitur Spe. in d. §. sequitur. uersi. sed quid econuerso. Et hæc & alia plura, de quibus supra, procedunt in simplici arbitro: sed in arbitratore, qui potestatẽ habet largißimam, ut supra dictum est, puto esse pronunciandum super vna tantum, uel super vno capitulo cæteris omissis. arg. eorum quæ superius allegata sunt in præce. gl.

a † Quid autem si arbiter in pronunciando errauerit, an poterit postea corrigere suum errorem? Dic ꝙ non, quia per sententiam expirat compromissum, ut probatur in l. qui arbiter. & ibi no. ff. de arbi. & idem credendum in arbitratore, putarem tamen parti succurrendum esse per doli exceptionem. arg. in l. 2. in prin. & quod ibi no. ff. de condict. inde. super quibus uide quod no. Spe. in d. §. sequitur. uer. sed pone actum esse quòd posit pronunciari. & uersi. seq. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Termino solutionis non expresso in sententia, an cadat in pœnam non offerens.*

1 INFRA certum terminum. † * Quid autem si terminus sit expressus in snia, an cadat in pœnam si non offerat? Videtur ꝙ non, sed est necesse quòd interpelletur. ar. in l. quod te. ff. si cer pet. & l. si ex legati cã. ff. de uer. obl. Tu dic, quòd dies omissa per arbitrum suppletur ꝑ legẽ, per quã datur condemnato tempus quatuor mensium ad soluendum, ut in d. l. debitoribus. ff. de re iudi. & l. fi. C. de vsu. rei iudic. & est tex. cum gl. in l. si de meis. §. fi. ff. de arb. vnde post lapsum huius temporis cadit in pœnam. Et cum dies hæc interpellet pro homine ut l. magnã. C. de cõtrah. & com. stip. non requiritur alia interpellatio, nec post diẽ admitteretur purgatio moræ per d. l. magnam. & l. Celsus. in prin. & ibi no. ff. de arb. secus aũt si pęna non esset apposita, quia tunc post diem posset moram purgare incontinenti, iuxta doctri. l. & si post tres. ff. si quis cautio. & l. si insulã. ff. de uerb. obl. & l. sed & si alia. ff. de const pecu. & l. fi. ff. de arbi. cum sim.

ADDITIO.

* Certum terminum, Adde quòd tẽpus ad solneñ. pręfixum in laudo arbitratoris, non currit, nisi à die scientiæ lati laudi, secundum Rom. consi. 228. col. 2. post nu. 4. pro quo uide ẽt Bar. consi. 230. quem sequitur Ro. in l. j. colu. 3. ubi ẽt Iaſ. nu. 13. ff. si quis caut. Cur. Iun. consi. 8. post nu. 2. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Sensus istorum ablatiuorum, positorum in sententia dante, & soluente &c. quis sit.*

2 *Negligens in implendo conditionem adiectam per arbitrum in sententia, an ipso iure incidat in pœnam.*

1 DANTE & soluente. † Isti ablatiui absoluti faciũt conditionem, & est sensus, si dederit & soluerit, ut in l. euictis. ff. de usur. sicq; non prius tenetur relaxare domũ, quàm fuerit conditio impleta. ut in l. qui hæredi. in princ. ff. de condi. & dem. & l. 1. §. fin autem aliquod. C. de cadu. toll. & l. ei qui. ff. de condi. insti. debebit ergo offerre istam pecuniam & deponere, ut l. obsignatione. C. de usu. quam si non acceperit, pro impleta conditione reputabitur, ut l. iure ciuili. ff. de condi. & demonst cum ibi nota. & tunc cadit in pœnam. Dubium autem occurrit an hæc sententia valeat, super quo distinguit Spec. in d. §. excipitur, uersi. sed pone quòd litigantes. Aut fuit arbiter tãtùm, qui tulit hãc sententiam, & non ualet: aut fuit arbitrator, & ualet. ad quod faciunt quæ superius dixi in gl. super uer. de iure & 2 facto. † Sed nunquid, si iste Ioan. fuerit contumax, uel negligens in implendo istam conditionem, incidet ipso iure in pœnam? dic quòd non, quia quod soluat flor. 25. non est de necessitate præcisa, sed in sola eius potestate. nã ea quæ sunt in conditione, nõ sunt in obligatione, ut l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. & l. obligationum ferè. §. si ita stipulatus. ff. de actio. & oblig.

S V M M A R I V M.

1 *Oblatio & dispositio tantum operatur, quantum solutio.*

2 *Consignatio pecuniæ, an debeat fieri in bursa sine numeratione.*

1 LEgitimè obtulit & consignauit. † Talis enim oblatio & depositio tantum operatur, quantum solutio, vt in d. l. acceptam, & l. obsignatione C. de sol. dum tamen quantitas integra, & non pars offeratur, & fiat congruo loco, & tempore, d. l. obsignatione, & d. l. soluturus. ff. de sol. & l. mora. in prin. ff. de usur. quia solutio particularis non admittitur, ubi debitum est liquidum & certum. vt in l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. aliàs autem si non esset liquidũ, nec certum, tunc bene admitteretur solutio partis, ut habetur in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. nec debet expectare, quòd ipse super hac solutione interpelletur, ut supra dictũ est, immo debet esse curiosus, & solicitus in offerendo, modo quo supra, nec sufficeret ei ad excusationem * nuda oblatio, * nisi interueniret consignatio, ut prædicta probantur ex iuribus præalleg. & optimè ad hoc adduco tex. in l. fundum. §. si incerta. & l. fi. ff. de leg. commisso. Idẽ a confirmat Bar. in l. prætor ait. §. si quis paratus. a ff. de no. ope. nun. per tex. in l. seruus si hæredi. in fi. ff. de sta. lib. & l. qui decem. §. idem respondit. ff. de sol. licet contra faciat l. pen. ff. de retcin. uen. & gl. no. in l. si residuum. C. de distra. 2 pig. † Et no. quòd si consignatio pecuniæ fieret in bursa, nec uideretur ipsa pecunia ad oculum, non sufficeret, sed debet ipsa pecunia exburlari & offerri, & inde in bursam recondi, ut uideatur à testibus qualis & quanta, secundũ Barto. ut per eum no. in l. cum seruus ita. ff. de condit. demon. &c.

ADDITIONES.

* Legitimè obtulit. Adde, quãdo sufficiat oblatio, licet quis pecuniam non habeat, & uide Iaſ. in l. prætor ait. §. siue autem. nu. 7. ff. de ope. no. nun. & quid quando quis recusat rẽ uel pecuniam oblatam, uide eundem in d. l. §. fin. colum. 2. Masuer.

* Nuda oblatio, Adde Rom. cons. 163. col. fi. ubi quòd requiritur realis oblatio cum fideiussoribus, Anchar. cons. 86. ante fi. 235, in prin. 331. post prin. Alex. cons. 130. nume. 21. li. 4. Hypol. sing. 479. Lanfr. concl. 359. ubi quando & quo casu oblatio uerbalis offereñ. releuet de quo etiam ꝑ Rol. col. 53. num. 35. lib. 1. post Alex cons. 24. nu. 9. lib. 4. Neuiz. consi. 49. num. 10. nu. 16. consi. 94. nu. 17.

a Paratus.

* Paratus, Adde quæ habentur supra for. lib. act. real. uersic. hodie.

ET amplius dictam domum restituere. Per hoc ergo, quòd facta oblatione & depositione pecunię cõtumax fuit in restitutione domus, pœna commissa fuit, ut in d. l. acceptam. cum si. Quid autem si pœna commissa postea offeratur, an purgetur mora? dic ut supra dixi. Aut ille acceptauit, aut recipere recusauit, si spõte acceptauit, aut simpliciter sine protestatione, & tunc pœna purgatur, aut cum protestatione saluo iure pœnæ, & tunc non purgatur, ut hæc habentur in l. Celsus. in princ. ff. de arb. l. post diem. ff. de leg. commisso. & l. debitor. §. 1. ff. qui. mo. pign. vel hyp. sol. quod sequitur Specu. in d. §. sequitur. uesicul. sciendum.

QVARE cum prædicta uera sint. Hæc est conclusio petitionis, ad quã semper est aduertẽdũ, ut aliàs dixi.

ET

ET ad ipsam pœnam soluendam. Notandum est, quod
a arbiter non potest de pœna cognoscere [a] post latã
sententiam, ut supra dixi, immo, quod fortius est, etiam an
te latam sententiam, nisi specialiter in compromisso actũ
sit, quòd de pœna possit cognoscere, & terminare, secun-
dum Barto. & alios in d. l. quid tamen. in fi. ff. de arb. & Inn.
in c. cum dilectus. extra de arbi. Similiter nec posset co-
gnoscere de damnis, & interesse, quę ueniunt iure actionis,
nisi expresse sit actum. arg. l. non distinguemus. §. de officio
ff. de arbi. & d. l. quid tamen. in fi. secus si officio iudicis. arg.
l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædi. edic. & l. 4. C. depo. quod se
quitur Spe. in d. §. sequitur. uersi. sed quia. Est ergo consi-
lium, quòd in forma compromissi apponatur. § Quòd ar-
biter possit cognoscere, & pronunciare tam super pœna,
danis, & interesse, quàm super omnibus emergentibus. §

ADDITIO.

a Cognoscere. Adde Bal. in addi. ad Specu. de arb. uers. po-
test cognoscere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia generalis lata super compromisso generali an noceat in omnibus.*
2 *Quantumcunque petitio, prosecutio, & sententia, seu transactio fuerint generales, tamen aliquando non præiudicant in omnibus.*
3 *Quietatio facta puberi, & tutori generaliter, si tamen tutor super vna re tantum reddiderit rationem, an præiudicet in omnibus.*
4 *Sententia arbitrorum lata die feriata, an ualeat.*
5 *Arbitrorum sententia quo loco ferenda.*
6 *Arbitrator in quocunque loco sententiam ferre potest.*
7 *Arbiter, uel arbitrator, quis esse possit.*
8 *Compromissum de quibus rebus fieri possit.*
9 *An compromittatur de his, de quibus compromitti non potest, si statuto caueatur quod de omnibus compromittatur.*
10 *Compromissum qualiter finiatur.*

1 PONI faciatis ipsum Ioan. in corporalem
possessionem. † Hic reuoco in dubium
id, de quo frequenter fit disputatio uide-
licet. An sententia generalis lata super cõ-
promisso generali noceat in omnibus, pro
cuius plena doctrina sic distingue, prout
no. per Bar. in l. de rebus. ff. de arbi. & per gl. & Cyn. in l. sub
prætextu. C. de transi. & l. 2. C. de iudi. aut enim agitur à iu
dice, uel arbitro, seu à partibus, quod sententia, uel transactio
præiudicet in omnibus, & tunc in omnibus præiudicabit:
quia remittentibus actiones, & iura sua &c. ut l. quæritur.
§. si uenditor. ff. de ædil. edic. & quia actus iudicis, uel arbi-
tri operatur secundum eius intentum, sed non contra eius
propositum. ut in l. si cum arbi. in prin. ff. de excep. rei iudi.
& l. non omnis. ff. si cer. pet. Aut agitur, quòd in vna re, uel
certis rebus tantum præiudicet, & tunc in aliis non noce-
bit, ar. in l. item si vnus. §. in summa. ff. de pac. & l. si de cer-
ta. C. de transf. Aut dubitatur quid actum sit, & tunc subdi-
stingue, aut petitio, prosecutio, & sententia, seu transactio
fuerunt generales, & sic totus processus fuit generalis, &
2 tunc præiudicat in omnibus. ut d. l. sub prætextu. † Fallit
in duobus casibus, qui habentur, & no. in l. tres fratres ff. de
pact. & l. de his. ff. de transi. Aut petitio fuit generalis, pro-
secutio autem specialis, & sententia seu transactio genera-
lis, & tunc inspicitur magis medium, scilicet prosecutio,
quàm eius extrema, & dicemus quod in effectu non præiudi-
cat nisi in prosecutione. vt d. l. 2. & ibi no. per Cy. C. de iud.
Aut vtrunq; est speciale, & tunc in cæteris præiudicat, ar.
d. §. in summa. Aut petitio est generalis, sed transactio, uel
sententia specialis, & tunc in ea specie tantum non in cæte
ris præiudicat. ut C. de transact. l. age. Aut econtra petitio
fuit specialis, & transactio, seu sententia generalis, & tunc
subdistingue. Aut uirtus & ratio recti sermonis non pati-
tur extendi ad alias species nisi ad petita tm̃, & tunc non
præiudicat in aliis, ut d. l. si de certa. C. de transf. Aut rõ &
virtus recti sermonis patitur ad omnia extendi, & tunc in
omnibus præiudicat, alias autem seruanda esset propria
3 verbi significatio. vt l. non aliter. ff. de lega. 3. † Et ex his
decidi consueuit talis quæstio, Ecce quod tutor, uel curator,
vel alius in computatione suæ administrationis calcula-
uit solum rationem super administratione salis, uel gra-
ni, seu uini. Deinde apparet ei facta per puberẽ seu domi-
* num quietatio, seu liberatio generalis, an talis liberatio *
producatur ad omnia, an solùm ad illud capitulũ, uel ne-
gocium, de quo reddita fuit ratio? Quidam dicunt, quod de-
bet restringi solùm ad illud capitulum. Cyn. autem in d. l.
sub prætextu, tenet contrarium per tex. in l. emptor. §. Lu-
cius. ff. de pact. & ibi not. Non obstant quæ superius dicta
sunt, quia illa loquuntur in transactione, hic autem in pa-
cto. Ratio differentiæ, quia trãsactio est de re dubia, ideoq;
ad prosecuta restringitur, pactum uerò fit gratuitò, & de
re certa, vnde ad omnia refertur; de quo latius uide quod
no. in l. Aurelius. §. Caio, per Bar. ff. de libe. leg. & in d. § Lu
4 cius, & per glo. in c. cum uenerabilis. extra de censi. † Am-
a plius [a] quæri solet, an ualeat arbitrorum sententia lata
die feriata. Circa quod distingue, aut est lata per arbitrum
tantum, aut per arbitratorem. Primo casu subdistinguitur,
aut de hoc est actum in compromisso, prout fit cõmuniter
in instrumentis, & tunc aut fertur sententia die feriata ob
necessitatem hominum inducta, ut tempore messium, uel
vindemiarum, & ualet; aut die feriata ob nomen Dei, &
tunc non ualet, ut l. si de meis. §. fi. & l. si feriatis. & l. diem
proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arb. aut non fuit actum
de hoc, & tunc non ualet aliquo casu, quia arbitria instar
iudiciorum sunt redacta, ut ff. de arbi. l. 1. ubi autẽ lata fuit
ab arbitratore, tunc ualet quocunque tempore feriato, et
si in Dei honorem, lata sit; cum hæc sententia ab eo lata,
sit quædam transactio, ut superius dictum est; sicque omni
tempore ferri potest, ut l. non minorem. C. de transf. & l. fi.
C. de fer. & hoc tenet Spe. in d. §. sequitur. circa fin. uersi. in
forma autem compromissi. An autem cogatur die feriata
pronunciare? tangitur in d. §. sequitur. circa fin. in uer. for-
4 ma compromissi. † Inde quæritur, quo loco sit ferenda
sententia per arbitros? Dic, quod aut est actum de certo lo
co, & tunc in eo est ferenda; ubi autem locus non est desi-
gnatus, tunc ferenda est in loco, in quo traditum est cõpro
missum, ut habes in l. si cum dies. §. arbiter. ff. de arbi. & ibi
per Bar. & intelligo de loco largè, uidelicet ciuitatis, uel
castri; non autem de loco strictè sumpto, puta domo, uel
6 porticu. ut no. Spe. in tit. de arb. §. fi. uer. de loco aũt. † Et
prædicta procedunt in simplici arbitro, secus aũt esset in ar
bitratore; nam in dubio credo quòd in quocunq; loco suã
sententiam ferre possit. arg. C. de fer. l. fi. & l. non minorem
C. de transf. & extra eo. tit. c. fi. & eorum quæ no. Spec. in d.
tit. §. fi. uersi. in formam autem. Bonum est igitur in forma
compromissi addicere, quòd arbitri possint pronunciare
7 in quocunq; loco alio ultra locum compromissi. † Po-
stremò pro pleniori declaratione materiæ potest quæri,
quæ persona possit esse arbiter, uel arbitrator. Et quidem
sciendum est, quilibet regulariter potest esse arbiter, nisi
lege communi, uel municipali prohibeatur. Prohibentur
b autem mulier, [b] seruus, mutus, furiosus, surdus, pupillus,
minor annis 25. ut traditur in l. cum lege. & l. Pedius. & in
l. sed si in seruum, cum sim. ibi no. ff. de arbi. & C. eo. tit. l. fi.
& extra eod. tit. c. dilecti. Posset tamen mulier arbitrari, &
amicabiliter componere, ut in d. c. dilecti, super quo uide,
quod no. Spec. in d. tit. §. 1. Item prohibetur secundum ali
quos esse arbiter, abbas, prior, uel præpositus regularis, li-
cet tales possint esse arbitratores arg. l. fi. C. de fer. Alij au-
tem dicunt, quòd utrunque esse possunt, ut plenè disputat
Spe. in d. §. sequitur, uer. sed quæro diligenter. & eodem
c modo dicunt quidam distinguendum in monacho [c] sim-
plici, uel fratre minore, & quocunque alio mendicante,
vt ibi

vt ibi no. uer. sed quid in simplici. sed in episcopo non est dubium q potest esse a biter, ut l. si qui ex consensu. C. de epis. aud. & extra de arb. c. cum tempore, cum sim. ibi not. per Spec. Prohibetur etiam esse arbiter quilibet laicus in causa spirituali, nisi habeat secu clericum socium, ut in c. contingit, & c. per tuas, extra de arbi. cum si. ibi no. fortasse nec arbitrator, quia de illis spiritualibus laicus nullam debet habere communionem, ut extra de iudi. in c. 2. Item prohibetur ordinarius secundum iura ciuilia esse arbiter, forte ideo quia superfluum uidetur & absonum ipsum abuti sua iurisdictione, ut d. l. sed si seruum. §. si quis. potest tamen esse arbitrator, ut in Auth. ut diffe. iud. §. si uero contigerit. & C. de iud. l. apertissimi, cum auth. ibi posita. Sed secundum canones potest esse arbiter & arbitrator tam ordinarius, ut extra de arb. c. cum tempore, & extra de elect. c. cum causam, & de iureiur. in c. ueniens, q etiam delegatus, ut extra de arb. c. olim. Prohibetur et esse arbiter, quilibet in re propria. ff. de arbi. l. pe. cum sim. Sed bene pot esse arbitrator, etiam super iniuria propria, u in c. Quintaualis. de iureiur. facit l. in lege, in prin. ff. loca. & conduct. †
8 Item quæri potest, de quibus, & super quibus potest compromitti. & dic q regulariter de omnibus ciuilibus causis. vt extra de arbi. c. 1. de criminalib. autem non, si criminaliter agitur, nec de matrimoniali, nec de cā libertatis, ut ext. de trans. c. fi. & de in integ. resti. c. 1. & l. non distinguemus. §. de liberali. & d. l. cum tempore, & d. l. non distinguemus. §. si errorem, nedum tanquam in a bitrum, sed ut puto, nec tanquam in a bitratorem, licet aliqui contra, ut refert Specu. in d. §. restat uidere. sed nec de ca monachationis potest compromitti, nec de publica, uel populari actione, nec de
d aliquo iure speciali, ut ibi plene uot. Vasallus autem [d] in sui tantum præiudiciū, & non domini pot de re feudali facere compromissum, ut in ca. 1. §. 1. de lege Corra. Sed nec de rebus ecclesiæ potest fieri compromissum, quo ad perpetuum ecclesiæ præiudicium, sed ipsius rectoris tantum sic, ut in c. 3. & c. per tuas, & c. cum tempore, extra de arb.
9 † Sed quid erit, si statuto ciuitatis caueatur, quod de qua'ibet lite & quæstione partes cogantur se compromittere. an in prædictis spiritualibus casibus, & aliis à iure prohibitis erunt partes cogendæ facere compromissum? uidetur q sic, quia statutum cum sit generale, non debet restringi. vt l. constitutum. ff. de testa. mil. & l. constitutionibus. ff. ad muni. immo debet sic intelligi, ut ultra ius commune aliquid operetur, ut l. si quando. ff. de leg. 1. In contrarium determinat Bar. sub hac distinctione. Aut enim est lis, uel quæ
e stio de aliquo pertinente ad merum uel mixtum [e] imperium, & tunc in dubio statutum non porrigitur ad hunc casum, alias secus; ubi autem uerba statuti essent adeo clara, & certa, q talem causam comprehenderent, tunc tenerentur partes facere compromissum, sed hoc casu arbitri non pronunciarent, sed solum consulerent, per iudicem ordinarium sic esse pronunciandum, ut ipse no. in l. nō distinguemus. §. quæsitum, & §. Iulianus. ff. de arbi. Nec ob. quod in contrarium dicitur, nam uerba statuti in dubio multum operatur, si ad solos casus permissos referantur, in quibus partes non cogebantur facere compromissum de iure cōmuni, ut l. 3. §. tam & si. ff. de arb. quæ partes nunc per statutum compelluntur, sed nec post latam sententia quæ transiuit in rem iudicatam compellitur quis facere cōpromissum secundum Bar. vt no. circa formam executionis sententiæ.
10 † Postea quærendum est, qualiter finiatur [f] cōpro-
f missum, & potestas arbitrorū uel arbitramentorum. Et quidem finitur lata sententia, ut dictum est, & probatur in l. quid tamen. & l. diem proferre. ff. de arb. Item per lapsum temporis appositi in compromisso, ut l. si cum dies & l. arbiter ex comp. omisso. ff. eo. tit. Item morte vnius arbitri, vel alterius partis, nisi sit dictum, q ad hæredem transeat, vt in d. l. nō distinguemus. §. sacerdotio. l. diem. §. 1. & l. sed si interpellatur. in fi. & l. si compromissum. ff. de arbi. & in c. præsentata, extra de testi. etiam si sit prælatus, qui cōpromiserit, nam eius morte compromissum soluitur, vt determinat idem Sp. in d. §. finitur. Item finitur, si tempus non sit appositum in ipso compromisso, per lapsum triennij, ut plene disputat idem Spe. in d. tit. §. differt. uersi. item intra triennium. finitur etiam aliis quibusdam modis, de quibus tangitur in d. §. finitur, & l. non distinguemus. §. compromisso. & §. sacerdotio, cum si. ibi no. ff. de arb. Ex quibus patet quot, & quanta obijci possunt contra sententiam, & cōpromissum, quæ latius prosequere, ut per eum no. in d. tit. §. excipitur contra arbitrum &c.

ADDITIONES.

* Liberatio, Adde Ias. in l. empto. §. Lucius Titius. num. 9. ff. de pact. quid de remissione, quæ fieri solet hac forma, remittit omne ius quod habet, uel habere sperat, & dic, q debet intelligi habere sperat, scilicet, ex causa de præsenti secundum Bar. in l. si uxor. §. Diuus. ff. de adul. plura autem de quietatione generali, uide per Rip. respons. 100. Nat. consi. 113. post Alex. consi. 46. lib. 1. Rom. consi. 108. col. 2. circa med. Dec. consi. 100. col. 4. ibi in specie de liberatione facta tutori, de qua per Rol. consil. 19. nume. 42. libr. 1.

a Amplius. vide Bald. in l. si proponis, la 1. C. quomodo & quando iu. Bar. & Doct. in l. si feriatis. ff. de arb. Bal. in l. fin. in 3. q de cont. ah. emp Lanf. an. in tract. de arbit. in 7. par. in 6. q.

b Mulier. Adde Doct. in l. cum longe. ff. de arb. & in l. fin. C. de arb. Spe. tit. de arb. §. 2. uer. prohibetur Doct. in c. Quintaualis. Spe. tit. de iud. deleg. §. 8. uer. rect. quod est mulier.

c Monacho. vide Anch. consi. 45. in prin.

d Vasallus autem, uide Spe. tit. de arb. §. 2. uersi. sed nunquid vasallus. & ibi Bal. in addi. uer. uasallus. Bal. in c. 1. de inue. in va. facta. Lanfr. in tract. de arb. in 4. parte.

e Ad merum & mixtū. Adde vt per Lu. Ro. consi. 172. & 115.

f Finiatur, uide Pau. de Cast. consi. 3. 2. Ioā. de Ana. consil. 50.

QVAE omnia & singula. Ista clausula cum sequentibus debet extendi, prout traditur supra in 1. lib. Ad vnum tamen attende tu, qui cupis leges addiscere, quod in multis mundi prouincijs, & in uarijs ciuitatibus, locis, & terris, homines in eorum quæstionibus, & discordiis recursum habent ad istos arbitratores, uel sponte, uel legis necessitate. Sunt enim in dictis locis, uel prouincijs, aliquando statuta, aliquando consuetudines, quibus disponitur, quod partes cogantur ad se compromittēdum in amicos communes, quo fit, ut in talibus partibus male & pessime sit pro iudicibus. Vnde ars hæc periculosa est in fructu, quia non ɔuenit omni loco, prout conuenit medicina, quæ non tollitur, nec minuitur per statuta, & etiam ars ipsa in
* ipsius quærenda peritia, & doctrina ualde laboriosa * est, difficilis, atque sumptuosa, uita autem tua incerta, breuis, dubia, & infirma est, ideo in hoc cogita, & inter alias eliges facere illam artem, quæ operari possit cum minori peccato, & tui maiori libertate.

ADDITIO.

* Laboriosa, Adde hoc euenire posse propter librorū suppellectilem I. C. necessariam, teste Oldr. consi. 84. incip. an expediat, quorum tamen immensa uolumina danat Impp. in l. tancimus, in fi. C. de nup. qua in re, dixit Diuus Hiero. vtinam omnium tractatuum haberem volumina, ut tarditatem ingenij eruditionis diligentia compensarē, cui conuenire vr, quæ scribit Fel. in c. cum ordinē, col. 4. de rescri. Neuiz. consi. 99. nu. 2. q I. C. respondere deberent p speciales decisiones non per generales reg. quia consulere secundum generales reg. est Doctoris positiui & frigidi, quod euenire solet iis qui ad pauca respiciunt, uel qui sacra legum uolumina, summis, ut aiunt, labiis tantū degustarunt, decisionum ac regularum omnino ieiunij.

Forma libelli super solutione pedagiorum.

CORAM vobis D. Vicario Pa. dicit, narrat, significat, & proponit Iac. de Fer. agendo, & agere volendo, & hanc petitionē dirigendo contra & aduersus Marcū de

de Piscarijs, & cõtra quamcunq; aliam personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitimè comparentem; quòd cùm ipse Iac. ueniret de Monteferrato ad ciuitatẽ Papiæ, & secum deferret super eius equo brachia sex panni brosolini pro eius usu, uolens de eo sibi fieri facere unam pellandram & intrasset in ipsam ciuitatem sine solutione alicuius pedagij dicti panni. Ecce ꝙ suprascriptus Marcus publicanus, & datiarius dicti pedagij dictum drapũ simul cum dicto equo super quo portabatur, eius propria auctoritate accepit, & attrectauit contra uoluntatem ipsius Iacobi, dicendo, ꝙ equus cum panno prædicto ceciderat in commissum propter vectigal, seu datium non solutum, qđ minimè fieri potuit, nec debuit de iure, quoniam iuxta legitimas sanctiones, res quæ portantur, seu deferuntur pro usu proprio, non subiacet solutioni alicuius pedagij, seu datij; unde indebitè, ac iniustè præscriptus Marcus ipsum drapum cum equo abstulit ipsi Iac. & ablatum detinet occupatum, & sæpius super ipsius drapi & equi restitutione admonitus, & requisitus ipsum facere indebitè recusauit. Quare cùm prædicta uera sint, petit & requirit prænominatus Iac. quatenus per uestram diffinitiuam sententiam, & omni alio iure, via, modo & forma, quibus melius fieri potest, condemnetis & condemnatum iuris remedijs compellatis Marcum antedictum ad restituendum, & relaxandum liberè, & absque alicuius solutione pedagij suprascriptum equum & drapum, simul cum omnibus damnis, & interesse, & expensis per eum factis, & passis occasione prædicta, quæ ascendere possunt ad flor. 10. & de faciendis, & & patiendis in futurum protestatur, deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. nõ astringens se &c.


ORAM vobis. Iste tractatus vectigalium, quæ in vulgari datia, & pedagia nuncupantur, frequens est, & quotidianus, quia vniuersus orbis est hodie submissius vectigalibus, & tributis, nam vt inquit scriptura } Exiuit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis} fuerunt autem inducta vectigalia ad sustentationem Reipublicæ, licèt hodie propter mala regimina reducta sint ad consumptionem Reipublicæ, super quibus exigendis non seruatur eadem forma, nec idem modus vbiq; locorum, sed quot sunt prouinciæ, ciuitates, & loca, tot esse reperiuntur differentiæ in modo exigendi: nec attenditur ut plurimum ordo iuris communis, sed seruantur in hoc sicut & in alijs casibus eorum capitula, & statuta super his edita, ut in l. omnes populi. ff. de iust. & iure.

IACOBVS de Ferrarijs. Iste fuit & est scriptor, & cancellarius, & affinis meus, qui anno præsenti currente. M. cccc x i i i i. mens. Octobr. agebat ætatem ann. 30. dum simul mecũ habitaret in Monteferrato, ubi tunc eram pro generali vicario, & consiliario Illust. Dom. Theodori March. Montisferra. & habitabam in loco Pontisturæ, & ego pse tunc agebam ætatem annorum quinquaginta.

MARCVS de Piscarijs. Iste est bonus ciuis in ciuitate Papiæ, & semper usus est ista arte, & plurimi alij ciues cum eo, qui aliquando reperti sunt esse consumpte propter quod sæpe dixi quòd reipublicę status ciuitatis male successit, qñ ciues cœperunt tempus suum occupare in illa arte datiorum, & pedagiorum, cùm longè melius foret, ꝙ tps occuparent in mercantijs, & alijs honestis artib. nã ex hac maledicta arte multa generant odia, & cumulantur inimicitiæ, & infinita cõmittunt peccata, unde tales sũt in continuo periculo perdendi substantiã, corpus, & aiam.

SVMMARIVM.

1 *Datium de quibus rebus solui debeat.*
2 *Res pro usu proprio quæ dicatur.*
3 *Datia, seu pedagia, quis imponere possit.*
4 *Ius pedagij qualiter acquiratur.*

1 PANNI Brosolini pro eius usu &c. † Hic multum aduertendum est, unde pro declaratione materiæ quæritur, de quibus solui debeat, uel non, datium, seu pedagium? unde breuiter respondetur, ꝙ de omnibus rebus, quæ causa negociationis conducuntur, de quibus exprimitur, & habetur per text. in l. interdum. §. species. ff. de pub. de illis autem rebus, quæ pro usu proprio [a] deferuntur, non debet solui pedagium, ut habetur in l. uniuersi. C. de uectigal. co. & in l. censoria. in prin. ff. de uerb. sig. super quo stari debet iuramento deferentis, ut determinat glo. in clem. fi. extra de censi. attamen tenetur ille, qui defert huiusmodi res pro vsu suo proprio, cõsignare,* & notificare illas officiali super datio deputato, ut colligitur in l. si publicanus. §. 1. in fin. & in l. interdum. §. quoties. in prin. & §. si quis profes
2 sus. in prin. ff. de publ. † Et no. ꝙ ille dicuntur res pro usu proprio,* quæ sunt pro cultu, atq; pro quotidiano usu ipsius personæ, & familiæ suæ, ut in d. l. censoria. sed licèt ita sit de iure communi tamen in multis partibus malè obseruatur, maximè in ciuitatibus Lombardiæ. Sunt etiam & alij casus de iure communi, quibus nõ soluitur pedagium,
3 quos enumerat glo. in d. l. si publicanus. §. 1. † Deinde quæro, quis possit [b] imponere pedagia, siue datia? dic ꝙ solus Imperator, uel Papa in terris suis, alius autem inferior nõ. ut l. uectigalia in princ. ff. de publi. & l. 1. & 2. C. nou. uect. impo. non poss. immo nec pedagia antiqua inusitata licet cuiquam augere, uel ampliare. ut d. l. 1. & 2. Sicq; patet, ꝙ illi plurimi castellanoti, qui contra solitum, & a suo capite augent eorum pedagia pessime faciunt contra ius, unde non ualet, nec ius aliquod eis acquiritur; quia quæ contra ius fiunt, pro infectis habenda sunt, ut in l. non dubium. in fi. C. de legib. & in regula, quæ contra ius, extra de regul.
4 iur. lib. 6. & ibi per Dyn. † Sed circa prædicta de alio quæritur, uidelicet, qualiter ius pedagij acquiritur. Dic breuiter ꝙ duobus modis. Primò principis concessione, ut d. l. vectigalia ff. de public. & l. 1. & 2. C. de no. uecti. impo. non pos. secundò antiqua consuetudine [c] tanti temporis, cuius non extet principij memoria, ut in ca. super quibusdam, in §. præterea, de uerb. sign. & l. si publicanus. §. fi. ff. de pub. & ibi no. per Bart. facit etiam l. fi. C. no. vect. ubi exequatur uterque casus, & adde quod no. in forma actionis confessoriæ, quæ competit pro seruitute,

ADDITIONES.

* Consignare. Adde, ꝙ priuilegiati qui non tenentur soluere vectigalia, uel gabellas, debent saltem ei bona ostendere, alias confiscantur, teste Rol. consi. 79. num. 90. 91. 92. lib. 3. l. Sacrosancta C. de Sacrosan. Eccl. & d. consil nu. 96. quòd non licet fraudare pedagia & ibi nu. 99. quòd immunis à gabellis portans res alienas: si mentiatur dicendo esse suas dicitur fraudare gabellam, & ꝙ mercatores fraudantes iustas gabellas principis peccant.

a Vsu proprio. Quid si portat proprio & alterius, uide per Alex. consi. 82. 3. lib. & uide quod voluit Anch. consi. 265.

* Vsu proprio. Adde quòd gabella solui non debet de rebus, quas quis defert causa sui usus vel suæ familiæ, l. fi. §. diuus ff. de public. l. si publicanus. §. de rebus eo. titu. n oc. Rol. consi. 34. num. 15. lib. 3. & ibi nu. 16. quòd scholares & officiales nihil soluere debent pro libris quos secum portant, idem dicit de frumento quod portatur ex ciuitatem pro seminando, quia pro eo nihil solui debet pro gabella, de cuius materia uide in dicto consilio numero 19. vbi quòd consuetudo disponens, quòd gabella soluatur de rebus quæ deferuntur sui vsus causa, non ualet tanquam irrationabilis, declara tamen, ut numero 24. & ibi quæ dicatur consuetudo irrationabilis, & de materia pedagiorum, ac principum ea imponentium uide ibi

ubi an sint approbata à iure cano. & ciuili, cui adde, quòd tunc uectigal legitime impositum dicitur, quando est impositum ab habente auto. itatem, uel ex concessione principis, secundum Rol.consi.80.nume.47.lib. 3.quem uide etiam ad dicta Pap.hic, d.consi.34.consi.42.lib.3.Masuer.

b Quis possit pedagia, in hoc uide Bald.consi.231. & 366. & ibi qualiter acquiratur ius imponendi pedagia.

✻ Quis possit pedagia. Adde an principi liceat pedagia siue uectigalia in mari imponere, & Dic, quòd sic, secundum Osasc.decis.155.Quod quidem ius exigendi uectigal, tam priuilegio quàm consuetudine acquiri potest, teste Misin. cent.4.obser.24. Masuer.

c Antiqua consuetudine. Adde & uide Panor.in c. 2. de iure immu.& in cap.innouamus, de censib.

S V M M A R I V M.

1 *Pedagium an ad introitum tantum, vel ad exitum ciuitatis, aut utrunque pro eadem re solui debeat.*

1 INTRASSET Ipsam ciuit. † Quæritur, an pro eadem re solui debeat gabella uel pedagium ad introitum tantum, uel ad exitum ciuitatis tantùm, uel ad utrunque? super qua quæstione diuersimodè secundum diuersitatem regionum obseruatur, unde in hoc est standum consuetudi.arg.in l.si publicanus.§.fi. ff.de public. cum simil. ibi no. ubi autem de consuetudine non appareat, putarem de iure communi solùm solui debere ad introitum, quia de introitu iura uidentur loqui; ut probatur in l.interdum §. Diui. ff. de public. nec amplius quàm semel pro eadem re in eodem loco erit aliquis soluere aggrauandus; quia sufficit quòd semel factum est, ut l.in diem, cum ibi not. ff. de aqua plu.arcen.l.1.§. prodest, quorum leg. facit l.fideicom.§.si quis.ff.de leg.3.cum sim.

S V M M A R I V M.

1 *Publicanus quis dicatur.*

1 MARCVS Publicanus. † Scire debes, quòd iura
2 ciuilia appellant publicanos, [a] quos vulgus appellat datiarios, qui ideo publicani sunt appellati, quasi canes publici, cùm eorum temeritas, & audacia sit imméns̃a, ut l.quantæ audaciæ, in prin.ff.de pub.

ADDITIO.

a Publicanos. Adde Iulium Ferretum in trac. de gabel. nu. 215.& 221. Zilettus.

S V M M A R I V M.

1 *Publicano an liceat manus iniicere propria auctoritate in rem commissam.*

1 EIVS Propria auctoritate accepit. † Sed nunquid liceat publicano manus iniicere propria auctoritate in rem commissam, seu pro qua datium non est solutum? Et certè quantum ad consuetudinem ubique locorum obtenta dicendum est, quòd sic; sed de iure communi fo. tasse dicendum esset, quòd non, vt C.ne quis in sua causa ius sibi dicat.per totum tit.& l.qui iurisdictioni.ff.de iur. om. iud. quia iste casus non reperitur inter exceptos à regula, nisi forte quis diceret eà ratione posse sustineri, ut etiam de iure communi hoc fieri liceret; quia rei, quæ cadit in commissum, ipso iure absque alia disputatione perditur
✻ dominium * statim, & transfertur in fiscum, uel habentem causam à fisco, quod no. ergo &c. ut traditur & habetur in d.l.commissa ff.de vec.& commiss. & no.per glo. in d. l. si publicanus.

ADDITIO.

✻ Dominium. Adde, quòd licèt dominium rei, quæ cecidit in commissum ipso iure transeat in gabellarium, non tamen possessio, nisi secuto facto hominis, idest, expulsione possessoris, secundum Rol.consi.42.nu.5.lib.3.& nu. 6.vbi quòd statutum disponens quòd dominium perdatur ipso iure: non extenditur ad possessionem, ut latius ibi per eum ubi plura in materia. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna non soluentis datium siue pedagium quæ sit.*
2 *Deferens res subiectas pedagio, an habeat expectare, quòd officialis interroget, an habeat res pedagio subiectas.*
3 *Agens contra datiarium, & qui pro datio rem capit non subiectam datio, an excusetur dicendo ignoraſſe quòd erat res non subiecta datio.*
4 *Pœna datij, an transeat in hæredem fraudantis datium.*
5 *Res licita cum illicitis, an pro datio publicari possint.*
6 *Equus alienus vel nauis aliena super quo portatur res illicita, an publicetur simul cum dicta re.*
7 *Actio pro uectigali consequendo quanto tempore duret.*
8 *Immunitas de non soluendo pedagia, an transeat de persona venditoris in personam emptoris.*
9 *Exigens uectigal indebitè, qua pœna teneatur.*
10 *Deferens res si dicat se minorem summam habere, quàm habeat, an dicatur defraudare pedagium.*

1 CECIDERVNT In commissum. † Quæritur quæ sit pœna non soluentis datium, uel vectigal? Dic breuiter, quòd de iure & ɔsuetudine est pœna amissionis, & confiscationis ipsius rei, ut in d.l. si publicanus. §.fi.in fi.& d.l.in censoria, & ad hoc facit l.vniuers.C.de uect.cum sim. † Quæro ulterius, an de
2 ferens res debeat expectare, quòd officialis pedagij ipsum interroget, an habeat res de quibus soluere debet pedagium? dic quòd non immo ipse deferens debet se offerre, & profiteri officiali, quòd tales res defert, ut est tex. in l.interdum.§. diui.ff.de publi non ergo excusat deferentem, si dicat quòd non fuit sibi denunciatum per officialem, & hoc habet locum, siue deferat res pro usu proprio, siue pro alieno, ut supra dixi, quanquam ubi sunt res pro quibus nō solebat datium, seu uectigal exolui, consuetudo in pluribus ciuitatibus & locis admittat, non astringi quemquam quod defert officiali consignare. † Quid si iste Iacob.
3 dicat se ignoraſſe, an soluere deberet pro eius drapo pedagiū, an excusabitur? Dic breuiter quòd sic in casu isto quo tutus erat de iure communi, quo iure inspecto, ipse non tenebatur soluere de re portata pro usu suo, ut supra dictum est, secus autem si detulisset rem quæ secundum ius commune erat obnoxia solutioni datij, quia tunc ignorantia non excusaret; cuius ratio est, quia quando non soluit pro re, quæ secundum ius commune soluere debet, est in lata culpa, ut l.latæ culpæ.ff.de uerb.sign.& sic debet intelligi l.interdum.§.licet quis.ff.de public. In alio casu, quando est res exempta à solutione vectigalis de iure communi, sed est subiecta ex forma legis municipalis, tunc excusatur; quia tolerabilis est ignorantia talis iuris, ut c.1.extra de constitut.lib.6. Excusatur ergo ignorantia facti, dummodo non sit supina, nec crassa, ut not.in d.§.licet. & in ea. l.interdum.§.diui fratres, & §.serui. In ignorantia autem iuris distinguitur, an sit iuris communis, uel municipalis, ut supra. † Sed nunquid hæc pœna [a] transeat in hæredes
4 fraudantis pedagium? dic q̃ sic, ut habetur in l. fraudantis. & l.commissa. & l.coté ferro.§.illicitum.ff.de publ. licèt de quadam cōsuetudine apud plurimas ciuitates, ita demum teneaẗ defraudator, si deprehēdaẗ in crimine. Pupillus tñ ab hac pœna excusaẗ, si infra 30.dies se à mora, & delicto purgauerit soluēdo pedagiū. vt tradiẗ in l.Imperatores.in
5 fin.ff.de publi. Rursum quæritur, quid si cum rebus licitis pro

pro quibus solui non debet pedagium, ducantur * illicitæ,
an non soluendo datia publicari debeant omnia? uidetur
quòd sic per l.cotem ferro.§.dominus.ff.de public. In con-
trarium determinat Bart.in d.§.dominus.per l. si publica-
nus §.1.ibi { ut quid amplius } ff.de public. Nec obstat præ
dictus §.dominus. quia ibi illa talis publicatio rerum, de
qua ibi loquitur, non fit in consequentiam fraudati uecti-
galis, sed alterius criminis aliunde commissi per ipsum de
ferentem, prout etiam intelligit Cyn. in l.cum proponas.
C.de nau.f en. Et ex hoc potes colligere decisionem illius
6 quæstionis per sæpe occurrentis. † Ecce quòd aliquis su-
per equo alicuius, aut naui, uel curru ducit aliquid sine so
lutione debita pedagij, propter quod res ducta simul cum
b equo, naui, uel curru debet cadere in commissum, [b] iuxta
formam consuetudinis, uel statuti, quibus disponitur, ꝙ
omnia confiscantur. Quæritur an equus alienus, uel nauis
aliena, super quibus res ipsa est ducta, debeat confiscari? &
uidetur ꝙ non, quia statutum, & consuetudo debet in du-
bio intelligi de equo proprio ducentis, cùm non conue-
niat rationi, rem alienam ex culpa aliena debere confisca-
ri. arg. in l.quia non debet. ff.de iureiu. & in regula. non de-
bet. de regul. iur. lib. 6. cum simil. ibi not. per Dyn. Tu au-
tem distingue secundum Bar. & alios, ut per eum not. in d.
l.cotem ferro.§.dominus. ff. de pub. aut ille qui equum, aut
nauim commodauit, sciebat, ꝙ super eis rem ipsam ductu-
rus erat, ut quia ad hunc usum commodauerat, & tunc con
fiscabitur; & imputet sibi, si non præuidit quod euenire po
terat, aut nō commodauit ad talem usum, & erat ignorans
huius ductionis, & tunc non confiscabitur. ut in d.§. domi-
nus, qui sic est intelligendus, uidi tamen in practica indi-
stinctè confiscari equum, & dominus eius habuit inde re-
7 gressum ad emendam contra illum, qui recipit. † Amplius
quæritur, quanto tempore durabit huiusmodi actio pro ue
ctigali consequendo? Dic breuiter, ꝙ solùm durat quin-
quennio & non ultra, est tex. no. in l.2. de uecti. & commis.
& per hoc patet, ꝙ siue dicatur hanc actionem esse perso-
nalem, siue realem, exorbitat à regula aliarum actionum,
quæ uel 30. uel 40. annis durare solent, ut in l.omnes. & in
l.sicut C.de præscrip. 30. ann. Exorbitat etiam à regula fi-
scalium actionum, quę regulariter durare solēt spacio 20.
ann. tantùm. ut l.in omnibus & ibi no. ff. de diuer. & temp.
præscript. & sic est unus casus, quo excluditur fiscus, & pu-
blicanus ab actione pedagij. Alius est etiam casus, uideli-
cet si nauis, super qua res prohibitæ ducebantur, cum ip-
sis rebus perierit. ut l.2. Tertius casus est, in quo ducens
excusatur, & publicanus excluditur ab actione uectigalis,
uidelicet si impellente necessitate ducens cum rebus ip-
c sis coactus fuit transitum facere [c] per locum ad quem
ire non destinauerat, ut faciunt sæpe naues maris tempesta
te, & aliquando hostium impulsione. ut habetur in l.Cæsar.
& l.un.§.si propter necessitatem. ff. de pub. quod sequitur
8 Archid. in d.c.quanquam. de sent. excom. lib. 6. † Quid au-
d tem dicendum in eo, qui [d] habet immunitatem, ne de suis
rebus teneatur soluere pedagium, uel uectigal, an talis
immunitas transibit in emptorem ipsarum rerum? Dic ꝙ
non secundum Dy. & Bart. ut per eum no. in l.licitatio.§.fi.
ff. de public. pro hoc facit, quia mutatione personæ muta-
tur conditio ipsius rei. ut l. per procuratorem. in fin. ff. de
acq. hæred. & ibi per Dyn. et Bar. facit l.fi. in fi. C de inoffi.
test. et per hoc determinatur, quòd illi qui emunt fructus
* à clericis, * teneatur pro eis soluere pedagium, licèt clerici
ab ipsa solutione sint exempti. ut no. per Arch. in d.c. quan
9 quam. † Nunc autem reuoco in dubium, quid econtra ad
præcedentia, uidelicet qua pœna teneatur qui exigit uecti
e gal indebitè? [e] dic, ꝙ aut quis exigit nouum uectigal nun-
quam hactenus impositum, et tunc punitur pœna l. Corn.
de ui pub. ut l.fi. C. ad l.Iulia. de ui publ. aut exigit amplius
quàm consuetum fuerat exigi ab antiquo, uerbi gratia,
consueuerat antiquitus exigere pro balla drapi unum flo.
et nunc exigit unum cum dimidio, et tunc aliquando puni
tur in duplum; aliquando in triplum; aliquando etiam ex
traordinariè corporaliter, prout iudici uidebitur delin-
quentis circunstantijs ponderatis, ut hæc probantur in l.
2. in prin. & §.1. & l.licitatio.§.quòd illicitè. ff. de pu. & nō
solùm ipse principalis publicanus de his tenet, sed etiam
eius familia, si in hoc deliquerit. ut dictis. ll. & in l.quan-
10 tæ audaciæ. in prin. & in §.1. ff. de publ. cum sim. † Vltimò
quæro, si pro rebus, pro quibus tam de iure cōmuni, quàm
de consuetudine solui debet uectigal, oriatur quęstio inter
publicanum & deferentem, circa ipsarum summam, uel
quantitatem, siue in pondere, uel mensura, & tandem ille
deferens decipiat publicanum in pondere, uel summa di-
cendo solo uerbo quantitatem minorem quàm sit, an hoc
f solo antequam res duxerit extra locum, dicatur fraudasse
[f] pedagium? Et uidetur quòd sic, nam si ex toto dixerit se
nihil habere, de quo solui debeat datium, dicitur fraudas-
se pedagium, ut dictum est; eodem modo, & si dixerit se mi
nus habere quàm habeat, dicetur fraudasse pedagium, &
res cadit in commissum, ut sit eadem ratio, & iuris dispositio
de toto ad partem. ut l.quæ de tota. ff. de rei vendi. cum
sim. ibi not. Sit ergo sapiens ille, qui defert, ut dicat publi-
cano, si ab eo interrogetur de quātitate, pondere, uel men
sura rerum. Frater, credo, quòd res omnes sunt tanti pon
deris, vel tantæ quantitatis. Sed quia possem errare fa-
cias illas ponderari, vel mensurari, quia protestor ꝙ non
intendeo in aliquo datium fraudare &c.

ADDITIONES.

* Ducantur Adde, quæ scribunt Doct. in apostil. ad Bar. in l.
qui fiscales. C. de nauicul. seu nau. lib. 11. & in l. 2. C. de
nauibus non excus. eo. lib.

* Fructus à clericis. Adde, facere not. per doc. in l. qui in
ius ff. de reg. iur. Quid de clerico, in quem alienatum fuit
prædium à laico: an teneatur ad collectas, & Dic, ut per
Bal. in l.item nulla. C. de epis. & cler. Ias. in l.placet. nu. 19.
C. de Sacrosan. Eccl. Guid Pap. q. 382. & in terminis q. posi
tæ per Pap. hic, cui adde, Quid de laico teneñ. rem in em-
phyteusim ab ecclesia: & Dic quòd teneat ad collectas, te-
ste Alex. consi. 101. nu. 11. lib. 1. fac. Afflict. decis. 95. Alex.
consi. 136. nu. 12. lib. 2. Rom. sing. 793. Nat. cons. 328. licet
loquantur in alijs terminis, in re quæ transit cum suo one
re. Masuer.

a Pœna transeat in hæredes. Adde Iuli. Ferre. in tract. de ga-
bellis. nu. 196. Zilettus.

b In commissum. Adde Raph. Cuma. consi. 5. & consi. 21.

c Transitum facere. Adde Alex. consi. 86. 4. libro.

d Qui sunt immunes, uide in d.c. quanquam. & in clem. præ-
senti, eo. tit. & in c.super quibusdam. de uerbo. sign. Abb &
Doct. in c.innouamus, de censi. Et uide Panor. distinguen-
tem in c.ex parte, de deci. ubi an concedatur rei, aut per-
sonis. Curt.

* Qui sunt immunes. Adde, an excusatio semel concessa pro
pter aliquam causam, duret, quamuis cesset illa causa, &
Dic, ut per Ias. in l. sciendum §.si fundum. nu. 3, ff. qui sa-
tisd. cog. ibi examinat q. de habēte numerū filiorū qui suffi
ciat ad ex excusañ. ab omnibus muneribus realibus, & per-
sonalibus, & aliquis ex filijs moriatur: an duret ipsa im-
munitas patris, & concludit quòd sic, secundum commu-
nem ibi, nu. 7. ubi dixi, & vide Dec. in l. in omnibus causis
id obseruatur, ff. de reg. iur. Rol. consi. 66. nu. 35. lib. 1. cons.
52. nu. 49. lib. 2. Masuer.

e Qui exigit indebitè uectigal. uide per Bertachin. in tract.
de gabellis. & per Arch. in cap. quanquam de censi. lib. 6.
& Lud. de Ligna. in clem. præsenti de censi.

f Fraudasse. Adde Rap. Cuma. consi. proximè allegato quin
to, & ibi an noceat domino talis assertio.

Forma libelli in actione confessoria pro seruitutibus.



ORAM vobis agit, & in iure proponit An. de Ferrarijs de loco Sartiranæ districtus Papiæ, contra & aduersus Ricardum de Canibus de eodem loco, & quamcunque aliam personam pro ipso Ricardo, & eius nomine legitimè comparentem, dicens & proponēs idem An. quòd iam longissimo tempore retroacto habuit, & tenuit, & hodie tenet & possidet pro sua, & tanquam suam domum vnam positam, & iacentem in dicto loco, cui cohæret ab una parte &c. & ad ipsum An. pleno iure spectantem & pertinentem, cui quidem domui fuit & est debita, & hodie debetur à domo ibi contigua præfati Ricar. seruitus tigni immittendi, ac stillicidij recipiendi à domo ipsius An. in domum & per domum ipsius Ricar. Rursumq; dicit, & proponit idem An. quòd iam longissimo tempore tenuit & possedit, & hodie etiam tenet & possidet quoddam Molendinum in uilla dicti loci situatum in & super fundo, & terreno proprio dicti An. cui cohæret &c. & ad quod molendinum ipse An. longo tempore elapso duxit quandam rugiam aquæ per quandam petiam prati dicti Ric. positam, & iacentem super territorio dicti loci, cui cohæret &c. sciente & patiente dicto Ric. & prædecessoribus eius, per quam petiam prati debetur, & debita fuit, & est seruitus aquæductus ipsi molendino, & ad ipsum molendinum ex causis legitimis. Amplius dicit & proponit præfatus An. quòd ex causis legitimis, & maximè ex concessionibus, & priuilegijs imperialibus habuit, & habet, & habere consueuit plenam, & commodam iurisdictionē in dicto loco Sartiranæ, & in ipsius iurisdictionis, ac prædictarum seruitutum possessione, & quasi, fuit & stetit ipse An. tam per se quam per eius prædecessores spatio ann. 10. 20. 30. 40. & 100. & pluribus, sic quòd in contrarium memoria initij eius aliqualiter non existit sciente & patiente dict. Ric. & eius antecessoribus. Deinde dicit & proponit præfatus An. ꝙ suprascriptus Ricar. ipsum An. à tempore citra, maximè ab anno proximè prȩterito, & prȩsenti, per totum ipsum tempus turbauit, & inquietauit, & * molestauit, ac turbat, inquietat, & molestat * eundem An. in dicta sua possessione iurisdictionis, & seruitutum, & iurium prædictorum, indebitè, & iniustè non patiendo, nec sustinendo ipsum An. uti & frui modo debito prædictis seruitutibus, iurisdictione, & iuribus ad ipsum pleno iure spectantibus, & pertinentibus, ac spectare & pertinere solitis, & consuetis. Quare cùm prædicta vera sint, petit & requirit præfatus An. quatenus per vestram diffinitiuam sententiam, & omni alio iure, via, modo, & forma, quib. melius poteritis, pronuncietis, & declaretis seruitutem aquæductus, seu rugiæ ducendæ ad ipsum molendinum, necnon seruitutem dicti tigni immittendi, & stillicidij re- * cipiendi, iurisdictionemque * in dicto loco Sartiranæ spectasse & ptinuisse, ac spectare & ptinere, deberi, & debita esse prædicto molendino, ac domui, & etiam singula singulis congruè referendo licuisse, ac licere dicto An. ex sua domo in domum dicti Ricar. immittere tigna & stillicidia quæcunque, & exercere omnimodam iurisdictionem, in dicta terra Sartiranæ inter homines in ea habitantes liberè, & absque contradictione alicuius personæ. Insuper & condemnetis per eandem sententiam, & condemnatum iuris remedijs compellatis præfatum Ricar. ad non turbandum, nec molestandum de præsenti, & in futurum dictum An. in iure facultatis pos. uel quasi ab exercitio prædictorum iurium suorum, iurisdictionis, & seruitutum, & ad præstandum eidem An. super huiusmodi debitam cautionem, & amplius in omnibus eius damnis & expensis, tam præteritis quàm præsentibus, & passis, factis, & fiendis, ac patiendis in futurum de quibus liquidabitur in processu, & veritas apparebit. & prædicta petit fieri &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. saluo iure addendi &c. non astringens &c. nota bene hanc clausulam.

ADDITIONES.

* Molestat. Adde, quòd sufficit verbalis contradictio facta in iudicio negando, ad hoc vt possidenti competat confessoria, teste Ias. in l. si prius, numero vigesimosecundo ff. de ope. nou. nunc. Quam concl. declara, ut per eum ibi.

* Iurisdictionemque. Adde Ias. in l. 2. §. & harum. nu. 32. ff. de uerb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ plures ad diuersa competentes in vno libello cummulari possunt.*

2 *Actio confessoria est realis, & pro quibus competat, vide numero 3.*



1 ORAM VOBIS. † Hic attende plures causas ad diuersa competentes in præsenti libello cumulatas, quod de iure fieri potest, ut not. Dyn. in regu. nullus pluribus, de regu. iur. libro sexto, & ego scripsi supra in primo libello in gloss. super uerbo § Saluo iure addendi &c. § ratio in præsenti casu, quia huiusmodi cumulationis nulla est regula impeditiua, maximè, quia sententia lata in vna causa non facit præiudicium in alia, & dic ut ibi not. † Rursum est sciendum, vt euidentèr liqueat forma, & tenor præsentis libelli, in

2 eo deducitur actio confessoria, * quæ realis est, & rem insequitur, vt traditur & habetur Instit. de actio. §. æquè si agit, & ibi not. per gloss. & Dyn. & Iacob. Butrig. & de tali actione, & eius natura etiam plenè tangitur per Dyn. & alios in l. secunda, C. de serui. de qua mentio habetur in l. secunda, in princip. & l. loci corpus. §. in confessoria. & §. competit. ff. si ser. vend. & no. Bartol. in l. si prius. ff. de nou. oper. nunc. & Innocen. in cap. abbate sancti Syluiani, extra de verbor. signifi. & in cap. inter quatuor, extra de maio. & obe. & in cap. conquerente, extra de offi. ordi.

3 † Competit etiam hæc actio pro vsufructu & pro iure vectigali consequendo, ut l. vti frui. in princ. ff. si vsufruct. pe. & l. secunda, ff. si ser. vendi. & not. Bart. in l. si publicianus. §. in vectigalibus. ff. de publi. & not. per Innoc. in cap. certificari, extra de sepul. et in cap. cum uenerabilis. extra de relig. domi. cum sequ. Et quare appelletur confessoria, no. per glo. in dicta l. secunda, in princ. ff. si seru. vend. Vel dic, quòd sic placuit legislatori, nec hoc est disputandum, sed pertinacibus relinquendum. C. de constit. pecu. l. 2.

ADDITIONES.

a Confessoria. De hac actione, vide per Oldr. consi. 181. & et per Paul. de Cast. consi. 67.

Adde quomodo procedat libellus in hac actione confessoria, quibus uerbis concipiatur, & contra quem, & in quibus competat. Innoc. in c. examinata, de iudic. colu. 1. uersi. item confessoria. Spec. in tit. de cau. possess. §. in confessoria, Bal. in auth. ei qui, col. 12. C. de bo. aucto. iud. poss. Angel. in repe. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. Io. Fab. in §. æquè. Instit. de actio. col. 8. versi. octauò quæritur, Angel. Aret. col. 3. uers. forma igitur libelli, Io. de Pla. col. 1. uersi. nota quòd libellus, & Melchio. Kling. fol. 152. nu. 10. in paruis. & Pet. Ia. in sua prax. in tit. de actio. confesso, & negato. Zilettus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prædium urbanum & rusticum quid sit.*

DOMVM Vnam. Tu iuuenis debes scire, quòd iure ciuili omne ędificium ubique situatum, siue in ciuitate, siue in rure appellatur prædium vrbanum, terra autem, vinea, pratum, & similia, vbique situata appellatur
2 prædium rusticum, † quia prædium rusticum ab urbano nō loco, sed qualitate discernitur, vt inquit legislator in l. vrbana prædia. ff. de uerb. sign. & l. 1. in prin. ff. communia prædio, & Instit. de ser. §. præd. &c.

SVMMARIVM.

1 *Verbum pleno iure denotat plenitudinem dominij vel illius iuris quod in libello deducitur.*
2 *Agens confessoria pro iure seruitutis, an teneatur probare se dominum prædij seruientis, & eius aduersarium prædij seruientis.*
3 *Si quis possidet ius incorporale, vt est seruitus non est præsumptio aliqua quod seruitus sit constituta.*
4 *Cur magis præsumatur, quòd persona sit serua, quàm quòd à re debeatur seruitus.*

1 LENO Iure spectantem. † Hæc uerba, pleno, iure denotant plenitudinem dominij, vel illius iuris, quod in libello deducitur, vt not. per Innoc. in c. cum inter. extra de re iud. ad quod facit l. Titia. ff. de ann. leg. & l. Titia. ff. de vsufr. leg. & pater. ff. de ser. leg. & in c. querelam. extra de elect. in proposito autem intelligenda & referenda sunt ad ius dominij directi, uel utilis; nam confessoria non datur nisi illi, qui dominus est prædij dominantis, nec seruitus constituitur, nec debetur nisi ab eo qui est dominus prædij seruientis, ut traditur & habetur in l. 1. in fin. & in l. si cum duas. & l. proprium, & l. si quis duas. in princip. ff. commu. præd. rei nempe alienæ seruitus per alium non acquiritur. ut d. l. si cum duas. & l. si quis duas. immo non acquiritur rei communi, vt d. l. proprium. facit l. si unus ex socijs. in princip. ff. de serui. rustic.
2 præd. † Vt autem hoc plenius intelligatur, reuoco in dubium, an agens confessoria pro iure seruitutis rusticæ, uel urbanæ teneatur se dominum probare prædij dominantis, & eius aduersarium esse dominum prædij seruientis? In qua quæstione glo. videtur sentire in l. sicut. §. si quæratur. ff. si serui. vend. quòd aut ille qui agit confessoria, est in possessione ipsius seruitutis, & tunc non tenetur probare de suo dominio, nec alterius; & in hoc uertitur una commoditas possidendi ut in §. commodum. Instit. de interdict. Aut non est in possessione seruitutis, & tūc tenetur de dominio probare, ut hæc probantur in l. secundâ, §. hæc autem in rem actio. ff. si ser. uend. quam opin. uidetur tenere Inno. in d. c. abbate. de uerbo. signi. Sed Bart. in d. l. si prius. ff. de nou. oper. nuncia. aliter uoluit sentire, dicens quòd de dominio utriusque est probandum saltem præsumptiuè hoc modo, nam probabitur quòd ipse actor posfidet fundum dominantem, & eius aduersarius fundum seruientē, qua possessione probata, erit per ꝯñtiam probatū præsumptiuè de dñio nā cū isto casu de dñio quærat quasi incidenter, & principaliter de alio scilicet de iure seruitutis, sequitur quòd poterit præsumptiuè de dominio probari ex sola possessione, iuxta not. per eundem Bartol. & glo. in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & per Cyn. in l. secunda, in quarta, q. C. quæ sit lon. consuet. & in l. secunda, C. de proba. & ita credo quòd Innocen. & gloss. etiam intellexerint. Vide ergo conclusiuè ex præmissis primā commoditatem, quæ insurgit ex possessione. Secunda commitas est, ut traditur per gloss. in l. prima, §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. & in dicto §. si quæratur, quòd possessor seruitutis non habet necesse probare seu prouocare aduersarium ad iudicium, sed simpliciter uti debet sua possessione, quod uerum intelligo, nisi per eum turbetur, ut in casu isto de quo infra dicam. Tertia insurgit commoditas, quia possessor si conueniatur ab aduersario habet proliziores inducias, ut l. fin. de feri. Quarta est utilitas, quia aduersarius prius iurabit de calumnia, quàm possessor. ut l. secunda, in princip. C. de iur. calum. Quinta subinfertur vtilitas, quia secundum Pla. præsumitur in dubio quòd ipsi possessori competat ipsum ius seruitutis, nisi eius aduersarius probet nullum ius seruitutis eis competere, quæ quidem negatiua potest probari per uicinos circunstantes, qui deponant se nunquam uidisse ipsum An actorem uti tali seruitute, & quòd non potuisset ea uti quin ipsi testes uidissent. Aduerte quia ista opin. Pla. est ab omnibus reprobata, nam pro possessore non præsumitur quòd ei seruitus debeatur, nisi aliunde probet seruitutem sibi seu prædio suo quæsitam modis legitimis, de quibus dicetur infra, ut clarè dicitur per text. in l. si quis diuturno, ibi { ut ostendat &c. } & in dicto §. si quæratur. & l. secunda, in princip. & in fi. ff. si ser. uendice. & ex hoc colligitur una differentia inter possessorem rerum incorporalium, & possessorem rerum corporalium nam pro eo qui possidet rem corporalem præsumitur de eius dominio, ut
3 supra dictum est. † Sed in eo, qui possidet ius incorporale, ut est seruitus, non est præsumptio aliqua, quòd seruitus sit constituta; ratio huius est manifesta secundum Doct. quoniam quælibet res incorporalis à natura sui præ
* sumitur esse libera * ut l. altius. C. de serui. & l. cum eo. ff. de serui. urba. præd. ideo necesse est contra hanc iuris præsumptionem inducere contrariam probationem. argu. in fin. in l. super seruis. C. qui mili. non poss. lib. 10. quæ ratio cessat in possessione rerum corporalium, quæ natura sui subiacent possessioni hominis, iuxta illud { Quidquid calcauerit per tuus tuum erit } & quod scribitur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Et hanc sententiam sequitur glo. & Doct. in d. §. si quæratur. & in l. 1. §. hoc autem. ff. de iti. actuque priua. & Bar. in l. naturaliter in §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & in d. l. si prius. de nou. oper. nunc. & l. secunda, & l. cum res. C. de probat. Sed diceret aliquis, nonne ex possessione seruitutis in seruo, præsumitur quis esse seruus, nisi probet se liberum, ut l. circa. ff. de prob. & l. liberis. in fi. de lib. causa. cum simil. Cur ergo non sic in possessione seruitutis aliarum rerum? Sol. dicunt doctores, quòd ratio differentiæ est, quia persona potest nasci serua, & per consequens quis de natura potest produci seruus, ut Insti. de iure perso. §. primo, & l. manumissiones. ff. de iust. & iu. sed res à natura producuntur liberæ, ut in d. l. altius, & d. l. cum eo. ideo in primo casu pręsumitur talis esse, qualis possessio eius demonstrat, quia sic nasci potuit, & sic eum natum uerisimile est, postquam de contrario nō apparuit; sed in secundo casu natura possessioni repugnat, ideo ex sola possessione non arguitur eam talem esse, immo hoc est probare necesse. Nec pręmissis haberet obstare l. seruitutes. §. fi. ff. de ser. urb. pręd. quia secundum Dy. ibi certum erat de seruitute iam imposita, prędicta uerò loquuntur
4 in casu dubio. † Sed hic posset quęri, quæ est ratio rationis, quare magis sic esse præsumatur in personis, quàm in alijs rebus? respondeo, quia Dy. non declarat, quòd ratio potest esse, quia persona, in qua seruitus esse præsumitur, habuit potestatem reclamandi, & contradicendi, ut C. quibus ad lib. procla. non licet. l. 1. cum seq. ideoq. eius taciturnitas operatur ꝯsensum. arg. eorum quæ no. per gl. in l. Labeo. ff. de aqua plu. arc. sicq; sequitur, ex tali possessione seruitutis præsumi ipsam seruitutem subesse. quæ rō cessat in cæteris reb. inanimatis, in quib. cum cesset talis uolūtas & potestas. cessare debet præsumptio antedicta. Sexta uertitur utilitas possidendi; quia si possessor turbetur in iure seruitutis extra iudicium, potest de facto resistere, quod est ualde notabile pro conseruatione iurisdictionum temporalium & ecclesiasticarum, in quibus et procedit illa vulgaris regula, uim ui repellere licet, ut dicit Bar. in d. l. 1. ff. de itin.

itin.actuque priu. Septima subinfertur vtilitas;quia reus, contra quem agitur confessoria,compellendus est præstare idoneam cautionem de non impediendo possessorem vti frui ipsa seruitute uel iurisdictione lite pendente vsq; ad sententiam.vt habetur in l.pe.ff.de aqua quot. & æstiu. Octaua & vltima est vtilitas possessoris;quia eius aduersario non probante,fundata actoris intentione absoluendus est,ut in l.uti frui.§.1.ff.si vsufr.pet.&c.

ADDITIO.

* Libera, Adde, & declara hanc reg.vt per Ias.in l. si prius num.40.& seq.ff.de op.no.nun.

CVI quidem domui fuit & est debita. Vides quòd verba seruitutis sunt referenda ad rem, non autem ad personam cuius est res;quia talis seruitus debetur à prędio prædio,non autem à prædio personæ.vt l.1. in fin.& l. cum fundus. ff. communia præd. ideoq; sententia prædio fertur.ut inquit text.in l.qui alien. in fi.ff.de neg.gest.&c.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus quot modis constituatur.*
2 *Seruitutum quot species sint.*
3 *Vrbanæ reales seruitutes quot sint.*
4 *Seruitutem habens, an possit in aliquo aggrauare eum à quo habet seruitutem.*

1 SERVITVS * Tigni. † Istæ sunt duæ seruitutes vr
* banæ, de quibus mentio habetur in l qui binas ædes. & l.sed & si inter me & l.hæc autem iura in fin. ff. de seru. vrb.præd. De stillicidio autem loquitur specialiter l. si stillicidij.ff.quemad.seru.amit.& in l.seruitutes.§. sublatum. & §.seruitus & l.si domus ff.de ser.vrb. præd. Quæ quidem
* * seruitutes & cæteræ tam rusticę quàm urbanæ constituuntur tam inter viuos quàm in vltima uoluntate vt Instit. de ser.lega.per totum veruntamen si quis habeat duas ædes habētes tigna ab una in aliam posita, uel ab utraque hincinde, & unam ex eis uel ambas alienet, præsumitur tacitè seruitus impositā tigna immittendi ab una in aliàm, ut est text.no.in l.1 ff.de ser.leg. ibi§Seruitutem impositam uideri &c.§ & l.si quis duas ædes.C.eod.tit. & habetur in l. binas quas ædes.ff.de ser.urb.præ.& hoc ideo, quia est seruitus quæ habet causam continuam & permanentem, secus in alijs quæ habent causam discontinuam,ut not. per Bar. in d.l.1.in quibus regulariter non præsumitur seruitus,sed libertas.ut l.altius. C.de seruitu.& l.cum eo.ff.de ser. urb. prædio.Acquiritur etiam huiusmodi seruitus legitima prę scriptione, ut infra dicetur,& habetur in l.si quis diutur-
2 no.ff.si ser.uend. † Demum * sciendum est pro pleniori do
2 ctrina seruitutum,de quibus in iure scriptum est;quòd quędam sunt seruitutes, quæ debentur à re rei, de quibus hic fit sermo,& traditur per totum titu.ff. de ser. cum alijs tit. seq. & C.de ser.per totum.quę seruitutes reales dicuntur, quia rebus ipsis adhærent & cum rebus transeunt,ut prædixi,& eorum genera sunt duo.nam aliæ sunt urbanæ de quibus loquitur specialis tit.ff.de ser.urb.præd.aliæ sunt rusticæ,de quibus loquitur specialiter tit.ff.de ser.rust. præ.quę genera seruitutum plures in se species continent, de quibus duæ hic ponuntur,& extensius ponuntur in dictis tit. & Institu.de ser.urb.præd.& Instit. de ser. rust. pręd. Aliç etiam sunt species urbanę seruitutis ultra has duas,quę inferius exprimentur. Quędam autem sunt seruitutes, quę debētur à re personæ,ut est usufructus,& habitatio, de quibus loquitur tit.ff.& C.de usufr.& ff.de usu & habi.per tot. & Instit.eod.tit. Quædam sunt seruitutes, quæ debentur à persona personæ,ut est seruitus hominis, de qua loquitur Instit.de iure perso.§.1.& ff.de ope.seruo.& de stip.ser. per totum.cum simil. Quædam sunt seruitutes licèt impropriè, quę debentur à persona ipsi rei,de quibus loquitur l. Titio centum.§.Titio.ff.de cond.& demon.& l.Meuia ff. de manu.test.quę omnia not.per gl.in l.1.ff.de ser.& Inst. de ser.
3 in prin. † Redeo ad seruitutes vrbanas reales,quarum aliç sunt diuersę species, nam quædam est seruitus luminum, id est ne luminibus officiatur; alia est seruitus prospectus quasi similis,sed non per omnia præcedentibus, ut sequitur. nam ille,qui habet seruitutem luminum,debet recipere claritudinem cœli ex area uicini per fenestram parietis proprij, uel communis, ut l.luminum,& l.qui luminibus ff ser.vrb.prę. adeo ꝙ non licet uicino parietem uel domū altius extollere, nec arborem plantare, nec aliud facere, per quod obscurentur in aliquo ipsa lumina,nec fenestræ, ut l.arborem,& in d.l.qui luminibus.ff.de ser.urban.præd. Ille uerò, qui habet seruitutem prospectus tantum, non est necesse ꝙ habeat aspectum cœli, sufficit enim recipere aerem sine cœli inspectione,ut in fenestra alicuius canepę subterraneæ, non tamen potest uicinus uiridarium uel arborem ponere,ut offuscetur talis prospectus,ut.l. ædificia, & l.inter seruitutes,& l.lumen.ff de seruit.urb.præd. Alia est enim seruitus urbana quæ appellatur seruitus altius nō tollendi,hoc est nō ædificandi altius;cuius seruitutis natura eadem ferè est cum illa,ne luminibus officiatur, contra quam seruitutem fit etiam si ui idarium uel arbores contraponātur. ut l.ædificia,& l.si domus.& l.si ædes meæ.ff.de ser urb.pręd. † Demum illud uolo te scire, quòd ille, cui
4 competit aliqua ex dictis seruitutibus, non potest aliquid facere uel innouare, per quod usus seruitutis & conditio eius habeat aggrauare locum seruitutis ultra solitum, ut text.no.in l.seruitutes.§.si seruitus stillicidij.& §.seq. ff. de ser.urb præd.cum simil.ibi not.facit l.is qui duo.ff.de seru. rust.pręd. ideoque non licebit domino habenti seruitutem stillicidij inducere aliam aquam cœlitus profluentem in domum uicini,ut ibi & clarius habetur in l.1.§. item quæritur,cum seq.ff.de aqua quot. & ęsti. & l. is qui duo. ff. de seru.rust.præd. Hęc autem seruitus tigni immittendi, de qua hic est sermo,impeditur constitui, si locus pubicus seu uia publica interueniat inter unam domum & aliam, ut l.fi. ff.de ser.urban.pręd. licèt locus talis publicus non impediat constitui seruitutem itineris,uel uię, ut habetur in l.seruitutes.§.publico.ff.de seruitutibus.

ADDITIONES.

* Seruitus, Adde, quòd per exceptionem seruitutis factam in contractu,non inducitur seruitus, nisi expresse ponatur tempore traditionis.l,si binarum.ff.de ser.urb.pręd.glo.in l.si quis duas,in prin.ff.com. pręd. exemplum ponit Ias. in l.si pœnę causa §.cùm iter.nu.11.ff.de cond.indeb.

* Quæ quidem seruitutes, Adde ꝙ in constitutione seruitutum nō requiritur aliqua causa,sed sufficit sola patientia, ut scribit Ias.in l.1.nu.11. ff. de cond.sine caus. & an fundo legato sit & legata seruitus quam fundus ille alteri debebat, & Dic,ut per Ias.in l.seruum filij.§.si statuliberum.co.2.ff.de leg.1.

2 Deinde uide Cepol.in tract.de ser.urb.pręd.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus aquaductus est rustica.*
2 *Seruitus aquæ quotuplex sit.*
3 *Seruitus aquæ qualiter acquiratur.*
4 *Flumen qualiter fieri possit alicuius priuati.*
5 *Concedens aquam pro certo loco, an teneatur cōcedere pro maiori loco.*
6 *Præoccupans aquam fluminis non nauigabilis, an faciat præiudicium cæteris idem facere uolentibus.*
7 *In loco superiori fluminis quàm vbi sit molendinum, an possit construi molendinum intercipiens aquam molendini inferioris.*
8 *E conuerso an possit intercipi aqua proueniens ex superiori molendino.*
9 *Habens molendinum in superiori parte fluminis, an possit restagnare aquam tempore siccitatis in præiudicium molendini inferioris.*
10 *Reformans molendinum dirutum, an possit quò ad aquā præiudicare molendino constructo post ruinam primi molendini.*
11 *Reformatio molendini ad quem spectet, an ad locatorem uel conductorem, qui illud conduxerat ante ruinam seu destructionem.*

12 Ble-

12 Flumen deriuans ad aliquam ciuitatem à loco alicuius ciuitatis, an possit auerti a ciuitate seu territorio domina [illegible]
13 Flumine mutante alueum suum an ius istius qui habebat aquaductum ex suo flumine, sit extinctum.
14 Molendinum impetu aquarum descendens super territorium alterius an possit a domino vendicari [illegible]
15 Ex qua materia possit fieri canale per quod adducitur aqua.
16 Contentio de loco inter concedentem & acquirentem aquaductum, qualiter diffiniatur.
17 Habens aquaductum, an possit partem ipsius alij concedere.
18 Vendito molendino, an transeat in emptorem etiam ius seruitutis.
19 Locus quot modis possit pati seruitutem.
20 Seruitus aquaductus an sit continua vel discontinua.
21 Probatio [illegible] tempus an sit necessaria ad demonstrandum praescriptionem seruitutum.
22 Praescriptio incorporalium qualiter interrumpatur.
23 Bona fides [illegible] incorporalis qualiter probetur.
24 Quod quis [illegible] usus re aliqua iure seruitutis non dominij vel quasi, qualiter probetur.
25 Scientia & patientia domini rei a qua debetur seruitus, qualiter probetur.
26 Seruitutes quaesita qualiter perdantur.
27 Tempus requisitum ad praescribendas liberationes a seruitute, quantum sit.
28 Cur non requiritur tempus in seruitute acquirenda.
29 Quae [illegible] in praescribenda seruitute, an sint necessaria etiam in liberatione praescribenda.



ERVITVS Aquæductus ipsi molendino &c.
1 † Hic quæso iuuenis diligenter aduerte, quia quotidiana, & practicabilis est materia huius seruitutis aquęductus, quę non est seruitus vrbana, sed rustica, de qua est tit. ff. de aqua quot. & æsti. per totum, & maxime in l. hoc iure. §. duct. aquæ, & de ea loquitur text. l. Imperatores. ff. de ser. rustico. prædio. & nota. per Glo. in l. foramen, de serui. vrba. prædio. & plenè traditur per Cy. & alios in l. 1. & 2. C.
2 de serui. † Ad cuius seruitutis pleniorem notitiam sciendũ est, quod seruitus aquæ est duplex, vna quæ appellatur haustus aquæ, vt V. G. si habes puteum in domo tua vel fontẽ in prædio tuo. & mihi constituti seruitutem, ut possim ex tuo fonte vel puteo aquam haurire, & de ista tali seruitute non est hic ad præsens sermo, sed de ea loquitur l. 3. §. qui habet. ff. de se ui. rusti. pręd. & l. de aqua. ff. commu. præd. & l. 1. ff. de fonte cum sim. Alia est seruitus aquęductus ex flumine publico, vel priuato, & de ista loquitur iste libellus.
3 † Vbi aduertendum primò & principaliter, qualiter hæc seruitus acquiratur. & breuiter dicendum est, quòd dupliciter, videlicet hominis constitutione inter viuos vel in vltima voluntate, & tempore legitimæ præscriptionis. Circa modum quærendi in vltima voluntate hanc seruitutem & cæteras, habes titu. specialem. ff. de ser. leg. In modo autem quærendi inter viuos, sic considera, aut aqua ducitur ex flumine priuato puta Titij, & tunc acquiratur ex confessione illius Titij, sicut acquiruntur cætere res, vt probatur in l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. & in l. aquam. C. de serui. facit etiam l. ex meo, & l. uia. §. si lacus ff. de seruit. rustic. prædiorum,
4 & in d. l. si prius. ff. de noui oper. nunc. † Et si quæratur qualiter flumen effici posset alicuius priuati, responde quòd tribus modis. Primo modo ratione originis ipsius fluminis, quod ortum habet in fundo priuato, ut in dictis. ll. comprobatur, & in l. pręses. C. de seru. Secundo ex principis concessione. Tertio ex longissima pręscriptione,
5 vt infra declarabitur. † Sed circa hoc quæritur, pone q̃ Titius habeat vnum pratum pro quo adaquando seu irrigando eidem concessit Caius, ut ex suo lacu uel fonte posset ad ipsum pratum aquam ducere, postquã ipse Titius aliud pratum proximũ superiori prato emit propter quod eget ampliori aqua ad irrigandum vtrunque, quęritur an Caius teneatur ad dimittendum eidem ducere maiorem aquam solito pro utroque prato? dic quòd non, per text. in l. non modus. C. de serui. & ibi per Cyn. & per hoc quòd concessio seru tutis solum porrigitur ad res de præsenti, non futuras, facit l. damni. §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. Aut aqua ducitur ex flumine publico, quod quidem dicitur publicum duobus modis, uno modo omne flumen nauigabile ut Padus & Ticinus. alio modo dicitur flumen non nauigabile quod tamen trahitur ex flumine nauigabili, ut est Cardona, Vernabula, & Nauigium, ut hæc probantur ff. de flum. per totum. & ff. ne quid in flumi. pub. per totum. In quibus casibus distinguitur, aut aquæductus deriuatur ex flumine nauigabili per se, sicut Padus & Ticinus, aut ex flumine non nauigabili per se, faciendo aliud flumen per quandam mixtionem nauigabile, & istis duobus casibus quæritur aquæductus dupliciter tantum, videlicet concessione principis, cuius sunt omnia talia flumina; & longissima præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non existit, ut plenè habetur in tex. & per Bart. in l. quò minus. ff. de flumin. & d. l. hoc iure. §. ductus aquæ & d. l. fi. ff. de aqua plu. arcend. facit l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidia. & æstiua. & l. si autem. §. fina. ff. de aqua plu. arcen. & not. per gloss. in dicta l. Imperatores. ff. de serui. rustico. Aliquando de iuant aquæductus ex flumine publico non nauigabili, nec faciendo aliud nauigabile, puta ex quodam paruo riuo & fonte, & tunc acquiritur per occupationem, sicut cætera quæ in nullius bonis sunt, & ille, qui primò occupauit, præfertur omnibus alijs, ut in d. l. quominus, in princip. & dicta l. Imperatores, & l. si mihi. §. si fundo. de serui. ru sti. præd. dumtamen eius aquæductus fiat sine iniuria vicinorum circumcolentium. nam si ad eorum iniuriam & læsionem grauem tenderet, non acquireretur per occupationem huiusmodi aquæductus, ut probatur in l. Imperatores. & l. 1 §. sunt qui putant, in fi. ff. ne quid in flumine publico. † Sed hic insurgit notabile du-
6 bium & quotidianum. Ecce quòd titius ex tali flumine non nauigabili cœpit aquam ducere ad eius molendinum uel ad eius pratum, alij uero circumuicini hoc uidentes cœperunt facere prata noua uel molendina, cuius rei causa uolunt & ipsi etiam ducere de hoc flumine aquam ad eorum prata noua seu molendina, quibus contradicit Titius dicens se ius aquæductus præoccupasse. Quæritur q̃d iuris. In qua quæstione Bart. in d. l. quominus, plene disputando arguit pro & contra, & finaliter sic concludendo distinguit. Aut aqua est sufficiens & abundans pro omnibus, & tunc non erit locus præoccupationi, sed omnes communiter poterunt aquam ducere ad eorum prata & molendina, facta inter eos ipsius aquæ congrua diuisione, ut probatur in l. Lucio. ff. de aqua plu. arcend. & dicta l. Imperatores, cum sim. pro quo facit l. secunda, §. penul. & fin ff. de ser. rust. præd. Aut aqua non est sufficiens ad prædia seu molendina omnium irriganda, sed solùm sufficiens est ipsi Titio qui præoccupauit, & tunc alij superuenientes non debent audiri, sed locus est præoccupationi, quia sine ipsius Titij præoccupantis iniuria non posset per aliquos conuicinos duci ista aqua. & sic debet intelligi. dicta l. Imperatores. & ad hoc facit l. secunda, §. primo, cum ibi nota. per gloss. ff. ne quid in flumin. publi. secundùm tertiam lecturam, coniuncta l. prima, §. primo, ff. ne quid in flum. publ. secundùm Bartol. pro cuius opin. ego allego tibi not. text. in l. hoc iure. §. ex flumine. ff. de aqua quotid. & æsti. pro quo facit illa regula, quæ tradi-
7 tur in l. in tantum, in princip. ff. de re. diuisio. † Vlterius ad abundantiorem tractatum molendinorum & aquęductus queritur. Pone quòd in parte superioris fluminis & molendini dicti Titij quidam Sempronius facere vult unum aliud molendinum de nouo, an possit iustè impediri à Titio ne faciat ipsum molendinum & aquam ducat ad eum ex flumine prædicto? Et hic aduer-
* tendum; quia quotidie quęstio * occurrit de facto, quam formauit gloss. in l. si manifeste. C. de ser. & ibi per Cyn. & l. si quis ex argentarijs §. si initium. ff. de eden. & latius

 per

per Bart. in d. l. quominus. & breuiter omnia colligendo distingue secundùm communem opinio. Docto. Aut illud flumen, super quo & in quo est ædificatum ipsius Titij molendinum, est priuatum amborum. Aut est simpliciter publicum. Si quidem est priuatum ipsorum Titij & Sempronij, tunc aut iste Sempronius vult de nouo ædificare suum molendinum, ut principaliter sibi prosit, & tunc potest licitè ipsum facere sine impedimento Titij & eo inuito, ut probatur in l. fluminum. §. fin. & l. Proculus ff. de dam. infect. Aut vult ipsum facere, ut principaliter noceat ipsi Titio qui in ædificando præuenit, & tunc non potest, nec audiendus est. ut in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & ita debet intelligi glo. in d. l. si manifeste, cum sim. Secundo principali casu, quando flumen est publicum, tunc aut iste Titius habet eius molendinum licitè ædificatum, quod qualiter fit superius est declaratum, & tunc ipse Sempronius superueniens in volendo facere suum non est audiendus, imo Titius qui lucrum & emolumentum ipsius aquæ ductus præoccupauit, potest licitè ipsum Sempronium impedire in vsu dicti noui molendini, ne auferatur vel sibi diminuatur hoc lucrũ, ut l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. publ. quod verũ intelligo eo casu, quo aqua non sufficiat utriq; molendino, vbi autem non læditur vtilitas molendini Titij ex constructione secundi molendini dicti Sempronij, non puto consonum iuri nec æquitati, quòd ipse Sempronius debeat impediri. argum. d. l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. in concernendo. ff. de aqua plu. arcen. Aut ille Titius habet eius molendinum illicitè ędificatum, & tunc nõ poterit impedire ipsum Sempronium, ut l. 2. §. idem ait si in publico. ff. ne quid in flumi. publi.

8 † Sed quid econtra erit, verbi gratia si Titius habet à superiori parte fluminis molendinum ædificatum, modo vult iste Sempronius à parte inferiori fluminis, & ipsius molendi, postquam aqua egressa est ab vsu dicti molendini, deriuare & trahere ipsam aquam ad eius prata vel ad nouum molendinum, quæritur an possit? In qua quæstione idem Barto. in d. l. quominus, sic distinguit. Aut ipsa aqua postquam egressa est molendinum vel prata dicti Titij, prius redit ad flumen publicum, & abinde ad ipsius Sempronij prata descendit, & tunc poterit illa uti inuito dicto Titio cum distinctione de qua suprascriptum est. Aut nondum redijt ad ipsum flumen, & tunc non poterit vti illa inuito ipso Titio, ratio est quia cum talis aqua per iustum titulum facta sit ipsius Titij, non potest ipse Sempronius nec alius eo inuito illa uti donec ipsius dominium perdiderit, quod fiet tunc cùm publicum flumen ingressa fuerit, ut in d. l. in côcedendo. ff. de aqua plu. arcen. secundùm eum, & pro hac sententia facit l. ex meo ff. de seruitu. rustico. prædiorum. & l. 1. §. illud labeo. ff. de aqua quotidia. & æsti. & not per glo. in fi. sui posita in l. cum essent. §. fina. ff. de serui. rustico. prædio. & in d. l. ex meo.

9 † Vlterius quæro, quid si duo habent & a possident licitè molendina [a] in eodem flumine, vnus habet suũ in parte superiori ipsius fluminis, alius verò suũ in parte inferiori, si velit tpe siccitatis æstiuæ aquã fluminis colligere, & restagnare, ut collecta aqua faciat sic, quòd eius molendinum fortius molat, quæritur an possit alio inuito, qui molendinum habet in inferiori parte? distingue secundùm Bart. ubi supra, aut inter superiorem & inferiorem sunt aliqua pacta, & illa sunt seruanda, argum. in l. 1. §. si quis hoc cesserit. ff. de aqua quotidia. & æsti. & eodem modo seruanda esset consuetudo regionis quæ in hoc & sim. casibus seruari consueuit, ut l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. Vbi autem ista cessarent, tunc considerandum est, aut superior prius molendinum construxit quàm inferior, & tunc aut vult continere seu restringere ipsam aquã principaliter ob suam vtilitatem, & tunc potest sine impedimento secundi, argum. l. Proculus. ff. de dam. infect. & l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. aut vult aquã restringere principaliter vt noceat inferiori, & tunc non potest, vt l. 1. §. denique. ff. de aqua. plu. arcen. qualiter autem hoc dignoscetur, facti euidentia demonstrabit, nam in re penitus dubia ea foret potius interpretatio assumenda, quæ vitio caret arg. l. meritò. ff. pro soc. & l. quoties. ff. de reb. dub. cum sim. Aut inferior prius eius molendinum construxit, & tunc non licet superiori ipsam aquam stringere qua si præoccupatus. arg. d. l. meritò, cum sim. In dubio autem vbi de prioritate non apparet fortasse propter antiquitatẽ temporis, subdistingue, aut restrictionem ipsam facit ut sibi tantum prosit, aut ut vicino noceat, ut supra dixi, cum enim reperiatur in pari causa, debet esse melior conditio possidentis, quando non facit principaliter in alterius iniuriam. argum. l. si qui seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obli.

10 & in cap. in pari. de reg. iur. lib. 6. † Quid autem dices de quotidiana quæstione. Ecce quòd molendinum eius, q. prius illud construxit, fuit diruptũ vel propter antiquitatem vel propter hostilitatem, & firmum remansit aliud molendinum inferius, quod postea fuerat ædificatum, & sic stetit per longum tempus prius molendinum diruptum sine alia reformatione, postea vult prior dominus ipsum molendinum reficere. & ad priorem statum reducere, & aquam labi facere ad eum, & alia facere in præiudicium inferioris molendini, quæritur an possit? Dic clarius, quàm dicat Barto. vbi supra. Aut superius molendinum fuit particulariter destructum & non in totũ, & tunc quia ratione partis super existentis dicti molendini habuit retinere possessionem aquæ debitę ipsi molendino, nec fuit ei difficilis ipsius aquæ prosequutio, siue usus eius. argum. l. naturali. in prin. ff. de acqui. re. dom. ideoque omnia quæ supra dicta sunt remanente integro molendino, vendicarent sibi locum ex particulariter dirupto. Aut superius molendinum fuit funditus & in totum diruptum, & tunc distingue, aut ista reformatio seu restauratio fit infra annum, & idem quod dictum est in proximo casu, nam lex dixit quòd prætor tuetur illum qui hoc anno vel priori æstate usus est, ut habetur in l. 1. in princ. & in §. denique. ff. de aqua quoti. & æsti. Aut ista restauratio fit post annum, & tunc potior & melior erit conditio inferioris molendini, nec in eius læsionem poterit aqua duci ad dictum molendinum, nec aliquid fieri quod habeat nocere ipsi molendino inferiori, cuius ratio est secũdum eum, quia ius aquæ ducendæ sibi quæsitum per occupationem fuit extinctum per annum transcursum, ut colligitur ex l. fi. 2. responso. ff. de vsufruct. coniuncta l. quisquam. ff. de diuer. & temp. præscri. vnde alia præscriptio non est necessaria quò ad inferiorem contra superiorem, ut l. fi. in prin. ff. de usucap. per quæ patet, & sic prædicta sunt intelligenda, quòd aliud esset si superiorem aquæductum sibi quæsiuisset ex principis concessione, uel longissimi temporis præscriptione, quia tunc tale ius quæsitum superiori non extingueretur per transcursum anni, sed opus esset quòd inferior contra superiorem legitimè præscriberet spacio temporis limitati, de quo infra dicetur, debent etiam præmissa intelligi, quando aqua ducebatur ex flumine publico, secus autem si ex flumine priuato ex concessioni priuati, quia nec tale ius

11 extingueretur anno, ut supra dixi, quod tene menti. † Amplius quæritur, quid si illud molendinum, quod est destructum, fuerit per dominum eius cuidam ad certũ tempus locatum ante eius diruptionem, ad quem pertinebit eius reformatio, an ad dominum, an verò ad conductorem? Dic breuiter, ut no. Bart. in l. cotem ferro. ff. de public. pro cuius decisione facit l. cum in plures, in princ. ff. loca. & l. lacus. & l. si eius. §. idem quæsitum. ff. de vsufr. & l. quamuis & ibi not. C. de vsufr. & l. si proprietarius ff. de dam. infect.

12 † Sed pone, quòd duo ad eorum molendina trahunt aquã ex flumine publico, uel habent eorum molendina in flumine publico. puta in Pado, uel Ticino, quod flumen Ticini transit penes portas ciuitatis Papiæ, & descendit ex lacu maiori per territorium Mediolani, hic quæritur nunquid Commune Mediolani poterit auertere ipsum flumen Ticini, ne amplius decurrat more solito ad ciuitatem

tem Papiæ? Dic breuiter quòd non, & pro hoc allego ibi tex.sing in l.1.in prin.C.de allu.& palu.licet in hac quæst. super auersione cuiusdam similis fluminis facta per olim Ducem Mediolani aduocati vtriusque partis in ciuitate Florentiæ multas leges allegauerint, & rationes & illum text.ignorauerint, & pro qua decisione facit, quia ciuitas Papiæ ius ducendi ipsum flumen ex ipso lacu ad dictam ciuitatem præscripsit spatio plusquam duorum millium annorum, sciente & patiente Commune Mediolani, ideo iure etiam longissimæ præscriptionis, cuius initij memoria non existit, ius dicti fluminis adducendi quæsitum est ipsi communi Papiæ plenissimum, ut d.l.quominus.& d. l. hoc

13 iure.§.ductus aquæ. † Vltra quæritur.pone quòd flumen, ex quo aqua ad molendinum vel prata deriuatur, licite in casibus premissis mutauerit alueum suum (ut plerunque accidit) an per hoc ius aquæ ducendæ sit extinctum? & breuiter sic distingue.aut flumen hanc mutationem fecit subito, & uno impetu, & tunc perditur & extinguitur ius aquæ ductus; aut alueum mutauit paulatim temporis interpolatione ad modum alluuionis, & sic tunc non extinguitur, sed durat ius ipsius aquæductus, ut in l.hoc iure. §. ductus

14 aquæ.§.si aquam.ff.de aqua quot. & æsti. † Pone quæstionem, in qua semel consului. quæsitum fuit a me, si molendinum existens in Pado impetu aquarum, uel alio casu descendat inferius super alieno territorio, an possit à domino vendicari sine aliqua pecuniæ solutione, vel teneatur dominus ipsum redimere ab illis personis super quarum territorio sedere habuit, & se affigere? & breuiter responde, quod sufficit domino cauere de damno infecto tam præterito, quam futuro; vnde tenetur dominus ad emendam ipsius totius damni, si quod in illo prędio, uel territorio illatum est, uel inferri speratur, ut hæc probantur in l. hoc amplius.§. Neratius autem ff de dam.infect.& l. ratis. ff.de incen.rui.nau.& l.Celsus.§.sed & si ratis ff.ad exhiben. & l.1.& 2.C.de nau.li.11.Sic est in crusta terrę, & in arbore quę descendit in alienum territorium vel in alienum fundum, ut in d. l. hoc amplius.§. Alphenus. cum sim. ibi

15 no. † Amplius quęritur, ex qua materia possit fieri canale, per quod ducatur aqua? dic quòd ex materia consueta in regione illa, ut habetur in d.l.hoc iure.§.pe.& l. si prius §.1.ff.de aqua plu.arc.& l.quęsitum.ff.de ser.rustic.prędio. Pone dominus fluminis priuati concessit duobus diuersis temporibus aquęductum, quod facere potuit, ut l. in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.& l.Lucio.ff.de aqua quoti. & ęsti.modo secundus uoluit facere suum canale super canale prioris, quæritur an possit? Dic quòd sic, si facit sine illius impedimento, vel læsione sui aquęductus, ut traditur in l.hoc iure.§.fin.supra alle.& in l. supra. in princip. ff. de

16 aqua plu.arc. † Sed quid dices, si inter concedentem ius eius seruitutis, & ipsum acquirentem contentio oriatur, per quem debeat aqua duci, vel iter fieri, cum sim.dic quòd ubi non sit conuentum inter partes de loco, poterit acquirens de iuris rigore vti seruitute per quamcunque partem loci seruientis, sed de æquitate designabitur per arbitrum seu per iudicem ille locus qui minori cedat incommodo prędij & loci seruientis, vt l.certo generi.§. si totus cum si. & §.seq.& l.si mihi.ff.de ser.ru.pręd.& l.si cui. ff.de ser. tit. generali & facit l.uia §.fin.ff.de ser.rusti.pręd. nisi seruitus sit legata in testamento, quo casu est in arbitrio hęredis designare per quam partem prędij seruientis uti debeat legatarius ipsa seruitute, ut l. si via iter. ff. de ser. rust. predio.

17 † Sed nunquid ille, qui habet ius aquęductus, potest alij partem ipsius aquęductus concedere? Dic aut concedit de voluntate domini á quo causam habet, & tunc tenet concessio: aut sine eius voluntate, & tunc aut vult concedere postquam aqua ingressa est suum fundum, vel molendinū, & tunc idem, aliàs autem non tenet concessio., vt hęc habentur in l.cum essent §.fi.& l.ex meo. ff.de ser. pręd. facit

18 l.1.§.illud.ff.de aqua quo.& ęsti.† Quid autem si molendinum uel prędium, cui seruitus debetur, vendatur vel alienetur, an ipsa seruitus transibit in emptorem? Dic quòd sic, cùm sit ius cohęrens rei, ut in l. partem, & l. si via.§. si fundus.ff.de ser.ru.prę.& l.si aquæductus.ff.de contrahen.

19 emp.& in l.alienatio.eo.tit.cum sim. † Postremò aduertendum, quòd est quidam aquæ descensus propriè loquendo, quam seruitutem patitur vnumquodque prædium rusticum altero de tribus modis, uel conuentione, aut longa consuetudine, aut ex loci natura; statutum quippe est per naturalem loci situm, seu statuto ut prædijs rusticis prædiū inferius seruiat superiori in recipiendo aquam cælitus descendentem, vt traditur in l.1.in fi. & l.2. in princ. cum ibi not.ff.de aqua plu.arc. Aliam vero aquam aliunde prouenientem non tenetur recipere, ut in l.si qui duo. ff. de ser. ru.pręd.& l.1.§.quæritur. cum seq.ff.de aqua quot. & æsti. Et quia superius dictum est, hanc seruitutem quæri longi temporis præscriptione, videamus generalius de omnib. qualiter b prescriptione quærantur. Vbi est aduertendū quòd quædam sunt seruitutes habentes causam cōtinuam, vel quasi; quædam habentes causam discontinuam, vel interpolatam. Illę quidem dicuntur habere causam continuam vel quasi, in quarum usu nullum factum hominis requiritur, exemplum in iure seruitute luminum, stillicidij, altius tollendi, & prospectus: & per contrarium illę dicuntur habere causam discontinuam vel interpolatam, in quarum vsu hominis factum requiritur. Exemplum in seruitute viæ, itineris, actus, & aquæ haustus, & de his plenè traditur per glo.& Doct.in l.seruitutes.ff.de ser.ti.gene

20 rali.& l.foramen.de ser.rusti.pręd. † Dubitari autem consueuit de hac seruitute aquæductus, de qua supra locuti sumus, an sit continua vel discontinua. super quo sunt gloss. diuersæ, nam glo.in l. seruitutes. præalleg. circa medium dicit simpliciter eam esse seruitutem continuam, glo.autem in dicta. l. foramen distinguit & melius, aut intercessit factum hominis, & tunc dicitur discontinua, & interpolata: aut nullum factum hominis intercedit, & tunc dicitur habere causam continuam, ut in stillicidio, & alijs dictum est. Et hæc inuestigatio vtilis est, & necessaria, propter ea quæ subijciuntur. quibus sic præmissis, circa modum præscribendi distingue, aut seruitus habet causam cō-

* tinuam, uel quasi, & tunc præscribitur spatio longi temporis scilicet 10. vel 20. ann. sicut aliæ res immobiles, ut l.2. C.de ser.& ibi per Cy.& alios in l.si quis diuturno ff. si ser. vendi.facit l.si inter.in princ.ff.de ser.vr.prædi. & no. in l. 1.in fi.ff.de aqua plu.ar Fallit in seruitute aquęductus, quę trahitur ex flumine publico nauigabili, vel faciente aliud nauigabile, illę quidam non præscribuntur longo tempore, sed requiritur longissimum tempus cuius initij memoria non existit, ut l.quominus. in fi. & l.hoc iure. §. ductus aquę ff.de aqua quo & æsti.& not.per glo.in d.l.seruitutes. & Inno.in d.de quarta.pe.præscri. Aut seruitus habet causam discontinuam, vt via, iter, & sim.de quibus supra, & tunc etiam præscribitur longissimo tempore cuius initij memoria non existit, vt d.l.foramen, & l.seruitutes, & probatur in l.1.in fin.& l.fin.ff de aqua plu.arcen.& l.2.§. ante pe.C.eo.tit.cum simili. Memoriam autem non extare, nec eius initiū, probatur hoc modo secundùm glo. in l. si arbiter.ff.de proba.& Inno.in c.veniens de uerb. sign. si testes dicant, nullum qui hodie viuit vidisse dictam seruitutem imponi, & constitutā, & quòd nunquam uiderunt uel audiuerunt aliquos, qui dicerent se vidisse, vel audiuisse à maioribus ipsam seruitutem imponi, vel constitui, uel ab alijs audiuisse qui uidissent, vel audiuissent, & se semper audiuisse à maioribus dici illam aquam sic fuisse ex dicto flumine ductam ad ipsum molēdinum, uel ad talia prata &c. Et in hoc debet esse cautela procuratoris, vel aduocati scire formare capitula; quia si capitula fuerint bene formata, testis sciet melius respondere, illa vera esse. Nunc restat quærere, quæ sint substantialia, & quæ requirantur ad tales præscriptiones perficiendas. Dic breuiter quòd quinque. Primò videlicet longum, uel longissimum tempus secundùm

dùm qualitatem seruitutis, vt proximè dixi. Secundò con
tinuatio possessionis, quæ medio tempore non fuerit inter
rupta, ut d.l. si quis diutur. & d.l. 2. C. de ser. Tertio bona
fides præscribentis, vt d.l. si quis diuturno, ibi { nec vi, nec
clam, } & l. 1. §. 1. de itin. actuque priu. & not. per glo. in l.
1. § hoc interdicto. de aqua quotid. & æsti. Quarto, quod
præscribens vsus fuerit ipsa seruitute iure seruitutis cre-
dês sibi competere, & sic fuerit in bona fide, ut l. si ff. quem-
admo. ser. amit. & l. 1. §. Iulianus recte ait. & l. fi. & ibi no. ff.
de itin. actuque priua. facit l. 1. §. hoc interdictum. vers. sed
& si iure. ff. de aqua quoti. & æstiua. Quintò, quòd vsus fue
rit sciente & patiente aduersario, vt d.l. 2. C. de seruitu. &
l. si à te ff. si seru. ven. facit l. quoties. ff. de ser. tit. generali. &c.
hæc scientia etiam aduersarij requiritur in præscriptione
iurium incorporalium ecclesiasticorum puta electionum
& sim. ut not. per Innoc. in c. querelam, de elec. & etiam in
præscriptione meri & mixti imperij; ut not. per Bart. in d.
21 l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. † Et quoniam in superioribus
articulis occurunt aliqua dubia, ideo quæritur circa pri-
mum articu. de tempore præscribendi, an vltra hoc tem-
pus requiratur probatio veri tituli? & videtur quòd sic,
quia scribitur { sine titulo non procedit præscriptio, } ut l.
nullo titu. C. de rei ven. cum sim. ibi not. In contrarium te
nent omnes Docto. & glo. vt not. in d.l. si quis diuturno. &
l. fi. ff. de aqua plu. arcen. & in l. seruitutes. de ser. & per Cy.
in d.l. 2. C. de ser. Aliqui tamen, quorum opi. est reprobata,
dicunt quòd saltem allegandus est titulus, & non proban-
dus per ea quæ habentur in l. cũ de in rem uerso. ff. de usur.
de quo plenè not. per Inno. in c. si diligenti, de præscrip.
& per Io. An. in cap. 1. de præscrip. lib. 6. Nec obstat d.l.
nullo. quia loquitur de præscriptione rerum corporalium,
hic autem loquitur de præscriptione rerum incorporaliũ.
Et ratio differentiæ est secundum Dy. quia in præscriptio-
ne rerum corporalium vertitur magnum præiudicium, qa
perditur rei dominium, ut in auth. nisi. C. de bo. ma. quod
in his incorporalibus non vertitur, cùm in his dominium
rei seruetur, super qua illud ius incorporale fundatur, ut
in l. loci corpus, in prin. ff. si ser. vendi. Sed quia posset esse
maius præiudicium aliquando in præscriptione alicuius
iuris incorporalis, quàm modicæ rei corporalis, ideo tu
potes dare aliam rationem, videlicet quia in præscriptio-
ne iurium incorporalium requiritur scientia & patientia
aduersarij, vt dictum est, per quam inducitur quidam præ
sumptus consensus & quædam ficta concessio, quæ tantum
operari debet, quantum expressa in rebus corporalibus,
argumen. l. in concedendo. & l. Labeo. ff. de aqua plu. arc.
& sic erit pro titulo; vnde potest dici, quòd quasi simul con
ueniunt, ut in iuribus incorporalibus requiratur fictus titu
✱ lus, qui inducitur per scientiam & * patientiam aduersa-
rij; & in iuribus corporalibus acquiratur expressus & ve-
rus titulus, cum in eis non attendatur scientia aduersarij,
quia contra ignorantem currit ipsa præscriptio, ut l. fin. in
fi. C. de præscrip. lon. temp. & not. per Bart. in l. fi. ff. de aqua
22 plu. arc. † Circa secundum articulum de continuatione
c possessionis, quæritur [c] qualiter interrumpatur præscri-
ptio in istis iuribus incorporalibus? dic quod eisdem mo-
dis, quibus interrumpitur in rebus corporalibus, ut no. per
gloss. in d.l. 2. C. de seru. & per Inn. in c. auditis, de præscri.
in gloss. fi. qui modi habentur in text. in l. naturaliter. ff. de
vsuc. & l. qui vniuersas. §. 1. & 2. ff. de acquiren. possess. &
no. supra in forma responsionis Rei factæ in 1. libello, in
23 glo. super versi. præscrip. † Circa tertium de bona fide,
d quæritur qualiter [d] bona fides probetur? Sol. dicit Dyn.
quòd in dubio alio in contrarium non probato, præsumi-
tur bona fides, sicut præsumitur in præscriptione rerum
incorporalium, ut not. per glo. in l. pe. C. de præscrip. lon.
temp. & l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscrip. 30. ann. per
l. nemo est, de re. iur. & Insti. de act. §. aliæ. & potest firmari
hæc opi. quia scientia & patientia aduersarij inducit taci-
tum consensum, vt supra dictum est, ergo sequitur quòd
non vtitur vi, clam, vel precario ab eius aduersario, ergo
est in bona fide. In contrarium tenet Cyn. & Ia. But. in l.
1. C. de seru. & Bart. etiam vbi supra, quod non præsuma-
tur bona fides, sed probari debeat per aliquas circunstan-
tias, & aliud est in præscriptione rerum incorporalium.
Et ratio differentiæ est, quia in rebus corporalibus titulus
facit præsumi bonam fidem, vt d. l. nemo est prædo. qui titu
lus cessat in iuribus incorporalibus, ideo cessare debet præ
sumptio bonæ fidei. Præterea secundum omnes, quælibet
res est in sui natura libera, vt l. altius. C. de seru. & l. cum
eo. ff. de ser. vrb. præ. ergo seruitus est huic naturali iuri cõ-
traria, merito ergo bona fides non debet in ea præsumi.
arg. c. 1. de præsump. lib. 6. quæ ratio cessat in iuribus cor-
poralibus, in quibus præscribendis ius assistit propter titu
lum, ut ff. de vsuc. l. 1. & per totum, vnde bona fides proban
da est in istis iuribus incorporalibus per coniecturas, & cir
cunstantias secundum eos, videlicet quod prædecessor eius
vsus est ipsa seruitute qua nunc ipse utitur, arg. l. fin. ff. pro
suo. & quod not. in l. Celsus ff. de vsucap. & per testes con-
uictinos qui dicant illam seruitutem esse debitam ipsi fun-
do, arg. eorum quæ not. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin.
actuque priua. Ego autem credo, quod probando te usum
seruitute spacio vnius anni sciente & patiente aduersario,
præsumatur bona fides, arg. d. §. hoc interdicto. † Circa
24 quartum, quod usus sit ipsa seruitute iure seruitutis, non iu
re dominij uel quasi, sed credens sibi competere, solet quæ
ri qualiter fiet hæc probatio, dicunt quidam standum esse
iuramento veritatis, cùm hæc qualitas bonæ fidei in animo
sit inclusa, iuxta not. per glo. Insti. de act. §. aliæ. & per Iac.
de Aret. & Bart. in l. pro hærede in prin. & l. gerit ff. de ac-
qui. hæredi. quam sententiam reprobat gloss. in d. §. hoc in
terdicto. & similiter Doct. & etiam Innoc. in c. bonæ. extra
de postula. & merito, quia absurdum est dicere, quòd stari
debeat iudicio partis, ut l. omnibus in re propria. C. de te-
sti. C. ne quis in sua causa. l. 1. vnde dixit d. glo. quòd debet
probari per testes, qui dicant se uidisse constitui ipsam ser
uitutem à tali, & per talem fundum, quæ practica cum sit
dura, & grauare habeat per indirectũ probare titulum, re-
probata est a Doc. quoniam ut superius dictum est, non re-
quiritur titulus, ut d. l. si quis diuturno, quare secundùm
alios, quorum opi. approbat Inno. in d. c. bonæ. dicendum
est, quòd sufficit probare publicam vocem & famam esse
inter vicinos ius seruitutis competere, & se vidisse talem
incidere sepes & mundare fossata temporibus debitis, & si
25 milia facere pro commodiori vsu seruitutis &c. † Circa
e quintum, uidelicet de scientia & patientia [e] aduersarii,
quæritur qualiter probabitur? dic secundum Doct. dupli-
citer scilicet, vere, & præsumptiuè: vere quidem probabi-
tur, si vtens certificauit super hoc suum aduersarium, uel si
bi dicendo, vel denunciando. ar. in l. denunciasse. in princ.
ff. de adulte. & l. emptor. & l. si controuersia & l. si per mu-
tationes. C. de euic. cum sim. Præsumptiue autem proba-
tur iuxta qualitatem seruitutis & circunstantias, vt puta si
ille præscribens vtebatur quotidie seruitute itineris per
domum vicini, in qua habitabat, aut per eius fundũ aquam
ducebat, quem tunc possidebat per seipsum, aut si tenebat
fenestras apertas continue in pariete domus ipsius vici-
ni, quam inhabitabat, certe in his, & similibus casibus præ-
sumitur habuisse scientiam, argum l. quisquis. C. de rescin.
vend. ad quod facit nota. in l. uerius, & in l. cum de indebi-
26 to. in prin. uersi. & ideo ff. de probatio. cum sim. † Superest
nunc discutere, qualiter seruitutes acquisitæ perdantur,
f [f] in quo articulo sic dicendum est, quòd duobus modis per
duntur, uno modo per expressam remissionem eius cui ser
uitus competit, cùm liceat cuicunque iura sua remittere,
ut l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edi. & l. si quis in con
scriben. do. C. de pac. cum sim. facit quod regulariter tradi
tur, unũ quodque posse dissolui eo iure quo ligatum est, ut
l. prout quisque. ff. de pac. cum sim. Secundo modo tollitur
per non usum legitima præscriptione interueniẽte. ut l. pe.
in fi.

in fi.C. de serui. Sed in hoc est plenius attendendum. Vnde pro conclusione distingue. aut agitur de perdenda, seu tollenda seruitute vrbana, aut rustica. Primo casu duo requiruntur, videlicet quòd non sit usus ipsa seruitute spacio 10. vel 20. ann. & quod eius aduersarius aliquid fecerit contra seruitutem. vt puta clausit foramina, in quibus consueuerit esse tignum, aut clausit fenestras, per quas luna, vel aer recipiebatur; vel si altius extulerit parietem, qui debebat seu patiebatur seruitutem altius nō tollendi. Secundo autem casu dum agitur de perdenda rustica seruitute, tunc sufficit vnum interuenire, videlicet non usus, & sic negatoria perditur in non utendo longo tempore seruitute ex parte eius cui competebat, ut hæc omnia probantur in l. hæc autem iura. cum l. seq. ff. de ser. vrb. præ. & l. si quis alia. §. fi. ff. quemad. ser. ami. & l. tria prædia. in fin.
27 ff. de ser. vrb. præd. † Sed quantum tempus est illud, quod in hac præscriptione requiritur? distingue breuiter, aut seruitus est talis cōditionis secundùm eius ordinationem, quòd in ipsius vsu interuallum temporis intercedit, puta mensium, uel dierum, aut horarum. v.g. si quis habet seruitutem ducendi aquam ad eius prata una die in septimana, uel duabus horis in die, uel una die in mense, & tunc requiritur tempus duplicatum, quod sufficit simplex in alijs seruitutibus habentibus continuū usum, ut l. si sic. ff. quem ad. ser. ami. & not. per glo. in l. pe. in fi. C. de serui. Aut seruitus non habet interualla temporis in usu eius, & tunc perditur seruitus non utendo spacio. 10. uel 20. ann. vt d. l. pe. & fi. de ser. & not. per Inno. in ca. de quarta, de præscri.
28 † Diceret iuuenis, quare non requiritur tantum tempus in seruitute perdenda, sicut in acquirenda? Respondetur, quia fauorabilior est causa liberationis, quàm obligationis, ar.
29 l. Arrianus ff. de act. & ob. † Amplius circa hoc quæritur, nunquid omnia illa, quæ supra diximus fore necessaria in
* præscribenda seruitute, sint etiam necessaria* in ea tollenda, & libertate pręscribenda, scilicet bona fides, & scientia aduersarij? Respon. distingue, aut quis præscribere vult libertatem contra rusticam seruitutem, & tunc sufficit sola negligentia non vtentis, ut dixi: aut vult præscribere contra urbanam seruitutem, & tunc puto bonam fidem, & aduersarij scientiam fore necessariam; cū in hoc casu factum ipsius præscribentis sit necessarium, ut prædixi in d. l. hęc autem iura, & l. tria prędia, in fin.

ADDITIONES.

* Quęstio, Adde Ias. in l. pretor ait. §. si initium. col. fi. nu. 14. 15. ff. de eden. Viui. com. opi. lib. 2. concl. 181.

* continuam, Adde, quòd seruitus continua censetur à uendente constituta, teste Bar. in l. 1. ff. de seruit. leg. pro quo Afflict. decis. 298. Rui. consi. 90. lib. 4. Fab. de Monte. de emp. & vend. q6. prin. nu. 71. pro qua uide Alex. ad Bart. in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infec. & cum casus euenisset in hac ciuitate: allegassentq; prædicta domini Aduocati secundum eos pronunciauit excell. Taurin. Senatus Anno. 1573. Masuer.

* Patientiam aduersarij, Adde, quòd quasi possessio induci tur ex patientia aduersarij, tex. in c. cum nobis, col. 1. de pręscrip. & an in præscriptione iurium incorporalium pręsumatur bona uel mala fides, uide Abb. in c. si diligenti col. 3. de præscrip. & Bar. in l. licitatio. §. earum ff. de publ. & uectig. & quæ habentur in c. super quibusdam §. præterea. de uerbo. sign. quòd autem requiratur scientia in pręscriptione iurium incorporalium. not Rui. consi. 163. lib. 5. Fely. tamen in c. cum nobis, col. 1. in fi. de pręscrip. reprobat Bar. in l. 4. §. in omnibus uectigalibus, qui dicit requiri scientiam, & contra quem tenet Imol. ibi, & plures alij, quos citat Rui. eos sequendo cons. 66. num. 10. lib. 3. ubi in usu seu consuetudine uel prescriptione tanti temporis pręsumitur scientia: quę etsi in principe etiam per spacium cētum annorum & ultrà non pręsumatur: in ea tamen pręscriptione consuetudo non est necessaria, nec per hoc infringitur teste Rui. consi. 26. nu. 10. lib. 1. princeps tamen præsumitur scire generalem consuetudinem, ut no. Fel. d. c. cum nobis col. 4. uer. pro quo de præscrip. Masuer.

* Necessaria, Adde Ias. in l. ex hoc edicto. col. 2. in fi. ff. de eo per quem fac. erit.

a Duo molendina uide Ias. in rep. l. quominus, ff. de flum.

b Qualiter seruitutes præscribantur, uide Flor. in l. seruitutes, de ser. vrb. præd. Bar. in l. quoties, la 1. Bar. in l. 1. in §. interdictum. ff. de iti. actuq; priuato. Quæ requirantur in prę scriptione seruitutis.

c Quæritur. vide glo. fi. in c. illud, de præscrip. Docto. in l. 1. C. de long. temp. præscr. Bar. in l. naturaliter, & in l. Celsus, de usuc.

d Qualiter bona fides probabitur, vide Bal. in l. Celsus. ff. de usu. Cyn. in l. super longi. C. de præscr. long. temp. Cyn. in l. 1. C. de ser. gloss. pe. in c. a si diligenti, de præser. Specu. tit. de caus. poss. & propri. in §. nunc dicendum, uer. item quare. Spe. tit. de præsc. uersi. item præsumitur.

e Patientia. vide per Flor. in l. eiusdem. ff. de accusa.

f Perdantur, uide Spe. in tit. de rest. spo. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio quid sit.*
2 *Iurisdictione collata, an censeatur collatum merum & mixtum imperium.*
3 *Verbum concedere, quid importet.*
4 *Merum imperium, mixtum, & iurisdictio quid sit.*
5 *Iurisdictio in suo genere sumpta qualiter acquiratur.*
6 *Iudices ordinarij, qui nam sint.*
7 *Negatoria & confessoria competunt pro iuribus incorporalibus, scilicet non tantum pro seruitutibus sed iurisdictionibus.*
8 *Iurisdictione collata pluribus personis diuersis temporibus, quis eum praferatur.*
9 *Vniuersitas qualibet an habeat generalem iurisdictionem.*
10 *Possessio iurisdictionis, qualiter apprehendatur & continuetur.*
11 *Tyrannus faciens carcerare aliquos homines qui sunt iurisdictionis sue, an propter hoc possessionem iurisdictionis acquirat.*
12 *Iurisdictionis possessio quando retineatur.*
13 *Possessio dignitatum ecclesiasticarum qualiter acquiratur & retineatur.*
14 *Iurisdictio generalis, an quæratur præscriptione.*
15 *Ius pedagiandi, an quæratur præscriptione.*
16 *Præscribens ius pedagiandi de certis rebus an possit exigere de alijs.*
17 *Ius pedagiandi, quanto tempore perdatur.*
18 *Libertas contra solutionem pedagij quanto tempore præscribatur.*
19 *Solutio gabella, an præscribi possit in aliqua villa habente de per se suos confines & iurisdictionem.*
20 *Conductori pedagij superueniente guerra, an debeat fieri remissio in toto, vel pro parte.*



PLENAM Et omnimodam iurisdictionem. Attende tu iuuenis, quòd Tullius dixit in libro de officijs. § Cauenda est gloriæ cupiditas, eripit enim libertatem pro qua magnanimis uiris omnino debet esse cōtentio, nec imperia expetenda sunt, sed potius non accipienda, interdum autem deponenda. Nonnunquam etiam, ut idem inquit, efficiendum, ut appetitus rationi obediat, cui sunt subiectæ naturæ &c. § Pro euidentia autem dicendorum quæritur, quid sit iurisdictio, ᵃ ubi respondetur, quòd iurisdictio largo modo sumpta est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ, ut inquit glo. in l. 1. ff. de iu. om. iu. Inde quæritur, an iurisdictio prout est genus, comprehendat sub se species & qualitates? Dic quòd cum sit genus, continet sub se merum imperium, ac mixtum, & simplicem, & inferiorem iurisdictionem, ut no. per glo. & Bart. in l. imperium. ff. de iu. omni. iu. & probatur in l. 1. ff. de offi. eius cui

man.

man.est iu.& in auth.de defen.ci.§. iusiurandum. cum sim.
2 † Per hoc autem deciditur illa quaestio, si Imperator contulerit alicui iurisdictionem in castro, an uideatur contulisse merum & mixtum imperium, & dicitur quòd sic, quia uerbum iurisdictionis, simpliciter prolatum debet intelligi & interpretari in suo potentiori esse per iura praedicta,
3 & per l.l.fi.cum ibi no.ff.de const. princ. † Quid autem si imperator vtatur uerbo concedimus, v. g. { concedimus
b [b] tali in castro Sartiranae iurisdictionem. &c. } quid habet importare hoc verbum, concedimus? quidam dixerũt. quòd importat nudum exercitium iurisdictionis, non ius aliquod, nec iuris translationem, arg.eorum quae de significato huius verbi traduntur per glo.& Bart.in l.fi. in princ. ff.de don. Alij verò & melius dicunt, quòd importat translationem iuris totius iurisdictionis.argu.c.abbate extra de verbo.signi.& in l. 1.ff.de consti.prin. & l.1.§. cum vrbem.
4 ff.de offi.praefe.vrbis.† Quid autem sit merum imperium,
c [c] quid mixtum, & quid iurisdictio, inferius habetur, & no
5 tatur in text. & gloss. d.l. imperium.† Post haec quaeritur,
* qualiter iurisdictio * in suo genere sumpta acquiratur? ad quod respondetur, quòd tribus modis, videlicet lege, con
* suetudine, * & imperiali concessione, ut not. per gloss.& Docto.in c.quoniam enormis.extra ne praela.vi.su.l.more. ff.de iuris.om.iud.probatur ex his quae habentur in l. 1. ff. de offic.eius cui man.est iu.& l.1.& fi.C.de eman. li. & per Inno.in c.conquerente. & c.cum ecclesiarum. extra de of. ord. Quarto modo acquiritur, videlicet legitima praescriptione, de qua infra dicetur, licèt aliqui voluerint dicere hunc casum includi sub illo de consuetudine, quod est falsum, iuxta nota.per Cyn.in l.2.in 4.quaestio.C.quae sit lon. consue.sed si summatur iurisdictio in sua rudi specie, tunc autem quaeritur per delegationem ab ordinario factam, ut l.qui mandata.ff.de offi.eius cui man.iurisd.& d.l.more.& l.solent.in princip.de offic.procon.& l.1.C.qui pro sua iu
6 risd.& in l.2.C.de peda.iud.cum simil. † Qui autem ap-
d pellantur iudices ordinarij? [d] dic quòd illi de quibus a lege vel imperiali culmine competit ius dicendi potestas, ut habetur 2.q.6.in c.à iudicibus.& d.l.1. de offi.eius, cum similibus supra alleg.facit etiam Auth.vt iu.sin.quoquo suf. §.sic igitur.& §.oportet.& in auth.de man.prin. & in auth. de iud.per totum & per omnes illos ti.C.& ff.de offi. prae-
7 fe.prae.& de offi.praefe.vr.cum seq. † Et aduertendum, quod pro istis iuribus incorporalibus & iurisdictionibus competit confessoria & negatoria, sicut dictum est supra competere pro seruitutibus rusticis & vrbanis, ut not. per Inn. in cap.conquerente.extra de of.or. & in c. inter quatuor.
8 de ma.& obe.& c.abbate.de uerb. signi. † Quid autem si imperator contulit diuersis temporibus pure & simpliciter duobus militibus, & separatim iurisdictionem perpetuam in eodem castro, uel eadem ciuitate, ut plerunque accidit, Breuiter dic, quòd in beneficijs ecclesiasticis habet locum regula, qui prior est tempore prior est iure, & inspicitur tẽpus datae literarum, non tempus praesentationis earum, ut in cap.cum qui.cum ibi no.de rescrip. lib. 6. nisi secundae litterae haberent clausulam derogatoriam primarum, ut traditur plenius de hac materia in c.ibi qui de rescr.lib 6.& in c.capit.Sanctae Crucis. extra de rescrip. ubi vide. In beneficijs autem & in priuilegijs temporalibus seu spiritualibus dic idem, maxime quia concessio sequens semper in dubio intelligitur facta sine praeiudicio & laesione priorum, ut l. 2.§.si quis à principe. & §. merito. ff.ne quid in loco pub. facit quod no. per Dyn. in
9 regula iuris qui prior. lib. 6. † Vlterius quaero, [e] nun-
e quid quaelibet vniuersitas habeat generalem iurisdictionem cum mero & mixto imperio a lege, uel à consuetudine, aut usucapione? Breuiter secundum Bartol.distingue, ut eleganter tractatur in dicta l.imperium,& l. prima.ff.de dam.infect. Quaedam est vniuersitas quae facit, seu constituit vnam prouinciam, ut est populus Lombardiae, uel Montisferrati, vel Tusciae. & sim.& tunc talis vniuersitas, ipsiusque rector, seu praeses habet omnem iurisdictionem cum mero & mixto imperio, ut l.prima,& tertia, C.de offi. recto.prouin.& l.illicitas.§. qui vniuersas. de offi.praesi. Quaedam est uniuersitas, quae constituit solam ciuitatem, tunc ipsius rectori competit de iure communi iurisdictio simplex in casibus leuibus tantum, non tamen merum & mixtum imperium, vt C. de defen.ci. l. prima, & in Authen. de desen. ci. §.iudicare. & §. audiene. & §. iusiurandum.in fi.Fallit in ciuitate Romana, ut l.prima, §.cum vrbem. ff. de offi.praef. vrb. Fallit etiam hodie in ciuitate Lombardiae, quibus merum & mixtum imperium est concessum per legem de pace Const. & in aliquibus alijs ciuitatibus quae hodie infinitae sunt quae omnem iurisdictionem cum mero & mixto imperio sibi praescriptione longissimi temporis quaesierunt, aut imperiali concessione. Quaedam est uniuersitas, quae constituit aliquod simplex castrum, & tunc aut istud castrum subest alicui ciuitati, & tunc ei non competit aliqua iurisdictio immo ipsa ciuitas cui subest habet illam quam exercet in alio castro & eius uniuersitate, ut in l.qui ex vico. ff.ad muni.facit C. de nat. l.4.C. de episc.& cleri.l.nulli. & in Authen.quib.mod.na. effi.sui. §.fi.quis igitur. aut tale castrũ nulli subest ciuitati, sed solùm praesidi, uel generali domino prouinciae, & tunc habet illam eandẽ iurisdictionem de iure communi, quam habet quaelibet ciuitas, ut patet in castris Montisferrati, Pedemontium, Delfinati, Cremae, & Sonzini secundùm Azo.in summa sua. C.de magi.munici. Quaedam uerò est vniuersitas, quae non constituit prouinciam nec ciuitatem
* vel castrum, sed quoddam collegium * artificum, ut puta lanificum, cerdonum, pelipariorum, & sim. & tunc habet simplicem & inferiorem inter seipsos iurisdictionem, ut l.pen.& fi.C.de iuri.om.iud.de quo plene not. per Innoc.
10 in ca. cum ab ecclesiarum, de offic. ord. † Viso qualiter iurisdictio acquiratur. uidendum est qualiter eius possessio apprehendatur & continuetur? ubi secundùm Inn.in c. 2.extra de capel.mo.sciendum est, quod possessio generalis iurisdictionis apprehenditur, si unus actus etiam solius iurisdictionis exerceatur. v.g. si cognouit de vna causa ciuili vel criminali. vel si quod simile faciat, quod ad generalem iurisdictionem pertineat, intendens semper in animo suo uelle vti ista iurisdictione uniuersaliter. nam si solum intenderet uti particulariter, puta in causis ciuilibus tantum, non acquireret sibi possessionem in criminalibus, argu.ff.quemadmo.ser.amit.l.fi.& in c.auditis.& in cap.cum olim.de praescri.ueruntamen in casu praedicto ipsa talis iurisdictio dicto modo appresensa non extenditur ultra illam personam, in quam fuit ipsa iurisdictio exercitata secundùm eum. Nec obstat ad hoc quod supra dicitur, quòd per vnum actum iurisdictionalem quaeritur in omnibus comprehensis sub iurisdictione, quia diuersi sunt casus. Et ratio secundùm eum diuersa est, quia in generali iurisdictione comprehenduntur omnes partes eius, ideo per exercitium unius actus, quasi possessio acquiritur in omnibus actibus propter eorum connexitatem; sicut dicitur in gleba; nam vnius glebę apprehensa possessione intelligitur etiam apprehensa in alijs omnibus sibi contiguis, ut in l.3.in princ.ff.de acquir.pos.quę ratio non congruit personis quę diuersę & separatę sunt. Aduerte quòd hęc opinio uidetur absurditatem continere, sequitur enim ex ea quòd si in aliqua ciuitate, uilla, uel castro competat alicui iurisdictio, quòd eius possessio in singulis omnibus non quęratur, nisi tunc demum cùm in singulis eorum iurisdictionem exercuerit, & sic potest euenire quòd multi erunt qui nec ciuiliter causas agent, nec delinquent sic quòd ullo tempore non habebit in eos possessionem nec acquiret iurisdictionem, quod est absurdum, unde Cyn. & alij Doct. in l.prima, circa fi.de eman. li.aliter sentiant, dic ut ibi. Putarem ego idem in hominibus, quod in speciebus iurisdictionis, quando omnes homines sub uno circuitu includuntur, secus si in diuersis; unde si alicui competit iurisdictio

ctio in certo territorio habere plura castra diuersa, si unus actus iurisdictionis exerceatur in uno homine vnius castri, non erit quæsita possesio quò ad homines habitantes in alio castro, sed bene erit quæsita quò ad homines eiusdem castri: & cum hac determinatione intelligo dictum Innocen. & aliorum. Acquiritur etiam iurisdictionis possesio alio modo secundum Innoc. uidelicet si quis publicè per plateas ciuitatis, uel villæ bannum uel edictum proposuit, seu proclamare fecerit hoc modo. [Ex parte talis domini præcipitur vnicuique quod nullus audeat talle quid facere sub tali pœna &c.] licet enim nullus contra fecerit, tamen possesio acquiritur iurisdictionis, si nullus alius tunc erat in ipsa possessione iurisdictionis, alioquin si tunc alius prior esset in possessione, non quæreretur sibi ex his actibus vlla possesio generalis iurisdictionis quo ad omnes alias species, nec quo ad omnes personas, sed bene quæreretur quò ad illa sola capitula ipsius iurisdictionis, & quantum ad illas solas personas in quas ipsam iurisdictionem exercuisset. de quo vide Cyn. ubi supra.

11 † Ex his patet secundùm Inn. quòd si aliquis tyrannus, qui multi sunt tempore moderno, faciat homines alicuius uillæ uel castri alterius domini confiteri, & protestari, quod sunt sui homines, uel suæ iurisdictionis, aut ab eis accipiat iuramentum fidelitatis, uel faciat eos renunciare iurisdictioni prioris domini, per hoc non acquirit sibi ullam iurisdictionis possesionem; quia talia non sunt acta iurisdi-

12 ctionis. argum. in cap. cum dilectus. de reli. do. † Retinetur autē possesio iurisdictionis, cùm fuit quæsita, sicut & possesio cæterarum rerum corporalium, uidelicet solo animo, ut not. per Barto. in l. iusto. §. non mutat. in fin ff. de usuc. & per Innoc. in cap. querelam. de elec. & in cap. bonæ. el secundo, de postu. præla. vnde si per quinquaginta annos quis staret postea quòd non vteretur ipsa iurisdictione in ipso castro uel villa, dummodo alius eo tempore non uteretur, non priuaretur iure suo. Quinimmo & si habet quis iurisdictionem in certo territorio, ubi sunt plura castra, & in uno solo vsus fuerit iurisdictione, retinebitur possesio in omnibus castris eiusdem territorij uel prouinciæ secundùm eum ubi supra. argum. dictę l. tertię, in prin.

13 ff. de acquir. poss. † Qualiter autem acquiratur possesio dignitatum ecclesiasticarum, & qualiter retineatur, plenè not. per Innoc. in cap. in literis. de rest. spo. Circa tamen præmissa occurrit dubium, pone quòd aliquis prætendat, ad se pertinere iurisdictionem talis castri quod ab alio posidetur, quæritur contra quem agere debebit confessoria, an contra homines castri, an cōtra illum possessorem? Dic breuiter, quòd agi potest contra vtrunque, ut not. in c. auditis. & in c. cum olim. de præscrip. & specialiter contra homines. argu. ff. si vsufruct. pet. l. pe. in fi. & ff. si ser. uen. l. si cuti. §. si quæratur. l. si quis diuturno, & si fuerit actum contra alterum, non faciet sententia lata alteri præiudicium, nisi sciuerit causam suam agi. l. sępe. §. scientibus. ff. de re iudica. quod sequitur Innocen. & Ioan. And. in cap. auditis.

14 in 1. glo. ubi plenè no. de hoc. † Modo reuoco in dubium, f an iurisdictio [f] generalis quæratur præscriptione? Breuiter dic, quòd sic per tex. in d. cap. auditis & cā. cum olim de pręscrip. cum sim. ibi not. & idem sequitur Cyn. in d. l. prima, C. de eman. li. pro quo facit text. in l. fin. ff. de aqua plu. ar. dum tamen interueniat scientia & patientia principis, seu illius ad quem ipsa talis iurisdictio pertinebat, secundùm Barto. ut ibi nota. per eum in d. l. iusto. §. non mutat. ff. de usuca. pro hoc etiam facit l. uiros. cum. ibi no. per glo. de diuer. of. & appari. lib. 12. & not. etiam per Gul. de

15 Cu. & alios in d. l. imperium. ff. de iu. om. iud. † Amplius circa præmissorum doctrinam quæritur, an ius pedagiandi

g [g] seu vectigalia imponendi præscriptione quæratur? breuiter dic, quòd sic, præscriptione tanti temporis cuius initij in contrarium memoria non existit, vt est tex. in c. quibusdam §. præterea, extra de verb. signi. quod sequitur Cyn. in l. 2. C. noua. vec. impo. non poss. & Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de pub. & Ray. eodem titu. l. vectigalia. dum tamen, vt prædictum est, interueniat scientia, & patientia eius contra quem præscribitur, sicut in cæteris iuribus incorporalibus dictum est. Sed hic aduertendum secundùm Bart. ubi supra, nam aut præscribitur hoc ius pedagiandi contra priuatum, ad quem prius pertinebat uel ex concessione principis, uel præscriptione, & tunc sufficit eius scientia & patientia, & tempus longum 10. uel 20. ann. Aut præscribitur contra principem, & tunc exigitur tempus cuius contrarij memoria non existat à scientia ipsius principis, uel saltē præsidis illius prouinciæ scientia & patientia, ad cuius præsidis curam pertinet de talibus uectigalibus, ut l. tertia, C. noua. uec. impo. non pos. Ex quibus infertur secundùm Barto. quòd multæ ciuitates, uillæ, & castra maximè in Tuscia non præscripserunt ius pedagiandi, nec imponendi uectigalia; quia non interuenit pręsidis scientia, nec principis propter ipsorum

16 absentiam. † Quid ergo si aliquis præscripserit ius pedagiandi de certis speciebus tu reb. puta de lino, & lana an poterit exigere de alijs rebus, puta de uino, & frumento, & alijs? Dicit Bartol. ubi supra quòd non, argum. ff. de itin. actuque priua. l. prima, §. si quis hoc interdicto. cum ibi not. & probatur in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de pub. ad quod facit quod not. Innocen. in cap. auditis. de præscrip.

17 † Sed nunc quæritur, quanto tempore perditur ius pedagiandi? dicit Bartol. in dicto §. earum rerum, distinguendum: aut enim tale ius pertinebat, pertinebat ad priuatam personam priuilegio, uel consuetudine, & tollitur, & perditur spacio 10. ann. eo non utendo. arg. in l. prima, ff. de nundi. Aut pertinebat ad fiscum, seu rempublicam ciuitatis, & tunc requiritur cessatum esse spacio. 40. annorum. l. omnes. C. de præscriptio. 30. ann. Nec obl. l. competit. eod. titu. quia loquitur in solutione tributi, quòd prestatur in recognitionem uniuersalis dominij, cui non præscribitur, sicut nec decimis, ut in cap. causam. de præscriptio. & in cap. dudum. de decim.

18 † Ex his infertur, quòd hodie libertas, ne quis teneatur ad solutionem collectarum uel onerum, potest contra ciuitatem uel castrum præscribi spacio. 40. annorum: ut determinat gloss. in l. si publicanus. in §. de rebus. & probatur ea. l. §. in omnibus, & ibi per Iacob. de Are. ff. de publ. & in l. licitatio. §. earum rerum. C. eod. titu. & not. per Dy. in l. commissa. ff. de publ. licèt de iure communi omnes ad hæc onera teneantur, ut l. omnes. C. de anno. & tribu. lib. 10. & l. secunda, C. de mu. pa. & in l. uacuatis. C. de decu. libro 10. cum sim. ibi nota. Et not. quia faciunt præscriptionem, de qua supra, l. fina. C. de fun. rei priua. in glo. super uerb. uetustatis, & quod nota. per gloss. in l. frau-

19 dem. C. de anno. & tri. † Quid ergo dicemus de quæstione quotidiana occurrente de facto. Ecce quòd uilla uel castrum habet merum & mixtum imperium, & territorium & confines per se ab alijs locis separatos, intra quod territorium & confines aliquis habet certas proprietates, pro quibus prætendit se non soluisse aliqua onera spacio 40. annorum, & sic dicit se tutum præscriptione, quæritur an sit audiendus? uidetur quòd sic, quia ista stant simul, quòd tota iurisdictio & confines sint unius uillæ uel castri, & tamen in eodem territorio & eiusdem confinibus posit res uel proprietas aliqua præscribi, ut in cap. auditis. & in cap. cùm olim. de præscrip. cum sim. ibi not. In contrarium facit, nam istæ sunt publicæ functiones, quæ principi debentur, ideoque eis non præscribitur, ut in l. com-

20 tit. C. præscrip. 30. ann. † Quid si aliquis emerit, ut quotidie uidemus, à ciuitate pedagium aliquod pro certo tempore simpliciter sine pacto, & inde pendente tempore superueniat guerra, quæ impedit exactionem & fructum dicti pedagij, an fiet ipsi emptori remissio eius quantitatis in toto, uel in parte, de qua respondere habet ipsi com-

h muni? Aduerte quòd plerunque de facto contingit [h] &. Barto. hanc quæstionem latè disputat. in l. cotem ferro. § qui

qui maximos. ff. de pub. Sed conclusiuè dicit, quòd uendita uidetur sola commoditas & perceptio ipsius pedagij, non autem ipsum ius pedagij. argum. l. si vsufruct. ff. de iudo. & in l. necessario. §. fina. ff. de peri. & commo rei vend. & l. Aquilius. ff. de donat. nam ipsum ius vendi per ciuitatem non posset, ut l. fina. C. de vec. vnde quando venditur talis commoditas seu perceptio pedagij, videtur uendita alea, vel tractus retis, vel piscium, vel fructus futuri, ut l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. & l. si iactus. ff. de act. emp. vnde secundùm eum sic distingue, aut guerra contingit sine facto & culpa ciuitatis à qua emit pedagium, & tunc non debet ipsi emptori fieri aliqua remissio, sed omne periculum contingens cedit eius damno, vt dictis iuribus. & Insti. de emp. & vend. §. cum autem. & ibi not. aut guerra contingit facto vel culpa ipsius ciuitatis, vt quia contra eam fit guerra, vel ipsa ciuitas facit contra aliam guerram, siue iustè siue iniustè secundùm eum, & tunc debet fieri sibi remissio. ar. l. si merces §. culpæ. ff. loca. & l. fi. C. so. ma cum sim. Nec obstat l. fina. ff. de act. emp. quia ibi non fuit illa guerra seu uolentia propter inimicitiam uenditoris, aliàs secus, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

* Consuetudine. Adde, quòd habens iurisdictionem ex consuetudine in uno uidetur etiam habere in eius consecutiuo, seu accessorio, teste Rom. consi. 243. Dec. in capit. translato. 1. lect. nu. 8. de consti. in cap. præterea. colum. fin. vers. & consuet. de off. deleg. in rub. de appel. col. 2.

* Iurisdictio. Adde, an iurisdictio vel merum imperium cohærens territorio trasferatur per alluuionem territorij; & Dic, ut per Ias. cons. 146. col. 3. post prin. lib. 2. vbi concludit, quòd per alluuionem non sit acquisita aliqua iurisdictio, sed remaneat sicut antèa, pro quo vide tex. in l. Martius ff. de acq. re. dom. l. ergo. §. alluuio. eod. tit. Distingue, vt latius per Ias. d. consi.

* Collegium. Adde quòd in actibus collegialibus, seu capitularibus nõ sufficit singulos de collegio separatim consentire, sed oportet, quòd sint collegialiter congregati, & ita consentiant, teste Ias. in l. si quis filio. §. si parti, nu. 8. ff. de leg. 1. ubi plura de vniuersitate, & collegio, quid de Senatoribus vide ibi nu. 9. vbi quod non sufficit si quilibet Senator seorsum consentiat, quia auctoritas Senatorum nõ est disgregata per singulos, sed iuncta apud collegium, & in forma collegij. Masuer.

a Quid est iurisdictio. Vide per Bartol. Cœpo. in tracta. de ser. vrba. præd. c. 11. & per Bart. in con. inci. an iuris.

b De uerbo concedimus. vide Doc. in l. si quis ergo casus. ff. de pec. glo. in ver. super tit. de usu. lib. 6. & ibi Doct. Abb. in c. pastoral. in 1. not. de dona. Abb. in c. cum venerabilis. de excep. in 1. uol.

* Iurisdictio. Adde, fac. quæ scribit Ias. in l. 1. nume. 1. ff. de condic. ex lege, vbi quòd statuta principum, Ducum, Comitum & Marchionum non recognoscen. superiorem, & haben. perpetuam iurisdictionem; censentur ius ciuile, non prætorium, cum habeantur loco supremi principis, Bart. in l. 1. §. de qua re. ff. de postul. in l. infamem. ff. de pub. iud. in l. relegati. ff. de pœn. in l. hostes ff. de capti. & sic eorum statuta censentur ius ciuile, & quòd Princeps non recognoscens superiorem de iure uel de facto habeatur loco Imperatoris quò ad suos subditos, not. Bar. d. l. hostes. ff. de capti. in l. relegati. ff. de pœnis, quid de principe qui habet iura imperij: & q sit supra Ius positiuum not. Nat. consil. 367. de quo etiam cons. 179. 402. & dixi ad Ias. d. l. 1. ff. de condic. ex l. Masuer.

* Concedimus. Adde, de materia concessionis, & Verbo concedo, quæ scribit Alex. consil. 96. num. 4. lib. 5. Boer. q. 42. colum. 8. post prin. & quid de verbis positis in concessione, cum iuribus suis & pertinentijs, & Dic, quòd non probant, nisi quatenus per alias probationes appareat limitatè de ipsis iuribus, teste Rol. consi. 81. num. 13. libro 2. Quibus adde quòd refert an concessio incipiat a corpore vel a quantitate, nisi ex circumstantijs & alijs clausulis aliud colligatur, teste Alex. consi. 8. lib. 4. pro quo uide quæ not Ias. in l. si sic legatum. §. si mihi, colum. fi. ff. de leg. 1. ubi dixi, & vide eundem in l. si quis in aliquo nu. 8. C. de eden. Rom. consi. 336. Quid de concessione facta per principem de castro, villa, & alijs, & Dic, quòd intelligitur facta cum pertinentijs, iuxta tradita per Nat. consil. 405. vbi quid de iurisdictione & alijs, & uide Dec. consi. 517. colum. fin. nu. 9. quòd autem hoc uerbum concedimus, importet translationem iuris sicut & translationem dominij, not. Ias. in l. si pœne causa. §. cum iter. num. 5. & seq. ff. de cond. indeb. ubi plura. Masuer.

c Quid sit merum imperium, Adde gl. & Do. in l. imperium. ff. de iur. om. iudi. Spe. tit. de iur. om. iudi. §. 1. ver. notandum. Docto. in cap. cum ad sedem. & in c. conquerente. de offi. ordi.

* Merum Imperium. Adde, an ciuitas posit præscribere merum & mixtum imperium, ita ut non subijciatur: Dic, quòd non secundum Rui. consi. 69. col. fi. lib. 5.

d Quis dicatur iudex ordinarius, uide in c. cũ ab ecclesiarum. de offi. or. Doct. in c. cum in ecclesijs. de ma. & obe. Docto. in ca. nemo 2. q. 1. Ant. de But. in c. cæterum. de iud. uer. de uenio ad secundum glo. in l. quanquam. in §. ubi decretum. ff. de offic. procon. Docto. in l. 1. & 3. de offic. eius cui man. est iurisd. per Ro. decisio. 338. & in cap. ordinarij, iuncta gloss 2. de offi. ord. per quam dicunt ibi Docto. quòd in materia adaptabili uerbum ordinarius comprehendit inferiores episcopis, & idem tenet Abb. in cap. post cessionem, de proba.

e Vlterius quæro &c. vide Bal. in d. l. imperium. & Bal. in addi. Specu. tit. de iu. omni. iud. versi. merum imperium.

* Vlterius quæro. Adde Ias. in l. si quis à filio §. si parti. ff. de leg. 1.

f An iurisd. quæratur præscriptione, vide Bar. consi. 1. incip. quæritur utrum iurisdictio. & Flo. in l. si sic constituta. ff. ff. quemad. ser. ami. Bal. in l. fin. ad fin. C. de long. temp. præscri. Pau de Cast. consi. 432.

g An ius pedagiandi præscribatur, vide Bal. in l. si plures. C. de cond. inser. & diffusè per Bertachinum in tracta. de gabellis in prima parte in 10. q. & Pau. de Cast. consi. 287. & Fede. de Se. consi. inci. laicus de prædio.

* Ius pedagiandi. Adde, quanto tempore præscribatur iuri soluen. vectigalia fisco vel reipub. & quid de iure soluen. collectas, & vide Rom. consi. 252. 4. dub. Alex. consi. 3. lib. 5. Corn. consi. 22. col. 6. lib. 3. Ias. consi. 102. col fi. lib. 4. ubi quòd sufficiunt 30. anni ad præscriben. talem libertatem, licet Alex. consi. 136. lib. 2. dicat debere concurrere quatuor, de quibus per eum ibi; cui adde Cur. Iun. consil. 60. num. 17. pro quo vide Balb. de præscrip. sed requisita per Alex. non habent locum in præscriptione tanti temporis cuius initij &c teste Rub. consi. 22. & hanc dicit cõmunem Alex. consi. 6. lib. 1. Fely. in c. de quarta, col. fi. de præscrip. Dec. consi. 85. quod tempus habet rationem priuilegij c. super quibusdam. §. præterea. ubi glo. extra de verb. sign. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. quot. & æsti. Ias. in l. quominus. col. 10. ff. de flum. Fely. in c. si diligenti, col. 7. de præscrip. Abb. in c. super quibusdam, extra de uerb. sig. qualiter autem præscribatur libertas vide glo. in ca. non licet. extra de præscrip & de tempore cuius initij memoria non extat in contrarium: quid operetur, & ad quid extendatur, uide Balb. de præscrip. 2. par. 3. par. prin. col. 4. & 2. par. 4. par. prin. q. 4. glo. in l. si arbiter. ff. de prob. Guid. Pap. q. 416. & an regalia præscribantur & qualiter, Ias. cons. 208. 209. & an posit præscribi census debitus imperatori idem Ias. consi. 70. lib. 3. ius autem in feudan. quanto tempore præscribatur etiam contra ecclesiam, uide Curt. de feud. q. 3. 2. par. prin. & Dic, quòd non præsumitur scientia in principe etiam spacio centum annorum iux. not. per Ruin. consilio

filio 16.lib.1.ubi refert in quo Bar.reorobetur,uel non,in l.licitatio.§.earum rerum ff.de pub.& uectig. Masuer.
h Contingit. Adde ut per Pet.de Anch.ꝯſi.40 4.& conſ.416.

SERVITVTVM Poſſeſsione,& quaſi,fuit, & ſtetit. Meritò dicitur { & quaſi } quia in iſtis iuribus incorporalibus non eſt propriè uera poſſeſsio, ſed impropria,ut l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acq.re.domi.in l. quoties,de ſeru.Qualiter autem poſſeſsio,uel quaſi,in iſtis iuribus acquiratur,dictum eſt in præcedenti glo.

* SPACIO * Annorum 30. Quale & quantum tempus in iſtis præſcriptionibus requiratur, plene dictum eſt ſupra.

ADDITIO.

* Spacio, Adde, ꝙ libertas contra ſeruitutes ruſticas præſcribitur 10. annis, abſque aliquo facto præſcribentis: & ſine titulo,& bonafide ex ſola negligentia nō utentis, ſecus in ſeruitutibus urbanis,teſte Iaſ.in l.ex hoc edicto colu. 2. circa fi.poſt nu.8.ff.de eo per quem fac.erit.

QVARE Cum prædicta vera ſint. Hæc eſt libelli cõcluſio, quæ præ cæteris eſt notanda, ut prædixi ſæpius &c.

DEBERI, Et debitas eſſe prædictis molendino & domui. Hic multum no.quòd uerba ſententiæ proferendæ,debent referri ad rem ipſam cui ſeruitus debetur, non autem ad perſonam cuius res eſt, ut habetur in l. qui aliena ff.de nego.geſt.

AD NON Turbandum & moleſtandum. Vides hic,quòd pro huiuſmodi iuribus incorporalibus ſimul & ſemel proponitur actio confeſſoria,& interdictum vti poſſidetis,quod iure fieri poteſt, cum nulla ſubſit contrarietas uel repugnantia,ut traditur in l.ſicut.in §.Ariſto, & l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.vend.& Luti frui. in fi.ff.ſi uſufru.pet.& in l.pe.ff.de ſer.& eſt tex.in c.cùm eccleſia ſutrina extra de elec.& plenè dixi ſupra in tit. de poſſeſ. turba. vbi uide.

SVMMARIVM.

1 *Multa in concluſione peti poſſunt quæ ſpectant ad iudicis officium per ſententiam declarare.*

PRAESTANDVM Eidem ante debitā ſuper hoc
1 cautionem. † Si ſanè conſideres, uides quòd multa in concluſione petuntur,quæ ſpectant ad iudicis officium per ſententiam eius declarare. Primò quidem iudex debet pronunciare ſuper iure ſeruitutis,uel iuriſdictionis, ſi ſit debita,uel non. Secundò in quantum reperiatur deberi,pronunciabit quòd aduerſarius teneatur patientiā præſtare de præſenti. Tertiò, quòd caueat de non turbando in futurum,ut eſt text.in l.harum. ff.ſi ſer.ven. Quartò condemnabit reum ad intereſſe temporis præteriti, ut l. loci corpus.§.1.ff.ſi ſer.ven. Quintò prouidebit,quòd lite pendente reus caueat, de non impediendo ipſum poſſeſſorem uti ſolita ſeruitute, uel iuriſdictione uſque ad finem litis, ut habetur in l.pe.ff.de aqua quoti.& æſt.l.4.§. hoc autem. ff.de iti.actuque priua.facit quod not.per Inno.in d. c. abbate,in fi.glo.de uerb.ſigni. Cætera autem quæ in litera ſequuntur,declara ut alias ſcripſi.

Forma libelli in actione negatoria.


ORAM vobis Do. Pet. Vicario Dom.poteſtatis Papiæ agit & in iure proponit Auguſt. de Pozolo ſuo & ſyndicatorio nomine communis & hominum terræ Garlaſchi, contra & aduerſus Io.Fran.Gallinā,& contra quamcunque aliam perſonam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem,dicens ipſe Auguſt.quòd iam longiſsimo tempore,tam per ſe quam per eius anteceſſores tenuit, & poſſedit pro ſua & tanquam ſuam domum unam poſitam iu Papia,cui cohæret &c.in quam domum præfatus Io.Franc. ex quadam eius domo poſita in dicta ciuitate,cui cohæret &c.infixit ſeu impoſuit trabem unam ſeu tignum unum præter & contra voluntatem, ſcientiam & patientiam dicti Aug. & hodie infixum & impoſitum habet & tenet, indebitè & iniuſtè. Amplius dicit & proponit idē Aug.quòd præfatus Io.Fran. deriuare,ſeu decurrere facit aquam per quandam petiam prati dicti Auguſt.poſitū &c. Rurſumque idem Ioan. Fran. prætendens habere iuriſdictionē in loco Garlaſchi, in ipſo loco,& homines ibidem commorantes & habitantes nititur exercere, & de facto exercuit, & exercet iuriſdictionem tam in ciuilibus,quàm in criminalibus cauſis,cùm tamen rei veritate inſpecta ad ipſum Io. Fran. nulla iuriſdictio pertinuit, nec pertinet in loco prædicto, ſed ipſa iuriſdictio in totum ſpectauit & pertinuit, & hodie ſpectat,& pertinet ad commune, & homines, & uniuerſitatem Papiæ, cui ciuitati ipſe locus Garlaſchi ſubiectus & ſuppoſitus fuit & eſt antiquisſimis temporibus, quo ad omnimodam iuriſdictionem & merum & mixtum imperium.Et qm̄ ipſe Io. Fran.ſæpius admonitus & requiſitus, ut à p̄dictis deſiſteret,recuſauit, & recuſat deſiſte e indebitè & iniuſtè. Iccirco p̄fatus Aug. animaduertens p̄dicta uera eſſe,cùm nunq̄ d. Io.Fran.ius cōpeteret in p̄dictis,petit & requirit nomine quo ſupra ſingula ſingulis debite referendo,quatenus per veſtram diffinitiuam ſententiam pronuncietis & declaretis,nullam ſeruitutem, nec iuriſdictionem, nec ius aliquod ſeruitutis & iuriſdictionis,nec competiiſſe,nec cōpetere in prædictis domo,aquæductu,& loco Garlaſchi dicto Ioan.Fran.ſed ipſum locum Garlaſchi,dictam domum, & petiam prati fore & eſſe liberas & exemptas à prædictis iuriſdictione & ſeruitute. Vlteriuſque condemnetis dictū Io. Fran.ad non utendum de cætero dictis iuriſdictione & ſeruitute, & in omnibus damnis,& intereſſe, & expenſis factis, & paſsis per ſupraſcriptū Augu.& de fiendis & patiendis per ſupraſcriptum Auguſt.in futurum ſolenniter proteſtatur, deducendo in præſenti iudicio omne ſuum ius ſibi competens & competiturum. Saluo iure adden.&c.non aſtringens ſe &c.


ORAM Vobis a Iſte libellus eſt negatiuè cōceptus,quia negatoria,quæ in eo proponitur, eſt huiuſmodi naturæ, ut per eam negetur ius compere aduerſario. ut l. 2. in prin.& l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſerui. uend.& Inſti.de ac.§.æquè ſi agat,ver.item prædiorum. & ibi not.plenè de hac materia & per glo. & Iac.Butr.

ADDITIO.

a Goram vobis. Quomodo autem formetur libellus in hac actione negatoria, vide Bartol.in l.ſi prius in 5. opp. ff.de oper.nou.nunc. Ang. de Per.in l.ſi quis vi.§.differentia, in 5.& 6.car.ff.de acqu.poſſ.Ang.Are.in §.æquè.Inſt. de act. columna 3. uerſi.in negatoria. Ioan. de Plat. ibi columna prima, uerſi.in negatoria.& Iaſ.columna pen.uer. in negatoria. Zilettus.

SVO Et ſyndicatorio nomine. Hic uides, quòd iſte Aug.fungitur uice duorum tanquam ipſe & tanquam alius in eadem ſcriptura, quod ſatis credo admittendum, cùm per hoc nulla interueniat iuris vel facti contrarietas ſeu repugnantia. argu. ad hoc in l. tutor. ff. de fideiuſ. & l. fiſtula.§.1.ff.de contrah.emp.& habetur,& not.in l.3.ff. de adop.&c.

Poſuit

POSVIT * Trabem seu tignum. Hæc est quædam species seruitutis urbanæ, de qua traditur in l. binas quis ædes, & l. sed si inter me. & l. hæc autem iura, in fi. ff. de ser. urb. præd. in qua seruitute perdenda non sufficit simplex negligentia nó vtentis, sed est necessaria etiam aduersarij cu. a in obturando foramina, in quibus tigna erant im posita. ut d. l. hæc autem iura. &c.

ADDITIO.

* Posuit. Adde Ias. in l. ex hoc edicto. col. 2. in fi. ff. de eo per quem fac. erit.

SVMMARIVM.

1 *Negatoria actio non cōpetit nisi domino prædij cuius petitur liberatio.*
2 *Actiones competentes pro seruitutibus, quare ita vocentur.*
3 *Intentās negatoriam, an probet dominium rei cuius petit liberationē.*
4 *Rei uendicatione agens se dominum probare debet.*

1 PER Quandam petiam prati dicti Augu. † Notanter dicit quòd pratū est ipsius Aug. quia negatoria actio, quæ per ipsum proponitur, ut pratum ipsum ab hac seruitute liberetur, non competit nisi domino prædij, sicut dictū est de confesso ia in titu. præce. vt probatur in l. 1. & 2. in
2 princ. cum ibi no. ff. si ser. vend. † Diceret aliquis, quare hę actiones, quæ pro huiusmodi seruitutibus, uel iuribus incorporalibus competunt, hoc nomine appellantur? vide glo. quæ est ff. si ser. uend. l. 2. in princ. & Inst. de act. §. æquè. versi. item prædiorum. quæ format illam quæst. & ibi per Dyn. & Iac. But. & Bart. latius in l. si prius. ff. de nou. oper. nunc. Sed quia eius inuestigatio non est apud notarios, quibus præsens opusculum dirigitur, multum utilis nec fru
3 ctuosa, ideo pro nunc ad eundem no. uos remitto. † Adhuc de alio quæritur, dictum est supra quod negatoria datur domino prædij à quo negatur seruitus deberi, nunquid ergo iste Aug. actor debet probare se dominum dicti prati? & uidetur secundum aliquos quòd sic, nam cum dominium sit causa negatoriæ, sicut dominium est causa rei uen
4 dicationis, meritò sequitur † quòd sicut agens rei uendicatione debet probare se dominum, ut l. doce ancillam. C. de rei uend. & l. in rem actio in princ. ff. de rei uend. & l. 1. C. de alie. iu. mu. causa fac. ita & iste Augu. agens negatoria. Alij distinguunt, aut ille Aug. est in possessione ipsius prati, & tunc sufficit probare se possidere ipsum pratū; quia probata possessione præsumitur de eius dominio, cùm de ipso dominio solum incidenter quæratur, iuxta no. in l. quidam in suo. ff. de cond. inst. Aut non est in possessione, & tunc incumbit sibi necessitas probandi expresse de suo dominio, per iura prædicta, quam op. sequitur Inno. in cap. abbate sanè, extra de uerbo. signifi. & Bart. in d. l. si prius, de no. oper. nunc. & eam firmat glo. in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si ser. uend. Et sic habes unam utilitatem, quæ est esse in possessione, quia præsumitur dominus esse. Aliæ etiam habentur vtilitates, de quibus plenè tetigit gl. in d. §. si quæratur. & in l. i. §. 1. de iti. actuq; priua. inter quas illa numeratur, uidelicet possessor conuentus non tenetur præstare cautionem aduersario suo, imò eius aduersarius illam sibi præstabit, quòd possessorem non impediet, nec turbabit pendente lite, ut l. pe. ff. de aqua quoti. & æsti.

NVLLA Iurisdictio pertinuerit. Pro quacunque iurisdictione tuenda, uel ea deneganda competit actio confessoria, & negatoria, ut dixi in tit. præce. & not. per Inno. in d. c. abbaté, extra de uerb. signi. & in c. dilecti, extra de capel. mona.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas de iure cōi, habet plenam iurisdictionem in locis sibi subiectis.*
2 *Ciuitatis, vel ciuium appellatione, quid ueniat.*
3 *Negatoria competens pro loco loci, an competat ēt ipsi loco uniuersali.*
4 *Ius tertij an possit deduci in modum agendi in iudicio.*
5 *Si ius tertij non deducatur, nec per modum agendi, nec excipiendi, sed ille tertius de iure suo cognosci uelit, an audiatur.*

1 SPECTAT Et pertinet ad commune, & homines Papiæ, &c. † Hic habes pro regula, q in locis subiectis ciuitati ipsa ciuitas de iure communi habet plenam iurisdictionem, ut l. qui ex uico. ff. ad muni. & dixi supra titu. proximo. facit in Auth. qui. mo. nat. eff. sui. §. si quis igitur.
2 † Quid autem comprehendatur appellatione ciuitatis, uel patriæ, uel ciuium, plene no. per Bart in l. urbis appella-
3 tione ff. de uerb. sign. † Hinc autem descendit tale dubium, uidelicet cui competat ista negatoria, an communi Garlaschi, an cōi Papiæ. Et breuiter secundùm Inn. dicendum est, q utrique eorum insolidum competere potest, ut per eum not. in c. auditis. de præsc. facit l. principaliter causam C. de lib. cau. sicut dictū est in casu econuerso contra utrunque confessoriam competere, ut idem Inn. no. in d. c. auditis, & ego supra dixi in ti. præced. Sententia tñ quæ contra unum profertur, alteri non nocebit, nisi sciuerit causam suam agi, secundùm Inn. ubi supra, & in c. dilecti el 1. de app. & no. per glo. in c. auctoritate §. 1. de sen. & re iu. lib. 6. patet ergo, q commune Garlaschi opponit de iure tertij
4 in modum agendi ista actione negatoria, dum dicit iurisdictionem illam pertinere communi Papiæ, quod an fieri possit, & quando hoc procedit, no. plenè per Cy. in l. cū seruum. C. de ser. fug. & per Bartol. in l. 2. ff. de excep. rei iud. ad quod facit l. loci corpus. §. competit. ff. si ser. uen. & l. fi. de rei uend. Ad cuius articuli pleniorem doctrinam sic distingue. aliquando quis excipit de iure tertij eius cui successit, & in hoc dic ut plene no. per Dy. in c. is qui in ius. de reg. iur. li. 6. & quod no. per gl. & Doc. in l. uitia. C. de acq. poss. & l. Pomponius & l. apud Celium. §. de auctore. ff. de do. excep. Aliquando quis excipit de iure tertij eius cuius est fideiussor, quo casu distinguit, aut ista exceptio est personalis, aut realis, ut traditur in l. exceptiones. ff. de excep. & l. ex persona. ff. de fideiu. & plenè no. per Cy. in l. mandatori. C. de non nu. pe. Aliquando quis excipit de iure tertij sibi correi. quo casu distinguitur late per Bart. & glo. in l. pe. ff. de duo. re. & l. 1. & auth. ibi posita. C. de duo re. Aliqñ quis excipit de iure tertij prorsus extranei, quo casu subdistingue, aut ipsum ius ipsius tertij est similiter peremptiuū & extinctiuum iuris agentis, aut simpliciter suspensiuum. Primo casu, aut ipsum ius tertij extinguit ius ipsius agentis, ita demum si ille tertius uelit, & tunc non admittitur exceptio de iure tertij, ut l. prima, & ibi not. per glo. & Doctor. ff. si ager uectig. & l. 2. C. de iu. emph. aut ipsum ius tertij extinguit ius agentis, ita demum si ille tertius non contradicat, & tunc non potest opponi de iure ipsius tertij, ut in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. testam coniuncta l. 1. ff. de excep. rei iud. Et pro hac parte videtur casus in l. 2. §. 1. ff. de do. exce. & iuncta gl. quæ est in l. eleganter, in prin. ff. de dol. Aut ipsum ius extinguit, siue tertius uelit, siue non, & tūc potest opponi de iure ipsius tertij, ut in l. fi. C. de rei uend. & d. l. cū seruum cum gl. sua. Secundo autē casu principali, quando ius tertij est suspensiuum intentionis agentis, tunc excipi potest de iure tertij, ut d. l. 2. de exce. rei iud. & l. qui cum hæredem. ff. de act. & obl. licèt contra faciat l. fi. C. de peti hære. Et prædicta locum habent, quando de iu
4 re tertij proponitur in modum excipiendi. † Sed nunquid in modum agendi potest ius tertij in iudicio deduci? uidetur q non sine speciali mādato illius tertij cuius est actio, ar. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. & l. quoties. §. is q temporali ff. de admi. tu. cum si. In contrarium facit quod dictum est supra in forma præsentis libelli, & qđ habet in l. si post mortem. §. fi. ff. de contrata. & l. loci corpus. §. competit ff. si ser. uen. Sed rñdeo q ius tertij principaliter agendo, & super eo se fundando, non potest per alium sine mandato deduci in iudicio, ut in supra alle. p prima parte. Vbi uero ius tertij incidenter deducitur agendo, ut in præsenti libello, nā actor negat ius seruitutis, uel iurisdōnis cōpetere

tere reo,& hoc per se sufficeret ipsi actori, veruntamen ad maiorem sui iuris propositi confirmationem inducit ius illius tertij,& potest tunc proponi in uim agendi,ut in secundo alle. Aut ergo quis agit ex suo proprio iure in sua persona fundato descendente ex facto & iure tertij, & tunc tale ius tertij potest in iudicio proponi & allegari ad fortificandum ius proprium in iudicio propositum, ut d. l. si post mortem. §. fi. cum sim. uer. igitur, vbi agit quis petitione hereditatis pro parte sibi delata ab intestato eo quia talis fuit preteritus & testamentum fuit nullum; uel per contratabulas. uptum ut ibi; certe licet ista petitio hereditatis sit ius proprium ipsius proponentis, tamen causatur ex iure ipsius tertij, quod est nullitas testamenti,& hoc quidem fieri conceditur. Aut quis agit ex iure alieno fundato in persona tertij, & tunc hoc fieri non conceditur in modum agendi sine mandato eius, exempla sunt in toto titu. de procur. vnde si agens negatoria dicat. § Tibi non competit iu. ildicto, uel talis seruitus § ipse proponit ius libertatis sibi cõpetere quod est ius proprium in eius persona principaliter fundatum, licet causam trahere posit à tertio, ut si adiciat pe. modum causæ § quia iurisdictio pertinet ad commune Papiæ§ vt hic, quo casu est audiendus allegans ius tertij tali modo, etiam in uim agendi. †
5 Quid ergo, si ius tertij nõ proponitur ab alio in uim agendi nec excipiendi, sed ille tertius pro suo interesse comparet in lite inter alios mota, petens de iure suo cognosci, an sit audiendus? dic quòd sic, ut in c. cum super, extra de re iud.& no. per Innoc. in glo. 1. in cap. ueniens. extra de testa. & per Bartol. in d. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de reiud. &c.

ADDITIONES.

a De iure tertij. Adde de hoc, & uide per Alex. de Imol. in l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de cond. iud. Adde tamen quòd agenti petitione hæreditatis non obstat exceptio de iure tertij, ita ipse Alexan. in consi. 91. col. 9. uer. nec potuit, in 1. vol.

✱ De iure tertij. Adde quæ scribit Ias. in l. indebiti. §. sed etsi nummi. colum. fin. ff. de condi. indeb. ubi an conductor posit opponere de iure tertij, & sic emphyteutæ, uel generaliter, uide ibi, ubi scripsi de materia excep. de iure tertij, de qua plura not. Bald. in l. peremptorias. col. pen. num. 28. C. sent. rescind. non posse. Prac. Masueri. titul. de excep. Castr. in l. cum seruum. C. de serui. fug. Hypol. singul. 274. Bar. in l. fin. C. de rei uend. in l. si prolusorio. §. primo ff. de appellat. Nat. consil. 419. colum. fin. Ias. in l. secunda. num. 10. C. de iur. emphy. Dec. consil. 247. colum. secunda. & colum. vl. ubi quòd in uenditione bonorum feudalium facta inscio superiore quòd tertius non potest hoc opponere licet uenditio sit nulla.

In iudicicio autem summario dic, quòd non auditur quis excipiendo de iure tertij, teste Rom. consil. 347. & quando possessor opponit aliquam exceptionem per quam ius actoris remouetur: non debet arctari ad edoceñ. de iuribus suis. l. Paulus. §. qui pignoris. vbi Bart. ff. qui pot. in pig. hab. Et ad Bartol. in l. qui cum hærede. ff. de excep. rei iud. Adde, & limita dicta Barto. ibi, non habere locum in iudiciis summariis, ubi quis non admittitur ad opponeñ. de iure tertij, etiam exclusiuo agentis, secundum Castr. quem refert Alexan. in l. fin. C. de edic. di. Adr. tollen. colum. nona, & vide text. in l. his consequenter, ubi Bartol. ff. famil. ercis. Dec. consi. 247. col. 2. & fin. ubi quando sit quòd de iure tertij posit, uel non posit opponi, Oldr. consil. 139. Bald. in l. executorem. colum 6. uer. modo ergo. C. de exec. rei iud. ubi potest opponi per possessorem, & in l. cum seruum. C. de serui. fug. in l. si cui, in fin. C. de non num. pec. Bart. in l. fructus. ff. de rei vend.

Quibus Adde, quòd conuentus iudicio famil. erciscun. seu communi diuid. potest excipere quod quis non sit hæres, seu possessor, secundum Bar. in l. prima. ff. fam. erciscund. Et ad reg. quòd opponitur de iure tertij exclusiuo iuris ageñ. ut per Barto. in l. prima. §. fin. ff. uti possid. post text. ibi, dic, quòd fallit in summariis, teste eodem Bartol. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb.

Et quando tertius se opponit, an sufficiat ipsum possidere, vt per hoc dicatur sua interesse, uide text. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito ubi Bald. & in l. 2. C. de priuil. fisci.

Quando autem posit reus excipere de iure tertij, & quando actor replicare, vide Castr. in l. cum seruum. C. de ser. fug. & qualiter posit actor de iure tertij replicare? Rui. consil. 83. lib. 3. & in iudiciis summariis non admittitur exceptio etiam exclusiua iuris agentis, secundum Rui. consil. 129. lib. 2.

Tertius non dotest excipere contra emphiteutam, quòd non soluit Canonem, nisi habeat ille tertius ius à domino, uel dominus declarauerit voluntatem suam, teste Bal. in Auth. qui rem. col. 2. C. de sac. san. eccl. & in l. fin. C. de iur. emphy.

An autem & quando excipiatur de iure tertij, uide Bald. in l. cum seruum. C. de ser. fug. & quando allegari posit ius tertij, Soc. Iun. consi. 47. num. 17. lib. 2. Etsi est exclusiuum iuris agentis, an posit allegari si tertius voluerit, idem Soc. consi. 71. num. 6. eod. lib. Paris. consil. 70. nume. 13. lib. 3. consi. 86. lib. 4. quando posit opponi de iure tertij, text. glo. & Bar. in l. his consequenter. ff. famil. ercis. Dec. consil. 247. ubi an posit opponi quòd feudum sit alienatum sine licentia domini. Casianus Puteus.

PRONVNCIETIS & declaretis nullam seruitutem. Aduerte, quòd, ut supra dixi, si iudex pronunciat contra commune Garlaschi, quòd sententia non noceret communi Papiæ, nisi sciuisset causam suam agi, ut in l. sæpe. §. scientibus. ff. de re iudi. & no. per Innoc. in cap. auditis, de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Verba liberatoria sunt ad rem, non ad personam referenda, cum agitur pro liberatione à seruitute.*

2 *Vniuersitas uel commune potest agere & excipere pro sibi subdito cui inferatur molestia ab alio communi.*

DICTAMQVE domum, acpetiam prati fore & esse liberas &c. † Vides hic, quòd uerba liberatoria sunt ad rem, non autem ad personam referenda; quia sententia prædio fertur, ut in l. qui in aliena. in fin. ff. de
2 nego. gest. † Hic quæro de vno, an dominus alicuius ciuitatis uel uillæ, seu aliqua communitas terræ uel castri si per alium alterius ciuitatis dominum, uel aliam vniuersitatem aliqua inferatur molestia sibi subdito imponendo ei collectam, & alia onera, an posit sibi subditum defendere, & in libertate auxiliari agendo & exci-
a piendo? Dic breuiter quòd sic pro suo interesse, a vt dicit Innoc. in d. c. auditis. de præscrip. & in c. inquirente. de offi. ord. & in cap. Romana, de sent. excom. libr. 6. per Archid. de re iud. in cap. ad apostolicæ, libr. 6. per Io. And. in cap. auctoritates, in fin. de priui. libr. 6. ad quod facit text. in cap. licet causam, in fi. de app. & in l. 1. §. per hanc. ff. de rei uend.

ADDITIO.

a Interesse. Idem dicit Oldr. consi. 146.

ET in omnibus damnis, interesse & expensis. Aduerte quòd in hac negatoria etiam ueniunt damna, & interesse,

resse, sicut supradictum est in confessoria, dumtamen pars illa requirat, ut no. Inn. in c. abbate. de uerb. sig. in fi. magnę glo. & probatur in l. loci corpus. §. si fundus. & l. si forte, in fi. ff. si ser. uendi.

Forma libelli in actione noui operis.



ORAM vobis D. B. Vicario do. Potestatis Papiæ dicit, significat, & proponit Th. Belisonus cōtra, & aduersus Aug. de Pozolo &c. dicens dictus Tho. quòd dum pręfatus Aug. anno pręsenti, & mense Aprilis proxime pręteriti cœpisset, seu inchoasset fieri facere super quodam ipsius Tho. sedimine posito, & iacente &c. quendam parietem muri causa uolendi ædificare domum vnam. Idē Tho. sentiens se ex tali ædificio, & opere, & constructione grauari, ipsi Aug. nouū opus solenniter nunciauit, modulosq; seu mensuram tunc extructi operis assumpsit, seu assumi fecit, prout hæc omnia constant publicis actis, & documentis, qua quidem nunciatione tunc per ipsum Augu. spreta in contemptum officij, præsidialis omnino, & deducta ante aliquam remissionem tacitam uel expressam dictæ denunciationis præfatus Aug. in ipso opere, & ædificio processit, seu procedi fecit vsque ferè ad dicti operis consumationem in maximum ipsius Tho. detrimentum, & cōtra omnimodam iostitiam. Quare præscriptus Tho. volens & intendēs ius sibi competens tam ex dicta nunciatione quā aliter prosequi contra ipsum Augu. petit & requirit à uobis quatenus ex officio uestro, & omni alio iure, uia, forma & modo, quibus melius fieri potest, per uestram sententiā diffinitiuam condemnetis; & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Augustin. ad demoliendum, & diruendum, & demoliri, seu dirui faciendum, suis propriis sumptibus & expensis, totum & vniuersum opus, & murum antedictum, per ipsum Aug. constructum & ędificatum, post ipsam denunciationem, & à tempore dictæ denunciationis citra, prius, & antequam ipse Aug. aliqualiter audiatur ad aliquam defensionem faciendam prout à iure disponitur: & ulterius in omnibus damnis, expēsis, & interesse, passis, factis, & fiendis & patiendis in futurum per ipsum Tho. occasione prædictorum; quæ omnia fieri petit & executioni mandari &c. deducendo &c. saluo iure &c. non se astringens &c.



ORAM vobis. Frequens est atque utilis iste tractatus, maximè in illis ciuitatibus, in quibus est maxima diuitiarum abundantia, & pompa ędificandi. Sunt enim quidā adeo fatui & ignari qui credunt fieri perpetui, saltem fama & honore, si pōposa ædificia, & ampla palatia construxerunt, nec aduertunt quid ille uirtutum princeps Seneca dicit § Omnes urbes & aliorum magna imperia, vbi fuerunt aliquando quæretur, & exilij genere tollētur, & aliàs destruent bella, alias desidia, paxq; & inertia consumet, & magnis operibus exiciosa reclusis &c. § hoc quoque accidere sæpe uidemus, & qui nos sequuntur usuri sunt; nihil enim est quòd post mortem hominis famā conseruet nisi scriptura, a ruunt namque ipsa ædificia, alienantur, permutantur, & uariis modis à successoribus reformantur, propter quæ primi ædificatoris fama consumitur, itaque ut inquit ille sapiens. § Ad ædificandum te cogat necessitas non uoluntas, nam uoluntas ædificandi non tollitur ædificando &c. §

ADDITIO.

a Nisi scripta. hæc etiam tempus consumit, ubi scripta antiquorum sapientum, ideo dicit Petrarcha. Chiamasi fama, & e morir secondo, ideo fama nostra in Cœlo.

SVMMARIVM.

1 *Noui operis nunciatio quando locum habeat.*
2 *Nunciatio quòd fiat.*
3 *Citatio iniusta non arctat citatum.*
4 *Ius nunciandi quando certum sit aliquem non habere.*



1 VENDAM parietem muri. † Pro euidentiori intellectu huius materiæ sciendū est, quòd nunciatio noui operis solummodo locum habet, quando aliquid ædificatur in terra, sic φ ipsi terræ seu solo cohæret, & formam operis habeat, nam si quis arborem plātet, vel excidat, non habet locum denunciatio noui operis, ut l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de no. oper. nunc. Et hæc nunciatio non solum cōpetit pro iure dominij, uel quasi conseruando, sed etiam pro iure seruitutis, uel iurisdictionis tuendæ, ut in l. in prouinciali. §. pe. & ibi no. & in l. si prius.
2 & d. l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunc. † Est etiam aliud notandum, quòd hæc nunciatio fit, vt impediatur opus futurum, non ut tollatur iam factum ante nunciationem, sed habet tunc locum interdictum, quod ui aut clam, uel sim. secundum facti naturam, in quo opus factū comparet, ut d. §. 1. & sic habes vnum casum in quo cessat nunciatio. Est & alius casus, scilicet quando opus fit ad solam refectionem operis iamdiu facti, ut d. l. 1. §. si quis ædificium. de quo plenius not. per Bar. in l. de papillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nunc. Item cessat nunciatio, quando certum & notorium est, ipsum nunciantem non habere ius nunciandi, argum. l. 1. in fin. eod. tit. sicut in simili
a iniusta citatio non arctat citatum, a † vt traditur in l. 2.
3 ff. ne quis eum, & not. in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. si. ff. de iurisd. om. iud. quam opin. tenet glo. & Barto. in l. j. in princ. & in §. nunc uideamus. & in l. de pupillo. §. impositam. ff. eod. tit. & Spe. in tit. de nou. oper. nunc. uersi. nunquid. & Azo in summa. eod. tit. pro quo etiam bene
4 facit d. l. 1. §. nunciatio. uersi. quòd si in mari. † Est autē certum, aliquem non habere ius nunciādi secundum Bar. in d. l. 1. multis modis. Primò per instrumentum factum inter ipsas partes, uel per instrumentum sentētiæ latę aliàs super hoc inter ipsas. Item per ipsius rei euidentiam, uel personæ nunciantis inhabilitatem. argum. l. non solum. in prin. & l. de pupillo. in prin. ff. eod. facit. c. cum olim. de verbo. sig. Et illud quod dici solet, opus factum post denunciationem, siue iustè siue iniustè fuerit ædificatum, esse destruendum, procedit quādo dubium est de iure ipsius denunciantis; si uerò certum sit, ut prædicitur, nullum ius sibi competere, tunc non est opus demolitione, ut no. in d. l. 1. in princ. quod est notandum & tenendum memoriæ. Postremò cessat nunciatio ex defectu causæ non expressæ in ipsa denunciatione. vt dicetur infra.

ADDITIO.

a Citatio iniusta non arctat citatum. Adde Bal. in l. meuius. de cond. & dem. Bal. in addi. Spe. in tit. de cita. Doc. in cap. bonæ. el 2. de elec. Adde Inn. in c. præterea. de dila. col. 1: versi. idem dicimus. Archi. in c. romana. de app. col. 2. ver. expressa in citatorio. lib. 6. Anc. de But. in c. si diligenti. de foro comp. Abb. Pan. in c. prudentiam. de offi. deleg. col. 6. versi. ex his infero. & ibi Fely. col. 4. uer. not. gloss. ibi. Fely. in c. cum ordinem. de rescrip. col. 6. uer. & dicit Bal. Dom. de Ro. deci. 110. incip. si incidat ab vno ex tribus. in nouis. Bermun. Choue. in tit. de publ. concubina. in ver. glo. in l. omnis. nu. 50. Lanfr. de Oria. in c. qm̄ contra. §. citationes. nu. 9. de prob. Bar. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebel. Hipp. de Marsil. in rub. C. de proba. num. 21. ver. & facit glo. Bald. in car. primo, colum. secunda, in princip. de inuest. in marit. fact. Oldr. in consi. 43. incipien. quæritur utrum citatio. & Grama. ciuil. consil. 108. incip. aditus & consi. 152. incip. in causa honorabilis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nouum opus ex quibus causis nuncietur.*
2 *Nunciatio noui operis an in die festo fieri possit.*
3 *Aedificantis castrum de nouo, an possit sibi nouum opus nunciari.*
4 *Nunciatio an sufficiat fieri personæ.*
5 *Quomodo succurrendum illi in cuius solo ædificatur.*
6 *Nunciatio quot modis fiet.*
7 *Iudex potest aliquando per uiam præcepti procedere contra aliquem ad alterius petitionem & instantiam.*
8 *Qui sint effectus trium modorum nouum opus nunciandi.*
9 *Nunciator an debeat causam exprimere in denunciatione noui operis.*



OVVM opus solemniter nunciauit &c.
1 † Aduertendum quòd nunciatio noui operis potest fieri ex duplici causa. Primò ex causa iuris proprij ipsius nunciantis conseruandi, quod ius uertitur circa duo scilicet, vt occurratur præsenti, vel futuro damno. Secunda causa est propter ius publicum tuendum, ut habetur in d. l. 1. §. nunc uideamus, & l. in prouinciali, in fin. cum l. sequen. ff. eod. titul. † Sed an pos-
2 sit nunciari in die festo? Dicit Bartol. quòd sic in d. l. prima. §. nunciatio. ego autem in hoc distinguerem, aut fit nunciatio per ipsam partem uerbo, uel iactu lapilli, & tunc procedit d. opin. aut fit nunciatio cum iudicis mandato, & tũc distingue. aut est dies feriata in honorem Dei, & tunc non possit, argum. l. dies festos. & l. omnes. C. de fer. aut dies feriata ob necessitatem hominum, uel alia
3 causa, & tunc possit, argum. l. primæ. C. de fer. † Vltra quæritur de no. quæst. Ecce quòd aliquis vult ædificare ca-
a strum de nouo, [a] an possit sibi nunciari nouum opus? Et breuiuiter omissis allegationibus pro & contra, distingue, aut vult ædificare in loco publico, & tunc potest ei nunciari opus nouum, ut ff. ne quid in loco publico. per totum, & l. opus. & quod ibi not. ff. de oper pub. aut vult ædificare in suo loco priuato, & tunc aut tale castrum tendit ad æmulationem alterius, uel ex ipso castro potest scandalum in illa regione, uel inter uicinos generari, & tunc poterit ei nouum opus nunciari, aliàs autem non, vt pulchre not. per gloss. in l. prima. C. de fun. limi. lib. vndecimo, & in l. per prouincias. C. de ædi. pri. & in d. l. opus, & ibi per Bartol. & Innocen. in cap. pisanis. de re-
4 stitut. spol. † Rursum, quia hic dicitur quòd nunciauit ipsi Augusl. quæritur, an sufficiat nunciari personæ? dic quòd non simpliciter, nisi fiat in conspectu ipsius rei in qua ædificatur, vult enim lex quod nunciatio fiat in ipso opere aliquo præsente, siue ipsi Augu. siue opificibus, siue alicui de familia ipsius August. per quos posset domino absenti nunciari, ut hæc habentur in d. l. de pupillo. §. si quis fore, & in §. nunciare, & in l. ciuilibus. ff. de nou. oper. nunc. quod tene menti, & si fortasse ipsi opifices dolo uel negligentia facta nunciatione domino tunc absente eidem non renunciauerunt opus nouum esse ipsis per talem nunciatum, imputaretur eis, & tenerentur domino ad interesse secundum Bartol. & Doctor. ut per eos nota. in d. l. de pupillo. §. nunciatio. argumen. ad hoc in l. si seruus seruum. §. fornicarius. ff. ad leg. Aquil. & l. sed ipsi. in fin. ff. nau. cau. stab. & in prædictis multi errare consueuerunt; vnde tu sis sapiens, quando nuncius refert iudici eius parte opus nouum nunciasse, quòd exprimat nomina ipsorum quibus præsentibus opus nouum
5 nunciauit. † Post hæc quia hic dicitur, solemniter nunciauit, quæritur quibus modis succurritur illi, in cuius solo uel fundo ædificatur. vbi sic distingue concludendo, quandoque opus ædificatur in fundo à me possesso, & tunc possum ædificium & opus propria auctoritate destruere, nec mihi est necesse nouum opus nunciare, quod est not. & probatur in l. quemadmodum. in princip. ff. ad leg. Aquil. & l. si uitem. §. si ad ianuam. ff. quod vi aut clam. & l. prima. C. nemi. lic. sig. impo. quandoque quis ædificat in solo à me non possesso, sed in quo ius dominij, uel quasi prætendo; & tunc aut opus est iam perfectum & consumatum, & tunc nunciatio nihil operatur, sed alia uia succurritur, ut prædixi, ideo sis diligens in nunciando tempestiue: aut non est opus consumatum, sed solum inceptum, & tunc per nunciationem
6 succurritur, ne in opere procedatur. † Sed hic aduertendum, quòd tribus modis potest fieri hæc nunciatio, vno modo iudicis auctoritate, & per nuncium ad hoc missum. Secundo modo fit à parte, & hæc fit dupliciter videlicet uerbis tantum, uel uerbis & factis simul. Quæ fit uerbis tantùm, fit hoc modo, nam pars accedit ad opus, & dicit operariis. § Denuncio vobis ne in hoc opere ulterius procedatis, & ne aliquid per uos, uel alium noui operis faciatis § Verbis autem & factis simul fit hoc modo, dicit enim operariis. § Prohibeo seu denuncio ne ultra procedatis, nec aliquid operis faciatis § & his dictis accipiet secundum aliquos vnum lapidem, quẽ in opus deiiciet; uel secundum alios, ex ipso opere lapidem vnum, uel plures auferat & deponat. Vbi autem iudex ad instantiam partis opus nouum denunciare facit, tunc hac forma uti debebit § B. Vicarius &c. Ad petitionem & instantiam Tho. imposuit & in mandatis dedit C. publico nuncio & seruitori communis Papiæ, quatenus uadat ad tale sedimen, ubi fit ædificium tale ad petitionem Aug. & ibi præcipiat dict. Augu. & operariis ibi laborantibus, quatenus sub pœna librarum decem applicand. communi Papiæ, quòd non procedant vlterius in in ipso opere, sed ab eo omnino desistant. Quòdque idem nuncius modulos, & mensuram recipiat dicti operis facti, inde referat &c. § Quæ omnia habentur in text. & gloss. ac per Bart. & Dyn. in l. de pupillo. §. meminisse, & l. prima. §. nunciatio. ff. de noui oper. nun.
7 Ex quibus collige, quòd † iudex potest aliquando per viam præcepti procedere contra aliquem ad alterius petitionem, & instantiam, pro quo facit regula quæ traditur in l. quod iussit. ff. de re iud. & l. si. ff. si quis iusdi. non obtemp. & l. 1. C. comi. uel epi. & tangitur per glo. in cap. ex parte in Christo. de verb. sig. & l. ea quidem. C. si man. ita fue. alie. & ibi per Doc. verumtamen tale præceptum euanescit reo cõparente, & petente sibi libellum offerri, quia iudicia non sunt à præceptis inchoanda, sed fundantur & principiantur super libello, in l. 1. in fin. ff. de in ius voc. & in l. libellorum. de accusatio. & in auth. offeratur. C. de lit.
8 contest. & extra de lib. obl. c. 1. † Nunc autem quæritur, qui sunt effectus, & quæ sit differentia inter hoc tres nunciandi modos? Breuiter respondeo, quòd si fiat nunciatio solo uerbo per partem, tunc ipsius fundi perdit possessionem, quasi suspicetur se repelli posse: vbi autem fit uerbo vel facto, uel iudicis auctoritate, tunc retinet possessionẽ, vt habetur in d. §. meminisse. & d. §. nunciatio. quæ quidem nunciatio potest fieri sine scriptura, licet consultius sit ꝙ de ea fiat scriptura, quia labilis est hominum memoria secundùm Dyn. & Bar. in d. §. meminisse. & d. §. nunciatio. Si autem perdatur possessio stultitia nunciantis, qui solo verbo nunciauit, poterit eam statim recuperare, quia aduersarij facto possessionem amisit secundum eos, argum. in l. 3. §. cum igitur. cum fin. ibi not ff. de vi & vi arma.
9 Amplius quæritur, an in hac tali denunciatione debeat nunciator causam exprimere? gloss. in d. l. 1. determinat quòd sic, si aduersaris petat causam exprimi; sicut in simili dicitur in libello in l. ædita. C. de eden. cum sua materia, & in teste. ut l. solam. cum ibi no. C. de testi. & hanc opin. sequitur Barto. in d. l. 1. in princip. & Specul. in titul. de procurato. §. fin. uersicul. sed nunquid, immo sufficit si operarij petant causam exprimi secundùm Bartol. vbi su-

pra, argum. l. prohibere; in princip. ff. quod ui aut clam. dumtamen ipsa expresio causæ petatur tempore ipsius nunciationis, & non post, etiam causa quæ exprimenda est, debet esse talis, per quam aduersarius posit deliberare, an uelit cedere, uel cotendere, secundum Dyn. & Bar. & per eos not. in d. l. 1. in prin.

ADDITIO.

a Castrum. quando aliquis vult ædificare castrum de nouo, vide Rom. consi. 50.

MODVLOS'QVAE seu mensuram. Plures sunt qui errant in hoc, nam secundum iura statim facta nunciatione debet nūcius uel nunciator accipere mensuram operis, ut scire posit quid, & quantum post nunciationem superædificatum fuerit, & quid sit demoliendum, ut l. non solum §. primo, & §. sed ut probari. ff. de no. oper. nunc. nec tamen si omittatur, nunciatio uitiabitur, sed erit difficilè probare, quid & quantum spreta denunciatione sit demoliendum &c.

SVMMARIVM.

1 *Post nunciationem non licet ædificare ante remissionem.*
2 *Remissio nunciationis quot modis fiat.*
3 *Præstita satisdatione per eum, cui est nunciatum nouus opus, an nunciator si uelit procedi, & cognosci de causa, possit impedire ad ſciū.*



1 ANTE ALIQVAM remisionem. † Ad huius intelligentiam sciendum est, quòd facta alicui nunciatione noui operis non licet ei cui facta fuerit, ultra in opere ipso procedere, sed statim debet abstinere; aliàs si contrafaciat, antequam remisio nunciationis facta extiterit, totum opus super ædificatum destruetur, siue iustè, siue iniustè apparuerit esse factum, etiam si is qui nunciauerit nullum ius nunciandi habuit, ve probatur in l. prima, in princip. & l. prætor. ff. de no.
2 oper. nunciat. † Hæc autem remisio fit tripliciter. Primò modo ab ipso nunciante. Secundò à lege. Tertiò à iudice nunciante. A nunciante fit hoc modo, si dixerit {Vade in nomine domini, & procede in opere tuo} & de ista remisione loquitur tit. ff. de remisio. per totum. & l. uim faciat. §. tamdiu. ff. quod ui aut clam. & l. prima, in §. & post operis, in fin. ff. de nou. oper. nunc. Illa autem, quę fit per legem, contingit dupliciter, vno modo, quando nunciatio est ipso iure nulla uel defectu personæ nunciantis, uel rei, aut causæ, ut plenè prosequitur Bartol. in d. l. prima, in princip. ut supra dixi. Alio modo præstita uel oblata satisdatione coram iudice de opere demoliendo, si apparuerit ipsum iniustè ædificare, quo casu potest in opere procedere, & hic modus est quotidianus; quæ satisdatio est necessaria, si opus fiat in loco priuato, nam si fiat in loco publico sufficit nuda promisio, vt hæc omnia habentur in l. de pupillo. §. si cui. & l. non solum. §. sciendum. & l. stipulatio. §. primo. ff. de nou. oper. nunciatio. Tertio principali modo fit remisio à iudice, & hoc dupliciter. Vno modo si reperit ipsum nunciantem non habere ius nunciandi, tunc enim iudex ipsam remittit, & licentiam concedit procedendi in opere, & de hoc loquitur, d. l. de pupillo. §. quæ remisionem, & hoc procedit ante opus completum, & satisdationem præstitam. Secundo modo fit, quando post præstitam satisdationem, & opere completo auditis plenè partibus, & cognito de causa pronunciauit diffinitiuè nunciationē non tenuisse, & ipsum nunciantem ius prohibendi non habuisse. & de hoc loquitur d. l. prætor. §. deinde, & d. l. stipulatio. §. hoc autem. quæ omnia plenè examinat Bartol. in d. l. pri-
3 ma, versicul. deinde. in princip. † Sed circa præmissa occurrit tale dubium à pluribus cognitum & malè practicatum. Ecce quòd oblata satisdatione coram iudice per ædificantem dicit nunciator {Domine iudex non admittatis hanc satisdationem, ego statim volo ostendere de iure meo, hodie constat, hodie agatur} an per hoc impediatur ille, quominus in opere procedat? & uidetur quòd non, per ea quæ superius dicta sunt, & per text. in d. l. prætor. §. deinde. cum sim. Bartol. autem, * & Docto. tenent contrarium. nam hoc casu satisdatio non prodest, nec releuat ipsum, sed debet & tenetur differre in opere, nec procedere usque ad finem litis, quæ finienda est per iudicem infra tres menses proximè futuros, ut est text. & ibi not. in l. prima. C. de ædifi. priua. quam opin. tenet ibi Azo. in sum. circa fin. & Bartol. in d. l. prima. §. deinde. & d. l. prætor. §. paratus. quod est valde not. & sic habes practicare & notare quid prodest hęc exceptio. {Hodie constat, hodie agatur} sic & aliàs prodest in alio casu in l. si is à quo. in princip. cum sim. ibi not. ff. ut in poss. leg. &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an offerri debeat in prosecutione nunciationis noui operis.*



QVARE præfatus Thomas volens. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est, ut superius dixi. † Occur-
1 rit autem hic dubium, an in prosecutione nunciationis noui operis debeat libellus offerri? dicendum est quòd sic, maxime quando petitur opus demoliri, ut hic fit, & ita determinat gloss. & Bartol. in d. l. de pupillo. §. qui opus. facit regula generalis, authen. offeratur. C. de lit. contest. quod ex eo fortificatur, quia licitum est cuique petere ius suum confirmari, argum. l. quartæ. §. nullum. ff. de Car. edi. & in ca. fin. & cap. si quis. de confir. uti. uel inuti. & ibi per Innocen. & uersa uice is, cui facta est nunciatio, poterit libellum super remisione fienda iudici offerre petendo nunciationem pronunciari nullam, ut d. l. de pupillo. §. is cui, & hoc modo procedendo omnia rectè fiunt, & sine scrupulo secundum Bar. ubi supra &c.

SVMMARIVM.

1 *Spreta nunciatione qui ædificauerit tenetur opus diruere.*
2 *An proprijs sumptibus teneatur ad diruendum.*



1 DIRVI fiendum suis propriis sumptibus. † Aduerte quòd ille, qui spreta nunciatione ædificauerit, tenetur opus diruere,
2 vt supra dixi in proxi. gloss. † Sed an suis propriis sumptibus? distinguendum est, aut enim posidet rem ipsam cum ædificio, & tunc tenetur ad patientiam & impensam, ut l. penul. & ibi not. ff. de noui oper. nunc. & l. competit. §. final. ff. quod ui aut clam. Aut non posidet sed alienauit, & tunc ipse liberatur; succesor autem eius, in quem facta est alienatio, tenetur ad solam patientiam præstandam in destruendo opere, non autem ad impensam, quia ipse non peccauit: si autem ipse opus perfecisset sciens denunciationem factam, tunc tenetur ad vtrumq; uidelicet patientiam & ad impensam, ut hæc probant in l. si. & l. non solū. §. si. ff. de no. op. nun. & d. l. cōpetit. in fi. Ecōtra uerò, si is, q nūciauit, fundū illū alienauit, cuius ꝯtemplatione denuntiatio facta fuerit,

fuerit, extinguitur effectus nunciationis, ut dicta l. non solum. §. fin. & sic patet, quòd hæc nunciatio ex parte nunciantis est personalis, & ex parte eius, cui facta est, in rem, seu realis, &c.

1 ALIQVALITER AVDIATVR. † Ista est regula, quòd in odium contemnentis mandatum iudicis & legis, quicquid post denunciationem ædificatum sit, siue iuste, siue iniuste, destruendum est, ut dicta l. non solum. §. primo, & dicta l. prima, post prin. cum sim. &c.

IN OMNIBVS Damnis & expensis. Ad hæc omnia tenetur, si non reintegret, & demoliatur opus ad mandatum iudicis ut l. stipulatio. §. fi. ff. de nou. oper. nú. & l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. quod quidem interesse qualiter probetur, traditur per gloss. in dicto §. hoc interdicto. & ego late scripsi supra in primo libello, in glo. super verbo, interesse alias sequentes clausulas declara, vt plenè dixi in dicto primo libello, &c.

Forma libelli, quo vxor agit ad dotem & vsumfructum.



CORAM VOBIS Dom. B. Vicario &c. agit & in iure proponit Sim. Cathonus procurator & procuratorio nomine nobilis dominæ Mar. vxoris quondam Dom. Thadei contra & aduersus Rolandinum filium & hæredem quondam dicti Dom. Thadei, & contra quancunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens ipse Simon dicto nomine, quòd de anno currente Mcccc1. supra dicta Dom. Mar. matrimonium legitimè contraxit cum præfato Do. Thadeo, eique tunc dedit & tradidit in dotem pro dote ac nomine dotis ipsius d. Marg. flor. mille auri in pecunia numerata, ac etiam castrum Lamber. campe. Papiæ inæstimatú cú oibus suis iurib. & pertinentijs & ipsi castro spectantib. quá quidé doté præscriptus D. Thadeus fuit túc confessus & contentus uerius ipsam Do. Margar. habuisse, & recepisse, exceptioni nó habitæ dictæ quantitatis dotis omnino renunciando, prout hæc & alia plura constant publico instrumento tradito & rogato per G. notariú Papię anno prædicto, & mense & die in eo contento. Insuper proponit & dicit idem Simon dicto nomine, ꝙ præfatus D. Thadeus solénniter tunc promisit ipsi dictæ D. Mar. quotiescunq; & quandocunq; ipsa peruenerit ad casum restituendæ dotis, ꝙ eo casu tam ipse dominus Thadeus q̃ eius hæredes, & successores darent & soluerent ac restituerent ipsam dotem dictæ D. Marg. eiusq; hæredibus & successoribus, simul cum omnibus iuribus dotalibus ad ipsam tunc temporis pertinentibus, prout in dicto instrumento latius continetur. Proponit etiam & dicit dictus procurator dicto nomine. quòd præfatus dom. Thadeus iam tribus annis elapsis diem suum clausit extremum, cuius rei cá ipsa dicta Marg. fuit, & est in casu prædictæ dotis sibi restituendæ cum omnibus suis iuribus dota lib. ac etiam alimentis sibi de iure debitis à morte dicti quondam do. Thadei citra. Denique dicit, & proponit idem procurator dicto nomine quòd præfata do. Marg. tempore præfati contracti matrimonij ultra ipsam dotem habuit & adhuc hodie habet infrascriptas terras & proprietates quas in se tunc reseruauit táquam bona paraphernalia, & quæ ad ipsam pleno iure spectauerunt & pertinuerunt, & hodie spectant & pertinent, & super quibus eadem do. Marg. nullam potestatem nec administrationem concessit do. Thadeo, sed ipsius dom. Marg. administrationi & regimini reseruauit, quanquam prædictus dom. Thadeus contra & præter voluntatem ipsius dictæ do. Marg. ac scientiam & licentiam habuit & recepit & in suos usus conuertit omnes & singulos fructus, & reditus, & prouentus, qui exiuerunt à rebus & proprietatibus antedictis. Qui quidem fructus & redditus ascendunt in summa pro toto tempore prædicto vno anno cum alio cóputato flo. mille uel circa, prout in processu liquidabitur, & ueritas apparebit. Rursumq; dicit & proponit suprascriptus procurator dicto nomine, quòd supraścriptus Tha. in suo ultimo testamento dedit & legauit dictæ do. Mar. vsufructum omnium bonorum, relinquens, & faciens, & constituens ipsam dominam usufructuariam omnium bonorum suorum, donec uidualem uitam duxerit; & ultra, si habitaculum tenuerit continue cum hæredibus suis in ciuitate Mediolani, & in eorum domum contulerit dotem suam, legauit & reliquit ipsi d. Mar. singulis annis flor. quinquaginta, de quibus posset facere & disponere pro libito uoluntatis, & super quorum omnium restitutione, relaxatione, solutione, & satisfactiõe supradictus Rolandinus sæpe & sæpius fuit admonitus & requisitus & interpellatus per supradictam do. Marg. quanquam ipse Rolandinus prædicta omnia facere soluere & adimplere recusauit, præsentialiterq; recusat indebitè ac iniustè. Quare cum prædicta uera sint, petit & requirit præfatus procurator procuratorio nomine præfatæ do. Marg. quatenus per uestram difinitiuam sententiam, ac omni uia, iure, modo, & forma, quibus melius fieri potest, condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Rolandinum uerius dic. procuratorem nomine quo supra ad dandum & ad soluendum dimittendum, relaxandum, restituendum, & satisfaciendum ipsi do. Mar. & dicto eius procuratori eius nomine suprascriptam dotis quantitatem simul cum dictis alimentis & iuribus dotalib. ac omnibus pecuniarú quantitatib. antedictis, cæterisq; damnis, interesse & expensis, passis & factis, ac faciendis & patiendis in futurum, de quibus protestatur. deducen. in præsenti iudicio omne ius sibi dicto nomine competens & competiturum. saluo &c. non astringens se &c.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia dotis dotem septem, quòd etiam sint plura, & nume. 2. cum seq.*

2 CORAM vobis. 1 † Frequens ac luctuosus est hic tractatus, vnde procuratoribus 1 vtilis est & fructuosus. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd dotis causa, ac præstatio & restitutio eius, est fauorabilis. [b] ut inqu. [illegible] consi. in l. 1. ff. sol. mat. ratione publicæ utilitatis, vt ciuitas liberis repleatur, ut ibi dicitur, alij autem sunt fauores à iure collati ipsi doti, de quibus no. per Bar. in d. l. j.
2 videlicet infrascripti. † Primus est in tacita obligatione bonorum uiri, ubi expressa nó interuenit pro restitutione
c ipsius dotis [c] in casibus à iure concessis, & contra in tacita obligatione bonorum ipsius vxoris pro dote per eá promissa exoluenda, ut habentur hæc in l. 1. §. & ut plenius. C. de rei vxo. act. quod quidem beneficium cùm tribuatur à iure ipsi actioni de dote, transit ad quécunque, ad qué transit ipsa actio, ut probatur in d. l. j. § & ut plenius, & in §. fuerat, Insti. de act. licèt beneficium seu priuilegium, quod ei datur ut cæteris creditoribus similem hypotecam habentibus præferatur, non transeat ad aliam personam, ut tenet
3 Cyn. & alij in l. j. C. de priui. do. † Secundum beneficium doti attributum, est quòd res seu fundus dotalis non possit alienari per maritum, etiam consentiente muliere, ut l. j. ff. de fun. do. & Instit. qui. aliena. non licet. in princ. nisi secundùm canones ipsa mulier iurauerit non contrauenire alienationi, ut in capitul. cum contingat, de iureiurand. sed ius canonicum etiam in terris imperij obseruatur, & hoc priuilegium seu beneficium transit ad quemcunque,

 ad

ad quem transit actio de dote, ut traditur in l.fundum do-
4 talem.ff.de fund.dot. † Tertium priuilegium est, quia in
re dubia præsumitur q obligatio bonorũ dotis prçuenerit
obligatiõi extranei in bonis uiri,ut l.in ambiguis ff.de reg.
iur.& ad hunc casum potest trahi & intelligi d.l.1.ff.solut.
mat. quod beneficium etiam transit ad quemcunque, ut in
5 d.l.ambiguis. † Quartum beneficium est in tacita stipula
tione,quæ fingitur intercessisse de restituenda dote , ut in
l.1.in princ.C. de rei uxo.act.& inst.de act.§.fuerat.quod
quidem beneficium transit ad quemcunque,ut ibi,& d.l.1.
6 de priuil.dot. † Quintum est priuilegium circa naturam
ipsius actionis de dote,quæ ex stipulatu uocatur. nam hoc
casu est bonæfidei,licet regulariter sit stricti iuris,ut §. bo
næfidei.Institu.de actio.& d.§.fuerat cum sim.quod priui-
7 legium transit etiam ad quemcunque,ut ibi not. † Sextũ
beneficium seu priuilegium est super instantia causæ,quæ
summaria est,sicq; in ea potest iudex dilationes abbreuia-
re,ut no.in d.l.1.sol.mat. arg.in clemen.dispendiosam. de
iud.& quod no.in l.a.ff.de re iud.licèt Dyn. contrarium di
8 xerit . † Septimum priuilegium est,quia mulier in perso
nali actione de dote cæteris creditoribus personalẽ actio-
nem habentibus præfertur,quod quidem priuilegium non
9 transit in hæredẽ,ut d.l.1.C.de priui.dot.& ibi no.† Octa
uum priuilegium est,quia in tacita hypotheca mulier pro
dote præfertur cæteris creditoribus habentibus tacitam
hypothecam,non autem habentibus expressam,ut habetur
in l.fi.C.qui po.in pign.hab.& in d.§.fuerat. quod quidem
priuilegium ad suum transit hæredem , non autẽ ad extra-
neum.ut d.l.1.ff.de priuil.do.& no. per glo. in d.§. fuerat.
& per Bar.in d.l.1.sol.mat.& per Cy.in d.l.1.de priuil.do.
10 † Nonum uertitur priuilegium , quia dos incerta * põt
committi arbitrio partis,uel incertæ personæ,nec eius in-
✻ certitudo uitiat stipulationem ut in l.post §.gener. [d] ff.de
d iu.do.licèt regulariter contra,ut l.ita stipulatus in princip.
11 ff.de uerbor.oblig. † Decimum est beneficium, quia mu
lier promittens dotem pro aliena muliere obligatur , nec
exceptione Velloiani iuuatur,ut l.fi.C.ad Vel.licèt in aliis
casibus iuuaretur,ut per totũ tit.maximè l.3.ff.& C.ad Vel.
12 † Vndecimum est dotis priuilegium, quia licèt regulari-
ter res subiectæ restitutioni in diem, uel conditione , non
possint interim ante diem, uel conditionis euentum alie-
nari,ut in auth.res quæ. C. communia de leg.cum sim. ibi
not tamen in causa dotis uel pro dote sua uel libe is con
stituenda alienari possunt,nec adueniente die , uel condi-
tione alienatio resoluitur,sed firma permanet.ut ibi no. &
scripsi insa super forma lib. quo agitur ex substitutione.
13 † Duodecimum priuilegium est, quia pater compellitur
per iudicem filiam dotare secundum uires sui patrimonij,
vt habetur in l.qui liberos.ff.de rit.nup.& l.fi.C.de do.pro
miss.immo si pater esset absens , poterit iudex ex suo offi-
cio de bonis paternis in dotem dare filiæ , ne perdat tem-
pus nubendi sub expectatione patris. ut l. profectitia , in
14 prin.ff de iur.do. † Tertiumdecimum [e] priuilegiũ do-
e tis est , quia si imputetur mulieri petenti dotem quòd
res uiri amouerit , uel subtraxerit , non impeditur ex hoc
nec retardatur restitutio dotis , nec etiam si ei obiicitur q
malè uersata sit,ut hæc habentur in §.taceat. C. de rei uxo.
act. quod priuilegium non puto transire in hæredẽ extra-
neum, quia personæ cohæret, cũ fuerit ideo sic prouisum,
15 vt mulier nubere possit . † Amplius secundum aliquos
nec vlla compensatio põt ei opponi,ut probatur in l. 1.§.
sed nec ob impensas,licèt glo.ibi teneat contrariũ,de quo
16 no.per Bar.in d.l.diuortio.ff.sol.mat. † Quartumdecimũ
infertur priuilegium , quia filia in potestate patris consti-
tuta potest pro dote sua esse in iudicio sine patris cõsensu,
quando dos est aduentitia,secus autem si esset profectitia,
vt tangitur in authen.quod locum.C.de coll.& not.per gl.
17 & Doct.in l.2.§.quòd si in patris.ff.sol.mat. † Quintum-
decimum potest addi priuilegium , quòd dos non præsu-
mitur communicata pendente matrimonio inter socios
omnium bonorum,ut habetur in l.actione.§.fi.cum l. seq.
ff.pro soc. Aliquando tamen contingit quòd conditio do-
tis sit aliis deterior,ut probatur secundum primam lectur.
in l. Lucius.§.impuberem.ff. de leg.2. & in l. si socius pro
filia.ff.pro soc. &c. finaliter &c.

ADDITIONES.

✻ Dos incerta . Adde de incertitudine dotis quæ scribit Ias. in l.ita stipulatus.nu. 11.ff.de uerb.ob.Rom.cons.44.col.3. in princ. vbi quando contrahitur matrimonium cum dote incerta, declarari & constitui debet dos magna uel parua, considerata qualitate vtriusq; coniugis, & ipsius uxoris facultatibus.l.si filiæ,de leg.3.l.quæro.ff.de iur.dot.l.cũ post § gener,idem Rom.cons.61.uer.secundum. cons.314.in fi. Dec. cons.26. nu.2. Boer. q.3.nu.11.

a Coram vobis. Qualiter autem formetur hic libellus, uide Ang.Aret.in §.fuerat. Instit.de actio. col.fin. uers. ex parte vero mulieris,& ibi Ioan.de Pia.col.3. uersi.libellus autẽ in hac actione,& Ias. col. pen. uer. extra glo. Zilettus.

b Fauorabilis. Adde de priuilegiis,ut per Bart.& Alex. in l. Caius.ff.sol.mat. Doct. in l.pactum & in l.pater.C.de pac. conuentis tam super do. & Ang.Aret. in §. fuerat. col.18. Instit. de act. & adde quòd si dos est promissa ab extraneo committitur mora irregularis.l.fi.§.præterea.C. de iu.do. ita Ang.Aret. in d.§.fuerat,per Alexan.in l. quod te.col.6. ff. si cer. pet. Fran. Cur.

c Ipsius dotis. Adde quæ & quot sint priuilegia dotis, & vide Bal.in l.1. C.de iu. uel do. Spec.tit. de do. inter uir. & vxo. §. fortiter. Adde Ioan.de Plat. in §.fuerat,nu.5.Instit. de actio. Zilettus.

✻ Ipsius dotis. Adde Catel.uer. dos habet multa priuilegia, & dic,quòd dos per actionem ex stipulatu exigi potest, licet nulla adhibita fuerit stipulatio,secundum nouam constitutionem l.vnic in princ.C. de rei vxor.act. ubi Bart. & Doct. communiter , & ob talem constitutionem recessum esse à l.ad exactionem.C.de dot.promis. quam tamen aliqui dixerunt,non esse correctam,quorum opi.non esse tutam dicit Viui. inter com.opi. lib. 4. ver. dos , ubi dicit q quemadmodum mulieri sol. mat. datur actio ex stipulatu per d.l. vnic. ita etiam in fauorem mariti , conceditur ipsi eadem actio ad petitionem dotis promissæ secundum glo. in l.diuortio de uer.ob.in d.l.vnic.in §.fuerat insti. de act. in l.qui liberos.ff.de rit.nup. & quòd dos sit magis priuilegiata quàm fiscus,communem dicit Gozad.consi.97.n.12. & an statutum generaliter loquens intelligatur loqui in casu dotis,uide Dec.in c. sedes. col.5. de rescrip. & cõs. 5. Ias.in l.1. col.3. 3.not.ff.sol.mat. & distingue, ut per eundem Dec.in l. ex testamento,uer.vlt.nota. C. de colla. ubi reprobat Ias. d.l.1. Mafuer.

d Amplia illum tex.in dote incerta, nedum si cõferatur eius specificatio in alterá ex partibus per uerba importantia arbitrium boni uiri, sed etiam per uerba importantia liberam voluntatem,ita Alex.in l.1. col.8.uer. Item in quantũ. ff.sol.matrimo. declarando ut ibi per eum. Quam doctrinam memini,iam aliquot annos practicasse in Sena. Mantuano, ex eodem Alex.in l.sciendum. nu.1. ff. de ver. obli. Subdens hoc esse inductum fauore mulieris,ut scilicet ipsa habeat quid repetat , & non mariti ut aliquid habeat; ideo quando non esset in fauorem mulieris , non ualeret interueniente etiam stipul. & dixit ita esse in l.prima.C.de do. promis. ubi plura notaui pro saluanda Alcia. opin. in d.l.sciendum in fi. 1. lect. cui quo ad istam limit. ob. text. in l.stichum.§.1. ff.de nouat.

e Tertiumdecimum. Adde Alexand.in l.rei iudicatæ.ff. sol. matrimo. & aliud priuilegium quòd si reperiuntur diuersa instrumẽta dotalia quòd illud præualet quod est utilius vxori Ale.in l.& quæ nudũ . ff. de pig. act. Item instrũ inter alios ꝯfectũ sup dote plenè probat Ale.in l.admonẽdi. co.18.de iureiu.& ibi dixi post ipsum,& Ale.in cõs. 4. co.8.

in 2.

in 2. volum. & ibi quòd si uir uendit fundum dotalem vxore contentientie bona mariti remanent obligata pro pecunia quam recepit. Franc. Curtius.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier an possit esse in iudicio.*
2 *Mulier existens in potest. patris, an possit dotem ab haeredibus mariti pro se petere in iudicio.*
3 *Mortua uxore superstitibus patre & liberis, cui competat actio ad dotem.*
4 *In dote aduentitia filij patri anteferuntur.*
5 *Extraneo dotanti an competat actio dotis.*
6 *Patre uiuente an sit dare casum quòd soli filiae competat actio, & non patri, in dote profectitia.*
7 *Filij possunt agere contra patrem dissipatorem ad repetendum dotem, mortua matre sua.*

1 PROCVRATORIO nomine Dominę Marga. †
2 Hic not. a quòd mulier etiam per se posset stare in
iudicio & prosequi causam suam; nam licèt mulier non
possit esse in iudicio nomine alieno regulariter, ut in l. foeminis. ff. de procu. & l. alienam. C. de procurat. nisi in certis
specialibus casibus no. in l. exigendi. C. de proc. tamen ubi
agit nominę proprio, & pro sua causa regulariter admittitur, ut ibi not. & in d. auth. quod locum. C. de colla. cum siue
sit in potestate patris quo ad dotem aduentitiam, siue
facta sit sui iuris quantum ad dotem etiam profectitiam
morte patris, uel per emacipationem secundum aliquos,
vt colligitur ex his quae no. in l. uideamus. C. de rei vxo. act.
licèt secundum alios ubi efficitur sui iuris emancipatione;
sit patris necessarius contensus pro dote profectitia, quod
est falsum secundum Cy. ut per eum no. in l. auia. C. de iure
2 do. & per Bar. & Dy. in d. §. quòd si in patris. † Vltra praedicta pro latiori declaratione reuoco in dubium, quando
mulier est in potestate cōstituta, nunquid ipsa sola sine patre poterit dotem suam petere ab haeredibus mariti? uidetur quod sic per ea quae proxime dicta sunt. Tu autem circa hoc plenius sic considera, aliquando dos ista est simpliciter profectitia, quia pater eam cōstituit & dedit; aliquando est aduentitia, quia extraneus illam contulit. Primo casu subdistingue, aut ipse pater tempore dotis traditae & cōstitutę stipulatus fuit ipsam dotem sibi soli restitui, & tunc
ipsi soli patri competit ius agendi, & non filiae, ut l. quoties. cum sim. ibi no. ff. solu. mat. aut stipulatus est soli filiae
dotem restitui, prout communiter fit hodie in instrumētis
dotalibus, & tunc ipsi soli filiae competit ius agendi, non
patri, ut in l. post dotem, secundum lect. Dyn. ff. sol. mat. probatur in l. si cum dotem, in prin. cum ibi no. ff. sol. mat. & in
l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. ercisc. & not. C. de inoff.
3 do. l. 1. † Sed an mortua filia, patre & liberis superstitib.
competat actio de dote patri, an uerò liberis? fuit apud
Doct. dubitatio. Dicit enim Dyn. quòd actio de dote competit prius liberis, quam patri, per d. l. post dotem, secundum
eius lect. & haec actio transit in filios tanquam in haeredes;
quia hodie filiusfamilias habet haeredem, Alij dicunt, quòd
soli patri competit actio de dote, quia in profectitiis etiā
hodie filiusfamilias non habet haeredem, sed talia bona per
patrem tanquam peculium occupantur, ut no. in Auth. de
haer, ab intest. §. 1. & l. nupta. §. 1. ff. sol. mat. quam opi. sequutus est Azo. in sum. sua. C. sol. mat. in fi. Bar. in d. l. post mortem, in 4. q. tenet opin. Dyn. per tex. in l. inter socerum, §.
cum inter. ff. de pact. do. quam opin. firmat etiam Odofr. &
4 Iac. de Belui. quae aequior est, † Sed hic aduerta, quòd haec
quaestio solum procedit in dote profectitia; nam in aduentitia clarum est, filios patri anteferri. Idem procedit, quando pater simpliciter dotem dedit non stipulando sibi, nec
filiae; vbi autem stipulatus esset sibi soli restitui, tunc puto
quod sibi soli actio competit, filiis exclusis. vbi uerò stipulatus fuisset ipsi filiae restitui, tunc puto ius stipulationis in
filios sine dubio transmitti patre excluso, licet hoc casu
posset procedere haec disputatio, multo igitur fortius competit actio ipsis filiis tempore moderno, quo fiunt instrumenta dotium in quibus pater stipulatur dotem restitui filiae suae, ac filiis, & haeredibus eius, quod no. Nec obst. praedicta opi Azo. & ea quae no. in d. l. ut pra, quia ibi loquitur
quādo pater uoluit filiae suae donare tacite uel expresse dotem, sed hic uoluit sibi dare stipulando ipsi filiae restitui.
Nec similiter habet obstare quod no. in d. §. 1. de haere. ab
inte. quia ibi loquitur in illis profectitiis quae filio nō quaeruntur, sed quorum dominium remanet penes patrem, sed
quaestio procedit in dote, cuius dominium quaeritur ipsi filiae; ideo in ea habet haeredem, & sic filij patri praeferunt. l.
certum. C. fam. erci. Et per haec habes expeditos duos articulos. videlicet quando pater stipulatur sibi, uel quādo stipulatur filiae. Tertius subiungitur articulus, uidelicet quādo pater simpliciter dotem tradidit, nec specialiter eā restitui stipulatus est sibi nec filiae, & tunc in dubio est communis actio utriusq; sic tamen quòd solus pater exerceat
actionem de consensu filiae tacite, uel expressè, ut habetur
in l. 3. §. voluntatem, & §. quod si in patris, & in l. non solū.
5 ff. sol. mat. † Venio nunc ad secundum principalē casum
qui est, quādo extraneus dat ipsi filiae dotem. vbi distingue,
aut ipse extraneus fuit incōtinenti tempore traditionis stipulatus ipsam dotem sibi restitui, & tunc ipsi soli cōpetit
actio: aut non est stipulatus restitui, & tunc ipsi mulieri cōpetit actio, & exactio, ut habetur in l. 1. §. accedit, & in §. extraneum. C. de rei vxo. actio. & l. auia, & ibi not. C. de iur.
doc. quam actionem poterit intentare hoc casu sine patris
consensu, ut supra dictum est, & habetur in d. auth. quod lo
6 cum. C. de colla. † Vltra quaeritur, dictum est supra, quòd in
dote profectitia patri competit actio. Sed nunquid patre
viuente sit darę casum quòd soli filiae actio competat, & non
patri in hac dote? glo. determinat, quòd sic, quando pater est
inops, uel timetur de eius dilapidatione, ut no. in d. l. 1. uer
si. certum ff. sol. mat. quam opi. sequitur Bar. ibi in l. fi. ff. de
eo per quem fac. erit. & in l. Imperator. ff. ad Treb. & l. planc, la 2. §. 1. ff. de leg. 1. & l. pater, in fi. ff. de dot praele. & l. si
cum dotem. § eo aūt tempore. ff. sol. mat. quod est notandū
7 secundum eum. † Ex quib. talis deciditur quaestio, ut per
eum no. in d. §. caeterum. Ecce quòd mortua est mulier in matrimonio superstitibus marito eius & filiis; modo hic maritus est pauper & dissipator bonorum, an filij poterunt
agere contra patrem, ad repetendum dotem ut salua fiat?
determinat ipse quòd sic, per l. fi. C. de senten. pas. & sunt lega. nomi. c. l. fi. in prin. & in glo.

ADDITIO.

a Hic no. uide Doct. in l. 2. ff. de regu. iur. & in l. 1. ff. de postu. glo. in c. non solent. 2. q. 6. Doc. in c. de crimine cum tribus capitulis sequenti. 15. q. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non potest vouere aliqua uota sine consensu mariti.*
2 *Dos est restituenda mulieri superuiuenti.*
3 *Muliere committente adulterium dos cedit ad utilitatem uiri.*
4 *Mortuo marito an mulier possit propria authoritate ingredi in bona mobilia mariti.*
5 *Stante statuto quòd mortua uxore in matrimonio uir lucretur dotem, si post sponsalia per uerba de praesenti neque est sequuta traditio nec copula, & accedat casus mortis, an statutum locum habeat.*
6 *Facta stipulatione per uxorem de restituenda dote fratribus suis post mortem suam, eueniente casu mortis an habeat locum stipulatio.*
7 *Pendente matrimonio, an vxor aliquando possit dotem repetere.*
8 *Bannito uiro, an mulier possit repetere dotem.*
9 *Maritus eueniente casu dotis restituendae, an possit spontaneè restituere sine nouo processu.*
10 *Viro vergente ad inopiam, an mulier teneatur repetere dotem suam maxime contra extraneos possessores.*
11 *Paupertas uiri qualiter probetur.*

12 Quæ sit differentia inter restitutionem dotis post mortem mariti & in uita mariti eo uergente ad inopiam.
13 Lite pendente contra maritum de dote restituenda propter paupertatem & eo mortuo, an ex eadem instantia possit ferri sententia contra omnes hæredes mariti.
14 Inchoato iudicio restitutionis dotis propter paupertatem, an superueniente uiro hæreditate reuocetur iudicium.
15 Prætextu paupertatis uiri tempore contracti matrimonij, an mulier possit dotem repetere.
16 Socero vergente ad inopiam an sit locus repetitioni dotis.
17 Filio recipiente dotem consentiente patre, an pater sit obligatus ad restitutionem.
18 Item quid iuris quando sine iussu patris recipit.
19 Filio petente dotem patre præsente, uel nudum consensum præstante, an pater ex tali præsentia sit obligatus ad restitutionem dotis.
20 Pater an sit cogendus se obligare pro dote filij.
21 Si sit contentio inter patrem & filium de recipienda dote, quis præferatur.
22 Extraneo obligato ad restitutionem dotis & uergente ad inopiam mulier agere potest.
23 Mulier agens pro restitutione dotis contra uirum uel patrem uiri si offeratur satisdatio, an sufficiat.
24 Mulier sibi prouidens in instrumento, ut post mortem uiri dos sibi restituatur, an eo uergente ad inopiam possit agere.
25 Filius si sit emancipatus à patre & pater uergat ad inopiam an possit dotem repetere.
26 Mulier in exigendo dotem debet prius discutere de bonis à marito possessis.
27 Mulier agens ad restitutionem dotis propter inopiam uiri, si opponatur sibi suspicio de dilapidatione, an repellatur.
28 Mulier est tuta exceptione contra creditores uiri propter tacitam obligationem.
29 Dote non existente capaci ad alimenta, quid agendum in casu restitutionis.
30 In casu restitutionis fructib. dotis excedentib. alimenta quid agendũ.
31 Dos an debeat restitui uiro postquam ipse restituerit propter inopiam si perueniat ad pinguiorem fortunam.
32 Propter confessionem uiri dicentis se uergere ad inopiam, an possit fieri restitutio.
33 Spontaneam confessionem uergentiæ ad inopiam si reperiatur eo tempore maritus diues fuisse, an idem maritus possit reuocare.


XOR quondam domini Thadei. Tu iuue-
nis cupidus laicalis status & habitus confide
ra quot innumeris anxietatibus, & dolori-
bus sis subiectus. nam qui uxorantur uisuri
sunt mortem & dissolutionem eorum, uisuri
sunt infirmitates plurimas, ac mortẽ filiorum, passuri sunt
varia tormẽta circa alimenta tam propria quàm filiorum
ipsorum, facturi sunt immensas expensas, quas nunquam
præcogitauerunt; cruciatus etiã uarios sustinebunt à prin
cipe suo circa onera, taleas, & alia grauamina, quæ omnẽ
consolationem extingnunt, propterea inquit Paulus in
epistola consulendo. Alligatus es uxori noli quærere so-
lutionem, solutus es ab vxore noli quærere uxorem, si ta-
men uxorem acceperis non peccasti; tribulationes autem
carnis habebunt personæ huiusmodi &c. Sed heu uide q̃d
Deus operetur, duo enim reperio quæ suo occulto iudi-
cio subtrahere uoluit à cordib. hominum, ne super his pa-
rum, uel nihil cogitarent. primum est super propria cuius-
libet morte. ideo dicit Sen. { In hoc omnes fallimur, quia
mortem non prospicimus. } Secundum est super coniun-
ctione matrimonij, nam quot exinde proueniunt anxie-
tates, angustiæ & dolores, dictũ est superius, sed ipse Deus
cuius sapientiæ non est finis, uoluit ab hominum cordibus
hæc detrahere, ne status laicorum contingeret deperire.
debet enim uxor esse subiecta suo uiro, & in signum subie-
ctionis incedere semper capite uelato, ut in c. fœminæ. 30.
1 q. vlt. † Et in tantum subiicitur uiro, ut uota aliqua sine
a eius ꝯsensu non possit vouere, a 30. q. ult. c. manifestum,
& in c. cum caput. non enim mulier est facta ad imaginem
Dei, ideo etiam ob hoc debet caput tenere uelatum, ut ha-
2 betur in c. mulier, cum seq. † Redeamus nunc ad mate iã,
hic uir ergo ꝑdecesserat, & sic dos petebat, q̃a matrimoniũ
erat solutum per mortem uiri, quoniam regulariter dos est
restituenda mulieri superuiuenti, ut l. 2. in prin. ff. sol. mat.
3 cum sim. † Fallit, si mulier adulterium commisisset, quia
b tunc priuatur dote b & cedit lucro mariti, & hæredum
eius, ut l. cum mulier. ff. sol. mat. & no. per gloss. in d. l. 2. in
prin. & in l. consensu. C. de repu. nisi forte commisisset adul
terium de consensu uiri, ut d. l. cum mulier, uel si etiam ip-
se uir cum alia muliere adulterium commisisset, quia his
duobus casibus non lucrabitur ipse uir dotẽ, ut l. uiro atq;
vxore. ff. solut. mat. Item non perdit mulier dotem, si post
adulterium eam reconciliauit & eius mores approbauit,
vt in c. plerunque, de don. inter virũ & vxorem. no. in d. l.
cum mulier. quod tene menti. nam pluries uidi de facto,
q mortuo uiro eius hæredes, uel malitia, uel inimicitia,
aut paupertate deuicti uolentes effugere restitutionem do
c tis obiiciunt mulieri adulterium c commisisse, vnde si mu
lier sentiat se posse probare, debet replicare quòd dictus
eius uir similiter adulterium commisit cum Berta. uel ip-
sam postea reconciliauit. & hoc probato remanebit actio
de dote sibi salua, nam uiri persæpe incurrunt hoc uitium,
& eodẽmodo posset replicare mulier, quòd in eius adul-
terio consensum præstitit, ut aliquando faciunt plures, qui
4 claudunt oculos. † Sed nũquid mortuo uiro poterit ipsa
* mulier intrare propria * auctoritate in bonis immobili-
bus per eam traditis in dotem? dic quòd non, nisi in instru
mento dotis fuerit appositum pactũ de ingrediendo, quod
not. eu notarie, quia solet communiter apponi in instru-
mentis, vnde expedit alias intrare cum auctoritate iudicis,
vt determinatur per tex. & glo. in l. dotis actio. C. sol. mat.
Vbi autem econuerso mulier prædecedat uiro supestite
in matrimonio, tunc regulariter per hæredes ipsius mulie
* ris repetitur dos * à marito, ut l. dos à patre, cum ibi no.
C. soluto matrimo. nisi intercesserit pactum speciale dotis
lucrandæ, ut ff. de pact. do. l. si pater. in prin. & d. l. si inter vi
rum, cum similib. Aut si statuto, uel decreto cautũ sit quòd
d vir lucretur dotẽ. d † Vnde pro eius declaratione quæ-
5 ro de tali quæstione. pone statuto Papiæ cauetur q vxore
mortua in matrimonio uir dotem lucretur. Ecce quòd Ti
tius desponsauit Bertam virginem per uerba de præsenti,
quam ipse Titius ad domum suam nõ traduxit, nec ipsam
carnaliter cognouit, & sic mortua est dicta Berta uirgo in
domo sua propria, uel paterna. quæritur an ipse Titius lu-
cretur dotem, sibi ab eo traditam uel promissam? & uidetur
quòd sic, per ea quæ no. Cyn. in l. cum inter. in vlt. q. C. de
don. ante nup. & in l. pen. ff. de don. inter uirum & vxorem.
nuptias enim consensus non concubitus facit, ita nec du-
ctus in domum facit matrimonium, sed consensus simpli-
citer eorum. l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. cum hic status. §. si
mulier. ff. de don. inter uirum & uxorẽ. §. nuptias, in Auth.
de nup. & extra de spon. in c. cum locum. 30. q. 2. c. sufficiat
& sic habent locum uerba statuti, ergo & ipsum statutum,
vt l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patro. & l. quod dictũ
ff. de pact. cum similib. In contrarium facit, quia uidetur
facta promissio, uel datio sub conditione, si ipsa uirgo du
catur ad domum uiri, prout fieri solitum est ad omnibus,
argumen. in l. stipulationem. ff. de iure dot. & l. non enim.
& l promittendo, in principio. ff. eodem titulo. vnde cùm
defecta, & nõ impleta fuerit conditio, debet cessare ipsius
dotis lucrum, & acquisitio, & in hanc partem uidetur con
6 suetudo inclinasse. † Sed pone quæstionem de facto.
Ecce quòd mulier tempore dotis traditæ stipulata est à ui
ro, si sine liberis prædecesserit ipsa uxor in matrimonio,
dotem ipsam in toto, uel in parte fratribus suis reddi &
restitui, quæritur an hoc casu eueniente morte uxoris in
matrimonio sine liberis detur actio fratribus eius ex ipsa
stipulatione ad uendicandum ipsam dotem? dic quòd nõ,
vt l. si genero. C. de iur. do. & no. per Cyn. in l. cum patrem.
C. eod. tit. facit l. pactum, & l. præter. C. de pac. conuen. &
quod no. per Barto. in l. Caius. ff. solut. mat. quia regulari-
ter alteri extraneo stipulari, uel paciscì non potest, ut l.
stipu-

ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uerb.obl.ubi ergo quis ex for-
ma legis municipalis poſſet alteri ſtipulari, ut eſt Papiæ,
tunc ipſi fratres poſſent ex ea ſtipulatione agere; eſt ergo
conſilium, ut ipſimet ſtipulentur de uoluntate, & de con-
ſenſu ſororis ſuæ; vel notarius eorum nomine tanquam
7 publica perſona ſtipuletur. † Nunc autem uidendum oc-
currit, an pendente matrimonio poſsit mulier aliquo ca-
e ſu dotem e repetere? & gl.in d.l.2.in princ.ff.ſol.matr.re-
ſpondet, ꝙ ſic in quatuor caſibus. Primus eſt, quando ma-
ritus uergit ad inopiam, ut d.l.ſi conſtante, in princ.ff.ſol.
mat.& ibi plenè per Bar.& not.per Cy.& alios in l.adhuc.
C.eo.tit.& per tex. & glo. in c.per ueſtras, extra de do.in-
ter uir.& ux.& infrà dicetur. Secundus caſus eſt, quando
maritus deportatus eſt in inſulam, & ſic perdit bona ſua,
ut l.ſi marito.ff.ſol.matr. nec mirum, quia per hoc factus
eſt pauperrimus, ideoque includitur ſub præcedenti caſu.
8 † Et per hoc deciditur illa quæſtio, ſi maritus fuerit de ci-
uitate expulſus, uel bánitus, maximè eius bonis ademptis,
ꝙ mulier poſsit petere dotem ipſam, ut tenet Bart.in d.l.ſi
conſtante. Tertius caſus eſt, quando matrimonium nullũ
fuit, uel nõ eſt ſecutum, ut l.quemadmodum, ff.de iur.do.
differt tamen hic caſus à præcedentibus in qualitate actio-
nis, nam hoc caſu petitur dos per condictionem ſine cau-
ſa, uel ob cauſam, ut l.fin.cum ſim. ibi not. ff.de cond. ſine
cauſa.& in l.qui contra, C.de inceſt.nup. In alijs autẽ caſi-
bus repetitur per actionem ex ſtipulatu, ut dictũ eſt ſupra.
Quartus caſus eſt idem cum pręcedenti, de quo in l.3.C.de
9 repu. † Deinde quæritur, an illis caſibus, in quibus duran-
te ipſo matrimonio dos poteſt repeti per mulierem, nun-
quid eius maritus ſine alio proceſſu poſsit ſpontanea uo-
luntate ſibi reſtituere ipſam dotẽ, & maximè eo caſu qui
communiter accidit, quando maritus ad inopiam uergit,
in qua quæſtione gloſſ.in d.l.2.in prin.dicit, ꝙ ſic in certis
ſpecialibus caſibus. Primò, videlicet in cauſa alimentorũ
filiorum eius primi matrimonij, ac etiam proprij patris,
uel fratris ipſius mulieris, ac etiam pro ipſorum redem-
ptione ſi forent in carceribus mancipati; necnon & pro ali
quo fundo, ſeu prædio ipſi mulieri emendo, & in cauſam
ipſius dotis conuertendo, prout fieri multoties conſueuit
in partibus Pedemontium, & Montisferrati, ut hæc om-
nia habentur in l.quamuis.& in l.ſeq.ff.ſol.matr.& in l.mu
tus, §.manente, ff.de iur.dot. In cæteris autem caſibus ma-
ritus ſponte reſtituendo regulariter non liberatur, niſi ex
ea ſolutione mulier locupletior efficiatur, ut in l.1. & ibi
per Cyn.C.ſi dos conſt.matrim.ſol.ſit. pro quo etiam facit
in Authen.de nupt.in §.dotes. & ff.de iure dot.l.fin.quam
10 opin.ſequuntur Doc.in d.l.1.& in d.l.2.in prin.† Amplius
quæritur, ſi uir uergit ad inopiam, an mulier teneatur re-
petere dotem ſuam, maximè agendo cõtra extraneos poſ-
ſeſſores rerum per maritum alienatarum, & an longi tem-
poris præſcriptione repellatur? videtur ꝙ non; quia regu-
lariter pendente matrimonio nõ currit contra actionem
de dote aliqua præſcriptio, ut in l.cum notiſsimi. §.illud.
C.de præſcr.30.ann. Tu dic contra per text.in l.in rebus,
§.fin.C.de iure dot.& not.per gl.in l.ſicut.C.de præſcript.
30.ann. Nec obſt.§.illud.quia ibi loquitur quando mari-
tus eſt diues, nec uergit ad inopiam. Expedit ergo ut mu-
lieres ſint cautæ, quando uident maritos alienare bona &
incipere maleſacere facta ſua, quòd ſtatim petant dotem
ſuam, ſed quia ſunt ignarę literarum, & timent maritis eo-
rum diſplicere, laudabile eſſet in hoc caſu per uiã ſtatuti
prouidere, ne ſe reperiant ſine dote. Rurſum quęritur, mu
lier põt dotem repetere, qñ maritus eſt pauper & incipit
depauperari, ſeu bona quę habet nõ ſufficiunt ad exactio-
11 nẽ dotis, quæ ſynonyma ſunt ſm Bar. ubi ſupra. † qualiter
f probabitur f de prædictis? dicunt Dyn. & Cyn.in d.l.vbi
adhuc.quod probabitur per uulgi opinionem, ſeu per uo
cem & famam, & hoc idem no.in §.illud, in Auth.de æqua
li.dot.Bart.autem in l.ſi conſtante, diſtinguit. Aut agitur
contra maritum, & tunc procedit dicta opin. aut contra
extraneum, & tunc debet fieri probatio aliter quàm per fa
mam, ut per teſtes uicinos qui dicant, quòd uendit bona
ſua, contrahit debita, & ſecundùm Iac.But. poteſt addi, ꝙ
vadit peius indutus quam conſueuit, male uiuit in domo,
& ſimilia quæ ſolent pauperibus euenire, argu.in l.is qui.
§.fin.ff.de tut.& cur.da.ab his.& l.cum de lege. ff.de prob.
& l.1.ff.de cura.furi.& l.in condemnatione, ff.de re iud.&
l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iud.& not.per Iac.But.in l.actor.
in fin.C.de prob. Et ratio differentiæ ſecundùm Bart.eſt,
quia quando agitur contra maritum; non vertitur magnũ
præiudicium; quia ipſi fructus dotis reſtituendæ ſeruire
debent oneribus matrimonij, vt in d.l.vbi adhuc. quæ ra-
tio ceſſat, quando agitur contra extraneum, de cuius præ-
12 iudicio magno pertractatur.† Et ex hoc habes notare vnã
differẽtiam inter reſtitutionem dotis quæ fit mulieri poſt
mortem viri, & illam quæ fit propter viri paupertatem.
13 † Quid ergo ſi lite inchoata contra uirum ſuper dotis re-
ſtitutione propter eius paupertatem contingat lite pen-
dente ipſum maritum mori, an ex eadem inſtantia poterit
ferri contra eius hæredem ſententia? Dyn.Bart.& Bald.in
l.poſt finitam, ff.de ſuſpect.tut.tenent ꝙ ſic, quia ſola quali
tas actionis immutatur, quæ non impedit iudicium tran-
ſire, arg.in l.in delictis, §.ſi detracta. ff.de nox.de qua iudi-
cij tranſlatione plenè not. per Barto. in l. cum hominem.
14 ff.de ſolu. † Sed quid dices, ſi pendente hoc iudicio con-
g tra maritum, ſuperuenit ſibi hæreditas opulenta, g ita ꝙ
factus eſt diues, an ceſſabit iudicium contra eum? & uide-
tur quòd non: ſicut in ſimili dicitur, quando iudicium ex-
cuſsionis eſt inchoatum, quo pendente auctæ ſunt facul-
tates debitoris, nam per hoc non ceſſat excuſsio ſecundũ
Iac.de A: et.arg.l.pen.§.fin.ff.qui ſatiſd.cog.& ff.de appel.
l.fin. In contrarium facit l.ſi mulier. ff.ſol.matr. & hoc pu-
to uerius, quia cùm dos ipſa ſubiacere debeat alimentis
communibus, ſi ſuperueniant alimenta aliunde ſufficiẽtia,
15 crederem litem extingui.arg.d.l.ſi mulier † Vlterius quę
ritur etiam, quid ſi tempore contracti matrimonij mari-
tus erat pauper, an poſsit mulier prætextu huius pauper-
tatis dotem repetere? diſtingue ſecundùm Cyn. in d. l.ubi
adhuc.aut mulier tunc notitiam habuit de hac paupertа-
te, aut ignorauit. Primo caſu repellitur mulier, quia in
culpa fuit. Secundo caſu admittitur mulier, quia ceſſat cul
pa, ut hæc probantur in l.ſi ei à quo.§.fin.ff.vt in poſſ. leg.
C.de ſpon.l.ſi.§.his. Dyn.verò dicit ſimpliciter, quòd non
admittitur per d.l.ſi ei à quo.§.fin. Sed Bart.in d.l.ſi con-
ſtante, dicit contra Dy. quia mulier poteſt petere indiſtin-
ctè, arg.l.de die, cum l.ſeq.& l.Attilicinus. ff.de pact.dota.
Cano.autem in d.c.per veſtras, extra de do.inter uir.& vx.
approbant opi.Cyn. & eam puto ueriorem & magis æqui
16 tati conſonam. † Item quæritur, quid ſi ſocer uergat ad
inopiam, an erit locus repetitioni dotis, ſicut in marito di
cimus? glo.in d.l.ubi adhuc, & in d.l.ſi conſtante, tenet idẽ
eſſe in utroque, quando ſocer dotem receperat ſolus, ſiue
cum filio, licèt Bar.in d.l.ſi conſtante. quando ſimul rece-
perunt dotem, diſtinguat, aut ſunt duo rei debendi eiuſdẽ
dotis, & tunc habent locum prædicta: aut nõ ſunt duo rei,
& tunc ſecus. Cyn.tenet glo.ubi ſupra. patet ergo in caſu
præmiſſo, quòd pater tenetur pro filio ad dotis reſtitutio-
17 nem, quãdo ſe obligauit expreſsè dotẽ recipiendo.† Quid
ergo ſi filius recipit dotem patre ſimpliciter conſentien-
te, an tunc erit pater obligatus ad reſtitutionem dotis?
Breuiter ſecundùm Doct. diſtingue, ut not. in l.ſi cum do-
tem, §.tranſgrediamur.ff.ſol.mat. Aut ſolus pater recepit
dotem, aut ſolus filius. Primo caſu aut pater recepit ſuo
nomine tantum, & tunc ipſe ſolus tenetur non filius, niſi
fuerit patris hæres, ut in d.§. tranſgrediamur, verſi. ſed ſi
maritus, & uer.ſi. Aut recepit nomine filij tantũ expreſsè
acto, quòd ipſe pater non teneatur, & tunc ſiquidem filius
ratum habuit ipſe tenetur & nõ pater, ut d.l.ſi pupilli.§.1.
ff.de neg.geſt. aut pater recepit nomine ſuo & filij, & tũc
ſi filius ratum habeat, tenetur uterque, ut d.l.ſi pupilli.§.1.
tanquam

tanquàm duo rei debendi, qui pro dote licitè obligantur, vt l.fin.C.de dote cauti non numer.&c. Secundo casu principali, videlicet quando filius solus recipit dotem, tunc subdistingue, aut recepit iussu patris, & tunc secundùm gl. in d.§.transgrediamur. distinguitur, aut tradens habuit animum obligandi vtrunque, vel alterum tantum. in dubio aut secundum Barto. videtur habuisse animum obligandi vtrunque,& per consequens tenetur uterque, arg.l.in ambiguis, ff.de iure dot. Alij autem dicunt, quando filius de iussu patris recepit dotem, solum patrem teneri. arg.l.fi.

18 ff.quod iussu.& C.quod cum eo.l.si ex contractu.† Si verò recepit sine iussu patris, & tunc aut ipsam dotem uertit in utilitatem patris, & tunc pater tenetur de in rem uerso, vt in d.§.transgrediamur, vers.sed si filiusfam. in fi. Fallit in certis casibus ibi not. in quibus pater insolidum tenetur. Aut non conuertit ipsam dotem in patris utilitaté, & tūc pater tenetur de peculio, ut d.§.transgrediamur, vers.sed si filiusfam.in fin.filius uero tenetur insolidum, ut l.tam ex

19 contractibus, ff.de iud.† Sed circa præmissa occurrit quæstio quotidiana. Ecce, ꝙ filius recepit dotem patre præsente, uel nudum consensum præstante, an pater propter talem simplicem præsentiam, uel consensum obligetur ad dotis filij restitutionem? & uidetur quòd non, nisi de solo peculio filij, ut l.Lucius Titius, ff.de admin.tuto.& not.in l.1.§.1.ff.quod iussu.In contrarium determinat Bar.in d.§.

h transgrediamur. tali ratione, cogitur pater se [h] obligare pro filio recipiente, arg.in l.qui liberos, ff.de ritu nupt. & infra dicam, ergo eius præsentia, uel cōsensus inducit obligationem. arg.l.si filius, ff.de tutel.cum sim. Cuius tamen gratia pro pleniori huius articuli doctrina sic distingue; aliquando pater cogitur in aliquo actu consentire simpliciter, sed non se obligare, & tunc præsentia, uel nudus consensus non inducit obligationem, ut l.non solum.in §.necessitatem, C.de bonis quæ lib. Quandoque pater uel alius cogitur se obligare, & tunc præsentia, uel consensus obligationē inducit, ut hic, & d.l.filius, ad quod facit l.si quis in tres.§.imperator.ff.de excu.tut.quandoque quis non potest cogi consentire nec se obligare, & tunc nudus consensus nō inducit obligationem, nisi quatenus est in peculio,

20 vt in d.l.Lucius Titius.† Vnde reuoco in dubium, an pa-

i ter [i] cogendus sit se obligare pro dote filij? dicunt quidā, ut Dyn. quod sic, per d.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.& l.fin. C.de dot.pro.mitt. & l.fin. ff.de suspe.tut.& l.si quis in tres. §.Imperator.ff.de excu.tut.Iac.autem de Are.tenet contrarium per l.2.ff.ad mun.Sed Bart.in d.§.transgrediamur.sic distinguit, aut filius accepit uxorem de consensu & uoluntate patris, & tunc pater cogitur se obligare; aut præter eius uoluntatem accepit, & tunc aut talis uxor est persona vilis & non conueniens ipsi filio, & tunc pater nō tenetur se obligare, cum possit à patre hoc casu filius exhæredari secundùm iura digestorum, ut l.non tantum, §.si emancipatus, ff.de contratab. aut recepit personam honestam & sibi conuenientem, & tunc pater cogitur se obligare, & procedit opin. Dyn.arg.d.l. qui liberos, cum sim. nec aliàs credo Dyn. intellexisse, maxime etiam attento, quod pater cogitur donationem propter nuptias dare pro filio, ut l.fin.C.de dot.prom. ergo etiam se obligare pro dote, quia hodie de consuetudine generali, cessat donatio propter nuptias, & sic non reperitur hodie pater pro filio dupliciter

21 ter obligari. & hanc partem approbat Rayn.† Quid ergo dicemus si pater dicat sic, si debeo obligari uolo ego dotem recipere. filius autem contradicit dicens se velle eam recipere, quis præfertur in recipiendo? ego distinguerem, aut filius habitat simul cum patre, & tunc pater recipiet dotem, cùm ipse sustinere habeat onera filij & eius uxoris, arg.l.si filia.§.1.uers.hoc amplius, ff.fam.ercisc.aut filius habitat separatus à patre, & tunc quia ipse sustinet onera matrimonij & uxoris debebit sibi fieri numeratio dotis, & pater pro ea obligatur, arg.in l.si filia.§.1. & in l.si is.§.1.

22 ff.de iur.do.† Quid si extraneus [k] sit obligatus ad restitutionem, an eo vertente ad inopiam poterit mulier agere, sicut dictum est in marito? dicit glo. ꝙ sic in d.l.si con-

23 stante.& idem sequitur Cyn.& Bart.ubi supra.† Post hæc quæritur. Ecce, ꝙ maritus vel socer conuenti propter inopiam ad dotis restitutionem offerunt mulieri satisdationē pro securitate suæ dotis, quæritur an sit differentia ipsius dotis exactio? dicunt glo.& Doct. quòd non, ut not. in d.l.ubi adhuc. Et ratio est, quia cùm hæc restitutio fieri debeat, ut se suosque alat, per talem satisdationem non con-

24 sulitur in his alimentis.† Inde quæritur, uidemus quotidie in pluribus instrumentis apponi clausulam §Quòd dissoluto matrimonio morte uiri dos restituatur uxori.§ nunquid poterit agere uiro uergente ad inopiam? uidetur, quod non, quia cum sibi prouiderit in unum casum tantū, uidetur cæteris renunciasse, argu.l.si cum dotem, in princ. ff.sol.matrim.& in l.si extraneus, ff.de cond.ob causam. In contrarium determinant Docto. ubi supra, ea maxime ratione, quia huic casui mulier expresse renunciare nō posset, ergo multominus tacitè, ut in l.de die. cum l.seq. ff.de

25 pact.dot.† Sed pone pater dotem recepit, deinde filium emancipauit, quia diues est de se, sed pater uergit ad inopiam, an filius poterit ab eo dotem repetere? Doct.dicunt ubi supra maxime Bart.quod non, agendo actione de dote, sed debet uenire alia uia, uidelicet intentare officium iudicis, ut pater compellatur dotem restituere filio ad onera matrimonij substinenda.& alleg.gl.in l.2.§.si tamen. ff.de iure dot.Ego uero allego tibi text.in d.l.si filia.§.1.ff. famil.ercisc.& in l.si is.§.1. ff.de iure dot. Deinde quia superius dictum est, ꝙ mulier in casibus a iure concessis potest agere contra extraneum possessorem rerum sibi pro

26 dote obligatarum. † Quæritur an prius per eam sit fiēda excussio de bonis à marito possessis? gl & Doct.in d.l.ubi adhuc, dicūt ꝙ sic, exemplo cæterorum creditorum, & sic,

27 quo ad hoc non est dos priuilegiata. † Adhuc quæritur,

* pone, ꝙ hæc mulier * agit pendente matrimonio propter inopiam uiri ad dotem suam, obijcitur sibi quod est suspecta de dilapidatione dotis, quæritur an sit repellenda a sua petitione? Bart. ubi supra dicit, ꝙ hoc casu dos est in sequestro ponenda, ut de ea communibus necessitatibus succur-

28 ratur, arg. in l.si cum dotem, ff.sol.matri.† Inde quæritur, uidimus qualiter per modum agendi succurratur ipsi mulieri, quæritur nunquid per modum excipiendi eidem suc-

* curratur? verbi gratia, * creditores agunt cōtra maritum, quod uidens mulier, bona ipsius mariti nititur defendere, tanquam sibi obligata pro sua dote allegando inopiam uiri sui, quæritur an possit, & dicunt Doct.ubi supra, ꝙ sic per tex.in c.per uestras.de don. inter uirum & uxo. De his autem not.Spec.in d.tit.§.1.& fin.Sed an illis casib.in quibus mulier agit pendente matrimonio, sit mittenda in possessionem omnium bonorum ipsius uiri? dic quod nō, sed solùm pro rata quantitatis suæ dotis, arg.l.prima, in fine, C.de lega.secundùm Doct.ubi supra.& hoc procedit quā-

29 do fructus dotis per se sufficiunt ad eius alimenta. † Quid igitur si dos sit ita parua, ꝙ per se non sufficit ad eius alimenta, quid fiet? dicit Bart.ubi supra, aut ipse maritus nihil habet ultra, & tunc nihil tenetur dare, cùm in plusquā tunc facere potest deducto ne egeat, non sit ipse maritus compellendus, ut in l.in tantum, ff.de re iud. Aut habet bona aliunde sufficientia, & tunc tenetur ex aliis bonis alimenta supplere, quia etiam nulla dote existente tenetur alimenta præstare, ut l.quod si nulla.ff.de reli.& sumpt.fu. & l.si cum dotem, §.si autem, in fi.ff.solu.matr. & not.per

30 Doct. in l.ap. in uxorem, C.de neg. gest. † Quid autem dicēs in casu econuerso, si fructus dotis restituendæ excedūt summam alimentorū ipsius mulieris, quid erit? dicit Bar. ubi supra, ꝙ tales fructus superabundantes debita alimenta restituendi sunt viro, quia regulariter omnes fructus dotis quantumcunque eximii cedunt lucro mariti, ut ff.de iur.do.l.dotis fructus, & pro hoc facit in arg.l.2.C.de epi.

31 & cler.† Itē quæritur, si facta dotis per uirum restitutione contingat

contingat ipsum peruenire ad pinguiorem fortunam & diues efficiatur, an debeat dos restitui ipsi uiro? gl. & Cy. in d.l.ubi adhuc. dicunt, q non per text. in d.l. ubi. in fin. & idem sequitur Bart. ubi supra, licèt Spec. teneat contra in tit. de don. inter uir. & vxo. §. fin. Sed pone quæstionem sæ-
32 pius occurrentem. † Ecce, q maritus conuentus ab uxore ad dotis restitutionem propter eius superuenientē inopiam sponte confessus est in iudicio se uergere ad inopiá, & tradidit vxori pro eius dote certa bona, quæritur an talis confessio sit sufficiens probatio inopiæ, ut licitè fieri possit restitutio talis? videtur q sic per l. j. & quod ibi no. C. de confess. Tu distingue, aut est quæstio inter uirum & uxorem, & tunc plenè probat contra eum, ut d. l. 1. aut est quæstio inter uirum & extraneum, & tunc nō probat, arg.
33 l. 1. C. res inter alios acta. † Vltimò quæritur, an per dictā confessionem spontaneam, & facta solutione poterit ipse maritus reuocare, si constat eo tempore eum fuisse diuitē? Breuiter Doct. in d.l. ubi adhuc, dicunt q sic, quia quando maritus est soluendo & sponte restituit dotem ipsi uxori, uidetur donare, vt l. 1. C. si dos constan. mat. & ibi per Cyn. Bart. verò ubi supra tenet contrarium, ratio est quia per hanc restitutionem non efficitur condicio dotis deterior, immo melior, nec est uerum q sit donatio, quia mulier nō lucratur fructus, cum deserui. e habeat oneribus matrimonij, ut dictum est, & habetur in d.l. ubi aditue.

ADDITIONES.

a Not. quòd in uoto uxoris exigitur consensus viri, vide gl. cap. 1. 17. quæst. 1. gl. incip. Si dominus. 11. quæst. 3. Innoc. in cap. scripturę, de voto.

b Priuatur dote. vide in Authen. vt liceat matri & auiæ. in §. quia verò. & in Auth. sed nouo iure, C. de adult. & in c. ex parte. de consuet. Bald. in c. tuæ, de procu.

Adde, q mulier adultera priuatur dote & dotis actione, nec de ea testari, nec aliquo modo disponere potest secundùm Rom. in consi. 286. incip. Hæc Iuliana, quod dotis lucrum cedit marito, & non hæredib. adulteræ, nec requiritur sententia priuationis, quando adulterium est notorium, prout tenent Cano. in c. plerunque, de do. inter vi. & uxo. perditque adultera omne ius quod habet in marito, secundùm Abb. in c. literas, de restit. spol. nec habet aliquod priuilegium ex matrimonio quod uiolauit, secundū Dec. in c. pastoralis, col. pen. versi. sed tamen ista conclusio, ext. de iud. pro quo uide Cy. & Doct. in l. 1. C. de adult. & in l. ex consensu. C. de repud. Bart. & Doct. in l. rei iudicatæ, §. morum, ff. sol. matr. Bald. in l. 1. §. illud. C. de rei ux. act. Alex. de Imol. in l. morá, in fi. ff. sol. matr. Hipp. de Mar. in l. 1. §. item diuus, ff. ad l. Cor. de sica. in l. unica. C. de rap. virg. nu. 48. Lud. Carr. in repe. l. obseruare, §. circa quartū, nu. 253. C. quo. app. non recip. Ang. Aret in tract. malefi. in glo. in ver. che hai adulterato la mia donna, col. 3. Baldus consi. 221. in 1. vol. Paul. de Cast. consi. 402. incip. Hæc mulier, in 1. vol. & consi. 117. incip. Reuocatur in dubium, in 2. vol. Alex. de Imol. in consi. 191. inci. In causa & lite, in 6. vol. Hipp. in consi. 58. incip. Circa petitionē, nu. 10. & 11. in 1. uol. Bermum Choueronium, in tract. de publi. concubi. sub rub. de adult. Iodocum in praxi. crim. c. 80. num. 14. 89 num. 28. Zilettus.

b Priuatur dote. Adde, q mulier propter adulterium perdit dotem, quæ cedit lucro mariti, uel filiorum legitimorum. c. plerunque. de dona. inter uir. & ux. §. quia uerò. in auth. vt lic. matri & auiæ. Catel. ver. mulier propter adulterium. Alex. consi. 189. post princ. lib. 6. Ias. in l. fideicommissum, nu. 3. C. de fideicom. in l. 3. nu. 6. ff. sol. matr. Feli. in c. pastoralis. col. pen. ver. mulier. de iudi. Hippol. cons. 13. Doct. in apostil. ad Bar. in l. consensu. C. de repud. Quam concl. ampliant Doct. ut non solum perdat dotem, sed etiam bona paraphernalia, per glo. in d. c. plerunque. quam dicit sing. Card. consi. 111. 2. dub. Rom. sing. 315. Feli. d. c. pastoralis. Rip. in l. 2. num. 8. ff. sol. mat. vbi q etiam thorus separatur. Boer. q. 338. vbi concludit quòd ad dotem & paraphernalia nisi in casu de quo ibi per eum, eo tamē casu si maritus vxor interficiat, non lucratur dotem. teste Iodoc. prac. cri. c. 80. num. 14. Rol. de dote q. 63. Iodoc. c. 89. num. 28. vbi enumerat casus in quibus non licet marito vxorē adulterij accusare, cuius contrarium uidetur notare Doc. ad Bar. in l. miles, §. socer. ff. de adult. pro quo uide Hipp. singu. 134. Dec. d. c. pastoralis. col. 7. Gerard. sing. 48. & Iuest. in sum. ver. Dos. nu. 16. non tamen lucratur dotem in prȩiudiciū patris, secundùm communem per Alexan. d. l. 2. §. 1. col. 1. ver. ex quo etiam. ff. sol. mat. Doct. in apostil. ad Bar. in l. 5. C. de repud. Quid de pœna adulterij? & dic, quòd hodie non est mortis, sed detrusio in monasterium, & si habet filios, duæ partes substantiæ eorum sunt, & tertia monasterij. si uerò nullos habet, neque parentes, tota applicabitur monasterio, secundùm Rol. consi. 35. nu. 3. lib. 2. Auth. sed hodie. C. de adult. c. gaudemus, de conuer. coniug. Alexan. consi. 99. col. 1. lib. 6. consi. 13. col. 2. lib. 7. Rol. d. consil. 35. nu. 23. vbi loquitur de habenda copula cum vidua, in prȩdicta autem q. si habeat filios, dic q eis reseruari debet, iuxta not. per Crem. sing. 87. Quid de uxore, an contra maritū adulterum ad thori separationē, dotis & donationis propter nup. restitutionē agere possit? & pro affirmatiua concludit idem Rol. consi. 50. nu. 5. & seq. lib. 1. & ibi num. 13. vbi ampliat etiam si maritus habuisset rem cum soluta. Itē ampliat, procedere non solum in dote data, sed etiam in promissa, Rol. d. consi. 50. num. 8. vbi hoc procedere dicit, quando maritus non haberet filios ex primo, nec ex secundo matrimonio, alias secus, ut per Bald. in l. hac edictali. col. 2. ver. sed pone, C. de secund. nupt. Boer. q. 338. col. 3. Quibus adde, q quemadmodum maritus propter adulterium vxoris lucratur dotē, l. cum mulier. ff. sol. matr. Ita ȩt uxoris propter adulterium viri lucratur donationē propter nuptias, teste Rol. d. consi. 50. nu. 7. quam q. cum materia latius prosequere, ut per Iacob. Nouel. prac. crim. c. 12. num. 18. Doct. ad Bart. d. l. consensu. glo. & Doc. d. c. in Rub. C. de eden. & in rubr. extra de iud. Aret. trac. malef. ver. che hai adulterato. nu. 17. Hipp. sing. 234. & quòd non possit mulier accusata testari de dote, scribit Rom. consil. 286. pro qua etiam post mortem illius, pro consecutione ipsius dotis, iudicium institui posse dicit idem Roma. ibi, licèt nōn transeat ipsa potestas agendi ad dotem consequendam propter causam adulterij in hæredem eius, cui applicari debet, Rom. d. cons. Boer. d. q. 338. num. 4. nu. 7. Quid in uidua quæ commisit stuprum? & dic, ut per Rolan. consi. 36. nu. 44. & seq. lib. 2. Ofasc. decis. 77. post Ias. in l. 2. col. 3. ff. sol. matr. Catel. ver. mulier. In uxore autem dic, q licèt ex sententia dos fuerit marito applicata, & acquisita; si tamen mulier per principē restituatur, recuperabit etiam dotem, teste Anch. consi. 480. quem refert Galiaul. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 14. num. 70. ff. de libe. & posthum. Masuer.

c Adulterium. dic quòd uiduæ possunt opponere stuprum, ut consuluit Paul. de Cast. cons. 121.

d No. quando moritur sponsa, an uir lucretur dotem, de ista materia uide per Card. Zabar. in c. ex tenore, de te. & eundem Card. in c. cum dilectus, de consuet. per Pet. de Anch. in cap. quemadmodum, de iureiur. idem Pet. de Ancha. in repet. c. canonum, de const. Abb. in rub. de spons. Abb. in c. tertio loco, de prob. Abb. in c. ex publico, de conuer. coniur. Abb. in c. inter uirum, de spons. Abb. consil. 1. in 1. uol. Abb. consi. 175. & Signor. de Homod. consi. 146.

e Dotem repetere. & in quibus casibus uide glo. Inst. de act. § fuerat, Cy. in l. ubi adhuc. C. de iur. dot. Spec. in tit. de do. inter uir. & uxo. in §. 1. & uide in l. si constante, in apost. ad Alex. per me factis.

e Dotem repetere. Adde, quòd dos constante matrimonio peti non potest, nec restitui, & ubi fiat, restitutio est nulla, secundùm communem per Rol. consi. 9. num. 12. lib. 1. quæ

concl.

concl. fallit ubi maritus uergit ad inopiam Rol. d.consil. & num. pro quo uide quæ scribit Iaſ. in l.iurisgentium,§. quinimmo.nu.25.26. ff.de pact.& an dos dicatur illa,quæ fuit restituta post sol.mat. vide eundem Iaſ.in Rub. col.2. ver.3.concl. ff.sol.mat.ubi ponit Reg.cum limit. Mauer.

f Quomodo probatur quis pauper effici, vide Cyn.in l.ubi adhuc.ff.de iure dot.Bar.in l.illa stipulatio. ff.de verb.obl. Lud.Rom.consi.241.

g Opulenta. si uis uidere,qui opinionis huius Auctores fuere,& qui contrarium tenuerunt,require Tiraq.in trac.cessante causa,in 14.limit. Ziletus.

h Cogitur pater. Adde Paul.de Cast.consil.163.vbi quid si pater est mente captus.

i An pater. vide Bart.in l.si cum dotem.ff.sol.mat.Bart.in l. dotem. ff.de cast.pec. Ang.in l.1.C.de bon.quæ lib.

K Extraneus, uide Alex.in l.si constante. & ibi in apostil.ubi posui consilia Lud.Rom.

l Inopiam. vide Doct.in l.2.in princ.ff.sol.matr.

✻ Repetitur dos. Adde, quòd sicut dos sol.mat. per mortem uxoris reuertitur ad hæredes uxoris. ita & donatio propter nuptias propter mortē mariti, ad hæredes viri, auth. æqualitas, C.de pact. conuent. Bald.in l.2. C.de bon.quæ lib.Ang.in §.est & aliud.Inst.de don.Parisconſ.59.col.fi. lib.2. limitatur tamen ea communis sententia,locum non habere, ubi aliter per pactum inter coniuges actum esset, per tex.in cap fi. de don.inter uir.& uxo. Bald.in auth.siue à me.C.ad Vell.Rol.consi.62.col.1.lib.1.vbi inter alia,alleg.Gozad.consi.47.col.pen.in fin. & ideo si ex pacto promisit maritus dotem & augmentum, siue donationē propter nuptias restitue e, & soluere uxorē,siue eius hæredibus & successoribus in omnem casum dotis restituendæ, vt fit communiter in instrumentis dotalibus, dicit Rolan. d.consi. quòd ei acquisita est donatio propter nuptias, & ibi monet maritos, ne permittant eo modo, maximè cum iuramento, quia per tale pactum iuratum perderēt augumentum,sequitur Aym.consi.184.col.fin. Accedit,quòd pactum factum inter virum & uxorē, quod extantib. liberis,maritus lucretur dotem sol.mat.valet,ex gl.in l.2.ver. interuenit, ff.de pact.dot.l.si liberis,eod.tit. ergo similiter debet ualere pactum,quòd uxor per mortem mariti etiam extantibus liberis lucretur donationem propter nuptias, Salic.in Auth.sed si quis, C.de secun.nupt. gl.& Bald.in l. quod scitis, C.de bon.quæ libe.& est glo.in verb.à matre, ita prædictus Rol.d.consi.62.ubi num.7.dicit ualere etiam tale pactum, ꝙ donatio propter nuptias morte uxoris, et uiuente marito transeat ad hæredes uxoris. Neque obstat, inquit ipse, ꝙ extantib.liberis primi matrimonij,mater nō habet,nisi usumfru.talis augmenti; quia ea defuncta redit ad filios primi matrimonij,l.fœminæ, C.de secun.nupt.& filij secundi nihil lucrantur,Crem.sing.vlt.& quia mulier transiens ad secunda uota,quicquid ex facultatibus primi viri lucratur, tenetur communibus liberis reseruare, d.l. fœminæ. cum simil. eo.tit. ubi filij suscepti ex quocunque coniugio, à suis patribus collatas sponsalitias largitates sibi uendicant,l.generaliter.eo.tit. Bal.in l.si liberis, C.de secun.nup. Dec.consi.87.col.3. Quia procederet ea oppositio in pacto simplici, quòd per mortem mariti cum liberis, uxor lucretur donationem propter nuptias, iuxta supra allegatas decisio. secus in pacto expresso, facto uxore præsente & acceptante, de quo in casu prædicto Rolan. d. consi.nu.12.& seq.vbi declarat,& tandem concludit in fauorem uxoris, ꝙ posit de ipsa donatione propter nuptias disponere tam inter filios primi, quam secundi matrimonij, uirtute pacti prædicti. Quam concl.confirmat ex alia concl.quæ habet, ꝙ uxor non potest testari de dote, uel de ea disponere,stante statuto, ꝙ uxore decedente cum liberis primi matrimonij,maritus lucretur dotem,quia per tale statutum expresse derogatur dispositioni,l hac edictali, C. de secun.nupt. secundùm communem ibi allegatam d. consi.col.fi.nu.31.de quo plenè habetur per eundem Rol. de dote,quæst.26. & tamen si maritus consentiat uxori, ut possit disponere, valet dispositio; ergo idem dicendum in casu d.consil. ꝙ licet de iure mulier transiens ad secunda uota non posit testari de donatione propter nuptias,d.l. fœminæ,§ fin.quia tenetur reseruare filijs primi matrimonij, tamen poterit disponere accedente consensu mariti. Mauer.

✻ Mulier agit. Adde, ꝙ uxor sol.matri. imò & constante in casu inopiæ viri dotem recuperat,l.in rebus, C.de iur.do. & toto tit.ff.sol.mat. quod & in bannito receptum esse,testatur Iaſ.in l.si constante, nu.268. Rip. num.43. sol.matr. Rom.consi.392.col.1.Idem in uagabundo,qui certam sedem nō habet, dicit Rimin. Inst.tit.quib.alien.lic.nu.340. Auth.de exhib.reis,in princ. potestq; mulier petere se assecurari super pecunia uiri, poniq; ad honestum lucrum, Riminal. ubi supra nu.341.arg.text.in cap. per uestras,de don.inter uir.& ux.not.Afflic.decis.221. cui uxori eo casu quo agit ad dotem contra tertios bonorū possessores mariti uergentis ad inopiam,consignanda sunt tot bona,quæ æquiualeant doti & donationi propter nuptias, ut doctè scribit Rol.consi.9.nu.40 lib.1.Alexand.consil.141.col.fi. lib.5.Capel.Tolos.q.338. Turz.qui in materia ponit duas reg.affirmatiuam scilicet,& negatiuam, conclu.20.& 21. Doct.in c.per uestras, extra de don.inter uir. & uxo. Alex. consi.142.lib.5.consi.122.lib.7. Dec.consil.96. Rom.consil.445.& ꝙ tunc agere posit mulier nedum ad dotem collocandā in tuto. sed etiam ad donationē propter nuptias, & ad bona paraphernalia,& nedum contra uirum,sed etiā contra tertios possessores bonorum mariti communē dicit Rol d.consi.9.nu.12.nu.13.lib.1. Castr.in l.si constante, ff.sol.matri. eo autem casu, si mulier dicat non esse alia bona, in quibus dos eidem restitui posit. Dicunt aliqui ipsam habere intentionem fundatam, & dicendo contrarium incumbere onus probandi, ut scribit Dec.consi.519. col.fi.in fi. cuius contrarium uidetur tenere Cast. in l.Mæuia,§.fundus,nu.3. ff.sol.matr. ubi inter alia,dicit ꝙ quando mulier est actrix, & fundat se in negatiua, puta ꝙ non sint alia bona mariti, illam probare debet. Quod verius existimo,ut etiam uidi practicatum, & fac. not. per Roma.consi.245. col.fi. & quæ habentur supra for.act.Real. ver.veris.nu.65.Quando uerò restitutio dotis fit constante matri. propter vergeñ.uiri ad inopiam. Quid dicendū de fructibus? & dic, quòd tunc fructus non diuiduntur, secundùm l.diuortio.sol.matr. sed omnes extañ. restitui debent mulieri, consumpti uerò non, teste Bart. in l.si constante, in princ.5.quæst.3.q.princ. Rolan.consi.27.num.19.lib.2. de quo uide Iaſ. in l.qui Romæ.1.respon.in fin.ff.de uerb. oblig. Masuer.

✻ Creditores agunt. Adde, ꝙ mulier quæ habet bona mariti hypothecata pro dote, cum translatione dominij & possessionis potest in illis insistere, & impedire publicationē bonorum mariti, donec ei de dotibus satisfactum fuerit, teste Rol.consil.31.num.39. lib.1. pro quo fac.quæ scribit Nat. consi.300. ubi quod mulier potest ratione hypothecæ suarum dotium impedire executionem intentatam à creditoribus super bonis uiri constante matr. & petere, ut sibi liceat retinere dicta bona loco pignoris, absque eo ꝙ prius contra maritum egerit. Quo in casu uidi practicatū, quòd ipsa diceret, se possidere uigore constituti, & peteret se manuteneri in possess. ad dicta autem Pap. hic uer. sed an illis casibus. Adde, quæ habētur super hoc uer.nu.4. & quid de muliere missa in possess. pro quantitate dotali, an fructus quos percipit, dotem extenuent? & dic, ut per Bald.in Auth.ei qui iurat,nu.39. C.de bon.auth.iud.poss. ubi declarat materiam.§.exactio.l.unica,C.de rei uxo.act. Cui adde, quòd & si mulier sol.mat. posit retinere vel ingredi possess. bonorum mariti pro dotibus suis, illud procedit ante aditam hæreditatem,secus post, & hærede non citato,secundùm Rol.consi.77.nu.34.lib.1.post Bald.in l. pignoris,C.de pign.act.& d.consi.nu.35.ubi quòd mulier

ui.

uiro mortuo, potest pro dotibus suis possidere bona mariti, quando uacua possessio sine uitio ad eam peruenit, pro quo uide quæ scribit Dec.consi.671.nu.5.nu.6.& seq. ubi quòd uxor sol.mat. bonorum dotalium possessionem apprehendere debet, licèt dominium ipso iure in eã transeat, teste Rol.d.consi.77.nu.36. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote quando competat.*
2 *Matrimonio minus legitimè contracto, an competat actio de dote mulieri.*
3 *Filij quales sint, qui nascuntur ex matrimonio minus legitimè contracto.*
4 *Matrimonium quando legitimè contrahatur.*
5 *Impedimenta matrimonij, quæ sunt.*
6 *Conditio an vitiet matrimonium.*
7 *Votum an impediat matrimonium.*
8 *Cognatio an impediat matrimonium.*
9 *Cognatio quotuplex sit.*
10 *Vno coniugum leuante de sacro fonte, & alter efficitur compater.*
11 *Nepotes & pronepotes non prohibentur contrahere.*
12 *Plures ad inuicem leuantes excepto leuato non sunt compatres.*
13 *Vir & vxor non possunt vno & eodem tempore leuare.*
14 *Cognatio carnalis quid sit.*
15 *Quid iuris si alter excedat quartum gradum, & alter sit in quarto.*
16 *Cognatio legalis quid sit.*
17 *Crimen an impediat matrimonium.*
18 *Diuersitas sectæ an impediat matrimonium.*
19 *Violentia an impediat matrimonium.*
20 *Ordo sacer an impediat matrimonium.*
21 *Ligamen matrimoniale an impediat aliud matrimonium.*
22 *Publica honestas an impediat matrimonium.*
23 *Affinitas an impediat matrimonium, & quid sit.*
Affinitatis principium quod sit.
24 *Affinitas, inter quos contrahatur.*
25 *Affinitas vsque ad quem gradum terminetur inter ascendentes & descendentes.*
26 *Frigiditas an impediat matrimonium.*
27 *Quibus casibus non debet contrahi matrimonium, si tamen contrahatur tenet.*

MATRIMONIVM legitimè contraxit.
1 † Aduerte, quòd ut actio competat de dote, necesse est, ꝙ matrimonium fuerit legiti
* mè contractum, * quia dos sine matrimonio esse non potest, ut l.fi.in prin.C.de do. ante nup. licèt matrimonium possit esse si-
2 ne dote, ut l.quòd si nulla.ff.de relig.& sump.fun.† Quid si matrimonium appareat minus legitimè contractum, an competat mulieri actio de dote contra maritum? dicitur autem matrimonium minus legitimè contrahi uariis ex causis; vel ratione deficientis consensus, uel ratione ætatis, uel ratione cõsanguinitatis, uel ratione affinitatis, uel ratione publicæ honestatis, uel ratione pluralitatis uxorum, ut plenè legitur & tractatur Inst.de nupt. §.ergo non omnes.& per Azo.in summa. C.de nup.& per Gof.in summa. C.de nupt. & per Gof.in summa. extra de spon. & ma. & pulcherrimè per Io.And.in sum. sua super 4.lib.decretalium. Et quantum ad propositam quæstionem dicendũ est, quòd aut uterque, scilicet uir & uxor sciebant matrimonium esse nullum; aut uterque ignorabat; aut unus sciebat alter ignorabat. Primo casu nulla competit mulieri actio de dote, sed applicatur fisco, ut in l.qui contra.C.de incest.nupt.& ibi not. Secundo casu competit mulieri ad dotem repetendam non actio ex stipulatu, sed condictio ob causam, uel condictio sine causa, ut l.1.C.de cond.ob caus.& ibi no.& in l.si cum dotem.§.fi.ff.sol.matrim. Quæ condictiones ob causam, uel sine causa, eiusdem sunt naturæ & potestatis, cuius est actio ex stipulatu, quæ pro vera dote competit, ut d.§.fin.& ibi not.& in l.2.in fi. ff.de priu. cred. Tertio autem casu considerandum est, aut mulier sciuit, & vir ignorauit, & tunc ipsa perdit dotem; aut econtra vir sciebat, & mulier ignorabat, & vir perdit donationem propter nuptias, & mulier repetit dotẽ, ut plenè not.
3 in d.l.qui contra. † Quid autem fit de eorum filijs, * an sint
* legitimi, uel naturales tantum, aut spurij, vel illegitimi? Distinguitur per tex. in cap.lator. extra qui fi. sint leg. nam aut vterque fuit ignorans, & tunc filij sunt legitimi, quando ignorantia non est crassa, & contra ius naturale: aut uterque fuit sciens, & tunc filij sunt spurii: aut unus fuit sciens, & alter ignorans, & tunc quò ad scientem reputantur illegitimi, quantum uerò ad ignorantem erunt legitimi.dic ut ibi in d.l.qui cõtra.ubi de his plenius disputatur.
4 † Quærendum nunc superest, quando dicatur matrimoniũ
* fore legitimè contractum. † vbi est sciendum, ꝙ matrimonium solo consensu contrahitur.l.nuptias, ff.de reg.iur.& in c.cum locum, & cap.tua nos, cum sim. extra de spons.& l.2.ff.de ritu nup. Contrahitur ergo matrimonium legiti-
a mè a concurrentibus ad hoc pluribus respectibus, uidelicet ætate legitima personarum contrahentium, quæ est in masculo 14.ann.& in fœmina 12.ann.Inst.de nup.in prin. & not.in c.3.de despon.impub.& in c. de illis, eo.tit. Item & quòd matrimonium contractum sit publicè, non clandestinè in camera, uel furtiuè de nocte. Quod ideo dispositũ est per ius canonicum, ne desit probatio eius, si alter coniugum diffiteatur matrimonium: nam ubi uterque confiteretur, sufficiens esset probatio, ut hæc probantur in c.1. & 2.extra de clan.despon. Cessare etiam debent impedimenta à iure disposita, quæ uaria sunt, ut Inst.de nup.§.ergo non omnes.cum sim.supra alleg. quæ impedimenta his uersibus comprehenduntur. {Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibis, Hæc socianda
5 vetant, connubia iuncta retractant.} † Videamus igitur superficialiter declarationem horum versuum pro rudibus. Dicitur, ergo primò {Error} de hoc errore datur exemplum in eo qui putabat se contrahere cum Berta, & erat
b Clara, an talis error in substantia personæ impediat [b] matrimonium? dic, quòd sic; quia deficit consensus, qui est de substantia matrimonii, ut dictum est, cum nihil sit quod magis impediat consensum, quàm error, ut l.si per errorẽ, ff.de iurisd.omn. iud. & idem si interuenerit error in statu personæ, ut quia credebat contrahere matrimonium cum libera, & contraxit cum serua, ut extra de coniu.seruo.c.1.
6 & 2. † Sequitur in uersu {Conditio.} intelligi debet de conditione propriè quæ est de futuro, aut de modo apposito in contractu matrimonii, quæ conditio & modus siquidem sit possibilis & honesta, debet impleri, aliter uitiatur matrimonium, ut in cap.de illis. & c.super eo.& c.per tuas, extra de condi.appo. si autem modus uel conditio sit impossibilis de iure, uel de facto, tunc reiicitur, & pro nõ
7 appositis habentur, ut extra eod.tit. cap.1.in fi. † Sequitur {votum} hic intelligitur de voto, non contrahendi matrimonium, non autem de uoto eundi ad Sanctum Iacobum, quod quidem votũ emissum super matrimonio non contrahendo est duplex, videlicet solemne, & simplex. Solemne autem est illum, quod fit per susceptionem alicuius sacri ordinis, uel per professionem alicuius approbatæ religionis tacitã, uel expressam, ut de uoto.in c.1.lib.6. His cessantibus appellatur votum simplex, quod non dirimit matrimonium contractum, licèt impediat contrahen-
8 dum, ut in cap.3.cum seq.extra qui cle.uel uo. † Sequitur {Cognatio} hic aduerte, quia frequenter accidit tale impedimentum, unde sciẽdum quò ad præsens attinet, quòd cognatio est triplex, uidelicet spiritualis, carnalis, & lega-
9 lis. † Cognatio spiritualis [c] est illa, quæ contrahitur per compaternitatem in sacramento baptismi, uel confirmatione in collatione chrismatis, quæ cognatio impedit matrimonium contrahi in pluribus personis & gradibus, in quo erratur à pluribus, & uariæ personæ illaqueantur, & decipiuntur. Et primò impeditur contrahi matrimoniũ inter compatrem & commatrem, ut in c.Martinus, de cognit.

10 gnit. spir. † Et si vnus ex coniugatis leuet pendente inter eos matrimonio alienum puerum de sacro fonte seu baptismo, alter coniugium erit similiter cõpater, quia sunt vna caro, vt in c. 1. de cogn. spir. lib. 6. quod est mirabile, secus ergo si ante matrimonium alter eorum leuasset, ut not. in d.c. Martinus. & 30. q. 3. in c. post obitum. per alia autem sacramenta, exceptis superioribus duobus videlicet baptismo & confirmatione, non contrahitur compaternitas, vt in c. fin. in fi. de cogn. spir. lib. 6. Item secundò impediuntur matrimonium contrahere filij tantum ipso-
11 rum compatrum inter se. † Vlteriores autem gradu, puta nepotes & pronepotes non impediuntur, & ob hoc deberent homines abstinere à talibus compaternitatibus, in quibus per multos inconsultè & indeliberatè proceditur, vt habetur extra de cogn. spir. cap. tua. & c. 1. & c. super eo. extra qui ma. accu. poss. Et aduerte, quod sicut compaternitas contrahitur inter leuatum & leuantem & eius parentes, sic inter baptizantẽ & baptizatos, & eius parentes, ut ext. eo. c. fin. lib. 6. Vnde conclusiuè circa prædicta attende, quod appellatione parentum intelliguntur pater & mater, ut in d.c. Martinus. & c. fin. de cogn. spir. cap. 1. lib. 6. Et amplius in summa nota, quod sunt uiginti casus, quibus per spiritualẽ cognationem matrimonium impeditur, quos enumerat Io. And. in dicta eius summa, & habentur in d.c. Martinus,
12 & c. 1. & c. fin. † Quid si plures leuent unum de sacro fonte, ut fit quotidie, nunquid inter se excepto leuato poterunt matrimonium contrahere? dicit Innoc. quòd sic, per not. in d.c. Martinus, & per hoc patet, quod tales personæ non sunt inuicem compatres, licet aliqui ignorantes se ap-
13 pellent compatres. † Not. tamen quod vir & uxor prohibentur uno & eodem tempore simul de sacro fonte leuare, ut
14 habetur, 30. q. 4. c. quòd autem. † Cognatio autem carnalis est attinencia proueniens ex semine, quæ cognatio in quarto uel citeriori gradu existentibus impedit matrimonium, siue sint in gradu consanguinitatis, uel affinitatis, ut in c. non debet, extra de consang. & affi. Sed in gradu quinto vel ulteriori licitè contrahitur, vt ibi, computando gradus secundum ius canonicum, ut traditur 35 q. 5. c. ad sedẽ.
15 † Sufficit tamen quod alter eorum excedat quartum, si alter reperiatur esse in quarto vel citeriori gradu, ut in c. ✠ dilecto. & in c. vir qui, ext. de consang. & affi. nisi * per Papam dispensatio intercedat, ut in c. quia circa. extra eo. tit.
16 † Cognatio vero legalis est illa, quæ contrahitur inuentione legis, non semine hominis, ut puta quando homo qui non habet filium per generationem quærit sibi facere filium per nudum amorem adoptando vel arrogando, ut habetur ff. & C. de adop. per totum, & extra de cogna. leg. per totum. Hæc autem cognatio triplicem habet prohibitionem, vnam uidelicet temporalem, & duas perpetuas. Prima temporalis est illa, qua durante adoptione frater naturalis non posset contrahere cum sorore adoptiua, sed dissoluta adoptione per emancipationem poterit contrahere cum ea, ut c. 1. extra de cogna. leg. Aliæ autẽ duæ sunt perpetuæ, videlicet inter adoptantem & adoptatam etiam soluta adoptione per emancipationem, ut ff. de ritu nup. l. adoptiuus, quin etiam inter adoptantem & uxorem adoptati, & econtra inter uxorem adoptantis & adopta-
17 tum, vt ff. de ritu nup. l. adoptiuus. † Sequitur { Crimen } hic not. quod loquitur uersus de crimine adulterij, incestus, vel homicidij. Vnde siquidem interuenerit crimen incestus, quod committitur secundùm hanc materiã inter consanguineos, uel affines de iure canonico, illius, quam quis vxorem accipere uult, tunc impeditur matrimonium cõtrahi, sed non dissoluitur nec impeditur matrimonium iã contractum, ut in c. transmissæ, extra de eo qui co. consan. vxo. suæ. in quo multi errant. Sunt enim plerique qui se carnaliter aliquando commiscent vel consanguineis, uel sororibus earum, quas postea in uxores accipiunt. idẽ in ea, quæ crimen commisit machinando mortem coniugis, quæ non potest in vxorem accipi, ut in c. 1. extra de diuor. & in certis alijs criminibus, quæ habentur 34. q. 2. c. quãquam alias, de pœnitentibus, & extra de pœnit. & remiss. cap. 2. Cætera autem crimina non impediunt contrahi matrimonium, nec dirimunt iam contractum, extra de diuor. c. 1. Fallit in tribus casibus, quibus dissoluitur matrimonium contractum. Primus, si adulter dat fidem adulteræ uiuente prima uxore, quod eam accipiet in uxorem, ut extra de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. cap. 2. Secundus est, quando quis de facto contrahit cum secunda prima viuẽte, quo casu si secunda ignorauit de ipsa prima mortua compellitur adhærere secundæ si ipsa voluerit, ut extra de eo qui dux. in ma. c. cum Apostolica, cum sim. Tertius casus est, cùm effectus machinationis in mortem est secutus, ut 31. q. 1. per totum, & de eo qui dux. in ma. per totum,
18 maximè in c. super eo. de diuor. cum sim. † Sequitur { Cultus disparitas } exemplum huius est, cùm Christianus contrahit cum Iudæa, vel Saracena, 28. q. 1. cap. caue. cum seq.
19 & not. in c. quanto, & in c. gaudemus, extra de diuor. † Sequitur { Vis } intellige hĩc de uiolẽtia, quæ caderet in constantem uirum, nam leuis turbatio animi ac leues comminationes non impediunt contrahi matrimonium, ut extra de eo qui dux. in ma. c. 1. nam matrimonia debent esse libera & spontanea, ut in c. cum locum, de spon. & in cap. gemma, & c. de mulieribus eod. titu. facit quod habetur
20 in c. de illis, el 2. & c. ex lite is. ext. de despon. impu. † Sequitur { Ordo } hoc intellige de ordine sacro magno qui habet matrimonium impedire, ut extra qui cle. uel uo. c. 1. & 2. Minor autem ordo, ut est simplex clericus non impe-
21 dit ut ibi & 32. dist. c. seriatim. † Sequitur { Ligamẽ } hoc intelligitur de ligamine primæ sponsæ, uel uxoris, ubi aduertendum, quod aliquando quis cõtraxit cum prima per uerba de præsenti, & tunc si non subsit aliud quod obest, contrahendo cum secunda tenet matrimonium primum, etiam si in secundo interuenit copula carnalis, & non in primo, ut extra de despon. impu. per totum, maximè in c. fin. & in c. pen. & fin. de spon. Si uerò contraxit cum prima per uerba de futuro, nec carnalis copula fuerit secuta, qua tunc transirent hæc sponsalia in verum matrimonium, ut in c. is qui. de sponsa. dicendum erit non impediri secundũ matrimonium contractum per uerba de præsenti propter primum contractum per sola uerba de futuro; nam fortius vinculum est matrimonij contracti per uerba de præsenti, quam uinculum simplex sponsaliorum de futuro, ut in c. pen. & fi. extra de spon. hoc autem ligamen per verba de præsenti soluitur morte alterius coniugum, unde mortuo uiro poterit mulier statim sine metu legalis infamiæ ad secunda & ulteriora uota transire, ut extra de secundis ✠ nup. in c. pen. & fi. propter * absentiam uerò ipsius uiri etiã longam non dissoluitur matrimonium, nec potest mulier ad secunda uota trãsire, nisi prius fuerit de eius morte certificata, ut in c. præsentia, extra de spons. & in c. 2. de secun. nupt. Et si forsan contraxit cum alio de facto, si uir primus postea redierit, ad ipsum redire mulier debet, ut dictis iu-
22 ribus. & 34. q. 2. cum per bellicam. † Sequitur { Honestas } hoc intelligitur de illa honestate publica, quæ insurgit ex sponsalibus contractis per uerba de futuro, per quam dicemus, quod aliquis de consanguinitate uiri non potest illam accipere in uxorem durantibus sponsalibus, uel eis finitis per transitum ad alia uota, nec etiam econuerso consanguineæ ipsius sponsæ poterunt illum sponsum accipere in uirum. quod non est absurdum dicere. Vnde sint omnes cauti, ne sponsalia contrahant, nisi certi sit, quòd matrimonium sequatur, ut habetur in c. sponsam, extra de spons. & extra de desponsa impub. c. literas, & in c. accessit. & cap. duo quæri, & extra qui fil. sint legit. cap. referente. Immo, quod amplius est, hac eadem publica honestate attenta si sponsalia fuerunt de facto contracta, & pronuncientur nulla uel propter consanguinitatem, uel affinitatem, uel aliud impedimentum excepto impedimento consensus, matrimonium impediretur contrahi modo, quo supra, ut in ca.

in c.audientiam,de spon.& in c.1.eo.tit.lib.6. Soboles tamen suscepta ex secundis nuptiis potest hodie coniungi cognationi prioris uiri, vt in c.non debet, de consang.& affi.& Inst.de nupt.in §.mariti. tamen filius hac etiam honestate attenta impeditur matrimonium contrahere in ca
23 su,qui habetur Instit.de nupt.§.si uxor. † Sequitur { Si sis affinis } hic etiam est multum aduertendum, quia multi & varij illaqueãtur,& errores inducuntur propter ignorantiam & incognitionem affinitatis,quæ est quædam species differens ab agnatione & cognatione, ut in §. affinitatis, Inst.de nupt.in l.non facile,in §.affines,ff.de gradi. Est autem affinitas quædam proximitas personarum proueniẽs ex coitu honesto uel inhonesto, secundùm canones, ut in cap.discretionem, & c.pen. extra de eo qui cog. consang. vxor.suæ. Sed secundùm leges affinitas contrahitur solùmodo ex honesto coitu, videlicet propter legitimas nuptias,ut in l.non facile.§.sciendum, ff.de gradi. quæ quidẽ affinitas hodie restringitur ad primum genus personarũ, & usque ad quartum gradum in ipso primo genere, ut in c.non debet.de consang.& affin. Est autem primum genus affinitatis illud, quod inducitur per carnalem uiri & uxoris coniunctionem seu commixtionem, non inter se inuicem,sed in alterum ex his cum cõsanguineis alterius,verbi gratia, si accipiam uxorem, nulla contrahitur affinitas inter me & ipsam, quia ego & ipsa sumus principiũ & causa affinitatis, ut in d.§.affinitatis, cum sim. sed inter me &
24 consanguineos uxoris meæ,& econtra.† Inter consanguineos meos & ipsam uxorem bene cõtrahitur affinitas; inter consanguineos autem utriusque nostrum coniugum nulla contrahitur affinitas. Ideoque duo fratres possunt copulari duabus sororibus,& pater & filius possunt copulari matri & filiæ,ut not.extra de consang. & affi.in cap.ꝙ super his. Contrahitur ergo primum genus affinitatis,qñ persona adijcitur personæ per carnis copulam. quod est quando mulier adiungitur viro,& econtra uir adiungitur mulieri.nam talis persona addita personæ producit nouũ genus attinentiæ, & constituit primum genus affinitatis, nec tamen mutat gradum, verbi gratia, Pone sumus duo fratres,ego accipiam Bertam in uxorẽ,& sic persona adijcitur personæ per carnis copulã, ista Berta uxor mea mutat genus suæ attinentiæ quò ad fratrem meũ & alios consanguineos meos, quibus efficitur affinis quæ prius non erat, & ipsi fratri meo efficitur affinis in gradu primo, & alijs consanguineis in gradu illo in quo sunt mihi consanguinei;propter hoc ergo traduntur tales regulæ {Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus,sed non gradum.} Secunda regula est, {Quoto gradu consanguinitatis est aliquis viro,eodem gradu affinitatis est eius vxori } & è conuerso. {Quoto gradu consanguinitatis est quis uxori, eodem gradu affinitatis est eius viro } & semper in eodem genere affinitatis gradu, videlicet primo. nam est dare secundum genus & secundam affinitatem, quod producitur siue per secundas nuptias, siue tertias, vt hæc & alia plura traduntur per tex. gl.& Doct.in d.c.non debet.de consang. & affin. Quod autem dixi non mutare gradum, hoc ideo est, quia sicut frater meus, cui sit ipsa uxor mea affinis,erat in primo consanguinitatis gradu, antequàm superdixissem vxorem ipsam, ita & nunc erit in primo gradu affinitatis ipsi vxori, & hoc respectu dicitur { quòd non mutat gradum } scilicet consanguinitatis eius cui sit affinis; solum ergo mutatur genus attinentiæ, quæ affinitas appellatur. In hoc ergo primo genere affinitatis est perpetua prohibitio usque ad quartum gradum ipsius affinitatis, quæ regulariter computatur secundùm gradũ consanguinitatis ad alterum coniugum, ut in d.c.non debet.& 35.q.10.c.fraternitatis. & not. per gl.in d.l.non facile.§.affines. Patet ergo ex præmissis,quòd hæc affinitas solùm restringitur & fertur ad alterum coniugum & consanguineos alterius usque ad quartum gradum, usque ad quem impeditur contrahi matrimonium per alterum ex coniugibus, uerbi gratia. Pone ꝙ Berta uxor mea prædecessit me superstite, ego non potero accipere in uxorem aliquam ex consanguineis suis sibi attinentibus usque ad quartum gradum, & eodem modo in casu econuerso, me primo moriente illa superstite,non poterit aliquis de consanguineis meis usque ad quartum gradum illam accipere in uxorem;& ita intelligitur hæc materia, quæ est quotidiana: sed consanguinei mei,& consanguinei quondam uxoris meæ, bene poterunt inuicem coniungi, quia inter eos nulla est affinitas,ut supra dixi. Ex quo infertur,quòd si habeo consanguineam tuam in uxorem, & habeam unã filiã ex alia vxore,tu potes contrahere cum filia mea,quia inter consanguineos coniugum non contrahitur affinitas. Si uerò tu habeas vnam filiam, & decedit uxor mea quæ est tibi consanguinea,non potero ego contrahere cum dicta filia tua, quia inter uirum & consanguineos uxoris af-
25 finitas ɔ̃hitur,ut dictum est. † Sed nunquid affinitas inter ascendentes & descendentes extendatur solùm usque ad quartum gradum,sicut in trãsuersalib.dictum est, an verò habebat prohibitionem perpetuam? dic secundùm Ioan. And.& communem opin. ꝙ habet perpetuam prohibitionem, quia ita abstinendum est à consanguineis uxoris, ut à propriis,ut extra de consang.& aff.c.1.& 35.q.7. in c.de propinquis. facit Instit.de nupt.in §.affinitatis,quia etiam tales loco parentum & liberorũ reputantur, ut in d.l.non
26 facile.§. & retro. in fi. &c. † Modò sequitur { Vel si coire nequibis. } Hic aduerte, quòd hoc uitium aliquando præcedit, aliquando sequitur ipsum matrimonium. Primo casu quando præcedit matrimonium,distingue.aut procedit hoc uitium ex corporis frigiditate,aut ex maleficio,& vtroq; casu,si uitium & maleficium est perpetuum ad coitum, dissoluitur matrimonium, si hoc poterit probari, ut in c.1.2.& 3.& per totum. extra de frigid.& male.& si forsitan aliqua uera signa frigiditatis non appareant, debent per triennium simul cohabitare, quibus elapsis præstare debet iuramentum cum scriptura manu propinquorum, ꝙ data per eos opera ad coitum non potuerunt coire, & tunc debebunt separari,& cum alio poterunt contrahere. & si forsan ille frigidus vel maleficiatus in secundo matrimonio potens ad coitum efficitur, restaurabitur primum matrimonium,& erit ad illud redeundum,ut not.in c.laudabilem.& c.fin.extra de frig.& male.& in c.fraternitatis. cum similibus. Possunt tamen isti tales coniuges impediti seu uitiati simul cohabitare,ut frater & soror, ut in cap.4. & 5. extra de frigi. & male. Si autem frigiditas vel maleficium superueniat post matrimonium carnaliter consummatum,non dirimitur,ut in cap.1.& 2. supra alleg. Ex his patent declarati summariè dicti uersus, & declarati illi casus, in quibus impeditur matrimonium contrahi, & quod
27 contractum fuerit, quando poterit dissolui. † Aliqui tamen sunt casus, quibus matrimonium non debet cõtrahi; si tamen contrahatur, non dissoluitur, ut in matrimonio contracto tempore feriarum prohibito. de quo traditur 33.quæst.4. in c.non debet. & ext.de feriis.in c.pen. & etiã tempore interdicti facti alicui per ecclesiam, ut extra de matrim.contra interdi.eccle. per totum. & in ea muliere, quæ fornicata est,nam possunt separari, quod intelligitur quantum ad solum torum,nec possunt per hoc transire ad alia uota,ut extra de diuor. c.1. Propter autem aliud crimen non reperitur matrimonium posse separari, ut ibi.& si maritus eligat separari ab uxore adultera, uel uxor eligat separari a uiro adultero, nisi inuicem reconcilientur postea,uxor perdit dotem, & uir perdit donationem propter nuptias, ext.de don.inter uir.& uxo.in c.plerunq;. Si aũt separarentur propter impedimentum consanguinitatis, uel affinitatis, tunc si quidẽ ignoranter contraxerunt, mulier recuperat dotẽ,& uir donationem propter nup.Si verò scienter,tunc ambo perdunt, & fisco applicantur, vt in c.1.2.& 3.& in c.si necesse.ext.de don.inter uir.& uxor.

ADDI-

ADDITIONES.

a Matrimonium legitimum. Vide Doct.in rubr.de sponf.& Bald.in l.1.C.de indi.uiduita.toll.

b Impediat.Adde Anch.consi.209.

c De cognatione spirituali,uide per Doct.in rub.de cog.spi.

* Quia dos.Adde Iaf.in l.item quia.col.2.ff.de pact.& in l.si donaturus.§.si quis indebitam.nu.2.ff de cond.causa data. ubi ponit declar.& limit.& quòd maritus non tenetur habere uxorem indotatam, quam concl. intellige ut per eũ ibi,ubi an teneatur alere.

* De eorum filijs.Adde Iaf.in l.admonendi. colum.fin.ff.de cond.sine cau.

* Legitimè contractum. Adde,quid de matrimonio cõtracto cum concubina per infirmum,uel in artic.mortis constitutum? & dic,ut per Iaf.in l.sed est quęsitum.nu.4.& seq. ff.de lib.& posth.vbi dixi. Masuer.

* Dispensatio. Adde,quòd nusquam legitur ꝙ Ecclesia Romana dispensauerit in cognatione spirituali, teste Decio cons.462.col.1.circa med. In qua materia dispensationis super matrimonio, vide Paris.cons.68. lib.4. vbi est locus proprius. & vide quæ scribit Bar.in l.eum qui, aliàs incip. Paulus, ff.de statu hominum. vbi si matrimonium est contractum inter gradus prohibitos,licèt superueniat dispensatio Papæ: tamen filij ante nati non sunt legitimi, quod dicit Bart. ibi procedere: nisi coniuges hoc ignorauerint, quia tunc excusarentur & filij essent legitimi,declara tamẽ vt latius per eum ibi. Masuer.

* Propter absentiam. Adde maritum absentem expectandũ esse,nec ex dierum longo interuallo, ante compertam absentis mortem,matrimonium cum alio contrahi posse. ca. in præsentia.de sponsal.c.quoniam frequenter.§.porro, ut lit.non contest.ex quo probatur uxoré certam esse oportere de morte viri,priusquam alteri nubat; alioqui etiam si mortuum esse virum ex aliquot coniecturis opinetur, & matrimonium contrahat, nec à peccato nec à pœna immunis erit,secundùm Abb.d.c.in præsentia. Quamuis glo.2. ibi uelit liberam esse quo ad pœnam,si contrahat ex verisimili coniectura mortis prioris mariti, non tamen licentiam ab ecclesiastico dari posse; mors autẽ uiri quomodo probetur ut inde possit certa reddi uxor arbitrio iudicis relinquitur,pro quo uide quę scribit Didac.§.3.2.par c.7. num.3. Auf.e.ad Capel.Tolos.q.316.hoc tamen arbitriũ instrui debet ex pluribus not.per gl. & Doc.in l.si quidem, C.sol.matrim. Alex.cons.4.num.15.lib.2.consi.115.lib.4. Capel.Tolos.q.312. Boer.q.288. Soci.Iun.consi.26.lib.2. De prædicto autem principali artic.vide quę habẽtur per Doct.in l.2.C.de repud.in Auth.hodie.C.eod.§.in §.quod autem. in Auth.vt lic.matri & auiæ. vbi deciditur quãdiu mulier virum absentem expectare debeat. Quibus adde l.vxor. C.de repud. cuius dispositio per posteriores leges mutata fuit cum matr.causa sit magni præiudicij, pro qua principali q. vide quæ scribit Rol consil.93. num.6.7.16. lib.2.post Alex.consi.4. num.18.lib.2. Quid de filijs natis ex secũdo matrimonio an sint legitimi? & dic,ut per Rol. d. consi. num.16. quia mulier viuente primo contraxerat cum secundo.& ibi post plura dicit Rol. ꝙ ut filij efficiantur legitimi, & succedant patri requiritur, ꝙ matrimoniũ non sit clandestinum,sed celebratum seruatis solennitatibus,de quibus in c.cum inhibitio. de clandest.despon. per Abb.in c.ex tenore,eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si sit sine dote, an succurratur in aliquo ipsi mulieri.*
2 *Verbum tradidit, in materia dotali quid importat.*
3 *Dos confessionata non tamen recepta, an possit repeti.*
4 *Confessio dotis facta per maritum, an præiudicet eius creditoribus.*
5 *An stetur confessioni viri iurantis se talia ab uxore recepisse, licèt ex alia causa quam dotis.*



DEDIT & tradidit in dotem.Fuit ergo matrimonium cum certa dote. † Quid autem si fuit sine dote,ut aliquando contingit,nũquid mulieri in uita,& post mortem viri in aliquo succurratur. Et si quidem mulier sit inops, & uir locuples, eidem succurritur post mortem viri in certa parte bonorum eius, ut habetur in Auth.præterea. C.unde uir & uxor.& in Auth.ut li. mat.& aui.§.quia vero legem, collat.8. & Auth.de exhib. reis, §.quoniam uerò. idem credo etiam hoc casu sibi succurri,viro uiuente,arg.l.ꝙ si nulla.ff.de relig.& sump.fun.

2 † Et not. a ꝙ per hæc uerba {tradidit &c.} probatur traditio dotis,si dos est in quãtitate, uel in specie mobili, vel immobili, si res ipsa tunc præsens erat tempora celebrati instrumenti; ubi autem res ipsa immobilis esset absens à conspectu contrahentium,tunc habent hæc uerba importare licentiam solam de ingrediendo, uel apprehendẽdo ipsam rem,ut not. est supra in forma capitulorum, & tangitur per Bart.in l.prædia.ff.de acq.poss.& per Cyn.in l.2. C.eod.titu.

3 † Quid autem si in instrumento dotis dicatur {Quod dominus Thadæus fuit cõfessus recepisse dotem,} quam tamen re uera nõ recepit,an poterit eo casu ista domina Margar.talem dotem confessatam repetere? Super quo breuiter sic distingue, aliquando maritus confitetur se recepisse b dotem quam non recepit, spe futuræ numerationis,quod est quando non numerata est,sed renunciauit in instrumento receptioni non numeratę dotis,& tunc contra mulierem,& eius hæredes obstat exceptio non numeratæ dotis,si opponatur infra tempora limitata, ut habetur in l.1.& 2.& auth.ibi posita,C.de do.cau non num. aliquando confitetur se recepisse sine aliqua spe numerationis futuræ, & tunc subdistingue, aut maritus fuit confessus ante matrimonium perfectum tempore sponsaliorum, aut post ipsum matrimonium iam perfectum, & in utroque casu attende an matrimonium sit dissolutũ morte uiri,& tunc dic ut infra dicam. quando uerò confessus est post matrimonium perfectum. Aut matrimonium est dissolutum diuortio uel morte mulieris,& tunc subdistingue, aut enim ista confessio fuit relata & restricta ad tempus præsens sponsaliorum,& tunc quia reperitur facta tẽpore concesso & quo permissa est donatio, & tunc ipsius dotis datur repetitio,ut probatur in l.1.2.respon.C.de dona.ante nupt. Aut fuit relata ad tempus futuri matrimonii,& tunc quia facta est tempore prohibito, quo non admittitur inter uirum & uxórem donatio, non poterit hæc dos repeti.vt d.l.1.ra.respon.& ibi not.per Cyn. Secundo casu principali quando confessio fuit emissa matrimonio iam cõtracto, tunc dic, aut matrimonium fuit dissolutum morte mulieris uel diuortio, & hæc dos non poterit per hæredes ipsius mulieris à uiro repeti, quia donatio est prohibita,ut prædixi,& probatur in d.l.1.2.respon.secundùm aliam lecturam,aut est dissolutum morte uiri,& tunc aut ipse maritus fuit sic confessus animo donandi,quod in dubio præsumitur secundùm Doct.quando est paritas vel modica inæqualitas inter ipsos coniuges, & tunc poterit ipsa dos repeti per mulierẽ tanquam hæc donatio sit morte viri confirmata,ut in l.2.C.de do.ca.non num.& ibi plene per Cyn. aut fuit confessus non simpliciter animo donandi, sed quadam suadente quasi necessitate, quod est secundùm Doct. quando rusticus recepit unam nobilem in uxorem, aut multum senex iuuenculam, & tunc poterit ipsa dos repeti per mulierem secundùm Cynum, argu. l.si ita stipulatus,ff.de uerbo.oblig. & eorum quæ per eundem not. in l.si uoluntate, C. de dotis promiss. Ad unum tamen casum aduerte, quòd ubicunque dos promittitur, vel confessatur spe futurę numerationis ante matrimoniũ contractum,quod in dubio hęc promissio & confessio habet in se tacitam conditionem, videlicet si matrimonium sequatur, quo non sequuto annullatur promissio, ut in l. stipulationem,ff.de iure dotiũ, cum sim. ibi not.

4 † Deinde quæ

quæritur ad pinguiorem doctrinam præmissorum, an confessio facta per maritum post matrimonium super dote recepta præiudicet creditoribus ipsius mariti? quæ quæstio sæpius occurrit de facto. Breuiter in hoc sic distingue, aut est certum, quod illa quantitas, quam uir confessus est recepisse, fuit sibi tradita per mulierem, & tunc cùm licitum sit de iure matrimonio durante dotem constituere, & augere, ut habetur in l. pen. in princ. & l. fin. C. de donatio. ante nupt. & instit. de donat. §. est & aliud, talis confessio præiudicium facit futuris creditoribus, non autem anterioribus, ut probatur in l. assiduis, cum ibi not. C. qui pot. in pigno. hab. aut est certum, quòd ipsam pecuniam confessatam mulier non tradidit uiro, sed ipse vir animo donandi mulieri sic confessus est, & tunc talis confessio non præiudicat creditoribus præcedentibus, neque sequentibus, tanquam præsumptione fraudulosa, & sic intelligam quod traditur in auth. sed iam necesse, per Cyn. C. de don. ante nup. aut est dubium unde hæc pecunia sit profecta, & tunc præsumitur processisse de bonis uiri potius, quam uxoris, ratione euitandæ suspicionis turpis quæstus, ut habetur in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vi. um & uxo. & l. etiam, C. eod. titu. & habere in Authen. de æqua. do. §. aliud quoque, coll. 7. & per hoc non præiudicabit ipsa confessio creditoribus, sicut in proximo articulo dictum est: ad quod optime facit l. si quis post hac, in princ. C. de bon. proscrip. & ibi not. per aliquos, quod tene menti. Poterit tamen morte uiri hæc dos confirmari, si non fuerit per eũ reuocata, sicut confirmantur cæteræ donationes, ut d. l. 2.

5 C. de do. cau. non num. † Quid autem si maritus confessus est ex alia causa, quam dotis, habuisse ab eius uxore mille, & iurauit sic uerum esse, an standum erit huic confessioni? dicit Bart. quòd non, si non appareat manifeste, quòd processerit ipsa pecunia ex bonis propriis ipsius mulieris, siue vxoris, alioqui præsumitur donatio, cuius donationis incapax est uxor. ff. & C. de dona. inter ui. & uxo. per totum, sicque talis confessio iurata facta ad utilitatem personæ incapacis, non ualet, nec probat, ut ibi not. per Barto. in l. cum quis decedens, §. Titia honestissima, ff. de leg. 3. confirmabitur tamen morte uiri, si per eum non fuerit reuocata. l. donatio. C. de don. inter uir. & uxo. & l. cum hic status, ff. eod. §. 1. cum sim.

ADDITIONES.

a Et no. quòd per hæc uerba, uide glo. in l. 2. C. de acq. poss. & ibi Cyn. & Bart. & Io. And. in addit. Spec. tit. de empt. & uend. in §. infra. §. nunc for.

b Recepisse. vide Rom. consi. 345. & Fulg. consi. 136.

✱ Et tradidit. Adde, an pactum uel statutum de dote lucranda habeat locum in dote promissa? & uide Ias. in Rubri. col. 5. in fi. nu. 23. ff. sol. ma. in l. si donaturus, §. qui indebitã, nu. 14. ff. de cond. causa data. & ibi nu. 18. an tale statutum locum habeat quando matrimonium contractum fuit per uerba de præsenti, sed mulier decessit antequàm duceretur domum uiri, & ibi quid si matrimonium non durauit, nisi momento? de quo plura not. Ias. in l. inter stipulantẽ, §. sacram, num. 23. ff. de uerb. oblig. Matthes. sing. 74. Boer. q. 22. inter comm. opin. lib. 17. ver. sponsa pulchre Ias. in l. non tantum, C. de lega. vbi concludit, quòd stante statuto, quòd decedente uxore in matrimonio sine filiis uir lucretur dotem: sufficit matrimonium momentaneum, pro quo vide quæ scribit Rolan. de dote q. 4. 5. 6. q. 106. & sequen. Ad quæst. autem, an dos promissa dicatur dos? adde, quia res non dicitur dotalis, nisi secuta traditione, & maritus qui lucratur fructus dotis, non lucratur fructus dotis non traditæ, per tex. in l. de diuisione, ubi Ias. in ult. not. ff. solu. matrim. quid in dote exigua, an dicatur dos? & dic, ut per Ias. d. rubr. col. 5. post principium. versi. ultra scribentes. num. 25. eod. tit. vbi paulo post disputat etiam an dos sit ius vniuersale. Mafuer.

✱ Quando rusticus. Adde, quòd solet appellari ea donatio, quæ fit uxori à marito sene, uel ignobili dotis constitutio facta à marito, sed nõ habet veræ dotis priuilegia quo ad hanc donationẽ cum non sit dos, arg. l. assiduis, C. qui pot. in pig. Rom. consi. 445. col. penul. ver. unde inferendo, qua de re, uide Didac. ad 4. Decretal. 2 par. cap. 3. §. 3. num. 2. Curt. Iun. consi. 6. nu. 20. Abb. in cap. fi. de don. inter vir. & uxo. Aym. consi. 51. vbi de donatione mulieris annotæ facta iuueni in recompensationem ætatis, Rip. in l. fœminæ. nu. 35. C. de sec. nup. de qua per Doc. in l. diuortio. ff. de uerbo. obl. per tex. in l. quod autem, §. si uir. ff. de don. inter uir. & ux. l. si uoluntate, C. de do. promiss. Dec. consi. 232. col. 2. post medium, ver. accedit. Quando uero à sponso fit donatio sponsæ nobili propter generis nobilitatem, unde Feli. in cap. super eo. nu. 3. de testi. Quæ nota, quia sæpius occurrunt, ut uidi in quodam sponso donante scutos sex mille, animi & corporis matrimoniales molestias emente. Quid de donatione rustici uxori nobili facta? & dic, ut per Neuiz. Syl. nupt. lib. 2. nu. 28. Quod autem possit maritus constituere dotem uxori, quando ipsa est nobilior & ualida sit constitutio, not. Abb. in c. 1. nu. 8. extra de adul. de quo plura not. Ias. in l. si diuortio. nu. 11. ff. de uerb. obl. ubi quod in dubio data inæqualitatate debet præsumi promissio, aut confessio facta animo remunerandi. Quam concl. declara, ut per eum ibi, nu. 13. Mafuer.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an possit alienare rem immobilem traditam in dotem.*
2 *Rerum dotalium ad quem spectet periculum.*
3 *Expensæ in re dotali, an possint deduci per hæredes viri.*

AC etiam castrum Lamberti. Fuit etiam ista dos constituta tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus.

1 † Vnde quæritur, an maritus rem immobilem sibi traditã in dotẽ possit alienare? in qua quæstione, quia quotidiana est, sic distingue. aut hæc res immobilis * fuit in dotem tradita sub certa quantitate æstimata, aut inæstimata. Primo casu subdistingue, aut est æstimata ea intentione, ut esset uenditio, & sic tali æstimatione quæ facit emptionem; aut fuit æstimata * ea sola intentione, ut tempore soluti matrimonii cognosci posset, quantum res ipsa effecta fuerit deterior. Si quidem fuit æstimata, ut esset quasi emptio contracta, quod in dubio præsumitur, ut determinat glos. in dicta l. si inter virum, C. de iure dotium. & tunc aut interuenit pactum speciale de re ipsa tradita in dotem restituenda soluto matrimonio, & tunc non poterit per virum alienari. Aut tale pactum non interuenit, & tunc alienari poterit, quia æstimatio succedit loco rei, ut habetur in l. quoties, C. de iu. do. cũ si. Si uerò fuit æstimata, ut sciretur quantum deteriorata esset, tunc non poterit alienari, ut d. l. si inter uirum. Secundo casu principali, quando nullo modo fuit æstimata, tunc alienari non potest, cũ sit fundus dotalis, ut l. 1. ff. de fun. do. Instit. qui. ali. lic. in princ. & ibi no. per gl. & habetur in l. 1. §. cum lex. C. de rei uxo. act. etiã si uxor consentiat, ut ibi not. nisi iurauerit * expresse non contrauenire, quo casu mulier repellitur secundùm iura canonica. Ex quibus patet soluto matrimonio quid petere debeat mulier, an rem, uel æstimationem. nam ubi res est tradita inæstimata, tunc ea sola petitur; si uerò fuerit æstimata, ut sciatur quantum fuerit deteriorata, tunc idẽ: Si autem ut faciat emptionem, tunc considera, an sit pactum interpositum cuius sit electio, & tunc erit seruandũ; ubi autem pactum non intercessisset, & tunc erit electio mariti, & eius hæredis, an uelint soluere rem, uel æstimationem, & in hoc differt à contractu emptionis, ut hæc habentur in l. plerunq; in prin. & in fi. ff. de iu. do. & in l. quoties, C. eo. tit. & ibi nota.

2 † Quæritur, rerum datarum in dotem ad quem interitus, vel deteriorationis periculũ pertineat, an ad uxorem, uel ad uirum? In qua quæstione sic distingue,

stingue, aut res est data inæstimata, & tunc periculum tam peremptionis, quàm deteriorationis spectat ad uxorem, quia omne commodum proueniens ex re ipsa spectat ipsi vxori, ut in d. l. plerunque. in princ. §. 1. nisi uir culpam adhibuisset. Nam tenetur illam diligentiam in re dotali adhibere, quam faceret in propriis, l. in rebus. in princ. ff. de iur. dot. & l. si constante, § si maritus, ff. sol. matr. Aut res est data æstimata illa æstimatione, quæ facit emptionem, & tunc pertinet periculum ad ipsum virum, & in hoc sapit naturam contractus emptionis, ut probatur in l. plerunq. in prin. & l. fin. & l. si mancipia. in fi. & l. quoties, ff. de iu. do. vbi autem esset æstimata alio respectu, tunc puto periculũ esse uxoris, per d. l. si inter uirum, C. de iu. dot. Et adde, quod no. per gl. in l. 1. C. de iure dot. Ad vnum tamen aduerte, ꝙ siue res fuerit æstimata, siue inæstimata, dominiũ eius interim est mariti, & pro ea sibi soli competit ius agendi & excipiendi, vt habetur & not. in l. doce ancillam, C. de rei vend. & l. de his. de iure do. & l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. act. & probatur in l. quamuis, in princ. ff. de iure dot. & l. quiotus, §. argento. cum sim. ibi not. ff. de auro &
3 arg. leg. † Deinde quæritur, pone quòd vir in re sibi data in
✻ dotem facit aliquas expensas, * an soluto matrimonio morte viri poterunt hæredes eas expensas repetere agẽdo vel
a excipiendo? vbi sic distingue, aut istæ expensæ [a] fuerunt factæ gratia fructuum colligendorum ex fundo dotali, & hę non repetuntur, ut l. 3. ff. de impen. in re. do. fac. Aut expensæ factæ sunt ad ipsius rei dotalis perpetuam, vel quasi, utilitatem; & tunc aut tales expensæ sunt modicæ, & non repetuntur; aut sunt magnæ, & tunc aut sunt necessariæ, aut utiles, aut voluntariæ. Si quidem sunt necessariæ, tunc repetũtur, vt in l. quod dicitur. in prin. §. 1. ff. de impen. in re. do. fac. Si uerò sunt utiles, tunc si factæ sunt de consensu & voluntate mulieris, repetuntur, alias nõ, vt l. utilium, ff. de impen. & l. 1. §. sed nec ob impensas, C. de rei vxo. act. & ibi not. Si autem sunt uoluntariæ, tunc etiam si factæ sunt de voluntate mulieris, non repetuntur, vt l. voluntariæ, ff. de impen. licèt vir eas possit auferre si sint separabiles, vt in l. pro uoluntariis, ff. eo. tit. vbi autem vir expenderet in soluendo canonem vel censum pro re dotali, non repeteret, vt in l. nec stipendium, ff. eodem titulo. not. bene istum tractatum.

ADDITIONES.

a Expensæ in re dot. Adde Bald. in l. eum, C. de vsufr. Bart. in l. dotem, de pub. Raph. Fulgo. in l. si proprietarius. & in l. damni. in §. 1. ff. de dam. infect.

a Expensas in re dot. Adde, quòd maritus potest impensas necessarias in re dotali factas ab uxore, vel eius hæredibus consequi, & est in eius electione, vel agendi ad ipsa impensa, vel dotem retinendam, secundum communem per Alex. consi. 161. circa princ. lib. 7. Masuer.

✻ Expensæ. Adde de impensis necessariis in re dotali factis per hæredem mariti non repetendis, & uide Afflict. decis. 359. Quid si mulier det nomina debitorum in dotem, an si faciat expensas in exigendo repetat? & dic, ut per Iasonẽ in l. si in area. nu. 3. ff. de cond. indeb. Masuer.

✻ Immobilis. Adde Rolandum consilio 92. libro secundo. Masuer.

✻ Iurauerit. Adde infra for. lib. rest. in integ. ver. tunc iurauit. post nu. 14. & quæ scribit Tremol. ad trac. Bonacur. tit. de peremp. excep. post nu. 4.

✻ Aestimata. Adde, quando æstimatio rei dotalis faciat emptionem, & quando fundus dotalis datur æstimatus in dotem quomodo intelligatur datus? & dic, ut per Iasonem in l. ex conuentione, C. de pact. & plura de æstimatione, quæ facit emptionem, & de fundo dotali inæstimato vide per Neuizanum syl. nupt. lib. 2. num. 68. & aliis sequen. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentiarum appellatione quid veniat.*

CVM omnibus suis iuribus & pertinentiis. Hic quæ-
a rò, quæ appellatione pertinentiarũ [a] contineantur.
1 † Respondeo, ut aliàs dixi secundum Innoc. ut per eum not. in cap. ad sedem. de restit. spol. & in c. ex literis. de iure patr. quod comprehenduntur ea quæ lege, uel statuto, uel consuetudine deputata sunt, ut accedunt, v. g. iurisdictio cohæret castro, & iuspatronatus & similia, quæ cohærent ecclesiæ, si peteretur ecclesia cum suis pertinentiis, uel ius episcopale, de quibus ibi vide.

ADDITIO.

a Pertinentiarum. Adde, quæ scribit insignis Hier. de Monte in suo tract. de fini. regen. cap. 7. & c. 80. & c. 90. Ziletus.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio non numeratæ dotis, quid importet.*

1 OMNINO renuncians. Ista renunciatio dotis † cõmuniter ponitur per notarios in omnib. instrumẽtis, per quam renunciationẽ excluditur ipse uir, ut non possit ulterius opponere exceptionẽ non numeratæ dotis, iuxta no. in l. si ex cautione, C. de non nu. pe. & l. 1. & 2. C. de don. cau. non nu. quã alias opponere posset tam ipse quàm hæredes eius infra tempora à iure limitata si non renunciasset, vt plenè no. in l. fi. & in auth. quod locum, C. de do. cau. non nu. Eodem modo excluderetur, si notarius in instrumento diceret {Talis numerauit occasione dotis tali,} nã statur instrumento. Sed in hoc aduertat notarius, ut his verbis non utatur, nisi uideat pecuniam numerari, sicut scripsi supra in for. lib. quando agitur hypothecaria. & tangitur per Bar. in l. ita stipulatus, §. Crisogonus, ff. de ver. ob. &c.

SVMMARIVM.

1 *Promissio in constitutione dotis importat stipulationem.*
2 *Bona minoris contrahentis matrimonium, sine curatore, vel authoritate iudicis, an tacitè obligentur.*
3 *Datio fideiussoris, an valeat super dote conseruanda.*

1 SOLEMNITER tunc promisit. † Ista promissio intelligitur per stipulationem, ut in §. si scriptum. Inst. de inut. stip. & l. sciendũ, ff. de uer. obl. quæ etsi expresè nõ interuenisset, habetur tamen iuris fictione pro expressa, ut l. 1. post princip. C. de rei uxor. act. & in §. fuerat. Institu. de act. in l. hæc uerba. ff. de leg. 1. & eod. modo intelligitur à iure bonorum obligatio interuenisse pro restituẽda dote, ut d. l. 1. §. ut plenius. cum si. licèt consultius faciant notarii expresè obligando bona mariti, quia expressa bonorum obligatio potior est, quàm tacita, ut l. si. C. qui pot. in
2 pign. hab. † Circa hoc quæro de uno, si uir minor 25. ann. habens curatorem accipiat uxorẽ, an eius bona tacitè obligentur pro dote restituenda non interueniente curatore,
a nec iudicis auctoritate? dic ꝙ sic, [a] vt determinat gl. & Cy. in l. si. C. de le. tu. arg. l. 2. in fi. & l. 3. in prin. ff. de reb. eo. nam ex quo lex permittit principale. s. matrimoniũ contrahere sine prædicta solemnitate, ut Inst. de nup. in princ. ergo &
3 accessoriũ permittere vr. ar. l. mutus, ff. de iu. do. † Amplius quæritur, an valeat datio fideiussoris super dote cõseruanda, & restituenda, [b] de quo plenè not. per Cy. C. ne fid. do.
b den. l. 1. & per Bar. in l. si cõstante, §. quoties. ff. sol. mat. & in ea sunt opiniõ quidam, quos sequitur Dy. dixerunt, ꝙ fideiussor de dote ɔseruanda dari non põt, sed de ea restituẽda sic, & ita concordant iura iurib. Alii aũt ut no. Azo, quẽ sequtur Bar. in d. §. quoties. tenet, ꝙ nec ꝑ dote restituẽda, nec conser-

conseruanda dari potest fideiussor, cum utroque casu sit eadem ratio prohibitionis, distinguendum est ergo solù, secundùm Azo. & Bart. an huiusmodi fideiussio præstetur soluto matrimonio, & tunc ualet; aut matrimonio constante, & tunc non ualet, dic ut ibi.

ADDITIONES.

a Dic quòd sic. Adde Pet. de Anch. consi. 93. & Rom. consil. 178. & vide in d. l. si constante.

b Et restituenda. vide Paul. de Cast. consi. 78.

* Promisit. Adde Ias. in l. certi condictio. post num. 21. ff. si cert. peta. & quæ habetur infra for. lib. contra plures reos. ver. intercesserunt. col. 1. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Dos quibus casibus restituatur.*

2 *Socer an securè restituat, si restituit filio dotem propter discordiam cohabitationis.*

1 PERVENIT ad casum restituendæ dotis. † Debes hic scire, quòd olim erant plures casus, quibus fiebat dotis restitutio, ut not. in d. l. ubi adhuc, C. de iure dotiũ. hodie verò sunt duo soli, videlicet morte viri ipsius, ac eius inopia interueniente, ut dictum est supra. à qua quidem restitutione dotis certis casibus mulier, & eius hæredes excluduntur, ut supra dixi, ut no. per gl. & Doct. in l. 2.
4 in princ. ff. sol. matr. † Sed circa hoc quæritur. Ecce, ꝙ socer recepit dotem sui filii & nurus, sed non valentes omnes simul pacificare, ut frequenter contingit, uel uitio nurus, nouercæ, aut aliter, uult filius & nurus separatim habitare à patre, qui pater est diues, ita quòd propter inopiam non est casus dotis restituendæ, similiter filius diues est, attamen ipse pater contentus est dotẽ ipsam restituere, & filio & nurui. Sed dubitat, an securè socer possit restituere, ita ꝙ nullo tempore possit pro ea amplius molestari, & quæritur de remedio: dicunt quidam in l. quãuis. & l. si cũ dotem, §. transgrediamur. ff. sol. mat. ꝙ remedium est, ꝙ socer, idemq; pater dotem ipsi filio, & nurui restituat pro alimentis ipsorũ & filiorum suorum, arg. l. mutus, §. fi. ff. de iu. do. & l. quãuis. cum l. seq. ff. sol. ma. de qua restitutione etiã aliquid tangit Cyn. in l. si prædium, C. de iure dotium.

SVMMARIVM.

1 *Muliere præmoriente ante virum, an sit fienda dotis restitutio. Intellectus ad l. si mulier, C. de iu. dot. & l. dos à patre, C. sol. matr.*

2 *Auo dotante filiam ex filio, & moriente nepte, cui fiat restitutio. Intellectus l. auus. ff. de iur. dot.*

3 *Soluto matrimonio morte viri, an fiat dotis restitutio.*

4 *Statutum de lucranda dote per virum vxore prædecedente, an attendatur, loci mariti, vel domicilij vxoris.*

5 *Vxor quando sequatur forum viri.*

6 *Vxore præmoriente, ante secundum virum ex quo non suscepit filios, sed bene relictis filijs ex primo, & stante statuto in terra secundi de lucranda tota dote qualiter fiat.*

7 *Qui vult consequens videtur velle antecedens ad illud necessarium.*

8 *Mulier habens filios ex primo matrimonio, an secundo nubendo possit tradere bona sua.*

9 *Muliere transeunte ad secunda vota, quantum debeant habere filij ex primo matrimonio.*

10 *Pactum de lucranda dotem secundo viro, quantum præiudicet filijs ex primo matrimonio.*

11 *Nati ex secundo matrimonio, an habeant legitimam, sicut qui ex primo.*

12 *Inter filios vtriusque matrimonij, qualiter fiat diuisio.*

13 *Filij ex primo matrimonio, an in casu statuti possint saltem repetere legata vltra dotem per patrem suum, quæ mulier dederat secundo viro in dotem.*

1 DICTAE dominæ Margaritæ, eiusq; hæredibus. † Reuoco hic in dubium, si mulier præmoriatur ante uirum, an sit fienda restitutio dotis. & breuiter sic distingue, aut pactũ intercessit inter uirum & uxorem super dote lucranda ea præmoriente, & illud est seruandum, ff. de iur. do. l. 1. & 2. cum sim. Et idem dico seruandum, si statuto ciuitatis vel loci disponatur super eius lucro, nam in hac ciuitate Papiæ, unde mihi origo est, uir lucratur totam dotem, & idem fit in tota Lombardia, in aliquibus aliis locis
* lucratur medietatem, * quæ statuta sunt ad literã obseruanda, ut l. 1. §. si is qui nauem, ff. de exerc. & l. quod constitutũ ff. de test. tut. facit quod no. Inn. in c. cum in tua, ext. qui ma. acc. pos. & l. omnes populi, de iust. & iu. et si mulier habeat filios de primo matrimonio, vt not. in l. hac edictali. C. de sec. nup. Aut nullũ pactum, nec lex municipalis quicquam prouidet, & tunc aut mulier habet liberos, & illis restituẽda uenit, vt ff. & C. ad S. C. Orfic. per totũ. Aut non habet liberos, & restituẽda est patri, si habet, vel proximiori agnato, & sic intelligi debet l. si mulier. C. de iu. do. & l. dos à patre, C. sol. mat. & l. inter socerum, §. cum inter patrem, ff. de
2 pac. dot. † Quid si auus, ut sæpe accidit, dat dotẽ pro nepte ex filio eius, & moritur deinde neptis, quæritur ad quẽ dos redire debeat, distingue ſm Bar. qñq; auus dat dotem pro nepte contemplatione filij, & tunc vr̃ à filio profecta, ideo non extantib. liberis ex ea ad ipsum patrem reuertitur, ut in l. profectitia. ff. de iu. dot. & l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vul. & pup. Aut dedit dotẽ contemplatione ipsius neptis, & tunc aut neptis decessit uiuẽte auo, & tunc reuertit ad ipsum auum, vt l. 1. §. videamus, C. de rei uxo. ac. Aut decessit post mortẽ aui, & tunc reuertitur ad ipsum filium de æquitate, ut l. dotem, ff. de col. bo. sed de rigore non, ſm aliquos sic intelligitur l. auus, ff. de iu. do. Aut est dubiũ, cuius contemplatione dederit, & tunc præsumitur filii contemplatione dedisse, sicq; ad eum reuertitur, & hoc casu potest
3 intelligi. l. dotem. & l. quintus, §. fi. ff. de an. leg. † Inde quæritur, an soluto matri. morte viri fieri debeat incontinenti
* restitutio. * vbi distingue, ꝙ aut maritus sibi prælegauit dotem, ut fit communiter. & tunc si legatum sit purũ, statim potest peti, quia omnis legalis dilatio uidetur sublata, ut habetur in l. 1. in prin. in ver. verũ, & uer. adeo. ff. de do. præle. & sic per hoc dotis conditio fit melior, nã deterior fieri non potest, ut l. de die, cum l. seq. ff. de pact. do. Aut non le-
* gauit * dotem, & tunc aut dos cõsistit in pecunia, vel rebus
* mobilibus, & tunc differtur restitutio * post annum, licèt olim differretur triennio, ut l. 1. §. exactio. C. de rei ux. act. Aut consistit in rebus immobilibus, & tunc statim fienda
4 est exactio, seu restitutio, ut in d. §. exactio. † Sed hic quæritur de notabili quæst. Ecce, quòd circa restitutionem dotis reperitur, quòd in loco contractus dotis, uel domicilii uxoris statutum disponit, ¶ Quòd mortua uxore in matrimonio vir lucretur medietatem dotis ¶ sed in loco domicilii viri statutum disponit ¶ Quòd ipse lucretur totam. ¶ Quæritur quod statutum seruandum sit, dic ꝙ seruabitur statutum domicilii uiri, nisi contrariũ inter eos sit conuentum, ut no. in l. exigere dotẽ. ff. de iud. licèt regulariter attendi debet statutum loci, in quo celebratus est ɔ̃ctus, ut l. si fundus, in fi. ff. de euic. & not. in l. hæres absens, ff. de iud.
5 † Patet ergo, ꝙ uxor sequitur forũ uiri quò ad dotis repetitionem. Item quò ad debitum carnis, & operarũ, ut l. sicut, ff. de ope. lib. Item quò ad subeundum munera personalia, sed quò ad realia attenditur locus, ubi res sunt sitæ, ut hr̃ in l. 1. C. de muli. & in quo loco, lib. 11. facit l. ea quæ desponsata. ff. ad muni. Quæ quidem priuilegia retinet uxor, etiam post mortem uiri, dum stat in uiduitate, ut l. filii. ff. ad
6 mun. Amplius quæritur, † quid si uxor præmoritur sine filiis ex hoc marito secundo, & superstitib. ex ea filiis ex primo marito uigente in terra ipsius mariti secundi statuto illo de quo supra dictum est. l. ꝙ uir lucretur dotem uxore mortua in matrimonio &c. an dos sit liberis primi ma-

trimonij in totum restituenda, uel pro parte non obstan-
✻ te dicto statuto. & quia habui istam q. de facto * in Monte ferrato, ideo circa eam plenius dicam, quàm dixerim. Et primò uidetur dicendum, quod pro parte eis debita per legē sit restitutio fienda, nam mulier transiens ad secunda vota debet ex eius dote tantum dare filijs primi matrimonii, quantum ex ea confert marito secundo, & eidem uxori in plus interdicta est alienatio in secundum maritum, ut in l. hac edictali. C. de sec. nup. sicut etiam sibi interdicitur alienatio in certis alijs casibus, qui habentur in l. fœminæ, C. eo. tit. ergo quidquid attētatum est contra legem, nullius est momenti, ut l. non dubium, C. de leg. & l. cū lex. ff. de fi-
✻ deius. In contrarium * facit, nam ipsum statutum disponēs, quod vir lucretur dotem, videtur remouere omnem legem,
7 per quam possit impediri tale lucrum. † nam qui uult consequens, uidetur uelle antecedens ad illud consequens necessarium, ut l. nec is, & l. illud. ff. de acq. hær. & l. ad rem, & l. ad legatum, ff de procur. cum sim. vnde cùm statutū uelit maritum dotem lucrari, ad hoc, ut ipsæ mulieres reperiāt facilius, quibus nubere ualeant, consequens est, quòd uult tollere obstaculum d. l. hac edictali. & eorum quæ habentur in §. optimè, in Auth. de nup. quod etiam confirmat in fin. l. exinde Vlpianus, ff. de excu. tu. cùm ibi not. quod obstaculum nemini dubium est posse tolli per statutum, vt l. venditor. §. si constat. ff. com. præd. & l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & hanc partem tenet Bal. in l. ea lege. C. de condit. ob cau. quam approbauit longissima cōsuetudo totius Lombardiæ. Sed ipse Bal. mutato proposito, ut faciunt aliquando Doct. videtur sentire primā partem in d. l. hac edictali, quæ opi. est magis æquitati consona, arg. l. fœminæ,
✻ in prin. C. de secun. nup. sed tu sequere præcedentē. † quia minimè sunt mutanda &c. vt l. minimè. ff. de leg. de qua q. vide quod scripsi infra super for. lib. pro legato rei singularis, ver. transeo ad quartum arti. & quod pulchrè no. per
8 Iac. de Bel. in d. §. optimè, in Auth. de nupt. collat. 4. † Vbi quæritur an de iure communi possit mulier habens filios ex priori matrimonio tradere in dotem secundo uiro omnia bona sua, & distingue sic, aut dat simpliciter, & sine pactione de lucrando, & tunc potest, ut in l si libertis, C. de do. ante nup. aut dat cum pacto de lucrando, & tunc non
9 potest, ut d. l. hac edictali, & d. §. optime. cum sim. † Deinde quæritur per eum, quantum habere debeant de iure com-
✻ muni filij prioris * matrimonij de necessitate, matre transeunte ad secunda uota, & responde, quòd habere debeāt debitum iure naturæ, & ultra eam partem, de qua in d l. hac edictali. & ita not. per gl. in d. §. optimè, & hoc verum in rebus dotis primi mariti. In rebus autem legatis eidem à primo uiro, debent dicti filij in totum omnibus anteferri, ut supra dictum est. † Quid ergo si mulier dedit in do-
10 tem omnia bona cum pacto de lucrando secundo viro, an ipsi filij reuocabunt totum? dic, quòd non, sed tantū quantum secūdus uir retinere potest de iure, ut sic uiriles inter
11 omnes fiant portiones, vt not. in d. §. optimè. † Sed an filii nati ex hac muliere in secundo matrimonio debeāt in istis bonis in dotem datis habere legitimam? dicunt quidam quòd non, alij quòd sic, ut in d. l. hac edictali. & in auth. ad eos. C. de secun. nupt. Tu dic secundūm Iac. quòd legitimā habere debent, sicut filii prioris matrimonii, ut in §. nec il-
12 lud, in Auth. de nupt. & de secun. nup. l. cum aliis. † Qualiter autem diuisio fieri debeat horum bonorum inter filios vtriusque matrimonij? dic secundùm eum, scilicet Iac. de Bell. quòd omnes prius accipient suam legitimam, deinde reliquum inter ipsum maritum, & solos filios prioris matrimonii diuident, ut singuli æquales ferant portiones, quibus filiis ipsis facta est iniuria per transitum ad secunda vota; alii verò filii secundi matrimonii, quibus nulla est facta iniuria, vltra eorum legitimam nil percipient, vt no. per gloss. in d. §. optimè. & not. quòd si pater moritur ab intestato, superstitibus filiis ex vtroq; matrimonio, quòd bona propria, & lucra legatorum communiter diuiduntur inter eos, sed dos pertinet filiis illius matrimonii, ut in
13 d. §. nec illud. † Sed præsupposito dicto statuto, pone, ut plerunque de facto contingit, quòd primus maritus legauit prædictæ eius uxori ultra dotem suam certa bona ipsius mariti, quæ bona simul cum dote postea ipsa uxor tradidit in dotem secundo viro, nunquid filii prioris matrimonii poterunt saltem ipsa bona legata repetere? videtur quòd non, per ea quæ proximè dicta sunt, sed uidetur contrarium per text. in d. l. fœminæ, post princip. C. de secun. nupt. alia enim est ratio in dote propria ipsius mulieris, quam dare potuit, quia res sua propria tunc fuit, & ex suis bonis profecta, & aliud in rebus legatis, postea quàm ex bonis primi viri profecta sunt, vnde æquum est ad filios primi uiri debere reuerti: & ratio est, quia in his rebus legatis mulier solum habuit vsumfructum, ut sequitur.

ADDITIONES.

✻ Medietatem. Adde, & de interpretatione statuti, quòd decedente uxore vir lucretur dimidiam dotis, uide quæ scribit Roman. consil. 44. col. 2. & 3. & ibi quid lucretur, quando mulier dat iura sua uiro? nullo expresso, & quid quando tradit se & sua? & quando nulla fit mentio rerum: & quid quando constituitur dos incerta: & quid si extent filii ex primo matrimonio? vide ibi dicto consil. & an ualeat statutum deferens lucrum totius dotis secundo marito in præiudicium filiorum primi matrimonii? & dic, ut per Rolan. consi. 62. num. 16. lib. 3. de dote, quæst. 24. q. 30. & seq. Matuer.

✻ Restitutio. Adde Catel. ver. Dos sol. matr.

✻ Aut non legauit. Adde, quòd dos consistens in pecunia, & si statim secuta morte uiri non sit restituenda: sed intra annum, l. prima, §. exactio. C. de rei vxoriæ actio. etiam si hæredes essent diuites, Bart. & Doct. in l. diuortio. in principio, ff. soluto matrimonio. Ias. in §. fuerat. colum. 8. Inst. de actio. licèt interim alenda sit ab hæredibus, si non habet unde, Doct. dicta l. diuortio. in principio. Ias. dicto §. fuerat. colum. 7. ver. restat. Fallit tamen ea conclus. si hæredes volunt incontinenti restituere mulieri, ut tenet Iasone in l. stipulatio ista habere, §. inter certam. & in l. qui Romæ. in principio, numero 6. ff. de verborum obligation. Fallit præterea si dos fuit legata vxori, secundùm Rolandum consil. 10. num. 19. libro primo. post Aretinum in §. sed si uxor. Instit. de legat. Bart. in l. prima, de dote prælega. Catel. ver. Dos soluto matrimonio. vbi quòd si consistat in immobil. exigitur statim, in mobil. post annum, dicto §. exactio. de rei uxoriæ actio. tenentur tamen hæredes viri, ut supra dixi, mulierem alere in compensationem fructuum, si non habet unde, glo. dicti §. exactio. in glo. vlti. & in dicta l. diuortio. in principio, glo. 2. versi. facto. Alexander consi. 27. libro quarto. Pap. infra ver. ac etiam alimentis, num. primo. Villalob. inter communes opiniones, verbo, Hæres. ubi limitat conclusionem communem. Viuius inter communes opiniones, libro secundo, verbo, Vxori. Qui hæredes uiri si res mobiles uolunt statim restituere, possunt & poterunt detrahere interusurium medii temporis, puta, si dos est in pecunia. Quid autem si hæredes post annum sint in mora, an mulier pro alimentis aliquid accipere possit? & dic, ut per Catell. dicto uerbo, Dos, columna secunda. ubi uidetur concludere quòd nō, secundum communem ibi relatam, & per Iasonem dicto § fuerat. columna 7. numero 23. Aymo consilio 189. columna quarta, post medium. secus in muliere solita negotiari, & quòd post annum sol. matrim. quòd agere possit ad interesse lucri cessantis, si erat emptura prædium ex quo tot fructus percepisset, concludit Roland. consilio 35. numero 6. libro primo, post Alexandrum consi. 31. columna prima, consil. 200. col. 2. libro 6. Parisius consil. 64. nu. 20. lib. 4. vbi illud quod capitur ratione lucri cessantis licitè capitur.

capitur. Intelligendo tamen ut per eum ibi num. 3. & 5. Neuiz. consi.74. Quod in marito dubium non habere dicunt Doct. quin possit ille usuras dotis non solutæ in tempore petere, ex not. per Catel. d. uer Dos. col. fin. Neuiz. d. consi.74. Dec. consi. 119. nu. 9 nu. 12. Iaf. in l. cunctos populos. nu. 51. & in rep. nu. 38. C. de summa Trin. Qua in re distinguē, ut per Roma. consil. 517. num. 4. 5. 6. usque ad 13. Alex. consi. 141. lib. 5. & hoc quando maritus sustinet onera matrimonij. & d. consi. 200. lib. 6. consi. 63. col. 2. lib. 4. vbi loquitur de statuto uel consuetudine, quod prætentur septem pro centenario, de quo etiam per Paris. consil. 126. col. 2. lib. 1. consi. 63. lib. 4. ad 5. pro cent. Afflic. dec. 284. nu. 4. Quæ omnia declarat Rol. consi. 55. lib. 2. Dec. dicto consi. 119. Cagnol. in l. curabit. nu. 15. C. de act. emp. Neuizan. consi. 86. col. fin. Iaf. in d. l. cunctos populos. 2. lect. nu. 38. Viui. comm. opin. lib. 2. concl. 73. Quid in marito qui cessauit per decennium petere vsuras dotis vel alimēta uxoris ratione dotis non solutæ per patrem aut alium qui dotem promiserat? & fuit in mora non petendo, an uideatur remisisse? & dic, ut per Iaf. in l. quæ dotis. nu. 19. & seq. ff. sol. matri. ubi uidetur inclinare pro affirmatiua, sed distingue ut per Rom. d. consi. 517. col. 4. Boer. quæst. 196. Crem. sing. 5. Iaf. d. §. fuerat. nu. 20. & seq. Ofasc. deci. 132. & tandem dic, quòd magis communis opi. est contra Iaf. in d. l. quæ dotis. vbi dixi. Masuer.

✱ Restitutio post annum. Adde Iaf. in l. si diuortio. col. fin. nu. 14. ff. de verb. obl.

✱ Statutum domicilij. Adde Catel. ver. Dos repetitur, Iaf. in l. cunctos populos. 2. lect. nu. 60. C. de summa Trin. Crem. sing. 66. 67.

✱ In Monteferrato. Adde, quòd hanc q. examinat Rolan. de dote q. 26. ubi refert Pap hic, & post plura doctè & copiosè ibi alleg. concludit, non censeri derogatum l. hac edictali. C. de sec. nup. si statutum disponat, quod uxor præmoriēte sine liberis, maritus lucretur dotem, si uxor prædecesserit cum filijs ex primo matrimonio, secundum communem ibi num. 8. num. 13. vbi respondet ad dicta Pap. hic, circa consuetudinem per eum alleg. & quod imò contrarium fuit iudicatum, & obseruatum ex pluribus alleg. ibi nu. 14. Masuer.

✱ In contrarium. Adde, quod hoc sequitur Rolan. de dote. q. 87. nu. 4. ubi quod statutum disponens, quod uxor præmoriente maritus lucretur dotem, locum habet si uxor decesserit cum liberis, de quo uide quæ habētur infra for. lib. pro leg. rel sing. ver. transeo ad 4. artic. nu. 56. Mas.

✱ Sequere præcedentē. Adde Nat. consi. 308. vbi loquitur in terminis Decreti Marchionalis Montisferrati. Rol. de dote q. 30. Anch. consi. 380. col. 3. & concludit Rol. d. q. nu. 6. quod imò tacitè censeatur renunciatū dispositioni. l. hac edictali. & sic, quòd excludantur filij primi matrimonij, pro quo vide quæ scribit Card. Alban. in d. l. num. 7. & sequen. vbi uidetur tenere contrarium, intelligendo tamen ut per eum ibi. Masuer.

✱ §. optimè. Adde ad d. §. optimè, quæ scribit Bald. in l. hac edictali. col. 3. ver. modo super isto. C. de sec. nupt. Bart. in l. 1. C. de inoff. dot. vbi Bald. & Cast. Anch. consi. 101. col. 1. Curt. Sen. consi. 78. col. 4. in fi. Soc. consi. 35. col. pen. & fin. lib. 4. Dec. consi. 246. col. 2.

✱ Filij prioris. Adde Boer. q. 201. col. 3. Masuer.

✱ Vsumfructū. Adde, quod uxor tenetur seruare filijs primi matrimonij, quod à primo uiro habuit, & ipsa dūtaxat habere pōt eius usumfructum dum uiuit, Nat. consi. 308. col. fi. M.

SVMMARIVM.

1 *Iura dotalia quæ dicantur.*

1 SIMVL cum omnibus iuribus dotalibus. † Hic quæritur quæ dicantur iura dotalia, & respondetur quòd plura, uidelicet. Primò, quòd augmentum ipsius dotis, si quod factum sit, quod quidem de iure fieri potest, uel consuetudine, uel per statutum, uel conuentione iugalium, vel uoluntate, ut l. 1. & fin. C. de dona. ante nupt. & in §. est aliud, Instit. de dona. Quod quidem dotis augmentum regulatur secūdùm naturam ipsius dotis, ut in l. etiam, C. de iure dotium. nec immeritò, quia accessorium naturam sequitur sui principalis, ut in regula accessorium, de regulis iuris, cum sim. ibi not. Secundo est ius dotis donatio propter nuptias, vt in d. l. fi. Tertiò est de iuribus dotis, fructus dotis existentis in fundo dotali tempore soluti matrimonij, secundùm distinctionem traditam in l. de diuisione. & l. diuortio. & l. fructus, ff. sol. matr. & in l. 1. §. cum ex stipulatu, uersi. itaque patruus. & ibi per gloss. C. de rei uxo. act. Quartò est de iure dotis alimentorum exhibitio de quibus statim dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus quibus casibus non teneatur alimentare vxorem.*
2 *Alimenta quomodo & qualiter de necessitate præstentur.*
3 *Legato facto mulieri, vt si non possit pacifice viuere cum hæredibus habeat tot, cui incumbat probatio de non posse viuere pacificè, & mulier an habeat habere legatum si per hæredes non stet, vt viuat pacificè.*
4 *Conditio adiecta legato, vt quis stet cum hæredibus, an debeat impleri.*

1 AC etiam alimentis sibi de iure debitis. † Circà huiusmodi alimenta debita uxori, est aduertendum, quòd aut durat matrimonium, aut est dissolutum. Primo casu tenetur maritus uxorem *alimentare, tam sanā, quàm infirmam, l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo. & ibi not. ff. sol. matrim. & l. pro oneribus, C. de iure dot. & l dotis fructus, in princ. ff. de iure dot. etiam si nullam dedisset marito dotem, ut l. quòd si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. & plenè not. per Cyn. in l. quod in uxorem, C. de neg. gest. & amplius tenetur ad alimenta mulieri suæ, etiam si patrem habeat, ut l. si filia, §. 1. ff. familiæ ercifcun. vnde si stetisset infirma in domo patris sui, & ab eo recepisset sumptus tam in alimentis, quàm in curatione infirmitatis, tenebitur maritus patri tales sumptus restituere, ut determinat Cyn. in d. l. quòd in uxorem, & pro hoc ultra eum allego tibi tex. not in l. si. in prin. ff. de do. excep. Secundo casu quando matrimonium est dissolutum, tunc secundùm aliquos distinguēdum est, aut dos est restituta ipsi mulieri, & tunc sibi non debentur amplius alimenta, quia debet de suo se alere, nec potest hæredi culpa imputari; aut dos nō est adhuc restituta, & tūc aut tempus anni, quod datur per legem ad dotis restitutionem, quando dos est in quantitate, nondum est lapsum, sed pendet, & tunc aut mulier habet, vnde se alat aliunde, à quàm ex dote, & tunc non te-
2 nentur hæredes mariti ad alimenta, ut not. per glo. in l. 1. §. exactio. C. de rei uxoriæ act. aliàs sic, ut ibi not. per Cyn. Petrus tamen ut refert Cyn. dicit, quòd si mulier non habet aliunde unde possit se alere, est causa sufficiens compellendi hæredem ad dotis solutionem etiam pendente anno, argum. l. 1. & 2. C. de patri. qui fi. di. elapso autem anno tenentur ipsi hæredes sine dubio ad usuras, seu interesse dotis, ut in dicto §. exactio. ad quod facit optime tex. in c. salubriter. extra de vsu. hodie autem tale interesse, & huiusmodi alimenta sunt per statuta terrarum limitata, ut est Papiæ. Alij autem dicunt, quòd aut mulier stetit in uiduitate, & tunc procedunt, quæ superius dicta sunt: aut transiuit ad secunda uota, & tunc sibi nulla debentur alimenta ab hærede primi mariti, ut not. per Cyn. in l. si. C. de bonis mater. Et prædicta locum habent in alimentis, quæ petuntur dispositione legis propter dotem non solutam: vbi autem peterentur dispositione hominis, videlicet viri sui qui in eius testamento sibi uxori alimenta legasset, ut uidemus quotidie fieri, tunc posset ut unq; petere, dotem tanquam debitam, & alimenta tanquam legata etiam post annum,

annum, & post dotem solutam, argu. l. cum quis, §. mulier. cum l. seq. ff. de do exce. & l. uxori maritus. ff. de usufr. leg.
2 † Ad unum est aduertendum, quod circa alimenta duplex est consideratio, una qua quæritur quomodo & qualiter alimenta ex necessitate præstentur, de quo dic, ut supra, & infra no. super forma libelli pro legato rei singularis circa articulum alimentorum. Secunda consideratio est, qua quæritur, quando & qualiter alimenta uoluntariè præstita repetantur, de quo plenè habetur & no. per Doc. in l. 1. & l. alimenta. & l. quod in uxore. C. de neg. gest. & in l. Ne
3 sennius, eod. tit. † Hic autem de uno quæritur, quod sæpe contingit. Ecce, quòd maritus legauit, quòd uxor sua sit usufructuaria & domina domus suæ stando in domo cum hæredibus suis, & casu quo non possit cum ipsis pacificè uiuere, quòd eo casu ipsi heredes teneantur eidem pro ali
* mentis dare decem singulis annis. Contingit, * quod ista mulier non uult stare cum hæredibus, allegat quòd non potest pacificè cum hæredibus uiuere, hæredes autem dicũt, quod pro parte ipsorum nulla infertur molestia ei, & quod sunt contẽti, quòd ipsa stet cum ipsis, quæritur hic de duobus. Primò, an si non stet per hæredes, sed per eam quominus pacificè uiuat, debeat habere extra domũ alimẽta?
* Secundò, an mulieri * incumbat onus probandi se non posse pacifice viuere? Circa primum puto, quòd ex mente testantis, ad quam verba sunt trahenda in quantum possunt, ut l. 3. in fi. C. de libe. præt. & in l. in conditionibus, in princ. ff. de cond. & demon. cum sim. quod si mores hæredum non placeant mulieri, quòd sit in eius arbitrio extra domum illorum uitam suam ducere, & ab eis alimenta percipere, & sic erit sensus illorum verborum cum dixit, § & in casu quo pacificè non poterit &c. § Circa secundum dico, quòd stantibus præmissis, credendum erit solo uerbo ipsius mulieris alio non exquisito suffragio, attamen in quantum esset fienda aliqua extrinseca probatio, tunc esset fienda per ipsam mulierem, cum hæc conditio negatiuè concepta sit causa intentionis ipsius mulieris, tamen erit per eam probãda, iuxta no. per Bar. in l. in illa. & l. ita
4 stipulatus. ff. de verb. oblig. † Sed pone, quòd maritus, uel alius leget alicui. 10. annis singulis si steterit cum hæredibus suis, an hęc conditio debet impleri? videtur quòd nõ, immo sit reiicienda, & legatum valet, ut l. Titio centum, §. 1. ff. de conditio. & demon. de hoc vide plene in gl. seq. quæ incipit, Hic quæritur.

ADDITIONES.

a Alat aliunde. Adde Alex. in l. de alimentis, C. de transact. & consi. 7. alias 63. in 2. vol. vbi si habuit ab alio, quam ab hæredibus viri alimenta infra annum, quod ea non repetit.

* Alat aliunde. Adde, quòd hæres mariti tenetur præstare alimenta vxori viduæ intra tempus, intra quod non restituuntur sibi mobilia, teste Alex. in l. diuortio. ff. sol. matr. & hanc communem dicit Didac. ad 4. Decret. cap. 3. §. 9. nu. 9. Paris. consi. 64. nu. 3. 5. 20. lib. 4. Quam concl. declara, ut per Rol. consi. 55. lib. 2. Neuiz. consi. 74. post Bart. in l. insulam, §. usuras. ff. sol. mat. Soc. consi. 126. col. pen lib. 1. Viui. inter comm. op in. lib. 2. ver. vxori. Mas.

* Vxor alimentare. Adde, an maritus teneatur alere uxorem indotatam, & si aluerit an possit repetere? & dic, ut per Ias. in l. si donaturus. §. si quis indebitam, nu. 4. num 6. ff. de cond. causa data.

* Contingit. Adde Alexan. consi. 100. lib. 1. & dic, quòd mulier quæ percipere debet alimenta ab hæredibus mortuo marito, si propter malos mores, vel mulieris, uel hæredum, simul habitare non possint, quòd debentur alimenta extra domum, teste Ias. in l. quidam cum filium. num. 7. de verb. obl. Masuer.

* An mulieri. Adde Dec. consi. 435. Rolan. consil. 22. nu. 17. lib. 1. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Bona cuius conditionis mulier habere potest.*
2 *Bona paraphernalia quæ sunt.*
3 *Bona quæ non sunt nec paraphernalia, nec dotalia, quæ sint.*
4 *Si mulier probat se habuisse bona ab amasio vel simili quæstu, an remanebunt in eius dominio.*
5 *Maritus an teneatur fructus, quos percipit ex bonis vxoris, restituere.*
6 *Fructus ex rebus paraphernalibus, an sint restituendi.*
7 *Expensæ de fructibus semper sunt detrahenda.*

1 TANQVAM bona paraphernalia. † Ad euidentiam huius scire debet iuuenis, quòd mulier potest habere bona triplicis cõditionis. Quædam enim sunt bona dotalia, de quibus
a dictum est supra, quædam verò a paraphernalia, quædam bona propria mulierum suo regimini tan-
2 tum reseruata. † Bona verò paraphernalia sunt illa, quæ uxor quãdo transducitur ad domum mariti, secum defert, & in quibus administrationem concedit uiro tacitè, uel expresse, ut patet in l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuen. & l. si ego. §. dotis, ff. de iur. dot. & dicuntur bona paraphernalia à para, quod est iuxta, & pherna, quod est dos, quasi bona iuxta dotem, ut not. Azo in sum. C. de iur. do. in prin.
3 † Bona autem quæ non sunt paraphernalia nec dotalia, appellantur illa quæ mulier habet omnino separata à viro, & in suo regimine & dominio reseruata, ut puta sibi donata, uel ex successione delata, uel aliter, de quibus loquitur l. maritus. & quod ibi not. C. de procu. & constat hoc per ueras probationes, unde ad eam peruenerunt ipsa bona, alioqui in re dubia præsumũtur peruenisse ex bonis mariti sui, & per consequens desinunt esse uxoris, & erunt sui viri, & hæredum eius, ut habetur in l. quintus, ff. de don. inter uir. & uxo. & l. etiam, C. eod. tit. huius autem præsumptionis ratio est, ut alio non probato præsumatur quæsiuisse turpi de causa, quæ turpitudo potius est fugienda, quàm præsumenda, unde honestius est in re dubia de-
4 clinare potius in causam honestam, quàm turpẽ. † Quid igitur si mulier probat legitimè, quòd illa bona habuit à suo amasio, uel ex turpi quæstu, an cessabit dictæ legis præsumptio, & remanebunt in eius dominio? puto quod sic, nam datum mulieri ex causa turpi fit ipsius mulieris, ut in l. idem. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. caus. Confirmat hoc text. in d. l. quintus, sumpto argum. a ratione cessante, dicit enim tunc fore locum prædictæ præsumptioni quando non demonstrat, unde habuerit. Sed si demonstratur, cessabit illa præsumptio; nec curo si habuerit ex contractu utili, uel inutili, uel ex honesta causa, vel inhonesta, cum tex. loquatur generaliter, ergo debet generaliter intelligi, ut l. de precio. ff. de public. & l. prima, §. generaliter. ff. de legatis præst. potest enim mulier dicere uiro suo, & eius hæredi. § Quantum ad te liberas hædes habeo. § l. loci corpus, §. competit. & l. sicuti. §. si quæratur. ff. si seruitus vendi. fateor tamen quòd in rebus honestis uxor tenetur operari uiro, ut l. sicut. ff. de oper. lib. & in ea habet locum præsumptio. l. si defunctus, C. arbitr. tutelæ. & not. in d. l. quintus, & l. etiam. Est autem in effectu inter ista bona multiplex differentia, nam fructus rerum dotalium cedunt in dubio lucro mariti, ut l. pro oneribus, C. de iure dotium, & supra dixi. In fructibus autem rerum paraphernalium distingue, aut mulier tacitè, vel expressè in ipsius viri administratione concessit, & tũc cedunt eius lucro, aliàs secus, ut l. fin. C. de pact. conuent. & sic duo sunt hoc casu singularia. Primum, quòd in istis fructibus tenet donatio inter uirum & uxorem. Secundũ, quòd negociorum gestor non tenetur aliqua restitutione. Et est fortè ratio, quia uidentur conuersi in oneri-
5 bus matrimonij. † Quæritur ergo generaliter, an mari-
b tus b teneatur fructus restituere vxori, quos ex bonis eius percepit? in qua quæst. sic plenius distingue secundùm Cyn.

Cyn.ut not.in l.1.§.cùm ex stipulatu. C.de rei uxo.act.aut
fructus sunt percepti ex rebus dotalibus, aut paraphernali
bus, aut ex aliis bonis ipsius uxoris. Si quidem sunt perce-
pti ex rebus dotalibus, tunc subdistingue, aut ante matri-
monium, aut post, aut eo finito. Primo casu iterum subdi-
stingue, aut sunt percepti ab ipsa muliere, & tunc rema-
net penes eam, nec quærendum est de ipsorum petitione,
vt l.diuortio.§.si messis. ff.sol.mat.aut sunt percepti ab ip-
so marito, & tunc conuertuntur in dotem matrimonio se-
cuto, ut l.dotis fructus.§.1.in 2.resp.& l.si seruo. ff.de iure
do.& l.ante, in fi.ff.sol.mat. Secundo casu principali, quan
do sunt percepti constante matrimonio per ipsum mari-
tum, & tunc aut sunt percepti ante inceptum ultimum an-
num finiti matrimonij, & tunc cedunt lucro mariti, ut d.l.
pro oneribus, C de iu.dot.& l.diuortio.§.interdum, ff.sol.
matr. Aut sunt percepti post ultimum annum inceptum fi-
niti matrimonij, tunc diuidendi sunt inter hæredes coniu-
gis defuncti, & superstitem pro rata temporis quo durauit
matrimonium, ut in d.§.interdum. & d.§.ex stipulatu, in fi.
C.de rei uxo.act.& l.diuortio. & l.de diuisione. & l.fru.ff.
sol.mat.cum si. Tertio autem casu principali, quando sunt
percepti matrimonio finito, tunc in totum sunt uxori resti
tuendi, ut d.l.1.§.exactio. versi fructibus. & l.mora. ff.sol.
6 mat. † Venio ad alium articulum, cum quæritur de fructi-
bus rerum paraphernalium, in quo distingue secundũ gl.
* in d.l.fi.C.de pact.conu.aut sunt fructus naturales, & tũc
indistinctè restituendi sunt mulieri, nisi sint modici valo-
ris, arg.l.si id quod, §.1.& l verum, ff.de do.inter uir.& ux.
vel nisi de uoluntate expressa, uel tacita mulieris consum-
pti essent in usum communem ipsorum, ut not.per gl.in d.
l.fin. C.de pact.conuen. Idem intelligo in fructibus indu-
strialibus, circa quos ultra prædicta sic distingue, nam aut
maritus eos percepit de uolũtate vxoris tacita, uel expres-
sa, & tunc non sunt restituendi, sed cedunt lucro mariti, ut
supra dixi: aut sunt percepti contra uoluntatem ipsius vxo
ris expressam, & tunc restituendi sunt, hæc probantur in d.
l.fin.& d.l.hac. C.de pact.conuent. & l.si ego.§.dotis.ff.de
iure dot. Tertio autem casu principali, cum quæritur de
fructibus rerum non paraphernalium, nec dotalium, dic,
ꝙ si non constet eos fore perceptos de uoluntate uxoris,
tunc indistinctè sunt restituendi mulieri, ut d.l.maritus, C.
7 de procur.& l.pen.in fin. ff.ad leg. Falc. † Hic tamen circa
prædicta omnia no. quod ubi quæritur de restitutione fru
ctuum, semper considera, ꝙ de illis detrahenda est omnis
expensa, ut d.l.fructus, ff.sol.matr. & l.si à domino, §.fin.
ff.de petit.hæred.cum sim.ibi not.

ADDITIONES.

a Paraphernalia. vide gl.& Bal.l.fi.C.de pa.conuẽ. Bar.in l.
maritus, C.de procu.gl.in ver.dotali.in c.plerunq;.de do.
int.uir.& uxo.Panor.in c.ex literis. de pign. & in c.consti-
tutus.de procu.& de fructibus bonorum paraphernalium
quãdo uxor petere possit, vide per Alex.in cons.63. col.2.
ver.venio ad aliud, in 2.vol.

b An maritus teneatur restituere fructus uxori, quos ex bo-
nis ipsius uxoris percepit, vide Bal.in l.diuortio. ff.soluto
matrim.

b An maritus teneatur. Adde Alex.consi.42.lib.1.consil.36.
col.4. in fin.lib.6. Barb.consi.125.lib.1. Guid.Pap.q.468.
omnium pulchrè Aym.consi.193.num.15. Mas.

* Paraphernalia. Adde, ꝙ si bona paraphernalia contrita
sint ad usum communem mariti & uxoris, prout fit, quia
utũtur in domo, postea soluitur matrimonium, An mulier
petere possit pretium & æstimationem tempore illorum
datorum? & dic, quòd non, sed talia qualia reperiuntur
contrita restitui debet, teste Crem. sing.142.l.plerunque.
in prin.ff.de iur.dot. l.hac lege.in fin. C.de pact. conuent.
Quomodo autem probentur bona consumpta? vide Bart.
in l.quò ad præsens, C.de murileg.lib.11. Sed quid econ-
tra, si mulier cõsumpsit res dotales æstimatas? An hoc eius
sit periculo? & dic, ut per Doc.in l.si æstimatis, ubi Bald.&
Imol.ff.sol.mat. Quibus adde, ꝙ paraphernalia nõ habent
dotis priuilegia, ex not.per gl.in l.si ego.§.dotis, ff.de iure
dot. Crem.sing.146.Cagnol.in regu.cum principalis.ff.de
reg.iu.vbi de statuto, ꝙ maritus lucretur partem dotis de-
cedente uxore sine liberis, ꝙ locum non habeat in para-
phernalib.per rationes ibi alle.de quo uide quę scribit Ca
tel.ver.paraphernalia.Ias.in l.ita demũ.col.fi. C.de procu.
Masuer.

* Fructus naturales. Adde & distingue, ut per Deci cõs.121.
col.2.uer.sed dubium.Guid.Pap.q.430.in fi. Alexan.con-
sil.42.lib.1. Afflic.dec.44.Ias.in l.ita demum. col.fi.nu.15.
C.de procur. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Omne commercium potest fieri licitè inter virum, & vxorem.*
2 *Statutum Papiæ de non legando vltra quinquaginta vxori.*
3 *Vsusfructus, & reditus, an differant.*
4 *Vxor, cui est legatus vsusfructus, an teneatur satisdare, sicut alij legatarij.*
5 *Vxor vsufructuaria, an teneatur pro rata ad debita.*
6 *Vsufructuarius an teneatur ad taleas, & indictiones.*
7 *Mulier vsufructuaria, an teneatur ad rei refectionem, in qua habet vsumfructum.*
8 *Vsufructuario decedente, an fructus illius anni sint hæredis vsufructuarij, an domini?*



EDIT & legauit prædictæ dominæ Marg.
vsumfructum omnium bonorum suorum.
1 † Hic modus est legandi in communi vsu, un-
de aduerten. quòd aliquando uxor consequi-
tur plenitudinem huius legati, aliquando so
lum consequitur, quatenus sibi sufficiat ad alimenta; ut
dicam in se. glo. Item est sciendum, quòd regulariter o-
mnis contractus, omneque commercium potest fieri lici-
tè inter uirum & uxorem, dummodo non simulatus; un-
de possunt inuicem unus ab altero emere, & uendere, ut
traditur in l.si sponsus, §.circa uenditiones. & l.sed si uir
lanam, §.si duo, in fine. & l.cum hic status, §.inter uirum.
in fine. & l.quòd autem, §.si maritus, in fin. ff.de donatio.
inter uirum & uxorem. Donare autem inter uiuos inui-
cem est prohibitum, ut ff.& C. de donatio.inter uirum &
uxorem, l.1.& 2. Sed donare causa mortis licitum est, ut
l.cum hic status.§.primo.præalle.& l.3.& l.maritus, C.de
donatio.inter uirum & uxorem. Item etiam legare in ul-
tima uoluntate est concessum, licet uideatur durare, ea-
dem ratio prohibitionis, quæ est inter uiuos, & ideo po-
test maritus legare uxori usumfructum generaliter omniũ
suorum bonorum, in quo legato cedunt omnia nomina
debitorum, ut l.uxor usumfructum, & uxori meæ. ff. de u-
sufruct.lega. Potestque similiter ei legare usumfructum
alicuius specialis fundi, uel castri, ut l.uxori usumfructũ,
cum similibus, ff.de vsufruc. lega. Poterit etiam legare
dominium aliquarum rerum, ut l.uxori. in principio. & §.
primo, & l.uxorem, in principio, & §.testamento. ff. de le-
2 gatis tertiò. & ff. de vsufruc.leg. l.uxori. † Sed quia dum
mariti sunt infirmi, & uolunt testari, uxores multum in-
festant maritos, & denegant eis seruire, nisi sibi compla-
ceant in legando. Ideo sanctè, & iustè prouisum est per
statutum ciuitatis Papiæ, ne aliquis possit uxori suæ ul-
a tra quinquaginta libras Papiensium legare. Aliquan-
do tamen mulieres sagaces, & aliqui uiri stulti legare
volentes suæ uxori ultra prædictam quantitatem faciunt
supponere aliquem loco uxoris, de quo uxor confidit,
cui fit tale legatum, sed certè cum tale legatum fiat in frau
dem legis municipalis prædictæ est ipso iure nullum, ut
nota. per Bartolum in l. cum quis decedens, §. Titia dul-
cissima, ff. de lega.tertio. † Quid autem si testator dixerit
3 {Lego vxori meæ reditus meorum bonorum,} an erit

idem,ac si dixisset § Lego sibi vsumfructum bonorum meorum.§ videtur q sic,quasi ista synonima sint reditus,& vsusfructus,ut l.patrimonium,ff.de vsufr.leg. Tu autem dic,q differunt in pluribus,ut not.per glo.in l.fundi Trebatiani.
4 ff.de vsufr.leg. & in l.si quis ita,ff.de usufru.† Quid ergo si uxori sit legatus usufructus bonorum, an tenebitur satisdare,sicut alij vsufructuarii? dic q sic, vt in l.1.& ibi no.C.de usufr.& nedum de utendo fruendo arbitrio boni uiri. Sed de restituendo ét ipsas res,& bona, finito usufructu,ut l.1. in princ.& in §.hoc autem, ff.vsufru.quemad.cauea.quam satisdationem non posset sibi remittere maritus in testamento,ut d.l.1.C.de vsufr.& l.scire,& ibi not.G.vt in pol. leg. nec ab hac satisdatione excusatur ipsa vxor, si diceret se nó reperire fideiussorem, ut dicitur in gl. in l.vsufructu. C.de usufruct.licet aliqui voluerint dicere,q tunc sufficeret ipsam iurare [b] prædicta adimplere,argu.in l.cum non
b facile. ff.si cui plus quam per leg.Fal. & l.1.§.si cũ duobus. ff.de coll.bono. Ex quibus potest colligi,quod ille qui est vsufructuarius bonorum, tam mobilium,quam immobi-
c lium,tenetur ipsa bona in scriptis redigi facere, [c] vt sciatur quomodo in eis sit usus arbitrio boni viri,& quę bona sunt restituenda, licèt per aliquos male practicetur. Et si dicta satisdatio non præstetur, excluditur usufructuarius, & uxor à petitione usufructus, ut habetur in l. vsufructus nomine, ff.vsufr.quemad.cau. & l.vxori usufructum, ff.de
4 vsufruc.lega.† Postea quæritur, an hæc usufructuaria pro rata teneatur soluere debita hæreditatis pro rata bonorũ, in quibus habet usumfructum? breuiter Bart.in l.fi. de usufruct.lega. sic distinguit, quandoque generaliter legatur usufructus omnium bonorum, seu totius hæreditatis,quandoq; legatur usufructus certæ partis,puta tertiæ, uel quartæ omnium bonorum,uel hæreditatis;quandoque legatur usufructus aliquarum rerum particularium. Primo casu tenetur uxor usufructuaria ad omnia onera, & debita hæreditatis, ut l.namque.in fi.cum l.seq.ff.ad Treb.& l.uxori meæ.ff.de usufru.leg.& hoc etiam dictat æquitas, ut quem sequuntur commoda,sequantur incommoda,ut in l.secundùm naturam,ff.de reg.iur.& euitanda est absurditas,quæ esset,si hæres qui nudam habet proprietatem teneretur ad hæc onera,argum.l.fin.§.ubi autem in unum.in fin. C.de iure deliberan. Hoc autem puto intelligendum,nisi essent
d tam grauia onera, quæ absorberent [d] totum usumfructũ, nam tunc crederem ne inutile redderetur legatum usufructus, quòd de rebus hæreditariis possit creditoribus satisfieri, argum.eius quod not.per glo.in so.primi contrarii. l.quæro.& l.qui concubinam, §.qui ortos,ff.de leg.3. Ad onera autem aliorum legatorum in testamento relictorũ non tenetur hæc uxor,nec alius usufructuarius,immo concurrunt simul in vsufructu rerum legatarum cum ipsis legatariis, per textum in l.Sempronio,cum sim.ibi not.ff.de usufru.& not.per Bart.in d.l.fin. Secundo casu principali, quando legauit sub nomine quotæ usufructum tertiæ partis hæreditatis, uel bonorum, tunc secundum eum subdistinguitur,aut enim est legatus ususfructus sub hoc nomine hæreditatis,aut sub nomine bonorũ, verbi gratia. § Lego usumfructũ tertiæ partis hæreditatis meæ.§ & tunc tenebitur ad onera pro rata suius partis legatæ, ut l. si quis seruum, §.fin.cum l.seq. & ibi not. ff.de leg.2. & d.l.fin. de vsufru.leg.secundùm lecturam primam.tamen secundùm lecturam Barto. usufruct. finito deducetur talis expensa. argum.l.quòd si possessor.ff.de petit.hæred. & per hoc idè dicendum est,quod in præcedenti casu,quando est usufructuaria omnium bonorum. Aut legatus est usufructus sub nomine bonorum, puta § Lego usumfructum tertiæ partis bonorum meorum,§ & tunc non tenetur soluere creditoribus hæreditariis, nec ab eis potest conueniri, ut d.l. fin.& l.generali,§.fin. ff.de usufruct.leg.quia bona intelliguntur deducto ære alieno, ut l.subsignatum, §.bona.ff.de verbo.signifi. Veruntamen hęres huiusmodi deducit prius omne æs alienum pro rata portionis, & de residuo habebit uxor usufructuaria suum usumfructum, ut probatur ex d.l.generali. §.fin. per quæ patet,quòd per indirectum sustinebit æs alienũ, quia propter id diminuetur ususfructus. Et ulterius colligitur, quod quantum ad effectum parum differunt inter se legatum hæreditatis, & legatum bonorum, nisi quia in legato partis hæreditatis potest ipse legatarius principaliter à creditoribus conueniri, quod pro hoc legatum bonorum non potest, sed per uiam retentionis consulitur creditoribus,ut dictum est. Tertio uero casu principali, quando est legatus usufructus particularis sub nomine singulari, tunc talis usufructuarius non tenetur ad aliqua onera æris alieni directò, neque per indirectum,ut l.1.§.si hæres,ff.ad Trebel & l.fi.in fin.ff.de usufr. leg.& l fideicommissum,§.tractatum, ff.de iudic.& l.1.C. si cer.pet.& l.fin.C de hære.actio.& l.quoties.ff.de hæred.
* instit.† Ex præmissis patet,an usufructuarius[e] teneatur ad solutionem indictionum, & talearum,quæ quotidie imponuntur modernis temporibus, ubi distinguendum est, an sit usufructuarius generalis omnium bonorum, an particularium, an alicuius rei specialis, & in hoc ultimo casu considerandum est, an indictio, uel talea imponatur specialiter ipsi rei,& tunc tenetur usufructuarius ipsius rei,ut dicta l.quæro & ibi de hoc per Bart.ff.de usufruc.leg. Aut imponitur generaliter toti hæreditati, & tunc tenebitur
7 hæres solus per iura superius allegata. † Rursum quæritur,an hæc uxor usufructuaria uniuersalis,uel particularis partis bonorum, uel hæreditatis, aut alicuius rei singula-
e ris,puta domus uel castri, teneatur ad impensam [e] circa refectionem, & sustentationem rerum in quibus habet usufructum, uel solus dominus proprietarius earum ad hoc solus teneatur? in qua q. sunt opinio. Quidam dicunt,aut impensa est parua, & tunc pertinet ad usufructuarium; aut est magna,& tunc pertinet ad dominum,per text.in l. hactenus.in princ.& l.vsufr.l.g.§ fin.& l.cum usufr.cum l. seq.ff.de usufr.leg. Alij dicunt,q quando impensa est magna, q nullus ad illam tenetur per text.in d.l. hactenus.in princ.ibi,§ Neutrum cogitur§ Alij dicunt, quos sequitur Bart.in l.quæro.ff.de usufr.leg.& l.damni infecti. la 1. §.1. ff.de dam.infe.& in l.Nesennius, ff.de neg.gest. q quando expensa est magna, tunc cura & solicitudo illam faciendi de suo pertinet ad usufructuarium, sed tamé illam postea repetit à domino, cuius utiliter negotium est gestum, ut hoc probatur in l inter fructuarium.& l hoc amplius,§ fi. & d.l.damni infecti.§.1.ff.de dam.infect.ubi autem parua, tunc eam facere debet usufructuarius,nec ipsam repetit à domino, facit l.eum ad quem, C.de usufr. deinde pertinet ad usufructuarium solutio census, ficti, & tributi pro re ipsa debiti,ut in dicta l.quæro.d.l.pen.§.fin.ff.de lega.3.& facit quod habetur in l.si pédente,§.si quid cloacarij,ff.de
8 usufruc.† Sed quid dices, si hæc mulier, uel alius habens usufructum decesit, an fructus illius anni erunt hæredis sui,an uerò domini? super qua q. distingue, ut habetur in l.defuncta. ff.de usufruct. aut decesit fructibus iam collectis,& tunc cedunt lucro sui hæredis,etiam si dies soluendæ pecuniæ, ficti, uel census nondum cessisset. aut decesit fructibus adhuc pendentibus,& nondum collectis,& tunc pertinet ád dominum proprietatis, ut ibi, ad quod etiam optimè facit tex.not. in l.in singulis.in fin. ff.de ann.legat. Et quod dixi, quando decesit fructibus collectis, intellige etiam si non fuerunt in horreo reconditi, quia sufficit, quòd sint à solo separati, ut l. si fructuarius messem. & ibi not.ff.quib. mod.usufruct.amit. & Insti.de rerum diuisio. §.is ad quem.

ADDITIONES.

a Quinquaginta. An stante tali statuto posit sibi legare alimenta.uide per Raph.Cum.consi.30. & uide quod uoluit Alex.consil.57.2. lib. & de hoc uide per Bart.in l.si is qui. ff.de uulg.& pup.& in l.qui testamẽtum,ff.de prob.& Bal. in l.l.

in l.1. C.de na.lib.Ang.in l.si quis.C. eod. tit.& in l.1.C.de repu.har.& ibi alios,& in l.fi C. de litig.

b Ipsam iurare. Adde Alex.de Imo. in consil.57. per totum in 3.vol.& ad materiam vide per Bar. in l.usufructus. C. de usuf.& Panor.in c.fi.de pigno.

* Donare. Adde Rom.consi.44.col.2. 293.2.dub.

* Veruntamen hæres,adde, quo remedio usufructuarius, & alij legatarij teneantur, vel non teneantur ad soluen. æs alienum,& uide Dilec.de arte test.tit.de legat.c.42.

* Iurare. Adde,quòd usufructuarius,si ob paupertatem fideiussorem nó inueniat iuratoria cautione liberabitur,iuxta communem per Port. Inst. de usufr. in prin.num.5. quam declara,vt per Rol.consi.37.43.lib.2.quamuis vsufructuario, uel rerum quæ usu non consumuntur à testatore cautionis gratia fieri nequeat,secundum Clar. de test.4. q. 64. Ias.consi. 40.lib.1. qui aliud esse dicit in usufructu inter uiuos constituto, quam cautionem ab hærede cuius usufructuario remitti posse scribit Suarez.lib.recep.sent.uer.vsufruc.de de quo uide quæ scribit Nat.consi. vl. lib. uide tamen quæ not. Bar.in l.hac edictal.§.his illud.num.3.C. de sec.nup.Soc.consi.231.lib.1. Masuer.

c Redigi facere. Adde quòd pati debet, quòd describantur. vt per Alex.in consi.58. in 2.col.in 3.vol.

d Absorberent. Idem dicit Lud.Ro.consi.211.

* Absorberent. Adde, quòd usufructuarius certæ rei non tenetur ad soluendum æs alienum teste Didac.resol.lib.2. c.4. quam concl. amplia ad usufructuarium omnium bonorum, quia non tenetur soluere æs alienum, sed hæres, secundum communem,per Alex.in l.si filio.§.si vir.ff. solu. mat. Bellon.consi. 7. Dec. consil. 533. quam communem intellige, ut per eundem Dec. consil. 620. cui contradicit Gozad.consi.94.amplia.2. d.communem ad legata gratuita testatoris,secundum communem per Didac. d.li.2.c.2. num.7. Masuer.

* An usufructuarius. Adde, quòd vsufructuarius tenetur ad expen. & collectas pa uas,secundum Rom.singul.148. sed quid in usuario, & dic, quòd aut in commodo rei, cuius mihi legatur usus, participat dominus, quia sit domus ampla,& tunc tenetur dominus ad expen. aut participat solus usuarius,& tunc ipse solus usuarius tenetur.l.si domus ff.de usu & habit. quid in simplici conductore, & dic, ut per Alexan.consi.4.lib.5. prædicta tamen intellige ut per Rom.sing.157. Nat.consi.415. concl. autem quòd teneatur vsufructuarius ad collectam fundi per l. quæro. ff. de vsufr. leg.cum simil.limita, nisi tanta esset solutio collectarum quòd æquiualeret perceptioni fructuum, tunc enim tenetur proprietarius, iuxta tradita per Rom.d. singul. 157. Bar. consi.230.Alex. & Ias. in l. cum seruus. & in l.si res obligata. de leg.1. Afflic.decis.252. num.2.Rom.consil. 230. Masuer.

e Impensam. vide per Fran.de Are.consi.211.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,donec,inducit conditionem.*

2 *Legatum sub conditione uiduitatis, quale sit.*

3 *Legatum factum ne nubat, an ualeat.*

4 *Legatum usufructus factum uxori purè in testamento, in quo extraneus est institutus, si secundo mulier maritetur,an finiatur.*

5 *Verba,domina & usufructuaria,quid importent.*

6 *Filiis institutis,mulier relicta usufructuaria, de subtilitate iuris consequentur usufructum.*

7 *Filio,& extraneo hæredibus institutis,quid iuris in superiori casu.*

8 *Filio instituto,& extraneo substituto, & relicta uxore usufructuaria ex eueniente casu substitutionis, an mulier plenum usufructum consequatur.*

1 DONEC vitam duxerit vidualem. † Ista dictio {Donec} * inducit conditionem, & perinde est, ac si testator dixisset. {Si & quousque uitam duxerit uidualem} ut probatur in l. legatum.ff.de ann.leg. & l. cui usufructus.& in l.generale.§.duas filias.ff.de usufr. leg. & eodem modo erit legatum conditionale, si testator dixerit {Donec uel quousque vxor mea uixerit} vt l. Mæuia. in prin. & l.qui marcno.in fi.& l. Titia.ff.de ann.leg.cum sim. Ex quo sequitur,quòd primo anno est legatum purum,& pro aliis códitionale,& sic posset incipere in persona substituti,casu quo hæres exclusus esset.

2 † Sed diceret iuuenis, si tale legatum collatum ad tempus uiduitatis,est conditionale, ergo ista conditio tanquam à iure improbata, per quam inducitur uiduitas,debet reiici,& legatum pure debetur,ut l.1.& 2.C.de indic.uidui.toll.& l.fi.Sol.dicendum est,quòd talis conditio non est adiecta tali formæ,ut sit præcisè perpetua, sed ut sit temporalis secundum uoluntatē ipsius mulieris,quod indicat illa præpositio. {Donec} meritò ergo non reiicitur.ut l.sed & si hæc.§.fin.ff.de condi. & demonstr.& hoc sequitur Cy.in d.l.fi. & pro hac. parte uidetur text. in l. filiæ.ff. de ann.legat.

3 † Sed circa hoc quæro,quid si testator dicat. {Lego,ne nubat} vel {Si non nupserit} an hæc conditio reiiciatur. Breuiter sic distingue,aut hæc conditio adiicitur virgini, aut viduæ. Primo casu conditio reiicitur,ut consequatur legatum, ut l. cum ita.& l.cum tale.§.Mæuiæ.& l.si Titiæ si non nupserit. & l.mulieri & Titio. ff. de cond. & demon. Secundo casu tenet conditio,& est implenda,ut no.per Cyn.in l.2. & in auth.cui relictum.C.de indi. vidui.tollen. quibus adde ea quæ no. per Iac. de Belui. & alios in Auth. de nup. §. quæ verò nunc. & §.vnde sciendum.colla.4.

4 † Quid ergo dices, si uxori sit legatus usufructus purè in testamento, in quo sit extraneus institutus, & transeat ad secunda vota, an usufructus finiatur? dic quòd olim extinguebatur per l.1. C.si mul.secundò nupf. hodie autem durat, ut in auth. hoc locum.C. eo. tit. Alimenta autem legata euanescunt, per transitum ad secunda vota filio hærede instituto,quasi præsumptio sit de iure, quòd testator voluerit ea præstari in domo filij,arg.l.qui concubinam.§.final.ff.de lega.3. & in l.quæsitum.§. puto.ff.de fund. instru. & in l. 2. C. com. vtriusq. iudi. & uide quæ scripsi circa hoc super forma libelli quando agitur pro legato &c. & versi. condescendo ad decimum &c. & uer.ex his colligi potest.

5 † Postremò quæritur, quid importent illa uerba posita hic, dum dicitur. {Constituens ipsam dominam,& usufructuariam &c.} prout est in communi usu testantium, quam q. plenè tetigit glos. & Cy. in l. 1. C.si mul.secundò nup.& plenius per Bar.in l. Titia.§. Titia.ff.de leg.2. in qua q. sunt uariæ opi.

b b Conclusiuè autem per generalem consuetudinem obtentā,dicimus quòd filiis hæredibus institutis, mulier ipsa debet solum in domo habere uictum & uestitum, prout habere consueuit tempore uitæ ma. iti sui, & illud uerbū {Dominam} non importat uerum dominium, sed solum quandam præeminentiam in domo,prout hactenus habuerat. & illud uerbum. {Vsufructuariam} importat non uerum usuf. uctum,sed quandam alimentationem consuetā: & eodem modo,si dixisset alterum ex his tātum,uidelicet. {Dominam} tantum,uel {Vsufructuariam} tantum. argu. in l.1.§.vir.& l. 4. ff. ser. amot. cum non sit uerosimile, quòd testator uoluerit filiis suis relinquere inane & inutile nomen hæredis, proponendo illis uxorem suam in commodo hæreditatis,argu. in l.cum acutissimi,& in l. Papi.C.de fideicom.quam opi. etiam sequitur Spec. in tit. qui fil. sine leg. §.1.versicu. quid si uir. licèt de rigore iuris, secundum Dyn.& Iacob. de A e.illa copula {&} posita inter illa duo verba {Dominam & usufructuariam} resoluatur in uel, & erit sensus,quòd sit domina,& usufructuaria,prout elegerit,ar. in l fin. C. de codi. Vbi autem essent instituti extra-

* nei, * tunc secundum Bart. non haberet locum illa consuetudo, sed eo casu procederet opin. Dyn. sed certè pra-

* cticatur communiter dicta consuetudo * in utroque casu, ueruntamen supposito quòd extraneis institutis haberet locum opin. Dyn. possunt hæredes de tali generali usufructu detrahere quartam ratione falcidiæ,ut in hominem

si. de

ff.de usufr.& no.per gl.in l.uxori meæ.ff.de usufr.leg. Et si fortasse ex ipsis bonis esset alicui res aliqua, puta domus vel fundus, simpliciter legata, habebit ipsa re dicta vxor dimidietatem usufructus, & aliam medietatem habebit legatarius, & sic ambo in ipsius rei usufructu concurrent, ut habetur & no.per Barto.in l.Sempronio.& in l.si alij.ff.de
6 vsufr.leg.quod est no.& à pluribus incognitum. † Deinde, & illud est aduertendum, quòd quanquam filiis institutis consuetudo admiserit illam interpretationem, tamen iurium attenta subtilitate consequetur mulier plenum usufructum, per tex.no.in l.tutores.in fi.C.de excu.tut. l.1.C. de vsufruc.de quo vsufructu posset tunc filius suam legitimam detrahere, ut no.per glo.prædictæ l.tutores, in fin.
7 †. Sed quid dices, si fuerit institutus filius, & extraneus, an habebit locum in casu prædicto dicta consuetudo? dicit Bar.in d.§.Titia. quòd quò ad filium habebit locum, quò autem ad extraneum non, arg.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.& l.fin.C.fam.ercis. In contrarium videtur, nàm eadem dispositio non debet diverso iure censeri, ut l.quamuis.C.de imp.& ali.substi.& l eum qui ædes.
8 ff.de usuc. † Deinde quæritur, pone * quòd filius fuit institutus, & exinde extraneus substitutus, & uxore constituta domina & usufructuaria modo quo supra, & hæreditas ad substitutum perueniat, an uxor consequatur plenum vsufructum? distingue secundum Bar. ubi supra. Aut iste extraneus succeßit ex substitutione vulgari, aut pupillari. Primo casu habebit plenum usufructum, quia tale legatū sumpsit exordium & uires in persona ipsius substituti, arg. l.qui filios.ff.ad leg.Falci.& l.cum patronus.ff.de leg.2. & in l.etiam.ff.de vulg.& pup.& not. per eum in l.si ita scriptum.ff.de mil.testa. Secundo casu seruabitur dicta cōsuetudo, quia tunc legatum sumpsit exordium & uires in persona ipsius filij. Ideoque eius legati conditio postea non mutatur, argu.in d.§.qui filios, nisi fortasse in ipso legato esset adiectum {Donec caste uixerit} vel {Vidua steterit} quia tunc legatum pro primo anno esset purum, & pro sequentibus esset conditionale. sicq; etiam si extraneus succederet ex pupillari, cùm pro annis sequentibus sumeret exordium in persona eius, dicendum esset locum non fore dictæ consuetudini, sed eam plenum usufructum debere consequi, arg.l.legatum.ff.de ann.leg.

ADDITIONES.

* Extranei. Adde Paris. consi.94. col.5. lib.2.

* Consuetudo. Adde, quòd consuetudo Bulgari, quòd usufructus relictus uxori filiis institutis restringitur ad alimenta, non haberet locum institutis ascenden. teste Alex. consi.57. colum.prima. lib.3. Rol.consi.39.num.19.lib.3. Masuer.

a Donec. de hac dictione, & de dictione, quousque, uide per Pau.de Cast. consi.139.

* Donec. Adde Ias.in l. sufficit. nume.5. ff. de cond.indeb. Dec.consi.537.num.3. 485.col.3. Nat.consi.495.colum.6. post Alex. consi.66. post num.3. lib.3. quid de dictionibus quoad, quousque, donec, & simil.adiectis annuæ obligationi, quid importent, & uide Ias. in l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur el 1.num.10. & seq.de uerb. oblig. ubi ponit exempla, ad materiam autem legati facti sub hac cōditione, & quid importent hæc uerba donec, uide Alex. d. consi. 66. col.1. lib.3. consil.29. lib.4. Paris consi.95. colum.4. in fi.& colum.seq.& col.6. lib.2. ubi quòd legatum potest fieri sub triplici conditione, de qua ibi, & per Prac. Bald. tit.de ul. vol. q.8. Masuer.

b Variæ opi. vide Are.consi.40. Cap.consi.36. Angel.consil. 209. Alex consi.29.col.1.lib.4. Rom. consi.118. 153. 516. in prin.& num.8.

* Variæ opi. Adde, quòd vxor usufructuaria ac domina relicta liberis hæredibus institutis, nisi aliter constet de voluntate testatoris, alimenta tātum consequitur, secundum communem per Alex.consi.56.lib.3.Dec.consi.454.in principꝫ. Gozad.consi.99. num.8.Soc.Iun.consi.94.num.2.consil.96.lib.2. Boer.q.61.num.1.& 3.q.194. nume.4. Rom. consi.118.col.1. consi.153. qui filij si decesserint, integrum bonorum usumfr.ipsa habebit, teste Dec.consi.476.colu.1. ver.2.respondetur, Rol.consi.74.num.10.lib.2.& num.11. vbi ampliat concl. procedere etiam si bona transirent in fiscum, & d.consi.num.26.ubi siue institutis filiis siue extraneis, ultra alimenta, uel usumfructum dotes petere poterit, nisi aliter per testatorem dispositum fuerit, Castr.consi. 248. in antiq.quam concl.declara, ut per Rol. d.consi.74. vbi est casus, quando vxor est usufructuaria, institutis hæredibus filio & extraneo, & ibi.num.7. & 8. de consuetudine Bulg. quādo non extendatur ad transuersales nec ascendeñ. quod autem dicitur de alimentis, dic, quòd ea capiet auctoritate propria, ex not. per Rol. d.consi.74.num.22. & seq.quia uerba dominam & usufructuariam, sunt uerba directa, teste Rol.d.consi.num.24.Dec.consi.607.concl.uero de filiis, quòd si præmoriantur habebit uxor integrum vsumfructum, procedit etiam excluso substituto, secundū magis communem per Soc.consi.94.num.3.lib 2.quem tamen non adipiscetur si alter ex liberis præmoriatur, atque alij alterius matrimonij filij sint superstites, teste Viui.co. opi.lib.1.uer.vxor & quod dictum est de alimētis propria autoritate capieñ.adde, procedere in usufructu, ex eo q̄ licet regulariter uerum sit usufructuarium omnium bonorum, non posse capere usumfr. uel alimenta autoritate propria, iuxta not per Bart. in l. fundi Trebatiani. ff. de usufr. leg.non procedit tamen ea concl. quando testator usus est uerbis dominam & usufructuari.m, quia tunc propria autoritate capere potest, siue legatum, ut iam dixi, restringatur in alimenta, siue respiciat integrum usumfructum, ut per Rol.d.consi.74. num.26. quid si uxor hæres usufructuaria ad uitam instituatur, & post mortem bonorum restitutione grauetur, & dic, quòd non in hæreditatis proprietate, sed in hæreditariorum bonorum usufructu hæres instituta censetur, secundum communem quam refert Suarez. lib.recep. sent. uer. uxor, cui concl. uidetur conuenire quæ scribit Mathes.sing.4. Ias.in rep.l.Gallus.§. & quid si tantum.num.13.ff.de lib.& posth.Dec. consi.478. in prin. de uxore instituta in usufru. post cuius mortem alij sunt instituti, quam dispositionem quia uidetur inutilis cum ante aditam hæreditatem dies ususfructus legati non cedat adiuuare nititur Dilec.ti.de leg.c.39.de qua plura no.Ias. in l.extraneum.col.3.post prin.C.de hær.inst.ubi artic.plene examinat & in l.si extraneus.num.3.ff.de cond.caus.dat. Alex.consi.162.lib.2.quando scilicet, uxor omnium bonorum ususfr. relinquitur, & post ipsius uxoris mortē Titius hæres instituitur, quod quidem legatum eo modo factum valere dicit Ias.d.l.si extraneum, & in l.si filius à patre. nu. 25.ff.de lib.& posth de quo uide quæ scribunt Doc.in apostil.ad Alex.d.consi.162. post num.3. lib.2. Rom. consil.71. Bald.in l.id quod pauperibus q.14. C. de epis. & cler. Ias. d.l.filius à patre pro cuius doc.Ias.in d.l.extraneum.C. de hær.inst.uide Doc. in locis infra allega. & pro concl.affirmatiua, quòd ualeat tale legatum, testator reliquit uxorē suam dominam & usufructuariam omnium bonorū suorum toto tempore uitæ suæ, uel reliquit uxori suæ usumf. omnium bonorum suorum quousque uixerit, & post mortem uxoris instituit Titiū hæredem vniuersalē, an ualeat tale legatum, & dic, quòd Ias.in d.l.filius à patre concludit quòd sic, pro quo uide Alex.consi.58.lib.3.d.consi.162.lib. secundo, Dec.consi.d.478.in prin.Ias. in d. l. filius à patre. num.26. ff.de lib.& posthum.Rom.d.consi.71. Paris consi. 95.nu.43.lib.2. & laudatur sententia Bald. in d.l. id quod pauperibus.q.14.C.de epis.& cler. Ias.d.l.filius à patre, cuius doc. comprobant Doc.ad Alex.d.consi.162. Dec. in c. præterea.col.5. uer.4. limitatur, de offi. deleg. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Conditio de habitando simul cum hæredibus, an sit implenda, ut habeat legatum.*



✠ 1 SI habitaculum * tenuerint cõtinuè cum hæredibus. † Hic quæritur, an hæc conditio sit implenda, ad hoc ut possit consequi legatum? videtur quod non, quia conditio, per quam personæ libertas infringitur, à iure respuitur, & reiicitur. vt l. Titio centum. §. 2. ff. de condit. & demonstr. sed hæc est huiusmodi, cùm per eam subtrahatur libertas, ne possit alibi habitare, ergo &c. In contrarium uidetur, nam licèt ista conditio. { Si cum tali habitauerit, lego fundum } habeat diminuere de libertate, & ius ipsum libertatis infringere, quod patet ex eo, quia ille cui adiicitur non habet liberam facultatem habitandi cum alio, attamen admittitur à iure, nec reiicitur talis conditio, ut est tex. in l. 1. C. de lega. & l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demon. & l. qui concubinam. §. vxori meæ. ff. de lega. 3. & in l. Stichus. §. fin. & l. Caio. §. Imperator. de ali. & cib. leg. & l. Mæuia. §. fi. ff. de ann. leg. & l. annua. in prin. eo. tit. cum sim. immo durior est hæc conditio, quàm sit illa, de qua loquitur d. §. 2. in l. Titio centum. ubi fuit apposita conditio. { Si domicilium in tali ciuitate sortitus fuerit &c. } argu. in l. cùm ita. §. fi. ff. de cond. & demon. Quid dicemus? aduerte dicit Bart. in d. l. qui concubinam. §. vxori, quòd ista dispositio de morando in certo loco, si adiicitur per modum obligationis, reddit obligationem nullam, quia eo casu esset species seruitutis, & sic directè infringeret libertatem hominis, ut in d. l. Titio centum. §. 2. qui ita debet intelligi, si autem adiiciatur per modum conditionis, tunc tenet talis adiectio de morando in certo loco, ut in d. l. 1. C. de lega. cum simil. supra allegat. quia ea quæ sunt in conditione, nõ sunt in obligatione, ut l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testa. ideoque non habet hæc conditio alligare aliquem ad seruitutem, nec habet infringere eius libertatem, cùm non sit obligatus etiã præcise implere, sed tantum causatiuè, si uelit legatum habere: licèt huic solutioni uideatur repugnare text. in d. l. Titia §. 2. ubi fuit legatum sub modo uidelicet. { Vt habitet } vel { Domicilium teneat in tali loco } qui modus æquiparatur conditioni, & eiusdem censetur effectus, ut plenè tangitur per Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & dem. & per Cy. in l. fi. C. de his quæ sub modo. Sed respondetur, quòd longa differentia est inter modum, & 2 conditionem, a quantum ad effectum præsentem, nam legatarius sub modo agnito legato, statim consequitur dominium rei legatæ, adeo quod moriens ante modũ impletum transmittit legatum in hæredem suum, ut not. glo. in l. à testatore. ff. de cond. & demon. & l. si post dies. §. hisdem. ff. quand. dies legat. ced. & no. per Bar. in d. §. Termilius quod non fieret in legato conditionali, ut in l. 1. §. sinautem aliquid. C. de cad. tollen. cum sim. sic ergo solum per agnitionem legati sub modo, legatarius obligatur nedum implere, ut l. fin. cum sim. C. de his quæ sub modo. sed etiam necesse habet super hoc duplicem satisdationẽ præstare, uidelicet quòd modum implebit, ut ibi; & quòd si non impleuerit, restituat rem legatam cum f. uctibus, ut in auth. cui relictum. C. de indi. uid. tollen. & no. per Bart. in d. §. Termilius. & hoc si fuerit modus qui sit possibilis impleri, aliter non. à qua quidem cautione, & satisdatione præstanda liberatur & excusatur ipse legatarius, qui est grauatus habitare in certo loco, ne p hoc reperiatur obligatus in eo, quod suam infringat libertatem, & sic cùm iam fuerit consecutus legatum, non reuocabitur per modum non impletum, & sic loquitur. §. 2. in d. l. Titio. in quo §. cũ misterio. dicit text. { Non esse locum cautioni &c. } per quæ uerba denotatur, quòd lex ipsa solum prohibet obligationem, quæ interponitur, seu contrahitur per interpositionẽ cautionis, & hoc ideo, quia talis obligatio uincularet ipsum ad id, quod repugnare habet libertati, ut prædixi, sicque non tenet, argu. l. ob æs. & quod ibi no. C. de actio. & oblig. vnde remanet firmum, & ualidum de se legatum, cuius dominium reperitur iam translatum per acceptationem in ipsum legatarium. at ubi talis dispositio de morando in certo loco, est apposita per modũ conditionis, tunc quia rei huiu. legatæ non transfertur dominium, nisi prius impleta conditione, ut in d. l. fin. C. de his quæ sub modo. & in l. 1. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de caduc. toll. est in legatarij potestate implere conditionem, uel non implere, & sic de necessitate uirtute alicuius obligationis non infringitur eius libertas, meritò ergo lex non obuiat huic tali impedimento conditionis, sed relinquitur sub regula generali aliarum conditionũ. quarum natura est, ut si sint possibiles, prius adimpleantur, quàm legatum, & eius dominium ipse legatarius consequatur, vt in dictis iuribus, cum multis sim. & hanc differentiã probat etiam tex. in sim. in l. in ratione. la 2. §. ita tamen. ff. ad leg. fal. Ex quibus dico sustineri infinitas substitutiones & legata, quæ fieri vidi in Monteferrato, nam multi legãt & instituunt hoc modo. { Instituo talem si uenerit ad standum in domo mea post mortem meam, & ibi tenuerit larem cum sua familia. } Sit ergo cautus quilibet notarius in formando, & scribendo huiusmodi substitutiones & legata &c.

ADDITIONES.

✠ Habitaculum. Adde Dilec. tit. de lega. c. 56. & quæ habentur supra uer. ac. etiam alimentis, Alex. consi. 66. colu. 2. lib. 3. post Bar. in l. si quis ita ff. de cond. & demon. num. 4. in l. Caio. §. Imperator. num. 2. ff. de alim. & cib. lega. Rol. cons. 39. col. 4. lib. 3. ubi huius conditionis materiam examinat. Masuer.

a Modum, & conditionem. vide, & an potius modus, quàm conditio p Franc. de Aret. consil. 150. de legato facto, si legatarius cum aliquo morabitur, uide per Alexand. consil. 20. 2. lib.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, quam semper attende. Alia sequentia sunt aliàs in alijs libellis declarata, ubi recurre pro tui intelligentia.

Forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi.



CORAM vobis D. B. Vicario &c. dicit, narrat, significat, & proponit Rayn. de Beccaria, contra, & aduersus An. hæredem q. Io. de Vicecomitibus quòd de anno curso M. CCCC. mensis Aprilis inuestiuit dictũ Io. in feudum, ac nomine recti, & nobilis feudi, de castro Gropelli districtus Papiæ, cum omnibus iuribus & pertinentiis dicto castro pertinentibus, & spectantibus. prout constat publico instrumento ipsius inuestituræ inde tradito. & rogato à Lautio Lurida notario Papiæ. Qui quidem Io. dum ageret in humanis, uitæ eiusdem Raynaldi multipliciter insidiatus est contra debitum fidelitatis iuramentum, & amplius diem suum clausit extremum, nullis relictis, nec superstitibus ex eo liberis masculis legitimis, & naturalibus; quibus de causis, & qualibet earum prædictum castrum fuit, & est meritò ipsi Raynaldo apertum, & deuolutum, dictusque An. hæres præfati Io. meritò priuatus est successione dicti feudi, & tenetur ac debet dictum castrum cum omnibus suis iuribus & pertinentiis dimittere, & relaxare ipsi Ray. prout iuris notissimi est, quanquã sæpius super hoc interpellatus, & monitus ipsum castrum dimittere, & relaxare recusauit ipsi Ray. præsentialiterque recusat,

recusat, indebitè, & iniustè. Quare cum prædicta uera sint, petit, & requirit dictus Ray. quatenus omni modo, iure, via, & forma, quibus melius fieri potest, per uestram diffinitiuam sententiam pronuncietis, & declaretis suprascriptum castrum Gropelli cum omnibus suis iuribus & pertinētijs, fuisse, & esse apertum, & legitime deuolutum, maxime ex causis memoratis ad ipsum Ray. & ipsi Raynaldo fuisse, & esse dimittendum, & relaxandum, & ad eum spectare, & pertinere pleno iure, quòdque etiam compellatis præfatum Ant. & condemnetis per omnia iuris remedia ad dimittendum, & relaxandum eidem Ray. castrum antedictum, cum omnibus iuribus antedictis, & pertinentiis. Et ulterius condemnetis eundem An. in omnibus damnis, interesse, & expensis præsentibus, præteritis & futuris, passis, ac factis, & fiendis, & patiendis, prout liquidabitur in processu. Deducendo in præsenti iudicio &c. salvo iure addendi &c. non astringens se &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideles quibus esse debeamus.*
2 *Feudum quid sit.*
3 *Feudum in re mobili non constituitur.*
4 *Seruitij turpis & inhonesti non contrahitur obligatio.*
5 *Feudum & emphyteusis perpetua, in quibus differant.*
6 *Emphyteuta tenetur singulis annis canonem offerre, & per trienniũ negligens soluere iure suo priuatur.*
7 *Emphyteuticus quid sit contractus.*

* CORAM Vobis. Materia* huius libelli est frequentior, & fructuosior in Francia, & in aliis regnis, quàm in Lombardia, quæ caret Rege, ideo semper erit in passione & anxietate, vnde pessime se habuerunt, & hodie habet imperatores, qui ipsam Lombardiam dimittunt sub tyranica potestate, oculos ergo pietatis dirigant in eãdem, sibique regem constituant, cuius mediante regimine, de cætero sileat omnis iniustitia, omnisque rapina.
1 † Deinde aduertendum est, quòd quilibet tenetur esse fidelis quatuor personis, uidelicet primo Imperatori cœlesti, secundò imperatori terrestri, tertiò domino secula-
2 ri, quartò suo proximo. † Rursum pro materiæ euiden-
a tiori intellectu sciendum est, quòd feudum a est quędã species contractus longè differens ab omnibus aliis contractibus, vnde ante omnia uidendum est, quid sit feudum, nam ut Tullius inquit in primo officiorum. § Omnis quæ à ratione suscipitur institutio, à definitione proficisci debet, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur &c. § Fuerunt aliqui, qui diuersimode definierunt, tu uerò omnia comprehende, sic diffiniens. § Feudum est quædã concessio alicuius rei immobilis, qua concessione mediante dominium utile in accipientem transfertur, facta à uero domino exhibitione alicuius fidelis, & honesti seruitij. § Huius autem definitionis declarationem assume, dicitur enim in illa. § Rei concessio immobilis§ hoc autem ideo
3 dicitur, quia † in re mobili non constituitur feudum, vt in c. fin. in tit. de feu. cogni. coll. 10. Quod autem in eadē subinfertur. § Qua utile dominium transfertur § ideo dicitur, quia directum dominium remanet penes concedentem, ut in c. 1. de inuestit de re. alie. fac. cum simil. ibi not. Et ad id quod postea subinfertur. § Alicuius honesti serui
4 tij, &c. § ideo dictum est, quia † seruitij turpis, & inhonesti non contrahitur obligatio, ut probatur in c. si diligenti. extra de simo. & Insti. man. §. rei turpis. & l. si uerò non
5 remunerandi. §. rei turpis. ff. man. cum sim. † Deinde quę
b ritur, an & in quibus differat, b & conueniat feudum cum emphyteusi perpetua. Respondeo, quòd differunt in pluribus, nam feudum de sui propria natura fit gratis, quantũ ad præstationem pecuniæ, ut in c. 2. de feu. da. in vic. leg. cõ. licèt requirat seruitia personalia exhiberi, ut in cap. 1. de no. for. fideli. cum multis sim. In contractu autem emphyteusis requiritur præstatio pecuniæ, uel alterius quantitatis ponderabilis, uel mensurabilis, ut in l. 2. C. de iur. emphy. & in c. potuit. cum sim. de loca. & condu. Item feudum non requirit, quòd seruitia debita offerantur annuatim domino, sufficit enim offerre cùm domini necessitas,
6 vel utilitas id exposcit, ut in c præallegato. sed in † emphyteusi tenetur emphyteuta singulis annis canonem of-
c ferre, ut in d. l. 2. & in d. c. potuit. Item uasallus c etiam si staret per decennium, & ultra, non offerendo seruitia domino, non propter hoc priuaretur iure suo, debet enim à domino interpellari, ut seruitia præstet, ut tradit in c. 1. si uasallus. & in c. licet. si de feu. fue. contro. Secus autem est
* in emphyteuta, * vt dixi, qui si negligens esset per triennium, iure suo priuaretur, ut in d. l. 2. & d. c. potuit. Item si uasallus moriatur, uel dominus eius, tenetur hæres uasalli adire dominum, uel uasallus adire hæredem domini, & petere renouationem inuestituræ, & fidelitatem facere, & offerre infra annum & diem computandum à die mortis vtriusque eorum, aliàs feudo priuaretur, ut habetur in ca. imperialem. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fride. & in c. 3. quo tempore mil. inuest. pe. de. & in cap. 1. quæ fuer. prima causa benefi. ami. & in cap. 1. in prin. de cap. Cora. Secus autem est in emphyteuta, & eius hærede, qui ad solã præstationem canonis tenetur, more consueto, & non aliter, ut in d. l. 2. & l. uiam ueritatis. C. loca. Item feudum natura sui, transit solùm ad filios masculos, & non ad fœminas regulariter, ut in cap. 1. §. & si clientulus. de alie. feud. & in cap. 1. §. pen. qui feu. da. pos. cum sim. ibi no. at ius emphyteusis transit ad quemcunque etiam extraneum hæredem, ut in d. l. uiam. & l. 2. Item differt in alio, nam si uasallus feudum antiquum, seu paternum alienet domino irrequisito, tunc feudum reuertitur ad agnatos, domino excluso, tam iure ueteri quàm nouo, ut infra dicam, & plenè no. per glo. & Iac. de Belu. c. 1. de suc. feu. res autem emphyteutica taliter alienata ad dominum redit omnibus aliis exclusis. vt in l. 2. C. de iu. empy. sunt & aliæ differentiæ. quæ colligi poterunt ex aliis, quæ infra dicentur. Conueniunt autem isti contractus inter se in pluribus. vt ecce, sicut enim feudum consistit in rebus immobilibus, ut dictum est, sic & emphyteusis, ut d. l. 2. ff. si ag. uecti. uel emphyt. pe. l. 1. cum seq. Item sicut in feudo transit solùm vtile dominium, ut dictum est, sic in emphy. ut d. l. fi. C. de iure emphyt. & d. l. 1. & 2. si ag. vect. Item sicut feudum nõ potest alienari sine voluntate domini, ut in d. c. imperialem. §. 1. & in tit. de prohi. feu. alie. per Frid. ita nec res
7 emphyteutica ut d. l. 2. C. de iure emphyt. † Ex quibus potest elici talis definitio contractus emphyteutici. § Contractus emphyteuticus est quædam concessio rei immobilis facta à domino per exhibitionem certæ annuæ quantitatis, per quam utile dominium in accipientem transfertur. &c. §

ADDITIONES.

* Materia. Adde, quòd etiam fructuosa est in hac subalpina patria, in qua est feudorum & nobiliũ copia, teste Boer. q. 211. in prin.

* In emphyteuta. Adde an emphyteusis propter non solutum canonem ipso iure perdatur, uel requiratur sententia declaratoria, & uide Rom. consi. 212. nu. 7. nu. 9. Rol. consil. 81. nu. 6 nu. 7. lib. 3.

a Feudum, de materia feudorum, uide Doct. in rub. de feu. & ibi per Barba. & per Bald. Ioan. de Ana. & Card. Alex. in lib. feudorum.

* Feudum. Adde, quòd feudum est contractus nominatus, teste Ias. in l. 1. post nu. 8. ff. de cond. ex l & hanc communem dicit Clar. §. feudum. q. 6. & quòd ex contractu feudi oriatur condictio ex l. not. idem Ias. d. l. 1. post num. 9. uel condictio ex moribus quæ nascitur ex usibus feudorum. Masuer.

Differat

b Differat. In quibus differt feudum ab emphyteusi, uide Spec. in tit. de loca. in §. 6. uer. 4. & diffuse per Pau. de Cast. consi. 138.

c Quod uasallus infra ann. & diem tenetur petere renouationem inuestituræ, uide Abb. consi. 83. in 2. col. uer. 3. ad idem ostenditur, in 1. volum. & Calder. consil. 7. in rub. de feud. Alex. de Imo. consi. 79. in 1. vol. consi. 124. in eodem volum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quot modis acquiratur.*
2 *Inuestiture feudalis, quid sit.*
3 *Inuestitura feudalis potest fieri per procuratorem specialem.*
4 *Ius feudi, an perdatur præscriptione.*
5 *Testes quot & quales requirantur in feudi inuestitura.*

1 INVESTIVIT dictum Ioannem. † Aduerte quòd hic est vnus modus acquisitionis feudi, uidelicet per inuestituram, & in hoc conuenit cum contractu emphyteutico, ut d. l. 1. & 2. C. de iur. emphy. Acquiritur etiã feudum aliis modis, uidelicet per successionem, ut in c. 2. de feu. cog. in fin. & in tit. de suc. rec. feu. c. 1. Item acquiritur propter delictum uasalli, aliquando ut transferatur in proximiorem agnatum, ut in cap. si ut uasallus. si de feu. fue. contro. & in c. 1. si uasal. feu. priue. ann. de fin. def. Ita acquiritur uasallus præscriptione longissimi temporis, ut in cap. si quis. per 30. anno. si de feu. defun. fue. contro. & in tit. de feu. da. in vic. l. com. §. fi. licet in aliis iurib. præscribendis titulo allegato sufficiat minus tempus, ut per to. titu. C. de lon. temp. præscrip. & est ratio differentiæ secundum Mar. de Fano & And. de Barulo, ut per eos not. in l. litibus. C. de agr. & censi. quia in feudi præscriptione vertitur maius præiudicium, cum in eo agatur de quærenda subiectione personæ uasalli quò ad dominum, & domini obligationem quò ad uasallum, cũ mutua uice ad plurima inuicem sint obligati, ut traditur in c. domino guerram. si de feu. fuer. contro. & tit. de for. fid. cap. 1. in fi.
2 quæ ratio cessat in aliis iuribus. † Vlterius quæritur pro
* præmissorum declaratione, quid sit inuestitura * feudalis, dic breuiter, quòd quædam est propria, quædã impropria. Propria inuestitura est illa, quæ incipit à traditione possessionis titulo inuestituræ. Impropria autem est illa, quę fit mediante quodam signo, puta ense, uel baculo tradito in manibus ipsius uasalli nomine inuestituræ, & hac utuntur principes, ut traditur, & habetur in c. 1. in prin. in titu. quid sit inuesti. Sicque omni casu uerba tradentis ad hoc apta sunt necessaria, nec etiam nuda traditio ad hoc sufficeret, ut in c. 1. in prin. qui. mo. feu. consti. po. ar. l. nunquam ff. de acquir. rer. do. immo quòd amplius est, quò ad plenũ ius feudi acquirendi non sufficit simplex inuestitura, nisi sequatur realis traditio possessionis, ad quam traditionẽ compellendus est præcisè dominus inuestituræ, nec liberatur volens præstare interesse, ut in c. 1. si de feu. fue. contro. & no. in c. 1. in princ. de contro. inue. Et in hoc uidetur conuenire cum contractu emphyteutico, ut l. fin. C. de iu. emphy. licèt in uenditione aliter distinguatur, ut plenè
3 no. in l. 1. in prin. ff. de act. emp. † Et no. quòd per procuratorem potest fieri hæc inuestitura feudalis, & per consequens missio in possessionem ipsius rei in feudum datæ, ut in c. 1. §. sed vtrunque, per quos fiat inuesti. & in hoc differt ab emphyteusi perpetua, in qua debet solus dominus per seipsum, & non per procuratorem ponere emphyteutam
4 in possessionem, ut in d. l. fi. C. de iu. emphy. † a Sed an ius
a feudi perdatur præscriptione, uel ius petendi fidelitatem præstari? videtur ꝙ sic, ut l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. & no. in libel. in ac. confess. super quo iure sic distingue. Quædam est fidelitas, quæ exigitur, & præstatur in signum solius & simplicis subiectionis, ut est illa, ad quam tenetur omnis subditus domino suo, & ista non tollitur præscriptione, ut in c. cum non liceat, & ibi not. extra de præscrip. Et est fidelitas quædam, quæ præstatur ratione rei in feudum datæ, & huic pari ratione credo non præscribi, ar. eorum quæ no. in Spec. de loc. uer. 64. & per Cy. in l. cõpetit.
5 C. de præscr. 30. ann. † Sed modo quæritur, quot, & quales testes requirantur in feudali inuestitura? Breuiter sic distingue, aut dominus habet pares curiæ, hoc est alios conuasallos, qui pares curiæ nuncupantur, aut nullos habet. Primo casu, aut est inuestitura noua, aut est renouatio antiqua. Si fuerit noua, tunc debent interuenire duo, uel tres ex eis paribus curiæ: si autẽ fuerit renouatio antiqua, tunc sufficerent duo, uel tres extranei, & idem dicas si dominus nullos haberet pares; vt hæc habentur in c. 1. in tit. quot testes sunt necessarij ad nouam inuestituram, & not. in d. c. 1. in prin. de cont. inue. & in d. c. 1. quid sit inuestitura, & in c. 1. §. fi. de consue. rec. feu.

ADDITIONES.

* Inuestitura. Adde quæ de inuestitura scribit Rol. cons. 50. à nu. 52. vsq; ad nu. 62. cons. 64. col. 1. in prin. lib. 3. Mising. Cet. 4. obser. 61. ubi plura de inuestitura propria & abusiua, & ad quid teneatur dominus faciens inuestituram abusiuam & impropriam uasallo, & quid si duos de eodem fundo diuersis temporibus inuestiuerit, uide ibi.

a Perdat. præscr. vide Io. An. in add. Spec. tit. de præscr. Bal. in l. neque. C. de usufr. text. in l. imperialem, de prohi. feu. alie. in usib. feu. cons. 166. col. 5. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nobile, minus nobile, & ignobile, quid sit. & 9*
2 *Feudum ecclesiasticum, & seculare, quid.*
3 *Feudum antiquum paternum, nouum paternum &c. quid.*
4 *Feudum masculinum, & fœmininum, quid.*
5 *Feudum cum sacramento fidelitatis, & sine, quid.*
6 *Feudum purum & conditionale, quid.*
7 *Feudum perpetuum, & temporale, quid.*
8 *Feudum habens propriam naturam, & impropriam, quid.*
9 *Feudum diuisibile & indiuisibile, quid.*
10 *Feudum transitorium ad masculos, & ad ipsos, & fœminas.*
11 *Dominus, an possit gratificari filiæ exclusis aliis agnatis.*
12 *Hæredum appellatione qui ueniant in feudis.*
13 *Feudum transitorium in omnes filios eiusdem gradus, & transitorium in primogenitum tantum*
14 *An quilibet persona possit feudo inuestiri.*
1 *Quilibet, an possit dare feudum.*

1 AC nomine recti, Et nobilis feudi. † Scien-
2 dum est, ꝙ feudum a aliud est nobile, aliud minus nobile, aliud ignobile, ut infra dicetur. ideoq; ad huius rei pleniorem doctrinam, sciendum est secundùm Iac. de Beluiso, ut per eum no. in c. 1. in prin. qui feu. da. pos. quod feudũ
2 multipliciter diuiditur, & subdiuiditur. † Prima nanque diuisio est, ꝙ feudum, aliud est ecclesiasticum, aliud tẽporale seu seculare. Est autem feudum ecclesiasticum illud, quod confertur per personam ecclesiasticam puta, per episcopum, uel abbatem, siue alium prælatum, ut traditur in d. c. 1. qui feu. da. pos. qui tamen prælati non possunt infeudare, nisi illa bona quæ ante prohibitionem Vrbani Papæ consueuerunt infeudare; uel illa quæ ex antiqua ecclesiæ consuetudine dari solitum est, ut no. in c. 1. in tit. episcopũ vel Abb. & per Iac. in d. c. qui feu. da. pos. & in c. fi. extra de feu. Seculare autem feudum illud est, quod cõfertur à personis secularib. puta ab Imperatore, Rege, Comite, Marchione, Capitaneo, & simil. ut in d. c. 1. post prin. qui feu.
3 da. poss. † Secunda diuisio feudi est, quia quoddã est feu-
* dum antiquum * b paternum, aliud est feudum nouũ pa-
b ternum, * aliud est feudum antiquum, ꝙ appellatur dupli-
* citer, uidelicet largè, & strictè, ut est illud, quod fuit à superiore ascendente, puta auo, & proauo acquisitum, ut in

c. 1.

c.1.de natura.suc.feu.in prin.& in tit.de gra.suc.in feu.c.j. §. is uerò. alio modo dicitur paternum strictè quod est acquisitum à solo patre, vt in tit.qui.feu.da pos.c.1.& §.cum verò gradus.& no. in tit. de success.feu. c. 1. Nouum autẽ feudum est illud, quod est acquisitum p illum, qui adhuc superest in humanis, ut in c.1. in fi.quot test. neces. sint ad
4 proband.feud. † Tertia diuisio est, quia feudum aliud est masculinum, aliud fœmininum; masculinum autem feudũ appellatur illud quod transit ad masculos fœminis exclusis; ut patet maxime in magnis dignitatibus, ut habetur in c.1.§.& si clientulus, de feu.ali.cum si.ibi no. Fœmineum verò feudum est illud, quod per fœminam fuit acquisitũ. vt in tit.de benef.fœmi.c.1.& in tit.de na.suc.feu.c.1.& in tit. an mar.suc.vx.c.1. cuius quidem feudi natura talis est, vt si mulier quæ acquisiuit, decedat superstitibus sibi filiis masculis, & fœminis, masculi ipsis fœminis exclusis, in feudi materni successione præferuntur, quod not. vt habetur
5 in d.c.1.de benefi. fœ. † Quarta diuio est, ꝙ aliud est feudum cum sacramento fidelitatis, aliud sine sacramento; est enim rectum feudum illud, quod fit cum sacramento, ut in c.nulla, per quos fit inue. Sine sacramento fit, cùm per pactum remittitur, ne iuretur, ut in tit. quæ fuit prima causa benefic.amit.c.1.§. est & alia in fi.& in tit.de ca. Corra. in prin. & ibi no. Quæ autem sit forma fidelitatis, habetur
6 in c.1.de no.for.fide. † Quinta diuisio est, quòd feudum aliud est purum, aliud conditionale. Regulariter enim feudum est simplex, & rectum, & purum, sed fit conditionale aliquando per pactum, ut in c.1.§.præterea.in titu.quid sit inuesti.& ad certum & limitatum seruitium, ut ibi, & in ti. qui.cau.feu.amit.c.1.& fi.& in tit.de capi.qui cur.uen.c.fi.
7 & ibi no. † Sexta diuisio est, quòd feudum quoddam est perpetuum, quoddam temporale. Est autem perpetuum illud, quod est simplex, seu rectum, ut in c.1.§.fi. quib. cau. feu. amit. Temporale uerò appellatur illud, quod finitur cum persona, nec transit in eius hæredem. vt in c.1.in fi. de alie.feu.& in c 1.de feu.nat. & in c.1. de feud. guar. & ca-
8 stal. † Septima diuisio est, quod feudum aliud haber propriam naturam, aliud impropriam. Illud autem dicitur habere propriam naturam, quod est simplex & rectum, de quo nõ potest quis priuari, interueniente in eo culpa legitima à iure approbata, & a domino reprobata, ut in c.j. de feu.sine cul non amit. & in cap. 1. de natu. feud. Quod quidem proprium & rectum feudum est simpliciter transitorium in filios masculos tantum, ut prædixi, non autem in fœminas, ut d.cap.1.§.si clientulus.de alie.feu.cum sim. Improp iam autem naturam habet feudum, quod ex conuentione, seu pacto transit ad fœminas, seu extraneas personas, quod quidem fieri contingit. si in instrumento inuestituræ adiiciatur hæc clausula, uidelicet. { Ipse inuestitus
✠ suique hæredes * & quibus dederint, habeant, & possideant &c } poterit tale feudum alienari etiã in extraneos, domino irrequisito, quod est no.ut, habetur in c 1. in prin. de prohi.feu.alie.per Frid.& in tit. de prohi. feu. alie. per Lotha.c.1.& in c.1.de feud. non ha. propriam naturam, & in c.pe.si de feud.fuer.cont.& plene no. in d.tit. de feud. nõ hab propr.natu.licet olim in hoc aliter distingueretur, ut in c.1.de vassal.qui contra const.Lotha.feu.ali & in cap.1. qualiter olim feu. alie. pos. Aliis etiam casibus dicimus feudum habere impropriam naturam, puta cùm acquiritur, sine inuestitura, uel minus solemniter datur, quo casu non transit in hæredem. vt in c.1.qui.mo.feu. constit. poss. Item feudum guardiæ, & gastaldiæ, habet naturam impropriam, nec transit in hæredem, ut in c.1.de feu.guar.& castal. Item eiusdem naturæ est feudum cameræ, & canapæ; vt in c.1.de feu.cogni.& in c.1.in prin.de no. tor. & eodẽ modo est feudum soldatæ, ut in c.1.§.fi.in tit.quis di. Dux. Co.vel Marchi.& generaliter omne feudum quod ex conuentione non transit in hæredem, non dicitur habere natu
9 ram prop iam. † Octaua diuisio est, ꝙ feudum, aliud est nobile, aliud minus nobile, aliud mediocriter nobile, aliud ignobile. Est autem nobile illud, quod ab Imperatore confertur Regi, Duci, uel alij Comiti, per quod quis nobilitatur, qui feudatarij appellantur Capitanei Regij. Minus nobile est illud, quod confertur ab alio inferiore principe, post Imperatorem, puta Rege, Comite uel Duce, uel Marchione, & sim. & hi feudatarij appellantur Valuasores, & aliquando Capitanei. Mediocriter nobile est illud, quod confertur per istos magnos Valuasores, & hi feudatarij appellantur minores Valuasores. Ignobile autem feudum est illud, per quod nulla acquiritur nobilitas, & accipitur ab istis minoribus Valuasoribus, & hæc omnia no.in c.1.circa prin.de his qui feu.da.pos.in c.1.quis dici-
10 tur Dux Mar. uel Co. † Nona diuisio est, quòd feudum aliud est diuisibile, aliud indiuisibile. Regulariter enim omne feudum est diuisibile, nisi contrarium sit actum, & conuentum, uel nisi consuetudo diceret oppositum. Fallit hæc regula in supremis dignitatibus, & feudis, ut in regno ducatu, marchionatu, & comitatu, ut habetur in cap. 1. de proh.feu.alie.per Frid.§.præterea ducatus, & in ca. omnes
11 filij.in tit.si de feu.defun.fue.coner. † Decima diuisio est, de qua supra dixi, sed hic latius exprimam quòd feudum aliud est transitorium ad masculos tantùm, aliud ad ipsos & fœminas. Regula enim est, quòd feudum proprium, & rectum solùm transit ad masculos, quia illi sunt apti seruire domino: ad fœminas autem non transit, cùm illæ sint impotentes domino seruire honestè, ut dictum est supra in tertia diuisione, pro quo facit quod habetur in c.1. §.filia,
c in tit.de suc.feu. Fallit quãdo feudum esset fœmineum, c *
✠ vt in c.1. de benefi.fœm.& de nat.suc.feu. circa princ.& in tit.an mari.suc vx.c.1. Item fallit, si in inuestitura actũ fuerit expressè, ut pluries uidi, quòd fœminæ succedant, quo casu masculo deficiente, & non aliter admittuntur fœminæ, & sic prouisio ista restringitur ad hunc ordinem, ut probatur in tit.epi.uel abbatem.c.1.§.quoniam, & in tit.de eo qui sibi, uel hæred. suis mascu. inuesti. ac. c.1. Item fallit, quando deficientibus masculis dominus vult gratificari fœminæ ipsam acceptando, & feudum in ea confirmando, vt in tit.quemad.feu.ad fœ.perti.c.1. In hoc tamen aduerte, quòd si fuerit feudum antiquum & paternum, non poterit dominus gratificari filiæ fœminæ in præiudicium aliorum agnatorum masculorum, nisi expressè consenserint,
12 vt habetur in c.1.uer.nec in filiam, de ali. fe. pa. † Pro cuius dubij declaratione reuoco in dubium, an dominus possit gratificari filiæ exclusis aliis agnatis. Et dicunt quidam, aut feudum est nouum, & tunc põt tam patre uiuente, quã post eius mortem. d. c.1. quemad. feud. ad filiam per triũ aut est feudum antiquum, seu paternum, & tunc non, ut in d.c.1. versi.nec in filiam. Alij dicunt, quòd etiam si feudũ
✠ sit paternum, potest dominus gratificari filiæ * mortuo patre, ut in d.c.1.quemad. feud. sed eo uiuente non potest, ut in d.ver. nec in filiam, cum sim. Prima opin. placet Bald. & Pet.in d.c.1. sed Iac.de Bel.placet opin.secunda. Et no.
✠ quòd in hac materia feudorum appellatione hæredis * cõtinetur solus filius masculus, & quilibet alius proueniens ex descendentibus masculini sexus, ut habetur in c.1. §. & si clientulus. in tit.de ali.feu.& in cap.1.§.pen.qui feu. da.
13 poss. cum ibi not. † Vndecima diuisio est, quòd feudum aliud est transitorium in omnes filios obtinentes eundem gradum, ut in c.omnes, in tit.qui feu.da.poss. Quddam verò est feudum, in quo succedit solus primogenitus, ut patet in regno Francorum regulariter, in aliis regnis, & pluribus ducatibus, & marchionatibus, qui iure Francorum regulantur, quod quidem ius est adinuentum ad maioris dignitatis conseruationem, & statum, quo iure si uti scirent cæteri subditi, fortasse melius conseruarentur, cùm per diuisiones destrui & annullari consueuerint mansio-
14 nes. † Post quæritur, an quælibet personæ possint de feudo inuestiri? Dic breuiter quòd sic, siue sit seruus, siue liber, dumtamen dominus non ignoret conditionem ipsius personæ, ut in c.1. uer. personam, in tit. p quos fiat inuesti.

An

15 † An autem econtra possit quilibet dare in feudum? Respondeo quòd sic, dummodo habeat bonorum suorum legitimam administrationem, ut in d.c.1. in prin. & si feudũ fuerit antiquum, poterit etiam minor non habens plenam bonorum administrationem illud renouare, quia per talem reuocationem non dicitur alienari, ut ibi, & probatur in tit. de no. feu. §. item sciendum.

ADDITIONES.

* Feudum antiquum. Adde quòd feudum antiquum de propria & stricta significatione est illud, quod fuit acquisitum ab aliquo antecessore supra 4. gradum, secundũ no. per Rol. consi. 16. num. 36. lib. 3. Cur. Iun. trac. feud. 1. par. uersic. 8. principaliter. col. 2. in fi. de quo plura not. Ias. consil. 1. col. 2. lib. 3. ubi loquitur de feudo nouo concesso iure antiqui, de quo per Rol. d. consi. 16. nu. 36. Masuer.

* Paternum. Adde, quod feudum paternum, quamuis renouatum, tamen paternum esse non desinit. c. 1. de uasall. decrep. ætat. Rom. consi. 315. nu. 1. Ferret. cons. 103. num. 5. & seq. cons. 178. nu. 10. Dec. cons. 78. nu. 6. 263. col. 2. consil. 445. num. 6.

* suique hæredes. Adde, quòd feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, est transitorium ad quoscunq; hæredes, secundum communem per Rol. cons. 1. num. 45. lib. 3. & ibi nu. 46. & aliis seq. quòd paria sunt, quòd feudum concedatur alicui, pro se & hæredibus quibuscunque vel pro se, hæredibus & quibus dederit, & ibi nu. 47. quid operetur clausula, quibus dederit, cui adde, quod feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque uenit in restitutione fideicommissi, secundum eundem Rol. d. cons. primo, & cons. 10. nu. 18. & seq. lib. 3. Masuer.

* Fœmineum, fallit etiam quando talis esset consuetudo, ut doctè & copiosè scribit Rol. cons. 1. nu. 15. lib. 1. post Dec. cons. 390. col. 6. Cur. trac. feud. 3. par. 1. q. prin. uer. 8. fallit, & not. Doc. in c. significauit, de rescrip. idem Rol. consil. 42. nu. 22. lib. 1. quam consuetudinem, quòd fęminæ succedant in feudo, ualere, testis est Dec. cons. 139. col. fin. 269. nu. 6. 424. num. 13. & seq. ubi concl. declarat, Neuiz. cons. 9. nu. 5. Osasc. decis. 19. num. 20. post Bal. in c. primo. §. quinetiam, tit. epis. uel Abb. item, fallit in bonis donatis, quia in eis succedunt, Dec. cons. 32. col. 2. cons. 208. col. 2. ver. postremò. cons. 269. 413. col. 2. 607. col. 4. Item in feudo concesso sub prætextu pecuniæ, Rol. cons. 23. nu. 5. li. 1. c. 1. §. in primis, quib. mod. feud. amitt. Brun. cons. 16. col. prima. Item in feudo pro quo nullũ datur seruitium, Rol. d. cons. 24. nu. 10. Paris. cons. 12. nu. 27. lib. primo. Itẽ non tantum ex consuetudine, sed etiam ex priuilegio Principis, Rol. cons. 3. nu. 117. nu. 122. lib. 1. Brun. à cons. 1. usq; ad cons. 11. Item succedere potest in melioramentis factis per uassallum iure feudali, Rol. cons. 28. nu. 29. lib. 1. item succedere potest fœmina in feudo quod habuit originem à fœmina, secundum communem per Rol. consil. 67. nu. 8. nu. 20. lib. 2. alios autem casus in quibus fœmina succedit, ponit Rol. cons. 41. nu. 15. lib. 2. Clar. §. feudum. q. 73. post Rom. sing. 180. consi. 33. 367. Anch. consi. 339. nu. quarto. Hypol. sing. 411. Dec. in l. fœminæ. nu. 64. de reg. iur. cons. 208. nu. 5. 424. col. 3. Ias. in l. Gallus. §. etiam si parente. colum. 4. de lib. & posth. in l. de quibus. nu. 64. ff. de legi. Iacobini. in inuest. uer. & fœminis. Masuer.

* Filiæ. Adde, an filia mittenda sit in possessionem bonorũ feudalium ipsius defuncti, dato quòd agnatus proximior offerat se probaturum illam esse incapacem dictorum bonorum, & dic, quòd sic, secundum Osasc. decis. 26. num. 13. & seq. ubi filia, siue soror, bona illa, quarum possessio postulatur, non feudalia, sed allodialia esse contendit, & quatenus feudalia esse constet, se illorum capacem dicit, tam ex forma inuestituræ, quam etiam ex consuetudine regionis, interim ergo dum disputatur, & cognoscitur, in possess. dictorum bonorum mitti debet, teste Osasc. ubi supra & ibi quid de fœmina, & quomodo, & quo casu ad feudum admitti debeat, de quo etiam per Rol. cons. primo, lib. primo, cons. 2. num. 27. & seq. libr. 3. & an filia in feudi successione præferatur patruo, uide eundem Osasc. decis. 23. nu. 20. & seq. ubi plura doctè & copiose suo more alleg. Masuer.

* Appellatione hæredis. Adde, quòd uerbum hæres in feudali materia prolatum pro filio masculo accipitur, non pro extraneo hærede, secundum Rom. cons. primo, post nu. 5. cons. 494. col. j. post med. ubi quòd ex feudorum iure & natura ille hæres feudi esse censetur, qui ipsius uasalli est descendens legitimus, & sic non hæres extraneus, vt in c. j. §. & si clientulus, de alien. feud. Bal. in ca. primo, ver. & hoc facit ad q. de nat. succ. feud. Castr. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb cum l. fil. famil. §. cum quis, de lega. j. Abb. cons. 3. col. 4. lib. 2. Dec. cons. 208. col. 2. Rom. d. cons. j. circa med. Gozad. cons. 9. nu. 52. & est communis, secundum Dec. consi. 185. col. 2. cons. 195. col. 3. in c. in præsentia. nu. 48. de proba. Gozad. cons. 26. nu. 30. Rub. Alex. consil. 164. nu. 13. Paris. cons. 2. nu. 23. libr. primo, de quo per Guid. Pap. q. 230. Rub. Alex cons. 18. nu 4. Port. lib. primo, concl. 16. quid autem ueniat appellatione hæredis, uide Rol. cons. 53. nu. 18. lib. 3. & dic, quòd hæres improprius venit in dispositione, in qua fit mentio de quocunque hærede, secundum eundem Rol. consil. 54. num. 37. libr. 3. Masuer.

a No. quotuplex est feudum. Io. And. in addi. Specul. tit. de præscr. & per Car. Alexan. in rubri. prælud. feudorum. in 11. colum. uer. quæro ulterius quot sunt species.

b Quod dicatur nouum feudum, uide gl. in c. Achacius. 24. q. prima, & Doct. in c. ex parte, de cer.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia tantum dantur in feudum.*

1 DE Castro Gropelli. † Quæritur, an omnes res possint in feudum dari? Dic quòd res immobiles dantur tantum in feudum, non autem mobiles, ut dictum est supra, ut habetur in c. 2. in prin. de feud. co. nisi ipsius rei immobilis esset inter dicta alienatio hominis, uel legis dispositione, ut in cap. 1. §. sed & res, in titul. per quos fiat inuesti.

SVMMARIVM.

1 *Pertinentiarum appellatione quid contineatur.*

1 CVM omnibus iuribus, & pertinentiis. Quid autem appellatione † pertinentiarum a continеatur, dic ut supra dixi in primo lib. & secundum Innoc. continentur ea quæ statuto, lege, uel consuetudine [illegible] sunt, ut accedant; puta castro consueta iurisdictio, parochiali ecclesiæ ius decimarum, & hospitalibus [illegible] gnata, ut extra de deci. cap. cum in tua, & c. tuam, & c. [illegible] tingit. & de his quæ fin. à præla. c. pastoralis, & de censi. cap. primo. & not. per ipsum Innoc. in c. cum ad sedem. de resti. spol. & c. ex literis. de in. pa.

ADDITIONES.

a Pertinentiarum contineatur, uide in l. prima, in §. cum vrbem. ff. de offi. præ. urb. Bald. in c. 1. 3. colum. de cap. qui cu. uen. in vsib. feu. per Oldr. cons. 272.

* Pertinentiarum. Adde Rol. cons. 2. num. 21. libr. 3. ubi si venditur Castrum & ipsius territorium, cum omnibus terris pertineñ. ad Castrum, quòd uenditio dicitur facta limitata ad terras, quæ essent de pertinentiis Castri, & ideo qui vult dicere illas terras esse de pertinentiis probare debet, quæ, quot, quanta sint, quæ pertinent ad Castrum, ut latius

tius per Rol.d.conf.2.nu.26. ubi reprobat Mandel. Albā nuncupatum.conf 60 ibi alleg. ex Alexan. conf.55. col.8. lib.4. pro quo uide eundem Rol.conf.32.lib.2. Maluer.

S V M M A R I V M.

1 *Causa legitima, propter quam reuocatur feudum.*
2 *Hæres domini, an poterit reuocare feudum propter feloniam uasalli contra dominum, quamuis dominus nullam querelam mouerit.*

VITAE eiusdem Raynaldi multipliciter insidiatus
1 est, † Hic aduerte, quòd est causa vna sufficiens, p quam uasallus feudo priuatur, quia contra fidelitatem promissam facit, ut traditur in titu. quæ fuit pri. cau. benefi.
2 amit. Aliæ etiam causæ sunt, de quibus inf. a dicetur. † Sed quid si dominus decesserit superstite uasallo, qui feloniam commisit, nulla contra ipsum uasallum mota querela, an hæres eius poterit ipsum uasallum propter tale delictum feudo priuare? Dic breuiter quòd non, ut determinat glo. in cap. primo, §. insuper si filius, in titul. de prohib. feud. alie. per Frid. ar. ad hoc in l. omnimodo. C. de inoffi. test. & ibi de hoc per glo. & optimè facit l. fi. & ibi per gl. & Cy. C. de reu. do.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum, quod præstat uasallus domino, quæ contineat in se.*
2 *Domino faciente guerram Imperatori, an uasallus teneatur dominum adiuuare.*
3 *Vasallus habens duos dominos diuersis temporibus acquisitos facientes ad inuicem guerram, an teneatur alterum cōtra alterum adiuuare.*
4 *Vasallus, an teneatur adiuuare dominum facientem guerram contra propriam ciuitatem.*
5 *Dominus, an teneatur iuuare uasallum contra omnes.*
6 *Vasallus an teneatur adiuuare dominum facientem guerram iniustè.*
7 *Vasallus, an teneatur proprijs sumptibus adiuuare dominum.*
8 *Imperatore eunte Romam pro coronatione, omnes eius uasalli tenentur ire secum Romam.*
9 *Vasallo pro domino perdente equum, an habeat regressum contra dominum.*
10 *Bona tenet uasallus à rege, & priuatus re infeudata, quam postea alij concessit in feudum post restitutionem, an possit uendicare rem infeudatam secundo.*
11 *Banito domino, an uasallus fit liber à iuramento fidelitatis.*

* CONTRA debitū fidelitatis iuramentū. a
a † Not. quòd iuramentū hoc, quod præ-
1 statur per uasallum domino, continet sex partes, seu sex capitula, uidelicet incolume, tutum, honestum, utile, facile, & possibile. quæ omnia declarat tex. ubi uide in c. primo, de no. for. fi. & in cap. 1. de for. fid. & in decre. 22. q. 5. cap. de forma. sed etiam ultra prædicta tenetur uasallus domino suo
2 præstare consilium, & auxilium, ut ibi habetur. † Sed circa præfata quæritur. pone quòd dominus facit guerram
b Imperatori, uel econtra, nunquid uasallus b tenetur ipsum dominum adiuuare, & ei auxilium, & consilium præstare? dic breuiter quod non, quia persona Imperatoris intelligitur semper excepta in forma iuramenti fidelitatis vt in c. imperialem. §. fi. de prohi. feu. ali. per Frid. immo nec expressè posset se uasallus ad hoc obligare pacto, uel iuramento, cùm sit tale pactum, uel iuramentum a iure reprobatum, ut ibi, & contra bonos mores, sicque non tenet vt l. non dubium. C. de legi. in fi. & in c. ea quæ contra leges, & in c. non est obligatorium, & ibi per Dyn. de reguli iur. lib. 6. nec immeritò, quoniam filius tenetur præponere salutem Imperatoris saluti paternæ, ut in Auth. ut cum de app. cogn. §. causas, uer. si eos. Ad hoc etiam facit regula, quod semper in iuramento persona superioris intelligitur excepta, ut in l. fi. in prin. ff. ad muni. & in c. ueniens, de
3 iureiur. † Quid autem dices, si idē uasallus habeat duos dominos diuersis temporibus acquisitos, & alter contra alterum guerram faciat, an teneatur uasallus vnum contra
c alterum adiuuare? c Respondeo, quòd aut inter dominos istos est dare diuersitatem in tempore, & tunc tenebitur priorem contra posteriorem adiuuare, probatur per text. in c. imperialem, de prohi. feu. alie. per Frid. §. illud quoque. quia ille præuenit in tempore, ergo potior debet esse in iure, ut in regula, qui prior, cum sim. ibi no. lib. 6. & quia in fidelitate præstita secundo domino, intelligitur excepta persona prioris domini, ideo solum contra alium quemcunque dominum, excepto priore, etiam contra patrem proprium & filium tenebitur secundum dominum adiuuare, quod est ualde mirandum. Et quanta sit seruitus uasalli, uide not. ut hæc traduntur in c. domino guerram. §. contra omnes, in tit. hic finitur lex, deinde incipit consue. regni. faciunt in arg. no. per Innoc. in ca. cum iam dudum, de præben. & in cap. fin. extra de confir. util. uel inutil. Aut inter istos dominos fuit & est identitas in tempore, quia eodem tempore fuit uasallus inuestitus de eodem castro, & alter dominus contra alterum facit guerram, quo casu dicerem, quòd cùm sint in pari causa, abstinere debet ab utroque, ne vni auxiliando, alium offendat, nec sit causa, quare magis vni quàm alteri auxilium præstare debeat, nisi fortasse secundum aliquos, certum, & manifestum esset ipsi uasallo, quod alter guerram iustè faceret, & alter iniustè, quo casu tenetur auxilium præstare ei, qui iustè guerram mouet, arg. in d. c. domino guerram. in titu. de no. fi. for. §. & si contigerit, sed uidetur quòd utrique, si potest, opem, & auxilium præstare debeat, ut in l. 3. §. si
4 cum omnis. ff. ad Sylle. † Quid si dominus facit guerram contra ciuitatem propriam uasalli? an tenebitur dominum adiuuare? dicunt quidam quòd non, quia nec filius patrem, nec econtra pater filium iuuare debet contra patriam, ut l. minimè. ff. de reli. & sump. fun. ergo multominus uasallus dominum suum. Fortificatur hoc, quia filius præponere debet salutem reipublicæ saluti paternæ, ut in d. §. causas, uer. si eos, ergo & uasallus, cum non sit minor obligatio filij quo ad patrem, quam uasalli quo ad domi-
5 num, ut in d. §. causas. † Sed nunquid reciproca uice teneatur dominus iuuare uasallum contra omnes, prædictis exceptis, sicut uasallus dominum? Dic breuiter quòd sic, quod multum not. ut deter. glo. in d. §. contra omnes, nam quo ad hoc inuicem obligantur pariformiter, ut in d. c. 1. in fin. de for. fid. & si dominus se subtraheret ab auxilio præstando uasallo cùm posset, iure suo id est dominio priuaretur, ut in c. dominus causam, in tit. si de feu. fue. controu. & in cap. ex facto, in tit. qualiter do. propr. pri. quod tene menti. Et sic habes vnum casum, quo dominus priuatur iure suo: sunt etiam & alij, quos isti magni domini recusant audire, de quibus traditur in d. cap. ex facto, cum seq. & per tot. titu. qualiter domin. feud. proprie. pri. cum simil. ibi not. Prædicta autem regula, quæ est, quod uasallus tenetur dominum adiuuare contra omnes, fallit si dominus fuit ab Imperatore, uel Rege bannitus, aut a Papa excommunicatus, quibus casibus uasallus est a iuramento fidelitatis absolutus, ut hæc probantur in cap. domino guerram, in princip. cap. fin. in titul. de prohib. feud. ali. per Frid. cap. primo. §. fin. & in titu. de for. fid. cap. primo, in fin. & 15. quæst. 6. in cap. nos sanctorum, & cap. iurantes. Et idem fortius, si ipse dominus esset hæreticus, arg. l. primę. C. de hære. & l. nemo, de epis. aud. & authen. credentes. C. de hær. cum sim. Postquam uero fuerit ipse dominus pœnitens ad gratiam restitutus, tenetur uasallus eidem solita seruitia exhibere, ut 11. quæstio. 3. in cap. ui-
6 demus, & ibi not. & d. cap. domino guerram. † Item nec tenetur uasallus adiuuare dominum faciendo guerram iniustè, circa quod sic plenius distingue, aut constat ipsi uasallo, & certum est quod dominus eius faciat guerram iniustam, aut est dubium. Primo casu tenetur ipsum iuuare ad defensionem tantùm, non autem ad offensam; si tamen uelit etiam ad offensam iuuare, hoc facere pt, sed non cogitur,

cogitur secundum ueram opi. ut probatur per Iac. de Bel. 14. quæstio. 8. c. scire nos, & in tit. de noua fide. for. c. 1. §. & si contigerit & §. & si uerò. Secundo casu tenetur dominum adiuuare præcisè tam ad offensam, quàm ad defensam, aliàs feudo priuaretur; & idem per omnia in tertio casu, ut hæc omnia habentur in d. c. domino guerram, in prin. cum simil. supra alleg.

7 † Hic autem insurgit dubium. an uasallus teneatur suis proprijs sumptibus dominum adiuuare? & Innoc. in c. sicut, extra de iureiur. determinat, non, nisi ex pacto, uel consuetudine. immo secundum eum non tenetur ad aliquod seruitium, quod requirit sumptû, nisi in casibus à iure permissis, seu expressis. In contrarium tamen facit text. in l. suo uictu, cum seq. ff. de oper. lib.

8 † Cùm autem Imperator Romam proficiscitur pro eius coronatione, tunc omnes uasalli tenentur cum eo ire, uel mittere, aut dimidiam partem, uel tertiam fructuum contribuere, iuxta ea quæ habentur in tex. in c. imperialem. §. firmiter, de prohi. feu. alie. per Frid. & in c. 1. in fin. de pac. iur. fir. in c. 1. §. si mulier. de mili. capi. co.

9 † Quid autem si facta per dominum conuocatione suorum uasallorum, & ipsis existentibus in guerra, aliquis uel aliqui eorû perdiderunt equos, uel arma, an habeant regressum contra dominum? dicit Innoc. in d. c. sicut. de iureiur. ꝙ non, quia ex debito sunt astricti dominum adiuuare, ideoque casus fortuitus non imputatur domino suo; & eodem modo si causa pietatis accessisset quis ad iuuandum ipsum dominum, ut 14. q. 5. c. nô iustè, cû seq. & 11. q. 3. c. si dñs. secus aût esset, si dñs conuocasset alios simplices amicos non sibi uasallos, qui ex debito non fuerant ad hoc astricti, nec pietatis causa sunt moti, sed ex solo mandato, quo casu si perdiderint arma, uel equos, habebunt secundum Innoc. actionem mâdati contra ipsum mandantem, si fuerunt uocati ad bellum iustû ut in iurib. præall. secus aût si uocati fuissent ad bellû iniustum, nam tunc non daretur eis actio mandati pro huiusmodi damnis, nec in alijs impensis per eos factis; quia turpe esset tale mandatum, ideo nulla ex eo nata est obligatio. ut l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. mand. in l. si mandauero. in §. si ædem. cum seq. ff. eo. tit. & Instit. man. in §. illud. Sed contra illud, quod supra dictum est, mandantem teneri ipsi mandatario uocato ad iustum bellum, obstat multum; quia casus fortuitus non uenit in actione mandati, sicut nec in cæteris bonæfidei iudicijs; ut in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. & in l. 1. C. de loca. cum sim. ibi no. facit l. dominus horreorum. ff. loca. & l. prima, C. depo. So. dicit Inno. ubi supra. quòd hic fuit casus fortuitus, qui de de facili potuit præuideri ab ipso mandante. uidelicet ꝙ si iret ad bellum posset de facili spoliari & capi, & simil. quæ sunt de natura belli, cuius dubius est euentus; meritò ergo de tali casu tenetur: secus autem esset, ubi casus de facili præuideri non potest, nec res ipsa esset ad hoc dispo sita, ut in contrariis. Sed diceret aliquis, nonne, siquis commodauerit equum alicui, uel arma ad bellum, & ibi ea amiserit, cessabit actio commodati contra commodatarium? certe sic, ut l. si ut certo. §. interdum. ff. commo. & per consequens iste commodator damnum sustinet casus fortuiti, licèt præsciuerit hunc casum posse euenire; ergo eo idem modo debet mandatarius priuari actione sua, cùm & ipse præsciuerit talem casum sibi posse contingere. So. dicit idem Innocen. ubi supra, quòd ratio differentiæ inter utrunque casum est, quia commodatarius non excessit fines cõtractus deducendo equum ipsum ad bellum, quia ad eum usum, ad quem ipsum equum accepit, usus est; idemque dicit in conductione equorum, & armorum ad bellum prosequendum; quia si bello capiatur, conductor non tenetur ad emendationem. ut ff. loc. & condu. l. item quæritur. §. si quis seruum. & l. uideamus. §. primo, cum sim. Sed mandatarius uocatus ad bellum, licet præscire potuerit, quòd de facili arma, & equos amittere potuit, tamen sciebat ius suum durare, & se consequi posse, per actionem mandati quæcunque perderet, & impensas quæ faceret. ut ut ff. mand. l. inter causas. §. non omnia. & l. qui mutuum. §. fin. Vel dic quòd in omnibus prædictis casibus, si sanè intelligatur, est identitas rationis, seu dispositionis iuris. nam semper ad dominum rei, & ad mandantem pertinet hoc periculum, quia mandans damnum restituit, locator & commodator rem suam perdit, sicque omni casu pariformiter ad eos damnum redijt, nec tamen ille qui mandauit amicos conuocari ad bellum, poterit tanquam sua intersit agere contra spoliatores ui. bono. rap. cum actio ui bonor. & furti solum detur ei qui in rebus ablatis habet dominium, uel possessionem, uel ius aliquod reale. ut l. secunda, §. in actione. ff. ui bon. rap. ff. de furt. l. si is qui rem. & l. is cuius. cum sim. secundum Innocen.

10 Quod autem dicatur iustum uel iniustum bellum, no. per eundem in cap. olim. extra de rest. spol. † Vlterius circa præmissa quæritur, pone quòd Rex banniuit eius uasallum, ipsumque priuauit omnibus bonis suis, & maximè quodam castro, quod iure feudi recognoscebat à Rege, deinde ipsum castrum in feudum dedit alij, postque certo tempore transacto ipsum uasallum Rex ipse ad omnia bona sua & gratiam suam restituit. Quæritur an hic uasallus restitutus possit dictum castrum à secũdo uasallo de iure uendicare? quam quæstionem plenius disputat Iac. de Beluisi. in c. domino guerram. ubi finaliter sic concludit. Aut ipse primus uasallus fuit bannitus tantum, aut fuit bannitus, & condemnatus. Si quidem fuit bannitus tantùm, aut bannitus fuit requisitus secundum ius consuetudinarium feudorum, aut secundum ius commune Imperatoris, aut secundum legem solius Regni, aut fuit simpliciter tantùm bannitus. Primo & secundo casu principali ammittit feudum anno elapso. ut in cap. primo, in tit. de mil. uas. qui contu. est. & ff. de requi. reis. l. prima, & secunda, & si. Tertio autem casu simpliciter feudum perdit, & cætera alia bona. ut C. & ff. de bo. dam. Quarto casu non perdit feudum nec cætera bona; quia regulariter feudum sine culpa non ammittitur d. cap. primo, & arg. ff. de cust. re. l. dimissis. & not. in cap. primo, §. calidis, de prohi. feud. ali. per Frider. Sed lata sententia contra eum tunc priuatur. ut in c. 1. in tit. si uasal. feu. priua. an. defen. & cap. primò, de feu. sine cul. non amit. Patet ergo in proposita quæstione dicendum, quòd in illis casibus, in quibus feudum amisit, non potest castrum illud uendicare, nisi specialiter & expresse ad illud fuerit restitutus; & sic tale principis beneficium non erit latissimè interpretandum, quia de alieno præiudicio agitur: In cæteris autem casibus, in quibus feudum non amisit, poterit ipsum castrum uendicare; & huius distinctionis ratio est, quia non est uerisimile, ꝙ Rex uoluerit per hanc generalem restitutionem adimere secundo uasallo, quod abstulerat primo, alio non expresso; quia generalis clausula non trahitur ad specialia, arg. l. in obligatione generali. ff. de pig. & in authen. hæc constit. quæ de dig. §. illud. & extra de elect. in c. innotuit. in fi. & hæc opi. optimè probatur in c. quamuis. extra de ref. &

11 in c. eo tempore. de elect. eod. lib. † Quid autem si dominus sit bannitus de ciuitate, an uasallus sit interim absolutus à iuramento fidelitatis? & determinat gl. & Ia. de Bel. ꝙ sic, ut no. in c. domino guerram.

ADDITIONES.

✠ Fidelitatis iuramentum. Adde quæ de iuramento fidelitatis doctè & copiosè scribit Rol. consi. 52. lib. 3. ubi differentias ponit inter iuramentum fidel. & iuramentum assecurationis, nam inquit ipse, iuramentum præstatur domino ratione feudi, c. 1. uer. fidelitatem. quid preced. deb. an. inuest. uel fidel. iuramentum uerò assecurationis, præstatur ab originarijs, & habitantibus in terra in qua quis habet iurisdictionem, merum & mixtum imperium, Doc. in c. 1 qual. uasal. iur. deb. fidel. Rolan. d. consi. numero 1. & 3 ubi plura nota. & ibi nu. 19. quòd ualet consuetudo, quòd

originarij & habitantes in terra domini utilis teneant prę stare iuramentum fidel. secundum formam c. 1. de no. for. fidel. & nu. 21. q consuetudo seruanda est in præstationibus iuramento rum, maximè in iuramento fidel. ligiæ. & homagij, de quo homagio, & quid si in inuestitura dicatur cum homagio, quid importent ea uerba, & dic, quòd homagium fieri potest triplici ratione, aliquãdo ratione feudi, aliquando ratione rerum, & aliquando ratione solius personæ, not. Iacobin. in inuest. tit. de homag. Nat. consil. 544. nu. 3. ubi constituit differentiam inter homagium & fidel. licet quandoque confundantur, de qua tamen uide quæ scribit Bal. consi. 291. lib. 2. Nat. d. consil. nu. 6. Rol. d. consi. 52. Masuer.

a Vasallus. Adde Iulium Ferretum in tract. de iusto & iniusto bello, nu. 142. & 143. Ziler.

b Adiuuare. uide Rom. consi. 444. ubi ponit de confederato duobus principibus. Adde quòd uasallus habet ius reciprocæ charitatis & reciprocæ obligationis apud dominum & principem, sicut filius apud patrem, & pater apud filium, nam uasallus tanquam filius debet fidelem reuerentiam & obedientiam suo domino exhibere, Dominus & princeps est obligatus sub grauamine conscientiæ defendere uasallum præsentem, & absentem ab omni uiolentia, ab omnique iniuria, si quis uellet ipsum lædere in bonis uel in honore. ac obligatus est dare alimenta uasallo indigenti.

c Tene menti. Adde quod uoluit Francis. de Aret. consilio 14.

SVMMARIVM.

1 *Proprium & rectum feudum ad masculos transit fœminis exclusis.*
2 *Feudum de quo fuit facta inuestitura tam pro se quàm hæredibus, tam masculis quàm fœminis, an semper fœminam excludat, masculo aliquo superstite.*
Intellectus ad c. 1. de natu. suc. feud.
Et copula ordinem denotat.
Intellectus ad c. 1. de eo qui sibi & hære. suis.
3 *Inuestitura facta pro se & filijs, de quibus filijs intelligatur.*
4 *Vasallo decedente, ad quos per successionem feudum transferatur.*
5 *Feudum in fœminas regulariter non transit, nisi in certis casibus.*
6 *Filius quibus casibus excluditur à successione feudi.*
7 *Agnatus adiens hæreditatem agnati etiam cum beneficio inuentarij, an teneatur creditoribus non solùm ad vires bonorum allodialium, sed etiam feudalium.*
8 *Ascendentes an succedant descendentibus in feudo.*
9 *Collaterales qualiter sibi in feudo succedant.*
10 *Frater ex vtroque parente, an præferatur fratri ex patre tantùm in successione feudi fraterni.*
11 *Fratres an teneantur ad æstimationem fratri propter feudum ad eos deuolutum de iure communi contra dispositionem testatoris qui unũ tantum filiorum assignauerat.*
12 *Decedens duobus liberis superstitibus habili, & inhabili, an possit totũ feudum assignare habili.*
13 *Filij fratris cum patruo æqualiter succedant in feudo.*
14 *Primus in gradu, an præferatur posterioribus in successione feudi.*
15 *Expensæ utiles, & necessariæ, si vasallus priuetur feudo, an sint restituendæ.*
16 *Decedente vasallo sine filio masculo, ad quem pertineant fructus rei feudalis.*
17 *Vasallus quibus casibus, & eius hæres priuentur feudo.*
18 *Relicta re feudali, an debeatur eius æstimatio cum res dari non possit nomine legati.*
19 *Vasallus an possit feudo imponere seruitutem rusticam uel urbanam.*
20 *Vasallus an possit compromittere, uel transigere de feudo.*
21 *Dominus an possit alienare feudum sine voluntate uasalli.*
22 *Vasallus in consortem sine uoluntate domini potest feudum alienare.*
23 *Vasallus an possit alienare feudum in quemuis agnatorum, uel eiusdẽ, vel diuersi gradus.*
24 *Facta alienatio feudi in extraneum uoluntate domini per agnatos qui alienationi non consenserunt poterit reuocari.*
25 *Vasallus non petens infra annum inuestituram si hæredi domini exhibeat debita seruitia an possit priuari feudo.*
26 *Causa legitima commissa propter quam vasallus feudo priuatur, an priuetur ipso iure uel per sententiam.*
27 *Secuta priuatione feudi propter causam legitimam cui applicetur tale feudum.*
28 *Iudex domini & vasalli contendentium super causa legitima priuationis quis sit.*
29 *Dominus an iudex sit si sit inter dominum & vasallum contentio super possessorio solo.*
30 *Libellus an in causa feudi sit offerendus.*
31 *Sententia uel transactio facta inter vasallum & extraneum, an præiudicet domino.*
32 *Vasallus an habeat regressum contra dominium, re ab extraneo euicta.*
33 *Vasallus amittens clandestinè rem feudalem, an habeat regressum de euictione contra dominum.*
34 *Dominus recuperans rem feudalem à spoliatore, an teneatur illam restituere vasallo.*
35 *Facta inuestitura de feudo, de nouo, tanquam de antiquo. & euito, an assumat naturam feudi antiqui.*


EC Superstitibus ex eo liberis masculis.
1 † Ecce alia sufficiens, & legitima causa propter quam feudum perditur, & ad dominum reuertitur, ut supra dixi, nisi aliud fuerit actum in inuestitura, ut supra dixi in 10. diuisione. nam proprium, & rectũ feudum ad masculos transit fœminis exclusis, ut in c. 1. in princ. in tit. de gra. suc. in feu. cum multis sim. Fallit in certis casibus, in quibus fœminæ admittuntur, quos enumerat glo. in cap. primo, de nat. success. feu. & in cap. primo, de feud.
2 fœmi. † Sed quid diceres; si aliquis fuerit inuestitus de castro pro se, suisque hæredibus tam masculis, quàm fœminis, qui postea decessit superstitibus sibi duobus filiis masculis, & ad unum ex eis propter diuisionem peruenit castrum, qui postea decessit superstite sibi una filia tantum & alius eius frater postea decessit superstite sibi uno filio masculo. Quæritur, an hic filius masculus excludat dictam filiam fœminam eius consanguineam à successione feudi dicti castri, & vr quòd non, quia semel est effectum feudũ fœmineum per successionem illius lineæ ad quam ex diuisione peruenit, arg. d. c. 1. de nat. suc. feu. Sed tu dic contra, & sic masculus excludit suam consanguineam per tex. no. in c. 1. de eo q sibi, & hær. suis mascul. & fœ. inuest. acce. quam opi. firmat glo. in dicto cap. primo, de nat. suc. feu. & hoc procedit multofortius si dicti fratres perseuerassent in communione. Nec repugnat dictũ cap. primũ, de nat. suc. feu. quia loquitur quando erat contentio inter plures masculos ex diuersis lineis descendentes. Sed quæstio nostra loquitur quando ex una linea est masculus, & ex alia fœmina, & ita debet intelligi dictũ capit. primum, de eo qui sibi & hæredi. suis. Et aduerte prout aliàs dixi, quòd ubicunque aliquis inuestitur de feudo pro se, & hæredibus suis masculis & fœminis, quòd donec supersunt filij, uel alij descendentes masculi, nunquam admittuntur
* fœminæ, * nam illa copula, &, isto casu denotat ordinem, ut probatur in cap. primo, uersic. quis etiam, in titu. epis. uel abba. & in capit. primo, §. filia uerò, de suc. feud. etiamsi à principio feudum fuisset fœmineum, ut in cap. 1. in tit. de benefi. feu. & in capit. si fœmi. an ma. suc. feud. uxo. & not. per Bart. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib.
3 & postum. & in l. si liberi. ff. de ope. lib. † Inde quæritur, de quibus filijs hic loquitur? dic quòd de filijs legitimis & naturalibus à sui natiuitate; alij namque filij siue naturales tantum, siue legitimi tantum, siue naturales, postea à principe legitimati, in feudo non succedunt, ut in cap. adoptiuis, & cap. naturales, in titu. si de feu. fue. contro. nisi Imperator in ipsa legitimatio-
a ne specialiter a expresserit, quòd in feudo succedere possint, quod no. ut scias facere ordinare instrumentũ, & hoc not. p gl. & Doc. in d. c. naturales. Sed in alijs rebus qualiter succedatur iure Romano plenè infra tactum est in forma libelli, quo agitur pro hære. ab intest. de la. & sic patet,

pater, q in materia feudali appellatione filiorum compre
henduntur solùm filij masculi & legitimi & naturales à
natiuitate sui, alijque per masculinam lineam descenden-
tes. In alia vero materia latior fit interpretatio. ut l. libe-
4 rorum. ff. de uerbo. signifi. cum sim. † Veruntamen ut in
hac feudali materia habeas plenio em doctrinam reuoco
in dubium, si uasallus decedit, ad quos per successionem
transeat ipsum feudum? vbi ante omnia aduertendum, q
successorum tres sunt speciales regulæ, quidam sunt de-
scendentes, quidam ascendentes, & quidam collaterales.
Circa primam descendentium speciem talis assumenda est
regula; uidelicet quòd proprium & rectum feudum tran-
sit in quoscunque masculos descendentes usque in infini-
tum, licèt olim restringeretur vsq; ad septimum gradum
tantum, ut in c. 1. in prin. de gra. suc. in feu. & in c. 1. §. qui au
tem no. in fi. qui feu. da. pos. & in ca. 1. post prin. de feu. suc.
5 † In fœminas autem regulariter non transit; nisi in certis
6 casibus, in quibus supra dictum est. † Porrò & filius quan
doq; excluditur à successione feudi. v. g. si ipse filius patre
adhuc viuente dominum offenderit, de quo nullam satisfa
ctionem fecerit, ut in c. 1. §. insuper si filius, in tit. de prohi.
feu. alien. per Frid. Secundò, si uasallus cum aliqua mulie
re contraxit matrimonium eo pacto, q filij ex ea nascituri
non succedant in feudo, ut in cap. filij nati. in tit. de matri.
b ad morga. con. Tertiò priuatur feudo, si ipse filius [b] repu-
diauerit patris hæreditatem, licèt alius agnatus in remotio
ri gradus constitutus repudiare posit hæreditatem, & feu
dum retinere, quod est mirabile, ut traditur in c. filius, in
tit. de cap. qui curi. uend. & no. in cap. 1. an agna. uel filius
7 defunct. repudi. hæredi. † Ad huius autem declarationem
quæritur, ecce quòd agnatus potest hæreditatem agnati
defuncti repudiare, & feudum agnoscere, & retinere, nec
pro feudo tenetur defuncti creditoribus respondere, ut d.
c. 1. an agnatus. Pone ergo quòd agnatus agnouerit hæ-
reditatem cum beneficio inuentarii, an respondebit credi
toribus quatenus patientur uires nedum hæreditatis bono
rum allodialium, sed etiam feudalium? videtur q nô, quia
bona feudalia habet iure suo, nô ex successione, ergo &c.
c vt dictis iuribus. In contrarium [c] facit, quia hoc priuile-
gium consequitur, quando repudiat, non autem quando
agnoscit hæreditatem. Præterea filius ad hoc tenetur agni
ta hæreditate, ut in dictis iuribus, ergo & agnatus, & hoc
puto uerum respectu fructuum tantum, sed respectu pro-
prietatis, quæ non potest alienari, non credo creditoribus
obligari. Quartò priuatur, si pater eius deliquerit in do-
minum, licet quandoque deferatur agnatis, ut in ca. 1. in d.
titu. si uasal. feu. pri. cui defe. & in c. 1. §. denique. in tit. quæ
fuit prima cau. benefi. amit. Quintò excluditur filius, si ha-
d bitum religionis [d] assumpserit, ut in capit. qui clericus. in
titu. si de feud. defun. fue. cont. & in c. 1. de mili. vasal. qui
ar. belli. depo. quo casu transit feudum ad proximiorem
agnatum, ut ibi. Sextò excluditur, quando erat feudum ali
cuius annuæ, uel mensualis præstationis, quo casu finitur
feudum cum persona, sicut usufructus, ut colligitur in c. 2.
in fi. quis dicatur Comes, uel Marchio. Septimò excludi-
e tur [e] secundum aliquos, si fuerit à patre iustè exhæredatus,
secus si iniustè ar. in auth. de nup. §. soluto. cum seq. nam si
excluditur repudiando hæreditatem, ut dictum est, multo
fortius contra patrem delinquendo. Octauò excluditur,
quando filius ipse à natura mutus est, uel cœcus, secus si ac
cidentaliter imperfectus. ut in c. 1. in tit. an mutus, uel ali-
ter imperfectus. quos casus pro maiori parte enumerat
8 glo. in c. 1. de natura success. feudo. † Nunc autem uenio
ad ascendêtes, in quibus traditur talis regula, quòd in feu
do ascendentes descendentibus non succedunt. ut in d. c.
1. de natu. success. feud. licet iure ro nano succedant in om
nibus bonis. ut not. infra in libello de hæredi. ab intesta. de
9 lata. † Deinde quæritur de successione collateralium?
ubi sic est distinguendum, aut feudum est paternum & an-
tiquum, aut nouum. Primo casu frater fratri succedit. &

* cæteri agnati * sibi inuicem. ut in d. c. 1. §. primo, de gra. suc-
ce. in feud. & in c. fi. de feu. mar. cum sim. & hoc intelligunt
verum quidam vsque ad septimum gradum tantum, & nô
vltra, licet descendentes succedant in infinitum, ut in cap.
1. §. hoc quoque sciendum. in tit. quib. feu. da. poss. Alij di
cunt idem in collateralibus quoque, quod in ascendenti-
bus, ut no. per gl. in c. 1. de feu. march. Sed Iacob. de Belu.
distinguit, aut in principio feudum transiuit in collatera-
les, & tunc transit in reliquos collaterales usque ad se-
ptimum gradum tantùm. ut in dicto §. quoque. aut à
primordio transiuit in descendentes, & tunc sequen-
tes collaterales descendentium succedunt in infinitum. ut
10 in d. gloss. † Sed quid si unus frater decessit superstitibus
sibi tribus, uel pluribus fratribus, quorum aliqui sunt fra-
tres ex utroque parente, alij ue. o ex parte patris tantùm.
f Quæritur qui præferuntur [f] in feudo defuncti fratris? &
videtur præferendos esse utriusque coniunctos. ut in auth.
cessante & in authen. post fratres. C. de suis. & legit. & in
auth. de hæred. ab intesta. §. reliquum cum simi. quia illi du
plici iure, & uinculo iunguntur, ut ibi not. In contrarium
est dicendum, & tenendum quòd omnes pariter admittan-
tur, quia in feudo ius agnationis, attendendum est, & non
cognationis, ut habetur in cap. primo, de success. feudo. &
ita expresse determinat Bal. in cap. primo, de gra. succe. in
feud. & sic in hoc est speciale in feudo, aliud est in rebus
* allodialibus, * ut in d. auth. cessante. cum simil. Vbi autem
feudum est nouum, tunc regulariter frater fratri & cæteri
collaterales sibi inuicem non succedunt, sed ad dominum
feudum reuertitur. ut in c. 1. in titu. de benefi. fra. & c. 1. de
fra. de no. benefi. inuesti. Fallit hæc regula in certis casibus,
in quibus collaterales succedunt in feudo nouo. Primò, si
pactum speciale super hoc intercesit. Secundò, si feudû
fuerit acquisitum communi nomine transuersalium. Ter-
tiò, si fuerit acquisitum sciente domino de bonis commu-
nibus eorum. Quartò, si fuerit acquisitum tempore quo
res erat in hoste, ut hæc omnia habentur in cap. fi. de no.
benefi. inuesti. & in d. c. 1. de benefi. fra. Concludendo er-
go præmissa circa ordinem succedendi in feudo, dic quòd
si moritur uasallus succedunt sibi filij eius æqualiter, & cæ-
teri descendentes masculi secûdùm ordinem debitum gra
dus cuiusque, nec posset uasallus ordinem succedendi in-
fringere, quod est not. ut habetur in d. c. 1. in princi. de suc
g cess. feud. Ex quo infertur, quòd non possit pater [g] in eius
testamento assignare feudum in totum vni filiorum, nisi
cæteri filij consentiant secundùm Bald. ut per eum not. in
cap. imperialem. in princip. de prohib. feud. alie. quia lex
feudorum æqualiter eos admittit, ut in cap. primo, uersi.
sed cum hoc iure. qui feu. da. pos. Est enim hic fauor filio-
rum, & domini, ut plures habeant vasallos, cui fauori non
licet testatori derogare. arg. in l. scire debetis. C. vt in pos.
leg. cum sim. nec tamen, si contra fiat per testatorem, feu-
dum reuertitur ad dominum secundùm eum, sed ad filios
11 æqualiter pertinet. † An autem alij fratres tenebuntur
ad æstimationem? videtur quòd sic per no. in l. cum alie-
nam. C. de lega. Et prædicta procedunt, quando omnes
12 filij sunt habiles ad feudum. † Quid autem si testator de-
cessit duobus superstitibus filijs, quorum vnus est habilis,
alter non, an poterit pater totum feudum assignare habi-
li? dic q aut filius inutilis ad seruiendum, est inhabilis ad
succedendum & tunc tenet assignatio: aut est habilis ad
succedendû, licèt sit inutilis ad seruiendum, & tunc nô te-
net assignatio paterna, ut in cap. 1. an mutus, uel aliter im-
perfect. in c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib.
13 feud. alie. per Frider. & ibi per Iacob. de Belui. † Deinde
sciendum est, q si alter ex filijs præmortuus sit relictis li-
beris, filij eius succedunt æqualiter cum patruis suis, ut ha-
betur in cap. 1. de success. in feud. & in c. 1. §. 1. de gra. suc-
cess. in feud. & in hoc concordat cum iure romano. ut auth.
cessante. C. de suis & legit. hæred. & in authen. de hæred.
14 ab intestat. §. cum filius. † Sed quid dicemus, si uasallus de-

cesserit superstitibus sibi quatuor filijs, & vno nepote ad quem nepotem postea ex diuisione perueniat ipsum feudum, qui nepos decessit superstitibus quatuor filijs ad quorum unum ipsum feudum adhuc peruenit, qui sine liberis decessit, quæritur ad quem ipsum feudum pertinebit? dic quod ad illos priores qui sunt eiusdem lineæ, cuius fuerat ille ad quẽ primo loco ex diuisione peruenerat, ut in d. c. 1. de natu success. feud. In successione autem ascenden-
15 tium, & descendentium dic, ut proxime dixi. † Sed pone, quòd aliqua ex causa feudum redit ad dominum, de quibus causis plenius infra subijciam, & uasallus reperitur multas expensas fecisse in re utiles & necessarias, quęsitum est à pluribus, an hæ sint hæredibus vasalli restituendæ? Super quo secundùm Bart. sic distingue, aut feudum reuertitur ad dominum sui culpa, uel delicto uasalli. Primo casu, ut quia decessit sine filijs masculis, & tunc est in electione domini uel illas restituere hæredi uasalli, uel pati illas abradi, ut in cap. domino guerram. §. si uasallus, in ti. hic finitur lex, incipit consuet. Secundo autem casu quando reuertitur ad dominum propter delictum uasalli, nulla tunc fiet restitutio, nec abrasio, sed cedunt lucro do-
16 mini. argu. l. 2. C. de iure emphy. † Sed quid dicemus de fructibus rei feudalis, quando uasallus decessit sine filio masculo? Respondeo, quòd aut vasallus decessit post Kal. Martij, & ante Kal. August. & tunc pertinent omnes ad hæredes vasalli, aut decessit ante Kal. Martij, & tũc pertinent ad dominum, ut hæc omnia habentur in d. c. domino guerram. §. his consequenter. licèt de iure romano in fructibus in dote fiat alia diuisio. ut in l. de diuisione. & l. fructibus, & l. diuo. tio. ff. sol. matr. Et alia in legatis annuis, ut l. in singulos. ff. de ann. leg. Et alia in vsufructu. l. de-
17 functa. ff. de usuf. † Vidimus ergo casus duos, quibus feudum reuertitur ad dominum, & uasallus & hæres eius feudo priuantur. Sed quoniam alij sunt plures casus, & cau-
* sæ quibus uasallus feudo priuatur. * Iccirco generalius
h de singulis pertingamus quæ sunt h num. 30. uel circa, ut in feudorum lib. reperiuntur esse descriptæ. Prima igitur causa propter quam vasallus feudo priuatur, est, si dominus conuocato exercitu suorum vasallo um existente domino in prælio aliquis ex uasallis ipsum dominum viuum, vel ad mortem vulneratum deseruit. vt in c. 1. in princip. quib. mod. feu. amit. ver. item qui dominum. cum sim. cuius ratio est, quia deserendo dominum. facit contra iuram fidelitatis, quo iurauit dñm tutum, & incolumen. adiuuare ubi autem dominus in prælio mortuus esset, aut ipse vasallus vulneratus sit ita, quòd factus esset inutilis domino auxilium præstare, tunc excusatus esset, ut ibi nota. per gloss. Secunda causa, si vasallus assalie it dominum, aut castrum, vel locum in quo dominus residebat; aut per violentiam in ipsum locum scienter ingressus est, ut in dicto cap. primo. §. similiter. quib. mod. feud. amit. & d. c. 2. de feu. da. mil. vas. & d. c. 1. §. porrò. in tit. quæ fuit prima causa bene amit. etiam si castrum, uel locus fuerit alterius, ut ibi nos. & hoc ratione de qua supra. Tertia causa, si uasallus parricidium commiserit, ut in d. c. 1. §. denique. uers. si uero. in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. & in tit. quib. mo. feu. amit. c. primo uers. item si fratrem. Quarta causa est, si vasallus dormierit cum uxore domini, aut dormire attentauerit, uel aliter eam turpiter tetigerit; puta maxillas, uel mamillas, ut in d. c. 1. §. 1. in ti. qui. mo. feu. amit. & d. c. 2. de feu. da. mil. uas. cuius ratio est, quia facit contra iuramentũ fidelitatis, quo iurauit honestu &c. Non idem ergo putarem in concubina domini, quia cum lex solùm de uxore loquatur, & sit pœnalis, non extendam illam ad concubinas. ar. l. si uerò. §. de viro. ff. sol. mat. cum sim. licet obstare videatur l. item legato. §. parui autem. ff. de legat. 3. & in auth. vt cum de appel. cogno. § 3. Quinta causa est, si uasallus concubuerit cum filia, uel nepte ex filio, aut nuru, uel cum sorore domini sui tunc moram faciente cum eo, vt d. c. 1. in tit. quibus mod. feud. amit. & in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. c. 1. §. rursus. & hoc ratione de qua supra. Sexta causa est, si uasallus feudũ alienet in extraneum domino irrequisito, & ignorante, siue fiat alienatio inter uiuos, siue in ultima voluntate, uel aliter quouis modo; immo & factæ alienationes in præteritum reuocatę, & annullatæ sunt hodie iure nouissimo per Frid. ut habetur in c. 1. in princip. de prohi. feu. alie. per Lotha. licet iure antiquo aliter distinguatur. ut in cap. 1. de feu. alie. & in tit. qualiter olim feu. po. alie. c. 1. & in tit. qui. mo. feu. amit. §. rursus. cũ si. & in tantum hodie restricta est potestas alienandi, ut ẽt non posset feudum pignorari. ut in d. c. 1. de prohi. feu. alie. per Frid. & in c. in generali. in ti. si de feu. defun. fue. con-
J tro. immo J nec in dotem dari, nec pro anima iudicari, ut
18 in c. 1 §. donare. qualiter olim feu. po. alie. † Sed an debetur æstimatio eo casu, quo rem feudalem legauerit? videtur quòd sic, per ea quæ habentur in l. cum alienam. C. de lega. In contrarium determinat Bald. in d. §. donare. ar. in l. vxor patrui. C. de leg. cum sim. ibi not. Et de prædictis uide infra uer. deinde quæritur. & si uasallus fortasse de facto inter uiuos alienauerit per vẽditionem, tenebitur emptori ignoranti feudum esse, non autem scienti ad interesse, & precium restituere, ut in c. si vasallus. in ti. si de feu.
19 fue. cont. † Sed an possit uasallus k ipsi feudo seruitutem
K rusticam, uel urbanam imponere? uidetur quòd non; quia si non potest ius pignoris constituere, ut dictum est, ergo nec ius seruitutis. Tu autem dic quòd sic, durante feudo in ipso uasallo; ubi autem rediret ad dominum, seruitus extinguitur ut habetur in tit. de inuest. de re. alie. fa. c. 1. §. quid ergo. sicut in simili extinguitur seruitus per hæredẽ imposita fundo legato sub cõditione, nam in euentum conditionis facta ipsa re legatarij seruitus extinguitur, ut ha-
20 betur in l. si fundum. ff. de condi. & demon. † Sed an ua-
* sallus possit de feudo compromittere, aut transigere, * uel pacisci? dic quòd sic, in sui præiudicium. ut habetur in ca. 1. §. 1. in tit. de leg. Corra. & no. Spe. in tit. de arbi. §. restat uidere. ue. si. sed nunquid uasallus. ad quod facit c. cum tempore extra de arbi. & extra quod me. causa. in c. cum dile-
21 ctus, cum similibus. † Vlterius quid econuerso ad præ-
* cedentia, an dominus * possit feudum alienare l sine vo-
l luntate uasalli? dic quòd non, * secundùm generalem con
* suetudinem * approbatam, licèt Mediolani aliter distin-
* guatur, ut traditur in c. 1. §. ex eadem lege. in titu. de leg. Corra. & in c. 1. §. præterea ducatus. in fin. in titu. de prohi. feu. alie. per Frid. per quod patet, quòd contrariorum est eadem disciplina, ut d. §. ex contrario. & §. illud. Insti. pro soc. & ex hoc colligitur differentia inter dominum rei emphyteuticæ, qui potest eius dominium inuito emphyteuta alienare. ut no. in l. 2. C. de iure emph. Quid autem dicemus, si dominus feudi alienet sine consensu uasalli, an priuetur proprietate sua? uidetur quòd sic per rationem proximam, ut in c. unico qualiter dominus proprie. feu. priue. In contrarium determinat Bal. in c. 2. quo tempore mi. inuesti. pe. de. & sic non erit isto casu eadem contrariorum ratio. Idem est in domino rei emphyteuticæ, qui directũ dominium alienando non cadit à proprietate sua, licèt se-
22 cus econtra in d. l. 2. C. de iure emphy. † Et no. quòd licèt uasallus prohibeatur feudũ alienare extraneo, ut dictum est supra, sine uoluntate domini, permissa tamen est talis alienatio in consortem, siue in eius agnatum ad quem feudum peruenturum foret, quasi sit potius quędam refutatio quàm propria alienatio, & habetur in c. 1. uer. & licet. in ti.
m de alie. feu. pa. cum si. quod est ualde not. m † Circa autem
23 præmissa occurrit dubitatio magna, quam uidi de facto, pone quòd uasallus n habet plures agnatos eiusdem gradus uel diuersi, nunquid possit in quem sibi placuerit eligere, feudum alienare? Circa quam quæstionem sic breuiter distingue. Aliquando is, in quem facta est alienatio, est cæteris agnatis solus alienanti proximior, & tunc tenet alienatio, nec potest per alios reuocari, quia facta est in illum, in quem spes erat feudum per successionem

per

peruenturum, ut probatur in cap.primo, de alie.feu.pa.
& in c.Titius.in ti.si de feu.defun.fue.contro.aut est in eo-
dem gradu cum pluribus alijs, & hæc est difficultas, & ui-
di do.Bart.de Salyc.dare super hoc consilia contraria, di-
cens in secũdo se male cõsuluisse in primo, & finaliter pro
ueritate concludenda dixit, quòd si plures erant in eodem
gradu, poterat uasallus uni soli feudum ex eis alienare cæ
o teris inuitis, o nec locus erit reuocationi. & pro hac sen-
tentia inducebat tex.in c.generali. de alie. feu. coniuncta
glo.sua.in prin. Amplius etiam, quia cum alienatio sit per
missa inter agnatos, ut dictum est, & habetur in d.ca. 1. de
alie.feu.pa.& ille sit unus inter agnatos; ergo satisfactum
est legi. sicut in simili dicitur de eo qui est receptus inter
reos.ut l.si maritus.§.præscriptione.ff.de adul. ad idem fa-
ciunt simul iniunctæ.l.quoties.C.de fide.l.pater.§. quinde
cim.ff.de leg. 3.& l.uoluntas.cum ibi not. C. de fideicom.
* Item quia refutatio feudi * potest fieri uni soli ex agnatis,
ut d.c.2.in fi.de alie.feu.pa.ergo & alienatio. Item quia in
teresse circa rem prohibitam alienari nõ attenditur, quan
do in unam ex personis permissis fit alienatio, ut in d.§.
quindecim. & d.l.uoluntas. ergo &c. Item quia cessat ra-
tio prohibitionis, quæ fuit, ne agnati habendo extraneum
pro consorte, ad odium & ad rixam incitarentur, ergo &c.
ut in l.adigere.§.quamuis. ff.de iur pat. Item prohibitus
alienare in ultima voluntate nisi certis personis, potest
vnam ex eis eligere, ergo sic erit alienando inter uiuos, ut
ff.de le.1.l.filius fa.§.diui.ff.ad l.fal.l.pater filium.ff.de leg.
2.l.unum ex familia.§.si duos.coniuncta.l.peto.§.fratre. &
l.cùm pater.§.cum inter.probatur hæc decisio per glo. in
c.1.uersi.sed & res, in titu.per quos fiat inuesti.in prin.ma-
gnæ glo.uer.potest ergo, quam opi.sequuntur Docto.Sed
in oppositum faciunt multa non minoris auctoritatis ar-
gumenta. Primò videtur quòd talis alienatio non teneat in
præiudicium cæterorum eiusdem gradus agnatorum, per
tex.in d.c.1.de alie. fe. pa. vbi patet quòd si fiat alienatio
agnatis non consentientibus non ualet, ergo quia plurali-
ter loquitur text. plurium exigitur consensus. Item loqui-
tur ibi text.indefinitè, cum dicit § agnatis consentientibus§
ergo vniuersaliter debet intelligi de pluribus. l. si pluri-
bus.de le secundo. Item quia spes successionis ipsius feu-
di erat æqualiter in omnibus, ergo omnes consentire de-
bent per d.c.1.Item quia de præiudicio omnium tractatur,
ergo omnium consensus requiritur.ut l.fin C.de auth.præ
stan.cum si.Item quia, ubi ius pluribus competit, potior
est causa prohibentium quàm volentium.l Sabinus. ff.cõ-
muni diui.& l.parietis.ff.de ser. urba. præ. ergo &c. Item
quia in eis locum habet ratio prohibitionis, quę est, ne pri
uetur iure feudi; ergo &c. Item quia alienatio ita facta in
vnum, habet uim refutationis, ut dictum est; sed ad partẽ
refutatam omnes pariter sunt admittendi, ut l.1.C.quando
non pet.par.ergo &c. Item quia si plures sint alienare pro
hibiti, & omnes vno excepto alienent, ille qui solus non
consenserit totum reuocabit, ut ff.de le.2.l.cum pater.§.li-
bertis.ergo &c.Item quia si aliquis pluribus tenetur bona
sua relinquere, non potest illa in unum solum transferre,
vt in auth.nouissima.C.de inoffi.test.& in auth. vnde si pa
rens, ergo &c. Item quia, etsi tempore mortis posset unus
ex eis eligi in tali alienatione, tamen in uita non poterit,
per text.in l.cum pater.§.filia.ff.de leg.2.ergo &c. Alij di-
stinguunt, aut feudum est seculare, & tũc habet locum præ
dicta disputatio: aut est ecclesiasticum, & tunc non habet
locum, & non poterit fieri alienatio in agnatum, uel aliũ
sine consensu episcopi, uel prælati.ut no.per Iac.de Bel. in
c.1.in ti.qui.feu.da.pos. in prin. optimè ad prædicta facit
c.fina.cum ibi no.extra de feu. Aut ille, in quem facta est
alienatio, est præ cæteris remotior in gradu, & tunc non
tenet alienatio.de quo plenè not.per Bald. in ca.1.de feu.
24 alie. † Deinde & aliud est notandum, quòd licet permissa
sit in extraneos alienatio fieri interueniente domini uo-
* luntate, attamen alienatio poterit reuocari * per agnatos
eius qui alienationi consensum non præstiterunt, si feudũ
erat paternum & antiquum; sicque solus consensus domi-
ni nõ nocet agnatis, sed ipsi vasallo tñ donec vixerit, quo
defuncto reuocabit per agnatos, qđ est semper menti tenen
dũ, ut tradit in c.1.in prin. in tit de alienatio feud.pr.in c.1.
in fi.in ti.qualiter olim feu.alie.& po.& in ca 1.§.sed & res.
in ti.per quos fiat inuestit. Et idẽ dicendũ, vt plerunq; uidi, si
plures fuerunt uasalli eiusdẽ castri, & unus ex eis sine volũ-
tate consortuũ suam partẽ remiserit, seu refutauit dño suo,
nam mortuo ipso uasallo poterunt consortes petere par-
tem refutatam ut no.d.c.1.de alie.feu.pa. Cuius ratio est,
quia feudum antiquum domini, & paternum est debitum
agnatis prouisione antiqui domini, & acquisitione anti-
quorum parentum, sicque non est sine eius facto sibi aufe-
rendum.argu.l.si arrogator.ff.de adop.& nota. per Iacob.
de Bel.c.1.in ti.an agna uel filius defun.repe.hær. Aliquan
do tamen ipse vasallus excusatur ne alienato feudo priue
tur, uidelicet si ignorauit esse feudum, & credidit fore allo
dium.ut in c.si uasallus feudum. in tit.si de feu.fue. contro.
& in tit.de contro.inter do. & emp. super qua ignorantia
standum erit secundùm aliquos sacramento ipsius vasalli,
arg. in c.1.præal.de contro.inter do.& emp. Septima causa
est, si uasallus manifesta uerit secretum, seu credentiam do
mini in ipsius læsionem.ut in c.si capitanei. in tit. de feu.
da.mi.vas.& in c.1.de for.fide.& 22.q.2.c. de forma, cum
sim.in quo multi errant, quia modici reperiuntur bene se-
creta tenere. Et ex hoc & multis alijs dici potest, quòd ua
salli sunt in magno periculo, & seruitute constituti: nec
possunt dicere, quòd aliqualiter de statu suo sint securi,
stantibus tot causis quibus feudo possunt priuari; sicque
continuus timor non sinit eos esse felices: optima ergo, &
beata est illorum uita, qui possident castra in Lombardia,
quæ nullo feudo sunt subiecta. Octaua causa est generalis,
quandocunque uasallus facit contra id, quod in fidelitate
promisit.ut in c.1.de feu.sine cul.non amit. Nona est specia
lis causa, si uasallus est contumax, & inobediens seruire do
mino suo prout conuenerunt, uel prout pares curiæ fieri
laudauerant, ut in c.1.de feu.siue cul.non amit. Decima est,
si uasallus, uel hæres eius steterit per annum, & diem post
p mortem domini negligens petere renouationem p in-
uestituræ à domino, uel eius hærede, ut in cap. primo, in
princip.de cap. Corra.cum simi. supra not. & hoc si fuerit
maior.14. annis.nam minor excusatur, ut habetur in cap.
1.§.præterea si quis, in ti.de proh.feu.alien. per Frid. & in
cap.primo, quo tempore mi.inuest.pe.de.& in c. si minori.
si de feu.fue contro.hoc autem tempus intelligas cedere à
die scientiæ, hoc est, quo sciuit dominum defunctum, nam
ignorantia non ascriberetur culpæ. arg.l.secundæ, in prin-
cip.ff.quis ord.in bo.po.ser. & est text. not. in cap. primo,
uersic.porrò. ibi § ex quo sciuerit &c.§ in tit.qualiter olim
feu.alie.po.& determinatur per gloss. in capit.primo, quo
temp.mil.inue.pe.de.immo secundùm aliquos non cedit
nisi adita hæreditate; sicut etiam dicitur in querela inoffi-
ciosi testamenti, ut l.sancimus.§.sed illud. C. de inoffi. te-
28 stam. † Quid autem dices, si uasallus in hoc fuerit ne-
* gligens, quia non petit infra annum inuestiri, * & eo
q transacto hæres domini acceptauit solita seruitia q à ua-
sallo, nunquid poterit uasallum feudo priuare? dic quòd
non, arg. l. post diem. ff. de leg. commis. sicut dicitur
domino recipiente canonem, postquam res cecidit in
commissum. ut determinat gloss.in l. secunda, C. de iure
emphy.ad quod facit l. pen. & fin. ff. de eo quod cer. lo.
& in l. aduersarius. C. de vsufru. l. secunda, §. fi. & l. di-
uus. ff. ad sylla. & l. Celsus. de arb. Vndecima causa est,
quia feudum uasallus amittit per spontaneam eius repu-
diationem, & resignationem in manus domini sui, quam
facere potest etiam ipso domino inuito & contradicen-
te, ut in cap.primo, §.rursus.in ti.quib.mod.feu.alien.po.
& in cap.primo, in fin.& d.§.porrò.& in ca.1.in fin.de uas.
qui contra consti. Lotha. feud. alien. quod est. not. & sin-

gulare. Differunt etiam in hoc à contractu emphyteusis & locationis, ut in l. uiam ueritatis, C. de loca. coniuncta l. sicut. C. de ac. & obl. quæ tamen repudiatio solum nocet ipsi uasallo, non autem suis agnatis, ut supra dixi. Et aduerte quòd hæc causa differt à præcedentibus & sequentibus, quæ loquuntur quando uasallus feudo priuatur, contra uel præter eius uoluntatē, sed hæc causa procedit cùm priuatur sua spontanea uoluntate. Duodecima est, si dominus offerat, & pollicetur uasallo inuestituram facere, & citatus tribus vicibus, uel monitus ab ipso domino renuit acceptare, postquam iterum per curiam tribus alijs vicib. citatus venire contempserit. ut in cap. 1. §. est & alia. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. Tertiadecima causa est, si uasallus sciens contra dominum fieri, uel tractari aliquā machinationem vel læsionem, non certiorauerit, cùm potuit dominum suum. ut dicto proxi. ca. §. præterea. & sic patet, quòd imputatur culpa ei qui non denunciauit cùm potuit, sicut & alibi in l. si fideiuss. in §. 1. ff. man. & in Auth. ut lic. ma. & aui. §. si quilibet. & §. ambo. Quartadecima est, si uasallus impias manus intulit in dominū suum. ut in d. c. 1. §. porrò. in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. ar. l. fi. de reuo. do. & in Auth. ut li. de cæte. §. 2. & in auth. de nup. §. sinautem. & §. rursus. Quintadecima causa est generalior, quotiescunque vasallus graues & inhonestas iniurias ipsi domino intulerit. ut d. §. porrò. Sextadecima causa est, si in morte domini insidiatus fuerit, aut in eius bonis magnam læsionem intulerit. ut not. in d. §. porrò. Decimaseptima causa est, si uasallus recusauerit domino suo iustitiam ministrare cum possit, siue de eodem feudo, siue de alio sit quæstio, secundùm aliquos. ut not. in d. §. porrò. Decimaoctaua causa est, si uasallus fuerit delator, seu accusator domini sui, propter quod passus est graue sui patrimonij dispendium. ut in d. §. porrò. uer. sed & qui delator, arg. ad hoc in auth. ut cum de appe. cog. §. 3. & in l. 1. §. cum patronus. ff. de of. præ. urb. Decimanona causa est, si uasallus potuit dominum liberare à morte, uel à carceribus, & id recusauit facere. ut in d. uersi. sed & qui delator. non tamen tenetur uasallus liberare dominum ne incurrat periurium, nec ab aliquo uoto si quod fecisset, ut habetur in c. licitè, in fi. in tit. si de feu. fue. contro. & in c. si à morte. de alie. feu. pa. Vigesima causa est, si uasallus lite contra eum mota negauerit expresse, & ex certa scientia feudum, uel eius qualitatem & conditionem, nam de eo mendacio conuictus priuatur feudo, licèt non sic esset in re alia non feudali. ut in tit. si feu. defun. fue. contro. in c. uasallus. & in ti. de le. Corr. §. si vitæ domini. & sic patet quòd mendaciū * aliquando punitur, sicut & aliàs, ut l. fin. ff. de rei vend. & ibi no. ff. de tributo. l. illud. §. sed si negauerit. & C. de non nu. pe. auth. contra qui propriam. & C. ad leg. aquil. l. contra negantem. & C. qui po. in pig. ha. l. Item possessor. & ff. si quad. pa. fe. di. l. 1. §. interdum. Vigesimaprima causa, si uasallus dominum accusauerit, uel contra eum sponte testimonium dixerit, secus si de necessitate, ut no. in c. sacramentum. §. si mulier. in tit. de consue. rec. feu. facit l. eum qui maior. §. is. ff. de bo. li. cum sim. not. per glo. in d. §. similiter. Vigesimasecunda causa est, si uasallus tale delictum commiserit, propter quod in curia amplius stare non possit. ut in c. 1. in tit. an ille qui interfecit fra. do. sui. & sic patet quòd uasallus bannitus à domino suo priuatur feudo. in c. 1. in tit. hic finitur lex, deinde incipit consue. licèt autem priuetur uasallus occidendo fratrē proprium ut ibi, nō tn̄ priuatur occidendo fratrem dn̄i sui, qđ est mirabile. vt hr̄ in d. c. 1. Vigesimatertia cā est, si dn̄s uadit cū Imperatore ad suscipiendum coronam, & uocauerit uasallum, ut eum sequatur, & ille cum eo ire recusauit, uel in loco suo alium idoneum non miserit, nec medietatem fructuum ipsius feudi & illius anni contulerit pro expensis dn̄o suo, nā ad aliud de istis tribus uasallus tenetur, aliàs feudo priuat, ut hr̄ in c. imperialem, in §. firmiter, in tit. de proh. feud. ali. per Frid. & in c. 1. §. fi. de pa. iur. fir. & in tit. de capit. Corra. c. 1. similiter. Vigesimaquarta est, si filius uasalli dominū offenderit, & uasallus pro satisfactione iniuriæ a domino requisitus filium exhibere recusauerit, aut à se filium non repulerit: nam tunc feudo priuatur, & ad dominum reuertitur, & idem in alijs domesticis uasalli delinquentibus contra dominum, & est per omnia intelligendum, ut habetur in d. c. 1. §. item si filijs, in tit. de prohi. feu. alie. per Fri. quod secundùm aliquos procedit in omni alio delicto. Alij autem dicunt, q hoc solum procedit, quando est tale delictum, quod si à uasallo fuisset commissum feudo priuaretur, & aliter non, & hæc opi. forte uerior est, ne plus grauetur uasallus ex delicto alterius quàm ex suo proprio, ut in regula, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. ff. de regu. iu. Vigesimaquinta causa est, si uasallus uasalli eiusdem feudi priorem dominum offenderit iniuste, secus autem si anteriori domino auxilium præstando, ut in c. 1. §. illud quoq. uers. de prohi. feu. alie. Vigesimasexta causa est, si uasallus mutus, uel cœcus effectus est, ubi sic distingue, aut feudum nouum est, & tunc feudum amittitur, & ad proximiorem, uel dominum redit, siue sit cœcus, uel mutus ex natura, uel ex accidenti. Aut feudum est antiquum & paternum, & subdistinguitur secūdùm aliquos. Aut habet unde alimenta percipiat aliter quā m ex feudo, & tunc illud perdit. Aut non habet aliunde sufficiens ad eius alimenta, & tunc retinebit illud, ut hæc habentur in ca. 1. in tit. an mutus, uel aliter imperfectus. & in c. 1. in tit. episcopū uel abba. §. mutus. licet aliqui habeant hunc §. mutus. in tit. qui. mo. feu. amit. in c. mutus, ubi uide. Vigesimaseptima causa est, si uasallus efficiatur clericus uel monachus, aut aliter religiosus, ut in c. 1. in tit. de mili. uas. qui arma bel. depo. & in tit. si de feu. defun. fue. cōtro. c. qui clericus, & in d. c. 1. in fi. in tit. an mutus, uel aliter imperfectus: & intellige hoc uerum in clerico sacerdote, uel in sacris ordinibus constituto, non autem in simplici tonsura, secundùm Bal. & Io. Fab. in d. c. qui clericus, & in tantum priuatur, quòd si postea desierit esse clericus, uel religiosus, non recuperaret feudum, ut in c. 1. §. ex hoc, in tit. de bene. fœmi. Vigesimaoctaua causa est multùm generalis sub se multas causas comprehendens, uidelicet ubicunque uasallus committit tale quid contra dominum quod commissum contra patrem esset sufficiens ad exhæredandum. Idemque si committit tale delictum, propter quod solet donatio reuocari, uel uxori repudium mitti, ut hæc habentur in c. 1. §. prędictis modis, in tit. quæ fit prima causa bene fi. amitt. quæ tamen omnia discretioni iudicis committuntur, consideratis omnibus circunstantijs, quæ sit causa maior, uel minor his quæ in materia feudorum sunt expressa, ut ibi. Patet ergo ex præmissis, quanta sit seruitus uasallum esse, maxime magnorum principum, quibus licet de facili quæstiones mouere, & in eis obtinere. Vigesimanona * causa est, quando uasallus enormiter tractat * subditos feudi c. 1. §. quicunque. de pa. tenen. & eius uiolatoribus, quod multùm nota contra istos feudatarios Imperij & Regum qui subditos pessimè tractant, sic etiam & emphyteuta, si rem emphyteuticariam deteriorat enormiter, priuatur ipso iure, ut in auth. de alie. & emphy. §. si uerò quis. cū sim. 26 not. super for. li. emphyt. u. contractus. † Restat nunc non nulla circa præmissorum intelligentiam annotare, unde quæritur uasallo committente aliquam ex prædictis causis quas omnes difficile erit effugere posse, an priuatus erit ipse vasallus feudo ipso iure, an priuandus sit per sententiā? & breuiter dic, quòd priuandus est per sententiam, sicque fiet processus debito modo contra eum, & probandum erit de delicto uel culpa commissa, ut habetur in capit. primo, in tit. de feu. sine culpa non amit. & in cap. sancimus, in princ. in tit. quo tempore mil. inuesti. pe. de. & in cap. primo, in princip. titu. de natu. feu. à qua sententia potest appellari ad Imperatorem, & alium iudicantem superiorem, coram quo debet appellans se præsentare infra sex heb domadas, & postea habet annum ad prosequendum,

quendum, ut habetur in d.capit. sancimus. & ibi nota.

* Quid autem dices, si delicto commisso * per vasallum, propter quod priuandus est feudo, ipse dominus tacuit dum vixit, nec contra eum processit, an hæres domini poterit contra ipsum vasallum causam excitare? dic quòd non, ut supra dixi.& no.per gloss.in ca.1.§.insuper. in tit.de prohi. feu.aliena.per Frid.argu.ad hoc in l. omnimodo. C.de inoffi.test.& ibi not.per glo.& de re.do.l.fina.& ibi per Cya.

27 † Item quæritur priuato vasallo feudo suo, cui applicetur? * an suo * domino, uel proximioribus agnatis? Aduerte quia hæc quæstio est ualde no. & breuiter sic concludendo in ea distingue. Aut uasallus peccat delinquendo, aut in * extraneum alienando, aut debito tempore * inuestituram non petendo. Primo casu. aut peccauit in dominum, & tunc redit ad ipsum solum in præmium suæ iniuriæ, filijs,& agnatis uasalli penitus exclusis, ut in d. c. 1. §. deniq; sæpe. in ti.quæ fuit prima causa benefi.amit.& in c.1.in tit. an ille qui interfe. fra. do. sui. siue feudum fuerit paternum & antiquum, siue nouum, ut ibi not.per glo.& Iac. de Bel. ad quod facit etiam quod not. in ca.si vasallus in tit. si de feu. fue.contro. quod sic debet intelligi, & in c.1.si uasallus feu. priue. cum sim. Aut peccauit in extraneum, & tunc defertur eius agnatis, filijs ipsius uasalli primi gradus exclusis.ut in d.§.denique, secundo responso, & in d.c.si uasallus. cum sim.alle. supra. Verú quod dixi, qñ delinquit in dñm, q feudũ redit ad ipsũ liberè, dét intelligi in vasallo laico,

28 † in clerico autem vasallo, puta episcopo, uel abbate, dic q quamuis redeat ad dominum, tamen non retinebit illud, nisi durante vita ipsius clerici delinquentis, quo defuncto redibit ipsum feudum ad ecclesiam, quia delictum prælati non debet in damnum ecclesiæ redundare, ut habetur in c.1.in fi.de capit.Corra. Secundo casu principali, cùm vasallus peccauit alienando in extraneum, tunc olim distinguebatur, an totum uel partem alienaret, & an titulo uenditionis uel ad liuellum, ut plenè dicitur, & disputatur per glo.in c.1.§.1.in titu.de suc.feu.& in c.1.§.item si fuerit. in ti.quibus mo.feu.amitt.& in c.1.§.si clientulus. in ti.de alie. feu. Sed iure Lotharij, quo omnis alienatio fuit distinctè prohibita, feudum paternum defertur cæteris agnatis uasalli, eius filijs ac domino exclusis; qui agnati filijs prædictis exclusis, statim possunt feudum alienatum reuocare, & vendicare ab emptore, iuxta ea quæ nota.in c.1.§.porrò.in titu.qualiter olim feu.po.alie.in tit.per quos fiat inuesti. c. 1.§.sed & res, & melius in cap.Titius.si de feu.fue. contro. ubi autem agnati non superessent, tunc redit ut prædixi ad dominum, ut in c. fi. quæ fuit prima causa benefi. amit. quæ distinctio locũ habet secundùm iura prædicta Lotha. lata ante constitutionem Fride. Imperatoris. Sed hodie secundùm aliquos, quorum opi.sequitur Pe.& Bal. per ca. ex parte, extra de feu. per constitutionem Fride. indistinctè, ac liberè redit ad dominum omnibus filijs, & agnatis exclusis, ut in c.Imperialem.§.callidis, in fi.de prohi.feu.ali. per Fride.& ita etiam secundum hæc iura nouissima potest intelligi d.c.1.§.fi.quæ fuit prima causa benefi.amit.& in ca.1. si inter dominum & emphy. & in hoc assimilatur * rei emphyteuticæ alienatæ * domino irrequisito, quæ redit ad dominum, ut in l.fi.C.de iure emphy.vel forte melius, dic q agnati hodie domino præferuntur, ut olim secundũ no.per glo.& Iac.de Bel. in tit.de suc. feu. ne culpa unius alijs sit damnosa. Et in hoc differt à re emphyteutica alienata, quæ omnibus exclusis reuertitur ad dominum, ut l. fi.C.de iur.emphy. Tertio casu potest distingui, ut in pro * ximo casu, vel dic quòd redit ad solum dominum * per tex. in d.c.1.§.præterea si quis.de prohi. feu.alie.per Frid.

28 † Sed pone quòd occasione prædictorum super ipso feudo oritur inter uasallum & dominum contentio, quis erit auditor, & iudex competens ipsius quæstionis? distingue secundum eundem Iacob.ut per eum no. in c. 1.in titu.de inuesti.in ma.fac.& ibi per Bal. aut est contentio inuicem inter plures maiores uasallos, qui proprie capitanei appellantur, ut sunt Duces, Marchiones, & Comites, & tunc inter eos est iudex, & auditor Imperator, ut in ti.apud quem vel quos contro.fue.fi.de. & in ti.de le.Cor.in c. 1.in prin. Aut est controuersia inter alios inferiores vasallos, & tunc aut constat ambos contendentes esse uasallos eiusdem domini, quia dominus & ipsi sic esse fatentur, sed quæstio solùm est circa aliquam partem feudi, uel circũstantias eius, & tunc dominus eorum est iudex competens, ut in ca. 1.§. præterea, in tit. de prohi. feu.alie. per Fride. Aut constat unum solum ex his esse uasallum de aliquo alio feudo super quo non est quæstio, & solùm est quæstio de alio feudo, & tunc pares curiæ sunt iudices competentes, ut in ca. 1.secundo responso. Apud quem uel quos contro. feu. * diff.& in tit. de le.Cor.c.1. Aut est dubium quis eorum sit uasallus, & tunc aut ambo prætendunt unum & eundẽ inuestitorem & dominum, aut prætendunt diuersos inuestitores, seu dominos. Primo casu subdistinguitur, aut uterque litigantium allegat hoc feudum esse suum proprium & nouum, & tunc erit iudex competens ordinarius, * uel arbiter, ut d.c.primo, §.primo, de le.Cor. Aut uterq; dicit esse antiquum, & tunc dominus feudi iudex competens erit, ut in cap.primo, in titu.de inuesti.in ma. fac. Aut unus dicit feudum esse antiquum, alius uerò dicit esse nouum & proprium, & tunc de iure antiquo non dominus, sed iudex ordinarius, uel arbiter erit iudex competens, ut in d.cap.primo, in princ.de inue. in ma. fac. hodie autem de iure nouo cognoscent de causa pares curiæ, ut in tit.an ap.iu.uel curiam.c.primo. Secundo casu principali, cùm prætendunt diuersos inuestitores, tunc iudex ordinarius, uel arbiter de eorum causa cognoscet.ut d.cap. 1.in princ. de le.Cor.ubi autem esset controuersia inter uasallum, & alium quem constat non esse uasallum, & tunc iudex ordinarius de causa cognoscet, ut in cap.primo, in titu.de contro inter uasal.& dominum. Si uerò controuersia esset inter uasallum & dominũ, & tunc pares curiæ * cognoscunt, ut in titu.de contro.feu.ap.par.ter. c.1. §.fin. de prohi feu. alie. per Frid. de quibus omnibus & alijs pluribus, uide not.per Inno.in c.cæterum, extra de iu.& in c.ex transmissa, de fo.competen.prædicta autem procedunt quando est

29 controuersia super petitorio. † Quid ergo si fuerit controuersia super solo possessorio feudi, an dominus est iudex? dicit Bald.quòd non.in d.c.1.de inuesti.in ma. fa.alleg. glo.Bal. in d.c.cæterum. Et subdit, quòd si dominus spoliauerit vasallum, quòd causa ista erit tractanda coram iudice ordinario, sed ad quem appellandum sit pro senten

30 tia lata super feudo, no.per Inno.in d.c.cæterum. † Quærendum superest, an in huiusmodi feudalib. causis sit libellus offerendus, & dicendum est quod sic, per regulam generalem in auth.offeratur. C.de lit.contest.sed non iuratur per dominium de calum. quando est quæstio inter dominum & uasallum, ut in cap. sacramentum. §. quibus.titu.de

31 de consue.re.feu. † Sed pone quòd super re data in feudum est contentio inter uasallum & extraneum, & feratur sententia contra vasallum, vel fuit per vasallum facta transactio, an hæc transactio, uel sententia noceat domino? dic quòd sic quò ad vtile dominium tantum ipsius vasalli, quo autem ad directum nequaquam, ut habetur in c.1.§.rei autem, in tit.de inuesti. de re alie.fact. & in c.si vasallus de suo tit.si de feu.fue. contro. & in c. 1. in

32 tit.de contro.inter vasal.& alium, cum multis simi. † Quid ergo si res feudalis fuerit euicta per sententiam ab ipso uasallo, an poterit regressum habere cótra dominum de euictione? distingue, aut uasallus tempore quo fuit de feudo inuestitus sciebat rem ipsam esse alienam, & tunc fuit in culpa accipiendo, unde non poterit de euictione agere, nisi speciale pactum super hoc intercesserit: aut ignorauerit rem esse alienam, & tunc aut uasallus denunciauit domino litem sibi motam, & tunc agere poterit d. euictione; aut non denunciauit, & tunc agere non poterit, vt hæc omnia habetur in capit. primo, in p. incip. in tit.

in tit. de inuest. de re. alie. fac. & in c. 1. si de feu. vas. interpel. fue. cui distinctioni consonat etiam ius commune romanorum, ut not. in l. si fundū sciens. C. de euictio. cum si. & vide quod not. Iac. de Beluisi. in c. 1. in titu. per quos fi. inuesti. uersi. ob. tertiò. † Sed pone quòd vasallus clandestine, aut per uiolentiam amisit castrum quod habebat in feudum, an poterit agere de euictione contra dominum? dic quòd non, ut in l. fi. C. de actio. empt. & l. si per imprudentiam, in prin. de euict. † Quid autem, si postea dominus recuperauerit ipsum castrum à spoliatore, an tenebitur illud vasallo restituere? Quidam distinguunt, aut uasallus fuit causa perdendi castrū, quia non adhibuit debitam custodiam, & tunc sibi imputetur, nec hoc casu tenebitur dominus ad restitutionem, aut non fuit in culpa, & tunc tenetur dominus restituere. Sed dicendum uidetur in distincte dominum ad restitutionem teneri. argu. l. 2. ff. de cond. sine causa, & l. si is qui, in prin. & in l. in commodato. §. si. ff. commod. cum sim. Alij distinguunt, aut peruenit res ad dominum ex causa lucratiua, & tunc tenetur restituere; aut ex causa onerosa, & tunc non. † Rursum quæritur, dictū est superius longam esse differentiam inter feudum antiquum & nouum, sed pone, vt sæpius uidi, ecce quòd aliquis de nouo inuestitur in feudum de castro, hoc expresso } Tanquam de feudo paterno, auito, vel proauito, sic q tanquam paternum & antiquum esse censeatur } nunquid per talia uerba * assumet naturam feudi antiqui & paterni? videtur quod sic, quia lex tradita in contractu seruanda est, ut in l. traditionibus. C. de pac. & l. legem, eo. tit. l. 1. §. si conuenerit. ff. depo. cum sim. In contrarium facit, quia per talia uerba protestatiua non tollitur ueritas ipsa, ut l. si foc te. ff. de cast. pec. & l. nemo potest. de leg. 1. cum si. Bal. vero videtur sentire q assumat naturam feudi paterni, & ob hoc in eo succedant agnati, ut per eum no. in uersi. denunciauerit in glo. in tit. an agn. uel fi. de repu. hære. ea. c. & alleg in arg. l. fi. C. de bon. quæ lib. & idem firmat in ca. 1. de alie. feu. pate. post princ. ibi } extra no. quod si Rex concedat &c. } argum. in l. quicunque. C. de omni agro deser.

33

34

35

ADDITIONES.

* Fœminæ. Adde, quòd ex rigorosa feudorum consuetudine, masculo existen. fœmina perpetuò censetur exclusa, §. quin etiam, tit. episc. vel Abb. §. filia verò, de success. feud. Quod autem dicitur perpetuò exclusa: aliqui sunt, qui uoluerunt quod imò temporaliter donec masculus viuit, qđ & uidetur humanius, teste Fulgo. consi. 8. consil. 12. Mar. Iun. consi. 76. num. 111. lib. 1. Rom. consi. 22. post prin. consi. 33. sed contrarium, & quòd perpetuò censeatur exclusa: not. Cald. de feud. consil. 4. Cum. consil. 100. numero 4. Alexan. consi. 29. num. 7. lib. 1. Dec. consi. 390. num. 4. Rub. consi. 57. num. 2. communem dicit Paris. consi. 22. num. 15. consi. seq. num. 50. lib. 1. consi. 16. num. 5. & 9. lib. 4. Rolan. 58. nume. 65. 68. lib. 3. intelligendo tamen vt ibi per eum fallit quando masculus post ob itum patris illico periret, glo. & Doc. in c. 1. §. quin etiam, episc. vel Abb. Bal. in l. vnd. §. in nouiss. versi. nunquid infans. C. de cad. toll. in qua q. licet aliqui dissentiant. Illam tamē communem dicit Bertr. consi. 276. colum. 1. lib. 1. in antiq. Cur. Iun. trac. feud lib. 3. super reg. quod fœminæ in feudis non succedunt, q. 27. qua in re distingue, ut per Rom. consi. 1. nu. 3. Aut enim, inquit ipse, inuestitus fuit pater eo pacto, ut sui descenden. masculi & fœminæ feudum habere possint: & tunc licet videantur pariter inuitari tam masculus, quàm fœmina, attamē, ut supra dictum fuit, masculo existen. fœmina censetur perpetuò exclusa ex supra allegatis, Aut inuestitura fuit pro se suisque hæredibus legitimis masculis, & his deficien. pro fœminis: & tunc fœminæ tanquam temporaliter exclusæ: non autem perpetuò, ad feudum deficien. masculis admittuntur, cap. 1. de inuest. quam Titius accepit à Sempronio, Bal. cons. 200. li. 5. Rom. consi. 33. Quid si fœmina priuetur feudo: an sint priuati eius descen. masculi, & dic, quod sic, per c. 1. de grad. success. in feudo §. hoc autē notan. de iis qui feud. dar. poss. Rom. d. consi. 1. num. 4. sequitur Host. in summa de feud. §. quibus. Cur. Sen. consilio 49. nu. 57. Aluor. in c. 1. §. & quia 2. not. qui feud. dar. poss. Dec. consil. 390. nume. 1. in l. 2. num. 66. de reg. iur. Gozad. consi. 8. nu. 5. consi. 26. num. 34. Parisi. consi. 22. num. 1. consi. 71. num. 9. lib. 4. Tiraq. de iur. primig. q. 12. nume. 6. de quo uide quæ scribit Bal. in l. si. de senat. Ant. Corse. de potest. regia. q. 33. q. 65. Masuer.

a Specialiter. Adde Host. Io. Cal. Ant. de But. & Card. Zaba. in c. lator, extra qui fi. sint leg. hoc idem tenētes, quam opi. etiam sequitur Lancel. Gal. in l. 2. colum. 3 uersi. limita modo. ff. de uerb. obl. Io. Anto. Rubeus in consi. 33. incip. circa dubium, Steph Bertr. in consi. 112. incip. visis quibusdam, num. 25. in 2. uolum. & illustris Do. And. Tiraque. in tract. de retract. lign. §. 1. glo. prima, numero 7. cum seq. Ziletus.

b Filius. Adde an filius possit retinere feudum, & patris hæreditatem repudiare, Bald. consil. 476. in 5. volum. Card. Zab. consi. 64. colum. 5. Abb. Pan. consi. 3. in 2. vol. & Fran. Cur. Sen. consi. 49. col. 38. in fi. & Iuli. Ferre. in trac. de obsidione locor. in fi. Ziletus.

c In contrarium. Adde quòd primam opi. tenet Raph. Cu. cōsi. 163. quod cum beneficio inuentarij non teneatur creditoribus in nihilo.

d Religionis, limita ut per Cal. consi. 2. de feud.

* Cæteri agnati. Adde, quòd sicut in feudo antiquo; admittuntur agnati transuersales: ita & in feudo re uera nouo, sed concesso iure antiqui & paterni feudi, quia de tali feudo iudicatur ut de feudo antiquo & paterno, secūdum communem per Rol. consi. 16. nu. 7. & seq. lib. 3.

* Allodialibus. Adde, quòd dispositio iuris communis loquens in bonis allodialibus habet etiam locum in feudis, quia successiones feudorum deferuntur ab intestato, sicut successiones aliarum hæreditatū, quam æquiparationem facit gl. in c. 1. in prin. de grad succ. in feud. & ubi in feudis non reperitur specifice determinatum aliter quàm sit ius commune, stamus etiam in feudis dispositioni iuris communis, c. 1. de cog. feud. Alex. consi. 55. colum. 3. in fi. lib. 4. & communem dicit Rolan. consi. 57. col. fi. num. 80. lib. 3. Masuer.

* Vasallus feudo priuatur. Adde, quòd vasallus propter delictum, quod de directo commisit in dominum, priuatur feudo, quod applicatur ipsi domino, siue sit feudum nouum, siue antiquum, in præiudicium etiam agnatorum, secundum communem per Rol. consi. 1. num. 10. nu. 21. lib. 3. post Cur. Iun. trac. feud. 5. par. concl. 1. Dec. consi. 606. co. peu. Bos. prac. crim. tit. de public. bon. num. 55. quamuis alii qui contrarium teneant de agnatis, pro quo vide etiam Iacobin. in inuest. ver. dictiq; vasalli promiserunt, colum. 2. colum. 16. Masuer.

* Transigere. Adde quòd feudum alienari dicitur, si quis transigendo feudi possessionem alteri tradat, non etiam si feudum possessori dimittat, teste Alex. consil. 4. nume. 3. lib. 6. Ial. in l. fi. col. 35. versi. decimo quæro C. de iur. emph. sed quod utroque casu feudum alienari intelligatur & melius, tenet Tiraq. de utroq. retrac. tit. 1. §. 1. glo. 14. nūm. 66. & seq. & post num. 55. ubi transactionem alienationis speciem esse ostendit, pro quo vide etiam consil. 166. col. 1. in prin. Masuer.

* Dominus. Adde, quid dicen. in feudatario, & dic, quòd cum licentia domini in eius præiudicium feudum alienare potest, secundum doc. in cap. 1. per illum text. de alien. feud. patern. in c. imperialem, in prin. de prohib. feud. alie. per Feder. & si princeps assensit venditioni faciendæ, deinde moriatur venditor sine descen. & agnatis. etsi feudum alias aperiri debeat cameræ, eius tamen assensus præiudicat in iure sibi superuenienti, teste Affli. decis. 112. Rol. consi. 6. num. 21. lib. 3. & ibi nu. 22. quòd licentia concessa vasallo

vasallo de alienando feudum:transit ad hæredem, & pariter licentia emendi.

✱ Feudum alienare. Adde, an feudum inutilis vasallis alienari possit, & dic, vt per Rom.consi.26.colum.fi. num. 11. vbi quod licet sit dubitatio.an vasalli possint de per se, eis inuitis alienari: illud tamen certū est, ꝙ cum vniuersitate, hoc est, cum alijs castris in quibus sunt, alienari,& in alios transferri possunt, teste Rom.d.cōs.26. Alex.in l.2.in prin. num.29.ff.sol.mat.Fel.in c.dilecti.col 2.de maior.& obed. Dec.consi.61.col.2.in prin.Paris.consi.22.nume. 82.lib.1. Rom.consil.368 in prin. & est communis opin. secundum quam aliquando fuisse iudicatum per dd. de Rota aliqui referunt, pro cuius conclu. confirmatione adde quæ scribit Nat.consi.367. col.2.vbi artic.plenè examinat,& tandem dicit,quòd de cōsuetudine venduntur feuda cum mero & mixto imperio,intellige, ut latius per eum d. consil. col.4.& 5.ubi declarat. Masuer.

✱ Reuocari. Adde, Clar.§.feudum.q.42.Ias.in l.petens.nu. 10.C.de pac.ubi dixi.

✱ Quia refutatio. Adde, an vasallus possit inuito domino renunciare feudo, & quid in emphyteuta,& vide Feli.in c. quæ in ecclesiarum.colum.26.& seq.de consti.Bar.in l.cum vsusfructus.ff.de vsufr. Cœpol.tit.de pur.& secundum Alber.in l.cum fructuarius.ff.de vsufru. concluditur, quòd si feudum sit datum ad seruitium determinatum, quòd non potest vasallus renunciare inuito domino, alias secus, eundem in l.si forte.§.etiam ff.si ser.uend.in l.2.C. de iur. emphy.in l.sicuti C.de act.& obl.tex.in c. cum inter,de re iud. ubi in sententia dicitur quod dimittat Abbas abbatiam aut pro ea faciat fidelitatem.

Quid in feudo ligio,& dic,quòd non potest refutari, licet aliud feudum sic, ut vasallus non teneatur seruire non tamen potest licitè,Cur.trac.feud.2.q. principali in fin.& 8.princip.q. colum. 5. Item non potest feudum Francum refutari, vt per Cur.d.q.8.col.6.in fin. & adde quòd subiectus ratione homagij simpliciter præstiti non potest se retrahere,& liberare,secus si ratione bonorum, quia ea remittendo potest se liberare,filius autem bene potest se subtrahere si non sit hæres patris non obstante quòd pater recognouerit se teneri ad homagium,teste Iacob.in de Roy. colum.11.uersi. nunc est quid in emphyteuta uel uasallo, quando res est concessa ad certum quid determinatum, & quid quando iuratum fuit & promissum non contrauenire,& quibus alijs modis finiatur homagium,uide ibi,& colum.13.an & qualiter superior perdat homagium & dominium,uide per eum,cui adde Albe.in d.l.cum fructuarius, ff.de vsufr. vbi quis non potest renunciare vsui putei ne teneatur ad expensas quia sit vicinus, & quid de fundo pro quo aliquid soluitur ibi,& per Saly.qui quærit quid in emphyteuta & uasallo, & potest quis ut onera sibi incumbentia pro vsufructu euitet renuntiare vsufructui l. cum fructuarius.ff.de vsufr.& an vasallus feudum domino nolente remittere possit:vide Afil.deci.265.ubi etiam an possit cedere bonis vt euitet collectam, & cedendo euitare seruitium domino debitum Abb.in c. 1.de feud. Fely. d.c.quæ in ecclesiarum.col. 26.de consti. Bal.in l.is cum quo.ff.de aq.plu.& in d.l.cum vsusfructus ff.de usufr.in l.2. col.1.C. de iur.emph.Capel.tolos.q.404. Cassian. Put.

✱ Reuocari. Adde, quòd tempus ad reuocañ. feudum alienatum: non currit nisi à die scientiæ, quæ scientia debet esse certa,teste Osasc.decis.176.177. ubi an & quando currat præscriptio aduersus filium uel agnatum uendicañ.feudum alienatum uide ibi plura not.ubi etiā reprobat Brun. & Cor.in consil.ibi alleg.quod autem proximior agnatus consentiens alienationi feudi præiudicet filijs,not.Misin. cent 1.obser.50.& de alienatione feudi antiqui,an præiudicet agnatis,& quomodo reuocetur, uide Rol. consi.64. num.2.lib.2.consi. 60.nu.9.10.& seq.lib.3. item de differentia alienationis feudi noui & antiqui vide Mysing. cent.4. obserua.85.& plura de oblatione facienda agnatis per Osasc.decis.175. Masuer.

✱ Intra annum inuestiri. Adde Rom.consi.27.in princ. Anchar.consi.174.2.dub.Ias.in l.non solum.§.morte,col.pen. ff.de op.no.nun.Afil.in c.1.quo temp.mil.inuest. pet.deb. & in c.1.quæ sit prima cauf.benef.amit.vbi de eo qui determinato tempore non petijt inuestituram à domino intra annum & diem,pro quo uide quæ scribit Rol. consil. 64. colum.2.lib.3.ubi quòd uasallus a nouo domino inuestituram non petens intra annum & diem: si cadit a feudo illud non reuertitur ad dominum,sed ad agnatos, & loquitur in feudo antiquo,secus in feudo nouo,ut d. consi. post num.14.ubi hanc dicit magis communem opi. Quid de renouatione inuestituræ,& dic,quòd tempus anni & diei statutum vasallo ad petendum renouationē inuestituræ non currit,nisi à die scientiæ, secundum Rol.consi.40.num.5. & seq.li.3.ubi plenè articulum & materiam tractat, & ibi, quando illud tempus non currat uasallo, & an & quando detur restitutio aduersus terminum anni & diei,& quomodo excusetur,uide ibi. Masuer.

✱ Mendacium. Adde Ias.in l.quod te.nume.30. & seq. ff. si cert.pet.vbi ponit mate. iam negantis & mendacis & in l. fin.col.fi.C.de trans. Nat.consi.consi.42.col.3. consil. 238. colum.5.Ias.in l.quæstionem num.2.& seq.C.de fideicom. Castr.in l.hæreditatum §.fi.ff.ad l.Fal.consi.10.lib.2.Bal.in auth.contra qui propriam,nu.7.C.de non num. pec. Abb. in c.1.de solu.& an licitum sit dicere mendacium quando non est alij perniciosum,vide Alex.in l.qui totam. num.2. ff.ad Treb.Archid in c.in plarum 22.q.2.Abb. in ca.1.nu. 7.de his quæ met.caus.quibus Adde, quòd pœna quę propter mendacium incurritur:euitatur si quis ante litem contest.mendacium reuocauerit,teste Dec.in l.2.nume. 27.C. de eden. Quid de uasallo negañ.feudum uel aliquam eius qualitatem:an feudo priuari debeat,& qualiter dicatur uasallus feudum negasse,dic,ut per Osasc. decis.29. per tot ubi docte declarat. Masuer.

✱ Enormiter tractat. Adde quid diceñ. si uasallus conuincatur de culpa, quòd male tractet subditos suos, & dic, ꝙ ut feudo priuari possit:requiritur trina monitio, quæ monitio requiritur in facto negatiuo, secundum Rol.consil. 18.num.4.uum.14.15.& seq.usque ad num. 30. lib. 3. ubi quòd subditur grauatus a domino ab illius iurisdictione eximi debet,secundum communem ibi alleg. quam declara,ut per eum ibi col.fi. [illegible]

✱ Per sententiam. Adde, Rolan.consil. 18. numero 29.& seq.lib.3.

✱ Quid autem dices. Adde, quòd culpa aliqua commissa per uasallum propter quam feudo priuandus erat,si dominus subito non conqueritur hæres eius non poterit eum priuare,secundum Rol.consi.81.num. 16. lib. 3. quod tamen sane intellige, quando dominus sciebat feloniam, & habuit tempus reuocandi,& non fecit, & hanc cōmunem dicit Rol.d.consi. quam declarat nu. 17. & seq. ubi etiam ponit exemplum de marito qui sciuit adulterium uxor. Masuer.

✱ Cui applicetur. Adde, quòd feudum antiquum illicitè alienatum, idest, sine consensu domini, deuoluitur ad agnatos proximos,& non ad dominum,per text.in ca.1.§. sed etiam res,per quos fiat inuest.in ca.1.§.hoc quoque,de succ.feud.not.Rolan.consi 60.num.9.lib.3.ubi quod sicut agnatus præfertur domino in prohibendo: ita & in reuocando,& ibi d.consil.nume.10. quod si uasallus peccat in alium:quàm in personam domini, agnatus præfertur domino,& si uasallus offendat dominum in feudo paterno, siue antiquo: si offendit directè;redit ad dominum, si indirectè ad agnatos, & uasallus alienans feudum antiquum sine cōsensu domini aperit uiam agnatis reuocañ. feudum, morte alienantis non expectata,secundum Rol. d. consil. num.12.cui adde,ꝙ alienatio feudi paterni uel antiqui: non dum prohibita est fauore domini: sed etiam agnatorum, & dic,ꝙ in feudo antiquo si uasallus priuetur feudo propter

pter alienationem factam irrequisito domino: quod feudum non reuertitur ad dominum, sed ad agnatos, secundum communem per eundem Rolan.d.consi. col.fi. quem uide etiam consil.64. colum.2.circa med. ubi ponit casum not. Masuer.

✱ Inuestituram non petendo. Adde, quòd si uasallus intra annum & diem inuestituram non petijt à domino directo, feudum non applicatur domino etiá in præiudicium agnatorum, secundum communem per Rol.consi. 40.num.15. lib.3.pro quo uide eundem consi.64.num.9.lib.2. ubi quòd feudum amissum ob non petitam inuestituram deuoluitur ad filios, uel agnatos, non autem ad dominum, secundum eundem Rol.d.consi.64.nu.27.nu.30.post Cur.trac. feud. 5.par.2.princip.concl.versi.5. conclu. quod quidem tempus anni & diei statutum uasallo ad petēd. renouationem inuestituræ non currit nisi à die scientiæ, teste Rol.d.consi. 40.nu.5.& seq.ubi plura ponit not. Masuer.

✱ Rei emphyt. Adde Rol. consi.60.col.fi.lib.3.

✱ Ad solum dominum. Adde, quòd quando feudum reuertitur ad dominum vt dominum, idest iure dominij & potestate feudali, tunc dominus directus non tenetur ad onera feudo imposita per uasallum, sed libere feudum ad eum reuertitur, prout ab eo processit, c.imperialem.§.præterea §.callidis, ver.liberè reuertatur, ubi doc. de prohib. feud.alien.per Feder. Dec.consi.239.nume.12. consi.607. numero 7.Osasc.decis.156.numero 9. ubi quærit, an dominus directus auocans ad se feudum iure prælationis teneatur ad onera feudo imposita per uasallum.uel stare locationi ipsius feudi. Masuer.

Adde Alex.de Imo.consi.10.col.2.in 2.uol. Ziletus.

✱ Religionis. Adde, quid dicēd.de militibus Hierosolimitanis, & dic, quòd non possunt succedere in feudis, teste Rol.consi.23.num.39.lib.1.post Bal.consi.170.col. 5. lib. 2.Brun.consi.17.Aym.consi.303.in prin.Rub. Alex. consi. 80.ubi quòd quando non apparet quòd electa sit industria personæ Miles Hierosol.succedit volente domino, & non aliter, quòd autem admittatur de consuetudine, testis est Neuiz.consi.30.post num. 4.ubi dicit ita fuisse iudicatum, & quòd contraria opi.procedit de rigore feudorum, quam etiam tenet Osasc.subalpin.Senatus præses grauiss. decis. 27.nu.17.secus asserens esse de æquitate ex Neuiz.d. consi. 30.col.1.de quo etiam plura, scribit Cur. trac.feud. 2. par. 3.par.prin.num.29.pulchre Clar. §.feudum q.78. Quid de monachorum successione in feudis, & uide Affl.decis.326. Quid in clerico, an in feudo succedere possit & illud retinere, & dic, quòd non, iuxta communem doc. sententiam per Osasc.d.decis.27.ubi declarat, & procedere dicit, præsertim si in sacris sit constitutus, Quæ concl. non procedit in casibus ibi enumeratis à numero 5. vsque ad 17. 18. Masuer.

✱ Ordinarius. Adde, quæ scribit Mising. cent. j.obser.99. Alex.consi.79.lib.j.consi.j.lib.5. Rom.consil. 212.post nu. 4.Dec.in c.cæterum.de iudi.Osasc.decis.32.

✱ Pares curiæ, Adde, quando quæstio est inter dominum, & uasallum, per pares terminan. esse, & an tum pares de nouo iurare teneantur, & qui pares esse censeantur, dic, ut per Mising.cent. 4.obser. 89.obser. 90. ubi an coram paribus curiæ locum habeat reconuentio, & qui dicantur pares curiæ, uide Rom.consi.212.colum.2.ante num. 5. Alexan. consi.79.lib.j.Dec.in c.cæterum, nu.13. de iudi. & quis sit iudex in re feudali, dic, ut per eundem Rom.d.consi. 212. num.5.& 6. Masuer.

e Excluditur. Adde, Car. Paris.in consil. 1. incip.uisa facti narratione.colum.1.num.7.in j.uolum. pro qua opi. facit quæ scribit Excel. Tiraq.in tract.de retract.lign. §.j. gloss. 8.numero 44. ubi plures solito suo more allegat. Ziletus Venetus.

f Præferantur. Adde quòd opi.quam tenet Auctor hic, ante eum fuit opi.Iac. de Ardizo.in sum.in tit.de suc. feu.sub rubricel.an frater ex utroque parente excludat fratrem ex patre tantum, & And. de Iser. in c.1. colum.2. de nat. suc. feud.quam etiam plures alij Docto.sequuntur quos recitat Tiraq.in trac.de retract.lig.in §.12.glo. 2. nu. 10. & in suo tract.cessante cau.limita.22.nu.18. Ziletus.

g Pater. Adde quòd hanc opinionem ante Bal. tenuit And. de Iser.& Iac.de Belu.in c.j.tit.an agnat.& in c.j. vbi etiam vide Bal.in tit.de alien.feu.& idem And.de Iser.in c. j. in princip.& ibi Bal.colum.2.uers.pone ego recepi. & Iaco. Alua.colum.j.uersi.& ideo dixit Andr.de Iser.de suc. feud. Old.in consi.136.inci.perlectis.in primo dub.Bart.in l.iurisiurandi §.si liberi, colum.2.uersic. secundum dubium ff. de oper. lib.in consi.55.inci.Dominus Amatus, & 60.inci. quæstio.Hanc tandem opi.secuti sunt multi alij Doct.quos citat Tiraq.in tract.de retrac.ligna.§.11.in glo.6.num. 24. & ibi uide numero 23. ubi habes contrarium tenentes. Ziletus.

h Quæ sunt causæ. uide glo.in c.j.quæ sit pri.cau.benefi.ami. & Bal.in d.c.j.qui.mo.feu.amit.

i feudum non potest in dotem dari pro filia, pro se autem potest, ut ibidem not.Bal.si proprium feudum habet, uide Bal.in l.Imperialem, de proh feu.alie.per Fri.Ioan.An.in addi.Specu.in titu.de loca.in §.nunc aliqua uerò. capit. 9. Doc.in c.quæ in ecclesiarum, de const.& per Fran. de Are. consi.14.

K An vasallus, uide Bald.in ca.1.de inuest.in uas.fac. Host.in sum.tit. de arbi.in §.sed quæritur, uersi.sed nunquid uasallus.

l An dominus possit alienare feudum. uide per Car.Alex.in c.1.in §.ex eadem.de leg.Cor.in usi feu.

Adde Abb.Pan.consil.3.in 2.uolum. Guid. Pap. decis. 560. Franc. de Aluar. consi. 121. numero 40. inter consilia feudalia Alb.Bru.& Phil.Dec consil. 144.col. 2.& 3.in 2. vol. Ziler.

m Valde no. Adde quod uoluit Old. consi. 270. & quod uoluit Lud.Ro.consi.199.

n Vasallus. Ad hanc q.uide Bald.in l. uoluntas, col. 2. uersi. quæritur de duobus. C.de fideic.in l.1. C.de impon. lucr. desc.lib. 10.in ca.j. §.sed res uer. ego fui interrogatus in tiper quos fiat inuesti.in consi.35.inci.dominus Thomas, in j.uol.in consi. 309. cuius exordium est, cum essent plures, post princ.in eo.uolum.& in consi.216.inci. quidam nobilissimus, in fi.in 2.uolum.& in consi.300.cuius initium est, tex.in c.j.in prin.eo.uolum.& in c.j.§.hoc quoque, colum vlt.uer.septima conclusio, tit.de suc.feu.Io.Lig. inter consi.Alber.Brun.consil.76. incip. casus talis est, nobilis uir. Cardi.Alexand.in cap.Titius, colum 4.& seq.tit. si de feu. fue.contro.inter do.& agn. Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum, colum.antep.uer.septima declaratio, de consti. Iaco. à S.Georgio in trac.feud.in uer.& cum pacto de non alienando, colu.9. uersi.in illa materia, & colum. 10.uer.secunda conclusio.Alb.Bru.in consi. 33. inci.uisis concessionib. colu.j. Tiraq.in tract.de retract.lign.§.11.in glo. 6. nu.10. 21.22. Ziletus.

o Inuitis. Intellige ut uoluit Bal.consi.259.2.lib.

p Renouationem. uide Alex.consi.79.2.lib.

q Seruitia. Adde vt per Alex.consi.60.2.lib.

r Graues. De hoc & multis alijs q.hic tactis, uide per Io.de Ana.consi.7.& per Anch.consi.185.& an uasal. qui interfecit clericũ possit ab episcopo priuari feudo.uide per Bal. consi.170.

s Sententiam communiter ita tenetur, de quo per Alexan. consilio 223. per Ludo. Rom.consilio 70.per Fulgo.consilio 4.

t Laico. Sed quid si feudum erat ecclesiæ, uide Old. consi. 17.Pau.de Cast.consi.63.

u Feud.no. quis est iudex in causa feudi, dic ut per Docto.in c.cæterum, de iud.Io.An.in c.nouit, eo.tit. Spec. in titu.de appel in §.nunc tractemus, glo.in uerbo ab eo reci.in c.solitæ, de maio.& obe.& in cap.Romana, in §.3. de ap.Abb. consi.83.in 7.col.& Io.de Ana.consi.32.

Adde

Adde Alb.Bru.in consi.45.incip. in causa castri & loci. Zilettus.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est.

S V M M A R I V M.

1 *Incrementa facta rei feudali per alluuionem cui cedant, an domino, an vasallo.*

CVM omnibus suis iuribus. Quę autem sunt illa iura, dictum est supra. Sed quid in fructibus rei feudalis? vide quod etiam supra dixi, & traditur in c. domino guerram. §. his consequenter. in titu. Hic fin. lex, & incipit con sue. Sed quid erit de melioramentis factis in ipsa re feudali? uide quod supra dixi. & habetur in d.c. domino guerrã.
1 §. si uasallus. † Sed quid dices de alijs incrementis factis ipsi rei per alluuionem, uel aliter, an cedant lucro domini, uel uasalli? distingue secundum Iac. de Bel. ut per eum no. in c. 1. §. si quis de manso. in ti. de contr. inuest. Aut incrementum accedit ipsi rei feudali facto uasalli, aut casu fortuito. Primo casu subdistingue, aut tale incrementum est separabile à re feudali, uel non; primo modo, tunc pertinet ad uasallum, nec sequitur feudum: si autem sit inseparabile, tunc accedit feudo, ut in c. 1. §. ex contrario, in ti. de inuest. de re alie. fac. & ibi no. Secundo casu principali, uidelicet cum casu fortuito accrescit, ut puta per alluuionẽ, tunc subdistingue, aut dominus inuestiuit vasallum cum omni incremento, & hoc est certum, & tunc pertinet ad ipsum vasallum iure feudi. ut in d. § si quis de manso. in fi. uersi. rursum. Aut inuestiuit sine incremento, & hoc est certum, & tunc aut est incrementum latens, aut apparens. Primo casu pertinet ad uasallum. Secundo pertinet ad dominum, arg. l. si fundi. §. 1. & l. vsufr. ff. de usufru. & de cond. sine causa l. 1. §. fi. Aut est dubium, & tunc subdistingue, aut dominus aliquid sibi reseruauit in feudo, aut nihil. Primo casu, aut incrementum est latens, & pertinet ad uasallum: aut est apparens, & pertinet ad dominum, ut traditur in d. §. si quis de manso. Secundo casu cum nihil reseruauit, & tunc aut uasallus possidet ipsum tale incrementum, & statur eius sacramento an fuerit de eo inuestitus, uel non, ut d. §. si quis de manso. in fi. aut non possidet, & tunc habet necesse probare per pares curiæ se fuisse de hoc incremento inuestitum, quo non probato pertinebit ad dominum, ut in d. §. si quis de manso. uersi. sed si dominus, cum sim. ibi not.

ADDITIO.

* Per alluuionem. Adde, an per alluuionem augeatur territorium & iurisdictio, vide Corn. consi. 321. lib. 1. & quòd augeatur fac. quòd idem iudicamus de additamento quod de principali, teste Alber. in l. inter socerum. §. dotem inter. ff. de pac. dot. & an alluuio mutet iurisdictionem, uide Cur. Sen. consi. 56. & an habeat locum in agris limitatis dic, quòd non l. in agris. ff. de acq. re. dom. Rui. consi. 28. li. 1. qua in materia vide quæ scribit Iaf. in l. de quibus. nu. 25. ff de legi. quòd autem alluuio transferat dominium, not. Viui. com. opi. lib. 2. concl. 14. ubi limitat. Masuer.

Forma libelli quo agitur ad reddendum rationem tutelæ.



ORAM vobis D. Ber. agit & in iure proponit Ioan. de Ferrarijs de Papia contra & aduersus egregium doc. d. Iaco. Mangiariam, & quamlibet personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens & proponens idem Ioan. quòd quondam Rugerius eius pater in suo ultimo testamento fecit, constituit, & ordinauit eidem Io. tunc pupillo suos tutores, & curatores, necnõ & executores dicti sui testamenti præfatum d. Ia. ac do. Beatricem ipsius Io. matrem anologistas, & sine inuentarij confectione, ac ratione reddenda, qui quidem do. Iac. Mang. & do. Beatrix ipsam tutelam solenniter acceptarunt, & fecerunt cum debita solennitate inuentarium rerum de bonis omnibus, & rebus dicti Ioan. actoris, & subsequenter gesserunt, & administrauerunt dicta bona, & res vniuersas dicti Io. actoris tã infra tps suæ pupillaris ætatis, q̃ post, usq; quo peruenit ad ætatẽ 18. an. fructus, reditus & prouentus ipsorũ bonorũ recipiẽdo, & habẽdo, & de eis faciẽdo, & disponẽdo, put eis uisum fuit. Insuper dicit & ponit, q̃ pdictus do. Iac. simul cum dicta do. Beatrice executorio noie prædicto multa bona & uarias pecuniarũ quantitates distribuerunt iuxta formã dicti testamenti; de quibus quidem taliter gestis & administratis per eos tutorio, curatorio ac dicto executorio nomine, necnon & de rebus proprietatibus & bonis in ipso inuentario descriptis, & alijs, de quibus supra præfatus d. Ia. Mang. nullam fecit, nec reddidit debitam rationem Io. de Ferr. suprascripto, nec reliqua restituit, prout de iure tenetur, quinimmo prædictam rationem, & alia suprascripta facere & adimplere recusauit præsentialiterq; recusat indebite & iniustè. Quare quum prædicta uera sint, petit & requirit præfatus Io. à uobis d. Ber. Vicario antedicto, quatenus per uestram diffinitiuam sententiam, & omni alio modo, iure, uia & forma, quibus melius fieri pôtest, condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum d. Iac. Mang. ad faciendum, & reddendum dicto Io. plenam & debitam rationem prædictæ tutelæ, curæ & executionis, necnon ad soluendum tradendum & restituendum ipsi Io. de Ferra. omnia & singula bona in dicto inuentario apposita & descripta simul cum fructibus, & prouentibus per ipsum. d. Iac. habitis & perceptis ex bonis & proprietatibus antedictis, & cum reliquorum * omnium integra satisfactione &c. ac damnis, interesse & expensis. deducendo in præsenti iudicio omne suum ius saluo iure &c. non astringens se &c.

ADDITIO.

* Reliquorum. Adde quid sit reliquare: & uide Coras. Miscell. lib. 1. c. 14.

S V M M A R I V M.

1 *Tutorum quot species sint.*
2 *Tutela quot, & quo ordine deferantur.*
3 *Tutor datiuus non habet locum existentibus tutore test. & legitimo.*

a 

ORAM vobis. a valde periculosum est huius tutelæ, ac curæ, & executoriæ officiũ, prout inferius declarabitur, ideoque quia quilibet sapiens fugeret, nec tali officio se immiscere vellet, iura uoluerunt, q̃ certæ personæ cogantur assumere hoc officium tutelæ, nisi aliquã iustam & approbatam habeant excusationem, ut in titu. C. & ff. &
1 insti. de excus. tut. † Estque sciendum ad pleniorem huius doctrinam, q̃ tutorum tria sunt genera. quidam sunt tutores testamentarij, ex eo sic nuncupati, quia in testamento dati, de quibus loquitur totus tit. C. & ff. de testa. tut. Quidã uero sunt legitimi, hoc est ab ipsa lege ad tutelam vocati, de quibus loquitur totus ti. ff. & C. de legi. tu. Quidam autẽ sunt datiui, hoc est à iudice ordinario constituti, de quib.
2 dicitur per totum tit. ff. & C. qui dar. tuto. pos. † Secundò præsciendum est, quòd inter has tutelas, uidelicet testamentariam, legitimam & datiuã est dare ordinem, nam ex ordine est, ut primo præferatur testamentaria omnibus alijs tãquam dignior. Secundo quod deueniatur ad legitimam, tertiò ad datiuam, nam defertur tutela eo ordine, quo hæreditas defertur. vt Insti. de legi. pat. tut. post princip. ff. de legi.

legi.tut.in l.1.in princ.& pro hoc facit l. si quis sub conditione.ff de test.tu.& ibi per glo. Dyn.& Bart. nota. et am
3 per g'o.& Cy.in rub.& l.1.C.de test.tu. † Tertiò est sciendum, ꝙ habenti tutorem testamentarium, uel legitimum non datur tutor per iudicem, ut l.licèt. C.in qui.ca.tu.tu.ha. tu.da.non pot.nisi in certis casibus, uerbi gratia si patrimonium esset ita amplum, quòd unus solus non sufficeret ad administrationem, nam tunc alius adiungi posset per iudicem, uel si testamentarius tutor absens esset, & similia, ut habetur in l.propter, cum ibi not.C.eo.tit. Sed curator curatori regulariter potest adiungi, ut ff.de tut.& cura.da.ab his.l. neutri.§.fin.quæ sit ratio diuersitatis, no.per glo. in d. l.licèt.

ADDITIO.

a Coram vobis. Adde quomodo hic libellus formetur.Io. de Plate.in §.actionum. Instit.de actio. colum 8. uersi. in actione tutelæ,& ibi Aret.in col.26. uersic. vltimò quæro quomodo formabitur libellus,& Ias.colum. 23. uersi. tertius modus libellandi,& Pet.Iaco.in titu. de actio.tutelæ. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor an possit dari in minus solemni testamento.*
2 *Inter legitimos tutores, an detur ordo.*
3 *Mater an præferatur agnatis in tutela, si non persistat in uiduitate.*
4 *Pœna iuris ciuilis propter transitum ad secunda vota, an hodie sint correcta de iure canonico.*
5 *Mulier transiens ad secunda vota succedit filio impuberi mortuo ab intestato ad bona paterna quo ad vsufructum tantùm.*
6 *Mater vidua præfertur auo paterno in tutela filij.*
7 *Curator, an detur in testamento.*
8 *Tutor cuiuslibet speciei, an statim possit administrare alio non requisito.*
9 *Pœna non facientis inuentarium quæ sit.*
10 *Inuentarium quando fiat.*
11 *Tutor an teneatur facere inuentarium ante aditam hæreditatem.*
12 *Inuentarium coram quo fiat.*
13 *Quæ res, & qua forma ponatur in inuentario.*
14 *Tutori sufficit dicere se inuenisset talia bona in inuentario.*
15 *Remissio confectionis inuentarij per testatorem quid operetur.*
16 *Remissio confectionis inuentarij, an possit fieri per patrem legitimo vel datiuo.*
17 *Tutor an possit se defendere cum inuentario imperfecto, quod tamen protestatus erat se perfecturum si res reperisset.*
18 *Tutor agens & inuentarium producens, an debeat aduersario dare copiam.*
19 *Iudicis decretum an sit necessarium in omni tutore.*
20 *Iudicis decretum quid operetur.*
21 *Delatæ pluribus tutela, an iudex possit vni concedere administrationem.*
22 *Satisdatio an sit præstanda à quocunque tutore.*
23 *Cur iudices in quacunque tutela faciant præstare satisdationem.*

1 N SVO Vltimo testamento. † Ex hoc collige, ꝙ iste dominus Ia. Mang. fuit tutor testamẽtarius & hoc similiter testamentum fuit solemne; vbi autem esset minus solemne uel datus esset in epistola, uel codicillis, tunc non ualeret ipso iure datio tutoris, sed reconualesceret ex confirmatione iudicis, ut no. per Cyn.in l.2.C.de test.tu.& l.2.C.de confirma.tut.nisi datus esset secundùm aliquos in minus solemni testamento liberis uel filijs testatoris, per l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.licet alij contra.quorum opi.sequitur Cyn. in d. l. 2. de test.tu. Sed uerior est opin. præcedens, quia si licet patri inter filios etiam minus solemniter disponere de vniuersa hæreditate, quod maius est, quantò fortius de tutore, quod minus est. Mater autem filijs suis
a dare tutorem nõ potest, nisi eos hæredes instituat, [a] quamquam datus possit per iudicem, sed non cogitur, confirmari, ut habetur in l.mater.C.de test.tu.& l.1.C.de confir.tu.

2 cum sim. † Cessante ergo testamentario tutore fit locus legitimis, inter quos etiam legitimos est dare ordinem, nam primo loco defertur tutela ei cui defert hæreditas ipsius pupilli, ut in auth. sicut hæreditas.C.de legi hære. ideoque mater pupilli, si uelit, admittitur ad tutela, & cæteris antefertur in tutela.ut not.glo.in auth. matri & auiæ. C.quan. mul.tu.offi.fun.po.& eodem modo præfertur in cura, ut no.gl.in auth.matri.& habetur in auth. ut sine prohi. ma. debi.§.1.coll.7.& in authen. de hære. ab intesta. §. ex his. & ibi per Iacob.de Belui. debet tamen se, & sua obligare
3 & renunciare, p out ibi disponitur. † Et hæc locum habet
* ipsa stante in uiduitate; * sed transeunte ad secunda uota, expirat eius tutela & cura, ut in auth.sacramentum. & l.2. in fine C.eod.titu. Extranei autem tutrix regulariter mulier esse prohibetur.ut l.iure nostro.ff.de test tu. & l. 1.C. qñ mul.tu.offi.fun.pot. Et quod dixi, eius tutelã finiri per transitum ad secunda uota, locum habet etiam si fuisset tutrix in testamento constituta secũdùm communem & vulgarem op.licèt Dyn.contra teneat, ut refert Cy.plenè in l. omnem.C.ad Ter.quo casu tenetur ipsa mater si transierit ad secunda uota petere, & decerni facere per iudicẽ alios tuto.es ipsi filio suo; alias si decederet in pupillari ætate, priuaretur eius successione, quod est not. & infinitæ mulieres iuris ignaræ remanent in hoc deceptæ, unde sanctum esset per statutum eis succurrere, ut tangitur, & habetur in d.l.omnem & in l.sciant.C.de legi.hæ. Fallit tñ hoc, si pupillus haberet alium tutorem testamentarium, quia tunc excusata esset.ut in l.credendum.in prin.ff.qui pet. tut. idẽ esset secundùm aliquos, si pupillus haberet alium legitimum & habilẽ, ut probatur in l.cũ iure.C.qui.pe.tu. quam opi.firmat gl.in l.qñ mater.C.ad Ter. ubi etiam sunt alij casus annotati, in quibus mater excusatur. Sed in contrarium multum facit tex.in d.l.2.ver.sunt autem, ubi puniuntur si non petierunt eos qui ex ll sunt defensores &c.ff.qui pe.tu.facit.l.cum à matribus C.eo.tit. primam opi. tenuit Bar.in d.l.1.§.si matri ver.ꝙ si pater.ff.ad Ter. licèt secun-
* dùm eum debeat, uel statim renũciare, * uel administrare, vt legitimus in tutela possit substitui. Ex quibus habes notare unum casum, quo mulier filij successione priuatur,
* * alios dixi in ti.de hære.ab intesta. uer. quos ponit Cyn. in l.1.C.de secund.nup.& ibidem per gl.& in auth.ibi po-
4 sita. † Sed hic insurgit dubium, an huiusmodi pœnæ, quæ infliguntur à iure propter transitum ad secunda uota per ius ciuile, sint per ius canonicum correctæ, iuxta dictum Paul.quo scribitur, § mortuo uiro mulier nubat in domino. } Et breuiter distinguendum est secundùm Inn. & Hostien.ut per eos not.in c.penul.& fina.de nup. Quædã sunt pœnæ, quæ infliguntur propter nimiam festinantiam nuptiarum secundarum, ut quia mulier nubit infra tempus luctus, quod est annus, & istæ pœnæ hodie sunt correctæ
b & sublatę. [b] Quædam sunt pœnæ, quæ infliguntur eo solo respectu, quia nubunt, & istæ firmæ durant omni iure, unde ista pœna priuationis hæreditatis, quia nubit non petito tutore, adhuc durat omni iure. Diceret quis, quare magis vno casu, q̃ alio, cum vtrobiq; videaƭ libera potestas nubendi infringi? Dici potest, ꝙ primo casu agebatur de præiudicio mulieris. Secundo de præiudicio tertiæ perso-
5 næ. † Sed aduerte ad unum singulare, ꝙ quando mulier est in casu, quo ei saluum est ius succedendi ab intestato filio in pupillari ætate defuncto, ꝙ nõ succedit ipsa mater quæ transiuit ad secunda uota in pleno dominio bonorum paternorum, sed in solo vsufructu. In aduentitijs aũt ipsius pupilli succedit pleno iure, & hanc pœnã patitur quia ad secunda uota transiuit, ut est tex.no.in auth de nup. §.hinc nobis.& no.per glo.& Cyn.in l.mater.& ibi per text. C.ad
6 Ter.& in auth.ex testamento.C.de secun.nup.† Quid si mater est uidua, & vult acceptare tutelam filij sui, superest au
c tem auus [c] paternus ipsius filij, quæritur an mater ipsi auo in tutela præferatur? gl.in auth.de hære.ab intest.§.1.& in d.auth.matri & auiæ.vñ sentire ꝙ sic, quam opi.sequuntur quasi

quasi communiter Doc. Sed Iac. de Belu. determinat contra in auth. de hære. ab intest. §. fi. & idem dicit, ubi superest auus & auia, nam semper in tutela masculi ascendentes legitimi præferri debent fœminis, & quantũ ad hoc iura antiqua remanent incorrecta, quia in solis collateralibus corriguntur quoad matrem & auiam tantùm, ut colligitur, in d. §. fi. non autem in ascendentibus. Nec ob. ꝙ tutela defertur eo ordine quo defert hæreditas, uel successio, quia videtur, ꝙ ille ordo attenditur quò ad matrem & auiam inter se, & et quo ad collaterales cognatos, non quò ad legitimos ascendentes secundùm eum; & hæc opi. vr̃ magis iuri & menti conditorum legum, ac etiam æquitati conueni
7 re, quàm præcedens. † Deinde quæritur, an sicut datur tutor in testamento, ita dari possit curator? dic quòd nõ, sed datus de facto per decretum iudicis confirmatur, ut Instit. de cura. §. 1. & l. curatorem. in prin. C. de nego. gest. & l. pe.
8 in fi. C. de testa. tu. † Vlterius quæritur, utrum tutor testa-
d mentarius, aut legitimus, uel datiuus possit statim [d] administrare alio non requisito? Dic breuiter ꝙ tutor, & curator antequam administrationi se interponant uel immisceant, tenentur facere quinque. Primò debet facere scribere inuentarium bonorum pupilli, uel adulti. Secundò debet administrationem assumere de licentia iudicis & decreto, & hæc duo probantur in l. tutores. C. de adminis. tu. & l. tutor qui repertorium, in princ. ff. de admi. tu. cum ibi no. & l. fi. C. arbi. tut. & l. fin. C. de cura. fu. & C. de epis. audien. l. de creationib. & ibi per Iaco. Butr. Tertiò debet iurare, utilia facere, & inutilia prætermittere, ut in Auth. vt hi qui obl. per. hæ. re. mi. coll. 6. §. fi. Quartò debet satisdare, rem pupilli, uel minoris saluam fore. ut l. sed si ad præsens, in fi. ff. rem pupilli sal. for. & l. legitimos. & ibi no. in prin. ff. de leg. tu. Quinto debet promittere & fideiubere. pupillum indefensum non relinquere, ut l. fina. §. defensionem. C. de administra. tuto. quos omnes casus notat gloss. in d. l. tutores. & d. l. tutor qui repertorium. Nunc aliqua
9 videamus circa singula supra dicta. † Et primò circa inuentarium quæritur, quæ sit pœna non facientis inuentarium. Responde, quod est duplex. Prima quia repellitur ab agendo, & tanquam suspectus remouetur ab officio, ut l. fi. C. arbi. tut. & l. 3. §. tutor qui repertorium. ff. de administra. tut.
* Secundò, quia cõtra eum iuratur in litem, ut d. l. tutor qui repertorium ff. de admi. tu. & l. pen. & C. de in lit. iuran. nisi sibi esset confectio inuentarij à testatore remissa. ut in l. fin. §. illo. C. arbi. tut. licèt ante ipsius inuentarij confectionem possit agere illa, quæ non recipiunt dilationem, ut d. l. tu-
10 tor. † Amplius quæritur, quando debet fieri inuentariũ. & quidem tex. in d. l. tutores. C. de admi. tu. dicit, quòd mox, quod exponitur multipliciter secundùm quosdam, tamen secundùm communem opi. debet intelligi cùm citius commodè fieri potest, argu. l. hæc conditio. ff. de condit. & demon. & no. per Cy. in d. l. tutores. & Barto. in d. l. tu-
11 tor qui repertorium. † Sed an facere teneatur ipse tutor inuentarium ante adatam hæredi. dicit glos. in d. l. tutores, quòd non, quam opin. reprobant quidam, quia hæreditas adiri non potest nisi tutoris auctoritate. Insti. de aucto. tu. §. sed neque. l. si infanti. C. de iur. delib. quam inter ponere non poterit nisi prius facto inuentario. ut. d. l. fi. arbi. tu. Quare dicunt isti, potius fieri debere inuentarium, in quo pro isto principio solùm ponetur, quòd reperitur talem pupillum ius habere adeundi hæreditatem talis patris, uel aui ipsius pupilli, quo facto adibit hæreditatem pupillus cũ tutoris auctoritate, & deinde in ipso inuentario postea ponet singulariter omnia bona hæreditatis prædictæ; & de his plenè traditur per glo. & tangitur per Cyn. in d. l. tutores. Et hæc in pupillo locum habent, qui non est in patris potestate; aliàs autem si esset in patris potestate, tunc secundùm quosdam existentia sui hæredis adeo confirmat dationem tutoris, sicut confirmat tabulas pupillares, sicq; non est aditio necessaria, sed sufficit, quòd tutor faciat inuentarium, de quo plenè uide per Cy. in l. 2. C. de testa. tu.

12 † Sed ultra quæritur, coram quo fieri debet hoc inuentarium? Breuiter dic secundum glo. quod coram iudice, ut not. in d. l. tutores. ueruntamen secundùm opin. omnium Doct. dic quòd sufficit fieri per publicum tabellionem extra iudicium, & sic communis seruat consuetudo, ut ibi no. per Cy. & Bal. in d. l. tutor qui repertorium. secus est in inuentario, quod fit per hæredem, nam illud est fiendum coram iudice ut l. fin. C. de iure delibe. Et prædicta, quæ dicta sunt in inuentario tutoris facto extra iudicium, procedunt quantum ad commodum, uel incommodum ipsius tutoris, & pupilli; quantum autem ad debitores ipsius pupilli in inuentario nominatos, ut possint ex inuentario cõueniri, requiritur, quòd factum sit coram iudice, & citatis ipsis debitoribus, uel præsentibus non contradicentibus, ut in l. chyrographis. ff. de admi. tut. & no. per Cyn. & per
13 Bartol. ubi supra. † Adhuc quæritur, quæ & quales res, & qua forma ponendæ sunt in inuentario? tex. dicit in d. l. tutores, quòd ponendæ sunt omnes res etiam instrumenta ad pupillum pertinentia, ꝙ tantum importat, ac si diceretur, ponenda sunt omnia iura corporalia, & incorporalia, omnesque res tam mobiles quàm immobiles, per singula latera, & confinia, taliter ꝙ res reddantur certæ, ita ꝙ ipse tutor possit ex ipso inuentario conueniri à pupillo tempore rationis reddendæ, ut d. l. l. fi. in princ. C. ar. tu. & in l. si rem, in prin. ff. de rei vend. Veruntamen non tenetur necessariò ipse tutor in suo inuẽtario ponere nomina cre-
f ditorum, quibus pupillus est obligatus, [f] arg. l. fi. C. de alie. pu. præs. Sed nec etiam nomina illorum exponere debet, si de eis nulla sunt instrumenta nec probationes, quia non possunt dici in bonis propriè inuenta, ut dicit ille tex. arg. Instit. de re. di. §. item lapilli. Si autem contingeret ab eis exigi quod deberetur, tunc illud exactum poni debet in inuentario tanquàm de nouo repertum. ut l. fi. §. tali. C. de
14 cur. fur. † Ex quibus omnibus patet, ꝙ tutor debet dicere in inuentario, { se inuenisse infrascripta bona in bonis talis pupilli &c. } nec est necesse ꝙ dicat, & attestetur { illa fore ipsius pupilli } sufficit enim & melius faciet si dicat { se inuenisse } simpliciter; attamen quibusuis uerbis utatur, plenam fidem facit inuentarium contra ipsum tutorem, adeo ꝙ non possit dominij quæstionem referre ipsi pupillo, ut d. l. fi. arb. tut. & per hoc deciditur, ꝙ si tutor dixerit se inuenisse talem domum in bonis pupilli quæ reperitur aliena, ꝙ tutor non tenetur, quia faciliter credere habuit prima facie esse in bonis ipsius eo ipso ꝙ reperit illam apud pupillum, & in hæreditate patris, nec talis tutoris confessio habet eum obligare, nisi in his rebus quæ de facili possunt occultari; in alijs autem puta immobilibus non operatur confessio ultra veritatem, sic intelligi debet d. l. fin. secundùm Doc. ut plenè refert Cy. in d. l. fi. quod no. † Sed quid
15 dices de illa quotidiana quæstione quando testator remisit tutori confectionem inuentarij, [g] quid operatur talis
g remissio? credunt vulgares, ꝙ per hanc remissionem tutor sit excusatus ab omni ratione reddenda, siue bene, siue malè administret; sed certè multi decipiuntur, licet enim per hanc talem remissionem excusetur tutor à confectione inuentarij, non tamẽ excusatur à ratione reddenda omnium eorum quæ ad eius manus peruenerunt, ut probatur in d. l. quidam decedens in prin. ff. de administ. tut. & plenius dicam infra gl. in uer. anologistas. &c. Habes ergo unum casum, in quo potest remitti confectio inuentarij, uidelicet dispositione testatoris; sed alio modo potest fieri hæc remissio uidelicet per consuetudinem, uel per legem municipalem, & per iudicem ordinarium, causa tamen legitima interueniente, sicut posset iudex, quod plus est, remittere dationem & constitutionem tutoris, ut ff. ad Tertul. l. 2. § tractari. uer. ergo si mater, & arg. l. pe. C. de ali. pu. præ. & C. quando & quibus quar. pars deb. l. 2. & sic deter. Cyn.
16 in d. l. fi. & Bar. in d. l. tutor qui repertorium. † An autem hæc remissio inuentarij conficiendi possit ita fieri per patrem legitimo, uel datiuo tutori, sicut fit testamentario? Cyn.

Cyn.dicit q sic in d.l.fi.& idem glo.in d.l.tutores. C.de ad
17 mi.tuto. † Sed pone q tutor, ut fieri solet, cœpit inuentarium facere, nec perfecit, sed potestatus est in eo, q si aliqua alia bona reperierit in bonis pupilli, paratus est illa apponere, uel si qua apposuit non apponēda, vult illa pro non appositis haberi, quæritur si tutor agit, & obijcitur, q inuentarium non perfecit, an poterit se defendere ex hoc inuentario, quasi sit perfectum? dicit Bar.in d.l.tutor qui repertorium. q non, nec protestatio hæc habet sibi prodesse, cum sit emissa super eo, quod habet de necessitate facere. iuxta no.in l.alimenta.C.de neg. gest. Cuius contrarium tenet & obseruat generalis consuetudo per d. l. fin. à qua
18 non est recedendum.ut l minime.ff.de legi. † Deinde quæ
h ritur, an [h] tutor, dum agit & inuentarium producit, debeat de eo copiam dare aduersario? dicit Bar.ubi supra q sic, videlicet de illa parte quæ sufficiat ad legitimationem personæ ipsius tutoris, non autem tenetur copiam facere de rebus singularibus in eo scriptis. argu.in l.2. C.quando & qui.quar.pars de.nec proderit ipsi aduersario, si dicat eum suspectum propter omisionem aliquarum rerum; quia hoc casu non prosequitur propriam iniuriam, sed alienā; ideoque non est audiendus ar.l.neganda.C.qui ac. nō pos.
19 & ff.de pub.iud.l is qui reus.cum sim. secundùm eum.† Venio ad secundùm quod requiritur, videlicet iudicis decretum, de quo loquitur l.4.ff.de auct.præstan. & d.l.fi. C. arbi.tu. Et quæro, an in omni tutore siue testamentario, siue legitimo, uel datiuo sit necessarium huiusmodi decretum? dicit Bart.ubi supra q sic per tex.d.l.4.cum sim. Fallit si testator hoc expressè remiserit, secundùm eum. ar. d.l. fi.ar. tu. Item fallit si testator expresse decreuit, & ordinauit, q tutor sua propria auctoritate sine alterius suffragio possit ipsa bona pupilli attingere, & administrare.ar.in l.cui eorū. in prin.ff.de postu. & no. in l.1.de tu.& cu.Illu.pers. & in auth.ut hi qui perhi.re. mino.in fin. cum sim. Sicut etiam potest testator concedere legatario, ut sua propria auctoritate rem sibi per eum legatam apprehendat secundū Bar.per tex.in l.Titia §.1.& ibi nota. ff.de leg. 3. quod est multum not.& bene facerent notarij, si in testamentis ap-
i ponerent hanc clausulam. Hoc autem decretum, [i] de quo ad præsens loquimur, nil aliud est q̄ ponere ipsum tutorē in possessionem administrationis seu tutelæ. argu. in sim. quod not.Inno.in cap.proposuit. extra de concess. præben. in prima glo. vnde nimirum si ipse testator potest a seipso tutorem ponere in hanc possessionem, uel ut melius loquamur facultatem, & licentiam concedere apprehendendi talem possessionem, sicut in simili no.in l.prædia. ff. de ac-
20 quir.pos. † Et aduerte quòd istud decretum iudicis operatur effectum in omnibus bonis pupilli vbique positis extra iurisdictionem, & infra ipsius iudicis, dummodo tam tutor, quàm pupillus sint de eius iurisdictione arg.l.magis puto.§.illud quæri potest ff.de reb.eo.& no. per Cyn. in l. prædium.C.de prædi.mi.sicut alibi dicitur in sim. de testa-
k mento [k] facto in una ciuitate, q operatur suum effectum etiam in alijs bonis sitis in alia ciuitate, ut not. in for. lib.
21 quo petitur hæreditas. † Sed pone, q pluribus est delata tutela ex testamento, uel iure legitimo ab intestato an poterit iudex uni soli administrationem decernere? videtur q non, quia omnibus insolidum competit administratio. ut l.dec eto.§.fi.cum sim.ff.de adm. tut. ergo non poterit iudex ipsis hanc potestatem auferre, & uni soli conferre, ar.eorum quæ not.per Dy.in c.indultum, de reg.iur. lib. 6. In contrarium est ueritas, dummodo hoc faciat cum legitima causa, ut traditur. per text. in l. testamento datos, cum seq.ff.de test.tut. & in l.legitimos.§.1. ff. de legi. tut. & l.fi
22 plures.la 1.ff.de admini.tut. † Venio ad quartum articulum de satisdatione, & quæro an hæc satisdatio præstanda sit à quocunque tutore? & dic breuiter, q legitimus tutor satisdare tenetur nisi sit patronus.ut habetur in d. l.legitimos.§.1.ff.de leg.tu. Testamentarius autem tutor, uel datiuus à iudice per inquisitionem, non tenetur satisdare, ut no.in l.dubium.& l.non omnium. C.de tut.uel cura.qui sa. non de.& Insti.de satisdatio.tuto. post prin. Et in hoc datiuo ex inquisitione dato multùm errant moderni officiales.nam omnes officiales faciunt satisdare, & est ratio, q non tenentur, quia fides eorum est à testatore, & à iudi-
23 ce approbata. † Verùmtamen, quia ipsi officiales transeunt sicco pede, nec faciunt debitam super hoc inquisitionem, ideo communiter faciūt ipsos satisdare, quam practicam approbat glos.C.de tu.qui sa.non d.l.prima, per tex. Insti. de Attilia.tu.§.nos autem. Qui autem non satisdedit, repellitur ab agendo ex officio.ut l.1.& 2.& fi.C.de tu. qui sati. non dederunt.

ADDITIONES.

✠ Ad secunda vota. Adde, quòd mater secundò nubens nō petito tutore filijs, nec redditis rationibus, punitur pœnis statutis a iure ciuili in l.1.& in authen. eisdem pœnis C.de sec.nup. Quæ quidem iura canonibus non sunt sublata, secundum communem, per Garon.d.Auth.nu.7. Soc. consil. 39.col.5.lib.1.imò ea mulier priuatur successione filij, cui ante secundas nuptias tutorem non petijt, si filius intestatus moriatur, l.omnem, vbi Bal.C.ad Tertul.§. si autem tutelam in auth.de nup.& vt pœnę locum habeant aduersus secundò nubeñ.Dic, q oportet secundū matrimonium esse carnali copula consumatum, teste Alber.in l. fœmina ff. de senat. Quo fit, ut aliquib. non placeat Bal.opi.d.l.omnē & consi.366.lib.4.dum vult decid.d.l.omnem, locum habere etiam ante copulam & consumationem matrimonij, licet tamen cū Bal.stet.Soc.Iun.consi.8.nu.4.li.1. Quæ opi. non sine rigore transire posset, quid de tutore dato filio à matre quæ ei solam legitimam reliquit, an debeat per iudicem confirmari, & dic, ut per Rom.consi.188.num. 3.& seq.vbi concludit in casu de quo ibi, tutoris materni dationem nullam esse, & consequenter paternum omnia administraturum, de p. ecedeñ. autem artic. de quo etiam per Pap.hic, vide quæ scribit Boer.q.266.2.par.& q mater secundò nubens priuetur ipso iure omni administratione & tutela not.prac.Masuer.tit.de tut.nu.15. qua in re dic, q si mater tutelam filiorum gerens nullo confecto inuentario, tutore filijs non petito, ratione non reddita, ad secunda uota transierit: filij defuncti successione excluditur, teste Osas.decis.58. vbi concludit contra matrem, quæ an in aliquo puniatur propter non confectum inuentarium tempore susceptæ tutelæ filiorum, vide Rom.consi.118.secundo dub.& consi.185.num. 6. ubi q incidit in infamiam & alias pœnas patitur, de quibus in l.fi.C.arb.tut l.tutor qui repertorium ff.de admin.tut. Rom.d. consil. 185. quid de matre minore 25. annis, an priuetur successione filij, licet tutorem non petierit intra annum, & dic, ut per eundem Rom.consi.279.vbi concludit q non, distinguit tamē inter bona quæ filijs obuenerunt extra ius paternum, ab illis quæ ex paterna substantia sortiti sunt filij, de quo uide quæ scribit Boer.q.185.nu.17. opi. autem Rom. communem dicit Ias.in l.minoribus in fi. C. de his quib. ut indig. Grat.consi.83.nu.7.lib.2.idem Ias.in l.sciendum §.fi.num. 11.ff.qui satisd.cog.Mant.consi.231.ante fi.reiecta opi.Neuiz.Syl.lib.2.post nu.53.de qua plura not.Gabr.com. opi. lib.6.tit de tut.concl.1.nu.49.& qui Rom.d.consi.279. in fi.inquit, sed tamen licet post annum luctus ipsa eadem ad secunda vota transierit, consequens est, ut in his bonis quæ ipsis filijs minorib. ab intest. decedeñ. extra ius paternum prouenerunt in plena proprietate succedat, in his autem quæ ex paterna substantia sunt sortiti: mater usufructu, patrui uerò nuda proprietate potiatur, ita Rom. ibi pro quo uide Boer.d.q.185.nu.17. Masuer.

✠ Statim renunciare. Adde, q mater acceptans tutelam filiorum si postea accedit ad iudicem dicens velle contrahere matrimonium: q filijs prouideatur de tutore, locus est tutori datiuo, nō autem legitimo, secundum communem

per

per Cur.Iun.consi. 94. nu. 5. Quid de matre quæ fuit data tutrix in testamento minus solemni, & non fuit confirmata, nec renunciauit velleiano, neque fecit inuentarium, ob tulit se liti & defensioni filij, & contra eam feratur sententia, quæ contra pupillum pronuncietur inualida, an actore peten. poterit fieri executio contra matrem, & dic, ut per doc. in Apostil. ad Bar. in l. 4. in princip. ff. de re iud. ubi concludunt q non, & an valeat redditio rationum facta per matrem alteri tutori: & an per eã liberetur, uide Ruy. consi. 90. lib. 5 Soc. consi. 125. 149 lib. 1. 159. lib. 2. Mas.

* Successione. Adde, si mater exclusa sit à successione filij: q excluditur etiam à legitima, teste Dec. consi. 299. quas autem pœnas patiatur mater quæ non administrauit tran seundo ad secunda uota, vide eundem Dec. consi. 591. & eo casu dic q mater potest eligere tutorem filio, & si nominet secundũ virum, ualet, quia vitricus potest esse tutor priuigni, tex. in l. nonnunquam. ff. de adop. non tamen ali debet ipse priuignus apud vitricum, teste Bart. d. l. nonnun quam, quibus Adde, q si filius decedat intra annum q mater quæ non petijt: non incidit in pœnam legalem, si tamẽ superérat tantũ tẽpus intrà quod petere potuisset, secus si se arctauit, ut etiam intra illud tempus petere non potuisset, Cast. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. colum. 2. sed ibi paulo post dicit, q etsi mater possit adire hæreditatem filij: q exinde ab ea auferri potest, per c. commissa. de elec. in 6. q autem mater eligat secundum virum in tutorem not. Cur. Iun. consi. 94. & q ita electus præferatur legitimo scribit Ias. consi. 149. col. 2. lib. 2. & dic, q eo modo priuatur pater tutela per transitum ad secunda uota, ex not. per Cur. Iun. consi. 94. lib. 2. de quo uide Bal. in auth. ijsdem C. de sec. nup. etsi non fecit inuentarium uel malè administrauit priuatur hæreditate secundum Rub. consi. 161. Goza. cons. 17. post Bal. in l. matres. C. ad Tertul. & in l. precibus. C. de impub. Cassin. Put.

* Iuratur in litem. Adde, q aduersus tutore, minuentarium uel librum rationum non conficientem, uel confectum non exhibentem, iuraque pupilaria & instrumenta non re stituentem in litem iurari potest, secundum communem opi. per Rom. consi. 118. col. 2. consi. 413. primo dub. Alex. consi. 74. nu. 2. lib. 7. Dec. consi. 178. num. 2. consil. 192. col. 2. consi. 274. col. pen. in cap. ex parte, secundo post num. 5. de appel. Affli. decis. 60. num. 5. Ploc. rep. l. si quando §. 50. num. 14. Masuer.

a Instituat. Sed quid si instituit in legitima tantum. dicit Roma. consil. 205. quòd non, per l. peto. §. matre. de lega. 2 & dicit notabile esse. & ibi vide quis tutor sit præferendus. cum ab ambobus parentibus sit datus.

b Sublatæ. uide Io. de Ana. consi. 102. & ibi de q. præcedentibus, & per Anch. consi. 109.

* Sublatæ. Adde, q uidua nuptias liberè contrahit, lex igitur quæ ob id eam punit, est contra libertatem matrimonij, & ideo non ualet, Quod intellige de legibus inferen. pœnam uiduis ad nuptias intra annum, aut aliud simile tẽpus festinan. quia aliæ leges non in pœnam ad nuptias pro peran. sed fauore filiorum prioris coniugij, non censentur iure cano. abrogatæ, ex not. per doc. in c. fi. de sec. nup. Bar. in l. 1. C. de sec. nup. & hanc communem dicit Abb. d. c. fi. & in c. ecclesia, nu. 10. ubi Fel. nu. 57. Dec. nu. 35. de consti. sic que stat concl. pœnas à ll. statutas contra fœminas intra annum luctus nubeñ. iure cano. correctas esse, alias autem non cessare, quo fit, ut fœmina intra annum secundò nubens, minimè amittat proprietatem, nec usumfructum bonorum, quæ sibi prior maritus reliquit, quamuis d. l. 1. contrarium uoulerit, quam illationem approbat Garon. d. l. 1. 12. not. Quæ omnia locum habent etiam si post mortem mariti intra mensem uidua secundò nubat, teste Abb. d. c. fi. in c. ecclesia, nu. 20. ubi Fel. nu. 57. & si in hoc cõtrarium teneant Bal. d. l. 1. & in l liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infa. Corn. consi. 21. col. 3. lib. 3. & hoc propter periculum commixtionis sanguinum primi & secundi mariti ad prolis certitudinem, quæ opi. à pluribus laudatur, & maiori honestate nititur. Masuer.

c An auus, uel mater in tutela præferatur. uide Bald. in l. si quis sub conditione. de test. tut. Bald. in l. cui error. §. 1. de post. per Anch. melius consi. 104.

d Statim. Dic quod ea quæ præcedunt inuentarium potest administrare tutor illo non confecto; sed 15. incumbunt tutori uolenti administrare, ut per Roma. consi. 415.

e Fieri. Adde Ang. in tract. de inuenta. nu. 11. Fran. Porcelli. in trac. eiusdem materiæ, c. 2. num. 9. Vital. de Cambanis in tract. clausula. in parte nihil nouari inuentarij confectio. penden. nu. 75. cum seq. Gul. de Lud. in fin. 122. inci. tex. est. Pet. Duenas reg. 187. in 15. casu. Zilettus.

f Est obligatus. Fran. de Are. consi. 148.

g Inuentarij. Angel. consi. 125.

* Inuentarij. Adde, non sufficere remissionem, sed necessariam esse prohibitionem confectionis inuentarij, teste Di lec. de art. test. tit. 7. c. 3. de quo uide quæ scribunt Ias. in l. nemo potest 2. lect. num. 74. & seq. ff. de leg. 1. Clar. §. testamentum. q. 66. & ut liberetur tutor etiam a necessitate cõ ficiendi librum rationum: dic, q remedium est, quòd testator liberet tutorem ab obligatione faciendi librum, sed pro pupillo, ut non obstante prohibitione testatoris, tutor inuentarium & librum rationum facere compellatur remedium est, q imploretur officium iudicis, de quo uide latius quæ scribit idem Dilec. d. tit. 7. c. 3. Mas.

h An debeat dari copia inuentarij, vide Bart. Bald. & Ang. in l. 2. C. de ali. pu. præ. Bal. in l. fi. C. de prec. Imp. offer. Bal. in rub. C. de fid. instr.

* Copia inuentarij. Adde Ias. in l. instumentorum. nu. 5. C. de precib. imp. off. ubi dixi, & uide quæ scribit Bar. in l. argentarius. §. edi autem ff. de eden. ubi docet cautel. notab. tametsi in casu diuerso, sed ad propositum q. de qua hic, pro qua uide etiam Pap. supra for. pet. cop. instr. uer. cum anno. nu. 8. Masuer.

i Decretum quid sit. uide Io. And. in c. 1. extra de reb. eccle. non ali. lib. 6. Spe. ti. de 1. & 2. decre. in prin. glo. ibi Io. And. in addi. gl. magna in c. 1. de reb. eccl. non ali. lib. 6.

* De testamento. Adde quæ scribit Rom. consi. 39.

SVMMARIVM.

1 *Datio tutoris facta puberi non valet.*
2 *Tutor decernendus si sit ex una ciuitate, & bona sint in alia ciuitate, vter iudex decernet.*
3 *Iudex competens quis sit in dando tutorem si pupillus sit oriundus ex una ciuitate, & bona sint in alia, & ipse habitet in alia.*
Intellectus ad l. pupillo. ff. de tut. & curato dat. ab his.
4 *Datio tutoris qui non sit de iurisdictione iudicis decernentis, non ualet.*

1 EIDEM Iacobo tunc pupillo. † Quid erit, si tunc erat pubes, an ualebit datio tutoris? Dic quòd non, ut est text. in l. Seiæ egressæ. ff. de tu. & cu. da. ab his. & idem si iudex decreuit alicui maiori tutorem, etiam si non fuerit error expressus in decreto, nihilominus datio tutoris erit ipso iure nulla, secundùm Bart. & Doct. sed in sententia lata per iudicem distinguitur, an error fuerit in ea expressus, uel non, ut plenè tangitur in l. 2. C. quando prouo. nõ est ne. Sed contra prædicta multum obstare uidetur, q si per iudicem detur curator alicui tanquam prodigo, qui non sit, quòd datio tenet, licèt erratum sit, ut not. per glo. in l. si ab eo. ff. de usuca. & Insti. qui. non est permi. fa. te. §. idem prodigus. Sed respondetur, q aliud est in isto curatore, quàm in illo tutore. & ratio diuersitatis est secundùm Bart. ut per eum not. in d. l. Seiæ, quia ætatis declaratio sit à natura; sed prodigalitatis inquisitio pertinet etiã ad iudicem, cuius sententia si sit iniqua ualet, & ad præmissa faciunt quæ not. per glo. in l. 5. C. de cu. fu. & per Bar. in

2 l. is cui. ff. de uerb. obl. † Sed quid erit, si pupillus, cui dandus est tutor uel decernendus per iudicem, sit oriundus ex una

vna ciuitate,& in alia ciuitate sunt bona posita, quis horũ
2 iudicum erit iudex [a] competens in dando sibi tutorem?
Dic quòd uterque eorum,ut habetur,& determinatur per Cyn.in l.1.C.ubi pe.tu. Et si uterque dederit diuersos tutores,ille tutor præferendus erit, qui prius datus fuerit secundùm Dyn.ut ibi not. per Cyn. † Huius autem gratia
3 alia quæstio subiungitur, pone quòd pupillus habeat originem in una ciuitate,in alia verò sortitur ex accidenti domiciliũ,in alia hēt vniuersum patrimoniũ,quis erit iudex cōpetens in dando tutore?quā qōnem plenè examinatCy. in d.l.1.& alij Doct.finaliter concludunt, ꝙ ille erit iudex competens,sub cuius iurisdictione persona pupilli residentiam facit, per tex. in l. magis puto.§.illud.ff.de re.eo. & ad hoc etiam facit d.l.1.& sic debet intelligi l.pupillo, de tu.& cur.da.ab his.facit etiam l.1.in fi.ff.eo.titu. Et nihilominus iudex competens erit iudex suæ originis,ideoque si uterque ipsorum iudicum tam habitationis quàm originis det diuersos tutores, ille tutor in administratione præfertur, qui prius datus fuerit, vt est dictum. ubi autem de prio. itate non apparet, tunc præferri debet ille qui datus fuerit à iudice suæ originis. arg. in l.libertus.§.præscripto.
4 ff.ad muni.secundùm Dy.& Cy.ubi supra. † Si uerò ille, qui datus est tutor uel curator, nō est de iurisdictione iudicis decernentis, non valet datio ipso iure, quia exigitur ꝙ uterque tam is qui datur, quàm is cui datur, sit de iurisdictione dantis, ut l.1.in fi.& l.ius dandi ff.de tu. & cu.da.ab his,& plenè per gl.l.etiam.ff.de tute.

ADDITIONES.

[a] Iudex. Adde quod uoluit Rom.consi.250. ubi ponit quis episcopus debeat distribuere bona relicta distribuenda cum testamentum habetur in diuersis locis, & terminis in quibus dat tutorem pupillo, ut hic, uide Fulgos. consi.2.

✱ Iudex. Adde Aym.consi.30.colum.2.post Rom. d. consil. 250. De pupillo autem habente originem in una ciuitate in alia domicilium,in alia patrimonium, Quis futurus sit iudex competens in dando tutore,& dic,quòd hanc q.mouet Bar.in l.pupillo.ff.de tut.& cur.dat ab his,ubi secundũ opi. Dy.concludit quòd iudex domicilij uel originis potest dare tutorem, cuius administratio porrigitur ad omnia bona,& quòd iudex tertij loci in quo nō habet domicilium neque originem:poterit dare curatorem in illis bonis quæ sunt in sua iurisdictione,cum curator detur bonis, secundum distin.Pap.hic,Qua in re uide Alexan.consi.44. col.4.circa med.lib.5.& fac.Rom.consi.39.col. 2.uer. his tamen,ad priorem autem q.si ex alio loco pupillus trahit originem, nihilominus rem alienans eius iudicis decretum requirit vbi res sita esse dignoscitur, iuxta tradita per Rom.d.consi. 250.adde fac.not.per Ias.in l. cunctos populos.2.lec.in fi.C.de summ.trin. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Tutores appellantur quasi tuitores.*
2 *Legatum amittit qui à tutela se excusat.*

✱ SVOS Tutores. * † Ideo autem hoc nomine appellan-
1 tur,quasi tuitores,hoc est defensores,ut Inst.de tut.§.
2 1.& ff.de tu.l.1.in prin.cum sim. † Et si testator eis aliquid legauerit,& à tutela se excusauerint,priuantur legato, ut ut in l.post legatum §.amittere.ff. de his qui. ut indi. quia etiã in re dubia est præsumptio ꝙ legatum sit eis factũ contemplatione gerendæ tutelæ, ut traditur in l. sed hoc nimium,cum l.præced.ff.de excu.tu.

ADDITIO.

✱ Tuores. Adde, Nat.consi.461.

SVMMARIVM.

1 *Ex pluribus tutoribus vel curatoribus an quilibet habeat administrationem in totum.*
2 *Durante pupilli ætate non tenet datio curatoris.*
3 *Vitricus potest esse tutor & curator sui priuigni.*
4 *Datio curatoris non tenet nisi per iudicem confirmetur.*
5 *Curatores tenentur inuentarium facere.*
6 *Curatorem assumere non cogitur adultus si non fuit à testatore ordinatum,nisi ad lites tantum.*
7 *Pupillus inuitus tutorem accipit,sed non petit illum sibi decerni.*
8 *Curator quando & in quibus casibus constituatur.*
9 *Curator ad unam solam causam inuentarium facere non tenetur.*
10 *Curator datus bonis vacantibus,non habet illam potestatem, quam habet tutor vel curator ad negotia.*
11 *Tutor & curator ad negocia inuicem æquiparantur, & loco dominorum reputantur, non tamen possunt vendere nec alienare bona pupillorum nec minorũ,nisi ex causa legitima,ac iudicis accedente decreto.*
12 *Actor constituitur à tutore & curatore.*

✱ ET Curatores. * Erant ergo plures dati tutores, &
1 curatores, † vnde quæritur an potestatem habeant insolidum administrandi,uel pro parte?Dic ꝙ quilibet habet potestatem in totum; posset tamen iudex uni soli decernere administrationem, ut hæc habentur in l. si plures, la 1.per totam l ff.de adm.tut.& l. decreto.§.fi.eo.tit.& su
2 pra dixi. † Sed hic aduerte, ꝙ durante pupillari ætate nō tenet datio curatoris, ut l.qui habet,in prin.ff.de tut. & l. curator.ff.de tut.& cura.da.ab his, sed finita ætate pupillari uires assumit,& qui datus fuit tutor nunc incipit esse curator,uolens tamen,sed non inuitus,ut l si tutor,in fi. ff.de tute.& ratio.dist.& Insti.de excu.tuto.§.fi.& C.de excu.tu.
3 l.curator. † vidi autem,nec immeritò,apud vulgares dubitari,an victricus posit esse tutor uel curator sui priuigni, & uidetur ꝙ non,quasi videatur suspectus, sicut vxor eius, dicendum tamen est ꝙ posit,ut determinat glo. & text.in
4 l.fi.C.de contra. iud. tu. & C. ubi pu. & edu.de l. 4. † Deinde sciendum est,quòd talis datio curatoris facta in testamento non tenet mero iure,nisi fuerit per iudicem confirmata,ut Insti.de cura.§.& in l.curatorem.C.de nego. gest.
5 & l.pen.C.de testa.tut.cum sim. † qui etiam curatores,pro ut tutores,tenentur inuentarium facere,ut l.fin. C. de cur.
6 furi.& in l.de creationibus.C.de epis. au. † & si curator non fuerit ordinatus à testatore,non cogitur adultus curatorem assumere, nisi ad lites tantùm, ut in §.item inui-
7 ti. Inst.de cura. † Licèt pupillus inuitus tutorem accipiat, ut ibi no.& ff.de tu.l. 1. Sed tamen non petit illum sibi decerni,ut l.fi.ff.de manum.uin.sed ab alijs petitur,puta agnatis,& cognatis ipsi pupillo constitui,ut ff.qui pe. tut. l. 2.
8 † Et not. quòd curatores solent constitui uarijs negociis & personis. Primò namque constituitur curator minori 25.ann.& hoc dupliciter, uel ad negocia generaliter, uel ad causas,aut ad unam causam tantum, & tamen omnes fa-
9 ciunt inuentarium,illo † excepto qui datur ad unam solam causam,qui non tenetur inuentarium facere,ut no. per gl. in d.l de creationibus,& in l.fi.C.de in lit.dan.tu.facit l.ad protegandum. C.eo tit.& quod not.per glo.& Bart. in l.si ad species.ff.rem pu.sal.fo.non tamen ut prædixi minor tenetur inuitus curatorem recipere ad negocia sua agenda seu gerenda,sed ad lites sic,ut idonea sit persona cum qua iudicium posit substantiari,secundum quod habetur in §. item inuiti.Insti.de cu.& no.in l.momentaneæ.C.qui leg. perso. Item datur curator prodigo, furioso, & mentecapto,ut Instit.de cu.§.furiosi quoque. & C. de cur. fur. fur.
10 per totum † Item datur aliquando curator bonis uacantibus & indefensis ad instantiam creditorum, ut ff. de cur. bo.dan.per totum,ad quem pertinet de ipsis bonis inuentarium facere.nec tamen habet illam potestatem, quam habet tutor,uel curator ad negocia,ut no.per gl. in rub. & in l.1.in prin.ff.de.cu.bon.dan.& probat in l.tutor bonorũ. ff.
11 de admin.tut. † licèt & tutor & curator ad negocia inuicem æquiparari regulariter uideantur, ut not. in dicta l. cum nos minores. C. si aduer. rem iu. & loco dominorum reputantur, ut l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.

empt. & l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. nec tamen habet illam potestatem quam habent ueri domini, quia non potest uendere nec alienare bona pupillorum nec minorum, nisi ex iusta causa & legitima, ac iudicis accedente decreto, quando sunt res immobiles, uel tales quæ inter immobilia computantur, uel ex temporis cursu non corrumpantur, ut aurum & argentum uel similia, ut in l. magis puto. §. ne passim. ff. de re. co. & l. lex quæ tutores. C. de admini. tut. cum sim. ibi not. immo nec de his transigere, nec donationem facere possunt, ut l. non solum. C. de præ di. mi. licèt eis posit rectè solui de redditibus & fictis bonorum suorum pupillorum, ut l. sancimus, & l. constitutionem. C. de admi. tut. Alij autem debito. es ex alia causa non liberantur perfectè soluendo ipsi tutori uel curatori, nisi iudicis interueniente auctoritate, secundum tamen distinctionem traditam in l. 1. cum ibi not. C. si aduer. sol. & l. sancimus, & Institut. qui. alie. li. §. nunc admonendi, & ibi per gloss. facit l. ait prætor. §. permittitur, & §. quòd tamen. ff. de min. & l. Lucius. § tutelæ. ff. de admini. tut. pro quibus quidem omnibus per ipsos tutorem uel curatorem gestis de administratione tenentur reddere, finita tutela & cura, debitam rationem, & reliqua restituere, ut l. rationes & l. aduersus. C. de admi. tut. & ibi plenè not. per gloss. & pro hac administratione sunt eorum bona tacite pignori obligata, ut l. pro officio. C. de admini. tut. licèt hodie cùm iudex decernit tutelam uel curam fa-
12 ciat in instrumento eorum bona expresè obligari. † Est autem aliud sciendum, quòd plerunque à tutore uel curatore constituitur actor, ut Institut. de cur. §. fin. & l. actor. ff. rem ra. ha. quia tutor & curator non possunt constituere ad lites procuratorem, ut l. neque tutores. C. de procurat. sed ad negocia extraiudicialia sic, ut l. procur. §. si tutores. ff. man. vnde dubitatur qua forma debeat constitui talis actor, quod plenè disputat Barto. in d. l. actor, concludens tamen quòd duo debent interuenire, uidelicet mandatum tutoris & curatoris, & decretum iudicis, sicq; constituendus est in iudicio, ut probatur per text. in l. vnica. C. de auct. tut. seù cur. dan. & d. §. fin. Instit. de cura. in qua constitutione debet subesse secundum Bartol. aliqua causa honesta, propter quã tutor uel curator per seipsum non posit intendere administrationi huiusmodi, ut habetur in l. decreto. ff. de admi. tut. & etiam tenetur ipse actor legitimè constitutus cauere rem ratam pupillum ac ipsum tutorem uel curatorem habiturum, & in hoc differt à procuratore, ut plenè disputat Barto. in d. l. actor, & sic facias exprimi in instrumento constitutionis.

ADDITIO.

* Curatores. Adde Nat. cons. 461. quid si dixerit curatorem cum deberet dicere tutoré, & dic, ut per Ias. in in l. si quis in fundi uocabulo. nu. 46. de leg. 1. in l. quoties in stipulationi ius. nu. 5. ff. de uer. ob. accedit q si sunt duo tutores, q vnus pôt facere alterum procuratorem in negotiis pupilli & sibi committere vices suas ex not. per Doc. in apostil. ad Bar. in l. si procuratorem. §. si tutores. ff. mand. Mas.

SVMMARIVM.

1 *Executores testamenti an sint similes tutoribus.*
2 *Executor quotupliciter sumatur.*
3 *Executores qui esse possint.*
4 *Executores an habeant actionem contra scriptum haredem pro executione fienda.*
5 *Pauperibus institutis haredibus, qualem habeant executores potestatẽ.*
6 *Pauperes qui eligantur si inter pauperes hæreditas est diuidenda.*
7 *Quanto tempore duret officium executorum.*
8 *Quo tempore cedat annus quo durat officium executorum.*
9 *Annus officij executorum an currat ante euentum conditionis uel diei apposite legato uel institutionis.*
10 *Annus officij executorum an currat ante aditam hæreditatem.*
11 *Dictus annus an possit per episcopum prorogari.*
12 *Pendente lite inter scriptos hæredes, & inter uenientes ab intestato, an currat tempus anni.*
13 *Hæredibus scriptis non adeuntibus, an executores possint ante hæreditatem aditam exercere officium suum.*
14 *Verbum licentia, per se sumptum, quid importet.*
15 *Executores habentes potestatem alienandi, an possint permutare.*
16 *Executores an possint deputata ad certum usum in alium usum conuertere.*
17 *Executores an transferant dominium in emptorem sine consensu hæredis, cùm habeant potestatem alienandi.*
18 *Executoribus uendere uolentibus, an hæres sit cogendus exhibere res*
19 *Executorum officium quantum ad hæredem est necessarium.*
20 *Executores an possint bona uendere habita fide de pretio antequam decurrat tempus anni.*
21 *Instrumentum uenditionis ab executoribus facta quomodo debeat à notario confici, ut plenè probet.*
22 *Executores an possint procuratorem constituere.*
23 *Executor ad distribuendum inter pauperes, an possint eligere filium spurium testatoris tanquam pauperem.*
24 *Executores deputati ad male ablata, an possint soluere alia debita ex causa honesta.*
25 *Executor usque ad quod tempus compellatur reddere rationem.*
26 *Libris executorum in reddenda ratione an sit credendum.*
27 *Executore dato super construenda capella cuius non est tenta ratio, qualiter reddatur ratio.*
28 *Mortuo vno ex plurib. executorib. ad quem eius potestas deferatur.*

1 
C executores. † Aduerte quòd natura & conditio istorum executorum adæquatur dictis tutoribus & curatoribus & in aliquibus differt ab eis, ut patebit in sequentibus de quibus executoribus plenè traditur in l. nulli. C. de episc. & cler. & ibi plenè per Cyn. & alios Doc. in l. id quod pauperibus, eo. tit. & per Barto. in l. alio. ff. de ali. & cib. leg. & per Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc uerò aliqua, & per glo. tex. & Doct. iuris cano. in cap. tua nobis, & in c. Io. de testa. & in c. si. de testa. lib. 6. Pro cuius tractatus pleniori cognitione uidendum est prius, qui prohibeantur esse executores, quibus cognitis apparebit qui esse possunt, quia cognito vno ex contrariis cognoscuntur & reliqua, ut Instit. de his qui sunt sui uel alie. iu. in princ. Secundò uidebitur de eorum potestate. Tertiò declarabitur, in quibus differant à tutore & curatore. Alia insuper inci-
2 denter tractabimus ad materiam pertinentia. † Rursus sciendum est, q executor potest sumi tripliciter, vno modo largissime, alio modo lagius, tertiò largè. Primo modo comprehenditur quilibet qui aliena negocia gerit uel exequitur, puta procurator, negotiorum gestor, & si. sumpto arg. ab etymologia uocabuli. Secundo modo cõprehendit eos qui sententias exequuntur, & ultimas uoluntates. Tertio uerò modo solùm comprehenduntur nuncij, & hi qui sententias, & alia acta iudicialia exequuntur, vt l. executorem. C. de exe. rei iu. horum autem executorum ultimarum uoluntatum tres sunt species, nam quidã sunt legitimi, quidam testamentarij, alij uero datiui, sicut supra dictum est in tutoribus. Legitimi autem appellantur hi, quibus à iure canonico, uel ciuili defertur potestas exequendi uoluntates defuncti, utputa episcopus, œconomus & capitulum, ut habetur in Auth. de eccl. tit. §. finantem specialiter, cum §. seq. & in §. in omnibus, & extra de test. cap. tua. & ca. Io. & l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. Testamentarij uerò sunt hi qui per testatorem ad hoc constituuntur, ut uidemus quotidie fieri, de quibus loquitur. d. l. alio hærede. ff. de ali. & cib. leg. & d. l. nulli, & c. tua, & c. Io. Datiui autem sunt illi, qui per iudicem constituuntur aliquando, sed perrarò. de quibus loquitur l. 3. §. fina. ff. de
3 ali. & cib. leg. † His præmissis redeo ad principale quæsitum, uidelicet qui sunt illi qui non possunt esse huiusmodi executores ultimarum uoluntatum. & breuiter responde tur q primò prohibentur esse fratres minores, ut est text. in cle. exiui. de uerb. sig. quia in tali officio uertitur ut plurimum tactus, & contrectatio pecuniæ, quod est contrariũ regulæ beati Francisci, ideoque non prodest eis auctoritas sui superioris, cui non licet dispensare contra regulam antedictam, cùm multòminus Papæ constitutiones istas

infringere consueuit, argum.in l. nam nec magistratus.
ff. de arb. Cæteri uero mendicantes ac religiosi de sui su-
perioris licentia, & non aliter, possunt esse executores,
vt in cap. fina. in princip.de testam. libr. sexto. & not. per
Bartol. in lege á filio. ff. de alimen. & ciba. legat. Item
pupillus, furiosus, mente captus, & similes, esse non
possunt ad negocia uel ad iudicia procuratores ex defe-
ctu sensualitatis, repelluntur propter identitatem ratio-
nis ab officio executoriæ, fœmina tamen boni intellectus
potest esse executrix, ut in d. l. à filio, licèt non possit esse
ad iudicia procuratrix, ut in l. alienam. C. de procur. & l.
fœminis. ff. eod. tit. & no. Spec. ubi supra, uersicu. sed pone
quædam mulier &c. Super auctoritate ipsorum executo-
rum restat de tribus quærere, uidelicet an plures executo-
res habeant insolidum, sicut tutores, potestatem exequen-
di, uel communiter tantùm. Item an possint agere con-
tra hæreditatem, & bona hæreditaria pro ipsa exactione
fienda alienare. Item an possint, & qualiter constituere
procuratorem. Item an de gestis, & cui teneantur ratio-
nem reddere. Quò autem ad primum, an potestatem ha-
beant communiter uel insolidum, fuerunt & sunt antiquo
rum & modernorum uariæ opiniones, aliis quidem æqui
parantibus hos executores pluribus tutoribus, aliis uerò
pluribus procuratoribus, aliis autem pluribus iudicibus,
vt prolixe refert Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc uero ali-
qua, uersi. sed nunquid plures, & etiam per Cyn. in dicta l.
id quod pluribus, in 7. quæstio. quæ quidem quæstio seu
disputatio est hodie sopita in cap. fin. de testa. lib. 6. ubi est
approbata opinio illorum qui dixerunt communiter tan-
tùm eos exequi posse, nisi in quatuor casibus in quibus di-
uisim possunt exequi. Primus casus est, si vnus est mor-
tuus. Secundus casus est, si sit absens. Tertius est, si recu
sat exequi, ut ibi habetur. Quartus casus est, quando te-
stator expresse insolidum singulis constituit potestatem,
4 vt ibi notatur. † Sed an habeant actionem contra scri-
ptum hæredem pro executione fienda? distingue, aut sunt
executores generales, aut particulares tantùm puta, ad fa-
ciendum capellam. Primo casu aut sunt meri, & puri exe
cutores, nullum participantes commodum; & tunc siue
sint generales, siue sint speciales, habent condictionem ex
præalle. l. nulli, & l. si quis ad declinandam, cum simil. Aut
non sunt meri executores, sed commodum participant, vt
puta si testator legauerit eis centum & iussit per eos distri
bui quinquaginta, & tunc habent actionem ex testamento
ad ipsa centum exequenda, ut probatur in l. si quis Titio,
in prin. de leg. 3. & in l. si seruus plurium. §. cum quid, de
lega. 1. de quo plene per Cy. in d. l. id quod pauperibus. in
4 q. & per Spe. in d. §. nunc uerò aliqua. uersic. sciendum
quòd executor. Sed nunquid executores simpliciter dati
habent potestatem uendendi & alienandi propria aucto-
ritate de bonis defuncti pro distributione & executione
fienda. Spe. in d. uer. sed an executor, uidetur distinguere,
aut sunt executores generales nullo alio hærede institu-
to, & tunc possunt uendere & pecuniam conuertere in
vsum deputatum, aliter non, arg. C. de epis. & cler. l. orpha
notrophos. Aut alius est datus hæres ab intestato, ut com
muniter accidit, & cum eo sunt dati executores ad aliqua
specialia exequenda, & tunc hic considera; aut per testato
rem est sibi potestas concessa alienandi, & tunc poterunt
vendere; aut hæc potestas non est eis concessa, & tunc aut
testator disposuit res quasdam alienari & pecuniam inde
distribui, & tunc licèt non declarauit personam per quam
fieri debeat hæc alienatio, tamen in dubio præsumitur hoc
tacitè ipsis executoribus demandasse; quia per concessio
nem consequētis præsumitur concessio antecedētis ad il-
lud necessarij. arg. in l. ad rem. & in l. ad legatum. ff. de pro
cur. & in l. 2. ff. de iud. om. iud. & in c. 1. §. præterea. de offic.
deleg. Aut super alienatione fienda testator nil disponit,
& tunc uendere non poterit, ut l. alio hærede. ff. de ali. &
5 cib. legat. & ibi per Bart. † Quid autem si pauperes Chri-
sti sunt hæredes instituti, & dati certi executores ad distri-
buendum bona inter eos, qualem habebunt ipsi executo-
res potestatem in ipsis bonis? Dic quòd loco hæredum
a sunt, & ideo uendere [a] poterunt, & omnes actiones in-
tentare ac alienare, ut in d. l. si quis ad declinandam, & no.
per Innoc. in cap. officij. de testa. in fin. & per Barto. in d. l.
alio hærede, quod tene menti, quia sæpe de facto occur-
6 rit. † Sed pone quòd testator, ut plerunque accidit, ius-
sit distribui bona inter pauperes, quæritur quos pauperes
habebit eligere episcopus uel executor? Dic breuiter il-
los de ciuitate episcopi exequentis, nisi testator speciali-
ter alios elegerit, ut no. per Bart. in l. centum. C. de anno.
& tribu. lib. 11. Et facit d. l. nulli. & melius. l. si quis ad de-
clinandam, uersi. ubi autem. & uersic. si autem nullus. C.
de episc. & cler. Et not. quòd fienda est distributio illis
pauperibus, qui sunt mendicantes si reperiuntur, deinde
aliis minore egestate laborantibus, ut in uersi. si autem.
& in uersicu. proximè præcedenti. l. id quod pauperibus.
7 † Vltra quæritur quanto tempore habet durare hoc offi-
cium executorum? Respondetur, quòd per annum, & non
vltra, quo anno finito deuoluitur potestas exequendi ad
episcopum, ut habetur in d. cap. tua. & c. Ioan. & d. l. si quis
ad declinandam, & in l. nulli. quod quidem bono princi-
pio ordinatum fuit ad hoc ut testatorum uoluntates sorti-
rentur effectum suum. licet hodie etiam cum hac prouisio
ne istud exequi sit difficilè. sed ut inquit Salustius. {Om-
nia mala exempla ex bonis initiis orta sunt} quam quidem
potestatem per legem episcopo attributam non posset te-
stator auferre, quod not. ut traditur in d. §. tua. & in Auth.
de eccle. tit. §. si quis autem. & per consequens quod pu-
blico fauore inductum est, non potest per eum remitti. l.
quod fauore. C. de leg. & l. si iudex. ff. de min. cum sim.
iuuatur etiam prædicta decisio per l. nemo potest. ff. de le-
8 gat. 1. † Rursum quæritur, quo tempore cedat iste an-
b nus, [b] an à tempore mortis ipsius testatotoris, an à tem-
pore scientiæ ipsius executoris, & an hoc tempus sit utile
vel continuum? & breuiter Bald. in d. l. id quod pauperi-
bus, determinat quòd currit à tempore admonitionis fa-
ctæ per episcopum, & sic à tempore scientiæ uerè uel fi-
ctè, ut not. in cap. nos quidem, & in cap. tua, extra de testa.
Ideoque solent episcopi facere constitutiones, per quas
generaliter monent quoscunque executores super eorum
executione fienda, ueruntamen secundùm eum si qualitas
operis perficiendi requirit tempus prolixius. vt puta. {Exe
cutorem deputauit testator ad construendum monaste-
rium} tunc secundum Feder. de Sen. eius potestas exten-
deretur post annum, dummodo {ut credo} inchoasset opus
infra annum, quam opin. sequitur idem Bald. argum. ad
hoc in l. si mihi & tibi, in §. si quis seruos. ff. de legat. 1. &
9 l. Iulianus. §. primo. ff. de uerbo. oblig. † Vlterius quæri-
tur, an hic annus currat ante euentum conditionis uel
diei appositæ legato uel institutioni? & determinat idem
Bald. quòd non, argum. l. tali. ff. de iur. do. in ratione sui.
Et per hoc determinatur in tali casu. {Testator instituit
filium suum impuberem hæredem, & si decesserit in pu-
pillari ætate, uel postea quandocunque sine liberis quòd
eius hæreditas dispensetur inter pauperes} quòd ante euē
tum ipsius conditionis non currit hoc tempus dispensan-
di ipsis executoribus; ratio est, quia hæc conditio uide-
tur ita repetita in executione, sicut est posita in principa-
li dispositione. argumen. l. quidam testamento. §. si sci i-
ptus. ff. de lega. primò. Amplius pro latiore præmissorum
doctrina quæritur, an hic annus currat executori ignoran
ti? prout posset de facili euenire, cùm executores aliquan
do non sunt præsentes testamento. determinat idem Bald.
c quòd non, quia ignorans [c] non potest exequi, argum. in
l. penul. ff. de eo qui pro tut. neg. gest. etiam si constitutio
episcopi esset generalis, quia impedito per ignorantiam
non potest culpa uel negligentia imputari. Talis enim
constitutio est ius prætorium, & per consequens tale tēpus
erit

erit saltē utile quò ad sui initium, ut no. in l. superuacuam. C. de temp. in integ. restitut. peten. nisi esset consuetudo in cōtrarium secundum eum Idem tenet Bar. ante eū in l. genero. ff. de his qui no. insa. Veruntamen circa hmôi tempora potest sic distingui; aliquando cursus temporis inducit fauorem ignoranti, & tunc currit ipsi ignoranti ad eius commodum, ut in d. l. genero. de infa. quandoq; cursus temporis inducit sibi damnum, & tunc nō currit ignoranti, ut in l. cum lex. ff. de ædi. edi. quandoque cursus temporis non inducit damnū nec fauorem, & tunc currit ignoranti, ut in d. c. statutum. de præb. lib. 6. secundum eundem
10 Bar. vbi supra. † Sed an hoc tempus anni currat ante aditam hæreditatem? dicit ipse quod sic in relictis ad pias causas, quia in his non attenditur aditio hæreditatis, cum ea non adita non debeantur, ut no. in l. 1. C. de sac. sanct. eccles.
11 † Sed nunquid hoc tempus anni posit per episcopū prorogari? dicit ipse quòd sic ex causa, ut per eum not. in d. l. nulli, facit quod no. Inno. in c. cum tibi. extra de uerb. sign. an autem tales executores teneantur facere inuentarium?
d [d] tex. est φ sic in d. l. nulli, & ibi etiam tangitur per Iacob. de Bel. licet de consuetudine malè seruetur. Vlterius quæritur, an pendente lite inter scriptos hæredes, & inter uenientes ab intestato currat illud tempus anni? dicitur φ
e non, [e] quasi dubium sit de uiribus testamenti, & per consequens de eorum baylia & potestate, & sic tanquam impeditis nō uidetur eis illud tempus debere currere, ut supra, tactū est. Vel melius distingui uidetur, aut enim testamentum habet clausulam codicillarem, & tunc currit, quia ab intestato est etiam eis potestas & executio demandata. ar. eorum quæ not. in authen. ex causa. C. de liber. præter. per Doct. & per Bar. in l. 1. ff. de iure co. & sic cessare habet iu-
12 ris impedimentum. † Aut non habet clausulā insertam, & tunc non currit hoc tempus tali pendente lite, quia eorum potestas est impedita, ideo non currit sibi tempus. ar. l. 1. in fi. C. de ann. exce. Vt tamen multa habeant cessare, & posint liberè ipsi executores eorum officium exercere, consilium est quòd testator det ipsis potestatem alienandi hoc modo. {Dans & concedens dictus testator dictis suis executoribus plenam & liberam licentiam, potestatem, & facultatem distribuendi, uendendi & obligādi, ac alienandi de bonis suis omnibus, ac vniuersis, & eorum singulis propria auctoritate ipsorum absque licentia & consensu suorum hæredum, uel alicuius eorum, tam ante aditam hæreditatem quàm post; liberans & absoluens ipsos executores ab inuentarij confectione, & à ratione reddenda, & φ plena fides præstetur libris eorum, si forsitan compellerentur ullo tempore reddere rationem, quo casu adueniente idem testator ipsis executoribus legauit omne id & totū, in quo apparuerit eos dicta occasione debitores remanere &c.} Et no. φ etiam in tutoribus est bonum ponere hác
13 partem vltimam. † Vlterius quæritur, Ecce φ institutis hæredibus & datis executoribus, quibus data est potestas exequendi modo quo supra, hæredes non adeunt hæreditatem, an tunc poterunt executores ante aditam hæreditatem bona uendere, & dispensare? dicit Bar. in d. l. alio hærede, φ non, siue in testamento sit inserta clausula codicillaris, sine non, ar. l. si nemo. de testa. tut. & l. si nemo. ff. de re iud. quia libertatis relictum & datio tutelæ sunt fauorabilia, & tñ non adita hæreditate depereunt, ut l. 2. de fidei. li. & l. si. in prin. ff. de ma. test. l. qui filio. §. 1. ff. de hære. insti. & ibi no. & Inst. de eo cui libe. causa bona adiici. Sed in his, quæ ad pias causas legata sunt, Bal. tenet ut supra uidistis.
14 † Item quæritur, quid importet istud uerbum. {Licentia} per se sumptum, dicit Inn. in c. cum ad monasterium, in fin. de stat. monach. φ importat liberam uoluntatem. sed Bart. in d. l. alio, dicit φ solùm importat arbitrium boni uiri. ar. l. fideicom. in §. quamquā. ff. de leg. 3. & ar. in l. 2. C. de sacr. san. eccles. ubi patet, φ ibi testator habet licentiam disponendi, & non potest tamen filium præterire. Si autem in oratione adiiciatur uerbum. {Libera} tunc latior est attributa potestas, & absoluta, ut habetur in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procur. & in l. fideicom. lib. ff. de fideicom. liber. & idem esse in verbo. {Plenam} arg. l. si pro
15 curator ad vnam. ff. de procur. & in l. 1. ff. de testa. mili. † Inde quæritur, an tales executores, qui habent potestatem alienandi, posint permutare? uidetur quod non, ar. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eo. In contrarium facit. l. sicut. §. uenditiones. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. & hæc est verior. nam tale uerbum uenditionis prolatum à persona priuata comprehendit in se omnem speciem alienationis, per quam causa omissa posit impleri. ar. in l. statulíberi. §.
16 cæteris. uer. Labeo. ff. de statulib. † Item quæritur, an illi executores posint pecuniam deputatam per testatoré ad certum usum, puta ad maritandum aliquas puellas, conuertere in alium usum puta ad faciendum vnam capellam?
f [f] & dicendum est quòd non, sine licentia & auctoritate Papæ, ut in cle. 2. in prin. extra de reli. do. ad quod facit tex. no. in l. 1. ff. de admi. re. ad ciuita. perti. & quod habetur in
17 l. legatum, cum l. seq. & ibi per Bar. ff. de usufr. † Vlterius quæritur, an hi executores, quibus talis alienandi potestas est cōcessa, posint uendendo dominium & possessionem transferre in emptorem sine consensu hæredis? uidetur φ sic, ar. in l. 2. & quod ibi no. C. quando decre. opus non est, & in l. alio. de alimen. & cibar. leg. & hæres non potest impedire officium executoris, nec rescindere pium testatoris propositum, ar. l. si ego. §. 1. ff. de iur. dot. & l. cum pater. §. Meuio. ff. de leg. 3. quidam tenent contra, quia nisi hæres consentiat, uel prius de possessione exeat, non perdit dominium. ar. in l. si fistulas. §. fundo ff. de contrah. empt. Nec obst. si dicatur, sufficit quòd emptor inducatur in possessionem, licèt non constituatur uerus possessor. ff. de fun. do. l. si fundum; quia respondetur, quòd illa lex loquitur, quādo dominus uendebat; hic autem non sic, quando eius minister. ad quod facit. l. si quis prohibuerit. ff. de public. Et licèt habeant executores potestatem à testatore, non potest tamen ipse testator facere, quòd inter uiuos dominiū transeat sine possessione, ut in l. nemo potest, cum ibi not. ff. de lega. 1. & hanc partem sequitur ipse Bald. sic ergo secundùm eum tale remedium erit, quòd emptor agat ex cōtractu contra hæredem, & consequetur ab eo dominium & possessionem mediante iudice, ar. in l. qui uniuersas. §. cum emptor. ff. de acq. poss. quia non liceret ipsi executori propria auctoritate expellere hæredem de possessione, ut
18 in l. non est singul. ff. de reg. iur. † Sed an hæres sit cogēdus exhibere executoribus res testatoris quas uendere uolunt? dicit Bar. quòd sic, ar. in l. si tibi electio. §. fi. ff. de oper. liber. quibus rebus sic exhibitis tunc ordo tenendus in earum alienationibus talis erit, uidelicet quòd si habent executores liberam potestatem, tunc erit in eorum arbitrio eligere, & uendere quas res uoluerint, dum tamen bene se habeant, nam pro modico non concederetur eis uenditio rei magni pretij, ut in d. l. magis puto, in §. ne passim. ff. de reb. eor. coniuncta. l. creditor. §. Lucius. ff. man. si uerò non habeant liberam potestatem, sed simplicem facultatem relatam ad arbitrium boni uiri, ut supra dictum est, tunc non poterunt quas res volunt eligere, & uendere, sed seruādus est ordo traditus in d. §. ne passim. cum si. & cum hac distinctione debet intelligi glos. in l. pen. C. quando decre. opus non est, & in l. quandiu. C. de dist. pig. ueruntamen in uenditione fienda debet prius requiri & admoneri hæres, ut sit præsens ipsi uenditioni, secundùm Bar. siue sint executores cum libera, siue sine libera. ar. l. c. editor. C. de distr. pi. & in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. pro cuius latiori doctrina sciendum est secundùm eum φ aliquando sunt plures uel unus habentes potestatem alienandi à lege concessam, aliquando habent hanc potestatē concessam ab homine, primo casu requiritur admonitio partis & requisitio, ut licitè procedere posit alienatio, ut probatur in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de reg. iur. & per Cy. in l. si ut proponis. C. de exe. rei iudi. & in l. ab executore.

cutore.C.quorum app.non reci.Secundo autem casu subdistingue, aut talis potestas fuit ab initio & postea voluntaria,ut est illa quæ procuratori à domino conceditur, & tunc in alienatione per procuratorem fienda non est dominus requirendus; sed si dominus alienationem uelit impedire,debet ei denunciare,ne alienet,ut in l.si mandasset ff.mand. Aut talis potestas ab initio est voluntaria, sed postea est facta necessaria,& tunc aut illa potestas fuit determinata,& tunc non est necessaria certificatio.vt in l.fi.§.1. C.de iur.do.impetran. Aut non fuit limitata, & tunc exigi
19 tur certificatio,ut l.creditor.C.de distr.pig. † Horum ergo executorum officium licèt fuerit respectu testatoris ab initio voluntarium, quantum tamen ad hæredem est necessarium, & quia de præiudicio hæredis agitur circa rei pretium,quod non fuit limitatum,pro tanto eius certificatio facienda est necessariò,quòd credo uerum, nisi à testa-
20 tore huius certiorationis facta fuisset remisio. † Vltra quæritur,an hi executores possint huiusmodi bona uendere habita fide de pretio,sicut fit plerunq; antequam decurrat tempus anni? Bar.ubi supra distinguit,aut habent contrahendi potestatem cum libera,& tunc uendere poterunt termino per eos dato ad solutionem pretij: aut non habêt hanc potestatem, & tunc non poterunt sic uendere fide habita de pretio,per l. si procurator. ff. de iur. fis. & in l. à diuo Pio.§.si emptor.ff.de reg.iu.coniuncta.l. qui Romæ. in §. Callimacus,in fi.ff.de uerb.obli. & sic per hoc sequitur, quòd non sufficit executores confiteri se pecuniam recepisse, quia per hoc non impletur causa eis mandata,
21 arg.l.sed Iulianus.§.proinde ff.ad Maced. † Debet ergo notarius, qui facit instrumentum uenditionis, in eo dicere. § Quòd pretium ipsius rei fuit in eius præsentia ipsis executoribus numeratum § & tunc plenè probabit, licèt non appareat quòd ipsum pretium fuit conuersum in solutionem legatorum,arg.l.1.§.non autem ff.de exerci. Item quæritur, quid si hæc res uendita per executorem postea fuit euicta,contra quem agere debebit emptor? respôdeo contra hæredem,arg.l.1.§.fi.ff.de pig.actio. facit totus il-
22 le tit.C. de cred.euic.pig.no.te. secundùm Bar. † Postea
g quæritur, an hi executores possunt procuratorem g constituere? ubi distingue, aut volunt constituere ad negocia extraiudicialia, & tunc possunt; aut ad iudicialia, & tunc ante litis contestationem non possunt, sed lite contestata sic,exemplo tutorum,ut habetur in l.neque tutores. C. de procur.super quo uide plenius quod no.Spec.in d.§.nunc
23 aliqua.ver.sed nunquid,de instr. edit. † Deinde quæritur, an executor deputatus ad distribuendum pauperibus possit eligere filium spurium ipsius testatoris tanquam paupe
h rem, h & in eo facere distributionem? Respon. dicit Iac. de Aret. & post eum Bald. quòd non, siue sit executor legitimus,ut episcopus,siue testamentarius; quia omni casu talis filius nec per se nec per mediam personam potest quicquam capere ex bonis paternis, arg.ff.de vulg. & pup. l. si is qui.nec in dubio uidetur ipsi executori liberum arbitriû concessum disponendi contra ius,ut ff.de rit. nup. l. quanquam.ff.ad munic.l. Lucius, immo nec posset testator tale arbitrium concedere.arg.l.nemo potest.ff.de leg.1.ueruntamen possent huic spurio alimenta distribui inspecto iure canoni. arg. in cap. cum haberet, extra de eo qui duxit in matri.quam pol.per adul. Sed de iure ciui.non. per authen.ex côplexu.C.de incest.nup.duntamen nô fieret fraus legi sub tali colore alimentorum distribuendo in eum bona diuersa uel maiorem partem ipsorum, secundùm Bar. arg. in l. fin.ff.de exer. Et si fortasse episcopus uel executor distribuendo fraudem committeret, non propterea fiscus posset ipsa bona à spurio tanquam ab indigno uendicare, sed ipse executor uel episcopus contra suum factum ueniens illa reuocaret,arg.eorum quæ not.per Inn. in c.literis,extra de offi. delega. nec præscriptio obstabit, etiam si longo tempore spurius possederit, argum. eius, quòd titulus tanquam reprobatus pro nullo est,vnde non parit præscriptionem, argu.in l.pro legato.ff. pro legato. nisi spatio 30. ann. possederit. quo tempore ius tollitur, vt l.sicut.C. de præscr.30.ann. Præsumitur tamen bona fides propter superioris auctoritatem, ut in l. generaliter.
24 C. de noxa. † Quæritur an executor deputatus ad soluendum male ablata possit soluere alia debita ex causa honesta,dicit Anchara.quòd non; ut per eum not.in cap.res. 14. q.3. Sed an executor ad pias causas teneatur facere inuentarium? text. dicit quòd sic,in d.l. nulli,uersi.cum vir. Et in hoc æquiparatur tutori, & curatori, facit d. l.si quis ad declinandam,de quo not. Spe.in d.§.nunc aliquis,uersic. sed an teneatur inuentarium facere,tenetur etiam executor de gestis,& administratis per eum debitam reddere rationem episcopo uocatis & præsentibus hæredibus, & alijs quorum interest.argum.C.si ut se ab hær.ab.l.1. cum auth.ibi posita. de quo latius uide quod not. Spec. in d.§. nunc uerò. uersi.sed an simplex commissarius &c. & sic uides quòd executor testamentarius reddit rationem executori legitimo,sed non econtra; cui ergo episcopus reddit rationem? dic quòd soli Deo. arg. in c. irrefragabili. ex-
25 tra de offi. ord. † Sed vsque ad quod tempus poterit executor per episcopum compelli reddere rationem? dicit Bart. usque ad 40. annos. nam prosequitur in hoc ius pauperum,quod durat 40.annis,ut in Auth.de eccl.tit.§. item
26 si pro temporalibus. † Sed circa hoc quæritur, nunquid in reddenda tali ratione credendû erit libris executorum, in quibus sunt descriptæ distributiones singulorum? dicit Spe. quòd sic eorum interueniente iuramento, quòd uera sunt quæ in ipsis libris descripta reperiuntur, quod iuramentum habebit episcopus eis deferre inspecta qualitate personarum ipsorum executorum. Nam cùm habeat liberam pauperum administrationem, potest tale iuramentum deferre; & sic debet intelligi.l.si quis pro redemptio-
27 ne.C.de donatio. † Sed quid dicendum, si testator mandauerit construi capellam dato super hoc executore, qui etiam construi fecit. Deinde hic executor in ratione reddenda non potest liquide probare de expensis,quia opifices sunt mortui, nec ipse sciuit scripturam nec librum facere,quid erit fiendum? dicit idem Bal.quòd vocandi sunt duo uel tres opifices in illa arte periti,qui opus illud uideant & diligenter examinent,& æstiment, quantum materiæ,& operatum in ipsa capella construenda interuenisse potuit; nam ex qualitate operis, & temporis adhibiti præsumitur quantitas ipsius expensæ. arg.in Auth. de non alie.§. quod autem. & no. secundum eum, quia alio non apparente præsumitur opus ab ipso executore factum, ar.
28 l.fin. C. de ali. pupil. præst. & ibi per Barto. † Postremò quæritur,pluribus datis executoribus si omnes uel vnus decesserit, ad quem ipsius defuncti executoris defertur potestas? dic plenè,ut no.Spe.in d.§.nunc aliqua, uersi. sed si alter ex duobus, quæ disputatio hodie est sopita, per ea quæ habentur,& notantur in c.si.de testa.lib.6.

ADDITIONES.

a Vendere. Sed an tunc creditores habeant regressum contra pauperes uel contra illum qui emit,uide per Anchar. consi. 5.

b Iste annus. Sed quid si sinodali constitutione cauetur quòd infra sex menses fiat executio an vnum tempus confundatur cum alio. vide Anch. consi.396.

* Annus. Adde, quòd executor intra annû à die monitionis episcopi voluntaté defuncti exequi debet,aliâs ad episcopum deuoluitur executio,teste Ro.conf.69.nu.4.& 5. consil.228. ante nu.11.Gozad.consi.34.nu.8. Fel.in c. quoniam frequenter.col.pen.vt lit.nô contest.Abb.con.59.ante fi.lib.j. Dec.consi.91.colu.vlt. ubi declarat Rom.d.consi.69. ubi quòd annus currit à die monitionis per episcopum facieñ. prout etiam tenet consi.235.4.dub. col.3. quo loci distinguit,

guit, & tandem concludit, quòd ad inchoan. constructionem oratorij datur annus à die monitionis factæ per episcopum, ad perficiendum uerò iam inchoatum terminus quinque annorum constituitur, quid quando executor habet ius distribuen. uel eligen. & dic, ut per Rom. d. consil. 228. col. 5. in fi. Rip. in l. si insulam. nu. 88. de uer. ob. Anch. consi. 387. Ias. & Doc. in l. fin. §. sed etsi quis. C. communia de leg. quando uerò non deuoluatur ad episcopum potestas exequen. uide Ias. in l. si fundum. §. si stichum. num. 16. ff. de leg. 1. Maluer.

c Ignorans. De hoc & de q. præcedentibus uide per Lu. Ro. consi. 228.

d Inuentarium. Adde Amanellum de claris aquis in sing. 6. Zilettus.

e Quod non. Adde Lud. Ro. consi. 177. & uide quod voluit Anch. consi. 223.
Adde Andr. Tiraq. in tract. de retract. lign. §. 1. gloss. 10. num. 38.

f Vnam capellam. Adde quòd si ista capella non posset constitui sine dispensatione Papæ & eius voluntate, tunc talis pecunia poterit conuerti in alios usus, quia non dicitur posse, quòd non potest sine dispensatione fieri, per ea quæ habentur in l. apud Iul. §. fi. ff. de leg. 2. ita Domi. in ca. gratia. de rescrip. in 6. & referunt Repe. in rep. clemen. sæpe. col. 7. de uerb. sig. & uide Alex. in d. §. fin.

g Procuratorem. vide Pau. de Cast. consi. 140. & ibi an ante lit. contest.

h Pauperem. Vide quæ posui in l. si is qui, in apost. ad Alex. vbi latè quibus adde an posit eligere seipsum. Rom. consil. 228.



NALOGISTAS. Et sine inuētarij confectione. Aduerte quòd uerbum, analogistas, est uerbum græcum, & eius significatum est secundum latinos ut exponatur, id est, sine ratione reddenda, ut traditur in l. quidam decedens, in prin. ff. de admi. tut. quod potest comprehendi, quòd græca lingua est breuior quàm latina, immo dulcior, & longè facundior quàm sit latina. Cuius ratio est, quia apud græcos est maior copia uocabulorum, quàm apud latinos; vnde hic aduerte quòd licèt testator liberet tutorem, uel curatorem à ratione reddenda, non ideo tamen sunt penitus excusati quominus ea quæ penes se extant de bonis pauperum, aut quæ dolo [a] possidere desierunt, restitutionem facere, ac de eis reddere rationē cōpelluntur; immo si ipse testator tutori legauit quidquid contingeret occasione ipsius tutelæ administratæ, tale legatum non extenditur ad dolosè cōmissa, uel apud se existentia uel retenta, ut in d. l. quidam decedens, in princ. ad quod facit l. non solum, la 2. §. 2. & pe. & in l. Aurelio. §. fi. ff. de libe. lega. & no. per glo. in l. cùm necessitate. C. de fideicommis. Et potest esse ratio; quia reddere hanc rationem, introductum est principaliter fauore pupilli, uel adulti; ideoq; absolutè non uidetur per testatorem remitti posse, ar. l. scire. C. vt in pos. leg. & in l. 1. C. de usufr. facit. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & probatur in d. l. quidam decedens, in uer. nemo. Idem crederem in usufructuario cui facta est per testatorem liberatio à ratione reddenda, nam cùm uti debeat salua rerum substantia, tenetur finito usufructu de proprietate rationem reddere, nō obstante illa liberatione, ar. d. l. scire, & d. l. 1. cum ibi no. C. de usufr. & quia non minus astringitur usufructuarius salua facere bona domini proprietarij, quàm ipse tutor bona pupilli.

ADDITIONES.

a Quæ dolo. Vide Ang. consi. alle. 125. & ibi an testator possit remittere librum rationum.

CVM debita solennitate inuentarium. Hic notādum est, q regulariter quilibet tutor uel curator tenetur inuentarium facere, ut supra plenè no. facit l. tutor, qui repertoriū. ff. de admin. tu. aliter denegatur sibi administratio, tamen si fuerit sibi per testatorem remissio facta, excusatur, ut l. fi. C. arb. tut. licèt si uelit posit illud facere, cum sibi liceat huic fauori, & remissioni renūciare, ut l. si iudex. ff. de min. & l. si quis in conscribendo. C. de pact. Aduerte tamen, q licèt talis tutor excusetur, si non faciat inuentariū, fortasse tamen ne res pupillares uadant in sinistrum, poterit iudex ex officio suo facere quandam descriptionem bonorum ipsorum; sicut in simili dic. tu. & no. per Doc. in l. facultas. C. de iur. fis. lib. 10. & per Bar. in l. 1. §. eligitur. ff. de uentre in pos. mittendo. & facit. l. 1. §. quod si fundum, & scripsi super forma sacramenti, cùm enim talis tutor teneatur reliqua restituere, & quæ dolo sui deperdita sunt, ut supra dictum est, quomodo de his ratio redderetur, si aliqua bonorum memoria non existit.

1 *Tutela quando finiatur.*

a ADætatem 18. ann. [a] † Tutela finitur in masculo in 14.
1 ann. in fœmina in 12. Inst. quib. mod. tut. finit. post, prin. C. quando tutor uel cura. esse desinat. l. fi. vnde procedendo in administratione ultra id tempus, hoc facit tanquam curator, cuius officiū durat vsq; ad 25. annos ipsius adulti. Instit. de cura. in prin. cum ibi not. & sic vnus & idē potest esse simul diuersis temporibus eiusdem personæ tutor, & curator, ut probatur in l. si tutor post, in fi. ff. de tute. & ratio. distra. & ex hoc sequitur q pro tali administratione secundum diuersitatem tempo. is diuersificantur actiones quibus adulto obligantur, nam pro parte pupillaris ætatis tenebitur actione tutelæ, & pro alio sequenti tempore tenebitur negociorum gestorum actione, ut habetur in d. l. tutor, in fi.

ADDITIO.

a Tutela. tamen regis non finitur ante 20. annum, & ei inuito datur curator ve uoluit Oldr. consi. 51.
Adde Afflict. in const. regni Siciliæ minori. in 2. no. de iure balij. Zilettus.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam est semper aduertendum.

SVMMARIVM.

1 *Pendente tutela uel cura an possit peti redditio rationis.*
2 *Adultus si maltiose differret petitionem redditionis rationis, quid agendum.*
3 *Tutores plures testamentarij uel legitimi an teneantur insolidum reddere rationem.*
4 *Tutores plures diuersi fori qualiter conueniantur.*
5 *Actiones reciprocæ inter tutorem & pupillum transeunt ad hæredes actiuè & passiuè.*
6 *Forma quæ sit procedendum in ratione reddenda.*
7 *Calculatores redditionis rationis, an stent per omnia descriptis in inuentario.*

DEbitam rationem. Hic multùm est aduertendum, petitur enim de tribus ratio reddi, uidelicet de tutela, cura & executoria, pro qua ratione puto omniū bona esse tacitè pignori obligata l. pro officio. C. de admi. tu. sed an idem econtrà, non memini me legisse. † Modò quæritur,
1 an pendente tutela posit tutor cōpelli reddere rationem suæ tutelæ: dic q non, sed differendū est donec tutela sit finita, ut in l. ubi finita, & in l. cum adhuc. ff. de tute. & ratio. distra. & eodem modo non pōt peti à curatore rationem reddi durante cura. & l. 2. & l. rationes. C. de admi. tut. de quo no. per Doct. in d. l. 2. cùm autem finita fuerit tutela uel cura, tunc agi poterit contra tutorem actione tutelæ, & contra curatorem actione negotiorum gestorum, ut in d. l. ubi finita, in princip. ad quam rationem reddendam compellere debet officio mercenario iudex ipsos tutores & curatores, ut l. 1. §. officio. ff. de tute. & ratio. distra.

In qua ratione imputabit tutor & curator pupillo & adulto quicquid impenderit in utilitatē ipsius pupilli uel adulti, ut l 2. ff. ubi pup. edu. de. & l. sumptus, cum ibi not. ff. de admi. tut. & l. 1. §. præterea. ff. de contrario iudicio tutelæ, & si forsan per modum excipiendi non fuerit habita eorum sumptuum compensatio, poterunt per uiam agendi postea peti per ipsum tutorem & curatorem, nisi eius compensatio fuisset expresse per iudicem reprobata, ut habetur in d. §. præterea. facit l. quod in diem. §. si quæstionum. ff. de compensa. & est notandum quòd sufficit ipsi tutori & curatori à principio bene gessisse uel impendisse, etiam si euentus contrarius sit secutus, ut habetur in l. 3. §. sufficit. ff. de contrario iudicio tutelæ: potest enim agnoscere bonam fidem, & quę per eum bona fide gesta sunt, rata erunt habenda, ut l. quoties. §. deniq; Imperator. & in l. cum plures. §. 1. ff. de admi. tut. facit l. non est ignotum. & l. bonam cautam. C. de admi. tut. nec poterit ipse tutor uel curator tales sumptus petere a pupillo uel adulto, nisi tutela uel cura finita, ut in l. 1. §. finito autem officio. ff. de contrario iudic. tutelæ, sicut dictum est supra econuerso, ut d. l. ubi
2 finita. † Quid autem dices de eo quod faciunt plerunq; malivoli. Ecce quòd adultus differt petere rationem malitiosè sibi reddi ab olim suo tutore, donec ipse tutor decesserit; meditatus intra seipsum quòd hæredes tutoris nescient reddere rationem, & sic in totum condemnabuntur, ut in l. 1. & 2. C. de hæred. tutorum, quid erit fiendum? Certe dic, quòd tutor debet sæpe denunciare ipsi adulto quòd vult sibi tutelæ rationem reddere, quòd si in hoc obaudiens fuerit, debebit idem tutor facere eum citari coram iudice per quem cogatur rationem suscipere, ut est tex. cum glo. in l. fin. C. de usuris pupillar. ueruntamen quia uidi multos hæredes tutorum, qui sub tali malitia consumpti remanserunt propter non redditam rationem per maiores eorum, esset sanctum opus prouideri per uiā statuti, quòd finita tutela uel cura nisi fuerit ratio petita infra biennium, quòd ulterius non præstetur audientia su-
3 per ea. † Præterea quæritur, si sunt plures testamentarij uel legitimi tutores, an omnes insolidum teneantur hanc reddere rationem? distingue, aut omnes gesserunt tutelam, aut quidam sic, & quidam non; si omnes gesserunt, tunc aut omnes sunt soluendo, & tunc diuiditur actio inter eos, exemplo plurium fideiussorum, aut non sunt soluendo, & quilibet conuenitur iuxta facultatem suam, & si vnus pro alio aliquid soluerit ab alio repetit utili actione tutelæ, uel directa à pupillo cessa, ut habetur in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ratio. dist. Secundo autem casu, prius cōueniendus est ille qui gessit, quàm ille qui non gessit, ut plene habetur in l. 1. & 2. C. de admin. tut. & l. 1.
4 C. si tutor non gesserit. cum sim. ibi not. † Quid si omnes gesserunt & sunt diuersi fori habentes diuersos iudices, qualiter conuenient pro hac ratione reddenda? dic quòd præses, seu dominus prouinciæ dabit vnum iudicem coram quo omnes conuenientur, ne ipsius causæ continentia diuidatur, ut est text. in l. omnes tutores. C. arbi. tute.
5 cum sim. ibi not. † Et not. quòd huiusmodi actiones reciprocæ, quæ dantur pupillo contra tutorem & tutori contra pupillum, transeunt in eorum hæredes tam passiuè quam actiue, ut in d. l. 1. §. hanc actionem, & §. fin. ff. de tu. & ratio. dist. & C. de hære. tut. ueruntamen hæres tutoris non per omnia pariformiter tenetur, sicut tutor si uiueret, quia hæres non tenetur de dolo & lata culpa defuncti, nec de eius culpa leui uel leuissima, nisi in tribus casibus. Primus est, si lis fuerit contestata contra ipsum tutorem. Secundus est, si hæres lucrum senserit ex tali culpa. Tertius est, si tutor gratiam fecit, ut hæc habetur in l. 1. C. de hær. tut. Item licèt propter non factum uel exhibitum inuentarium contra tutorem iuretur in litem, non tamen iurabitur contra eius hæredem, nisi lis iam fuerit contestata contra ipsum defunctum, sed nec tenebitur propter dolum tutoris, ut dictum est, tamen ipse hæres ex suo proprio dolo
6 conuenietur, ut l. 2. in fi. & in l. alio iure. C. de in lit. iur. † Vlterius quæritur, qua forma procedendum est in hac ratione reddenda? Dic breuiter, quòd iudex eliget bonos uiros seu arbitros expertos & idoneos in calculo talium rationum, coram quibus tutor exhibebit inuentarium & librum eius, in quo sunt descripta data & recepta, quibus omnibus & alijs dependentibus, & contentis cum diligentia auisatis, si repertum fuerit pupillum debitorem tutoris ipsum condemnabunt; & econtra condemnabunt ipsum tutorem ad restituendum pupillo, si eum reperierint debitorem, licet secundum iuris regulas ipsemet iudex debeat esse calculator, & condemnator, ut habetur in d. l. 1, §. officio. ff. de tut. & ratio dist. & l. 2. ff. ubi pupillus educar. debeat. Sed propter iudicum uarias occupationes solent
7 fieri huiusmodi delegationes, & commissiones. † Sed nunquid stabunt isti calculatores omnibus his, quæ descripta sunt, & apparebunt in ipso inuentario? Dic ꝙ sic, uā in præiudicium ipsius tutoris plenissimam fidem facit hoc inuentarium, adeo ꝙ non posset probari cont. arium, ut in l. fin. C. arbitr. tut. de quo plenius dic ut supra &c.

Forma libelli quo agitur vt pacta seruentur.


CORAM vobis Dom. Vicario &c. agit, & in iure proponit, non in modū solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis Philippinus de Folpettis hæres quondam Gregorij, contra & aduersus Blasium Sarachum, & quālibet aliam personam pro eo & eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens & proponens idem Philipinus, ꝙ uertentib. inter eos uarijs & diuersis discordijs & controuersijs, & superinde calculatus, & factis inuicem ac plenè discussis rationibus datorum & receptorum hincinde, tandem interuenientibus ad hoc amicis ipsi Phil. & Bla. deuenerunt ad infrascriptas cōuentiones, pacta, & transactiones, solemni stipulatione ac eorum proprio iuramento firmatas, uidelicet ꝙ ipse Bla. ire deberet in Angliam & Flandriam & emere de propria pecunia ipsius Philip. ballas centum lanæ finæ, deinde, ꝙ ipse Bla. sibi haberet & retineret domum vnam positā, & iacentem in ciuitate Papię, cui cohæret &c. & ipse. Philip. sibi haberet & retineret uineam vnam perticarum decē positā in territorio Clastigij, cui cohæret &c. quòdq; sibi inuicem facere deberent generalem liberationem & absolutionem de omnib. & singulis quæ alter ab altero, & econuerso petere potuisset quacunq; ratione uel cā à dicto tēpore retro. Insuper dicit ipse Phil. ꝙ vltra præmissa cōuenit, & promisit ipse Bla. uendere dicto Phil. petiam vnam prati perticarum centum positam super territorio Vagandendi camp. precio florenorum 200. cui cohęret &c. prout de prædictis constare habet publico instrumēto tradito & rogato per T. notarium anno currente M. cccc. die & anno in eo cōtentis. Rursumq; dicit & proponit idē Phil. ꝙ dictas conuentiones pacta & transactiones impleuit, & executioni mandauit pro parte sua, nec per eum stetit nec stabit nec stare intendit, quominus omnia adimpleantur & fiant, prout in dicto instrumento ꝯtinetur. Et ꝙ dictus Bla. prædicta omnia & singula adimplere pro eius parte indebitè recusauit, quanquam sæpe & sæpius de hoc admonitus & interpellatus fuerit, præsentialiterque adimplere recusat. Quocirca, cùm prædicta uera sint, petit & requirit dictus Philip. quatenus per uestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Bla. ad obseruandum, implendum, & exequendum, pro parte sua suprascriptas cōuentiones, pacta, & transactiones, & in damnis & interesse, & expensis, passis, & factis per dictum Phil. ex causa prædicta, & in futurum patiendis & fiendis, de quibus protestatur, deducendo in præsenti iudicio omne ius &c. saluo iure &c. non astringens se &c.

CORAM

CORAM vobis. Ad materiam præsentis libelli est cum diligentia aduertendum, quia totius mundus regitur pactis, & conuentionibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Ratio quid sit.*
2 *Rationis an sit fienda copia ei cuius interest.*
3 *Si calculata ratio debiti probetur per testes, an debitor sit condemnandus.*
4 *Stipulatio & confessio sine causa non tenet.*
5 *Rationi & calculo stari debet, nisi de errore calculi probetur.*



DISCVSSIS rationibus. De istis rationibus plenè not. Azo in summa de edend.
1 §. nunc de editione actionis rationũ. † Est autem definitio secundum eum talis. Ratio est quædam scriptura datorum, & receptorum causa negociationis communis.
2 † Quæritur an de huiusmodi rationibus sit fienda copia ei, cuius interest? dic ut not. supra in forma opponendi cõtra instrumenta, de quibus rationibus traditur in l. 1. C. de eden. & in l. 1. C. de err. cal. & l. 1. §. rationes. & l. si quis ex argentariis §. 1. & §. rationes, & l. quædam. & l. argentarius. in princ. ff. de edend. & facit l. rationes. & l. exemplo.
3 C. de prob. cum sim. † Quæro de quæstione quotidie occurrente. Ecce quòd Titius agit contra Caium petendo ab eo centum, in quibus factis inuicem & calculata ratione, ipse Caius remansit debitor dicti Titij, & confessus est se esse eius debitorem de ipsa quantitate, de quo calculo,
a cõfessione, & ratione probatur per testes a idoneos, quæritur an dictus Caius debeat condemnari ad soluendũ ipsa centum. vidi istam quæstionem de facto in Papia & varia consilia su er ea. & arguebatur pro parte Caij, quòd omnino debeat absolui. Primò, quia ratio nuda ab insertione causæ non tenet, nec effectum producit, ut probatur per d. l. nuda ratio. ff. de don. secundum lect. gl. ibi positam.
4 † sicut nec stipulatio ualet sine causa, ut l. 2. §. circa. ff. de dol. excep. nec alia obligatio uel confessio tenet sine causa, ut l. cum de indebito, in fi. ff. de proba. sed in hac ratione nulla apparet causa inserta, ergo &c. præterea ista talis ratio sic generaliter conclusa, cùm nõ apparet de eius principio, processu & capitulis dati & recepti, dicitur obscura, & confusa, & ob hoc redditur nulla, ut probatur per text. in d. l. argentarius. §. edi autem ratio, cum sim. ibi not. Præterea ista ratio potuit esse fundata super rebus turpibus & inhonestis seu à iure reprobatis, & sic ualere non debet. ar. l. cum duobus, in fi. & l. quod autem ex facto, cum l. seq. ff. pro so. & l. si remunerandi. §. ei turpis. ff. mand. & l. communi diu. §. inter prædones. ff. comm. diu. & facit l. generaliter. & l. si plagij. ff. de uerb. obl. nam destructo fundamento corruit ædificium, ut 1. q. 1. c. cum Paulus. Ad oppositũ autem, quod Caius sit condemnandus, arguitur sic. pro regula traditur, quod rationi & calculo stari debet, nisi de errore calculi probetur. ut est tex. in l. 1. C. de erro. cal. & ibi no. per Cy. & alios. at hic præsupponitur quod nil de errore per Caium probatum est, ergo debet condemnari. Præterea pro-
5 batum est, quod hæc † ratio calculata est per utranque partẽ, & ipse Caius confessus est & se contentum uocauit debitorem fore ipsius Titij; sicque ista confessio facta parte præsente probat, ut no. in l. 1. C de confes. & est tex. de hoc in l. publia. in fi. ibi. {Ex ratione partis &c.} ff. depos. Confirmatur hoc, quia si ipse Caius scripsisset se debitorem Titij in libro suarum priuatarum rationum, ex hoc probaretur contra eum, ut d. l. rationes. in fi. C. de prob. & no. in l. quædam. in §. nummularios. ff. de eden. Ergo eodẽ modo cum facta ratione parte præsente expresse confessus est se esse debitorem, & hanc partem sequi uidetur Bart. in d. l. nuda ratio. Nec ob. quod dicitur facta sine causa, quia hoc est falsum; est enim iusta causa quæ præsumptiue saltem includitur in ipsa ratione calculata, & eorum quæ inuicem sunt data & recepta, in quibus datis & receptis potius præsumitur causa habilis & honesta, quàm inhabilis & inhonesta. ar. l. me: itò. ff. pro soc. & l. quoties. ff. de reb dub. cum si. quod manifestè probatur in d. l. 1. de erro. cal. sumpto arg. ab errore cessante. Nec obst. quòd ratio sit edenda à capite; quia istud procedit ante rationem conclusam, uel ubi error in eius calculo probaretur, secus autem post conclusionem rationis ubi quis se fundat ex ratione conclusa, aliter non esset vnquam dare finem rationibus mercatorum, quod esset absurdum. Qui autem errorem allegat illum probare debet, ut not. in d. l. 1. & uide quod no. per Cyn. in l. sicut iniquum. C. de fi. instr. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Rationi & calculo. Adde, quod calculatores rationum electi vel à partibus, uel à iudice, ut habeant uidere, & calculare inter partes possunt declarare absentibus partibus, & non citatis, et sine discussione negotij, cuius rei rationem uide per Ial. in l. si quis arbitrium, post nu. 2 2. ff. de uer. ob. ubi ét quòd calculatores electi a mercatoribus ad calculandum rationes uel libros iurare debent, & partes interesse debẽt calculationi, de qua latius per eum ibi.

a Probatur per testes. Adde circa hanc quæstionem calculi probari per testes, & uide Ale. in l. cum de indeb. §. 1. in apost. ff. de prob. & Ang. in terminis consi. suo incip. in Dei nomine &c. ubi concludit quod standum est testibus deponentibus de saldata ratione calculata, licèt in specie non appareat de quo, dummodo constet ex quacunque causa calculata, quia sufficit ad probationem debiti, quia etiam sufficeret epistola qua quis saldatis rationibus confiteatur se debitorem, licèt sigillatim non exprimeret de quo calculus esset. alleg. casum in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. nisi calculi error probaretur, quia in dubio non præsumitur. C. de errore calc. l. 1. ideo est condemnandus non ex stipulatione, quia non probata, sed ex debito confessato in calculata ratione, quæ confessio sola sufficit ad peten. d. §. Lucius, facit. l. publia. §. fi. ff. depo. ita Ang. in d. consil. 25. quòd incip. pro decisione quæstionum, in 2. & 3. colu. vide etiam Saly. in l. j. C. de confe. Alex. in addi. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de prob. & consil. 4. in 1. vol. facit quod no. Panor. in c. si cautum, in 4. col. uer. nunc uenio ad gl. extra de fid. instru. & potissimè ubi sunt illa uerba sponte & ex certa scientia, quæ inducunt donationem, ut per Alexan. in d. consi. 4. in 7. colum. ubi adducit multas auctoritates, sed quid si error calculi est expressus in sententia, an sententia teneat, Fede. in consi. 118.

CONVENTIONES. Istud uerbum est generalius aliquo alio, nam comprehendit omnes contractus & distractus, ut in l. 1. §. conuentiones. & in §. adeo. ff. de pact. sicque bonum est consilium uti isto uerbo in in-
1 strumentis, † vnde si in instrumento notarius dixerit. {Talis conuenit dare, & tradere talem fundum Caio pro pretio florenorum decem} non uitiabitur contractus, sed erit contractus uenditionis, licèt non dixerit. {Quòd uendidit} nominando specialiter ipsum contractum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quid sit.*
2 *Pacta quot sint.*
3 *Pacta quot & quibus modis uestiantur.*
4 *Ex pactis contrarijs quid seruetur.*
5 *Pactum tacitum an tantum operetur, quantum expressum.*
6 *Pactorum diuisio.*
7 *Pacta contra substantiam contractus, & contra naturam rei quæ sint.*
8 *Pœna apposita pacto qualiter ualeat.*
9 *Pactum de futura successione an ualeat.*

10 *Pactum de non petendo, & renunciatio iuri competenti an sit idem.*
11 *Renunciatio quid operetur & quid pactum.*
12 *Instantia litis potest renunciari simplici renunciatione sine pacto.*
13 *Renunciare liti, & instantia litis, uel causa, an differant.*
14 *In renunciatione instantia an sit necessaria præsentia partis aduersa.*
15 *Prædicta renunciatio an possit fieri parte contradicente.*

* PACTA.* † Definitur autem pactum con
1 iuncto tex.cum gloss.sic, pactum est duorum
vel plurium in idem dandum uel faciẽdum
causa contrahendæ, uel tollendæ obligatio-
nis, alteri ex eis per alterum paciscendę cõ-
sensus; vt l.1.§.1.ff. de pact. & ibi not. & per Azo.in sum
2 ma.C.de pac. & per Gofr. in summa.extra de pact. † Scien
dum est insuper, quòd diuisiones pactorum multæ sunt;
quædam enim sunt pacta innominata quæ stant in genera-
li nomine: quædam sunt nominata, quæ transeunt in ali-
quod speciale nomen contractus; ut in emptionem, & lo-
cationem & sim.ff.de pact.l.1. in fi. Item quædam sunt pa-
cta utilia, quædam inutilia. Vtilium autem sunt quædam
secundum legem, quædam præter legem; ut not.in l. paci-
sci.ff. de pact. Inutilium uerò quædam sunt inutilia ratio-
ne personarum, ut inter patrem & filium in potestate con
stitutum, & inter uirum & uxorem, quando pactum conti-
net donationem, & inter officialem & subditum, & sim.
exemplum in furioso, pupillo, mentecapto, prodigo cui
bonis interdictum est, minoreque habente curatorẽ. Quę-
dam sunt inutilia ratione rerum, super quibus pactum in-
terponitur; quia non extant in rerum natura, uel impos-
sibile est illud dari, uel fieri. Quędam sunt inutilia ratione
turpitudinis, & inhonestatis, ut quia contra bonos mores.
Quædam autem sunt inutilia tanquam Reipublicæ con-
traria, quæ omnia ideo dicuntur inutilia, quia per legem
reprobata, aliqua uera & iusta causa subsistente, ut l.pacta
quæ contra.C.de pac. & ibi no. & hoc plenè declaratur, &
no.per Azo. in summa eodem tit. Amplius pactorum uti-
lium alia est diuisio, nam quædam sunt personalia quę nõ
transeunt ad hæredem, uel aliam personam. Quædam au-
tem sunt realia, hoc est transitoria in heredes, & fideiusso-
res, ac correos, ut plenè not.in l.si vnus.§.ante omnia, & l.
idem in duobus.§.fi. cum l. seq. & l. hæredi.§.fin.& l. non
vnus, in princ.ff.de pac.cum distinctione ibi posita. In du-
bio autem præsumuntur potius esse realia, quàm persona-
lia, ut l.iurisgentium, in §.pactorum, uer.utrum. ff. de pac.
& ibi not. Insuper est alia diuisio notanda, quia subtilis &
ampla. Nam quædam sunt pacta nuda, quædam uerò ve-
stita, ut plenissimè no.pe. gloss.& Doct.in l.iurisgentium
§ sed cum nulla. ff. de pac. quæ autem sunt nuda, pariunt
exceptionem solam, & nullam actionem de iure ciuili, de
iure autem canonico pariunt actionem, ut not.in c.1.extra
de pac.& Gofr. in sum. & ibi Innoc. Quæ uerò sunt uesti-
ta, pariunt utrunque, uidelicet actionem, & exceptionem,
vt ibi habetur; quia talia pacta uestita dicuntur lege iuua-
ri, ut l.legitima.ff.de pac. vnde quatuor operantur. Nam
primò pariunt. Secundò informant. Tertiò elidunt. Quar
tò perimunt. quæ omnia declara, ut inquit gloss. & Cyn.in
3 d.l. pacta quæ contra.C. de pac. † Restat quærere & de-
clarare, quot & quibus modis pacta uestiantur. Et con-
cludendo sub breuitate respõdetur, quòd uestiuntur octo
modis, uidelicet re, uerbis, literis, interuentu rei, consen-
su, cohærentia contractus, legis auxilio, & operis initio, ut
plene no.in d.§.fi.& in d.§.sed cum nulla, per gl. & Bar. ff.
de pac.De pactis autem quæ uestiuntur cohærentia cõtra-
ctus patet exemplum, cum uenditioni, uel locationi, aut
donationi, uel alicui simili contractui nominato pœna
aliqua apponitur, ut C.de pac.inter emp.& uend. l.2. & l.
legem.C.de pact.& ibi plenè per Iac.But.& in l.pacta con
uenta.ff. de contr. emp. & de ipsis pactis potest loqui præ-
sens libellus, quæ pacta iuxta contractum apposita sunt in
communi usu; ad quorum obseruantiã quisque compelli-
tur actione ex eo contractu, iuxta quem sunt apposita, ut
in d.§. sed cum nulla, & ibi not. Et aduerte, ꝙ pacta facta
per tutorem bona fide, uel curatorem, aut procuratorem
specialem, uel generalem cum libera, ualent & tenent, ut
l.rescriptum, in fi.cum l.seq.& in l.tutores, in l. contra iu-
4 ris.§.fi.& in §.si curæ.ff.de pac.& l.pactũ.C.eo.tit. † Quid
si plura interueniunt pacta contraria? dic ꝙ illa, quæ sunt
vltima, derogabunt prioribus, ut l.pacta nouissima. C. de
pac.& l.emptor, in prin.l.tale pactum.§.1. & l.si vnus.§.ꝙ
in speciem. ff. de pact. Et si fortasse pacta simul consonan-
tia fuerunt dubia uel obscura, interpretanda sunt contra
proferentem, ut l.ueteribus.ff.de pact.& l.Labeo, & l.cum
in lege.ff.de contrah.emp.& in c. contractus, de regul.iur.
lib.6.& ibi plenè per Dyn. & si utriusq; paciscentis volun-
tas concurrit, nec sit processum ad facti executionem, so-
lo contrario consensu interueniente poterunt paciscẽtes
ab ipsis pactis & conuentionibus discedere; ubi autem ad
executionem processum fuisset, solus consensus in resolu-
tione non sufficeret, sed facto contrario opus esset, ut l. ab
emptione.ff.de pact & l.1.C. quando li.ab empt. dis. cum
simil. licèt autem dixerim pacta non porrigi ad extraneas
personas, sed ad solas paciscẽtes, & eorum hæredes & fide-
iussores, tamen in pluribus creditoribus pactum maioris
partis nocet minori parti fauore debiti & liberationis. ut
5 l.maiorem, cum l.seq.& l.rescriptum, in prin.de pact. † Et
aduerte, quòd tantum operantur pacta tacita inter partes,
quantum uerbis expressa, ut l.item qui conuentiones, & l.
qui in futurum, & l.Labeo, cum simi.ff.de pac.possuntque
concipi purè, in diem, & sub conditione tam inter præsen-
tes, quàm inter absentes. interueniente nuncio, uel litera,
vt in d.l. pacta. ff. de contrah.empt.ubi autem huiusmodi
pacta realia semel fuerint in fideiussorem translata, non li
cebit debitori postea paciscendo ius fideiussori ex eis quę
situm auferre, ut l.si.ff.de pact.& arg.in l.si hæres meus. C.
loc.& l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.cum si. Deinde alia
6 pactorum diuisio subiungitur, quæ est. † ꝙ quædam sunt
pacta obligatoria, quædam uerò liberatoria. Sunt autem
obligatoria, per quæ quis astringitur ad aliquid dandum,
vel faciendum; vt patet hic in pręsenti forma. Liberatoria
sunt illa, per quæ quis ab obligatione eximitur & liberat,
de quib.pactis liberatoriis loquit. l.si vnus.§ pactus ne pe
teret.& l.si tibi decẽ.§.quędã, & in §.pactus, cũ seq.& l.tale
pactũ.in prin.ff.de pac. Quę quidẽ pacta liberatoria, si fue
rint generalia, porrigunt ad oĩa de quib. processerit obli-
gatio aliqua, licet simplex transactio restringatur, si sit ge-
neralis quò ad ea tantùm, de quibus fuit cogitatum, ut tra
ditur per glo.& Doct.in l.emptor. in §.Lucius.ff.de pact.
& per Cyn.in l.si de certa, & l.sub prætextu.C.de transact.
Nec recipiunt nouationem per subsequentem pœnalem
stipulationem, tam de iure ueteri, quàm de iure nouo,
quamuis pacta obligatoria hoc casu iure ueteri nouatio-
nem reciperent, quæ iure nouo non inducitur nisi expres-
sè agatur, ut no. per l.rescriptum.ff.de pact.& in l.obliga-
tionum ferè.§.fin.ff.de actio.& oblig.l.prædia. ff. de actio.
7 empt.coniuncta.l.fin. C. de nouat. † Item est sciendum,
a * quod quædam sunt pacta quæ sunt contra formam uel
substantiam contractus, & ista non ualent, ut in l.cùm pre-
cario.ff. de precar. Quædam sunt pacta quæ sunt contra
accidentia contractus, & ipsa ualent, ut l.pacisci.ff. de pac.
& quod not.per gloss.& Cy.in l.secunda.C. de iur. emphy.
Quædam sunt pacta contra naturam rei, super qua pactũ
interponitur, & tunc aut fiunt ex interuallo, & non ualẽt,
vt l.per seruum.§.primo.ff.de usu & habi. Aut fiunt incon
tinenti in ipso contractu, & tunc aut sunt contraria essen-
tialibus ipsius contractus, & tunc non ualent, nec ipse con-
tractus, ut in d.l.per seruum.§.1. 2.respon. Aut sunt contra
ria accidentalibus, & tunc non ualent, sed contractus te-
net, ut in l. uti frui.§.primo.ff.si usufruct pe. Aut pacta ha-
bent simpliciter inducere delictum, & tunc non valent.
l.con-

l.conuenire, ff.de pactis dot.& l.si unus,§.illud. ff.de pact.
8 † Quid si creditor pactum fecit cum debitore { Quod si nõ
soluerit ad Pasca cadat in pœnam decem flor. } dic, quòd
aut ista pœna est applicanda fisco vel alii tertiæ personæ,
aut ipsi creditori. Primo casu, aut publica persona, puta
notarius, stipulatus est hanc pœnam nomine fisci, uel ter-
tiæ personæ, & tunc agi potest ad pœnam: aut solus cre-
ditor est pactus uel stipulatus ipsi fisco, & tunc non ualet
pactum, nec stipulatio, nec agi potest ex eo per regulam
alteri per alterum, de qua in §.alteri. Instit.de inut.stipul.
cum si.probatur hoc per tex. in l.arbiter intra certum diẽ.
& ibi not.Bar.ff.de arb. Secundo casu principali subdistin
guitur, aut pœna apponitur quantitati, & non ualet, quia
præsumitur apposita in fraudem vsurarum; aut facto, &
secundùm aliquos ualet, de quo no.per Doct.in l.cùm al-
legas, C.de vsur. & per Bart.in l.cùm seruus ita.ff.de cond.
9 & demon. † Ad illud insuper est aduertendum, quòd licet
regulariter omnia pacta obligatoria honesta secundùm
b bonos mores contracta ualeant, [b] tamen pactum de futu-
ra successione, cùm per ipsum inducatur uotum captandę
mortis alterius, reprobatum est à iure, ut in l.fi.& l.pactũ,
C.de pact.& in l.pactum. de coll. plenius tamen circa hoc
sic distingue secundum Bart. Aliquãdo fit pactum pro iure
futuræ successionis conseruando. Aliquando pro iure suc
cessionis perdendo vel minuendo. Aliquando pro iure
successionis acquirendo. Aliquando de ipso iure acquisi-
to certo modo disponendo. Primo casu ualet pactum, ut
Inst.de leg.agn.suc.§.fin. Secundo casu distingue, aut tale
pactum est commixtum cum debito, & tunc ualet, ut in l.1.
§.si parentes, ff.si à paren.quis fue.ma. aut non est commix
tum cum debito, & tunc aut firmatur iuramento & ualet,
vt in c.2.de pact.lib.6. aut non est firmatum iuramento, &
tunc non ualet, ut l.pactum, C de coll.cum sim. Tertio aũt
casu pactum non ualet, ut l.stipulatio hoc modo. ff.de ver-
bo.oblig.& ibi de hoc plenè per Bart. & probatur in l.pa-
ctum, C.de pact. & l.cùm donationis, C.de transact.cum
ibi notat. etiam si tale pactum esset iuramento firmatum,
quia est contra bonos mores, cũ tollere uel minuere ha-
beat liberam testamenti factionem, ergo &c. vt in c. non
est obligatorium, de reg.iur.lib.6. Quarto & ultimo casu
distingue, aut pactum fuit interpositum super hæreditate
hominis incerti & indeterminati, & tunc ualet, vt ff. pro
soc.l.3. §.de illo. Aut super hæreditate hominis certi &
determinati, puta Caij.& tunc aut procedit in consequen
tiam prioris contractus, & tunc valet, vt l. si quis seruum,
ff.de act.empt. Aut non procedit ex tali consequentia, &
tunc aut uenit sub quadam uniuersitate, & tunc ualet, ut
l.1.§.illud.ff.de hære.vel actio.vend. Aut uenit principali-
ter per se, & tunc aut continet liberationem paciscentis,
& ualet, ut in l.hæredi.§.filiam, ff.de pact. Aut continet
obligationem, & tunc aut ille de & super cuius hęreditate
pactum interponitur, consentit, & tunc ualet, si in ipso
consensu perseuerat. Aut non consentit, vel non perseue-
rat, & tunc non ualet, ut l.fi.C.de pact.& ibi plenè per Cy.
Et prædicta faciunt ad illam quæst. quæ sæpe occurrit in
Monteferrato, videlicet { An duo socij possint simul pa-
cisci, ꝙ altero defuncto alter superuiuens sibi succedat }
de qua quæstione tangitur per Cyn.in d.l.fi. & per Bart.in
d.l.stipulatio hoc modo. & ego scripsi super forma libel.
10 quo agitur inter socios &c. vbi uide. † Deinde notandum
est, quòd sunt duo quæ uidentur idem, & sunt diuersa, sci-
c licet pactum de non petendo, [c] & renunciatio iuris com-
petentis; ideo autem dixi esse diuersa, quia eorum effectus
sunt diuersi, quod patet, nam si mihi competit ius petendi
fideicommissum in alicuius conditionis euentũ, non pos-
sum huic iuri ante conditionis euentum renunciare per
simplicem renunciationem, sed per pactum de non peten-
do sic, ut plenè traditur in l.1. C.de pact. & l.de fideicom.
C.de transa.facit l.si ita scriptum, §.si sub conditione, ff.de
lega.2.& huius differentiæ est ratio secundùm Iac.Butr.&
per eum not.in d.l.1.nam renunciare est aliquid à se abdi-
care præter ipsius renunciationem aliquam obligationẽ.
Cùm itaque ius de futuro nondum competat, & uerba re-
nunciationis præsens tempus respiciant; ergo non operan
tur super futuro, arg.l.a colono, ff.de uerb.obli. & l.uerbũ
erit, ff.de uerb sign. Vbi autem pactum sit de non petẽdo,
tunc uerba respiciunt præsens tempus, & secundùm illud
operantur; nam statim paciscens obligatur non petere in
futurum, ut l.si unus, §.pactus ne peteret.ff.de pact.meritò
ergo tale pactum super iure de futuro tollendo operatur,
vt in d.l.1.per hoc patet, ꝙ male faciunt aliquando notarij
qui utuntur hoc uerbo, renunciauit, in renunciationibus
iuris de futuro; sed debent dicere { Talis fecit pactum de
non petendo tale quid &c. } vbi autem imprudens nota-
rius uteretur uerbo, renunciauerit. Dicit Iacob.But.quòd
debebit exponi, id est, pactum de non petendo fecit, non
attenta allusione illius vocabuli.arg.l.insulam, ff.de præs.
verb.& l.si uno, in prin.ff.loca.& quia tractatur de fauore,
si non ualet ut agitur, ualet ut potest, ut l.an inutilis, ff.de
11 acceptil. † & plenius tamen circa hoc quid operetur repu
diatio.quid pactum, sic distingue. Quædam sunt iura fun-
data & causata à consensu duorum, quædam uerò causata
à consensu unius tantùm. Primo casu non possunt tolli,
nisi per pactum, ut l.Pomponius scribit, cum l.sequẽ. ff.de
neg. gest. & hoc si uelit quis tollere ea directò. ubi autem
per obliquum tolluntur, sufficit unius repudiatio, uel uo-
luntas, ut l.solenniter, ff.de sol. & l.soluendo. ff.de negot.
gestis. Idem dic, si talia iura resideant solum apud vnum,
licèt à principio fuerint causata consensu duorum, ut pu-
ta dominium; nam qui dominium acquisiuit, potest illud
à se abdicare sola eius uoluntate accedente, ut ff.pro dere-
lict.l.1. Secundo casu principali, exemplum in legato uel
fideicommisso, quod ante eius agnitionem est fundatum
in sola persona testatoris, ut in l.cùm pater, §.fundo. ff.de
leg.2. & tunc aut est purum & tollitur simplici pacto, uel
* repudiatione; * aut est conditionale, & tollitur pacto tan-
tum, ut no.in d.l.1. Vbi autem esse purum & agnitum per
ipsum legatarium, tunc quia fundatum in persona testato
ris, & legatarii, sola repudiatio non ualeret, sed pactum
12 de non petendo sic, secundùm Iacob.Butrig. † Ex quibus
omnibus patet, ꝙ instantię litis potest renunciari simplici
13 renunciatione sine pacto, ut l.postquã liti.C.de pac. † Hic
tamen aduerte, quòd aliud est renunciare liti simpliciter,
aliud est renunciare instantiæ litis uel causæ; qui enim re-
nunciat liti tantùm, ulterius non auditur uolens repetere
actionem, in d.l.postquam. qui autem renunciat soli instã-
tiæ siue expressè, siue tacitè, auditur, uolens iterũ agere,
solutis tamen prius expensis, ut in l.properandum, C.de iu
dic.& not.in auth.qui semel.C.quomodo & quando iud.
14 † Sed an in hac renunciatione instantiæ sit necessaria par-
tis aduersæ præsentia, glo. in d.l.postquam. tenet ꝙ non;
Iaco.Butrig.& Petr. tenet quòd sic, uel saltem quòd sit ci-
tata, ut no.in d.l.postquam, & idem in renunciatione litis;
sed nec est necessaria præsentia iudicis secundùm gloss. &
Iacob. prædictum in tali renunciatione litis, uel instãtiæ,
quò ad ius pręsens: quò autem ad futurum essent necessa-
ria secundùm eum, unde ad omne dubium tollendum sis
cautus quando uis liti uel instantiæ renunciare, facere ci-
tari aduersarium, & coram iudice ipsam renunciationem
15 facere. † Sed quid si aduersa pars contradicit tali renun-
ciationi, an ea inuita fieri poterit? distingue, aut uolo liti
vel instantiæ causæ ex toto renunciare, & possum aduer-
sario inuito, ut l.postquam, & l.destitisse. ff.de iudi. ita ta-
men si soluantur litis expensæ. Aut uolo differre litis pro-
cessum, & non possum aduersario inuito, ut in authen.qui
semel. C.quomodo & quando iudex. Aut volo libellum
emendare, & possum hodie secundum Odofre. licet glo.
contra, ut in l.edita, C.de edendo, cum distinctione ibi po
sita, & quæ remanet incorrecta secundum eum. Quæ autẽ
superius dicta sunt in simplici renunciatione, quæ super
iure

iure de futuro non tenet, procedunt in renunciatione facta extra iudicium: vbi autem facta fuerit in iudicio, tunc habet uim pacti, & tenet super iure de futuro secundum Doctores, ut ibi not. quod tene menti &c.

ADDITIONES.

a Adde Panor. in c. precarium, de preca. & in c. 1. de commoda. ubi pacta facta contra substantialia contractus nō valent, sed faciunt transire contractum in aliam speciem contractus per I. ubi ita donatur. ff. de dona. sed contra accidentalia ualent, & tunc dant legem contractui, & uide eundem Pan. in c. illo uos, de pignor. vbi, quòd ad cognoscendam speciem contractus magis attenduntur pacta, quàm uerba.

b An valeat pactum de futura successione. vide Bal. in l. consuetudo, C. quæ sit longa consu. Bar. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ve b. oblig. Bart. in l. si quis seruum, ff. de act. emp. gl. & Bar. in l. condemnationis, C. de emanc. vide in l. fi. C. de pact. in apost. ad Bart. & uide Alex. limitantem in consil. 87. in 3. vol.

Adde Dyn. in cap. indultum, de reg. iur. lib. 6. col. 5. ver. praeterea ius agnationis. Bald. in c. vnico. §. moribus, si de feud. fuerit controuer. inter do. & agna ual. Dyn. in consil. 49. incip. Thema quæstionis col. fi. versi. præterea illud pactum, Bar. consi. 212. incip. Promitto tibi. in 1. uol. Ang. de Vbald. consi. 176. incip. Visis prædictis instrumentis, in 2. & 5. col. Raph. Fulg. consil. 73. incip. Paterfamilias. in 3. col. Pet. de Anch. consi. 105. inci. Incipiam ab ultimo. Ludo. Rom. consi. 26. inci. Pro decisione. in 1. col. Alexan. de Imo. consi. 84. incip. Visa facti narratione in 2. vol. & consil. 38. incip. Ponderatis verbis. col. 2. in 3. uol. Ludo. Gozad. consi. 87. inci. Prima facie uidetur, in prin. & cons. 98. inci. In hac causa, in prin. Franc. Curt. Iun. consi. 81. incip. Viso ac diligenter considerato, col. 2. in 2. vol. Dec. consi. 103. incip. An uera, in 2. col. consi. 225. incip. In causa quæ. col. pen. & consil. 288. incip. In causa & lite quæ uertitur. col. fin. & praeclarissimum Ioc. Iun. in consi. 143. inci. In facto proponitur. nu. 2. in 1. uol. in consi. 21. inci. Præsens casus. nu. 3. & 10. in 2. vol. & in consi. 44. incip. Tenore transactionis, eod. vol. per totum. Zilettus.

c Pactum de non petendo. Adde Panor. in c. multiplici, de deci. & Alex. in consil. 112. col. 2. in 4. vol. ubi quis non intelligitur renunciasse iuri de nouo superuenienti.

✠ Pacta. Adde, & an superfluitas uitiet pactum, & dic quòd non. l. qui mutuam, ff. mand. nisi quando est admistum uitium: puta, doli, uel metus, secundùm Ias. in l. non impossibile, circa fin. ff. de pac. ubi etiam disputat, an illud quod potest fieri per legem, possit etiam fieri per pactum? & tandem concludit, quòd sic. distingue tamen ut per eum ibi, ubi quid de pacto ad statutum. Masuer.

✠ Vel repudiatione. Adde, quod repudiatio iuris de futuro, in iudicio facta ualet & tenet, teste Ias. in l. is qui. num. 19. num. 25. ff. de acquir. hæred. ubi plura de repudiatione & renunciatione.

✠ Pactum de non petendo. Adde, quòd renunciatio etiam iurata, non trahitur ad ius superueniens de futuro, teste Iaso. in l. quod Seruius. nu. 10. ff. de cond. cau. data. & quando quis intelligatur renunciare iuri, quod ignorat, vide eundem in l. 1. nu. 2. nu. 5. nu. 6. ff. de cond. inde. quid de renunciatione generali & speciali, & de clausula, renunciauit condictioni indebiti &c. vide eundem in l. Stichus, §. item quæsitum, num. 2. num. 3. & seq. eod. tit. Quid de renuntiante omnibus iuribus quæ habet & sperat habere; vide Ias. in l. qui cum tutoribus, ff. de trans. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Iuri de futuro renunciatur cum iuramento.*

PROPRIO iuramento firmatas. Hic not. unum singulare, dixi enim supra quod simplex renunciatio super

a iure de futuro non ualet[a] per d. l. 1. C. de pact. † Quid dices, si fuerit hæc renunciatio iuramento firmata? Dic breuiter, quod habebit uim pacti, & per consequens tene-

b bit,[b] iuxta ea quæ not. per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & quæ scripsi super forma libelli uenditionis.

ADDITIONES.

a Non ualet. Adde tex. in l. qui superstitis, ff. de acquir. hære. & in l. is qui hæres. eo. tit. in l. si ita scriptum, §. si sub conditione, ff. de leg. 2. & in cap. ex multiplici. extra de decim. Zilettus.

b Tenebit. Adde, quod hoc idem tenet Rapha. Cuma. in l. is qui hæres, in princ. ff. de acquir. hære. & ibi Alex. de Imol. qui id dicit esse notandum, & alibi non legisse. & ibi quoque Ias. dicens hoc singulare. Idem Raph. in cons. 114. inci. Antonius Benedicto filio. in quarto dubio. Io. de Imol. in c. 1. de commo. & in c. cù contingat, in 3. memb. ad fi. vers. & adde prædictis, quòd licet renunciatio generalis. extra de iureiur. Ludo. Rom. in cons. 21. incip. Propositæ, col. 1. ver. secundò, quia interuenit. Idem Alex. in l. sed & si quis, §. quæsitum, col. 1. ver. item intellige istū tex. ff. si quis cau. & in consi. 233. incip. Super quæsitis, col. 3. ver. Immo etiā, in 3. vol. Dec. in consil. 30. cuius initium est, quādo ualeat, col. fin. ver. accedit etiam iuramentum. & in consi. 379. ex ordiente requisitus pro consilio, col. 4. ver. accedit iuramentum, & col. 5. ver. vltimò non obstat. Baue. in tract. de virib. iura. versi. 83. incip. Per simplicem, Afflic. decis. 381. in fi. primi dubii. Tiraquel. in l. si unquam, in præf. nu. 138. versic. & alias etiam uidemus, C. de reuocandis donatio. Zilettus.

DEBERET ire in Angliam. Istud pactum cum sequentibus informatur à stipulatione, de qua præsumitur cohærentia ipsius, & erit pactum uestitum cohærentia contractus, de quibus uestimentis, & eorum effectibus seu uiribus, & qualiter eorum fiat nouatio, & si pacto sit adiecta pœna, an si non ualet pactum, ualeat accessorium scilicet pœna, non dico hic, quia est materia valde subtilis & profunda, quæ potius relinquenda est Doctor. quàm notarijs, quia pro eis facta est compilatio huius operis, & quia, ut inquit Seneca {magna est dementia hominis superuacua adiscere in tanta temporis egestate.} Et tamen si cupias in hoc laborare, recurre ad nota per Cyn. in d. l. pacta quæ contra, & per Iac. Butr. in d. l. legem, & in l. pacta nouiss. & l. si pacto, quo pœnam, & ibi per Cyn. C. de pact. & in d. l. si unus, in §. pactus ne peteret. ff. de pact. vbi plenè per Bart. & Iacob. Butr.

SVMMARIVM.

1 *Transactio & pactum an differant, quid sit renuntio, quid treuga, quotuplex treuga, & quid transactio. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Transactio an possit esse gratuita.*
7 *Transactio quot modis vestitur.*
8 *Pœna promissa rato manente pacto, an peti possit simul discedendo à transactione.*
9 *Pœna commissa, an possit post tempus mora purgari.*
10 *Quæ personæ possint transigere.*
11 *Transigi super quibus possit.*
12 *Super prebenda vel ecclesia non potest fieri transactio.*
13 *Quæ sit pœna contrauenientis transactioni.*

TRANSACTIONES impleuit, & executioni

1 mandauit &cæt. † Sciendum est, quòd inter pacta & transactiones est ea differentia, quæ est inter genus & speciem; nam omnis transactio est pactum, sed non econuer-

2 so, ut colligi potest ex definitione utriusque. † Aliud est sciendum, quod nomen conuentionis est omni alio nomine genera-

generalius, ut in l. 1. §. conuentionis verbum, ff. de pact. ut supra dixi, & transit ut plurimum in aliud nomen specialis contractus vt ibi dicitur, unde aliquando conuentio transit in nomen treugæ, aliquando in nomen pacis, quæ specialia nomina sunt apud principes in communi pra-
3 ctica. † Quæro ergo pro te iuuenis, quid sit treuga? a Re-
a spon. treuga est securitas præstita personis & rebus, usque ad certum tempus, discordia nondum inter partes finita, secundùm Inn. & Goff. in c. 1. & 2. de treug. & pa. Inde quęro, quid sit pax, unde secundùm eos, pax est discordiarum finis. Ex his patet differentia inter pacem & treugam.
4 † Deinde sciendum est, quòd duplex est treuga, uidelicet canonica & cōuentionalis, secundùm eos, & gl. ubi supra: Canonica treuga est illa, quam ius scriptum inducit, dispo nēdo, q quilibet sit securus certis temporibus anni in persona & rebus, utputa die veneris usque ad diem Dominicam, & ab aduentu Domini usq; ad octauam Epiphaniæ, & à Quadragesima usque ad octauam Paschæ, ut habetur in d. c. 1. Conuentionalis treuga est illa, quam partes inter se faciunt, quæ ab ipsis partibus est inuiolabiliter obseruanda, per totum illud tempus, de quo simul conuenerīt,
5 secundùm Doct. prædictos. † Viso ergo quid sit pactum,
b videamus quid sit transactio. b Est autem transactio secūdùm Azo. & Goff. in sum. sua tit. de trans. de re dubia, & lite incerta nondum finita, quædam non gratuita pactio, ut probatur in l. 1. ff. de transa. & in l. transactio. C. eo. tit. quā
6 definitionem declara, ut ibi no. † Ad aliud tamen aduerte, quòd in præmissa definitione exprimitur, dū dicitur {non gratuita pactio} quia transactio nullo dato, uel promisso, aut retento non tenet, ut in d. l. transactio. & in cap. super eo. de transa. Quid ergo, si facta est transactio aliquo hinc inde promisso, ut hic fuit, & alter non obseruat transactionem, an poterit agi contra eum? Hic aduerte, quòd quotidie propter fidem modicam, quæ in hominibus regnat, occurrit ista quæstio, in qua sic concludiuè comprehende; q regulariter ex nuda transactione non agitur, sed solum excipitur, vt hæc habentur & not. per glo. & Doct. in l. siue apud acta. & l. cum proponas. & l. si super. & l. si pro fun-
7 do. l. cum mota. & l. si quidem, C. de transac. † Vestitur autem transactio quatuor modis, videlicet traditione, stipulatione, iuramento, & acceptatione, ut d. ll. & l. si quis maior. C. eod. titu. Sed an eo casu, quo transactio fit uestita traditione, si ille qui recepit traditum non impleat transactionem ex parte sui, sed recuset stare transactioni, posit contra eum agi ad utrunque, videlicet ad repetendum sibi traditum, & ad transactionem obseruandā? dic, quòd non regulariter, ut in d. l. cum proponas. & l. qui fidem, ff. de trans. Ratio est, quia ex ea parte, qua petit stari transactioni, ipsam approbat. Ex ea autem parte, qua repętit solutum, illam impugnat, & sic est sibi contrarius, ergo repellendus. l. 1. C. de furt. cum ibi nota. Fallit hæc regula in tribus casibus. Primus est, si per pactum sit actum vt vtrunque peti posit; quia dictum est {Rato manente pacto} vt in d. l. qui fidem. & in d. l. cum proponas. per quod no. quòd quis ex pacto auditur allegans contraria. Secundus est in transactione iuramento uallata, ut in d. l. si quis maior. Tertius est, quando prima actio fuit per acceptilationem sublata, ut in l. ubi pactum. & ibi no. C. de transact.
8 † Sed quid dices, si in transactione una pars ab alia stipulata est pœnam si contrafiat rato manente pacto, & promissor pœnæ contrafecerit transactioni, & stipulator uelit pœnam petere, & à transactione discedere, an posit vtrunque facere? glo. determinat, quòd sic in d. l. qui fidē, licèt aliqui teneant contra, ut ibi not. per Bart. & ego scripsi super forma libelli, quo agitur ad pœnam ex compro-
9 misso. † Quæritur circa præmissa, quid si pœna sit commissa, quia ad diem statutam non soluit promissa, an li-
c ceat post diem offerre, & moram c purgare? dic, quòd sic infra paucos dies. argumen. l. si in lege, §. colonus, ff. loca. & l. cum dies, in fin. cum l. seq. ff. de arbit. & l. si post tres. ff. si quis cautio. & l. sed si alia. ff. de constit. pecu. licèt glo. & Iac. Butr. in l. siue apud acta, distinguant, ut ibi not. aut mora commissa insurgit obligatio legalis, & tunc potest purgari, ut l. si ita quis, §. Scio. ff. de verb. obl. aut insurgit obligatio conuentionalis, & tunc quando habet diem, non potest mora purgari, ut l. magnam, C. de contrahē. & commit. stip. in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & oblig. Aut nulla sequitur obligatio, & tunc potest quandocunq; mora purgari, ut d. l. siue apud acta. de qua purgatione mo
10 ræ plenè not. per Bar. in l. insulam, ff. de uerb. obl. † Si quæratur, quæ personæ posint transigere. dicendum est, quòd illæ quæ possunt pacta facere, de quibus in alia præcedēti glo. dictum est, & probatur in l. pactum, C. de pact. & in l. rescriptum. in fi. cum seq. cum simili. ff. de pact. & in l. præses, C. de transac. Sed licèt tutor & alii administratores seculares posint transigere, tamen prælati ecclesiastici non possunt transigere sine suo capitulo, ut in c. contingit. ext.
11 de transa. cum ibi not. † Super quibus autem rebus & negociis posit transigi, plene not. per Azo. & Gofr. in summis suis; tamen colligendo aliqua, dic quòd regulariter super omnibus, & de omnibus fieri potest trāsactio. Fallit in certis casibus. Primò fallit in causis spiritualibus, ubi spirituale pro spirituali datur, ut in c. constitutus, extra de transact. licèt compositio gratuita ualeat, ut no. per gloss. in cap. 2. & in c. de cætero, extra eod. tit. Item fallit in criminibus, seu delictis, in quibus non imponitur pœna sanguinis, ut in crimine adulterij, & in crimine falsi. In cæte-
d ris autem criminibus, in quibus pœna sanguinis d imponitur, ualet transactio, & hæc omnia habentur in l. transigere, C. de transac. & per Azo. & Gofred. in summa. Item fallit in alimentis futuris, super quibus sine præsidis consensu non tenet transactio, ut in l. de alimētis, C. de transact. l. cum hi. in prin. & §. 1. & seq. ff. eod. tit. Item fallit, si transactio fiat super contentis in testamento non uiso, nec
e cognito. e l. de his. ff. eo. tit. Item fallit in iure subiectionis. super quo non tenet transactio, vt in c. præterea, extra eo. tit. Item fallit in generali iurium remissione, quæ non extenditur ad iurisdictionem, ut 16. q. 2. in c. uisis. in fi. nec etiam ad uisitationem & procurationem. extra de dona. in c. pastoralis. & extra de censi. in c. cum uenerabilis. nec ad reuerentiam, l. fi. C. de bon. quę lib. nec ad cathedraticum,
12 ut extra de dona. c. pastoralis. † Ex prędictis autem patet, quòd si de & super ecclesia vel prebenda sit inter aliquos controuersia, ad quem ipsorum de iure pertineat ex collatione habita uel prouisione à summo Pontifice uel Episcopo, quòd inter eos non potest fieri de ipsa ecclesia ali-
f qua transactio f quia est res spiritualis, ut traditur in cap. constitutus. extra eo. tit. licèt fieri posit quædam gratuita compositio, ut in c. super eo. extra eo. cum simili. Si tamen de iure dominij uel proprietatis ipsius ecclesiæ inter duos Episcopos uel Abbates controuersia esset utroque contendente ius suæ ecclesiæ ad eum pertinere, tunc inter eos posset illa transactio fieri; quia etiam inter eos posset fieri permutatio, ut not. in c. ad quæstionem. de rerum permut.
13 & 16. q. 3. c. inter memoratos. † Quæritur, quæ sit pœna eius, qui uenit contra transactionem. Respondeo, quòd aut transactio est uallata iuramento, & tunc efficitur infa-
* mis* & restituit accepta, & nihilominus cogitur * stare
* transactioni, ut in l. si quis maior. C. de transact. immo si est in dignitate constitutus, priuatur ipso iure dignitate sua qua fungitur, ut in l. pen. in fi. C. de dignit. lib. 12. & ibi no. per gl. quod multum no. pro illis qui quotidie faciunt cōpromissa iuramento uallata, & fertur inde sententia per arbitros, qua præcipiunt obseruari sub pœna in compromisso contenta, quæ appellatur quædam transactio, ut in Auth. ut differ. iudi. §. si interim, nam si aliqua pars contrauenia uel appellando, uel supplicando principi, uel alio modo, uidetur quòd incidat in pœnam prædictam. Aut transactio non est uallata iuramento, & tunc tenetur ad interesse, & aliam pœnam, de qua in transactione expressum

sum est, vt ibi not. & in d. l. si quis maior, & l. cum mora, & l. si pro fundo, cum simil. Et quod dictum est de transactio ne iurata, idem censendum est de quacunque simplici pro missione iurata, vt determinat gl. in d. l. penul. C. de dignit. quia lex magis considerat ipsum periurium, quàm qualitatem contractus; quod est multum no. pro varijs instrumentis contractuum, in quibus apponitur iuramentum, * & sæpissime contra fit à partibus. Amplius scias, quòd talis * periurus potest accusari criminaliter ad pœnam criminis stellionatus. quæ est exilium temporale, vel loco exilii alia pœna pecuniaria iudicis arbitrio imponenda, vt in l. de periurio. & l. 3. §. pœna autem. ff. de crim. stell. de quo no. per Cyn. & Iaco. But. & Bald. in d. l. 1. C. de iureiuran. quæ pœna criminalis ligat quoscunque periuros secundum gloss. in d. l. de periurio. quæ opin. secundùm Doct. est restringenda, quando iuramentum est super aliquo de futuro quod fieri interest alterius, vt no. in d. l. 2. Est autem optima cautela in omnibus promissionibus & obligationibus facere apponi iuramentum, vt cauillosi debitores per hanc viam deterreãtur, & compellantur satisfacere creditoribus, suis, ergo &c.

ADDITIONES.

* An poterit agi, Adde Rom. consi. 244. col. 1. in fi. vbi quòd si transigenti ex causa transactionis promissa non seruentur: licitum est sibi eum cum quo contraxit fallere, non seruando quæ promisit, ex reg. frangenti fidem &c. de qua per eundem Rom. consi. 155. vlt. dub. 204. nu. 9. Alex. consil. 32. nu. 9. lib. 2. quod procedere dicit Rom. d. consi. 244. etiam si iuramentum interuenerit l. cum proponas. C. de pac. l. si quis maior. C. de transf. Barb. consi. 36. col. quæ antepen. præcedit uer. tertio aduerten. Mar. Iun. consil. 77. num. 143. lib. 1. Masuer.
* Infamis. Adde Host. In summa. tit. de iureiur. §. fin. Nat. cons. 19. & quæ habent supra for. oppo. contra testes ver. periurs. Masuer.
* Cogitur. Adde, quod purgatio moræ non admittitur in casu l. si quis maior. secundum communem per Dec. consil. 453. nume. 12. Masuer.
* Iuramentum. Adde, quòd licet iuramentum obliget præcise ad factum: hoc tamen intelligitur quando factum est possibile, aliàs sufficit iuramentum seruari prout est possibile, teste Aym. consi. 12. col. 1. & vlt. & est limitatio ad communem concl. Ias. in l. si pecuniam. col. 7. ff. de cond. caus. dat. quod iuramentum obliget præcisè ad factum, de qua etiam per Dec. consi. 274. col. 3. in fi. Quam limit. plenius tractat Ias. in l. quamuis. num. 4. ff. de in ius uoc. pro quo vide quæ scribit Villal. inter com. opi lib. 13. uer. obligatus ad factum. Declara, ut per Viui. com. opi. lib. 2. conclu. 200. Mathes. sing. 54. Gabriel. com. opin. lib. 2. titu. de iureiuran. conclu. 8.
* Periurus, Adde, quòd non dicitur periurus qui iuramentum non seruat ex causa à iure permissa, teste Ias. in l. si ff. qui satisd. cog. ubi tractat materiã & in d. l. nu. 23. ubi differit an lex ciuilis uel statutum laicorum possit disponere super iuramento & ibi concludit quod non, nec illud remittere uel relaxare, etiam ex causa, ut ibi nu. 26. & de pœnis periurii, & quo puniatur piurus uide eundem in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. ubi quid in teste? quid de blasphemo? & ibi nu. 3. qualiter debeat formari libellus, quando criminaliter agitur contra periurum, ut extraordinariè puniatur, & quæ causa excuset à periurio, Vide eundem Ias. in l. qui iurasse. col. 1. & 2. ff. eo. ubi declarat, & inter alia nu. 5. quòd difficultas excusat à periurio, & post nu. 9. quòd impotens ad soluendum non est periurus quo ad actum, sed non quantum ad Reatum & pœnã periurij. Quas conclu. declara ut per Ias. in l. uideamus. §. 1. nu. 9. & seq. ff. de in lit. iur. Quid in prorogatione facta per creditorem debitori lapso iam termino soluen-ditan fieri possit sine periurio? & an habeat uim apostolici quò ad remissionem, & dic, ut per Ias. in l. Labeo. ff. de iureiu. ubi cõcludit quòd non, distingue tamen ut per eum & Rol. consi. 34. lib. 1. Anch. consi. 198. Fely. in c. 1. de iureiur. Qua in materia periurii, uide eundem d. l. videamus §. 1. ff. de in lit. iur. quid de Canonicis qui fecerunt constitutionem iuratam, de non recipiendo aliquem ultra numerum taxatum, quæ constitutio confirmata fuit per superiorem adiecta clausula annullationis. & dic, quòd excrescentibus redditibus ecclesiæ possunt alium recipere supra numerum iuratum, nec per hoc sunt periuri, cum iuramentum intelligatur rebus sic se habentibus &c. secundum Ias. in l. quod Seruius. nu. 11. ff. de cond. causa data, licet idem contrarium alibi dicere tentauerit. Masuer.

a Treuga, uide per Doct. in rubr. de treu. & pace, Archid. in c. illi qui sunt 24. q. 4. Doct. in l. conuentionum. ff. de pact. & an idem iudicandum sit de treuga quod de pace. ut homines uadant secure. uide Rom. sing. suo. 301. Adde Porci. Insti. quib. mod. ius pa. po. soluitur. in §. si ab hostibus. col. 3. uer. ex quo sequitur. & Iulium Ferretum tract. de Feriis. nu. cum seq. Zilettus.

b Transactio quid sit. uide tex. in l. eleganter §. si quis post. ff. de cond. inde. & in l. 1. in §. fi. de transa. & in l. transactio. ff. de uerb. oblig. & gl. in c. super eo. de deci.

c Moram. Purgatio moræ quando admittatur. uide per Lu-* do. Ro. consi. 52. & 427. & per Fran. de Are. consi. 95. * Moram, Adde facere quæ scribit Ias. in l. non omnis. primo responso. nu. 7. ff si cert. peta. ubi quæritur, an ante lapsum temporis oriatur obligatio, & loquitur de eo qui promisit facere domum, uel aliud usque ad certum tempus, & an difficultas excuset à mora uel pœna? distingue, ut per eundem in l. nummis. nu. 6. & 7. ff. de in lit. iur. Masuer.

d Sanguinis. Adde Rom. consi. suo 688. incip. tu audiuisti l. transige. c. per Pau. de Ca. consi. 150.
Adde an transactio in criminalibus sit permissa. Rober. Maran. in tracta. de ordi. iudici. in 6. par. nu. 50. cum pluri. seq. Foller in praxi. crimi. ciui. in 2. par. 2. par. princ. in uer. audiantur exceptiones nume. 31. Zilettus.

e Nec cognito. Ang. consi. 94.

f Transactio. An prælatus possit transigere super rebus ecclesiæ, uide Fed. consi. 94. Ro. consi. 348.

Forma libelli in causa venditionis.



CORAM vobis Do. Ber. Vicario &c. agit & in iure proponit Ioan. de Bel. ciuis Papiensis contra & aduersus Martinum Saccum, & contra quamcunque aliam personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem dicens & proponens, quòd anno. 1400. mensis Decemb. suprascriptus Marti. uendidit & tradidit suprascripto Ioanni pretio floren. centum boni auri & iusti ponderis petiam vnam vineæ quæ est perticarum centum, positam & iacentem in & super territorio sancti Alexij campaniæ & districtus Pap. cui cohæret &c. idemque Io. cessit & mandauit omnia iura omnesque actiones tam reales quam personales, vtiles & directas, mixtas & hypothecarias ipsi Mar. uenditori spectan. & pertinen. ponens ipsum Io. in locum suum, ac constituens ex nunc dictus Martinus venditor se tenere & possidere dictam petiam terræ nomine & vice dicti Io. ac eidem Io. promittens de euictione & legitima defensione, & sub eius iuramento corporaliter præstito ipsam venditionem in totum obseruare & contra eam nullo tempore contrafacere, nec venire, confessusque insuper fuit idem Mar. se à dicto Io. dictum pretium integre habuisse & recepisse, prout prædicta omnia & alia plura latius patent quodam publico instrumento venditionis facto, tradito & rogato, anno & mense & die prædictis per talem notarium. Rursum dicit & proponit suprascri. Io. quòd

Io.quòd licèt prædicta omnia & singula & plura alia supprascr. Mar.promiserit,gesserit,& fecerit, nihilominus ipsam petiam vineæ post contractam dictam uenditionem in se retinet, & contra bonam fidem & voluntatem dicti Io.ipsiusque uineæ corporalem possessionem dimittere & relaxare denegauit, fructus præterea reditus & prouentus eiusdem iam dictus Mar. habuit & recepit à tempore dictæ venditionis citra, pretii & ualoris singulo anno,uno cum alio computato floren. 26. indebite ac iniuste,ac contra uoluntatem ipsius Ioan. quam quidem petiam vineæ fructusque & reditus antedictos seu eorum pretium & ualorem,aliaque damna expensas & interesse passa & facta per ipsum Io. prædictus Mar. super hoc sæpius requisitus dimittere & relaxare, tradere & soluere d. Ioan.indebite recusauit præsentialiterque recusat. Quare cum prædicta uera sint,petit & requirit Io.suprascri. quatenus per uestram diffinitiuam sententiam,& omni uia,iure,modo,& forma,quibus melius fieri potest,condemneeis,& condemnatum iuris remediis compellatis, supradi. Mar.uersus supradi.Io.ad tradendum,dimittendum, relaxandum & soluendum, singula singulis congruè referendo, suprascri. Ioan. emptori prædictam petiam terræ simul cum fructibus inde perceptis si extant, & si non extāt eorum ualorem & æstimationem,prout superius est taxatum & liquidabitur in processu, necnon condemnetis ut supra eundem Mar. in ipsis fructibus quos percipere potuit,damnisque interesse, expensis passis, & factis per dictum Ioan.& de patien. in futurum protestatur. & prædicta petit fieri & executioni mandari per uos &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius &c. saluo iure &c. non astringens se &c.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis & uenditionis quæ sint substantialia.*
2 *Venditio dissoluitur per contrarium dissensum.*
3 *Venditio præsumitur simulata uenditore probante de deceptione ultra dimidiam iusti pretij.*



CORAM uobis Quantum quotidianus, & practicabilis sit hic tractatus vēditionum, nouit totus causidicorum cætus, ideoque bene studendus,memoriçque commendandus. Ad cuius euidentiam est sciendum. quòd regulariter quælibet res nedum propria, sed etiam aliena potest uendi, dum tamen sit in nostro commercio,ut in l.rem alienam.ff. de contrahen.emptio.& in l.2. eo.titu.fallit in pluribus casibus, qui habentur in l.sed Celsus, in prin. cum sim. ibi not. ff. de contrahen.emp.quos posui supra in primo libello. in glo. super uer.ueris & legitimis titulis.
1 † Deinde sciendum est,quòd tria sunt de * substantia uenditionis, & altero ex his deficiente: redditur uenditio ipso iure nulla. Primum substantiale est partium consensus,ut l. 1. in fi. & in l. uenditionibus.in prin.ff.de contrahen.emp.cum simil.ibi no. facit l. consensus.ff.de actio.& oblig. Secundum substantiale est pretium in pecunia numerata,non in specie vel in re,ut in d.l.1.uer.sed an substantiæ,& l. 2.in fi.ff.eo.titu.de contrahen.emp.& in §.pretium.Institu.de emp.& uend. Tertium substantiale est res quæ uenditur, quia sine re non potest contrahi uenditio,ut in d.§.pretium.ff. de contrahen.emptio.l.nec emptio,facit l.naturalis.in princ. ff. de præscr. uerb.cum simil.Et hæc vera in uenditionibus communibus rerum priuatarum. In uenditionibus rerum ecclesiæ ciuitatum, aut pupillorum & * minorum ultra prædicta requiruntur & alia. In rebus quidem ecclesiæ recurritur ad formam traditam in auth.hoc ius porrectum.C.de sac. san.eccle.& 13.q.2.c.fine excep.& in c.dudum.de re.eccl. non alie. lib. 6. In rebus autem ciuitatis seruatur forma tradita in l. fi.C.de uen. re. ci. lib. 11. in uenditione rerum pupilli & minorum seruanda est * forma tradita in l. magis puto.in §.ne passim. ff. de re. eo. & l. lex quæ tutores. C.de admi.tu.In uenditione insuper rerum fiscalium decurrimus ad formam traditam per tex. & glo.in l.1.C. de fid. instr.& iu.hast.fisc.lib.10.cum simil. ibi nota. Verumtamen si fiat contractus simpliciter inter priuatos, debet attendi forma quæ consueuit seruari in loco contractus, ut in l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de ædi.edic. & not. per Bar.in l.ex ea parte. ff.de uerb.obli.& in l.si prius.§. Plautius.ff.de aqua plu.arcen.
2 † Et no.quòd sicut ipsa uenditio consensu perficitur,ita econtrario partium consensu * dissoluitur & resoluitur,iuxta doctr.traditam in l.ab emptione.ff.de pac.& ff.de rescinden.uend.l.emptio. & l.cum emptor.in fi.facit l. 1.& 2.per totum.C.quando li.ab em.dis. & de rescinden. uendi. Præmissa autem habent locum in uera uenditione,sed * in simulata non procedunt, quia in ea deficit consensus,cum aliud agatur quàm dicatur,ut in l.nuda.ff.de contrahen.emptio.& in l.2. C. plus ual. quod agi.& ibi no.Et ob hoc nulla esse censetur in tātum, quòd
a ex ea non transit dominium nec possessio [a] in emptorem, ut determinat Barto.in l.emptor.ff. de aqua plu. arcen. in dubio tamen statur instrumento, & præsumitur uera uenditio,& non simulata alio in contrarium non probato,ut determinat gl.in l.quamuis.C.si quis alt.uel sibi. & l. cum propriam,& l.multum interest.2.respon. C. eod.titu.cum l.precibus.C.eod.titu. & l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu.
3 † Verumtamen si uenditor probet se deceptum ultra dimidiam iusti pretii, & quòd sibi facta sit licentia de retrouendendo, tunc uenditio simulata præsumitur.
b [b] Aliqui tamen requirunt tertium scilicet, quòd emptor sit solitus fęnerari, ut plene de his traditur per docto.in d.c.ad nostram. extra de emp. & uend. & in ca. illo uos.de pigno.& in l.3.C.de pact. inter empt. & uen.Præsumitur etiam simulata uenditio,si uenditor post uenditionem permansit diu in possessione rei uenditæ sine alia noua causa,colligendo sibi fructus spacio triennij uel ultra, ut determinat Barto.in l.post contractum.ff.de don.arg.l. si quis,in fi.C.de nat.lib.& l.si qui.ff.de acqui.hær. & l. sicut.in §.superuacuum.ff.qui.mo.pig. uel hypo. sol. & pro tanto consuetum est à pluribus obseruari,quòd statim uel post aliquot dies uenditione cōtracta faciunt locationē in ipsum uenditorem de ipsa re uendita sub certa annua mercede,ut uideatur uenditor tenere & possidere ex noua causa:crederem tamen consultius esse, quòd emptor alii rem locaret,quam ipsi uenditori. Item præsumitur uenditio simulata,si creditor pactus sit cum debitore, ut res pignori obligata non soluta pecunia ad terminum deputatum sit uendita pro pecunia debita.ut l.1.& 2.C. de pac.pign.secus autem si pactus sit,ut sit empta iusto pretio, quia tunc fiet rei æstimatio,& secundum ipsam æstimationem intelligitur facta uera uenditio.ut l.si fundus.§. fi. ff. de pig. & no.in d.l.1.

ADDITIONES.

Substantia,Adde Ias.in l.Iurisgentium.§.adeo.ff. de pac.

Et minorum, Adde quòd non ualet decretum iudicis super alienatione rerum immobil. minoris quando eodem temporis momento fuit interpositum quo tutor creatus fuit,quia ex temporis breuitate non præsumitur causæ cognitio adhibita,teste Ias.in l.2.§.prætor ait. nume.1. ff. de in ius uocan. Masuer.

Forma,Adde Ias.in l. nec quicquam. §. ubi decretum. nu. 69.80.ff.de off.proconsl.in l.mandata. nu.3. nume. 7. ff. de offic.eius. Masuer.

Dissoluitur,Adde, quòd regula quæ habet: quòd in contract.innominatis re integra locus est pœnitentiæ:procedit nisi contractus innominatus tendat ad liberandum, teste Ias.in l.si cum fundum,col.2.nu.4.& seq. ff. de pact. de qua materia pęnitentiæ,& an habeat locum in contract. permutationis:uide eundem Ias.in l.rogasti.ff.si cert.pet.

Qui

Qui autem dicantur. contrac. innominati qui sint quomodo fiant, & quot sint contractus innominat. respectiuè uide eundem Ias. in l. si quis cum debitore. ff. de iureiu. & an transactio sit contract. innominatus. & in eo locum habeat pœnitentia; eundem in l. dedi col. 1. num. 12. ff. de cond. cau. dat. & in l. fi. col. pen. eo. tit. vbi declarat quomodo procedat Reg. quod in contract. innominatis habeat locum pęnitentia de qua per doc. in apostil. ad Bar. in l. si pecuniam nu. 9. & 10. ff. de cond. cau. dat. Quid, quando in dictis contractibus oriatur obligatio & actio, & dic, quòd in eis non oritur nisi secuto implemento, &, ex implemento unius incipit pars aduersa obligari, declara tamen ut latius per eundem in l. quoties in diem. col. 2. de uerb. obl. Quid in contractibus bonæfidei? & dic non habere locum pęnitentiam altera parte inuita, l. inciuile. C. de rei uend. teste Afflic. decis. 280. nu. 6. nu. 10. Cur. in d. l. si cum fundum. ff. de pac. ubi concordat cum doc. Ias. ibi, quòd d. reg. locum non habeat in actu liberatorio, quòd autem contractus nominatus merè & simpliciter non admittat pęnitentiã: nec in eo locus sit condictioni ob causam, nec recedatur ab eo ex capite causæ non secutæ, habetur, in d. l. inciuile de rei uend. in l. sicut C. de act. & obl. per Nat. consi. 171. post Bar. in l. fi. col. fi. ff. de condi. ob cau. per illum tex. & tex. in l. 1. ff. de rer. permuta. Osasc. decis. 98. nu. 11. Dyn. in reg. quod semel. nu. 10. & seq. de regu. iur. lib. 6. Rol. consi. 3. nu. 33. consi. 8. nu. 29. lib. 1. ubi quod licet p. ædicta concl. regulariter locum non habeat in contractu innominato; non tamen procedit si adsit iuramentum, quia tunc etiam in eo locum non habet pęnitentia, ex supra alleg. Quid in contractu emptionis & uenditionis, & similibus, & dic, quòd illi nuda uoluntate non tolluntur, nisi utriusque consensus interueniat ex not. per Bar. in l. Pomponius scribit nu. 4. ff. de neg. gest. Masuer.

* In simulata, Adde, quæ habentur supra for. opp. contra instru. uer. tum quia. & uer. seq. & quæ ponit Roma. consil. 846. Ias. in l. nemo potest. 1. lec. nu. 41. & alijs seq. ff. de lega. 1. & quando dicatur contractus simulatus, uide Bart. in l. emptor. ff de aqua plu. & qualiter differant contractus fictus & simulatus, vel imaginarius, dic ut per Ias. consil. 36. lib. 1. nunquid autem prætextu iuramenti ualeat, uide ibi & quando præsumatur actus simulatus & ex quibus, vide doc. ad Bar. in l. post contractum. de don. & quando arguatur simulatio ex eo, quod post contractum donans uel uendens adhuc possideat, dic ut per Castr. 1. consi. 20. lib. 1. ubi quando contractus fiat pure & simpliciter, & quid quando fit sub conditione uel ad diem, uel cum reseruatione, uide ibi. - Masuer.

a Nec possessio. quòd ex contractu simulato transire non possit dominium est clarum, quid de possessione hic tenet quòd non transit, & ita Bar. quòd uenditiones requirunt consensum. l. 1. C. de contrahen. emp. & ideo consensus est de substantia, quia simulata uenditio non est uenditio ratione consensus, nec habet substantialia; quia quod procedit nihil operatur, nisi radicetur ex mente. ff. de sup. leg. l. Labeo. §. idem tubero, ita tex. cum glo. & Bal. in l. 3. C. de contrahen. emptio. quòd ex simulato contractu non transferatur etiam possessio licet ex inutili sic, uidetur tenere An. alleg pro casu sing. d. l. emptori. l. 1. §. si uidetur. ff. de acqui. pos. & merito quia in contractu inutili non deficit consensus, in simulato sic, & sic substantia deficit & in acquisitione possessionis requiritur animus l. 3. §. Neratius. ff. de acqui. poss. sed Bar. in d. l. emptor, uidetur tenere quòd possessio transfertur, si hoc agatur, sed quomodo potest hoc agi, ut dictum est supra si deficit consensus? Ego reperio decisio. d. Bald. quæ omnia declarat in c. imperialem. §. calidis, de prohi. alie. feu. per Fri. qui determinat per illum tex. quòd si interuenerit traditio possessionis in contractu simulato, quod transfertur possessio, aliàs non per d. l. emptor. ista sunt eius uerba aurea. quæ sic intelligo, quod requiratur realis traditio, & sic non sufficiẽt constitutum precarii, nec quælibet alia clausula apposita in instrumento, quia si non consentiunt in principali contractu, multominus in accessoriis, ex præmissis & post hanc opinio. meam uidi aurea uerba Bal. in l. 2. C. plus uale. quod agi. ubi dicit quòd constitutio precarii non operatur in tali contractu, & in dubio non uidetur animus transferendæ possessionis, & ideo requiritur quòd recedat de pos. alias non recessit in ueritate, & sic declarat uerba Bar. in d. l. emptor. uide aurea eius uerba, quod nota. Quæro an simulatio possit probari & qualiter probetur, dic quod sic, & si alle. per tertium probetur per coniecturas, ut quia uenditor stetit post uend. in pos. uide Bal. in l. 2. C. plus ual. quod agi. No. quod multæ sunt species simulationis & modi, de quibus per Bar. in d. l. post contractum. ff. de do. & in consi. quod incip. Pet. donauit, & ideo debet exprimi, maxime si petatur Bal. l. ab Anastasio. C. manda.

b Simulata, Not. quòd illud quod fit occulte, præsumitur fictum, & si consilium appareret expressum illud expressum præsumitur simulatum & fictum tex. in l. ab Anastasio. ver. sancimus, & ibi Bal. C. mand quod facit ad materiam. l. emptione. C. plus val. quod agi. & ad ea quæ ibi primò ponit Bal. quia semper præsumitur prima facie instrumentum uerum, nisi simulatio detegatur. l. cum precibus, & ibi Bal. C. de prob. & in proposito, uide Alex. in l. si procurator. §. idem Papinianus in apost. ff. de actio. emp. Vide Bal. in l. 2. C. plus ual. quod agi. ubi dicit quod sufficit hoc probari per tertium ad uerificãdum simulationem, & ita Spe. secus si opponatur de simulatione per ipsum cõhentẽ, uide ibi late &c. Quæro an ꝯ emanci. possit opponi de fraude & simulatione, dic quòd sic. ita Bal. in l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ lib. per tex. in l. 2. §. plane. ff. de leg. per d. uer. planè, in §. his quoque, in d. l. 2. & dicit ibi Bal. quòd præsumitur simulata & fraus si diu stetit occulta, per l. si filius, & ibi Iac. de Are. ff. sol. mat. & in d. l. fraus ponit aliqua de simu.

SVMMARIVM.

1 *Aetas hominis quando incipiat.*
2 *Dies celebratæ uenditionis, an sit de necessitate in libello exprimenda.*

1 DE anno curso MCCCC. † Ista incipit esse noua ætas. quia ætas hominis est centum annorum, sicque de centennio in centennium incipit esse noua ætas. Et consueuerunt antiqui tali adueniente ætate magna festa celebrare, quo anno mense Septembris natus est prædictus Manfredus filius meus ad ipsius & publicam vtilitatem maxime notariorum ciuitatis Papiæ. Ego Io. Pet. cœpi exordium sumere in huius operis compilatione, in quo per

2 decennium, & ultra non destiti laborare. † Quæritur an de necessitate sit in libello exprimenda dies celebratæ uenditionis? dicit Inno. quòd non. ut per eum not. in c. fi. de re iu. quem sequitur Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti pos. & dixi super libel. in actione hypoth e.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia, an hodie possint cuicunque uendi.*
Venditio quotuplex sit. 2. & 3.
4 *Substantia uenditionis, an possit committi in emptorem & uenditorem.*
5 *Verbum tradidit in instrumento appositum, an probet traditionem.*
6 *Traditionis qui sint effectus.*

* VENDIDIT * & tradidit. † Debes scire,
1 quòd olim non poterat quis uendere rem immobilem omnibus personis, sed illis tantùm qui erant ex consortibus, & propinquis uendito-

ditoris; quod hodie ius obseruantur in feudis, & in pluribus locis obseruatur etiam in allodialibus, hodie uero corrigitur in allodialibus; quia potest quilibet uendere liberè cuicunque. ut in l. dudum. C. de contrahen. emp. præter
2 quàm res feudales. † Vltra præmissa est aduertendũ, quòd duplex est uenditio, quædam in scriptis, quædam sine scriptis. Est autem uenditio in scriptis illa, quando inter partes agitur, quòd fiat scriptura, * nec aliter ualeat, nisi scriptura appareat, quo casu non po let uenditio probari per testes, & sic de ipsius substantia est scriptura, ut plene traditur in l. contractus. C. de fid. instr. & Inst. de emp. & uen. §. 1. nec ex hoc propterea infertur, quòd omnes uenditiones modernis temporibus, de quibus fiunt instrumenta. & mandatur a partibus notariis fieri instrumentum publicum, quod sint uenditiones in scriptis, quia de eis non agitur expresse, quod non aliter valeant, nisi fiat scriptura, licèt ad memoriam fiat inde scriptura, arg. l. contrahitur. ff. de pign. & ibi no. Alia est uenditio sine scriptis, & illa est prout in usu habemus, de qua loquitur to. ti. ff. de contrah. emptio. & in d. l. contrahitur, quæ probatur per testes & instrumenta, ut in l. cum res. C. de proba. cum multis simil.
3 † Item est sciendum, quòd quædam est uenditio pura, quædam in diem, quædam conditionalis, ut traditur in l. hæc uenditio. ff. de contr. emp. & in §. emptio. Insti. eo. tit. facit. l. 1. & 4. C. de leg. commiss. & l. 1. ff. de in diem adiectio.
4 † Item est sciendum, quòd substantia contractus uenditionis non potest committi * in arbitrium emptoris & uenditoris, ut perpetuò in eius dependeat potestate, obligari uel non obligari, ideoque non ualet hæc uenditio facta sine aliqua temporis præfinitione uel expresione, si uenditor dicat uel emptor { Emo, uel uendo hunc librum, si mihi placuerit, } ut in l. in emendis. C. de contrahen. empti. & ibi plene per Cyn. & in d. l. quod sæpe. §. 1. ff. eod. tit. Secus si dicatur } Emo uel uendo, si mihi placuerit infra mensem } ut in d. §. emptio. Institu. de empt. & uendi. Et ualet etiam uenditio, & censetur esse pura, sed resoluitur sub conditione, si dicatur { Vendo uel emo hunc librum, & si infra calendas displicuerit sit inemptus } ut habetur in l. 3. de contrahen. empt. & l. 2. cum simi. ibi not. ff. de in diem adiectio. Traditio autem ipsius rei uenditæ probatur per constitutum, de quo subiungitur, ut l. quod meo. ff. de acqui. possessio. & cap. licet, extra de proba. † Quid ergo, si
5 nullum constitutum interuenit, sed simpliciter in instrumento dicitur, quod tradidit, an ex hoc probetur traditio dic quòd non secundùm Iac. de Are. & Bar. in l. prædia. ff. de acquiren. possess. probatur tamen secundùm eos, quòd data sit per hoc licētia rem ingrediendi * propria auctoritate, quod etiam sequitur Cyn. in l. 1. C. de acquir. poss. Et hæc uera sunt, cùm uenditio esset facta in absentia ipsius rei. Vbi autem facta esset in ipsa re, uel eius conspectu, tunc probatur per hoc uerbum. tradidit, de uera traditione ipsius rei, ut in d. l. 2. cum ibi nota. ut habetur in l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo. §. si per uenditorem. ff. de acquir. poss. quod sequitur Spec. in tit. de empt. & uend. §. 1. & Cy.
6 in l. cum res. C. de proba. † Effectus autem traditionis est ualde magnus, nam in trāsferendo dominium uel causam usucapiendi magis attenditur traditionis tempus, quàm tempus tituli. l. traditionibus. C. de pac. l. si ager. ff. de rei uend. adeò quòd, si duobus eadem res fuerit uendita diuersis temporibus, ille præfertur in iure, cui prius tradita fuerit. l. quoties. C. de rei uen. & l. si duobus, in fi. ff. de di. & tempo. præscr. cum sim. ibi no. Et pro tanto, ut dominium rei uenditæ transeat in emptorem si uenditor erat dominus, uel usucapiendi conditio si non erat dominus, semper apponitur in instrumentis { quòd uenditor tradidit, & constituit se tenere & possidere nomine emptoris &c. } ut in l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. Est tamen speciale in ecclesia, & ciuitate, ut rei uenditæ dominium acquiratur sine traditione, ut l. fi. C. de sac. san. eccle. & in aliquibus casibus no. per glo. in l. 2. ff. de pub. & in l. pe. C. de rei uend. Et præmissa procedunt in eo, qui emit de pecunia sua propria; si uerò emeret de pecunia aliena uel communi, tunc distinguitur, aut emit suo proprio nomine tantùm, aut nomine communi uel alieno. Primo casu traditione sequuta sibi soli quæritur dominium rei emptæ, ut l. si patruus meus. C. communia, utr. iu. & l. qui alienam, & l. 1. cum ibi not. C. si quis alt. uel sibi, & l. si ex ea. C. de rei uend. cum sim. Secundo casu distingue, ut no. in d. l. 1. & l. multum interest, eod. titu. &c.

ADDITIONES.

* Et tradidit. Adde quid si dicatur in aliquo instrumento, dedit & consignauit? & dic, quòd non probant veram traditionem, nisi res ipsa tempore instrumenti præsens fuisset teste Roma. consi. 481. licet secundum Hypol. in l. 1. §. si quis dicatur. nu. 16. ff. de quæst. Rom. uideatur sibi contrarius, & quòd illa uerba dedit & consignauit, ueram traditionem non probent, dicit Alex. consi. 4. nu. 11. lib. 2. Dec. in l. traditionibus. 7. ampl. C. de pac. & uide quæ habentur ad Rom. consi. 509. nu. 23. & alijs seq. Quid quando verbum vēdidit, appositum in instrumento impropriètur? & referatur ad locationem & dic, vt per Catel. uer. uendidit, ubi plura scribit ad limit. eius quod dicitur, quod ubi fit mentio pretii censetur uenditio, & ibi plura de uenditione & permutatione, plura autem de his uerb. dedit tradidit uide per Ias. in l. dedi tibi pecuniam. ff. de cond. cau. dat. & de uerb. tradere. in l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscrip. uer. in l. si ex stipulatione. ff. de acq. pos. Imbert. in Enchirid. iur. Gal. ver. contractus. Rom. d. consi. 509. num. 22. & seq. Maluer.

* Nisi scriptura appareat, Adde, quòd hanc communem dicit Dec consi. 340. nu. 3. cuius tamen contrarium, & quòd talis expresio non requiratur not. gl. insti. de emp. & uendi. in prin. quam sequitur Castr. in d. l. contractus, ubi Saly. nu. 5. C. de fid. instr. & habetur inter com. opin. lib. 3. uer. contractus. Qua in re duo sunt consi. Dec. unum. 159. nu. 4. & 5. ubi uidetur sibi contrarius dum dicit, quòd non dicitur contractus perfectus antequam instrumentum conficiatur, & eo casu habere locum pœnitentiam quamdiu scriptura non est confecta, quam partes de contractu fieri uoluerunt, ut no. Afflic. decis. 39. nume. 4. Ias. in l. qui bis idem post nu. 4. ff. de uerb. oblig. prædicta tamen declara & intellige, ut per Dec. d. consi. 340. Afflic. decis. 105. nu. 4. ubi quòd contractus in scriptis celebrari dicitur, quando actum est, quòd fiat in scriptis, & non aliter, Qua in practicabili. q. sunt qui laudant opi. Martini in d. l. contractus. dum dicit, eam uerborum formulam non esse necessariam, imò toties intelligi, ac probari contrahentium uoluisse negotium ex scripto constare: quoties inter tractan. de contractu placuerit scripturam interuenire, nam tunc satis apparet, eos uelle, ut describendi functio sit pars contractus potissima recipiatque in se consensus argumentum, non aliter quam pacta solent esse de substantia contractus, adeoque formare contractum, etiam si id non dicatur, quia lex dicit, lex sic ordinat, l. iurisgentium. §. quinimò. ff de pac. non igitur curan. utrum contrahen. dixerint hæc uerba, non aliter valere contractum, quam si scribatur, an non dixerint, uel adiecerint, sed solum an in ipso contractu principaliter de scriptura tractatum sit, Quæ omnia declara, ut per Saly. d. l. contractus. Catel. uer. contractus in scriptis. Grat. consi. 107. lib. 1. Bar. in l. generaliter nu. 11. C. de non nume. pecu. Dec. consi. 11. col. 2. in rub. de consuet. col. 2. in prin. Boer. q. 48. nume. 17. & seq. par. 1. Nat. consi. 357. Io. Fabr. §. 1. nu. 3. insti. de emptio. & uend. Port. lib. 5. conclu. 39. Gabriel. commu. opi. lib. 2. titu. de pac. conclu. 3. Ex quibus uidetur dubitabilis reddi conclu. prædicta, quæ habet, quod ad hoc ut dicatur contractus fieri in scriptis, requiritur quòd expresè hoc a partibus actum sit, ut aliter contractus non ualeat, ex no. per

per Bartol. d.l. contractus. Quæ contraria opi. adiuuatur etiam ex eo, quòd scriptura quæ fit de contractu: fit ad probationem, ut facilius probari possit, non ad substantiam, l. contrahitur. ff. de pig. quæ reg. non procedit in casibus in quibus scriptura de necessitate requiritur, teste Ias. in l. pactum quod bona fide. C. de pac. & in l. cum te. in fin. C. de trans. Masuer.

* In arbitrium, Adde Ofasc. decis. 111. nume. 11. Dec. consi. 648. in prin. Masuer.

* Propria auctoritate, Adde, an ex solo contractu, & sic ex solo titulo transferatur possessio, & dic, quòd non potest quis ex titulo quem habet propria auctoritate possessionem apprehendere, secundum Ias. qui reg. ponit cum limit. in l. si ex stipulatione. col. 1. ff. de acquir. poss. ubi uide plures casus not. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Arrha tantùm data an liceat utrique ab emptione discedere.*
2 *Carius uendere & uilius emere in foro conscientiæ, an sit peccatum.*
3 *Decepto ultra dimidiam iusti pretij quomodo succurratur de iure humano.*
4 *Deceptio ultra dimidiam iusti pretij qualis dicatur esse.*
5 *Pretium iustum quod sit.*
Res tantum ualet quantum uendi potest.
Intellectus l. si seruus, in fi. ff. de condi. furti.
6 *Pœna pretij non soluti ad tempus an exigi possit.*
7 *Pœna adiecta quantitati & commissa, an hodie infra legitimum modum usurarum exigi possit.*



1 PRO pretio florenorum centum. † Quid si non fuerit pretium solutum, sed solum arrha data est per emptorem, an licitum erit utrique ab emptione & uenditione discedere? dic quòd sic, ut l. 2. C. quando li. ab emptio. & uendi. dist. & ibi per Cyn. & inst. de emptio. & uenditio. §. 1. pretium enim est unum de substantialibus uenditionis, ut supra dixi, & debet esse pretium iustum respectu rei, vnde si appareat iniustum sic, quòd uel emptor uel uenditor sit deceptus ultra dimidiam iusti pretii, succurritur utrique, ut l. 2. C. de rescin. uend. infra autem dimidiam licet de iure ciuili contrahentibus se decipere, & per hoc nulli eo casu succurritur, quia imputet sibi & suæ prudentiæ, qui contraxit. vt in l. cautæ §. Pomponius. ff. de mi-
2 no. & no. in d. l. 2. † Sed an in foro conscientiæ sit pecca-
a tum, carius uendere, [a] & vilius emere? hanc quæstionem late disputat Tho. de Aquino in secunda secundæ. in titu. de frau. quæ committitur circa emp. & uend. in q. 77. ubi determinat quòd si res uendatur maiori uel ematur minori pretio quàm sit commune pretium, quòd sit peccatum, nisi forte esset modica, & parua deceptio, de qua paruum infertur damnum, quo casu non esset peccatum: licet enim lex humana sustineat maiorem deceptionem, hoc contingit causa euitandi maiorem confusionem, ne contingat turbari & impediri negociationes, & lata est lex ipsa tam uitiosis quam uirtuosis. At lex diuina tantùm uirtuosis data est, apud quos nil esse debet quod sit uirtuti contrarium, ideo ipsa lex diuina omnem inæqualitatem tanquã uirtuti contrariam reputauit esse contra diuinam iustitiã,
3 & sic peccatum esse. † Sed quomodo succurretur decepto ultra dimidiam iusti pretii de iure humano? dic quòd si deceptus est emptor, tunc erit in electione uenditoris uel rescindere uenditionẽ, uel pretium ad æqualitatem reducere, & si sit deceptus uenditor erit in electione emptoris uel pretium iustum supplere, uel quòd uenditio rescindatur, ut in l. 2. præalleg. C. de rescin. uendi. quod & confirmatur de iure canonico, ut in c. cum dilecti. & in c. cum
4 causam, & ibi plenè no. de empt. & uend. † Amplius quæritur, quæ & qualis dicatur deceptio ultra dimidiam iusti pretii? dicunt quidam poni exemplum in uenditore decepto, hoc modo, {si res ualet 10. & uendita est pro quatuor, uel pro tribus,} nam hoc casu dimidia iusti pretii est quinque, ergo quatuor est ultra dimidiam. In emptore autem decepto exemplum ponunt {si res ualebat 10. & emit pro 21. uel pluribus,} quod exemplum reprobat gl. in d. l. 2. quia non tantum excedit dimidiam, immo totum ipsum pretium. Et ideo dicit gl. uerum exemplum in emptore est {si pretium erat 10. & emit pro 15.} quod exemplum
5 confirmat gl. in d. c. cum causa, de emp. & uend. † Item quæritur, quod appellatur iustum pretium? dicunt quidam, quanti reperit * emptorem, nam solet dici quòd res tantum ualet quantum uendi potest, ut l. si seruus, in fine. ff. de condi. fur. Alii, quos sequitur glo. & Cyn. in d. l. 2. dicunt quòd in hoc debet attendi ualor rerum circunstantium, non affectio singulorum, arg. l. precia rerum. ff. ad l. Falci. quod ibi sequitur Bar. & Cyn. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod inter. profi. p q sequitur, quòd inepta est illa depositio testium qui deponunt {quòd ipsi darent tantum de ipsa re.} quia debent deponere, * quòd communi cursu &
* æstimatione ualet tantum. Sed Iaco. Butr. dicit in d. l. 2. quòd etiam potest sustineri dicta depositio, quando testes sunt tantæ auctoritatis, quòd in eis non cadat uerisimiliter præsumptio affectionis Puto tamen consultius tenere gl. & Cyn. opi. Nec ob. d. l. si seruus: quia intelligitur quòd res tantum ualet &c. scilicet communi & non singulari æstimatione. Alii dicunt, quod debet æstimari secundùm
b rei qualitatem & redituum quantitatem, [b] per tex. in l. si quos. de rescin. uen. & ibi not. per glo. & in l. 3. §. diui. de
6 iu. fis. & in l. mortis causa. in fi. ff. de do. causa mor. † Quid si emptor promisit soluere dictum pretium ad certum terminum sub pœna dupli ipsius pretii, nec illud soluit, an pœna exigi poterit? dicunt gl. in l. Iulianus. §. Idem Papinianus, & l. Lucius. ff. de actio. emptio. l. cum allegas. C. de usur. & ibi per Cy. esse distinguendum. Aut pœna adiicitur quantitati, & tunc quantum excedit legitimum modum usurarum, non poterit exigi, alias sic, ut in d. §. Idem Papinianus. cum simil. Aut pęna adiicitur facto, puta quia promisit scribere librum, uel quid simile sub pęna, & tunc
7 poterit exigi pęna, ut in d. l. Lucius. † Sed in primo casu, quando pęna adiicitur quantitati, solet quæri an infra legitimum modum usurarum possit hodie inspecto iure canonico exigi pęna, & gl. in d. §. idem, dicit, quòd aut emptor percepit fructus, & tunc uenditor poterit pęnam exigere tanquam interesse, argu. l. curabit. C. de actio. empt. Aut nullos percepit fructus, & tunc in nihilo hodie admittitur talis pęnæ petitio. Quod autem dictum est, pœnam dupli adiectam quantitati uideri appositam in fraudem vsurarum, & sic non posse exigi, fallit in pacto legis commissoriæ. ut d. §. idem, & l. si fundus. ff. de leg. cõmis. Itẽ fallit in stipulatione dupli, quæ interponitur super rei euictione, ut l. 1. & l. Lucius, in fi. & l. si se: uus. §. fina. ff. de euictio. cum simil. Item fallit in pęna apposita in compromisso, uel sententia arbitri, uel iudicis, ut in c. dilecti. & in c. per tuas, extra. de arbit. & l. cum pœna, & l. fin. ff. de arbit. & l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemperau. cum similib. ibi nota. Ex præmissis itaque patet, quòd l. eadem, in §. fi. ff. de uerb. oblig. & omnia alia iura, quæ loquuntur de stipulatione pœnæ adiectæ quantitati, sunt hodie correcta per utrunque ius, de his no. per Bar. in l. cum seruus. ff. de condi. & demonstra. & dixi infra super libello in actione hypothecaria.

ADDITIONES.

* Pro pretio, Adde, quòd si instrumentum narret uenditionem, sed non loquatur de pretio; quòd non probat, teste Roma. consi. 305. nu. 8. sing. 742. Tiraq. de utroq. retrac. ti. 2. in fi. nu. 87. & uide Doc. in apostil. ad Bar. in l. quod sæpe. §. illud. ff. de contrah. emp. Quid dicen. de testibus non deponen. de quantitate pretii, & dic, ut per Rom. consi. 93. 3. dub. no. 7. Ias. in l. transactio. nu. 5. C. de trans. ubi dixi, & no. Bar. d. l. quod sæpe. §. illud. Masuer.

Quæ

* Quæ & qualis, Adde q́ læsus vltra dimidiam dicitur emptor qui rem valentem x. emerit 16. vel pluris, venditor verò cum rem valoris 16. pro 4. vel minoris vendiderit, secundum communem per Fab. de Monte de emp. & ven. q. 8. doct. in l. 2. vbi etiam Arius Pinel. C. de rescind. vend. post Alexand. consi. 119. colu. pen. circa fin. libr. 4. vbi q́ si res vendita fuit 5. & probetur per testes quòd valebat 8. & plus, per hoc non erit sufficienter probata deceptio ultra dimidiam iusti pretij, vide tamen ibi latius de veritate per eum & doc. in apostil. qui dicunt eum bene cōsuluisse licet Ias. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. contrarium sustineat dum nu. 9. ibi dicit, quòd si testes fuerint examinati super articulo, quòd res valet centum, non obstañ. æstimatione possunt ijdem vel alij produci, qui valet 150. teste Guid. Pap. quæst. 585. Ias. in d. l. numero xiii principali autem materia dic, quòd siue loquamur in venditore, siue in emptore voleñ. rescindere contractum remedio d. l. secundæ, oportere læsionem inueniri vltra dimidiam iusti pretij, & sic si res valet decē deceptū esse in aliquo vltra 5. requiritur enim excessus vltra dimidiam, teste Abb. in cap. cum causam. 2. not. vbi Bar. nu. 7. de emp. Neuiz. consi. 89. num. 6. Imo. in d. c. cum causam, ubi q́ requiritur excessus saltem in vno nummo, quæ nota, quia sæpius occurrunt in actu prac. & pluresperrant, ut vidi in hac ciuitate Taurini in quodam emptore, qui dicebat se læsum ex re valente 300. quam emerat pro 440. & sic asserebatur læsus in 140. qui non faciunt dimidiam de 300. sed quomodo læsio vltra dimidiam ex parte emptoris consideretur exemplo demonstratur, si res quæ vendita fuit 16. ualebat tantū x. poterit venditor restituere sex. remque emptori dimittere, ex ijs quæ scribunt Bald. in d. l. 2. q. 16. vbi Castr. & Cagnol. num. 55. si rem valentem x. emptor. 16. emerit, seu minus 5. & plus quindecim emerit, sed in emptore hæc supputatio fere est inutilis, quia hodie pauci emptores decipiuntur, in uēditore verò alius est casus notabilis quem uidi in eadem ciuitate de anno 1573. inter venditorem & hæredes emptoris. Nam actor proponebat venditionem factam pro scutis 400. rei, quam dicebat tunc temporis valere mille, & consequenter suppleñ. esse pretium de 600. replicañ. reo, & diceñ. in omnem euentum si supletioni prædictæ locus esset, non teneri nisi ad centum, cum in reliquo licet reg. licere cōtraheñ. se inuicē decipere ex Dec. in l. semper in contractibus nu. 7. num. 9. ff. de reg. iur. cum alijs ibi alleg. quæ controuersia licet ex preallegatis iuribus decidi posse uideatur, fuit tamen decisa in fauorē emptoris, quia Actor non probauit extrema requisita in remedio d. l. 2. in quo multi hallucinantur, pro quibus quotuor hic notabilia subijcere uolui in eo remedio proponenda. quorum primum est, quòd Actor dicat rem tantum valuisse tempore uenditionis secundum quòd narret se læsum, deceptum, uel errore ductum, minoris aut uili pretio uendidisse l. 1. C. si maior fac. alien. rat. hab. l. 3. C. cōmunia utr. iud. Dec. consi. 206. 525. tertium, quòd libellans dicat se deceptum ultra dimidiam iusti pretij d. l. 2. & l. si voluntate. C. eo. tit. de rescind. c. cum dilecti & c. cū causam de emp. & uend. quartum, quòd Actor in libello offerat se paratum restituere pretium, quod accepit d. l. 2. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Alexād. consi. 109. col. fin. lib. 4. cuius libelli formam docet Aret. in §. si quis agens col. 4. inst. de act. Quid de forma sententiæ, & uide doc. in d. c. cū causam, supra alleg. quòd condemnetur scilicet reus conuentus, ad restituendū rē recepto precio per eum dato, uel ad suppleñ. iustū precium, in quibus causis rei aduocatum cautum esse oportet, ut faciat positiones de qualitabus precium rei uenditæ minueñ. & extenuañ. puta si res est emphiteutica, uel affecta pacto luendi, aut alio onere de quo contrahen. quòd constet notitiam non habuerunt, quia tunc licet Agens communem æstimationem probasset ex dicta deductione & qualitatibus elideretur probatio, iux. tradita per Aret. d. §. si quis agens, col. 4. Cagnol. in d. l. 2. num. 243. Ias. & Rip. in l. 1. §. si hæres. ff. ad treb. Quam p. ac. uidi obseruatam coram Reuerendissimo huius subalpinæ patriæ Senatu in quadam cā feudali, in qua fiebat supputatio hoc modo. Reditus bonorum feudalium duorum florenorum cum dimidio in hac patria ualent communiter florenos centum, & ideo dicebatur per actorem, plerunque reditus duorum florenorum ex bonis feudalibus ualere communi æstimatione florenos centum, & sic reditus bonorum feudalium ad rationem scutorum duorum cum dimidio proquolibet centenario, facere, q́ quilibet centum scuti in reditu ualeant 4000. exemplum proponebatur de oppido Caramaniæ in quo Annui reditus Castri sunt 600. coronati, & sic ad rationem duorum cum dimidio pro quolibet centenario ualet communiter scutos 24000. secundum quam supputationem fuit iudicatum in causa dominæ Miollani per DD. delegatos ab Eman. Philiberto Principe nostro Clementiss. eo assisten. relationi processus, quum in materia læsionis si quis plurē scire optat, uideat Didac. resol. li. 2. c. 3. num. 8. Gabriel. com. opin. lib. 3. tit. de emp. concl. 1. Masuer.

* Tantum ualet, Adde, & ad hanc Reg. uide Bart. in l. si seruus. 2. respon. num. 7. ff. de cond. furt. in l. pretia rerum. §. nonnullam. ff. ad l. Fal. doc. in l. fi. C. de præd. minor. & dic, quòd res tantum ualere præsumitur quantum æstimata est in æstimo communis, teste Bar. in l. hi qui C. de præd. Nauicul. lib. x. vbi plura de materia ualoris, & ad prædictam reg. quòd res tantum valet, Adde Calcan. consi. 43. ubi an procedat in intelligeñ. rei ualorem, communi æstimatione attenta, non particulari affectione, & quantum uendi potest in foro publico, an per æstimum communis, & qualiter per testes, & uide per doc. in d. l. fin. de præd. minor. Quibus adde, quòd iustum pretium dicitur arbitrio boni uiri, idest iudicis, teste Bart. in l. Creditores. 2. lectur. col. 3. C. de pig. & dic, quòd reditus sunt qui dant pretia rebus, ex not. per. doc. in l. si fundum per fideicommissum ff. de leg. 1. Masuer.

* Deponere, Adde, quid de testibus deponen. per dictionem plus, & ultra, & uide Ias. in l. etsi post tres. ff. si quis caut. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. ubi inter alia dicit, quòd ad rescinden. venditionem sufficit depositio indeterminata, etiā si esse de uno minimo denario, & sic sufficit, quòd testes dicant ualet tantum, & plus, de qua dictione, & plus uide etiam quæ scribit idem Ias. in l. stipulationum quædam, post. num. 3. de uerb. obl. Masuer.

a Vendere, an emens, ut carius uendat peccet, uide tex. 14. q. 1. c. cum autem, quem all. Ro. fin. suis. Et uide Alex. in l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. loc. in ap. ad Bal. & de hoc per do. meum Soc. in consi. 176. col. pen. uer. 1. difficultas. & de frumento, an liceat carius uendere propter dilationem datam ad soluendum, per Alexand. in consilio septuagesimosecundo. colu. 1. in 1. uol. & in consi. 177. in uol.

b Quantitatem, sed quid si sunt diuersi in æstimatione, uide per Aret. consi. 65.

PETIAM unam uineæ. Ecce aliud substantiale uenditionis, uidelicet ipsa res, quæ uenditur, ut l. nec empt. ff. de contrah. empt. Et dixi supra, quòd res debet esse talis naturæ, ut in ea cadat commercium, nam sunt res aliquæ super quibus non cadit commercium nec in genere, nec in specie, & aliquæ in quibus non cadit commercium in specie, sed in genere sic, de quibus traditur in l. liberi, cum l. seq. ff. de contrah. emp. & tetigi supra maximè in l. libello in glo. super uerbo, legitimus titulis.

X SVM-

SVMMARIVM.

1 *Qualitas & quantitas rei, quæ petitur, est exprimenda.*
2 *Actori qualiter succurratur si reperiatur defectus in qualitate & quantitate rei immobilis.*
3 *Emptor an habeat regressum ad interesse contra venditorem, si reperiat rem subiectam censui quantumcunque ad mensuram reperiatur.*
4 *Reperto vitio in re vendita ad pondus vel mensuram, qualiter succurratur emptori.*
5 *Res vendita ad pondus vel mensuram, ad quod pondus vel mensuram vendatur.*

1 PERTICARVM centum. † Aduerte, quòd semper in libello debet exprimi quantitas & qualitas rei quæ petitur, prout eius natura importat, ut l. si in rem
2 in fin. ff. de rei uen. ut supra dixi in primo libello. † Quid autem dices, si in qualitate uel quantitate rei immobilis uenditæ reperiatur defectus, qualiter * succurretur ipsi emptori? breuiter puto super hoc sic distingui posse, aliquando reperitur defectus in sola rei qualitate, ut puta dixit uenditor, quòd erat terra uineata, & reperitur terra aratoria, uel econtra, in toto uel in parte, & hoc casu tenetur uenditor ad interesse, habita ratione bonitatis deficientis, ut probatur in l. si in qualitate, & l. si duorum, & l. si fundo & l. si seruum. §. si modus 2. respon. ff. de act. empt. non habita differentia inter uenditorem scientẽ uel ignorantem, ut ibi. Aliquando defectus reperitur in sola quantitate vel mensura rei uenditæ, ut quia venditor dixit, quòd uinea erat perticarum centum, & reperitur tantum esse quinquaginta, & simi. & hoc casu subdistingue, quandocunque pretium fuit limitatum per singulas perticas. verbi gratia dicit venditor {Ego vendo tibi hanc petiam vineæ ad rationem & computum pro singula pertica floren. unius & similium,} tunc perticis deficientibus agitur ad interesse contra venditorem vt l. si emptione, in prin. & l. si seruum. §. si modus. ff. de act. empt. siue venditor fuerit sciens siue ignorans. vt l. tenes, in prin. e. tit. & est tex. clarus & not. in l. si fundo tradito. ff. de euic. Quandoque ipsum pretium fuit limitatum habito respectu ad ipsam uniuersam rem, prout est quoddam totum certis finibus contentum, ut puta {Vendo tibi talem uineam positam in tali parte, cui cohæret &c. pro pretio & summa flo. centum} & in hoc considerandum est, an fuerit expressa quantitas uel mensura rei, dicendo {quod erat perticarum centum} & reperitur, quòd est solum quinquaginta, & tunc quantum
2 ad partem deficientem tenetur a venditor ad pretij restitutionem pro rata, siue fuerit sciens siue ignorans, quo autem ad interesse non ignorans, sed sciens tenetur, ut hęc probantur in l. emptorem. §. fi. ff. de actio. emp. & l. qui fundum. ff. de euic. facit. l. quæro. ff. de act. em. Aut nulla quantitas seu rei mensura fuit expressa, & tunc sibi imputet, & nullum regressum habet, argu. l. ueteribus. ff. de pact. cum
3 sim. ibi not. † Quid autem si res reperitur ad mensuram sed credebatur libera, & reperitur serua uel obnoxia censui, uel alteri oneri, an emptor habebit regressum contra ipsum uenditorem ad interesse? dic, quòd debet distingui, Aut uenditor fuit sciens & emptor ignorans. & tunc tenetur ad interesse. Aut uenditor fuit ignorans, & tunc non tenetur, ut plenè traditur. in l. quoties. ff. de ædil. edic. & in l. pen. ff. de euic. & in l. cum uenderes, & l. uenditor. ff. de contrahen. empt. cum similib. ibi not. in l. si minor. C. de actio. empti.
4 † Sed quid in re mobili uendita ad pondus uel mensuram, ut drapus, oleum, granum, & in ponderibus vel mensuris reperitur uitium seu falsitas, qualiter tenebitur uenditor? sicut faciunt multoties isti beccarij & frumentarij, qui utuntur multoties falsis ponderibus, & & mensuris. Dic, quòd contra tales pôt agi dupliciter, uno modo criminaliter ad pœnã relegationis, ut l. annonã. §. fi. ff. de extra. cri. Alio modo ciuiliter ad interesse quo casu distinguitur, aut ambo conuenerunt stare ipsis ponderibus uitiosis, & tunc alter contra alterũ agere non pôt: aut non conuenerunt de eis, & tunc distinguitur. aut emptor fuit deceptus à uenditore, aut contra, & in utroque casu distinguitur, aut deceptus fuit sciens, & alter ignorans, ut plenè traditur per tex. & glo. in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. &
5 l. imperatores. ff. de contrah. empt. & ibi uide. † Sed pone, quòd res immobilis est uendita ad mensuram, uel res mobilis ad pondus, & nascitur contentio inter emptorem & uenditorem, ad quam mensuram, siue ad quod pondus ponderari uel mensurari debeat res uendita, quid erit? Dic, quòd seruari, & attendi debet mensura illa, quæ consueuit seruari in loco contractus, ut in d. l. imperatores. & not. per gl. in d. §. de eo, & habetur in cap. ex parte, de cens. Sic itaque patet ex prædictis, quòd licèt admittatur, & toleretur deceptio aliqua in pretio, nulla tamen toleratur in pondere uel mensura &c.

ADDITIO.

a Tenetur. Adde Alex. consi. 8. 4. lib. & per Old. consi. 90. & per eun. Alex. in consi. 90. in 2. col. in 5. uol. in consi. 121. in 2. lib. & per eun. in l. si Titius. ff. de act. empt. & Pan. in c. per tuas, de don. adde tamen ꝙ si uenditus fuisset fundus & inceptum à corpore, & post deducta mensura, ꝙ tunc totus fundus diceretur uenditus, ita Alex. consi. 128. col. 4. uersi. præterea etiam dato in 1. lib.

CVI cohæret & Cęt. Aduerte, quòd res, quæ petitur, per cohærẽtias certificanda est, ut l. forma. ff. de cẽs. de quo supra dixi in 1. libel. Et amplius, quod est not. tene-
2 tur a uenditor dicere emptori, an ipsi consortes sint boni, uel mali, ut determinat gloss. in l. quod sæpe. §. fin. ff. de contrah. emp. quod intelligo uerum, si requiritur ab emptore, arg. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. cum ibi no. nec mirum, quia aliquando expedit potius rem relinquere, quàm malos consortes habere. l. fin. C. de pac. inter empt. & uend.

ADDITIO.

a Venditor. Adde Hyeronimum de Mont. in tract. fi. regun. c. 91. incip. rei demostratæ, num. 5. hoc dictum sequentem Ziletus.

SVMMARIVM.

1 *Cessio quando fiat & quid sit.*
2 *Mandare & concedere quid sit.*
3 *Per cessionem quid transferatur.*
4 *Vtilis actio, an aliquando transferatur sine cessione.*
5 *Quæ sint requisita ad cessionem.*
6 *Cessione sine expressione tituli an valeat.*
7 *In cessione an sufficiat cedentem confiteri se pretium recepisse.*
Confessio plenè probat in præiudicium confitentis.
8 *Intentans directam & probans de vtili, an obtineat.*
9 *Post cessionem si debitor soluat cedenti, an liberetur.*
10 *Pactum uel transactio cedentis, an noceat cessionario.*
11 *Minor, an possit cedere iura sua sine tutoris auctoritate.*
12 *Cessio actionis, an possit fieri per procuratorem.*

1 ESSIT & mandauit omnia iura. † Debes scire, quòd illud, quod operatur traditio in rebus corporalibus, illud idem operetur cessio in iuribus incorporalibus, ut traditur per glo. & Doct. in l. 1. C. de ac. & oblig. & l. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. man. Quærendum est ergo, quid sit cedere, & mandare. pro cuius latiori intellectu sciendum est, ꝙ habemus tria, quæ prima facie uidenẽ idẽ, & sunt diuersa, uidelicet cedere, mandare & concedere, ut nota. Bar. in l. fi. C. de don. dic ergo, quòd cedere

cedere est ius aliquod incorporale in alium transferre, vt in d. l. 1. C. de actio.& ob. sicut tradere est rem corporalem in alium transferre, vt l. traditio. C. de pact. † Mandare autem est solum exercitium alicuius iuris alteri committere, vnde morte mandantis finitur exercitium mandati, ut in l.& quia, in fin. ff. de iu. om. iu. & d. l. 1. de ac. & ob. Concedere verò est aliquid committere, & idem importat, quod mandare, vt not per glo. & Bart. in d. l. fi. de don. licèt aliquid plus importare videatur, per tex. in l. 1. § cu vrbem. ff. de offi. præfe. vr. & l. 1. ff. de const. prin. & in c. ab-
3 bate, de verb. sign. † Quærendum superest, quid per cessionem transferatur, & quidem secundum omnes regulariter transfertur utilis actio in cessionarium, & directa remanet penes cedentem, quæ in tantum est ossibus affixa, quòd separari non potest, vt in l. quis ergo casus. ff. de pec. & in l. 3. ff. pro soc. vt autem effectus directæ transeat in alium, necesse est, quod dominus constituat illum procuratorem in rem suam propriam, quo casu intentabit directam actionem procuratorio nomine domini, ad propriam tamen sui utilitatem, & non domini: utilem uerò actionem intentabit suo proprio nomine tantum, & ad eius propriam utilitatem, & non domini, quæ differentia est de subtilitatibus iuris, & posset de facili in his & sim. per statuta prouideri, ut hæc & similia plenè not. in d. l. 1.
4 † Sed nunquid aliquo casu utilis transferatur sine cessione? Pet. dicit, quòd non, alij quòd sic, ut refert Cyn. in d. l. 1. Sed Bart. in l. 1. ff. de ac. & obl. ubi plene distinguitur per eum, dicit, aut fit alienatio actionis uel obligationis in vltima voluntate, aut inter uiuos. Primo casu, aut fit alienatio titulo singulari, ut puta legati, & tunc transit utilis sine cessione, ut l. ex legato nominis. C. de leg. quia si esset res corporalis, transiret isto casu pleno iure sine traditione, ut l. a Titio. ff. de furt. aut fit alienatio titulo utili, puta per fideicommissum generale, & tunc non transit sine cessione ut l. restituta. in §. de illo ff. ad Treb. cum sim. Secundo casu principali quando fit inter viuos, & tunc aut ratione contractus quis est obligatus cedere, aut ex alia æquitate. Primo casu aut ex contractu innominato, & non transit sine cessione, ut l. 1. C. de ac. & ob. secundum primam lec. Aut ex contractu nominato, & tunc regulariter non transit sine cessione, ut in l. 1. & 2. ff. pro so. Fallit in emptore, ut l. 2. C. de actio. & ob. & C. de hæred. uel ac. uen. l. emptor. Item fallit in nomine pignori dato, ut l. si conuenerit. de pig. ac. & l. postquam. C. de hæred. uel act. uend. Item fallit in dote. l. 2. C. de actio. & obl. Item fallit in nomine dato insolutum, ut C. quando fis. vel priua. l. 1. Ad quod facit l. si insolutum. C. de act. & oblig. Item fallit in donatione. l. illam. C. de don. & not. in d. l. 2. Sed in hoc male dicit per tex. in d. l. fin §. 1. ff de don. secundum Doct. Patet ergo ex his, quòd in præsenti casu uenditionis superflue & superuacuè fit cessio, cùm ipso iure utilis transeat in emptorem, ut supra dictum est, & idem dic in alijs casibus superius a regula exceptis. Si autem fiat cessio ex alia æquitate quam ex contractus necessitate, tunc non transit utilis sine cessione, nisi forte in subsidium, ut l. 1. §. fin. ff. de insti. & in l. damni. §. fin. ff. de damno infe. & in l. creditore. ff. de euic. & sic habes, quòd in emptorem transit ius agendi efficax, quod competebat venditori, idem dic in iure excipiendi, ut l. dolia. §. 1. cum sim. ibi not. ff. de
5 contrahen. empt. & in l. emptori. C. de euict. † Quæritur vltra quæ & quot requiruntur, vt cessio ualeat. Et dic breuiter, quòd quinque. Primò videlicet, iustus titulus. Secundo pretij numeratio, si facta sit titulo uenditionis. Tertiò, quòd iusto pretio facta sit. Quartò, quòd eidem personæ facta sit cessio. Quintò, quòd sit vel in totum vendita, vel in totum donata. His autem, uel aliquo ex his cessantibus, præsumitur cessio simulata, & sic nulla, ut in l.
6 ab Anastasio, & l per diuersas. C. manda. † Sed circa hoc quæritur. Ecce, quòd in cessione non reperitur expressus, nec nominatus titulus, sed solum ibi reperitur expressa certa pecuniæ quantitas pro qua fit cessio, an teneat? videtur quòd non, quia deficit titulus, & sic unum de substantialibus, ut dictum est. In contrarium est veritas, quia titulus præsumitur ex alijs qualitatibus & circunstantijs licèt non sit specialiter nominatus, quod quidem colligitur ex quantitate ipsius precij, & rei cessæ & alienatæ expressione, arguendo sic. vbicunque in aliqua dispositione interueniunt substantialia alicuius contractus licet contractus specialiter non nominetur, attamen per substantialia ipsius contractus qualitas figuratur, ut clarè probatur in l. naturalis, post princip. & in l. insulam, & ibi per Iac. Butr. ff. de præscr. verb. vnde cum appareat de pretio & re alienata & cessa, & sic constet de substantialibus venditionis, dicendum est ex causa venditionis cessionem fuisse celebratam, & hoc tenet Barto. & Doctor. in d. l. ab Anastasio, & in l. p diuersas, ad quod facit l. fi. C. de prædijs
7 curia. lib. 10. † Postea quæritur, an sufficiat, quòd in cessione ipse cedens confiteatur se pretium recepisse, licet de
b reali numeratione aliter non constet? b videtur, quòd non sufficiat confessio, nisi realis numeratio probetur, vt est text. in d. l. per diuersas, ibi {Datis pecunijs & cæt.} coniuncta glo. ibi super verbo, solutarum, & etiam in d. l. ab Anastasio, ad fin. ibi. {& si hoc ab actore pe. soluatur} Et hanc opin. tenuit Iaco. de Aretio in quodam suo tracta. de cessio. actio. & idem sequitur Dyn. necnon. Iac. de Belui. in Auth. de æquali. do. §. 1. colla. 7. & Iac. But. in d. l. ab Anastasio. & in l. per diuersas, & Barto. & Bald. ibidem, pro quorũ sententia facit, quia quando lex de fraude dubitauit circa aliquem actum, tunc vt fraudis præsumptio auferatur requiritur actus verus numerationis, & non fictus, vt in l. qui testamentum, cum ibi nota. per glo. ff. de prob. & l. si quis post hac. C. de bon. proscrip. & l. assiduis. C. qui po. in pigno. ha. coniuncta gl. super uer. dato. In contrarium videtur, quòd cessio isto casu valeat sine alia probatione, nam certi sunt casus, quibus præsumitur cessio simulata, quos enumerat gl. in d. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. & in l. 1. C. ne lic. poten. inter quos iste non connumeratur, ergo relinquitur cessionem valere, nec præsumitur simulatam esse, cùm de iure sit, quòd confessio faciat plenã probationem in præiudicium confitentis. l. generaliter. C. de non num. pe. & l. 1. C. de confessis, facit l. emptor. in §. Lucius. ff. de pac. & l. cum precib. C. de proba. & hanc opi. sequuti sunt domini Ray. & Auge. & alij plures, pro quorũ opi. induco notabilem casum in l. si procurator. ff. de iur. fisc. coniuncta l. 2. in fine. C. de quadri. præscrip. ubi patet {quòd si procurator fisci, qui non potest uendere nisi pecunia numerata, cõfitetur pecuniam recepisse, statur huic confessioni, & præsumitur verè numeratum esse,} sic ergo dicam in casu præsenti, & hanc opi. puto æquiorem. Grauissimum enim esset per testes probare cessionem cũ numeratione retro facta per quinquaginta annos, vbi de ea quæretur, nisi forte diceres hoc faciliter ꝓbari per ipsum instrumentum cessionis, si in eo notarius diceret pecuniã
8 in eius præsentia numeratam. † Rursum quæritur, pone quòd aliquis intentauit actionem directam, & probauit in vtili,
c c an sequi debeat condemnatio uel absolutio? Cy. distinguit in d. l. 1. C. de act. & oblig. & Bar. in d. l. j. ff. eo. secundum quem dic, quandoque fuit libellus generaliter in actione reali, & tunc satis est probare in utili, argu. l. nam & postea. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. licèt glo. uideatur sentire quòd dominium utile, & utilis actio non uideatur in libello deduci vel comprehendi, ut not. in l. minor. §. j. ff. de euict. & in l. si mater. §. j. & §. ea. ff. de excep. rei iudi. Aut libellus fuit specialis, & sic specialem actionem continens in actione personali directa, & tunc aut pendente iudicio ipsi eidem cui competebat directa, cœpit cõpetere utilis facto ipsius rei cõuenti, & tunc ex eadẽ instantia debet reus condemnari, vt in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua plu. arcen. facit. l. si seruus. ff. de de infa. & ff. de rei vendica. l. si post acceptum. Aut ab ipso litis

exordio sibi competebat directa tantum, & proposuit utilem, vel econtra, & in illa quæ non fuit proposita probauit, & tunc reus est absoluendus, argu. l. 1. §. 1. ff. si mct. fal.
9 d mod. dixer. † Insuper quæritur, quid si facta alteri cessione ipse cedens postea à debitore cesso recipiat [d] solutionem, an liberetur? dic, quod sic, nisi in tribus casib. Primus, si cessionarius sibi denuntiauerit, ne solueret. Secundus, si ab eo partem debiti receperit. Tertius, si lis contra ipsum fuerit contestata, ut in l. 3. C. de noua. Quartus secundum Doct. est, si debitor quouis modo de cessione scientiam & notitiam habuit, vt not. per Cyn. in d. l. 3. & per glo. in l. fin. ff. de transactio licèt glo. in l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss. teneat contra, & malè. Quod autem dictum est de debitore soluente creditori cedenti liberari nisi in tribus casibus, intellige verum secundum Bart. quando actiones directæ remanserant apud cedentem, secus autem si nullæ, vt per eum not. in l. ex asse. ff. ad treb. exempli gratia, si primus cessionarius cedat secundo, sicut quando primus emphyteuta inuestiuit secundum.
10 † Sed an pactum vel transactio, aut confessio cedentis noceat cessionario, & an debitor conuentus à cedente possit contra eum opponere exceptionem de cessione per eum alteri facta, uide per eundem Bart. not. in l. facta. in §. si hæres. ff. ad Trebell. Et ex his patet solutio ad illam quæstionem, si cedens & cessionarius simul concurrant contra debitorem, quis præferendus sit. & gl. in d. l. 3. tenet, quòd præferendus sit cessionarius & bene, & sic isto casu vtilis actio præfertur directæ, de quo articulo plenius not. per gloss. & Doctor. in l. in causæ. in fine. & in l. procurator in rem. ff. de procur. & per Cy. in d. l. secunda.
11 † Item quæritur, an minor possit cedere iura [e] sine
e tutoris vel curatoris auctoritate? & breuiter dic, quòd non; quia cedere est alienare, vt ff. de fideiuss. l. cum is. ideo est necessaria tutoris & iudicis auctoritas, vt l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. cum simi. nisi forte secundum aliquos fieret cessio ex causa necessaria, prout fideiussori vel possessori, vt l. 2. C. de fideiuss. sicut dicitur in alienatione alterius rei ex causa necessaria, in qua decretum iudicis non est. & in l. magis puto. in §. 1. & 2. ff. de rebus eorum. Consultius tamen est utriusque auctoritatem interuenire, & uide, quod nota. Azo in summa. C. ne
12 lic. poten. in fi. † Item quæro, an per procuratorem possit fieri cessio actionis? uidetur quòd sic; quia per eum potest fieri uenditio, ut in l. Iulianus, §. si procurator. ff. de act. empt. & in l. 2. C. per quas perso. cum simi. Item quia per procuratorem potest fieri restitutio hæreditatis, ut l. restituta, in princip. ff. ad Trebel. ergo &c. In contrarium facit, quia is cui fit cessio, efficitur procurator & non potest
a facere alium actum ante litem contestatam, ut in l. neque. C. de procurat. ergo nec iste procurator poterit cedere alteri procuratori, ad qđ facit l. emptor. C. de hær. uel actio. uend. & ff. de in rem uerso. l. 3. §. idem labeo. Item quia hæc iura sunt adeo ossibus annexa, quòd non recipiunt separationem. l. quis ergo. ff. de pecu. & l. 3. ff. pro socio. & hanc partem tenuit Albertus Papien. sed prima opin. uerior est & communior per d. l. restituta. §. 1. sic etiã uidemus, quòd procuratori possunt iura cedi, ut probatur in l. qu... s, cum l. sequen. ad Trebell. per quem procuratorem postea fit cessio domino suo, argu. in l. possessio. in fin. ff. de acquiren. possess. & l. si procuratorem. in fine. ff. manda.

ADDITIONES.

a Directa remanet, an exercitium directarum competat ei, cui mandatæ sunt utiles, uide per Fran. Are. consi. 25.
b Non constet, uide per Alexand. consil. 26. 1. libro & per Aretin. consil. 96.
c In utili an cessionarius agens debeat exprimere in libello de iure cesso specialiter, uide Alex. consi. 137. 1. lib.
d Recipiat, uide Ang. consil. 86. Paul. de Castr. consi. 60.
e Iura, sed an tutor possit cedere iura absque pupillo, uide per Lud. Rom. consi. 386.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypotecharia non transfertur in contractu venditionis.*
2 *Dominium an per cessionem rei vendicationis sit translatum.*

1 TAM reales quam personales. † Hic aduerte, quòd licèt in contractu uenditionis transeant utiles actiones personales, ut dictum est, & aliæ reales quę respiciunt dominium uel quasi ipsius rei, ut l. dolia. §. fi. cum ibi not. ff de contrahen. empt. non tamen transfertur actio hypotecaria, quæ ad ipsam rem competit, nisi specialiter & expresse fiat de ea cessio, ut habetur in l. si cum uenditor, in prin. ff. de euict. quod not. de quibus actionibus realib.
2 habetur Inst. de actio. in §. 1. cum seq. † Sed circa hoc quæritur, an per cessionem rei uendicationis sit translatum dominium, uel quasi? uidetur ꝙ sic, quia cessionario datur utilis rei uendicatio, quæ competit domino, ut l. 2. §. qui in perpetuum. ff. si ager uectig. uel emphy. pe. ergo sequitur quòd dominium sit translatum. Alij dicunt contra, quia utilis actio & exercitium tantum directæ actionis in cessionarium transit quam intentat tanquam procurator in rem suam, argum. in l. sponsalibus. §. 1. & fina. ff. de iur. do. Nam licèt transferendo dominium rei uideatur transferre actionem, quæ pro dominio datur; tamen econuerso cedendo actionem in rem non propterea transfertur dominium, nisi sequatur traditio rei uel apprehensio possessionis, & hanc partem tenuit Dyn. in c. pro possessore, circa fin. de regu. iur. lib. 6. Quæ autem dicantur personales actiones, & mixtæ, uide Inst. de actio. §. personales, & §. item mixta.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius agens quo iure an debeat exprimere se agere.*
2 *Agens ex iure cesso an possit opponi exceptio cedendarum.*

1 VTILES & directas. † Hic quæritur, si simpliciter agitur iure cesso, an agens teneatur declarare si agit utili actione nomine suo, an directa nomine cedentis. Dic, ꝙ sic, arg. l. si duo. ff. de sol. & l. si mihi & tibi, in prin. ff. de leg. 1. licèt in dubio secundum Albertum uideatur potius intentasse utilem quàm directam, argum. in l. nec ullam §. item si quis [a] fisco. ff. de peti. hæred. & de relig. &
2 sump. fune. l. 2. §. 1. & l. planè. ff. famil. ercíscun. † Sed nunquid agenti ex iure cesso potest opponi a reo dicendo, cede mihi tuas actiones, aliàs nõ debes audiri; quæ appellatur exceptio cedendarum, & dic breuiter, quod sic, ut habetur in l. Stichum aut Pamphilum. §. si creditor. ff. de sol. & plenè per Bart. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. ff. de fideiusso. & ego scripsi circa formam responsionis contra libellum in hypotecaria oblatum.

ADDITIO.

a Cedendarum, quando possit opponi exceptio cedendarum, uide per Rom. consi. 167.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ponens ipsum in locum suum, importat cessionem actionis, & constitutionem procuratoris in rem suam.*

1 PONENS ipsum Ioannem in locum suum. † Quæritur quid important ista perba? dicit Barto. in l. qui quadraginta. ff. ad Treb. quòd important cessionem actionis, uel constitutionem procuratoris a in rem suam, idem
2 approbat in l. in prouinciali. §. pen. ff. de no. ope. nun.

ADDITIO

ADDITIO.

a Procuratoris. Adde Angel. Peru. in l.1.in fi. C. de actio. & oblig. Ioan. Bap. Ziletus. Venetus.

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur rem tradere emptori.*
2 *Constituens se nomine emptoris precario possidere quid agat.*

a CONSTITVENS a *ex tunc. † Debes scire, * quod venditor tenetur rem tradere emptori, non 1 tamen dominium transferre, licèt emptor pretium facere debeat venditoris, vt l.emptio, in prin.ff. de act.emp.aliàs tenetur ad interesse, vt plene disputat glo.in l.1.in prin.ff. de act.emp.ideo in instrumentis dicitur, quòd constituit, vt per hoc verbum denotetur possessionis traditio, quia non refert an aliquis per seipsum ingrediatur rem venditam, vel alius eius nomine siue sit ipsemet venditor, siue alius, vt in l.quod meo. ff.de acqu.poss.& in c.licet in fin. de proba facit l.1.§.item acquirimus,& §. per procurato-
2 rem.ff.de acquir.pos. † Quid autem si constituit se precario nomine ipsius emptoris possidere, vt communiter dicitur in instrumentis? dic quòd in dubio, nisi aliud agatur: transit in emptorem sola ciuilis possessio, & naturalis remanet penes venditorem, vt not.per glo.1.in l.& habet §.cum qui.ff.de preca.& ideo vtilius est facere, quòd venditor simpliciter constituat, quia tunc omnis possessio transiuit in emptorem, vt in d.l.quod meo. cum si. & dicā inf. a in tit. de actio. hypoteca.

ADDITIONES.

* Constituens, Adde Ias. in l.ab emptione.num.13.ff.de pac. Mathes.sing.67.170.Alex.consi.28.col.2. lib. 2.Imbertum in enchirid. Iur. Gal. versi. Contrac. Ias. in l. apud Iulianum.§.si titius.col.3.ff.de leg.1. in l. si is qui pro emptore. num.395.398.de vsucap.Suarez.lib.comm.opin.ver. venditor.vbi videtur tenere contra Ias. in d.l.ab emptione de materia autem huius ver. constituens. uide quæ habētur supra for.pos. Actoris ver. item ꝙ prædictus Petrus num. 5.& 6.Ferrar. Cautel. 48. num.3.Ias. in l. Pomponius.§.si is qui precario.ff.de acq.pos.ad dicta autem Pap.hic nu.2. Mafuer.

a Constituens ex tunc. Adde Alex. de Imo.in consi. 29.in 2. volum. & Ang.de Are. in §.Actionum.de act.

Cæpo.in consi.4.causarum. crimi. incip. visa querela producta num.5.Ziletus.

* Constituens, Adde differentiam esse inter constitutum precarii & constitutum simplex, nam quando in instrumento adest constitutum precarii: per illud non transfertur nisi ciuilis possessio, naturalis uerò penes constituen. remanet, secundo casu per constitutum simplex transfertur ciuilis & naturalis, adeò quòd solummodo nuda detentatio penes ipsum constitu. remanet, & ideo inquit Ferrat. cautel. 48. nu.3.utilius est pro emptore, ad hoc ut in eum transferatur omnis possessio, quòd nō adiiciatur uerbum precario, sed simpliciter dicatur constituit, de quo etiam scribit Nat.consi.171.col.3.& seq.post Ias.in l.ab emptione.nu.13.ff.de pac. in materia autem constituti dic, quòd per illud non liberatur uenditor ab actione ex empto qua tenetur ad traden. teste Rui.consi.94.lib.1.Alex.consi. 28. col.2.circa fi.lib.2.ubi quòd illa traditio, quæ uenit de natura contractus: est uera & actualis traditio, sed per constitutum non dicitur res tradi imo haberi pro tradita, ex no.per gl.& doc.in d.l.ab emptione, ubi Bal.in fi.ff.de pac. Venditor autem propriè tenetur ad traden. l. ex uendito. in prin.ff.de act. emp. unde secundum magis communem doc. sententiam uenditor qui solum se constituit nomine emptoris possidere non est liberatus perfectè ab actione ex empto, quia tenetur ad traden. nisi actualiter etiam tradat, iuxta tradita per Rui.d.consi.94.Alex.d.consi.28. ubi latius declarat, cui Adde Ias. in l. apud Iulianum. §. si Titius.col.3.ff.de leg.1.Quid in constituto procuratoris, an per illud acquiratur possessio & uerum dominium domino, & dic, ut per eundem Ias.in l. si is qui pro emptore.nu. 395.398.ff.de usucap.& an deficiat constitutum seu precarium per mortem constituen.uide Com.consi. 189. in fin. Ias.in §.item si quis in fraudem.col.18.inst.de act.ubi concludunt quòd sic, de quo no.Alex.consi.85.lib.6. ubi de remedio.l.fi.C.de acq.pos. Quibus adde, quòd clausula constituti non operatur pro absente ante ratificationem, etiā quòd notarius pro eo stipulatus fuerit, teste Dec.consi. 226.247.col.3.432.in fi.communem dicit Rol. consi. 19. nu.7.num.8.lib.1.pro quo uide eundem Dec. in l.contractus.col.5.ff.de reg.iur.Alex.consi.110.col.2.lib.1.consil. 167.col.pen.lib.6.Quod quidem constitutum locum non habet in incorporalibus, teste Dec. consi. 251. & traditur ad bona futura uel post mortem, ex no. per Afflic. decis. 335. Quid in constituto conditionali an desinat? si ante euentum conditionis ille qui constituit desinat esse dominus: uel deficiant aliqua extrema; & dic, ut per Dec.consi. 247.Neguf.de pig.1.par.6.par.prin.nu.36.ubi si est collatum post mortem, ut in contractu dotis restituen. in casum sol.mat.de quo per Alex.consi.82.lib.2. Guid. pap.q. 368.ubi de clausula ex nunc prout ex tunc, de qua per gl. & Ias.in l.1.C.de codicil.Signo.Homod.consi.217.qui in prædicta.q.concludit affirmatiue, pro negatiua tamē stat Paris consil. 98. lib. 2. ubi quòd non ualet collatum post mortem, quam concl.declara & intellige, ut per Dec.d. consi.247.col.fi.& uide Aquen.in l.quamuis.§. cōductor. ff.de acq.poss.Crot.in l.fi is qui pro emptore.col.pen.uer. 4.quæritur.ff.de usucap.Ias.consi.147. lib.2. quòd autem executio constituti collata post mortem ualeat tunc tempotis quo contractus celebratur.not.Neguf.de pig.2.par. 2.par.prin.col.1.& 2.ubi improbat opi.Dec. ibi relatam, & Soc.Iun.consi.106.nu.28. lib. 1. pro quo uide gloss. & Aquen.in d.l.quamuis.§.conductor.ff.de acq.pos. & an cesseatur repetitum constitutum per 2. contractum repetitū ad priorem? uide Aret.consi. 21. in qua materia Adde, ꝙ possessio non transfertur in filios mortuo patre nisi fiat mentio hæredum in constituto, secundum Paris.cōsi.171. nu.3.& lib.4.Quod constitutum transit ad hæredes passiuè, non actiuè, ut scribit Cast.in l.neq, C. de usufr.Dec. in l.contractus.de reg. iur.Balb.de præscr.4.par.prin.q.11.in fi.maximè si fiat mentio hæredum, & operatur etiam cōstitutum quò ad constituentem absque alia probatione, ex no.per Are.& alios in l.interdum.ff.de acq.pos. Bart.qui constituti & precarii materiam tractat in l.creditores.C. pig.in l.Celsus.ff.de usuc.Are.csi.116.Alex. & Ias.in l.3.§. incertā, de acq.pos.Bal.& doc.i d.l.ab emptione.ff.de pac. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Promissio expressa de euictione, an sit necessaria.*
2 *Ex quacunque causa onerosa agitur de euictione regulariter.*
3 *Venditor nominis vel hæreditatis ad quod teneatur.*
4 *In venditione hæreditatis defuncti non includitur hæreditas pupilli, quæ ex substitutione spectat ad venditorem.*
5 *Emptori timenti de euictione, an venditor teneatur dare fideiussorem.*
6 *Venditor hæreditatis tenetur satisdare de facto suo tantum, videlicet, quòd totum quod ad se peruenerit, restituet emptori.*
7 *Emptor debet denunciare sibi esse motam litem ad hoc vt agere possit de euictione.*
8 *Quomodo dicatur fieri legitimè denuntiatio venditori.*

9 *Necessaria ad hoc, ut agi possit de euictione.*
10 *Agenti de euictione, an sit necessarium producere sententiam tantum an totum processum.*
11 *Oblata re emptori agenti de euictione, an cesset actio.*

1 PROMITTENS *de euictione. † Aduerte, quòd licet super hoc nulla interuenisset expressa promissio, tamen ipso iure ex natura propria ipsius contractus ad hæc & alia teneretur, immo, quod est notatu dignum, si pactus sit uenditor quòd de euictione non teneatur, licet ex hoc liberetur sequuta euictione ab interesse, tenetur tamen & obligatus remanet ad pretii restitutionem, ut hæc haben-
a tur [d] in l. emptorem. §. pe. & fi. ff. de act. emp. & l. non dubitatur. & ibi no. C. de euic. nisi specialiter, & expresse conuenerit, ne ad pretii restitutionē teneatur. ut ibi habetur, quo casu emptor non agit de euictione pro pretio, nec pro inte esse. Idem si scienter emit rem alienam, ut l. si fun
2 dum sciens. C. de euict. † Regulariter autem ex quacunque causa onerosa si fiat alienatio, agitur de euictione, ut l. sciendum. ff. de euict. cum sim. secus autem si fiat ex cau-
* sa lucratiua, puta * donationis, uel legati, ut l. ad res donatas. ff. de ædil. edic. & in l. si domus, in §. de euictione. ff. de leg. 1. de quo uide quod no per glo. & Cy. in l. 2. C. de euic. & prædicta locum habēt in re immobili, uel mobili cor-
3 porali alienata. † Quid autem in actione, uel nomine debitoris, uel hæreditate uendita, de qua uenditione loquitur totus tit. C. & ff. de hær. uel act. uend. ad quod tenetur uenditor emptori: dic quod uēditor nominis tenetur præstare & probare quòd uenditor sit uerus debitor nulla rutus exceptione; & hæredita. uendita, quòd hæreditas uendita ad ipsum uenditorem pertineat, nisi aliud specialiter in contrarium actum sit, ut in l. si nomen, cum l. seq. ff. de hære. uel act. uend. cum sim. ibi no. Alioquin tenetur uen-
4 ditor emptori ad omne interesse, ut dictis iuribus. † Notan. tamen est quòd in uenditione hæreditatis defuncti non includitur hæreditas pupilli quæ defertur ipsi uenditori ex substitutione pupillari, ut d. l. 3. §. illud. ff. de hære.
5 uel act. uen. † Sed an emptori timoroso [b] ne sibi res euin
b catur compellatur uenditor dare fideiussorem? dic quòd aut in principio contractus conuenit inter eos de dando fideiussore & tenebitur dare: aut non conuenit, & tunc aut in ipso limine contractus imminet periculum euictionis, & tunc tenetur dare fideiussorem. ut l. si post perfectam. C. de euic. & ibi no. & l. pe. in fi. ff. de peric. & commo. rei uend. Aut tunc nullum imminet periculum, & tunc postea non tenetur, ut in l. emptor. in prin. ff. de euic. Fallit in uenditore hæreditatis qui tenetur satisdare de facto tantum,
6 uidelicet quòd siquid † ad eum ex hæreditate peruenerit, id totum emptori restituet, ut l. 2. in prin. ff. de hær. uel act. uen. Aliud est etiam in uenditore hæreditatis notandum, quòd si creditor debitori succedat & uendat hæreditatem quòd saluum sibi remanet ius debitum suum consequendi ab emptore etiam nullo facto per eum inuentario, ut in l. 3. §. cum quis. ff. de hære. uel actio. uendi. licet per aditionem hæreditatis confessus fuerit ipsum debitum, ut in l. debitori. C. de pact. & l. Stichum. in §. aditionum. ff. de sol. Sic etiam non repellitur à petitione debiti ille à quo hæreditas est auocata, dato quòd nullum fecerit inuentariū, ut in l. eum qui. in fi. ff. de inoffi. test. Idem in eo, qui per fideicommissum hæreditatem restituit, cuius debitum per aditionem in effectu non tollitur, ut in l. debitor. uersi. igi-
7 tur. ff. ad Treb. † Aliud tamen necessarium est, ut agatur de euictione, uidelicet quòd emptor debito tempore denunciauerit litem sibi motam esse, uel uenditor de ipsa lite scientiam uel notitiam aliter habuerit, secundùm opin. communem Doct. & habetur in l. emptor fundi, & in l. si controuersia. ff. de euictio. & l. si rem. §. quolibet, cum simil. nisi denunciatio esset per speciale pactum remissa, ut ff. de euict. l. Herennius, in prin. quæ remissio fit de rato, quia per eam ipse uenditor subiiceretur magno pericu-
8 lo, ideoque fit cautus notarius in hoc. † Et est notandum, quòd dicitur fieri legitimè denuntiatio tā ex modo, quàm
c ex tempore. Ex modo, cùm emptor ostendit [c] libellum uenditori ad oculum sibi datum, ut not. per Bart. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. nou. nun. Ex tempore verò, cùm fit denuntiatio ante sententiam & publicationem testium, ut in l. si rem quam. §. fin. ff. de euic. & plenè not. in glo. & per Cyn. in l. emptor fundi, & l. hæres seruum. ff. de euic. nec tamen per hanc denuntiationem eximitur emptor à prosecutione litis, immo debet emptor in ea perseuerare, nisi esset sibi litis prosecutio remissa, quia tunc venditor litem ipsam prosequi teneretur, vt not. in l. si ideo. in prin. ff. de euict. & C. de peric. & commo. rei ven. l. 1. in fi. & C. de euic. l. 1. & si quidem ipse emptor succumbat in causa, tenetur appellare & prosequi in ea, nisi per pactum appellandi necessitas esset remissa, vt traditur in l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. & si omisit denunciare venditori in causa principali poterit denunciare in causa appella-
9 tionis, quod est not. per gloss. in d. l. si rem. in fin. † Alij etiam casus sunt necessarij, vt de euictione agi possit vltra prædictos, videlicet, quod emptor fuerit condemnatus à suo iudice, non autem ab arbitro, vt l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euict. & sententiā debet esse iustè lata, & non per imprudentiam, vel dolum, vt l. si per imprudentiam. ff. de euict. & in d. l. emptor fundi. in fi. & l. si non per iniuriam. C. de euic. Si ergo non licet emptori compromissum facere de re empta, in d. §. si compromisero, & l. si cum quæstio. C. de euict. & l. at qui natura. §. cum me. ff. de neg. gest. & in hoc plerunque errant multi. In tribus ergo præmissis casibus, videlicet si non renunciauit, si non fuit per iudicem suum iustè condemnatus, & si compromissum fecit, non agit emptor de euictione. Quartus casus est, quo non agit, si fuit absens tempore sententiæ, vt in l. si ideo. ff. de euict. quod not. Quintus casus est, si habuit inexpertum & imperitum aduocatum, ut not. per glo. in l. quod si nolit. §. culpam. ff. de ædil. edict. Sextus est casus necessarius, vt agi possit de euictione, videlicet, quòd res fuerit in executione sententiæ ablata ipsi emptori nō per violentiam, quo casu si per violentiam esset ablata non agit de euictione. l. euicta. §. 1. & l. habere licere. ff. de euict. coniuncta l. fin. & ibi per Cyn. C. de action. empti. Septimus est, si non appellauit dato, quòd haberet malam causam, vt l. Herennius, de euict. Octauus est si succubuerit iniustè in causa per obiectum & obstaculum alicuius exceptionis, quæ ab ipso emptore traxit originem, vt in l. hoc iure, cum l. sequen. & l. si rem. §. si duplex ff. de euict. Et procedunt præmissa, nisi per pactum speciale fuerint hæc omnia à venditore remissa, vt l. quæritur §. si venditor. ff. de ædil. edict. in d. l. Herennius, in princip. cum simílib. vel nisi venditor specialiter conuenit ne pro alieno facto teneatur, sed pro suo tantum, quo casu solum tenetur si ipsemet alij prius vendidisset, vel obligasset, vt l. de tuo. ff. mand. de quo facto suo loquitur text. in dicta l. prima, in princip. ff. de hæred. vel actio. vend. quod not. Nam plerunque, vt cautius succurratur emptori, solent notarij instrumentis apponere huiusmodi pacta & remissiones, quæ in vulgari appellantur pacta
10 vtilia. † Post hæc quæritur, ecce quòd re euicta, per sententiam agit emptor de euictione contra venditorem & producit sententiam latam tam in causa principali, quàm in causa appellationis. Quæritur an hoc sufficiat ad plenum fundamentum suæ intentionis, an verò sit necesse quòd producat totum processum vel vniuersa acta causæ? Et arguendo ad partes, videtur sufficiens probatio ipsa sola sententia absque alio processu, quia res iudicata pro veritate habetur, vt in l. res iudicata. ff. de reg. iur. & in l. ingenuum. ff. de statu hom. omniaque præsumuntur
* rite recteque * facta, postquam sic est sententia lata. vt in cap. bonæ. extra de elect. & in capitu. in præsentia. extra de renun. & quod not. per Cyn. in l. emancipatione. C. de fide instrumento.. & in l. siue possidetis. C. de prob. & per Inno.

Inn. in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. In contrarium facit; quia non uiso processu apparere non potest an iure uel iniuria fuerit condemnatus; licet præsumatur pro sententia, ut sit iustè lata quo ad eos inter quos lata est, non tamen sic quo ad alios, ut in l. sæpe. §. 1. ff. de re iudi. cum sim. Finaliter in hac quæstione omissis aliis reperio quòd Iac. de Aret. tenuit, quòd sufficiat producere sententiam sine processu, cuius opi. sequitur Albertus Papien. Tu tamen latius & melius sic distinguendo conclude. Aliquando uenditor in instrumento uenditionis expresse renunciauit, ne possit allegare sententiam nullam, uel per imperitiam d [d] latam, uel ex alio simili uitio iniustam, & tunc sufficit emptori producere sententiam, cùm per hanc remissionem & generalem renúciationem cessent omnia per quæ posset impugnari sententia, quod no. multum & nunquã obliuiscaris. Aut non renunciauit ipse uenditor prædictis & tunc aut constat de limitata denunciatione eidem facta, aut de ea non constat. Primo casu, aut in sententia nulla fit mentio de processu, & tunc non præsumitur pro processu, ideoque est opus illum producere cum sententia, argu. eorum quæ not. in c. quoniam, extra de prob. & in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. Aut in sententia fit mentio de processu, & tunc, aut est lata de proximo, aut de longin-
e quo. [e] Si de proximo, aut fuit lata uenditore præsente, & tunc præsumitur pro processu, & imputet sibi si non appellauit, nec ideo est opus emptori processum producere, argum. l. sæpe, in §. scientibus. ff. de re iudic. & in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. licitum tamen esset hoc casu ipsi uenditori producere processum, & impugnare ipsam sententiam uitio huius processus, ut no. Io. Cal. & Io. And. in c. quoniam contra falsam, extra de proba. & in c. in præsentia, de renunc. & per hoc patet, quòd eius præsentia eum grauat in onere probandi errorem seu defectum processus, pro quo præsumitur; sicut in similibus dicitur de eo qui renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ut no. in l. si ex cautione, & l. generaliter. & l. in contractibus. ff. de non nu. pec. Aut fuit lata ipso uenditore ignorante uel absente, & tunc non præsumitur pro processu, nisi producatur per emptorem, ut in d. c. quoniam contra falsam. Si uerò sententia lata fuerit de longinquo, tunc præsumitur pro processu, & sufficit producere sententiam, iuxta doctrinam Host. & Io. And. in c. cum in iure peritus, extra de offic. deleg. & per Cy. & alios in d. l. emancipatione. Secundo casu principali, quando non apparet de aliqua renunciatione, tunc non sufficit producere solam sententiam, cùm tunc nullam fidem faciat contra uenditorem, ut in d. l. emptor fundi, in princ. & in l. si controuersia. C. de euic. Ad quod optimè facit. l. si parentes. in fin. & l. si cum quæstio. eo. tit. & adde quæ circa prædicta sc. ipsi in forma
g 1 sententiæ diffini. in gl. 4. † Sed pone quòd agente emptore de euictione contra uenditorem, uel contra fideiussorem offertur eidem ipsa res uendita simul cum interesse, an cessabit actio, & iudicium super euictione? dic quòd sic, ut in l. si fideiussor. ff. de dol. excep. l. emptori, & ibi no. ff. de euictio. Ad quod facit. l. si reus paratus. ff. de procur.

ADDITIONES.

* De euictione, Adde, an qui promisit de euictione teneatur assumere onus & defensionem litis; & dic, ut per Alex. & Castr. in l. uenditores. ff. de uerb. oblig. in l. in executione. in prin. eod. titu. Quid de eo qui promisit indemnitatem; & uide Bar. in l. pater. ff. de dote præleg. & ad quid teneatur qui indemnitatem promisit, not. Bar. post glo. in l. 1. C. de conuen. fisci deb. lib. 10. & uide tex. in l. quamquam quæ est l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. & quid importet promissio indemnitatis ac releuationis, & ad quid teneatur qui obligatus est ad alterum eorum; uel ad utrunque, & uide Rom. consi. 241. Alex. consi. 199. lib. 7. Ruin. consi. 187. lib. 1. Dec. consi. 435. ubi concludunt teneri in subsidium, & ita promittens emptori tenetur qualitercunque euictio sequatur, teste Socin. consi. 70. lib. 3. & ita promittens tenetur etiam de casu fortuito, ex not. per Salyc. in l. 2. C. commod. l. stipulatio ista. §. quæsitum, de uerbo. oblig. & quid contineatur sub promissione indemnitatis, uide Alber. in l. cum pupillus. ff. rem pupil. sal. for. Bartol. in l. quero. ff. loc. Parif. consil. 120. nu. 125. lib. 2. consi. 209. nume. 38. lib. 1. consi. 104. lib. 3. Saly. in l. 2. q. 2. C. de senten. quæ sine cert. quant. & qui promittit indemnitatem: uidetur etiam promittere damnum ex casu contingens. l. 1. ubi Salyc. C. commod. Quid dicen. de uenditore qui uendit rem: & promisit de suo dato & facto tantum, & dic, quòd tenetur etiam ex persona eius, cuius est hæres, teste Barto. in l. si seruus, nume. 4. ff. de cond. fur. ubi doct. in apostil. declarant conclu. procedere in auctore uniuersali secus in singulari, ut ibi per eos, quibus Adde Alexan. consi. 18. nu. 11. lib. 5. Boer. q. 67. par. 1. Crem. singu. 32. 158. Quid de pacto quòd quis non teneatur de euictione, quomodo suum porrigat effectum, & dic, ut per Barto. in l. emptorem. §. qui autem. ff. de actio. empti. ubi doc. in apostil. declarant, & ibi quid in creditore qui uendidit rem sibi hypothecatam cum pacto, quod non teneatur de euictione; neque ad restitutionem pretii, & distingue, ut per eos ibi. Qua in materia euictionis, dic, quòd uenditor non tenetur de euictione, quando res euincitur, uel infertur molestia emptori, culpa ipsius, uel iure publico, & sic ex alia causa quàm comprehensa in instrumento, argum. eorum quæ scribit Bartol. in l. inter quos. nume. 4. ff. de damn. infect. Masuer.

* Donationis, Adde Ias. in l. si domus. §. de euictione. ff. de lega. 1. & in l. uendito. es. ff. de uer. obl. ubi & quid si euincatur sola possessio, & quid si sola proprietas, & an donãs teneatur de euictione, & plura alia notab. uide per Ias. d. §. de euictione. Masuer.

* Sententia lata, Adde, facere quæ scribit Osasc. decis. 23. col. fi. in fi. quòd si sententia quæ producitur appareat lata iam lapso biennio: tunc per ea præsumitur etiã sine actis, c. cum inter. c. sicut, ubi Abb. pulchrè nu. 7. de re iud. Felyn. in c. quoniam contra. nu. 31. de proba. Port. lib. 3. conclu. 42. Alc. de præsump. reg. 3. præsump. 9. nu. 22.

a Hæc habentur, uide in l. 1. Bar. in uer. 2. quæro. C. de peri. & comm. rei uend.

b Timoroso. Sed an possit facere bannimenta, quòd si quis prætendat interesse compareat infra tale emptus, uide per Rom. consi. 1. & an fideiussor euictionis sit præstandus, uide per Ang. consi. 121.

* Timoroso, Adde, an si fideiussor, qui à principio erat idoneus, efficiatur non idoneus, an denuò satisdan. sit, & Ias. concludit quòd sic, in l. si ab arbitrio, nu. 11. ff. qui satis. cog. ubi limitat concl. procedere in fideiussoribus iudicialib. secus in iis qui ex partium conuentione præstari debent, exemplum ponit. ibi Ias. in contractu uenditionis, declara, ut per eum in d. l. nu. 12. 13.

c Ostendit uide Io. de Ana. consi. 31. & quando possit agi cõtra uenditorem, cui non est denunciatum, uide per Alex. consi. 68. 3. lib.

Ostendit, Adde Ias. in l. non solum. §. morte. nu. 38. 39. ff. de ope. no. nun. & an liceat agere de euictione. ubi his authori non fuit denũtiata, uide Imbertum in Enchirid. iur. Gall. uer. euictione. Masuer.

d Imperitiam, latè Ang. consi. 186.

e Longinquo. Vide Doct. in l. fi. de præscr. lon. temp. & in l. si cut alias. C. de præscr. 30. ann. tutti. de usuca. § 1. doc. in l. si finita. ff. de dam. infec. gl. in cle. 1. de reb. eccl. non alie. & in c. fi. & ibi Archid. 80. dist.

SVMMARIVM.

1 *Venditor promittens defendere ad quid teneatur.*

2 *Promittens emptorẽ defendere de iure & de facto, ad quid teneatur*

* 1 ET * legitima defensione. † Hic quæritur, * ad quid teneatur ille qui promisit defendere? dic quòd uenditor tenetur in se litem suscipere & in iudicio assistere, ut l. empt. & l. cum successores. C. de euic. cum simil. non tamen tenetur se cum armis opponere. ut d. l. fi. C. de act. empt. † Quid autem si promisit defen-
2 dere emptorem de iure & de facto, ª an tunc tenebitur arma suscipere? determinat Bartol. quòd non in l. stipulatio istã, in prin. ff. de uerb. oblig. quia talis sermo ❴ De facto ❵ debet intelligi secundum naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de usur. & l. damni infecti quidam. ff. de dam. infect. hæc enim verba cùm sint dubia, sunt contra emptorem interpretanda, ut l. ueteribus. ff. de pact. Et erit sensus, quòd defendere de facto debet, faciendo ea quæ facti sunt, uidelicet liti assistere, in iudicio comparere, & in eo prout expediens fuerit perseuerare.

ADDITIONES.

* Et legitima defensione, Adde, quid de uenditore qui obligatus legitur de euictione siue de iure siue de facto res euincatur, siue per iniuriam; quomodo intelligatur illa obligatio; & dic, quòd non tenetur si iudex processit de facto omni iuris ordine prætermisso, quia & si susceperit in se periculum futuræ iniuriæ non tamen intelligitur casum prorsus insolitum & incogitabilis fortunæ suscepisse. Ita scribit Nat. consi. 21. col. pen. Quid si promisit de euictione quomodocunque & qualitercunque eueniente: & emptor fecit compromissum, & fuit res euicta per sententiam arbitri, & dic, quòd licet aliàs non teneretur uenditor de euictione l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euic. tamen propter illa uerba geminata quomodocunque, tenebitur de euictione secundum Ias. in l. fideiussor. §. prætor ait post nu. 4. ff. qui satisd. cog. Quid quando uenditor promittit defendere emptorem de iure & de facto, an teneatur armis defendere: & quomodo; uide eundem Ias. in l. stipulatio ista habere: in prin. nu. 14. de uerb. obli. & fac. quæ no. doc. in apostil. ad Bar. in l. exceptione. post nu. 4. ff. de fideius. Masuer.

* Defendere, Adde, quòd obligatus ad defenden. aliquem: intelligitur si fuerit interpellatus, teste Ias. in l. uniuersa. col. 2. post med. C. de preci. impe. off. Masuer.

a De iure & de facto, uide Ange. consi. 288. & quod uoluit Anch. consi. 180.
Adde Ang. Are. insti. de act. in §. actionum, col. 14. uersic. quid ergo operabuntur.

* De facto, Adde Ias. in l. stipulatio ista habere, in prin. num. 14. de uerb. oblig. ubi infert ad plura notab. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Venditor an possit venire contra iuramentum petens rescissionem contractus ex defectu pretij.*
2 *Si petatur rescissio ex defectu ætatis non obstante iuramento quid fiet.*
3 *Petens rescissionem ex defectu solemnitatis non obstan. iuramento an audiatur.*
4 *Dolo inductus qualiter petat rescissionem contractus.*
5 *In impetranda absolutione à iuramento adhibito contractui, an citetur pars aduersa.*
6 *Pubes iurans non venire contra compromissum, vel transactionem, an possit petere restitutionem in integ.*

* 1 ET * sub eius iuramento corporaliter. † Solet quæri, si uenditor iurauerit non contrauenire uenditioni, an iuramento non obstante possit petere uenditionem rescindi? ubi notandum, quod uariis de causis potest peti rescissio uenditionis. Quandoque enim petitur uenditio rescindi ex defectu pretii. Quandoque ex defectu ætatis. Quandoque ex defectu solemnitatis. Quandoque ex defectu bonæ fidei, & certis aliis modis de quibus singulariter
2 uideamus. † Primo ergo quæritur, si in uenditione iuramento uallata uenditor sit deceptus ultra dimidiam iusti
* pretii, an possit petere * eam rescindi per l. 2. C. de rescin. uend. Quidam quod sic, siue sit maior 25. annis, siue minor ut refert Cy. in d. l. 2. ueritas tamen est quod distinguatur inter maiorem & minorem, ut si sit maior non possit contrauenire per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. & in l. 1. C. eod. tit. & in c. dilecti. & in c. cum causa. de emptio. & uend. Si uerò sit minor, tunc subdistingue, aut est pupillus; & potest contrauenire per d. auth. sacramenta puberum, quæ solùm excludit puberem. Aut est pubes, & tunc secundum aliquos potest etiam contrauenire, quia iuramentum solum facit ipsum maiorem, sed maior potest contrauenire per d. l. 2. ergo & iste minor qui iurauit. Dicunt alii quod in totum repellitur, quasi iurando renunciauerit beneficio. d. l. 2. & hanc partem sequutus est Petr. ut refert ibi Cy. Sed Dyn. uoluit dicere quod si minor est læsus, q̃ pôt beneficio ætatis, licèt non per beneficium d. l. 2. petere possit se integr. resti. unde licet iuramentum ipsum excludat ab illo beneficio d. l. 2. ne recta uia possit ipsum intentare, per indirectum tamen ætatis priuilegio poterit ad illud peruenire. super quo adducit plurimas rationes, quas refert Cy. in d. l. 2. gl. verò iuris canonici, in d. c. cum causam. tenet contra Dyn. & idem sequitur gl. in §. item sacramenta. de pace iur. fir. secundum Iac. de Bel. in d. §. item sacramenta. Et quidam alii dicunt, quod attendi debet forma iuri, nã aliquãdo minor iurat simpliciter nõ ɔtrauenire aliqñ sunt nõ cõtrauenire rõne minus iusti ptii. Primo casu poterit cõtrauenire. Secũdo casu nequaquã; & est rõ, quia in priori casu iuramentum habet solum eum excludere à beneficio speciali in integrum restitutionis, non autem à communi d. l. 2. attributo omnibus tam maioribus quàm minoribus. de quo dic, ut ibi latius per eum. & hoc
* uerius puto. * quod no. tu notarie, ut in instrumentis semper dicas ❴ Quòd iurauit non contrauenire ratione pretii, uel minoris ætatis, uel alterius cuiuscunque defensionis, de quibus beneficijs fuit ipse uenditor per me notarium
3 certioratus &c. ❵ † Deinde quæritur, si minor habens curatorem uendidit sine debita solemnitate, uidelicet sine au-
* ctoritate * curatoris uel decreto iudicis, & iurauerit, an poterit uti beneficio d. l. 2. non obstante iuramento, dicunt quidam, quos refert glo. in in d. §. item sacramenta. quòd sic, quia pubes habens curatorem pupillo æquiparatur, ut l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. min. unde sicut pupillo succurritur, ut dictum est, sic & isti. In contrarium determinat ibi gl. & Iac. de Bel. & communiter omnes Doct. per tex. in d. §. item sacramenta, qui loquitur
4 generaliter &c. † Inde quæritur, pone quòd pubes dolo uel metu fuit inductus uendere, & iurauit, an uia recta po
a terit impugnare ª uenditionem, uel erit necesse prius à iuraméto petere absolutionem? uidetur quòd recta uia possit infirmare eam, ut d. auth. sacramenta. & in corpore unde sumitur ibi ❴ Nullius momenti &c. ❵ quæ uerba denotant ipso iure contractum esse nullum, argumen. l. 1. ff. de iniusto rup. test. In contrarium determinat Inno. in c. ad aures, extra. quod metus causa, dicens quòd prius obtinen
* da est ab episcopo iuramenti relaxatio seu absolutio, * in qua absolutione inuestigabitur, an fuerit talis metus, qui caderet in constantem uirum, uel an fuerit talis dolus qui peritissimum falleret, dic ut ibi, & plenius per eundem in c. cùm dilectus, eo. tit. faciunt etiam no. in c. debitores. de
5 iureiuran. † An autem in hac absolutione impetranda debeat pars aduersa citari? Dic quòd sic, ut scripsi supra in
6 forma iuramenti, quòd defertur à parte parti. † Quid autem si pubes habens curatorem iurauerit, ut plerunq. fit, non uenire contra compromissum, uel transactionem, uel iudicialem sententiam, an beneficio in integrum restitutio. si læsus fuerit, poterit impugnare prædicta? Et breuiter gloss. in dicto. §. item sacramenta, determinat

* minat quod non, exemplo iuramenti interpositi * super ueu ditione, cuius opi. sequitur Iac. de Belu. & alij in d. aut. Veruntamen secundum eundem Iac. in præsenti materia elici possunt sex regulæ, quarũ prima talis est. Quoties cõtractus factus cũ adulto ualet iure cõi & speciali, & cessat utroq; iure in integr. restitut. tunc si iuratum sit, reputabitur ex abundanti interpositum iuramentum, nec tamen ex hoc contractus uitiabitur, argum. l. si pupil. §. 1. ff. de nego. gest. & l. quæ dubitationis causa. de reg. iur. & hoc casu procedere etiam potest d. auth. sacramenta puberum. Secunda regula est ista, quotiescunque contractus factus cum adulto ualet iure communi & speciali, sed dari potest restitutio ratione ætatis, tunc iuramentum interpositum multũ operatur, quia tollit restitutionem in integrum, ut d. auth. & in l. 1. C. si aduer. uendi. & hoc casu similiter procedit d. auth. Tertia est regula, quoties contractus ualet iure communi, sed iure speciali non ualet. quia factus minus solemniter non interueniente curatore uel iudicis decreto, & tunc secundum quorundam opin. de qua supra relatũ est, iuramentum nil operatur, argu. l. non dubium. C. de legi. sed secundum communem & do. la. opi. tale iuramentum hoc casu multum operatur, quia dat robur & effectum ipsi contractui, & tollit beneficium ætatis, & hoc etiam modo potest intelligi d. auth. Quarta regula est, quoties contractus ualet iure communi & speciali, sed maiori subueniretur propter læsionem in pretio, tunc iuramentum interpositum à maiore multum operatur; nam tollit sibi beneficium ætatis, sed non aufert sibi beneficium commune d. l. 2. secundum eum, quia solùm facit eum maiorem; licèt aliqui contra, ut supra. dictum est. Et hoc etiam modo procedit d. auth. sacramenta. Quinta regula est, quoties contractus factus cum minore de iure communi non ualet ipso iure, tunc iuramentum interpositum à minore nihil operatur; quia si non ualet principale, ne accessorium, ut d. l. non dubium, & ff. de pac. l. iurisgentium §. si pa ciscar. & hoc casu non habet locum d. auth. Sexta regula est, quoties iuramentum interpositum à maiore non ualet de iure commmuni ipso iure, & tunc iuramentum factum à minore non ualet etiam fortius ipso iure; & hoc casu procedit quod dicitur in fi. d. auth. & cessat eius principium, facit Auth. scenicas. non non solum fide pre. §. 3. coll. 5. de quibus iuramentis plenius uide per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & quæ scripsi infra super forma libelli quo petitur in integrum restitutio. Alias denique quæstiones circa hoc uidere potes, quas gloss. tangunt & Doct. in d. auth. & in d. l. 2. quæ ad dictas regulas trahuntur, & sub eis includuntur.

ADDITIONES

* Iuramento. Adde quòd uera & communis opi. est quòd iuramentum non dolo, nec metu extortum, seruari debet, etiam si super actu à iure positiuo prohibito sit præstitũ, nec ab illo absolutio peti, nec relaxatio concedi debet, te ste Anch. consi. 433. col. 2. Soc. consil. 115. nume. 6. libr. 1. Cur. Sen. consi. 65. num. 25. Campeg. trac de pac. dot. q. 25. Dec. in c. proposuisti. col. 2. uer. tertiò fallit, de proba. Grat. respons. 93. num. 15. lib. 2. Aym. consi. 7. num. 3. Rub. consi. 12. nu. 10. Gram. decis. 102. ante fi. Doc. ad Ro. consil. 437. col. fi. Mafuer.

* Petere. Adde Catel. uer. uenditor læsus. Imbertum in enchirid. iur. Gall. uer. euictione. col. pen.

* Verius puto. Adde quæ habẽtur infra for. lib. rest. in integri. uer. tunc iurauit, pulchrè per Rol. consi. 59. lib. 1. consil. 7. num. 43. 57. 59. lib. 3. post Rom. consi. 437. & de iuramento per minorem præstito, per eundem Rol d. consil. 7. num. 40. vsque ad num. 62. ubi etiam plura de absolutione à iuramento.

* An poterit vti. Adde Rol. consi. 7. à nu. 16. 17. & seq. usque ad 28. lib. 3

* Absolutio. Adde Rol consi. 99. nu. 28. consi. 26. lib. 3. consi. 34. nu. 3. lib. 1.

* Iuramenti interpositi. Adde, quòd ubi contractus est ipso iure nullus, non firmatur iuramento, & dic, quod iuramentum metu extortũ obligat, quando actus super quo ipsum iuramẽtum interponitur, non est nullus, secus quando est nullus de se, & sui natura, quo casu quando contractus est ipso iure nullus, non potest firmari iuramento, quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi præsupponatur aliquod subiectum confirmabile, quæ opi. licet non sit multum tuta, propter contradicen. eam tamen restringendo, quando contractus esset omnino inualidus de iure communi, uidetur quod de iure procedat secundum magis communẽ relatam per Rol. consi. 7. post num. 41. lib. 3. ubi quòd uera resolutio ad l. non dubium. C. de legib. est, ut procedat, quando contractus de iure communi est reprobatus, quia tunc iuramento non ualidatur, secus si esset inualidus de iure speciali, ita Rol. d. consi. 7. nu. 39. num. 40. 42. 48. post Capel. tolos. q. 232. Mafuer.

a Impugnare, de hoc latè in d. auth. sacramenta puberum. & per Cal. consi. 4. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Contrafacere quando quis dicatur.*

1 CONTRAFACERE vel uenire. † Quæritur quando dicatur quis contrafacere: ad quod breuiter responde, quod tunc, quãdo in iudicio, uel extra, controuersiam mouet, vt l. si quis maior. C. de transac. de quo plenius uide quæ circa hoc scripsi in tit. quo agitur ad pœnã secundum formam cõpromissi, & per Bart. in l. quo enim. & l. amplius. ff. rem ra. habe.

SVMMARIVM.

1 *Rei venditæ non aliter transfertur dominium, nisi fuerit pretium solutum, uel habita sit fides de pretio.*

2 *Procurator an possit habere fidem de pretio.*

3 *An agi possit contra uenditorem, ut rem uenditam tradat, qui non est confessus pretium recepisse.*

1 SVPRASCRIPTVM precium integrũ recepisse. † Aduerte, quòd notanter dicitur uenditorem pretium recepisse, quia rei venditæ non aliter transfertur dominium, nisi pretium fuerit solutum, uel habita fi* des de ipso pretio, * quæ fides habita præsumitur postquam res tradita reperitur, ut habetur in §. rei uendite. Inst. de rer. diu. & l. procuratoris. §. sed si dedi mercedem. ff. de tribut. quamuis quò ad quasi dominium & publicianam, quæ pro quasi dominio competit, non sit necessaria pretij solutio, uel fides de eo, ut l. pretio, & ibi no. ff. de publicia. de cuius pretij solutione probatur per instrumentum, quo dicitur, uenditorem fore confessum pretium recepisse, argu. l. cum precibus. C. de probat. & l. generaliter. C. de non num. pec. & l. quidam in iure. in prin ff. de dona.
2 cum sim. † Nunquid autem procurator possit habere fidem de pretio, scripsi in tit. de forma exe. sen in gloss. quæ
3 incipit, isti appellantur. † Quid si non est confessus pretium recepisse, an contra eum agi poterit, ut rem uenditã
a tradat? dic quòd non, nisi prius ipsi a uenditori pretium
b integraliter in pecunia numerata offerat, b consignet & deponat, ut l. 3. §. offerri, de actio. emp. l. obsignatione. C. de sol. l. acceptam. C. de usur. nec sola nuda oblatio sufficeret, ut singulariter no. per Barto. in l. prætor ait. in §. si quis paratus. ff. de oper. no. nunc. ad hoc optime facit tex. in l. si fundus. §. fin. & l. fin. de leg. commiss. sed debet fieri cõsignatio in pecunia. quæ uideatur apertè à testibus, quæ & quan-

& quanta sit, nec sufficeret quòd in facculo fieret oblatio de pecunia non uisa, ut no. per Barto. in l. cum seruus. ff. de cond. & demon.

ADDITIONES.

✻ Habita fides de precio. Adde quando, ac qualiter dicatur habita fides de precio, & uide Bar. in l. 1. C. de fid. instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. l. quod uendendi. ff. de contrah. empt. Masuer.

a Prius. Adde Alexan. consil. 19. cum duobus seq. 4. lib. & Franc. de Are. consi. 94. Et uide eun. Alex. in l. quaero. §. inter locatorem. ff. loca ubi quòd libellus in actione ex empto non procedit nisi pretium fuerit solutum uel pretium offeratur.

b Offeratur. Adde Alexan. de Imo. in consi. 173. incip. uiso & diligenter considerato. in fin. in 6. uolum. Deci. in consi. 421. incip. plenè & subtiliter. col. 2. Tiraq. in tract. de retract. lig. §. 1. glo. 17. nu. 3. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis exigit bonam fidem*
2 *Contractus stricti iuris exigit bonam fidem quò ad qualitatem.*
3 *Dolo dante causam contractus stricti iuris, qualiter succurratur.*
4 *Bona fides semper praesumitur.*

1 CONTRA bonam fidem. † Non immeritò dicitur hoc, quia in hoc contractu & sim. de quibus loquitur text. Instit. de actio. §. in bonefidei. exigitur bona fides, quo ad substantiam ipsius contractus, ut l. bonam fi-
2 dem. C. de actio. & oblig. & l. 1. ff. de actio. empt. † In caeteris autem contractibus stricti iuris exigitur quò ad qualitatem, ut plene no. per glo. & Doct. in l. elegāter. in prin. ff. de dolo facit l. domum. in fi. ff. de contrah. emp. Ideoque si dolus det causam contractui bonae fidei, contractus ipso
3 iure redditur nullus. † Sed si interueniat in contractibus stricti iuris, & tunc uenit rescindendus ope exceptionis,
4 vel actionis de dolo. ut not. in d. l. eleganter. † Bona fides autem praesumitur semper, nisi per indicia, & coniecturas de dolo probetur, ut l. dolum. C. de dolo. & l. dolus. C. de rescin. uend.

1 RELAXARE denegauit. † Hic aduerte ad vnum singulare, quòd per hoc quòd emptor ipse non fuit admissus ad possessionem in eum translatam per constitutum, ut supra dictum est, eoipso priuatus fuit ipsa possessione, & hic est vnus casus, siue modus perdendi possessionem. Alius est, cùm quis suspicatur se posse repelli, ut habetur in l. 3. §. si quis nunciet, & l. id quod possidemus. §. fi. ff. de acquiren. poss. & in l. 1. §. finautem ff. de ui & ui arma. Sunt etiam alij modi perdendi possessionem, de quibus in d. l. 3. §. in amittenda. ff. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Venditor an teneatur emptori tradere vniuersos fructus.*
2 *Affictus & pensiones re alienata ante tempus solutionis cui soluantur.*
3 *Arguere licet de fructibus ad pensiones.*

1 FRVCTVS. † Hic quaeritur, an uenditor teneatur emptori tradere vniuersos fructus. Super quò dubio sic distingue. Aut quaeritur
2 de fructibus a post uenditionem ab eo perceptis. Aut de extantibus tempore uenditionis, & adhuc pendentibus. Primo casu subdistingue, aut venditor eos percepit ante pretij solutionem, uel fidem de eo habitam, & tunc eos lucratur, nec restituere tenetur emptori, si autem eos percepit post pretij solutionem, uel fidem de eo habitam, tunc eos non lucratur, sed restituere cogitur emptori, ut legitur & no. in l. fructus & l. curabit, & l. pe. C. de actio. emp. & l. 1. & 2. C. de peri. & com. rei uen. facit l. Iulianus. §. si fructibus, cum seq. ff. de act. empt. Secundo casu, quando fuerunt percepti ante uenditionē, tunc clarum est & indubitatum, quòd cedunt ipsi uenditori. Tertio casu, cùm quaeritur de extantibus tempore uenditionis, subdistingue, aut tēpore uenditionis fructus erāt separati à fundo & collecti, & tunc cedunt commodo uenditoris, nisi contrarium sit actum, ut no. in iuribus praeal- leg. Aut erant uel sunt pendentes in fundo, & sic nondum collecti, & tunc cedunt commodo emptoris, eique sunt relaxandi, nisi specialiter inter eos contrarium sit conuentum, ut d. l. Iulianus. §. si fructibus, & l. si cū fundus, in prin. ff. de contrahen. emp. & l. fi. §. fructus. ff. de his quae in frau. cre. Praemissa autem procedunt in fructibus germinatis in
2 terra, & ex terra. † Quid autem in fictis, pensionibus, ✻
✻ & censibus, quorum dies soluendae pecuniae nondum cesserat tempore uenditionis, uer. gra. Venditor fundum locauerat pro decem praestandis ad festum natiuitatis domini nostri Iesu Christi. Deinde per quatuor uel plures menses ante ipsum diem hunc fundum uendidit, quaeritur cui respondere debeat conductor de pensione, an emptori, an venditori? Dyn. determinat quòd emptori, per text. in l. fin. ff. de iur. fis. quae opi. firmatur per tex. in l. si mercedem. in prin. ff. de act. empt. pro qua facit gloss. in l. diuortio. ff.
3 sol. mat. † nam de fructibus ad pensiones licitum est arguere, ut in l. fi. ff. sol mat. quam opin. sequitur An. de Pis. licet Bar. in d. l. fin. de iur. fis. uoluerit aliter distinguere inter eum qui emit à fisco, quo casu procedit d. l. fin. de iur. fis. & eum qui emit à priuato, quo casu procedit d. l. Iulianus. §. si fructibus. ego sto cum Dyn. Et ex his patet, quòd
✻ fructus pendentes ✻ tempore uenditionis cedunt commodo emptoris, nec mirum, quia censentur esse pars fundi. l. fructus pendentes. ff. de rei uen. & ideo etiam eius commo
✻ do cedunt omnia affixa ✻ & coniuncta rei uenditae, uidelicet sata, plantata & aedificata. Alia autem non affixa, vt puta vegetes, banchae, tabulae, calastrae, scrinea, & sim. remanent commodo uenditoris, nisi contrarium sit actum. vt in l. fundi. §. si rupta. ff. de actio. empt. & in l. in uendendo. §. fi. ff. de contrah. emp.

ADDITIONES.

✻ Pensionibus. Adde Bar. in l. fi. §. fi ubi Doc. in apostil ff. de iure fisci, Alex. consi. 28. col. 1. circa med. lib. 1. Cuman. consil. 20.

✻ Fructus pendeñ. Adde, quòd uendendo quis fundum in quo erant fructus pendeñ. ipsos etiam fructus uendidisse intelligitur, teste Ias. in l. cum filiofamil. uu. 180. ff. de leg. j. & in l. si quis legauerit, eo. tit. de quo uide quae scribit Ro. consi. 10. consi. 309. quae concl. ampliatur, ut intelligatur vendidisse portionem spectañ. colono partiario, ex not. per Ias. d. l. post Bar. in l. Valerius. §. Triphonio. ff. de iure fisci, ubi quaerit, an si quis uendat praedium post fructus perceptos, ante tamen solutam pensionem, an tota pensio debeatur emptori, dic, ut per eum ibi, fructus autem pendeñ. vel pensiones rei uenditae ar. spectent ad emptorem, uel ad uenditorem, & an, ac quando emptor teneatur stare colono, uide Cuman. consi. 20.

✻ Affixa. Adde facere quae scribit Ias. in l. beneficium. col. 1. & 2. ff. de constit. Princip. ubi an princeps donando, uel concedendo domum, intelligatur adiacentia & suppellectilia concessisse, & post plura concludit quòd sic, plura alia notab. uide ibi, & an uendita domo, intelligatur venditus hortus, distingue, ut per Ias. ubi sup. num. 14. Villal. inter com. opi. lib. 4. uer. domo uendita, & fac. quae no. Bar. in l. Iulianus. § fi. ff. de act. emp. Masuer.

a De fructibus, uide per Fran. de Are. consi. 160. & ibi quid de pensionibus domorum.

QVA-

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, quæ semper est notanda, ut altàs dixi.

SVMMARIVM.

1 Quamuis sit tradita possessio, potest tamen peti tradi corporalis seu tenuta.
2 An aget actor ex empto ad tenutam.

* ADtradendum. * a † Diceret hic iuuenis, quomodo petitur tradi, cùm fuerit tradita per cõstitutum?
1 b Respondetur, quòd emptor fuit illa possessione priua-
b tus per interuersionem uenditoris, qui eum non admisit, vt supra dixi. Vel dic, quòd etiam si non esset priuatus, potest petere tradi sibi corporalem, quam aliqui tenutam
2 appellant, ut in d.l. id quod. §. fi. ff. de acquiren. poss. † Solet autem de vno dubitari, si possessio omnis fuit per constitutum translata in emptorem, an ad possessionem corporalem seu tenutam residentem penes uenditorem agi poterit actione ex empto? Videtur quòd non, quia contractus habuit suum implementum, ergo &c. arg. eorum quę no. Barto. in l. si fideiussor. ff. de leg. 1. in contrarium est ue
* ritas * per tex. in l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. & l. si hæres. ff. de actio. emp.

ADDITIONES.

* Ad tradendum. Adde Mathes. sing. 67. 170. Ias. in l. ab emptione. nu. 13. ff. de pac. & dic, quòd uenditor qui habet facultatem tradendi tenetur præcisè tradere, secundum glo. in l. certi condictio. in prin. ff. si cert. pet. pro quo uide quæ scribit Ias. in l. si prius. col. fi. nu. 57. ff. de ope. nou. nun. declarando ut per eum ibi, & in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 36. ff. de uer. ob. Aliud est in pacto de uendendo, nam in eo non tenetur quis præcise implere quod promisit, dato quòd haberet facultatem tradendi, sed liberatur præstando interesse iuxta tradita per Dec. consil. 503. col. 2. ubi ponit differentiam inter uenditorem qui tenetur ad tradeñ. & illum qui promisit uẽdere, qui ad merum factum obligatur, ideo inquit ipse, liberatur præstando interesse, dato quod haberet facultatem rei tradendæ, pro quo fac. quòd promittens uendere, non debet præcisè cogi ad uendeñ. dato quòd habeat facultatem uendeñ. sed uendendo simpliciter est liberatus, teste Rol. cons. 69. nu. 13. nu. 14. lib. 3. ubi plura ponit notab. cui adde Mathes. sing. 46. Dec. consi. 502. & an liberetur uenditor per actum fictum constituti ab obligatione tradendi rem uenditam, dic, ut per glo. & Doc. in d. l. ab emptione, Ias. in l. si is qui pro emptore. nu. 398. ff. de usucap. Viui. inter com. opi. lib. 19. uer. uenditor non tenetur, ubi declarat priorẽ concl. an liberetur præstando interesse, & 2. concl. an liberetur per constitutum, & post plura concludit quòd non, declarat tamen, ut latius per eum ibi, & per Villal. d. lib. com. opi. uer. uenditor, ubi ponit reg. cum ampl. & limit. quibus adde, quòd qui promisit uendere, non compellitur præcise, nisi adsit iuramentum, ex not. per Doc. in l. 2. C. de pac. inter emp. & uend. per Ias. in l. si pecuniam. in prin. col. vi. ff. de cond. ob caus. quæ autem dicatur possessio uacua, & quid de clausula notariorum, quando dicitur promisit tradere possessionem uacuã, liberam & expeditam, & uide Ias. in l. in conuentionalibus. §. si quis. ff. de verb. ob. Masuer.
* Est ueritas. Adde, quòd hanc sequitur Osasc. decis. 36. & vide Capic. decis. 14.
a Ad tradendum. Quando quis non possit cogi præcisè ad tradendum, vide per Alex. consi. 69. 4. lib.
b Adde Tiraquel. in tract. de iure const. poss. in 1. par. in prin. num. 9. & 10. & quæ scribit Gabriel Sarayna in additio. ad Mattes. in 67. no. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 Cuius damno pereat res quæ perit periculo fluminis.

a PRAEDICTAM petiam uineæ. a † Quid au-
1 tem dixeris, si impetu fluminis perierit uinea uel alia
b res b uendita, cuius damno uel periculo cedat huiusmodi peremptio? Dic breuiter considerandum, quæ & qualis sit res ipsa uendita. Aut enim uendita est species quædam mobilis uel immobilis, puta equus uel fundus, quæ non recipit degustationem, & tunc regula est, quòd post perfectam uenditionem omne commodum & periculum pertinet ad emptorem, ut l. id quod est post emptionẽ, & ibi not. & l. necessariò, in princip. ff. de peric. & comm. rei ven. & l. 1. C. eo. tit. Aut uendita est res, quæ recipit degustationem, ut uinum & similia, & tunc aut est uinum uenditum in specie sine mẽsuratione, puta. {Vendo tibi hoc uas vini} & tunc post uenditionem etiam ante eius degustationem pertinet periculum ad emptorem, secundum opi. gl. sed secundum opin. Io. pertinet ad uenditorem. Aut uinum est uenditum ad mensuram, puta {Vendo tibi decem staria vini} & tunc ante mensurationem, & degustationẽ pertinet ad uenditorem periculum, post degustationem verò & mensurationem pertinet ad emptorem, de quibus omnibus plene traditur in tex. & gloss. in l. 1. ff. de peri. & commo. rei uendi. Ad quæ omnia optimè faciunt quę habentur in tex. & glo. in l. si per emptorem. ff. de peri. & cõmu. rei uen. & l. 2. §. dolium. C. eod. tit. & facit l. si quis uina uendiderit ff. de peri. & commo. rei uend. & l. sicut periculum, de act. emp. & uen. cum sim.

ADDITIONES.

a Vineæ quid ueniat appellatione uineæ. uide per Alexan. consi. 41. lib. 4.
b Alia res, quid de ciuitate capta ab inimicis facta uenditione, uide per Anch. consi. 15.

Forma libelli in causa societatis.



CORAM vobis &c. Agit & in iure proponit Iac. Mangiaria contra & aduersus Aug. de Salerno, & contra quamcunque personã pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens idem Iaco. quòd cum dicto Augus. & simul ambo societatem omnium bonorum generalem inierunt & contraxerunt de anno curso 1400. mensis Maij, in qua societate per pactum speciale & expressum actum & conuentum extitit inter eos, quòd omnia & vniuersa bona qualitercunque & vndecunque quæsita & quærenda in futurum per eos seu alterum eorum communia essent, & communicarentur inter eos prout de prædictis constat publico instrumento inde tradito & rogato per G. notarium Pap. anno & mense suprascripto, Dicit quoque & exponit præfatus Iac. quòd post dictam societatem contractam dictus August. fecit & contraxit quãdam mercantiam panni lanæ de communi pecunia ipsorum, de qua mercantia superlucratus est centum flor. qui fuerunt & sunt inter eos debitè communicandi quamquã idem August. eos hucusque communicare recusauerit indebite ac iniuste, licet super ipsa communicatione fienda sæpe & sæpius fuerit requisitus, quare cùm prædicta uera sint, petit & requirit præfatus Iacob. à uobis domino Vicario quatenus omni modo, uia, iure & forma, quibus melius fieri potest, per uestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum compellatis iuris remediis suprascriptum Aug. uersus dic. Iac. ad communicandum & in commune ponendum suprascriptam flor. centum quantitatem, necnon consequenter ad diuidendum & diuisionem

nem faciendum de omnibus, & singulis bonis mobilibus & immobilibus ac nominibus debitorum communibus inter eos. cùm ipse Ia. non intendat nec uelit stare de cætero nec perseuerare in societate prædicta certis iustis & rationabilib. de causis. Deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure &c. non se astringens &c.



ORAM vobis. Sciendum est ad huius materiæ euidentiam, quòd in principio humanæ naturæ omnia erant cõmunia, nec quisquam poterat dicere habere proprium, sed aucto & excrescente populo orta est inuidia sic, quòd fieri cœpit inter eos orbis diuisio, postquàm ex ipso iuregentium cœperunt oriri bella. nam inter meum & tuum nunquam fuit pax bona, propter quod inquit Tullius. §Quietissimè homines uiuerent si duo de medio tollerentur, scilicet meum & tuum.§ Aliæ autem operationes inductę sunt de iuregentium. Vnde dicit lex, ex hoc iuregentium introducta sunt bella, distinctæ gentes, & regna condita, ędificia collata, dominia distincta, emptiones & uenditiones, locationes, obligationes, &c. vt l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Deinde plurimi animaduertentes, quòd aliquando utilitas, uel necessitas impellebat, uel suadebat bona inuicem in totum, uel in partem in communione ponere, cœperunt societates, quæ apud aliquos fraternitates appellantur, simul facere, sub diuersis tamen modis, & formis, ut inferius declarabitur.

SVMMARIVM.

1 *Societas quot modis contrahitur.*
2 *Societas quando contrahatur omnium bonorum.*
3 *Societas omnis quomodo contrahatur.*
4 *Quæ communicentur in generali, & quæ in speciali societate.*
5 *Quæsita per usurariam prauitatem an communicentur societati generali.*
6 *Derobatores an aliquo iure agere possint ad derobationem diuidendam.*
7 *Facta fraternitate seu communione bonorum, & promissione de succedendo, an per talem successionem præiudicetur uenientibus ab intestato.*
8 *Per quem modum socius potest excludere uenientes ab intestato impedientes successionem socij.*
9 *In particulari societate quæ ueniant communicanda.*
10 *Quid iuris in bonis quæsitis per fratres stantes in fraterna.*



OCIETATEM omnium bonorum.
1 † Scire debes, quòd societas contrahitur altero de quatuor modis, ut inquit Iureconsultus in l. societates contrahuntur. ff. pro soc. Primò omnium bonorum. Secundò alicuius specialis negociationis, puta salis, uel lanæ, & similiũ. Tertiò alicuius singularis rei, puta equi, bouis, aut fundi. Quartò pedagij seu uectigalis, inter quæ est differentia ut
2 patebit per infra dicenda. † Et nota, quòd tunc dicitur
a contrahi societas omnium bonorum, [a] quando fit sub nomine, uel signo vniuersali, ut omnis, uel quicunque & similia, expresse acto quòd sit generalis societas, ut not. per gloss. in l. 3. §. 1. & l. coiri. & l. societatem vniuersorum, & l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio & ideo sapienter faciet notarius, si tunc dixerit in instrumento societatis§Hoc acto inter dictas partes, quòd præsens societas sit generalis in & super omnibus bonis præsentibus, & futuris quouis modo, & qualitercunque acquisitis & acquirendis, tã ex industria, quàm à fortuna, & tam inter uiuos, quàm in
3 vltima voluntate &c.§ † Potest autem omnis societas siue sit specialis, siue generalis, contrahi purè, & in diem, & sub conditione, & usque ad terminum uitæ ipsorum sociorum, vt in l. 1. in prin. ff. pro socio. non autem fieri posset ut duraret in æternum, immo nec ad hæredem transire. ut l. nulla. & l. nemo potest. ff. pro socio. Fallit in societate uectigalium, quę ex pacto transit ad hæredem. ut l. adeo mor
4 te. in prin. ff. eo. tit. † Nunc quæro, quæ sunt illa quæ in generali societati ueniunt, & sunt cõmunicanda inter socios; & quæ sunt illa quæ in speciali societate communicantur. Vbi aduertendum, quòd in societate generali cõmunicanda sunt omnia bona quæ tempore societatis possidebantur à socijs, ut l. 1. & l. 3. §. 1. ff. pro socio. nec mirũ, quia talium bonorum ipso iure statim contracta societate transit de vno ad alium possessio, & dominium absq; alia traditione pro æqualibus portionibus, ut habetur singulariter in l. 2. ff. eod. ti. Amplius debent communicari inter eos omnia alia bona per eos acquisita, siue ex personæ industria, siue à fortuna, siue ex contractu inter uiuos, siue ex vltima voluntate, ut l. 3. §. 1. & l. societatem vniuersorum. ff. pro socio. dummodo sint quæsita ex honesta causa. Vbi autem essent quęsita ex inhonesta causa, puta furto, uel uiolentia, uel turpi causa, non sunt communicanda, ut in l. cũ duobus, in fi. & l. quod autem ex furto, cum l. seq & l. nec permittendum, cum sim. ff. pro socio. Si tamen socius consecutus esset pœnam iniuriæ, uel damni sibi illati teneretur illam communicare, ut in l. cum duobus. §. socium vniuersa. ff. eod. tit. Abhorruit ergo lex, quòd quæsita ex turpi, uel inhonesta causa uenirent in actione pro socio, sicut & alibi non ueniunt in actione mandati, ut l. si remunerandi. §. si turpis. ff. mand nec similiter ueniunt in actione communi diuidundo. l. communi diuidundo. § inter prædones ff. communi diui. nec in actis ex stipulatu. & l. generaliter. & l. si plagij. ff. de uerb. oblig. Ex quibus potest inferri ad
5 duo sæpius occurren. † Primò quòd quæsita per usura-
b riam [b] prauitatem non sunt communicanda in societate generali omnium bonorum, cùm usura sit omni iure tam humano quàm diuino prohibita, & sit res turpissima &
* inhonesta, licet Atlenses & Placentini [*] contrarium ser-
6 uent. † Secundo infertur, quòd isti armigeri, qui uadunt derobãdo mundum, prout fecerunt quinque annis. & pluribus proximè præteritis totam Lombardiam, & maximè de anno proximè elapso currente 1411. ciuitatem magnificam Papiæ, pro istis talibus derobationibus & uiolentiis, non habent inter se aliquod iuris suffragium, quo mediante alter alterum super talium bonorum diuisione possit conuenire, nisi mediante ense, de quo Deus iudicet eos se inuicem trucidare, nec mirum, quia non merentur iuris habere suffragium qui legem offenderunt. vt in l. auxilium.
7 in fi. cum sim. ff. de minori. † Quid autem dicendum, si in hac generali societate, quę impropriè apud aliquos fraternitas appellatur, ipsi socij simul conuenerunt & solemniter ad inuicem promiserunt, quòd si alter alteri ex eis præ
c decesserit, quòd superstes [c] eidem succedat in omnibus suis bonis, prout sæpius uidi de facto contingere in Pedemontibus & Monteferrato, an ex eis altero præmoriente poterit superstes proximiores ab intestato defuncti excludere ab eius hæreditate stante dicta conuentione; & eodẽ modo hæredes ex testamento ipso præmoriente instituto, si alios instituisset hæredes? Dic breuiter quòd nõ, sed ipse socius superstes ab ipso instituto, uel proximiore ab intestato penitus excludetur; vt puta nulla ipsa conuentione quò ad hoc de iure existente, ut habetur in d. l. si inter fratres. uersic. 1. ff. pro soc. & in l. pactum quod dotali. & l. licet in priuatis. C. de pac. & per Cy. & alios Docto. in l. fi. C. de pac. uersi. tertiò quero. & l. hæreditas. C. de pac. conuen. super do. & per Barto. in l stipulatio hoc modo. ff. de verb. obl. Ad quod etiam facit l. cum donationis. in fin. C. de transact. cùm enim tale pactum infringere habeat libertatem testandi, meritò reprobatur à iure, ut in d. l. stipulatio, cum sim. Ex quo sequitur, quòd si tales socij simul paciscuntur, ne quisquam eorũ possit aliquid alienare, quòd per hoc non impeditur testari. & de rebus ipsis in ultima voluntate disponere, ut in d. l. si inter fratres. uersic. 1. cum
8 simil. † Dicet aliquis, quis ergo erit modus, ut vnus socius taliter prouidere possit inter uiuos, quòd alter socius habeat

habeat bona sua aliis exclusis post eius mortem? Cyn. in d. l. fi. latè disputat hunc articulum, & refert plures opin. Finaliter concludit cum Petr. quod fiat promissio per stipulationem causa donationis inter uiuos bonorum præsentium tantùm, scilicet tempore donationis, non autem futurorum. In qua opin. residet Bart. in d. l. stipulatio hoc modo. Secundum quem sic latius collige. interdum quis promittit socium, uel alium hæredem instituere, uel eidem hæreditatem legare, uel dimittere, & tunc talis promissio etiam si esset iuramento uallata ipso iure est nulla, quia interposita super successione futura, ut d. l. fi. cum si. quod apparet per ipsa uerba directa ad hæreditatem. Interdum promissio concipitur per alia uerba quæ nō sunt iuris hæreditarij significatiua, utputa si promisit omnia bo-
* na sua post mortem * suam, & hic aduertendum qualiter concipiatur promissio. Aut enim fit promissio ex causa
* donationis inter uiuos generaliter de omnibus bonis * præsentibus & futuris, & tunc est ipso iure nulla, quia per eam aufertur libera testandi facultas. ut d. l. stipulatio hoc modo. Aut fit promissio de bonis præsentibus tantùm, ita quod in futuris remaneret testandi potestas, & tunc ualet, & ita procedit opin. gloss. in d. l. fin. & eorum qui sentiunt cū ea. Est ergo in talibus bonum consilium, quòd ille, qui promittit, semper in se retineat aliquid in quo testari possit, & eodem modo ille qui purè omnium bonorum generalem donationem facit, aliter donatio inutilis redditur, & vidi multos in hoc errare & multas donationes infringi.
9 † Nunc autem est de secundo principali dicendum, quando particularis societas contrahitur, puta annæ tantum, uel vini, aut alterius similis negociationis, quæ sint in hac societate communicanda. Ad quod breuiter respondendū,
d quòd omnia illa quæ ex negociatione d illa procedunt, alia autem aliunde quæsita, siue ex industria personæ, siue ex fortuna, non sunt communicanda. ut d. l. coiri. cum l. seq. in fi. & l. duo societatem in fi. & l. cum duobus. §. cum erant. ff. pro soc. & hæc procedunt in societate uectigaliū, vel vnius rei tantum, ut in iuribus præall. cum sim. & sic pa-
10 tet declaratum tertium & quartum. † Quid autem de quæsitis per fratres stantes in communione post mortē patris. uide plenè infra sub titu. de forma libelli de hæreditate uel re singulari diuidenda.

ADDITIONES.

* Est ueritas. Adde, quòd hanc sequitur Ofasc. decis. 36. & vide Capic. decis. 14.
* Post mortē. Adde, quid diceñ. de donatione, & dic, quòd non prohibetur donatio omnium bonorum inter uiuos, cuius effectus collatus est post mortem, teste Oldr. consi. 139. 1. dub. Dec. in l. fi. nu. 19. C. de pac. consi. 236. 9. dub. consi. 578. nu. 7. & seq. consi 655. nu. 11. Boer. q. 353. col. antepe. q. 355. col. 1. & seq. Paris. consi. 26. nu. 69. lib. 2. consil. primo. nu. 133. lib. 3. quorum sententiam communem dicit Cur. Iun. consi. 81. nu. 1. & seq. & uide Paris. consil. 24. nu. 57. lib. 2. Masuer.
* De omnibus bonis. Adde, ualere donationem omniū bonorum præsentium & futurorum, si aliquid pro testando reseruetur, teste Ro. consi. 26. 1. dub. consi. 95. in princip. & quam communem dicit Alex. consi. 59. nu. 3. lib. 5. Dec. in l. fi. nu. 32. C. de pac. consi. 125. nu. 3. consi. 293. num. 5. 516. nu. 17. 655. nu. 10. Boer. q. 304. nu. 46. Soc. qui etiam dicit communem, consi. 101. lib. 3. Mar. Iun. consi. 143. nu. 31. 39. lib. 1. consi. 21. nu. 8. lib. 2. quæ concl. procedit, cum quis in futurum alia lucrari speratur, de quibus testari possit, teste Ro. d. consi. 26. Abb. consi. 18. circa med. lib. 1. Ro. d. consil. 95. Corn. consi. 178. nu. 25. lib. 2. Soc. reg. 108. in vl. fall. Dec. d. consi. 225. col. 3. Gozad. consi. 87. nu. 10. Bertr. consil. 40. nu. 3. lib. 3. De quo tamen articulo, uide quæ scribit Suarez. lib. co. opi. uer. donatio, ubi declarat, Rom. consil. 171. col. 1. Clar. §. donatio. q. 19. vbi distinguit plura cap. d. concl. & materiæ, uide ibi. Masuer.

a Societas omnium bonorum, uide Pet. de Peru. in tractatu societatis, in 3. par. in 44. col. Lud. Ro. consi. inci. cum isti fratres, & Pe. Peru. consi. incip. ex prædicto themate, quæstio. & per Pau. de Castr. consi. 185.
b Vsurariam. Adde Ang. consi. 81.
c Superstes in hoc, dic ut latè per Lud. Rom. consi. 26. & ibi quid si est iurata; & an possit reuocari prætextu ingratitudinis, & superuenientia liberorum.
d Negociatione. uide per Pe. de Anch. consi. 401.

SVMMARIVM.

1 *Societate in qualibet licet cuicunque paciscí de parte lucri & damni.*
2 *Societas leonina à iure reprobatur, cum paciscitur ut unus socius damnum supportet, & alius lucrum ferat.*

1 PER pactum speciale & expressum. † Hic aduerte quod in qualibet societate contrahenda, licet cuicunque pacisci de parte lucri & damni inter eos sustinenda
2 da † Quòd autem vnus solus damnum supportet & alius
a lucrum ferat, pacisci non potest, a & tanquam Leonina conuentio est à iure reprobata, ut traditur in l. si non fuerit. in prin. ff. pro soc. & Inst. eo. tit. §. 1. ubi uerò de partib. lucri & damni nihil extitit conuentum, tunc pro partibus æqualibus sustinebunt illud, ut Inst. eo. tit. in prin. & d. l. si non fuerit. & si fortasse nescirent se inuicem conuenire super partibus lucri & damni, posset hoc determinandum committere arbitro alicuius personæ: si tamen timent, quod iniustè arbitretur, habeant recursum ad arbitrium boni viri, ut l. societatem mecum, in prin. & in §. arbitrorum. cum seq. ff. pro socio.

ADDITIO.

a Pacisci non potest. vide per Ludo. Roma. consi. 310. 475. nume. 5.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de communicandi quæsitis & quærendis an sit necessarium in generali societate.*
2 *Dos socij generalis an sit communicanda.*
3 *Socius an possit dotare filiam de bonis communibus.*
4 *Socius bonorum an possit alienare ultra partem suam de bonis communibus.*

1 VNDECVNQVE quæsita & quærenda &c. † Licèt hoc pactum non esset expressum, quamuis illud exprimere sit bonum consilium, tamen haberetur pro expresso hoc casu, quando sub nomine vniuersali contracta
2 est societas generalis, ut supra dixi. † Quid autem dices, si ambo sunt socij omnium bonorum, & vnus ex eis dotē receperit uel in rebus mobilibus uel immobilibus, an fiet
a dotis a communicatio in hac generali societate? Dic aut matrimonium & dotis datio præcessit societatem, aut econuerso, & utroque casu subdistingue, quia aut durat societas & matrimonium, & tunc fit cōmunio usufructus dotis tm̄ proprietate salua. Aut societas dissoluitur, & durat matrimonium, & tunc nulla fit dotis cōmunio, sed ipsius dotis tanquam non cōmunicatæ fit ante partes restitutio aut econuerso durat & perseuerat societas, sed matrimonium dissoluitur, & tunc si morte vxoris, ita quod maritus lucretur dotem, uel ex pacto uel ex lege, fit cōmunio ipsius dotis. Si morte uiri, fit restitutio ipsius dotis uxori, & non cōmunio, ut hæc probantur in l. actione. §. fin. cum l. seq. in
3 prin. ff. pro socio. † Deinde quæritur, si alter ex sociis habeat filiā nubilem, an poterit ipsam dotare de rebus cōmu-
b nibus? b dic quod non, nisi super hoc pactū intercesserit speciale, & si sint socij omnium bonorū, ut habetur in l. si socius pro filia. ff. pro soc. & est singulare, alias autem socij tenentur

tenentur simul contribuere ad solutionem cuiuscunq; debiti ipsorum, ut in l.omne æs alienum, cum l. seq. ff. pro
4 soc. † Sed nunquid socius omnium bonorum possit alienare ultra partem suam de bonis communibus? dic quòd non, ut l.nemo ex socijs, ff. pro soc. & hæc regula potest esse, ratio d.l.si socius.

ADDITIONES.

a Lucro dotis. uide Rom.consi.475.
b De rebus communi. vide Rom.consi.145.Alex.consil.141. 2.libr.
* De rebus communibus. Adde, quòd in hac q. affirmatiuã tenent But.consi.7.Alex.consi.70.1.dub.lib.5. Soc. consil. 291.lib.2.Ruy.consi.101. 2.dub.lib.1.consi.121.col.1.li.5. Dec.in l.quod locum.col.pen.C.de colla.consi.66. 2.dub. consi.68. col.3.
Negatiuam uerò sustinent Rom.consi.145. nume.2. 4. 13. 2.dub.Alex.consi.154.lib.2.87.lib.4. Pap.hic Corn. consi. 345.col.fi.lib.1.consi.52.lib.3.58.nu.9.lib.4.Soc. qui in tacita omnium bonorum societate loquitur, in expressa fortassis contrarium sentiens, consil.192.4. dub. lib.2.Bertr. consil.336.col.fi. lib.3.279. lib.2. & est communis secundum Monferr.in l.si constante ff.sol.mat.quem refert Neuiz.Syl.nup.lib.2.in prin.nu.83. eamque magis communẽ dicit Soc.consi.46.col.5.lib.1.Ias.d.l.quod locum. colu. 4. C.de colla.Doc.in apostil.ad Alexan.d.consi.87, lib.4. ubi ampliant etiam si sint socij omnium bonorum, de quo uide quæ scribit Cate.l.uer.expensa facta, ubi dicit hoc procedere, nisi essent adeò socij, quòd hoc liceret per expressa capitula societatis, per d.l.si socius pro filia, qui tex.locũ non habet, ubi inter socios actum est, quòd dos de cõmuni constituatur, teste Rol.cõsi.91, nu.46.47.54. lib.1. & sic intelligitur d.l.procedere citra pactum, ut per Castr. ibi, & Bal.in l.cum duobus.§.si fratres, & in l.si societatem vniuersorum ff.pro soc. Dec. consi.66.colu.4. 68. col.2. 304. col.fi. quibus Adde, quæ scribit Aym.consi.159 col.3. circa fi.ubi quod filia vnius ex sociis de bonis communibus dotari non debet, nisi esset societas vniuersalis omnium bonorum, intelligendo tamen ut per eum ibi, cui quoad hoc vltimum uidetur contradicere Nat.consi.100.col.3.& colu.5.consi.264.licet ibi non loquatur in socio omnium bonorum, sed in eo qui promisit scutos centum pro dote filiæ, qui tenetur eos soluere de proprio, nec eos potest societati imputare, quia illa impensa non concernit societatem, quando autem præsumatur dos data, stañ. societate soluta de bonis communibus, Dic, ut per eundem Nat. d. consil. 100. col.pen.ubi quòd præsumitur de bonis communibus nisi probetur contrarium, quia apparet factam esse societatem omnium ferè bonorum, ut latius per eum d.consil. col.fi.& consi.91.ubi quòd stañ. societate omnium bonorum, dos filiæ de communi solui debet. Quæ omnia latè examinat Gabriel.co.opi.lib.3.tit.de iur.dot.concl.2. interim tamen firma manet concl. quod fratris filia non censetur dotata de bonis fratrum existeñ. in cõmuni secundum cõmunem quam refert Ias.d.l.quod locum.nu.6.C.de colla. Rol.consi.91. nu.1.nu.21.lib.1.& magis communem dicit Gabriel.loco sup.alleg. Masuer.

SVPER lucratus est. Regulariter inter socios omne lucrum & damnum est communicandum, & in lucri computatione fieri debet deductio damni & omnium expensarum factarum occasione ipsius societatis, etiã si damnum contingeret casu fortuito. ut probatur in l.Lucius.& in l.cum duobus. §. si quis ex sociis. aliàs est l. si inter fratres.§.si quis.& §.quidã.ff.pro soc.ubi autem damnũ emergeret culpa lata dolo, seu culpa remissa uel negligentia, quã propriis rebus non adhibuisset, tunc ipsi non fieret cõputatio uel deductio talis damni, quia socius solùm tenetur de dolo, lata culpa, & leui, nõ autem de leuissima, nec de casu fortuito. vt l.non ob eam.cum l.seq.ff.eo.tit.facit.l. cũ duobus.§.uenit autem.& l.socius socio.ff. pro soc. nec mirum si de lucro deducatur damnum, quia lucrum propriè intelligitur omni damno omniq; expensa deducta, ut in d.l.Lucius.& no.per gl.Inst.eo.tit.§ de illa conuentione, facit quod no.Inn.in c.pastoralis.extra de deci. sic dicitur in fructibus qui intelliguntur deducta expensa, ut l.si à domino.in fi.de pet.hær.cum sim.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper attende.

SVMMARIVM.

1 *Pendente societate an intentetur actio pro dote.*
2 *In societate contracta ex causa donationis an vnus agat contra alium.*
3 *Pendente tempore societatis, an socius qui solus posuit pecuniam in societate ea deperdita tantundem subrogare teneatur.*
4 *Ponens solus pecuniam in societate an prius detrahat suum capitale.*
5 *Socius petens an restituendum quæ habuit ex societate, qualiter condemnantur.*

1 AD diuidendum & diuisionem faciendum. † Quæritur pro declaratione huius, an pendente societate possit actio pro socio intentari. videtur quod non, quia non est nata ante finitam societatem.ut in l.tam diu.C.pro socio.& l.actione.§.nonnunquam.ff.eo.tit.sed plenius distingue.ut no.per Cy.in d.l.tam diu. Aut agitur pro certa quãtitate, uel singulari re communicanda, & tunc agi põt pendente societate:aut agere vult generaliter pro tota societate, & sic iudicio generali societatis, ut de omnibus ratio videatur & calculetur, & tunc non põt agi nisi finita societate, sicut in simili dicitur in l.2.& quod ibi no.C.de admi
2 ni.tut.cum si.ibi no. † Sed quid dices de no.quæstio. Pone societas est contracta ex cã donationis, quia alter ex sociis nil posuit in societate, & alter posuit vniuersa bona. An aget vnus contra alium? dic quod non, quia talis societas est nulla, ut in l.societates contrahuntur. in fi. ff. pro so. & eodem modo est nulla, si fuerit contracta ex causa donationis cã mortis.ut l.senatus.§.si quis.ff.de dona.cã mor. & probatur in l.cum hic status.§.si inter uirum.ff. de don. in-
3 ter uirum & vxor. † Vlterius quæritur, quia de iure ualet societas, in qua vnus ponit exercitium personæ, & alius po
a nit certam quantitatem [a] pecuniæ, puta decem uel mille. vt in l.1.C.pro soc.& Inst.eo.tit.§.de illo.in fi. pone ergo, quod ad certum tempus huiusmodi contracta societate perdita est pecunia posita in societate ipso tẽpore pendente, & adhuc superstite utroq; socio. an tenebitur ipse idẽ socius adhuc tantundem pecuniæ subrogare?& quidẽ gl.in d.l.1. & l.si non fuerit.ff.eo.tit. tenet quod non, quasi interitu ipsius pecuniæ sit societas dissoluta, ut in l.uerum.§ pe.ff. eo. tit. Alij dicunt, ipsius pecuniæ periculum fore cõe, & ideo pecuniam communiter subrogandã.ar l. cum quibus. §. quidam sagariam.ff.pro soc.& l.id quod.ff.de pericu. & com. rei uend. Alij dicunt, aut pecunia fuit statim perdita, aut ex interuallo. Primo casu sit periculum cõmune, ne contractus reperiatur claudicare.ut in l.2.ff.mãd.& l. si id quod in fi.eo.tit.Secundo casu dicendum, finitam esse societatem, & per consequens à neutro socio pecuniam subrogandã. Puto quod gl.melius determinent ubi supra, ut idem sit in pecunia quod in re alia perempta.de quo per Cyn. in d. l. 1.
4 † Posteà quæritur, an ille qui posuit pecunia, & alius personam, debeat in diuisione fienda prius detrahere totam suam pecuniam, & suum capitale saluum facere, & de reliquis diuisionem facere; an uerò omnia sint cõmuniter diuidenda?super hoc gl.in d.l.1.distinguit, aut est actum inter partes, quid de ea fieri debeat, & standum est conuentioni.ut l.1. §.si conuenerit. ff. depos. cum si. Aut nihil est actum, & tunc secundum gl. omnia debent cõicari; licèt contrarium de cõsuetudine obseruetur, & per consequẽs ipsa pecunia non est communicanda; quæ consuetudo secundum

cundum Iac. de Are: fundatur super iure scripto, ut colligitur ex his quæ habentur in l. cum duobus. §. damna. & §. in coeunda. & §. item ex facto. ff. pro socio. & no. per Cyn.
5 vbi supra. † Quid autem si socius est factus non soluendo, ita quod impotens est restituere, quæ ad eius manus ex societate peruenerunt, qualiter condemnabitur? dic quod solùm in eo quod facere potest, deducto ne egeat. & sic in hoc est priuilegiata societas, quæ fraternitatis uicem gerit, ut supra dixi, probatur per tex. in l. uerum. in princ. ff. pro soc. & l. sunt qui. ff. de re iud.

ADDITIO.

a certam quantitatem, uide Alex. de Imo. in consi. 117. 1. lib. & consi. 131. 5. lib.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio societatis qualiter admittatur.*
2 *Renunciatio societatis quotuplex sit.*

1 NEC perseuerare in societate. † Patet ergo per hoc de expressa renunciatione, quod ita demum admittitur, si alter socius consentiat: nam eo inuito non licèt regulariter à societate intempestiuè discedere. ut l. actione. §. Labeo. & in §. seq. ff. pro socio. nisi alter socius sibi sit iniuriosus, aut damnosus, uel conditio societati apposi-
2 ta non seruetur. ut l. si conuenerit. in fi. ff. pro soc. † Et no. quod duplex est renunciatio societatis, quædam expressa, de qua hic, & idem si petatur ratio reddi totius societatis. ut d. l. verum est. §. pen. & fin. & l. actione. in prin. ff. pro socio. quædam tacita, & hæc fit quando pereunt res in societate positæ, uel pereunt socij, vnus uel omnes, siue morte naturali, siue ciuili, ut d. §. pe. & l. actione. §. morte. Idem si mutetur status personæ in malum, uel eius bona publicentur. vt in d. §. pen. & l. actione. §. publicatione. & Inst. pro soc. §. manet. & §. soluitur. cum seq. Alio etiam modo notabili & singulari inducitur quædam tacita renunciatio inter socios omnium bonorum, quando stant & habitant separatim, & pluri tempore negociati sunt separatim. ut habetur in l. itaque cum separatim. ff. pro soc. quod tene menti.

DEDVCENDO. Hæc clausula cum sequenti extenditur, ut aliàs dixi. Postremò ut præsens tractatus aliquid moralitatis ad se trahat. Attende quod dixit ille Seneca, epistola 6. ad Lucillum. {Nullius boni sine socio iucunda possessio est.} Veruntamen ut idem ait epistola 3. & 9. {Diu delibera, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit, & cùm placuerit id fieri, toto illum pectore admitte, & tam audacter cum illo loquere quàm tecum. Nam si aliquem amicum existimes cui nõ tantum credas quantum tibi, uehementer erras, & nõ satis noscis uim ueræ amicitiæ, cum amico omnes curas omnesq; tuas cogitationes misce, fidelem si putaueris facies, nam quidam fallere docuerunt, dum fallit timuerunt. Sapiẽs etiam si contentus esset, tamen habere amicum vult. Sed id ob nihil aliud, nisi ut exerceat amicitiam, & ne tam magna uirtus labatur. Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ, quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitus societatis. Et quomodo hominẽ homini humana natura conciliat, sicq; inest vnicuiq; rei stimulus qui nos amicitiarum appetentes faciat.}

Forma libelli contra plures reos debendi.



ORAM vobis D. Vica. &c. agit & in iure proponit Verulphus de Verulphis contra & aduersus Simo. Cicollelum & Secundinum de Castello, & contra quamlibet aliam personam pro eis, uel ipsorum nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens ipse Verulphus quod supraścripti Simon. & Secun. fuerunt confessi uersus ipsum Verulphum se ab eo habuisse & recepisse, & in ueritate habuerunt & receperunt mutuò, & ex causa mutui flor. mille boni auri & iusti ponderis, quos flor. mille eidem Verulpho præfati Simo. & Secund. & quilibet ipsorum insolidũ promiserunt & conuenerunt dare, soluere & restituere infra certum terminum iam diu elapsum eorumq; precibus & mandatis pro pecunia restituenda intercesserunt & fideiusserunt uersus d. Verulphum Berretus & Bella de Bustis obligantes expreśsè ipsi principales & fideiussores dicto Verulpho omnia & singula bona ipsorum mobilia & immobilia insolidum pignori & hypothecæ, ac ulterius renunciantes uersus ipsum Verulphum beneficio nouarum constitutionum de pluribus reis debendi, & de fideiuss. & epistolæ diui Adriani, & legibus dicentibus, si principalis non tenetur nec fideiussor eius. Alijsq; omnibus legibus, constitutionibus, statutis & decretis, necnon probationibus & defensionibus quibuscunque in contrarium facientibus, per quæ se defendere ac tueri possent &c. prout & alia patent publico instrumento facto & tradito per Iaco. Cimossam notarium, de qua quidem florenorum mille quantitate supraścripti Simon. & Secund. vsq; huc, licèt sępius requisiti, solutionem & restitutionẽ facere recusauerunt seu distulerunt, ac in præsentiarum differunt seu recusant indebitè & iniustè. Quare cùm prædicta uera sint, petit & requirit dictus Verulphus à vobis supraścripto domino Vicario, quatenus ex officio uestro ac per uestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & iuris remediis condemnatos compellatis supraścriptos Simonem & Secundinũ ad dandum & soluendum ipsi Verulpho ad restituendum prædictam flor. quantitatem, simul cum omnibus & singulis expensis, damnis, & interesse, passis & factis per ipsum Verul. & in futurum fiendis & patiendis. Et prædicta petit per vos fieri & executioni mandari omni modo &c. deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. non astringens se &c.

SVMMARIVM.

1 *Nomen plurium reorum debendi uel stipulandi quando locum habet in iure.*
2 *Plures rei stipulandi an per solam stipulationem constituantur.*
3 *Plures personæ ab utraque parte pacem facientes, an possint appellari plures rei.*
4 *Quæ sit natura plurium reorum.*

1 CORAM vobis. † Sciendum est ad huius tractatus faciliorem intellectum, quod materia plurium reorum est satis difficilis & diffusa, quæ tamen per sequentia demonstrabitur satis facilis, & clara. Ideoque aduertendum, quod plures debitores uel creditores aliquando stãt sub simplici nomine creditorum uel debitorum, aliquãdo assumunt nouum nomen, & appellantur plures creditores rei stipulandi, & plures debitores appellantur rei debẽdi. Hoc autem nomine baptizantur, cùm eiusdem rei & obligationis sunt creditores uel debitores, ut l. 2. ff. de duo. re. & Insti. eod. tit. §. 1. Vbi autem sunt creditores uel debitores diuersarum rerum & obligationum, tunc stant in suo generali nomine simplici creditorum & debitorum, ut l. creditores, cum l. seq. ff. de verb. sig. Per quæ patet, quod non dicuntur nec appellantur rei obligationis, licèt aliàs reus appelletur debitor uel conuentus, ut in l. properandum.
2 §. si autem reus. C. de iud. cum infinitis si. † Et notandũ, quod huiusmodi rei stipulandi uel debendi, licèt dicantur stipulandi, nõ tamen constituuntur semper per stipulationẽ, sed etiam aliis modis, uidelicet per emptionem & uenditionem, ac locationem, testamentum, & similes cõtractus, & vltimas uoluntates. vt l. eadem. in prin. ff. de duo. re. &
3 Inst. eo. §. pen. † Ex quibus determinatur secundũ Bart. talis

talis quæstio. Pono quòd plures personæ ab vna parte, & totidem ab altera pacem fecerunt simul,& promiserunt se inuicem non offendere sub certa pœna,an isti erunt plures rei debendi,& credendi? Certe dicendum est quod non secundum eum; quia ad hoc ut constituantur plures rei, necesse est quòd sit eadem res; sed hic sunt diuersæ res, cùm alia sit offensio vnius,alia alterius; ergo &c. ita no. per eũ in l.si quis id quod. ff. de duo. reis. & in l.opere.ff.de ope.
4 lib. † Deinde sciendum est, quòd horum reorum natura est, ut singuli insolidum teneantur, & singulis insolidum actio competat,nisi aliud in contrarium agatur, tam olim quam hodie secundum ueram opin.de qua infra no.quam sequitur Bart.in d.l.2.

VERVLPHVS. Iste creditor & eius debitores erant cancellarij & familiares Illustris. domi. Theodori Marchionis Montisferrati, cuius & ego fui pluri tẽpore,& hodie sum anno præsenti currente.1413. Vicarius generalis.

SVMMARIVM.

1 *Plures rei debendi an possint simul conueniri in eodem libello.*
2 *Plures rei debendi,an possint conueniri diuersis libellis & separatim insolidum.*
3 *Plurium reorum credendi, an singulariter libelli admittantur.*

1 CONTRA & aduersus Simonem & Secun. † Hic reuoco in dubium, an plures rei debendi possint
a in eodẽ libello * simul conueniri. de qua quæstione plenè disputatur ꝑ eundem Bar.in l.3.§.ubi duo. ff. de duo.re. Finaliter sic distingue. Aut quis vult cõuenire plures reos pro partibus uirilibus,aut omnes insolidum. Primo casu dico, quòd tam in eodem libello, quàm in diuersis quilibet conueniri potest pro parte sua. vt in l. eos. ff. de duo. re.ad hoc facit auth.hoc ita.C.eo.tit.& l.si quis separatim in prin.& §.fi.ff.de appel.& l.ubi duos.§.1.& §.fi.ff.de duo. re.& optimè probatur in l.si accusatoribus.C.de accu. Secundo casu principali sic distingue. aut quis vult conueniri omnes insolidum cum exp essa in ipso libello protestatione,quòd vnica solutio sufficiat, & tũc omnes poterunt insolidum conueniri,ut in d.authen.hoc ita.& in corpore vnde sumitur,probatur in l.1.C.si plu.vna senten. & in l. si mandato Titij.§.Paulus.ff.mand.quod sequit Dyn.& Iac. de Are. Aut vult eos simpliciter conuenire sine protestatione,& tunc non potest,nec admittitur libellus.ar. in l.1. C.de fideiuss.tut. Ex prædictis rationibus est idem dicendũ & distinguendum de pluribus reis credendi, ut possint simul in eodem libello contra debitorem agere, arg. d. l. si
2 accusatoribus.C.de accu. † Quandoque etiam contingit, ꝙ quis vult plures reos debendi conuenire separatim & insolidum in diuersis libellis, & tunc aut eodem tempore, aut diuersis. Si eodem tempore,aut ipsis cõsentientibus,& potest; aut ipsis contradicentibus,& tunc non potest,ne in diuersis instantiis molestentur & aggrauentur secundum Bar.arg.in l.non est nouum.ff.de act.emp.& in l. huiusmodi.in §.Stichum.ff.de leg.1.facit l.super iter. §. Cassius. ff. de aqua plu.arcen. Si autem eos conueniat in diuersis temporibus,tunc glo.in Auth.de duo.re.dicit ꝙ non põt,quia vno tunc conuento alius interim iudicio pendente conueniri non potest. quam opin.sequitur Azo in sum. eiusdem tituli.& glo.in l.2.ff.de duo.re. quam tamen opin. intelligit Dy.procedere pendente iudicio causæ principalis, secus si appellationis.l. si quoties. §. si creditor. ff. de pecul. coniuncta.l.creditor,in prin.ff.man. Sed Iac. de Are. tenet ueram opi glo.quocunque iudicio pendente, quam etiam sequitur Bar.in d.l.ubi duos. Nec ob.secundum eum d.§. si si creditor, quia distinguendum est, nam quidam sunt debitores talis conditionis & naturæ, quòd vno conuento
✱ alius liberatur, * & de hoc loquitur d.§.si creditor. Quidam sunt talis conditionis, quòd per electionem vnius alius nõ liberatur,& tunc procedit quod supra dictum est.
3 † Quid autem dices in pluribus reis credendi, an eorum singuli libelli admittantur diuerso tempore contra ipsorum debitorem? & dicendum est quòd non, quia lite contestata per vnum, præcluditur uia alteri agendi; ut l. si ex duobus.ff.de duo.re. & ibi no.

ADDITIONES.

✱ Alius liberatur. Adde, quòd per petitionem totius debiti factam ab vno ex reis debendi, & eius perceptionem alij liberantur, secus tamen per simplicem petitionem iudicialem,teste Ias.in l.decem.nu.15. ff.de uerb.ob. &c.

a Eodem libel. Adde Rom.consi.240.245.col.1.Ias. in l. de pupillo.§.si plurium, in fi.ff. de op.no.nun. Dec.in l.edita. nu.71.nu.81.C.de eden. Spe.de lib.conce.§.15. uer.2.

RECEPERVNT mutuò. Hoc autem fieri uidemus in practica quotidie, nam contingit frequenter plures personas simul pecuniam ab eodem mutuò accipere, ꝑ quod constituuntur rei debendi ex causa mutui. Fiunt etiam duo rei ex aliis causis, ut supra dixi, & habetur in l. eadem,in prin.ff.de duo. reis.

BONI auri. Quid autem si in instrumento simpliciter dicatur, quòd fuit confessus habuisse flor. mille, nec exprimitur {Boni auri,uel argenti} de quibus intelligemus? puto quòd debet intelligi de illis floren. qui sunt
✱ in communi cursu, * seu usu in loco contractus,argu.l. si stipulatus.ff.de usucap.& no.per Bart. in l. Paulus respondit.ff.solu. &c.

ADDITIO.

✱ Communi cursu. Adde Mising.Cent.4. obser. 15.

SVMMARIVM.

1 *Iure nouissimo plures rei debendi qualiter teneantur.*
2 *Iure quo teneantur in modo constituendi plures reos.*
3 *Antiquum ius de conueniendo insolidum quemlibet plurium reorum an hodie corrigatur.*
4 *Practica in casu renunciationis auth. hoc ita. Absens quis dicatur.*
5 *Ex pluribus tutoribus potest contutor offerre satisdationem pro sua parte, & quòd conueniatur contutor pro sua.*
6 *Correus, ad quem non peruenit pecunia ueritate inspecta, si sit insolidum conuentus, an possit se tueri beneficio excussionis.*
7 *Factum vnius plurium reorum credendi, an noceat uel prosit alteri.*
8 *Extra iudicium facta integra solutione vni soli reorum, an alteri sit sublata actio.*
9 *Simplex pactum uel transactio facta ab vno ex reis credendi, an noceat alteri.*
10 *Correus an possit habere regressum contra correum totum exigentem.*
11 *Pactum uel transactio facta per vnum reum debendi, an noceat uel prosit alteri.*
12 *Correus credendi accipiens partem debiti ab vno reorum debendi, an uideatur debitum diuisisse.*

1 QVILIBET ipsum insolidum. † Hic aduertendum, ꝙ de iure antiquo ff.orum.natura istorum reorum, siue credẽdi, siue debendi, est, ut omnes teneantur insolidum,& singulis insolidum debeatur, ut in d. l. 2.ff. de duo.re. An autem iure nouissimo Auth.hoc sit correctum in pluribus reis debendi, sub iudice lis est, nam gl.in d.l.2. tenet, ꝙ hodie non teneantur duo rei debendi insolidum, nisi expresse agatur. & sic quò ad hoc in modo constituẽdi & obligandi corrigitur ius antiquum per ius nouissimũ, de quo habetur in auth. hoc ita.C.de duo.re.& in Auth.de duo.re.§.1.quam opin.ẽt sequitur alia gl.in l. eadem.§. cũ in tabulis.ff.eo.tit.& l.si mandato.§.Paulus, & l. creditor.
2 §.duobus. ff. mand. † Alij uerò tenent, ꝙ in modo constituendi nihil corrigitur, sed conueniunt omnia iura tam

vetera

vetera quam noua. vt in dubio ſemper inſolidum tenean
tur, ſed in modo exequendi differunt iſta iura. nam iure
nouiſsimo licet omnes inſolidum teneantur, tamen ſi
ſunt præſentes & ſoluendo, ſolum exiguntur pro parte,
alias autem fieret exactio inſolidum,ut dicta authenti hoc
ita, quam opi.in d.auth.ſequitur glo.ibi poſita, & Inſtitu.
de fideiuſſ.§.ſi plures, & Bar.in d.l.2.de duo.re. & hæc ve-
rior & communio.; & quæ dicta ſunt, locum habent in
pluribus reis debendi,ut dixi. In pluribus autem reis cre-
dendi,ceſſat dicti diſpoſitio, quia in eis nil eſt immuta-
tum in modo conſtituendi, ut determinatur in glo. in di-
cta authen.de duo.re. circa fin.patet itaque ex præmiſsis,
ſecundum ueram opinionem, quòd hodie plures rei de-
bendi pro parte ſua quilibet debet conueniri & exigi,niſi
in aliquibus caſibus, in quibus poteſt quis conueniri, &
exigi, videlicet ſi renunciatum ſit per eos beneficio,dictę
auth.hoc ita.prout fit quotidie in inſtrumentis.Secundus,
ſi alius correus ſit abſens. Tertius,ſi ſit inops, ut in dicta
3 auth.hoc ita. † Pro cuius pleniori doctrina formo aliã
quæſtionem. Ecce quòd olim in pluribus reis debendi
erat in libera poteſtate creditorum agere inſolidum con-
tra quem vellent & ipſum eligere,ut in l.1.C. de duo.reis.
& in l. 3.§.1.ff.eod.an hodie hoc ſit correctum per ius Au-
thenticarum.& breuiter diſtingue ſecundum Bar.in d.l.3.
Aut loquimur in pluribus correis obligatis ex facto alicu
ius inſtitoris,uel exercitoris. & tunc nil eſt correctum, ſic-
que poterunt ita hodie ſicut olim omnes inſolidum con-
ueniri,per tex.& eius rationem in l.ne in plures.ff.de exer.
Aut loquimur in pluribus obligatis ex contractu celebra-
to principaliter inter eos cum creditore, ut ſit communi-
ter. vt in caſu præſentis libelli, & tunc aut in obligatione,
eſt aliquod indiuiduum,& tunc nil eſt correctum nec im-
mutatum,ſicque poterit quilibet exigi & conueniri etiam
inſolidum hodie,ſicut olim, quia diuiſio corrumperet ſti-
pulationem, ut l.ſtipulationes non diuiduntur.ff. de verb.
oblig.licèt glo.in d.authen.hoc ita. contrarium ſenſerit,
& male ſecundum Barto. Aut in obligatione eſt aliquod
diuiduum, ut in præſenti caſu,& tunc in modo conſtituen
di obligationem nil eſt immutatum vel correctum, ut di-
ctum eſt,ſed in modo exigendi ſeu obligationem exequē-
di bene eſt immutatum, quolibet correorum parte exi-
ſtente ſoluendo,ut in d.authenti. hoc ita.& ibi plenę per
4 Cynum. † Erit ergo practica in caſu, quo non ſit renun-
ciatum beneficio,dictę authen. hoc ita. quòd iudex mittat
nuncium ad inquirendum de præſentia uel abſentia & fa-
cultate & habilitate ſoluendi ipſorum correorum,ſicut fit
quando proceditur ad executionem bonorũ pignori obli-
gatorum,de qua excuſsione perſonali dixi in titul.de for-
ma reſponſionis, qua utitur hypothecaria conuentus. &
tangitur per Doctores in d.authen.præſente. C.de fideiuſ.
& per Bar.in l.3.§.vbi duo.ff.de duo. re.& in l.in ſtipula-
tione,& in l.decem,de uerbo.obligat. Dicitur autem quis
a fore abſens, [a] ſi eſt extra ſuum domicilium in alia ciuita-
te, uel alio territorio.ut no.per Doct.in d.authen.præſen
te, & in d.l.ubi duos. Ratio autem huius excuſsionis eſt,
quia hi correi inuicem uidentur fideiubere.Ideoque æquũ
eſt, ut unus pro alterius parte prius, quam ipſe principa-
lis, conueniatur. ut in dicta authen. præſente, quod autē
videantur inuicem fideiubere, probatur, & not.in l.1.C.
5 de duo.re.& per Barto.in l.reos.ff.de de duo.re. † Vbi au-
tem eſſent plures tutores uel curatores, quorum alter in-
ſolidum conueniretur, tunc poteſt dicere & opponere, ꝙ
eius contutor conueniatur periculo ſuo pro eius parte, &
offerre ſatiſdationem; de hoc dic ut habetur in l.ſi dubite-
tur.ff.de fideiuſſo.& ſic conuentus grauatur ſatiſdare, uel
probare alium eſſe ſoluendo.ut in l.2.§.nunc tractemus.ff.
6 de tut.& ratio.diſtrah.† Vlterius quæritur,ſi ille correus,
ad quem non peruenit pecunia ueritate inſpecta,fuerit in
ſolidum conuentus,an poterit ſe tueri beneficio excuſsio-
nis? diſtingue ſecundum Bart. aut hic conuentus expreſsè
b probat, pecuniam re uera ad alium perueniſſe, [b] & tunc
audiendus eſt hanc exceptionem excuſsionis obijciens, ar
gu.l.quæritur.in prin.ff.commoda. Nec huic obſtat, ſi di-
catur, quando unus tenetur alio prius excuſſo tunc non
ſunt duo rei debendi,ut in l.decem.ff.de ue. b.obl.& in l.ſi.
ff.ſi cer.pet.quia reſpondetur, ꝙ contraria loquuntur,quã
do obligatio ſecunda differtur in defectum primæ.& ſic
in huius conditionis euentũ incipit obligatio in ſecundo,
ſed hic loquitur cum obligatio in perſona vtriuſque à prin
cipio contrahitur, ſed ſola excuſsio differtur, quod non
impedit conſtitui ipſos reos. Aut nihil probat, ſed ſimpli-
citer allegat,& tunc aut fuit renunciatum per eum benefi-
cio excuſsionis, ut ſit communiter in inſtrumento,& tunc
ulterius non auditur. Aut non fuit renunciatum,& tunc
aut fuit ueritate attenta illius fideiuſſor,& hoc conſtat, &
admittitur talis exceptio excuſsionis. ut in d.auth. præſen
te & auth.de fideiuſſo.§.j. Si uerò non conſtat ipſum eſſe
fideiuſſorem, quia inſtrumentum aliter ſonat, & tunc non
auditur, niſi prout dictum eſt ſupra in duobus reis,proba
7 tur in d.auth.in §.ſi uerò minus. cum ſim.† Quid autem di-
cemus in pluribus reis credendi, an factum unius proſit
uel noceat alteri,ſiue petendo, ſiue paciſcendo,uel tranſi-
gendo, aut iuramentum deferendo, uel exigendo,uel alia
ſimilia faciendo? In qua quæſtione licèt ſubtiles & uariæ
ſint conſiderationes, tñ ſub breuitate poteſt ſic concludi:
Aliquando quæritur per ſe de ſe ſola petitione facta per
unum ex creditoribus in iudicio, uel extra, & hic diſtin-
gue ſecundum Bar.per eum no.in l.ex duobus, de duo.re.
Aut fuit ſimplex petitio extra iudicium, uel in iudicio ſine
aliqua litis conteſtatione, & tunc nullum ſit alteri præ-
iudicium; ſed poterit alter petere qñcunque, proderit tñ
eidem hæc petitio quò ad interrumpendam præſcriptio-
nem,ut l fin.C.de duo.re. Aut ſit petitio cum debita litis
conteſtatione, & tunc remanet alteri uia præcluſa agendi
ꝑꝑ illius præoccupationem,ut no.in d.§.ex duob ſiue ſint
ſocij,ſiue non, ſecundum Bar.arg.in d.l. fideicommiſſa.§.
plerunque,coniuncto §.ſi.ff.de leg.3.Idemq; dicendum in
ſententia lata pro uno,uel contra unum ex reis credendi,
quòd alijs proſit & noceat,ut d.l. ex duob. ſecundum vnã
lect. Nec ad hoc repugnat l.ſi.ff.de arbit.quia ibi loquitur
in arbitri ſententia,quæ non producit actionem,ut l.1.C.
de arb.Similiter per omnia dicendum in iuro,cum ipſum
uicem litis conteſt.obtinet,ut in l.nam poſtea.§. ſi is qui tē
porali.ff.de iureiu.& l.duob.in prin.ff.eo.titu.Aliquando
obtinet uim ſententiæ.ut l.2.ff.de iureiur. Aliquando vim
ſolutionis;ut in l.iuſiurandum etiam loco.ff.eod.titu. Ali-
8 quando uim tranſactionis.ut d.l.2.ff.eod.titu. † Quid er-
go dicemus,ſi extra iudicium facta fuerit uni ſoli integra
ſolutio, an alteri ſit ſublata actio? dic breuiter ꝙ ſic, ut l.
2.& 3.in fin.ff.de duob.re.& ff de pact.l.ſi unus,in princ. ff.
de noxal.l.ſi in rem.cum ſim. Vbi autem ſolutio facta eſſet
pro parte, tunc pro alia parte remanet alteri correo inte-
gra actio.ut l.qui hominem,in §.1.ff.de ſolu.de quo latius
9 per Bart.in d.l.ex duobus. † Sed nunc circa hoc occurrit
declarare aliud dictum, an ſimplex pactum uel tranſactio
c facta ab uno ex reis credendi, [c] alteri noceat,de quo ple-
nè tangitur per ipſum Barto.in l.duob. pręall.Sed conclu
ſiue ſic diſtingue,aut ſunt plures rei credendi ex cauſa one
roſa,aut ex cauſa lucratiua.ſi ex cauſa oneroſa, tunc pactũ
uel tranſactio unius alteri non nocet,ut probat ex his quę
habentur in l.ſi unus.in prin.ff.de pact. & ff.de noua.l.ſi in
rem.§.ſi duo. niſi pecunia appareret ex eo ſocio profecta,
& per cõſequens ueritate inſpecta eſſet debitum ſuum in
totum,nam tunc alteri noceret,arg.d.l.ſed Iulianus.§.non
ſolũ.& §.ſi.ff.ad Mace.Si aũt ex cauſa lucratiua fuerint rei
credēdi,tunc attendit,an fuerint ſocij,uel non;ut ſi ſint ſo-
cij,proſit & noceat, aliàs nõ, ut plenè diſputat gl. in l. vir
10 uxori.ff.ad Vellcianũ.& l.quauis.§. q̄q̄.eo.tit.† Cũ autem
ut prædicit ſolutio totalis facta uni,alteri noceat, quærit
an eo caſu ille alius correus poterit habere regreſsũ con-

tra recipientem, & ab eo repetere partem, distingue secundùm Bartol. ubi supra, aut sunt rei credendi ex causa lucratiua merè, & tunc non cogitur alteri quicquam restituere nec communicare, sed inter eos melior est conditio occupantis, si non sint socij. ubi autem essent socij, tunc restituere & communicare tenentur, ut probatur in l. in lege Falcidia hoc obseruan. ff. ad l. Fal. & quod nota. in l. qui hominem. §. 1. ff. de solut. Et quo ad hoc redditur falsa glo. quę sentit contrarium in l. si Titio & Seio. ff. de legat. secunda. Aut sunt rei credendi ex causa onerosa, & tunc aut negocium ipsum inspecta ueritate pertinet ad ipsum solum recipientem, quia ipsa pecunia deposita vel commodata erat ipsius tantum, & tunc alius correus nil ab eo potest petere, ut in d. l. sed Iulia. §. non solum. & in §. seq. ff. ad Maced. Aut econtra negocium pertinet in totum ad alium vel pro parte, & tunc quantum ad eum pertinet, poterit ab eo qui recepit repetere, ut l. si communi ff. de no-
11 xal. arg. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. † Nunc autem quæramus. quid econtra ad præmissa, an pactum uel transactio facta per unum reum debendi prosit vel noceat alteri correo debendi: super qua quæstione consueuit communiter sic distingui. Aut non sunt socij, & tunc prodest & nocet alteri. Aut sunt socij, & tunc secus, per ea quæ habentur in l. idem in duobus, in princip. ff. de duo. reis. & de arbi. l. si duo. reis. & ff. de liber. leg. l. 3. §. nunc de effectu. Sed Bart. ubi supra, dicit quòd siue sint socij, siue non, pactum siue transactio vnius prodest & nocet alteri, quatenus interest paciscentis illi alteri prodesse vel nocere, & non aliter, prout not. gloss. in d. §. nunc de effectu, & plenius per eum in d. l. ex duobus. Similiter, quid iuris in nouatione & ac-
12 ceptilatione, ibi uide per eum. † Quærendum restat, si creditor recipiat partem debiti ab uno ex correis debendi, an videatur debitum diuisisse, & sic per hoc non posit ulterius contra eundem pro alijs partibus regresum habere. Super quo dubio sic distinguit Bart. ubi supra. Aut sunt tales rei debendi, qui non habent beneficium diuisionis, quia illi renunciauerunt, ut communiter in instrumentis fit, & recipiendo partem videtur debitum diuidere, ut l. si creditores, C. de pact. Fallit hoc fauore legatorum, in quibus non præsumitur facta diuisio, ut l. si ex toto. ff. de leg. 1. & ibi per eum. Aut sunt tales rei debendi, qui habent hoc beneficium diuisionis, qui noluerunt eidem renunciare sed reseruare, & tunc aut solùm soluit pro parte sua tantù, & tunc ipse solus liberatur pro parte sua, quia videtur facta diuisio, pro alia parte liberatur ope exceptionis, ut ff. de solu. l. in his. §. 1. cum simil. Aut soluit simpliciter non expresso pro parte sua, & tunc non videtur in dubio facta diuisio de iuris rigore, ideo pro residua parte tam ipse, quàm cæteri possunt insolidum conueniri, ueruntamen de æquitate illi, qui soluit competit exceptio diuisionis, nisi huic beneficio renunciatum esset, arg. l. inter eos. §. 1. ff. de fideiusso.

ADDITIONES.

a Absens. quis dicatur absens, uide per Ludo. Rom. cõs. 354.
b Ad alium peruenisse. de hoc dic vt per Lud. Rom. consilio 114.
✱ Ad aliũm. Adde Cur. in l. contra iuris. §. qui pecuniam col. 3. nu. 19. ff. de pact. ubi etiã Castr. col. fi. eundem Castr. in l. si vt certo. §. si duobus. col. fi. ff. commod. Boer. q. 255. nu. 5. par. 2. & dic, quòd quando plures principaliter se obligant, eadem semper firma manet obligationis qualitas, adeo ut omnes sint in obligatione principales, licet ad unũ tm̃ ex eis pecunia peruenerit, l. 1. l. si uerò singuli C. si cer. pet. Rom. consil. 114. col. 2. nu. 4. pro quo vide Crem. sing. 38. doc. Alex. consi. 29. nu. 46. lib. 7. possunt tñ ij ad quos pecunia non peruenit: implorare, vt eorum sumptibus actio contra eum dirigatur, ad quẽ peruenit pecunia, teste Ro. d. consi. col. 2. circa med. Barb. consi. 43. col. 4. li. 2. Masuer.
c Credendi. vide per Pau. de Cast. consi. 231.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor qualiter fit.*
2 *Fideiussores inquantum teneantur.*
3 *Fideiussor noteus uti beneficio diuisionis, an posit petere cessionem actio: contra confideiussores & principalem.*
4 *Fideiussor se tuetur defensionibus rei.*
5 *Fideiussores non vtentes exceptionibus debitoris, an habeant regressum contra debitorem.*

1 INtercesserunt & fideiusserũt &c. † Vt cautius & fortius succurrat & prouideat ipsis creditoribus, consueuerũt accedere fideiussores, quorum fideiussorum conditio & natura est, ut si principalis non tenetur, ergo nec fideiussor. ut Insti. de fideiusso. §. fideiussores. & l. grecè. in §. illud. ff. de fideius. cum sim. imo nec in plus uel ultra tempus vel quantitatem obligatur fideiussor, quàm principalis, ut l. hi qui, in princ. cum sim. ibi no. ff. de fideiuss. in qua obligatione fideiussoria est necessaria stipulatio solemnis, nec sufficeret pactum nudum, ut C. de fideiuss. l. blanditus, & Insti. eo. §. fi. & ibi no. de qua tamen stipulatione pręsumitur, si in instrumento publico uel priuato dicatur § Talis promisit pro tali, vel fideiussit pro tali; ut d. §. fi. & l. sciendum. ff. de uerb. obli. & l. 1. C. de cõtrah. & com. stip. licèt tale verbum pro
a misit [a] prolatum à teste non importet, nec includat stipulationem; & sic non probaret fideiussoriam obligationem, sed ad nudum pactum simpliciter refertur, ut habetur in l. 1. C. de usu. & not. per Dy. & Bar. in d. l. sciendum. Alius est etiã singularis casus, in quo fingitur stipulatio, si quis apud acta patiatur se scribi pro fideiussore, ut l. cum ostẽdimus, ff. de fideius. tut. nisi forte quis dixerit non incongrue hunc casum comprehendi sub priori regula. l. 1. C. de contrah.
2 & comm. stip. & dicto. §. fin. † Quæritur inde, qualiter, & inquantum hi fideiussores teneantur? & vtique dicendum est eos teneri insolidum sicut plures rei debendi, tamen eis ope exceptionis succurritur, ut inter eos actio diuidatur ex epistola diui Adriani, si tamen sunt locupletes & soluendo, aliàs secus, ut l. inter eos, in princ. §. pe. ff. de fideiussor. & in l. inter fideiussores. eod. tit. sic ergo paupertas priuat eos tali beneficio, sicut supradictum est in correis. Item priuatur hoc beneficio fideiussor conuentus, si negat se fideiussorem, ut in l. si dubitetur. §. 1. ff. de fideiu. Item si renunciauit huic beneficio, ut fit quotidie in instrumentis. & infra dicam. Item si separatim, & non eodem tempore fideiusserunt, ut l. si à Titio. & l. Titius. & ibi not. & l. si plu-
3 res. ff. de fideiuss. † Quid autem si fideiussor conuentus noluit allegare beneficium diuisionis, uel quia non uult, uel quia nõ potest, an poterit petere quòd cedantur sibi actiones per creditorem contra alios fideiussores & reum principalem? dic quòd sic, ut in l. ut fideiu. & l. cum is. & l. Vranius. ff. de fideiuss. & nedum personales, sed etiam hypothecarias. l. Paulus. & l. si fideiussorib. & ibi not. ff. eo. titu. quas actiones si ipse creditor facto sui cedere non potuit, repelletur ab agendo exceptione cedendarum. ut not. in l. Stichum. §. pe. & ibi no. per Bart. ff. de solut. & l. si stipulatus. §. fin. ff. de fideiuss. faciunt quæ scripsi in forma responsionis qua utitur hypothecaria conuentus super gloss. fin. quidquid tamen hi fideiussores soluerint, repetere poterunt per actionem mandati ab ipso principali debitore. ut insti. de fideius. §. pen. & l. si mandauero tibi, in princi. ff.
4 mand. & no. in l. fideiuss. ff. de fideiu. † Et notandum, q. qñ
✱ fideiussores conueniuntur, possunt ✱ vti & se defendere omnibus exceptionibus & defensionibus ipsi reo principali competentibus, ut habetur in l. ex persona. ff. de fideiu. & l. omnes. C. de excep. & in l. exceptiones. §. rei cohærentia. ff. de excep. & inuito ipso principali debitore, ut habetur in
5 d. l. si stipulatus. in prin. cum sim. ff. de fideiu. † Quid igitur
b si fideiussores conuenti non opposuerunt [b] exceptionem seu defensionem ipsi debitori competentem, an poterunt postea cõtra ipsum debitorẽ regressum habere? distingue, aut

aut ignorabant hanc exceptionem, & excusantur. Aut sciebant, & tunc, aut erat exceptio peremptoria pacti, uel solutionis, & sim. & tunc eis imputatur si non opposuerunt, & per consequens non poterunt habere regressum contra ipsum debitorem, ut l. si fideiussor. in prin. & §. 1. & 2. ff. man. aut erat exceptio dilatoria, uel procuratoria, & dic ut nota. plene per gloss. in d. l. si fideiussor. §. quædam. ff. man. Tenentur etiam hi fideiussores appellare à sententia contra eos lata, alioqui non agerent mandati cõtra principalem, ut nota. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. & si
* conueniantur antequam reus principalis, possunt hodie * iure nouissimo opponere exceptionem excusionis, § ut prius conueniatur principalis, antequam ipse fideiussor, § ut in auth. p. æsente. C. de fideius. & in corpore, vnde sumitur, nisi renunciassent beneficio illius auth. ut ibi not. sicut fit quotidie in instrumentis. Olim autem de iure C. & digestorum liberum erat ipsi creditori agere contra quos uellet, & cessabat dicta excussio, ut in l. iure nostro. & in l. non recte. C. de fideiuss. cum sim. ad quod ius antiquum reducuntur hodie omnes fideiussores propter renunciationes quas faciunt in instrumentis.

ADDITIONES.

* Possunt vti. Adde Tremol. in apostil. ad Prac. Bonacur. tit. de excep. & benef. quæ post diffin. sent. post num. 4. uer. & à fideiussoribus, litera A. & dic, quòd exceptio superueniens reo, prodest eius fideiussori secundum Ias. in l. si quis cum. ff. si quis caut.

* Hodie. Adde reg. cum fall. quòd fideiussor non conueniatur nisi excusso principali, quam ponit Mising. cent. 2. obser. 15. & vide Rom. consi. 241. nu. 6. Ias. in l. 1. §. si quis iniquum §. si is pro quo. num. 12. ff. quod quisque iur. Gabrie. com. opi. lib. 4. tit. de fideiuss. concl. 1. & quòd fideiussor cõueniri non possit: principali non discusso, not. Guid. Pap. q. 94. licet q. 570. dicat contrarium non obstante, quod ibi sit casus fideiussoris, qui non legitur renunciasse iuri dicendi principalem debitorem prius fore conueniñ. quam fideiussorem, glo. in auth. de fideiuss. §. 1. ver. præsentes. & licet fideiussor non possit conueniri non discusso principali fallit tamen ex concl. quando in contractu appositum est
§ iuramentum secundum communem per Rol. consil. 6. nu. 45. lib. 1. post Alexan. consi. 32. colum. 4. lib. 4. Nat. consi. 416. num. 21. & uide per Gabriel. loco supra alleg. Masuer.

a Promiss. vide Pau. de Cast. consi. 81. per Alex. consi. 96.

* Promiss. Adde Ias. poneñ. reg. cum fall. in l. lecta. nu. 5. ff. si cert. pet. in l. Titia. §. idem respondi cum septitius. ff. de verbo. oblig. vbi plura ad proxim. notab. & per Galiaul. in sub. nu. 42. 43. ff. eo. tit.

b Non opposuerunt, vide Abb. consil. 82. 1. lib. & an possit agere contra principalem ad damna & interesse, & quid si metu creditoris non opposuit, ibi uide.

* Non opposuerunt. Adde Tremol. ad prac. Bonacur. tit. quib. mod. suo no. ciuil. num. 20. & an sententia lata contra principalem possit exequi contra fideiussorem sine nouo processu distingue, ut per Mising. cent. 4. obser. 96.

1 AC Vlterius renunciantes. † Scribitur in iure, quòd licet cuicunque renunciare beneficio suo & priuilegio
2 a sibi à iure collato, ut l. si iudex. ff. de mino. & l. si quis in conscribendo. C. de pact. de qua materia plenè not. per gl. in auth. ut matres debi. & credit. in prin. & ibi per Iaco. de Belu. & Cy. in d. l. si quis in cõscribendo, & imputetur sibi qui renunciauit, quia amplius ad beneficium renũciatum non poterit habere regressum, ut in l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edic.

ADDITIONES.

a Ex priuilegio. de quo etiam in cap. accedentibus. de priui. Abba. in c. cum accessissent. de constitu.

* Et priuilegio. Adde quæ scribit Ias. in l. 1. num. 9. ff. si quis in ius voc. non ier. post concl. quam ponit nu. 8. quòd licet ratione fideiussionis quis sortiatur forũ in genere in illo loco: non tamen specialiter sortitur coram illo iudice, vbi fideiubet, quo uero ad renuntiationem, an qui renuntiat priuilegijs intelligatur renunciare iuri communi, distingue, ut per eundem Ias. d. l. 1. post num. 9. & col. 2. post prin. ubi concludit quod non, declarat tamen reg. procedere quando alicui vtrunque competit, arg. l. si domus. ff. de ser. vrb. præd. secus quando vnum ius competit, & in d. col. 2. in prin. not. idem Ias. quod illud, quod competit ex priuilegio dicitur iure competere: & econtra, & sic iuris appellatione uenit illud, quod competit ex priuilegio: uel de iure singulari, & econtra, ex præalleg.

SVMMARIVM.

1 Beneficium nouarum constitutionum quid sit.
2 Beneficium diuisionis, an possit allegari in quacunque parte litis, etsi non sit renunciatum.
3 Fideiussor constituens se principalem debitorem, an vtatur beneficio excussionis.
4 Creditor petens partem debiti ab uno ex fideiussoribus, an uideatur in dubio debitum diuisisse.

* BEneficio nouarum * constitutionum. † Istarum con-
1 stitutionum dispositio quædam pertinet ad reos debendi, de quibus traditur in auth. de duo. re. & d. auth. hoc ita. C. eo. ti. quædam pertinet ad fideiussores, vt est epistola diui Adria. per quam consequuntur diuisionem debiti inter se, ut solùm pro parte conueniantur, licèt insolidum sint obligati, de qua epistola & eius effectu plenè habetur in l. inter fideiussores. ff. de fideius. cui beneficio si renun-
2 cient, conueniri possunt insolidum. † Sed posito quòd non fuerit huic beneficio renunciatum, an hæc exceptio diuisionis poterit opponi per fideiussorem in quancunque parte litis? quam quæstionem plenè examinat Bart. in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. Sed conclusiuè veritas est, quòd ante litem contestatam & post opponi potest, sicut de cæteris peremptorijs dicitur; pro quo facit l. fideiussor. cum glo. fina. C. de fideiusso. & hoc sequitur etiam Specula. in tit. de renunciat. & conclu. uer. in primis. licèt glo. teneat contra & malè. Instit. de fideiussor. §. si plures, secundum Dyn. &
3 Bart. † Sed quid si isti, quos dicimus fideiussores, constituant se principales debitores seu pagatores, ut fit quoti-
a die in instrumẽtis, an poterũt uti beneficio excussionis, a & alijs beneficijs quibus utuntur fideiussores? Breuiter dic quod sic, & idem in quocunque constituente debitum alienum, de quo loquitur totus tit. ff. & C. de const. pecu. & determinat glo. in auth. de fideiu. in prin. & ibi per Iac. de Belui. cuius determinationem sequuntur omnes Docto. nisi ut di-
* ctum est, dictis beneficijs renuncient * seu renunciauerint.
4 † Deinde quæritur, an creditore petente partem debiti ab uno ex fideiussoribus, videatur in dubio debitum diuisisse? & uidetur quod sic per ea quæ habentur in l. fina. C. de fideius. & not. in l. reos. & in l. liberos. C. de fideius. Tu autem plenius secũdum ueriorem opi. distingue, ut per eum no. in d. l. inter eos in prin. ff. de fideius. tu o. Aut conuenit creditor in iudicio fideiussorem pro parte tantum, aut exigit extra iudicium rem ab eo pro parte tantum. Primo casu subdistingue, aut conuenit eum solum tantum pro parte, uel insolidum, & tunc non uidetur diuidere debitum, sed solã personam eligere, ut in d. l. reos. eod. titu. & l. liberum. Aut conuenit cum eo alios fideiussores pro parte, & uidetur debitum diuidere, ut in dicta l. reos. & l. liberum, cum similibus ibi not. Ex quibus patet, quòd glo. in l. si creditores. C. de pact. non bene nec perfectè loquitur. Secundo casu principali, quando partem exigit extra iudicium, & tunc aut recepit ab alio à quo poterat cogi partem recipere per beneficium diuisionis, & tunc videtur eligere & non diuidere, vt in dicta l. inter eos §. primo,

Aut recepit ab eo à quo non poterat cogi partem recipere, ut quia renunciauerat epistolæ diui Adriani, & tunc recipiendo partem debiti, videtur debitum diuidere. vt in d.l.si creditores. C.de pacti. Fallit fauore vltimæ voluntatis, ut l.si ex toto.§.1.ff.de leg.1.& ibi per eum. Cum ergo communiter omnes in instrumentis renuncient beneficio dictæ epistolæ diui Adriani, & beneficio cuiuscunque diuisionis, meritò sequitur quòd creditor partem debiti petendo non intelligitur debitum diuidere, similiter nec partē debiti recipiendo, attamen laudarem quòd quando creditor petit uel exigit partem debiti, q̄ semper protestetur q̄ non intendit per talem particularē petitionem uel exactionem debitum diuidere.

ADDITIONES.

a Excussionis. Adde, Fran.Are.consi.31.

✱ Excussionis. Adde idem procedere in fideiussore indemnitatis, etiam quòd expresse renunciauerit beneficio excussionis, teste Rom.consi.211.post nu.2.consi.241.nu.6. & communem dicit Corn.consi.109.nu.6.lib.1.Hipol. in rub.de fideiuss.nu.23.Bar.in l.1.C.de conuen. fisci deb. lib. 10. Quę procedit etiam quòd fideiussor se principalem debitorem constituerit, glo.in auth. de fideiuss. in prin.Petr. Rumen.sing.200.& fac. quæ scribit Cur.in l. contra iuris §.qui pecuniam.nu. 9. ff.de pac.& eo casu habet beneficiū auth.præsente C.de fideiuss.Capel. Tolos.q.30.Lanfr.con clu.84. Masuer.

✱ Nouarum constitutionum. Adde Tremol.ad pract. Bonacur.tit.de imped.& excep. post nu. 9. vers. idem puto in beneficijs nouarum constit.

✱ Renuntient. Alex.consi.34.post nu.4.lib.4.& dic, quòd excusio non requiritur contra se obligantem simul principaliter, uel si promisit se facere & curare cum iuramento, teste eodem Alex.consi.29.nu.36 lib.7.& cui adde, quod exceptio excussionis non admittitur quando in contractu est appositum iuramentum, Nat.consi.426.num. 21. Rol. consi.6.nu.45.lib.1. Masuer.

ET Legibus dicentibus. Si principalis nō tenetur &c. Istæ leges habentur in l.græcc.§.illud.ff.de fideiuss.& Insti.eo.§.fideiussores. Putarem tamen hanc renunciationem non tenere eo casu quo ipso iure & in effectu debitor non fuisset obligatus a sui principio, quia non posset obligatio fideiussoria accedere principali, quæ nulla esset.l.cū lex.ff.de fideius.& l.cum principalis.ff.de re.iu.& l.fideiussor obligari, in prin.ff.de fideiu.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij generalis renunciatio an prosit & qualiter.*
2 *Renuncians alicui iuri, an prius debeat esse de eo certificatus.*
3 *In spiritualibus semper fit certificatio iuris renunciati.*

1 ALijsque omnibus legibus. † De hac renunciatione generali est tex.& gl.in l. fi. ibi { Omniq; alio auxilio.} C.quando mul.tu.offi.fun.potest. Sed hic aduerte, q̄ hæc generalis renunciatio non porrigitur uel extenditur ad ea, de quibus uerisimile non est quenquam specialiter renunciasse. & ob hoc nō extenditur ad incognita seu ignorata, ut probatur in l.mater decedens.ff.de inoffi.test. facit l.qui cum tutoribus.ff.de transact.& l.tres fratres.& l. emptor.§.Lucius.ff.de pac.& quod not.per Dyn. in reg. in generali.de reg.iur.li.6.& l.obligatione generali. ff.de pign. Nec etiam extenditur hæc renunciatio ad casus fortuitos, nisi expresse specialiter istis renuncietur, ut plenè traditur per Cy.in l.1.C.commo.& l.si quis in conscribendo.C. de pact.& per gloss.& Bart.in l.sed & si quis.§.quæsitum. ff. si

2 quis cautio. † Horum autem gratia in dubium reuoco, an ad hoc ut ualeat renunciatio uel refutatio alicuius iuris, sit necesse, quòd ille qui renunciat, certioratus specialiter & certificatus sit: & quidem reperio quòd gl.in §.1.in auth. quomodo opor. epis. coll.1.determinat simpliciter q̄ sic. Tu aūt latius distingue, prout tangit Iac.de Belu.in d.§.1. Aut ius, cui renunciat, ꝯsistit in iure scripto cōi, uel municipali: aut in facto ꝓprio ipsius renūciantis aut in facto alieno. Primo casu, qn̄ cōsistit in iure scripto, tūc aut is qui renunciauit est de personis quibus permittitur ius ignorare, ut mulier, uel rusticus, & similes, & tunc debet certiorari, aliàs secus, ut l.regula.ff.de iu.& fac.ign.& sic intelligitur quod traditur in l.qui cum tutoribus. ff. de transa. & l. mater decedens ff.de inof. testa. cum sim. Secundo casu, quando consistit in facto proprio, tunc non est necessaria certioratio, ut l.quanquam.ff.ad Velle.& l.quisquis. C. de rescin.uend.licet sit utilis certioratio, ut renuncians excludatur à probatione erroris.C.de iur.& fac. ign. l. error. ff. de cond.ind.l. sed si me puté.& ff.de in integ.resti.l. de ætate §.1.& fi. Tertio casu, quando consistit in facto alieno, tunc aut fit renunciatio per pactum, & tunc non exigitur certioratio, ut in l.emptor.in §. Lucius.ff.de pac.licet possit esse utilis, ut excludatur à probatione erroris, ut dictum est. Aut est simplex renuntiatio sine pacto. & tunc est necessaria certioratio, ut in d.l.mater decedens, cum sim. ibi

3 no. Et præmissa procedunt in iuribus temporalibus. † In spiritualibus autem semper est necessaria certioratio, ut in d.§.1. in auth. quomodo oportet episc. & pro tanto in practica solent prudentes notarij adijcere in instrumentis post factas renunciationes hanc clausulam { De quibus omnibus, & beneficijs, & eorum effectibus fuit dictus Titius plenè & clarè ad eius plenam intelligentiam certioratus & informatus per me notarium infrascriptum. }

SVMMARIVM.

1 *Vnumquodque municipium potest sibi condere legem.*
2 *Statuto ciuitatis an renunciari possit.*

a
1 STatutis a & decertis. † Ista appellantur iura municipalia, quia unum quodque municipium potest sibi condere legem, ut l.cunctos populos, cum sua materia.C.de sum. Tri. & fid. catho. & l.omnes populi. ff.de iusti. & iu.

2 † Solet ergo quæri, an his legibus uel statutis posit renunciari? Circa quod sic considera, quædam sunt statuta, quæ principaliter respiciunt publicā utilitatem, & talibus non potest renunciari, sicut non renunciatur talibus legibus communibus. ut in l.iurisgentium.in §.si paciscar.ff de pac. cum sim.ibi no.ad quod facit, c.intellecto.& quod ibi not. de iureiur.& in c.si diligenti.de fo.compet. Quædam uerò sunt statuta, quæ respiciunt utilitatem priuatam, & istorū quædam sunt quæ in compositione actuum, qui geruntur, nullam solemnitatem nec formam exigunt nec requirunt, sed sufficit solum consensus partium, & talibus regulariter potest renunciari, ut l.pacisci.ff.de pac. & l. si iudex. ff. de mino. & d.l.si quis in conscribendo.C. de pac. cum si. cum distinctione de qua supra. Quædam sunt quæ requirunt certā formā uel solemnitatē in compositione actus prædicti, & his non pōt renunciari, sicut nec in similibus legib. cōibus.ar.l.nemo pōt, de leg. 1.l.cum hi. §. si prætor. ff. de transac.cū si. Similiter { ut generaliter loquamur } renunciari non pōt illis legibus, statutis & casib. in quibus & super quibus iurm̄ interpositū non ligaret nec obesset, quia si iuramentum non operatur nec ligat iurantem, multominus simplex renunciatio, de quibus omnibus plenè tractauit Bar.in l.si quis pro eo. ff. de fideius. & ego tetigi in forma libelli super contractu uenditionis supra eo.

ADDITIO.

a Statutis. uide Ang.consi.94.Fran.de Are.consi.93.& an iuri prohibitiuo posit renunciari per eundem consi.102.

SVMMARIVM.

1 *Probatio & defensio an differant.*
2 *Probationibus testium & instrumentorum renunciari an paleat.*

Pro-

1 PRobationibus & defensionibus. † Aduerte quòd inter hæc est differentia, nam hoc nomen defensio comprehendit etiam officium iudicis, & quodcunque aliud auxilium in iure descriptum. ad quod non traheretur istud verbum probatio, ut no. per Bar. in l. 1. ff. quod vi aut clam.
2 & l. planè. & l. fin. ff. de peti. hæredi. † Si ergo quis renunciat probationibus testium & instrumentorum, an ualeat? & glo. in auth. iubemus. C. de fide instr. & ibi per Doct. tenet quòd non, de quo plenè per Inn. in c. cum venisset, extra de testibus. Si autem renunciat defensionibus in genere, puto distinguendum vt supra tactum est in proxima gl.

SVMMARIVM.

1 *Mora debitoris an noceat fideiussori.*
2 *Fideiussor si vult persistere in obligatione debet consentire prorogationi termini facta per debitorem.*

1 SOlutionem facere recusauerunt. † Hic quæritur, an mora seu culpa debitoris noceat fideiussori, ad quod breuiter respondendum est quòd sic, siue sit culpa uel mora commissa faciendo, uel omittendo, ut probatur in l. mora. ff. de uerb. obli. & l. si seruum. in §. nunc uideamus. ff. eo. Et eodem modo secundùm aliquos nocet fideiussori interruptio præscriptionis facta contra debitorem principalē, sicut in simili facta contra unum ex correis debendi porrigitur ad alium, ut no. per glo. & Cyn. in l. fina. C. de duo. re. Alij, quorum opi. sequitur Cy. in d. l. fi. dicunt, quòd non porrigitur ad fideiussorem, nec ei nocet, & eam sequitur Bartol. in l. cum quis. §. si quis pro eo. ff. de solu. de quo uide quod scripsi supra circa formam responsionis primi libelli in glo. super ver. præscrip. Et ex his patet secundum aliquos, quòd si fuit pœna commissa propter moram debitorum, quòd fideiussor possit tam pro sorte quàm pro pœna conueniri, pro quo facit. l. si quis pro reo. §. si nummos. de fideiuss. & l. pe. ff. ut le. nom. ca. Distinguendum tamen est, aut ipse fideiussor simpliciter fideiussit, aut in omnem casum & euentum. Primo casu non tenetur nisi pro sor-
a te [a] tantum, & non pro pœna. ut l. fideiussores magistratuum. ff. de fideiuss. & in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco. facit l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. de peti. hæred. & l. 1. ff. de in lit. iur. & in l. libertus. §. fi. ff. ad muni. & per glo. in l. 2. ff. qui satis. cogan. Secundo casu tenetur ad pœnam & interesse. ut d. §. si nummos, cum sim. unde fit cau-
2 tus notarius in formando uerba fideiussionis. † Sed circa hoc quæro de uno, ad quod parum prospicitur, & multi decipiuntur. Ecce quòd quotidie uidemus in instrumentis depositi & mutui apponi terminum solutionis fiendæ per debitorem qui dat fideiussores de soluendo, contingit quòd ipse debitor facit prorogari sibi hunc terminum per creditorem, quæritur an fideiussor post lapsum primi termini teneantur? Respondetur quòd non, nisi prorogatio-
b ni consenserit, [b] ut probatur in l. si cum hermes, C. de loc. & l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. & not. per glo. in c. constitutus, de fideiuss. facit quod not. in l. pe. ff. de præt. stip. per quæ patet quod obligatio limitata ad tempus certum, non potest inuito obligato in tempus prolixius pro-
3 rogari. ad quod facit l. fi. ff. de pac. † Esset ergo cautela, quòd fideiussores facerent & curarent cum debitore, quòd tempus solutionis prorogaretur per creditorem, & sic liberarentur ab obligatione sua, dum tamen prorogationi nō consentiant, quod tene menti.

ADDITIONES.

a Pro sorte. vide Ro. consi. 507.
✱ Pro sorte, & an mora principalis augeat obligationem fideiussoris, uide Ias. in l. mora. nu. 5. de verb. ob. in l. centum capuæ. co. fi. ff. de eo qđ ce. t. loc. in l. in bonæfidei, post prin. eo. tit. ubi et fideiussor semel acceptus tenetur ad interesse.

b Consenserit. Vide Barb. in c. cōstitutus, de fideiuss. in 6. col. per Fulg. consi. 180.
✱ Consenserit. Adde q fideiussor obligatus ad certum actū: & certū tempus, non censetur obligatus pro illo actu prorogato, secus si fideiusserit simpliciter, teste Paris. consi. 48. col. 2. nu. 14. lib. 1. pro quo fac. quæ scribit Dec. consi. 93. in qua q. Viui. com. opi. lib. 2. nu. 110. refert duas opi. contrarias, & nihil decidit, Dec. autem d. consi. 93. col. fin. in q. q fideiussor facta prorogatione temporis non tenetur, respondendo ad contraria ibi, inquit, ea locum habere, qñ tempus apponitur solutioni, quæ debet fieri, & sic respicit exactionem, nam tunc si fideiusso. se simpliciter obligauit pro reo obligato ad soluen intra certum tempus. etiam facta prorogatione, tenetur fideiussor, secus quado positum fuit tempus ad finien. obligationem, secundum doc. in apostil. d. consi. & ad Bart. in l. ubicunque, post nu. 9. ff. de fideiuss. de quo plura scribit Por. lib. 3 concl. 14. Gabriel. com. opi. lib. 3. tit. de fideiuss. concl. 3. Suarez lib. sent. ver. fideiussores, & fac. Alc. cons. 102. in prin. q autem prorogatio termini facta debitori principali non liberet fideiussorem: not. Ias. in l. si vnus. §. si cum reo. ff. de pac. ubi distinguit, & declarat, & melius in l. lecta. nu. 9. nu. 10. ff. si cert. pet. ubi diuidit. q. in duo cap. siue membra, quam plenè examinat ibi cui conuenire uidentur quæ not. Aret. in l. qui Romæ §. Calimachus, de uerb. obl. & an prorogato termino censeatur repetitum iuramentum, uide Soc. consi 99. col. 2. lib. 3. Ias. in l. 1. col. pen. C. de iudi. in l. 1. §. & post operis, nu. 9. & seq. ff. de op. no. nun. ubi post plura concludit affirmatiuè, q prorogatio termini intelligitur facta cum repetitione iuramenti, quod erat in primo termino, intelligendo, & declarando ut per eum d. §. & post ope. is. Masuer.

QVARE Cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, quæ semper notanda est.

SVMMARIVM.

1 *Sententia data in causa appellatio pro uno ex correis alijs potest.*

1 COndemneris. † Quid si ab hac sententia alter correus appellauerit, an eius appellatio alteri proderit? dic quòd sic, ut probatur in l. 1 C. si unus ex pluri. & l. si quis separatim, in princ. & §. fi. ff. de app. & ibi no. per glo. & Doct.

SIMVL Cum damnis. An ad hæc damna uel pœnas teneantur fideiussores, dictum est supra proximè, ubi uide. Reliquas clausulas declara, prout supra in proximo libello in fi. dictum est. Et quia tam hic, quàm in proximis præcedentibus titu. agitur de diuersis negocijs, quibus homines pro eorum status & uitæ sustentatione diuersimode implicantur, attende tu iurista uel alteri scientiæ deditus qui de sola arte scientiæ uis uiuere, quid uos admoneat facere ille mo alis philosophus, exemplo Romanorū antiquorum. Cùm doctus enim erat inquit { Prudentissimus quisq; maximè negociosus erat, & nemo ingenium sine corpore exercebat, &c. } Itaque crede mihi ne attendas ad nudam scientiam si laicus es, quia uiues in miseria & paupertate, sed uelis negociari & mercari tam per teipsum, quàm per alios, & conformare te cum gestis prudentium antiquorum.

Forma libelli quo agitur pro donatione.


ORAM Vobis. Do. B. &c. agit & in iure proponit Io. Oliarius suo nomine, contra & aduersus spectabilem militē dominum Manfredum de Plebe & contra quamcunque aliā personam pro eo seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, dicens, & proponens idem Io. q præfatus dom. Manfredus titulo & ex causa donationis in-

ter uiuos purè, merè, solenniter & irreuocabiliter donauit & tradidit ipsi Io. pro se & suis hæredibus recipienti, domum unam muratam & coopertam positam in Papia in porta Petruxi, cui cohæret &c. & prout hæc & alia latius continentur in instrumento dictæ donationis, tradito & rogato per M. notarium Papiæ anno, mense, & die in eo contentis. Quod quidem instrumentum pro informatione & probatione præmissorum ex nunc producit & exhibet idem Io. coram uobis in forma publica. Amplius dicit & proponit idem Io. quòd præfatus do. M. de facto & contra uoluntatem ipsius Io. dictam domum à tempore dictæ donationis citra detinuit, & adhuc hodie detinet occupatam, ipsamque domum licet sæpius requisitus hucusque adhuc dimittere & relaxare recusauit, & iniustè recusat. quare cùm prædicta vera sint, petit & requirit idem Io. quatenus per uestram diffinitiuam sententiam condemnetis & cõdemnatum iuris remedijs compellatis supradictum dom. M. ad dimittendum & relaxandum liberè & expeditè supradicto Io. domum antedictam, ac insuper ad dandũ & soluendum eidem fructus, reditus, & prouentus, quos ex dicta domo percepit & percipere potuit à dicto tempore citra, simul cum cæteris damnis & expensis, passis & factis per ipsum Io. ac in futurum fiendis & patiendis, de quibus protestatur, & prædicta petit &c. saluo iure &c. non astringens se &c.



ORAM Vobis. Attende ad hanc materiam de qua infra dicam, quia frequenter accidit inter cõiunctos & amicos, & fit plerunque liberali animo, & illa est propriè donatio, ut in l. donari. ff. de regu. iur. Quandoque fit simulatè * ex aliqua causa necessaria prout partes conueniunt, & illa est impropriè donatio, arg. l. imaginaria. ff. de contrah. empt. cum sim.

ADDITIO.

* Simulatè. Adde Rom. consi. 246. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Donationum quot species sunt.*
2 *Quid sit donatio causa mortis. & quid donatio inter viuos.*
3 *Donatio facta inter viuos & collata post mortem, qualis sit.*
4 *Donatio quot modis celebretur.*
5 *Donatio inter viuos in quibus differat à donatione causa mortis.*
6 *Donatio causa mortis qualiter differat à legato.*
7 *Donatio inter uiuos & causa mortis an possit fieri tam absenti quàm præsenti.*
8 *Donatio causa mortis an semper habeat effectum post mortem donantis.*
9 *Donatio causa mortis facta à filio de consensu patris qualiter confirmetur, uel reuocetur, & quando.*
10 *Donatio inter uiuos an sit contractus nominatus uel innominatus.*
11 *Donatio inter uiuos est contractus stricti iuris.*
12 *Donatio coniugalis quotuplex sit.*
13 *Donatio inter uirum & uxorem morte confirmatur, ita quòd trahitur retro.*
14 *Pignoris remissio est permissa inter coniuges.*

1 EX Causa donationis inter uiuos. † Notandum est, quòd quatuor sunt species donationum, quædam est donatio inter uiuos, quædam causa mortis, quædam coniugalis seu matrimonialis, quædam quæ appellatur legatum, ut hr Insti. de dona. §. 1. & seq. cum sim. ibi not. † Est autem do-
2 natio inter uiuos illa, quam quis facit animo liberali, ut dixi, nulla ductus mortis cogitatione uel respectu, ut d. l. donari, & l. 1. cum se. ff. de do. & C. de donat. per totum, & ea intẽtione & proposito, ut statim ipsius rei donatæ dominium transeat in accipientem, uel in euentum alicuius alterius conditionis uel tẽpis, ut in §. aliæ. Inst. de don. & hæc donatio cõtinet in se hodie necessitatem traditionis, quia donans cogitur rem donatam tradere, ut l. si quis argentum. §. sed & si quis. uel. sinautem. C. de dona. sicut dr̃ in cæteris contractibus. l. sicut. C. de actio. & obli. Mortis causa * a donatio est illa, quæ fit in euentum mortis ipsius donantis, ut sic morte demum secuta sortiatur effectum, & nõ aliter, ut Insti. de dona. §. 1. & ff. de dona. causa mo. l. 1. & C. eo. tit. per totum. in qua donatione debet donans exprimere, quòd donat causa mortis, uel post eius mortẽ; alias autem si non exprimatur, vr̃ in dubio & præsumitur donatio inter uiuos. ut determinat gl. in l. fina. C. de dona. causa mor.
3 & d. §. 1. Insti. de don. & ff. eo. l. senatus. §. mortis causa † Ex quibus potest colligi decisio illius quæstionis, quæ plerunque de facto contingit. ¶ Pone aliquis donauit aliqua bona sua Titio post mortem ipsius donantis, quam donationem promisit nullo tempore reuocare aliqua occasione * uel causa &c. ¶ Quæritur an hæc donatio erit b inter uiuos, uel causa mortis? & uidetur quòd sit donatio causa mortis, quia collata est post mortem donantis; ergo &c. ut supra dictum est. In contrarium uidetur, quia promisit non reuocare aliqua causa, quod est oppositum donationi cã mortis quæ reuocari potest ut infra dicam. Breuiter dicendum est, quod sit donatio inter uiuos, & non causa mortis, per tex. singularem in l. ubi ita donatur. ff. de dona. causa mor. & ibi per Bart. secundùm quẽ habes talem regulam colligere, quòd vbi conuentio est contra substantiam contractus de quo agitur, facit ipsam conuentionem transire & resolui in aliud nomen contractus, si uerborum significatio patiatur, Nec huic regulæ obstat l. cum precario. ff. de precar. & quod ibi no. ubi si tibi concedo precariò domũ hoc pacto quòd nõ liceat mihi reuocare precariũ, uitiat̃ cõtus precarij, quia pactum est contra eius substantiam, nec transit nec resoluitur in aliud nomen cõtus, ideoq; sic esse deberet in qõne prædicta, quia r̃ndetur s̃m eum, quòd talis concessio precarij non potest transire in aliud nomen contractus, quia uerborum significatio uel sonus non patitur. nam nõ potest transire in nomen donationis, quia nomen donationis est penitus separatum à nomine precarij. & sic est diuersitas in nomine appellatiuo: nec similiter transire potest in nomen uenditionis nec locationis, quia merces nõ interuenit nec pretium. Sed ista uerba ¶ dono cã mortis ¶ si intelligant̃ de donatione simplici inter uiuos, non repugnat significatio uerborũ pręcise, nã pñt intelligi ¶ dono cã mortis ¶ hoc est pp casum mortis moueor ex nunc ad donandùm tibi inter uiuos, adeo quòd non possum ulterius re-
a uocare, a & sic illa uerba ¶ causa mortis ¶ erunt significatiua causæ inductiuæ contractus potius q̃ nominis ipsius cõtractus, ad qđ faciunt quæ hñtur in l. liberorũ §. qđ tñ Cassius. ff. de leg. 3. Vbi aũt nullum nomen cõtractus exprimeretur, sed factũ simpliciter narraret̃, hoc mõ ¶ Cõcedo tibi domũ pacto quòd nõ liceat reuocare, uel similia ¶ tunc intelligeret̃ cõuentio de eo contractu qui melius ex uerbis colligi possit. ar. in l. insulã. ff. de præscrip. uer. & qđ not. in l. si quis ante. ff. de acq. pos. Si uerò pactũ nõ sit cõtra substantiã contractus, sed solũ cõtra naturã rei in dispositione deductæ, tunc distinguendũ est; aut pactũ interuenit à principio, aut ex post facto, & an sit cõtra accidentalia rei uel cõtra rẽ ipsam, ut traditur in l. per seruum. §. si. ff. de usu & habi. & l. 1.
4 §. 1. ff. si usufr. petatur. † Fit etiam donatio non solùm purè, & ob causam, & sub modo uel conditione, sed dato in eo substituto uel omisso, ut d. l. senatus. §. mortis causa. & l. 1. C. de donatio. quæ sub modo. & l. si cui mortis. in prin. ff. de donatio. causa mortis. facit l. quod conditionis. ff. eo. tit. & l. 2. in fin. de dona. quæ sub mõ & l. si cui mor-
5 tis, in princip. ff. de donatio. † Quæri autem consueuit,
b quid differat donatio inter uiuos b à donatione causa mortis? Respondetur, quòd differt in forma, uidelicet, in modo concipiendi, ut supra dictum est. Item differt in substantia, quia donatio causa mortis regulariter sola pœnitentia reuocatur, ut in l. qui mortis. & l. senatus. in §. donationis. & l. mortis causa. ff. de donatio. causa

mortis

mortis eum sim. Sed donatio inter viuos non reuocatur nisi certis casibus, ut l.fin.C.de reuo.do.& l. possessionem, & l.cum profitearis, cum l.seq.C.eo.tit. facit l.Aristo. cum sim.ff.de dona. sunt etiam aliæ differentiæ, de quibus infra
6 patebit. † Quid autem, an hæc donatio causa mortis differat à legato, plenè nota. glo. in §.1. Inst.de do. & d.§l.se-
7 natus.§. fin.& plene per Cyn.in l.fi.C.de reuo. do. † Amplius quæritur, an utraque donatio fieri possit tam absenti
c [c] quam præsenti? ubi aduertendum, quòd olim donatio inter uiuos fieri poterat tam absenti, quàm præsenti, per nuncium, uel epistolam, ut in l.etiam.& l.absenti.& l.quæ mihi.ff.de donatio. Sed donatio causa mortis solum fieri poterat præsenti, non absenti, ut l.inter mortis, in princ.ff. de donat.causa mor.hodie uerò utraque donatio fit pacto nudo, ut l.si quis argentum.§.fin.C.de dona.& no. per Cy. in d.l.fi.C.de dona.causa mortis.& fieri potest tam absenti quàm præsenti, per nuncium, uel epistolam, ut no. per.Cy. in l.nec ambigitur.C.de dona.causa mortis. & per Bartol. in l. Thais.& l.1.ff.de dona.causa mor. Et hic multum no. quia uides quotidie apponi clausulam in omnibus testamentis, in qua dicitur { Quòd ualeat iure donationis causa mortis &c. } nam si is, cui fit donatio, est absens, nec interuenit nuncius uel epistola, non poterit agere ex causa donationis, nisi notarius tanquam publica persona recepisset hanc donationem eius nomine uel cuiuscunq; &c. posset tñ agere ex cã fideicõmissi, quia si non operaret ut donatio, saltē operaret ut fideicõmissum, sm Bar.p l.fideicõmissa, in prin.ff.de leg.3.& not.per eum in d.l.1.& l. Thais.
8 † Item aduerte, quòd donatio causa mortis nedum post mortem donantis concipi potest, sed etiam potest mortem alterius tertiæ personæ, {Vt si donet quis, post mortem filij sui uel fratris, aut alterius } ut traditur in l.qui pretio.in fin.& l. mortis causa filij.& l.nec fratris. ff. de dona. causa
9 mor. † Quid autem dices, si filiusfamilias donet causa mor
d tis de consensu patris, [d] quod facere potest, ut d.l. Thais. §.1 not.per glo.& Cyn.in l.senium. C.qui testamen. facere possunt. cuius pœnitentia, uel morte, patris uel filij reuocabitur, uel confirmabitur hæc talis donatio? dic plenè ut per Cy.in d.l.nec fratris, & per Bart.in l.1.ff. de don. Si autem filius donet causa mortis patri suo, non sufficeret in hoc patris assensus, ut determinat glo.in l.1.§. 1. uer. 1.
10 C.de auctor.præstan. † Vlterius quæritur, an hæc donatio inter uiuos sit contractus nominatus uel innominatus, & glo. communiter dicunt, quòd olim erat innominatus,
* hodie verò est contractus * nominatus, ut not. in l. fi.ff.de cond.ob causam.& l.iurisgentium.§.1.ff. de pac. & l. 2. C. de cond. ob ca. & l. pacta conuenta.ff.de contrahen. emp. Alij dicunt, quos sequitur Cy.in d.l.2. quòd olim & hodie fuit contractus nominatus, quia speciale nomen habet, nec stat in nomine generali, ut no. super rubri.C.de re.permu. Iacob. autem Butri.in d. l. 2. tenuit quòd olim & hodie sit contractus innominatus. dic ut ibi. Item iste contractus donationis inter uiuos secundùm aliquos est bonæfidei.
11 † Sed alij dicunt, quod est uerius, quòd est stricti iuris, ut refert Bar.in l.ædibus.ff.de dona.& est ratio, quia non re-
12 peritur nominatus in §.in bonæfidei.Insti.de actio.† Núc sequitur uidere de donatione coniugali, quæ duplex est. nam quædam est donatio facta propter matrimonium futurum, de qua loquitur titu. C.de dona. ante nuptias quædam quæ fit post matrimonium perfectum, de qua loquitur titulus. ff.& C.de dona.inter uirum & vxo. facit ad prędicta quod habetur in §.est & aliud.Insti.de dona. Quæ autem sit inter has donationes differentia, plenè no. Azo in tit.præal. Circa tamen donationem quæ fit post matrimonium inter coniuges, sed non propter ipsum matrimoniũ sed simplici amore & affectione eorum, est aliud attendendum, & regulariter talis donatio inter uiuos est ipso iure nulla, ne mutuo amore se spolient, ut in l. 1. cum multis sim.ff.de don. inter ui. & uxo. si tamen non fuerit expresse reuocata, morte donantis confirmatur, ut in l.1.& 2.C.de dona.inter.ui.& uxo.cum sim.ibi no. quæ confirmatio ita demum effectum habet, si res donata fuerit tradita, non autem simpliciter promissa, uel nudo modo donata.ut singulariter habetur in l.Papinianus.ff.de do.inter ui.& uxo.
13 † Trahitur autem hæc donatio morte confirmata retro ad id tempus, quo à principio fuit facta. quod est no. ut sic ualeat tanquam donatio mera inter uiuos, non autem tanquam donatio causa mortis, ut est tex in l.sed interim. §. si uxorem.cum §.seq.ff.de do.inter ui.& vxo.& nota.per Cy. in l.à marito.& l.donationes.C.de do.inter ui.& uxo. ideo que ut hæc donatio morte confirmetur, expedit, si legitimam summam florenorum quingentorum excedat, quòd fuerit insinuata, alias non confirmatur, ut est tex.in d.l.donationes.quod no. pro statutis, quæ aliquando prohibent
14 donationes infra summam maiorem fieri. † Ad unum tamen aduertendum, quòd licèt rerum donatio sit prohi-
* bita * inter coniuges, pignoris tamen remissio est concessa tam generaliter quam specialiter in alio contractu, ut in l.etiam, & l. iubemus. C. ad Velle. & ideo consuetum est, quando uir aliquam suam rem uendit, quæ eius uxori est pro dote obligata, quòd ipsa renunciet iuri pignoris & hypothecæ, quod in ipsa re habet, quæ renunciatio ita demum sibi nocet, si alia sunt bona, ad restitutionem ipsius dotis sufficientia, alias autem secus.ut no.per Dyn.& Bart.in l.Mæuia.§.fundus ff.sol.ma.& per Iaco.de Are.& Ray. in d.l.iubemus.& plenius per Ia.de Bel.in auth.ut immobili. ante nup.do.§.1.col.5.

ADDITIONES.

* Mortis causa. Adde Mar. Soc.Iun.in l.sciendum ff.de leg. 1. ubi etiam Ias.plenè huius donationis materiam tractat, & Ias.in l. stichus qui meus erit, nu. 19. & alijs seq.eo.tit.

* An hæc donatio. Adde, quòd in dubio præsumitur donatio inter uiuos: & sic est irreuocabilis, & non donatio causa mortis, nisi facta sit mentio mortis, quam conclu.amplia, etiam si donatio fieret ab infirmo in extremis constituto, quia non facta mentione mortis, adhuc censetur donatio inter uiuos secundum Ias. in l. quæ dotis, numero 27. 28. ff.solut.matr.ubi declarat, usque ad numerũ 49. cui adde Clar.§.donatio.q. 4.Viui.inter com. opin. libro quarto, uersi.donatio censetur, Suarez.lib.sent. uer.donatio, Rolan.consilio octauo, consilio 77. libro primo, consilio 61.lib. secundo, & dic, quòd donatio, in qua fit mentio mortis: & donans promisit eam ratam habere, & non contrauenire. non dicitur donatio causa mortis, teste Rolan.d.consilio 61.numero 43.44. libro secundo, pro quo ui de Ias.in l. non omnis. ff.si cert. pet. ubi ponit limit. Dec. consilio 305.columna 3.& consilio 521.numero 13. Quid si quis donauerit post mortem suam talia prædia Titio, & in uita ea alienauit, an illa sit donatio causa mortis, vide Ias.in l.stichus qui meus erit, numero 18. ff. de leg. 1. quando autem dicatur causa mortis, uel inter uiuos: dic, ut per Alexand.consilio decimoquarto, consilio 81. libro primo, Dec.consilio 470.Corn.consilio 223. libro primo, Nat.consilio 270. Ias. d.l. quæ dotis à numero 26. usque ad 48. & quando donatio causa mortis conuertatur in donationem inter uiuos: & per quæ uerba, uide Dec.d.consi.305. ad quod fac.quæ scribit Nat. consil. 115.numero 4. numero 5.& alijs seq. consi. 118. 123. Quid de pacto apposito in uerbis dispositiuis donationis causa mortis: [g] reuocari non possit, & dic, quòd aliqui dixerunt, quòd facit eam transire inter uiuos, secus si appositum in uerbis executiuis, teste Rolan. d. consilio octauo, numero 14. lib.1.cuius tamen contrarium tenet ipse ibi, numero 26. numero 37. qua in materia & an dicatur donatio causa mortis, quando effectus post mortem confertur & in eo fit mentio mortis, dic ut per Alex.consi.152. columna fi. nu. 10.lib.6.quę ut irreuocabilis fiat, remedium est, quòd fiat cum pacto, quòd nullo casu detur repetitio, & sit omnino

irreuocabilis, & effectum habeat donatio post mortem donatoris, aliqua reuocatione non obstante, secundum Dilec. de arte test. tit. 2. cap. 10. num. 4. ubi alia docet remedia ne pactum non reuocan. donationem uitietur, cui adde Ferrat. cautel. 30. Quæ omnia declara, ut per Rol. d. consi. 8. li. 1. per totum & pulchrè consi. 61. lib. 2. Dec. d. consil. 305. col. 3. Masuer.

✱ Contractus nominatus. Adde quòd hâc comm unem dicit Suarez. lib. recep. sent. ver. donatio, Ias. in l. qui Romæ §. Flauius. num. 11. ff. de ver. ob. in l. cum mota. colum. pen. num. 25. C. de transa. ubi dixi & in l. dedi tibi pecuniam, col. pen. in prin. ff. de cond. caus. dat. in l. iurisgentium, col. 3. & 4. ff. de pac. Clar. §. donatio q. 1. Masuer.

✱ Donatio sit prohibita, ad dicta Pap. in hoc uer. dum dicit non ualere donationes inter uir. & vxor. Adde quid dicen. de pacto inter coniuges facto, ut uno ex ipsis præmortuo sine liberis, superstes succedat, & vide Mising. cent. 2. obser. 33. Hypol. sing. 50. Quid de donatione facta côcubinæ, & dic, quòd donatio à priuato concubinæ fieri potest, secundum Rom. consi. 478. num. 3. l. donationes in concubinam. ff. de don. secus autem à milite, iuxta tradita per Ias. Rip. & alios in l. miles. ff. de re iud. Rom. consil. 43. 4. dub. idem procedere in clerico, ueluti Dei milite, dicit Bar. in l. affectionis. ff. de don. in d. l. miles, num. 4. ubi Ias. num. 15. Ang. consi. 171. Dec. consi. 132. Rip. in l. centurio. nu. 19. ff. de vulg. in l. si plagij nume. 13. ff. de uerbo. oblig. Capic. decis. 102. hoc autem non procedit in donatione remuneratoria, teste Anch. consi. 247. Bertr. consi. 176. nu. 14. lib. 3. Afflict. decis. 102. in milite autem armatæ militiæ, uide Rol. consi. 98. nu. 15. & seq. lib. 1. quod allegabam de anno 1569. coram excell. Taurin. Senatu, cum sustinerem nullitatem cuiusdam donationis factæ per militem suæ concubinæ, cuius donationis nullitas erat in fauorem D. Laurentij Viscarum Comitis. Masuer.

a Reuocare. de hoc plene per Ang. consi. 179. & Alex. consi. 14. & consi. 81.

b Inter viuos, uide Fran. de Are. côsi. 74. & per Alex. de Imo. consi. 14. in 1. uol.

c An donatio possit fieri absenti, uide per Alex. de Imo. consi. 168. in fi. in 5. uolum. & Fran. de Are. consi. 17. Rom. consilio 181.

✱ Donatio absenti. Adde quòd non ualet ea donatio facta absenti, non interuenien. nuntio uel epistola, etiam si donatarius aliquo modo certificetur, teste Cor. cõ. 254. & col. 1. lib. 3. Paris. consil. 88. num. 15. lib. 3. Capic. decis. 180. nu. 8. Rom. consi. 357. num. 10. & sing. 324. licet idem Rom. consi. 295. côtrarium teneat, & male, quia contra communem, pro qua dic, sufficere in hoc stipulationem notarij, ex qua de generali consuetudine absenti & ignoranti quæris, testis est Guid. Pap. q. 49. q. 222. Masuer.

d Patris. uide Old. consi. 27. per Lud. Ro. consi. 515.

✱ Patris. Adde, quòd licet aliqui uoluerint, patrem non posse suam autoritatem interponere, ut sibi donetur, inter quos est Guid. Pap. q. 223. Soc. consi. 112. num. 4. lib. 1. contrarium tamen tenet Castr. in l. qui in potestate, in fi. prin. ff. de testa. Alex. consi. 106. lib. 1. Soc. consi. 87. col. 2. lib. 1. quam communem & ueriorem dicit Alex. d. consi. 106. Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum, post prin. ff. ad Treb. Bertrand. consi. 506. num. 10. lib. 1. Sed quòd prima opi. sit communis, testatur Dec. consi. 512. in fi. & magis communem dicit So. d. §. quæsitum num. 6. Dec. consi. 145. col. 3. 279. num. 5. & dic, ꝙ licet q. sit dubia, prior tamen est communior, sed posterior verior, de qua uide quæ scribit Tiraq. de legib. connubial. glo. 8. num. 115. & Rom. consi. 512. in princi. consi. 515. ad dicta autem Pap. hic, & ad reg. quæ habet, descenden. mortis causa regulariter donare non posse: patris non accedendo consensu, sub cuius est potestate, l. tam is. §. filius ff. de don. caus. mort. Adde, quòd fallit ea reg. primò, in castrensi peculio uel quasi, fallit in aduentitijs, iuxta tradita per Rom. d. consi. 512. in prin. Aym. Crauc. consil. 39. num. 2. Paris. consi. 157. nu. 17. lib. 4. sed loquuntur tantum de alienatione inter uiuos, non de donatione causa mortis, in qua maior est difficultas, negatiuam tamen uti communem tenet Soc. consi. 112. lib. 1. pro qua uide melius Ias. in l. nemo. col. 3. uer. sed retenta communi C. qui test. fac. poss. Aym. consi. 92. post prin. quas omnes disceptationes tam primi, quàm secundi articuli de quo per Pap. hic, dirimit Dilec. de arte test. tit. 1. cap. 1. num. 3. 4. & seq. ubi inter alia remedia, dicit, quòd ut filiusfamil. etiam ipsi patri donare possit causa mor. remedium est, ꝙ filius patri donet cum authoritate iudicis, & si filius donet causa mortis extraneo consentiente patre, ne pater suum consensum reuocare possit, remediũ est, ꝙ pater promittat talē consensum non reuocare, notario pro absentib. & alijs quorum interest stipulante, & si filiusfamil. habeat patrem & auum necessarius erit consensus aui, alia autem remedia, puta si filiusfamil. peregrè profecturus de bonis maternis disponere uelit patre recusante præstare consensum, vide ibi per Dilec. d. c. 1. & in prædicto principali articulo, quæ scribit Crem. sing. 70. Catel. uer. filiusfamil. omniũ plenius Clar. §. donatio. q. 6. Masuer.

PVrè, merè. Hæc quidem donatio, ut dictum est, potest fieri purè, & in diem, ac sub conditione, sicut cæ-

✱ teri contractus, ac sub modo. * ut l. donatio. in princ. C. de don. & C. de dona. quæ sub modo l. prima, cum simil. ibi not.

ADDITIO.

✱ Sub modo. Adde Nicol. Moron. tract. de fid. treg. & pace par. 1. q. 20. num. 3. num. 6. num. 7. & seq. Aym. consi. 59. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas insinuationis quomodo sit requisita contractui donationis.*

2 *Insinuatio quid sit.*

3 *Donatio an vitietur deficiente insinuatione.*

4 *Donationibus pluribus factis ab eodem excedentibus summam à iure taxatam, an sit necessaria insinuatio.*

5 *Protest. &c. quod tot sunt donationes, quot res donatæ, an impediat concernationem.*

6 *Donatio ob causam, an requirat insinuationem.*

7 *Insinuatio an in tacita donatione sit necessaria.*

8 *Insinuatio in dote an sit necessaria.*

9 *Donatio facta sponte in iudicio per confessionem partis qu egeat insinuatione.*

10 *Insinuatio an in remissione iurium sit necessaria.*

11 *Insinuatio quo tempore debeat interuenire.*

12 *Renuntiatio facta iuribus loquentibus de insinuatione, an confirmet donationem.*

13 *Donatio alicuius scientia an egeat insinuatione.*

1 SOlemniter. † Hic est aduertendum, quòd licèt in alijs regulariter contractibus alia solemnitas extrinseca nõ requiratur, sed sufficiat partium interuenire consensum, ut in l. consensu. ff. de uerbo. oblig. tamen in hoc contractu donationis inter uiuos ad omnem suspicioné & fraudem euitandam, seu remouendam, ut dicit & probat text. in d. l. data. C. de don. quædam solemnitas requiritur, quæ insinuatio appellatur, ex eo sic dicta, quia partes patefaciunt iudici, talem se uelle facere & contrahere donationem, quæ insinuatio non indifferenter requiritur in omni donatione, sed in ea tantum quæ florenorum quingentorum summam excedit, ut l. in do nationibus. & l. sancimus C. de

2 donatio. † Videamus ergo pro huius pleniori doctrina, q̃d

a sit insinuatio ª Rñdei ꝙ insinuatio est quidã actus fiendus declaratorius, & denunciatorius, in quo iudicis ordinarij assensus petitur, & requiritur, ut probatur in l. donatio, in fi. l. donationibus. & l. an hac. C. de donat. nec propterea est ipsius

ipſius iudicis neceſſariũ decretum, ſed ſimpliciter conſenſus ſufficit, ſecundùm Bar. ut plene not. per eum de hac materia inſinuationis in l. Modeſtinus. ff. de don. arg. in l. omnium. C. de teſta. licèt Guil. de Cu. teneat contrarium in l. illud. C. de Sacroſan. eccle. Vnde conſulte faciet notarius, ſi in fine inſtrumenti apponet talem clauſulam { Quibus omnibus dictus dominus Iudex auctoritatem ſuam interpoſuit, & iudiciale decretum } nec credas quòd ſit neceſſe partes eſſe de iuriſdictione, ſed ſufficit quicunque iudex ſit, dumtamen habeat iuriſdictionem ordinariam, ut in l.
3 data. in fi. & l. in hac. C. de don. † Quid autem ſi deficiat hæc inſinuatio, an in totum uitiabitur ipſa donatio? dic quòd non, ſed ſolùm pro ea parte quæ legitimam ſummam excedit, ut in d. l. ſancimus. §. 1. quia regulariter utile per inutile non debet vitiari, ubi alterum ab altero poteſt eſſe ſeparabile, ut penius nota. per Dyn. in c. vtile per inutile. de reg. iur. lib. 6. & per Bart. in l. græcè. in §. illud. ff. de fideiuſſ. Eſt ergo regula, quòd quælibet donatio inter viuos exce-
✠ dens ſummam quingentorum aureorum debet * inſinuari, quæ regula fallit in pluribus. Primò in donatione facta pro redemptione captiuorum. Secundò in donatione facta de rebus mobilibus per magiſtrum militum, quem hodie capitaneum appellamus alicui de ſua ſocietate. Tertiò in illa donatione quæ facta eſt pro reparatione domus exuſtæ, vt habet per tex. in l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. & ibi not. per glo. Quartò in donatione Imperiali
b per eum alteri b facta, ut l. ſancimus. in prin. C. de don. Quintò in donatione ipſi Imperatori ab alio facta, in authen. Item à priua. C. de donat. Sextò in donatione propter nuptias quantum ad mulierem, licèt quò ad uirum, vbi eſt pactum de lucrando, egeat inſinuatione, ut traditur in auth. eo decurſum eſt. C. de don. ante nup. & not. in l. minoribus. C. eo. tit. Septimò fallit in donatione cauſa mortis, quæ tali inſinuatione non indiget, ut l. fi. C. de do. cauſa mor. & per hoc patet alia differentia inter utranque donationem. Octauò fallit in donatione, quæ fit ex cauſa re
✠ muneratiua, * circa quàm ſic plenius diſtingue, ut not. per Bart. in l. Attilius regulus. ff. de don. Aut iſta donatio re
✠ muneratiua * fit ex cauſa de præterito, & tunc non eget inſinuatione, ut in d. l. Attilius. Aut fit ex cauſa de futuro, & idem, ut in l. fi. in princ. C de iu. do. Aut fit ſimpliciter, & tunc eget inſinuatione, ut in d. l. donationibus, cum ſim. Sed licèt, ut dixi, donatio cauſa mortis propria non egeat inſinuatione, illa tamen donatio inter uiuos, quæ morte confirmatur, eget inſinuatione, ut eſt donatio inter uirum & uxorem, & ſim. niſi confirmaretur expreſſe in teſtamento per ipſum donantem, quia tunc aſſumeret vires potius legati quam donationis, & ſic non eſſet neceſſaria inſinuatio, ut d. l. donationis. C. de dona. inter uirum & uxorem.
4 † Pro declaratione autem præmiſſorum quæritur de quæſtione quotidiana contingente de facto. Ecce quòd aliquis fecit plures donationes, quæ ſimul coaceruatæ excedunt ſummam legitimam, & ſeparatæ ſunt infra ſummam legitimam, quæritur an ſit neceſſaria inſinuatio? Circa quod diſtingue, aut iſtæ donationes numero plures factæ ſunt eidem perſonæ, & ab eadem perſona temporibus diuerſis, aut eodem tempore ſimul. Si diuerſis temporibus factæ ſunt, de ipſis tanquàm de ſeparatis & diſtinctis diſponitur, ideoque ſi ſingulæ ſunt infra legitimam ſummam, non egent inſinuatione, aliàs ſecus, ut l. ſancimus. §. ſi quis autem per diuerſa tempora. C. de dona. Si uerò factæ ſunt eodem tempore, & tunc aut eſt donatio quæ recipit iterationem, & multiplicationem per tempora, ut donatio annua, aut eſt plurium rerum ſimpliciter ſine alia iteratione uel multiplicatione. Primo caſu ſubdiſtinguitur, aut donatio eſt perſonalis quæ extinguitur cum perſona uel morte donantis vel donatarij, & tunc de ea diſponitur tanquã de pluribus donationibus ſimpliciter ſeparatis. Aut eſt realis quæ tranſit ad hæredes, & tunc reputabitur eſſe unica tantum donatio pro omni tempore, & ſic fiet ipſarum coaceruatio, ut appareat an legitimam ſummam excedat, an non, ut hæc omnia habentur in d. l. ſancimus. §. ſi quis autem talem. Secundo caſu principali, quando fit donatio plurium rerum, puta domus, vineæ, & prati, nec recipit iterationem, tunc ſi facta fuerit ſimul clarum eſt omnium rerum fieri coaceruationem, aliàs ſecus, ut in iuribus ante-
5 dictis. † Sed dubitatur hoc caſu, ſi donans dicit in tali donatione, quòd tot ſunt donationes, quot ſunt res, prout quotidie dicunt notarij in huiuſmodi donationibus, an talis proteſtatio impedit coaceruationem? uidetur quòd ſic, argu. l. ſcire debemus. ff. de uerb. oblig. nam licitum eſt cuicunque ſuper re ſua legem imponere. l. legem. C. de pac.
c cum ſim. In contrarium c determinat Cyn. in d. §. ſi quis autem talem. & Bart. in d. l. Modeſtinus. ff. de don. Et eſt ratio, quia talis proteſtatio, & lex videtur adiecta in fraudem, & ideo nihil habet impedire, nec nocere ar. in d. §. ſi quis autem. & l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. facit l.
6 data. C. de don. & l. ſenatus. §. fi. ff. eo. † Quid de donatio-
✠ ne quæ fit ob cauſam, an in ea ſit neceſſaria inſinuatio? * diſtinguit Bart. in d. l. Attilius. aut fit ex cauſa de præterito, & neceſſaria eſt in inſinuatio; uel futuro, & tunc non eget inſinuatione. d. l. Attilius. & l. fi. in princ. C. de iu. do. adde
7 quæ ſupra dixi. † Deinde quia prædicta locum habent in donatione expreſſa, quæritur quid in tacita. puta quando ſoluitur ſcienter indebitum, uel cum dos per extraneũ datur animo donandi, ubi ſecundùm Bar. diſtingue, ut per eum not. in l. 1. ff. de do. Aut ſoluitur indebitum utroque modo ciuiliter, & naturaliter, & ſcienter ab utraque parte, & tunc eſt neceſſaria inſinuatio: quia in hoc attenditur cauſa tacita ab utraque parte, quæ tantum operatur quantum expreſſa, ut l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & argu. ad hoc in l. donationis. C. de cont. empti & l. imaginaria. ff. de re. iu. facit l. fi. in prin. per locum à ſpeciali. C. de iu. do. Aut indebitũ ſoluitur ex cauſa putatiua ignoranter ab utraq; parte, uel ex parte recipientis tantum, & tunc non erit propria donatio, ideoque non eget inſinuatione, & ſic debet intelligi opi. glo. & Iac. de Are. de qua habetur in l. 1. ff. de
8 do. & d. l. donari, de reg. iur. † In dote autem aliter eſt dicendum, nam aut dos cedit lucro ipſius mulieris, & tunc non eget inſinuatione: aut eius lucro non cedit, quia is qui dedit, eſt pactus in oẽm caſum ſibi reſtitui, & tũc eſt neceſſaria inſinuatio, ut in l. fi. C. de iu do. quibus adde quæ not.
9 in auth. eo decurſum. C. de do. ante nup. † Rurſum quæritur, quid in donatione facta per confeſſionem partis in iudicio ſponte factam, uerbi gratia, dum indebitũ peterem centum in iudicio à Sempronio, ipſe ſcienter confeſſus eſt ſe debere, an talis tacita donatio egeat inſinuatione? Doct. dicunt quod non, ſequitur Bartol. in l. quidam in iure. ff. de don. & hoc operatur iudicis præſentia, quæ præſentia & conſenſus operantur quandam inſinuationem, in qua ut dictum eſt, ſufficit ipſius iudicis ſola præſentia & conſenſus, nõ autem requiritur decretum. licèt ſit impropria in caſu iſto inſinuatio, quia iudex non informatur, nec inſtruitur, an partes uelint donare, & ſic ignorat quid per eos agatur, cuius contrarium fit in propria & mera inſi-
10 nuatione. † Quid autem dices in remiſſione iurium, uel pacto de non petendo liberaliter facto, an erit donatio, & ſic egeat inſinuatione? dic quòd non, etiam ſi actum ſit extra iudicium ex cauſa lucratiua, ut in l. ſi donationis C. de don. & determinat glo. in l. fi. C. de Mace. pro qua facit l. quidam in iure. in princ. ff. de dona. & quod no. per Bart. in
11 d. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouatio. † Poſt prædicta adhuc quæritur, an hæc inſinuatio fieri debeat tempore donationis, an ſufficit quòd etiam poſt donationem interueniat? Et videtur, quòd ſit neceſſe fieri inſinuationem tempore donationis, ar. in l. obligari. §. tutor. ff. de auct. tut. & quod no. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hæ. & in c. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. In contrarium determinat Bar. in d. l. Modeſtinus. ff. de don. per tex. in l. fi. §. pe.
12 C. de dona. ante nup. quod multum nota. † Vltimò circa præ-

præmissa quæritur, quid si facta est donatio sine insinuatione, & partes renunciauerunt [d] expressè omnibus legibus quæ de insinuatione loquuntur, an per hoc confirmabitur donatio, uel infirmabitur? Communiter omnes Doct. dicunt, quòd talis renunciatio nil operatur, ut refert Cy. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. Et fit ratio, quia legi prohibitiuæ alicuius contractus, uel dispositionis sine certa mediante solennitate non potest renunciari à partibus, ut patet in testamento in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & in alienatione rerum ecclesiæ, ciuitatis, uel pupilli. l. quidam decedens. ff. de adm. tu. l. 1. C. ne fideiuss. do. den. & ibi no. Nam hæc solennitas insinuationis est inuenta etiam in aliorum, quàm ipsorum contrahentium fauorē, ut d. l. data. C. de dona. de qua renuntiatione & alijs plenè traditur per glo. in auth. ut sine proh. ma. cre. §. quia uerò. col. 7. & ibi per Iaco. de Bel. Voluerunt ergo iura prouidere, ne quis effundere possit patrimonium suum inconsulto iudice per uiam indiscretæ donationis. Nam, ut inquit Tullius in lib. de offic. {Multi patrimonia effuderunt inconsulte largiendo} vnde iudex aditus super donatione non debet, ut faciunt ignorantes, ex abrupto, & præcipitanter assentire donationi, sed debet inuestigare & quærere ab ipso donante qua de causa mouetur ad donandum, & reprehendere ipsum si causa non sit sufficiens, & eundem admonere quod lex inquit, quòd donare est perdere. l. filiusfa. in princ. ff. de don. & quòd melius est alijs reseruare quàm se perdere, ut scribitur in epistola Bernar. ad Raymundum. Ex talibus enim donationibus plerunque mala producuntur. Nam, ut inquit idem Tullius {Sequuntur largitiones rapinæ, & cum egere inceperint alienis bonis manus inferre coguntur, & maiora sunt odia eorum quibus ademerunt, quàm fauores eorum quibus dederunt. &c.

33 † Sed quid dicam de donatione præsentis libelli quam filio meo, & in consequentiam toti notariorum collegio facio, quam quidem donationem summam flor. quingentorum excedere non dubito, an requiratur in ea insinuatio? Et utique dico quòd non, quia est quædam donatio legalis scientiæ, quæ non recipit æstimationem, ut l. 1. §. 1. versi. fina. ff. de va. & extraord. cog. prædicta autem loquunt in rebus quæ æstimationē recipiunt. Exultent itaq; tali donatione iuuenes cupidi huius doctrinæ. nam ammodo facilius ad eam peruenient in triennio, quàm facere cōsueuerant in decennio, & rogo ut donantis defendant honorem à morsibus detrahentium; qui enim detrahit * fratri suo homicida est. ut 6. q. 1. ca. summam, licet, ut inquit Grego. Deus aliquando permittat malos in bonorum detractionem, & obiurgationem prorumpere, ut si qua gloria ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantiū suffocetur: ut in d. 6. q. 1. cap. sunt plurimi. nec credat quis quòd effugere per hoc intendam prudentiorum correctionem, aut suppletionem, uel emendationem; quia his omnibus me humiliter summitto, cùm omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, potius sit diuinitatis, quàm humanitatis. ut in l. secunda, §. tanta. C. de ue. iur. enuclean.

ADDITIONES.

* Aureorum. Adde, quòd 96. aurei faciunt libram auri, secundum Ias. in l. in eum, colum. 1. in princip. ff. de in ius voc. ubi loquitur de donatione ultra quingentos aureos an ualeat sine insinuatione: & concludit hodie ualere etiā ultra 700. de quo uide eundem in l. 2. §. ex his. nume. 16. ff. de uerbo. obliga. ubi dixi aliqua de donatione excedente 500. aureos: an vitietur sine insinuatione, & ibi quid si sit iurata, Quæ omnia plenè examinat Clar. §. donatio. q. 15. 16. doc. in apostil. ad Rom. consil. 12. consil. 26. & licet aliqui dixerint, ut Bar. in l. sancimus. C. de don. in l. nemo potest, de leg. 1. defectum insinuationis nō posse purgari per renunciationem etiam iuratam, contrarium tamen uerius esse dixit Rol. consi. 39. num. 38. lib. 1. post Dec. consi. 432. colum. pen. consi. 488. colum. 2. 536. colum. pen. Paris. consi. 33. colum. 7. lib. 3. consi. 36. colum. 10. consil. 69. colum. 10. eodem lib. consi. 16. col. 16. lib. 2. Quibus adde, quòd licet aliàs donatio quæ excedit summam quingentorum aureorum sine insinuatione non ualeat: mutua tamen seu uicissitudinaria donatio non eget insinuatione, secundum Ias. in l. si pater puellæ. numero 3. C. de inoffi. testam. Masuer.

* Remuneratiua. Adde Ias. in l. ex hoc iure. numero 53. & seq. ff. de iust. & iur. ubi donationis remunerat. materiam tractat.

* Remuneratiua. Adde, quòd donatio facta ob certa & remunerabilia merita reuocari non potest, nec eget insinuatione, secundum Alex. consi. 54. col. pen. lib. 4. Rolan. consi. 13. num. 24. lib. 3. l. Attilius regulus. ff. de don. cui adde, quod concessio remuneratoria, non dicitur mera donatio, uel liberalitas, teste Alex. consi. 316. colum. pen. lib. 2. & ideo videmus, quòd licet insinuatio requiratur in simplici donatione, secus tamen in remuneratoria, d. l. Attilius l. si pater. §. fi. uersi. irreuocabilis, eo. tit. plura alia in materia actus remuneratorij vide per Rol. d. consi. & ibi num. 30. quòd donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed quædam quasi permutatio, l. sed si lege §. consuluit ff. de pet. hær. & quod dispositio l. si unquam C. de reuoc. don. non habeat locum in remuneratoria, quia non est proprie donatio, testis est Alex. consil. 162. colum. 2. in fin. lib. 6. consi. 40. num. 13. lib. 4. communem dicit Rol. d. consi. 13. num. 31. lib. 3. qua in materia adde facere, quòd licet donatio remunera. indigeat insinuatione, expressio tamen causæ in ea requiritur, ob quam sit facta, quæ concl. fallit si merita à donatario postea probentur, uel iuramentum intercesserit, quo casu, quæ probatio sufficiat, dic, ut per Mising. cent. 4. obser. 75. Masuer.

* Insinuatio. Adde, quòd in donatione ob causam non requiritur insinatio: sicut requiritur in donatione simplici, teste Alexand. consilio 22. numero 5. libro 1. ubi Doct. in apostil.

* Detrahit. Adde Rom sing 678.

a Quid est insinuatio. vide Bal. in l. sancimus. C. de diuer. re. per Bal. in l. Modestinus. ff. de dona. Ang. consi. 281. incip. uisis instrumentis. Pau. de Cast. consi. 309.

b Alteri, idem dic si sit facta ab alio inferiori domino, ut uoluit Oldr. consi. 200. & post eum Ro. consil. 90. latius per Alex. in consi. 158.

* Alteri. Adde Bartol. in l. 3. §. planè. ff. quod vi aut clam. & quando possit princeps alienare bona principatus, seu imperij in præiudicium successorum, & quando teneat contractus per eum celebratus, uide Fel. in cap. 1. vbi Dec. de proba. Rom. consi. 59. colum. 4. Rolan. consi. 6. numero 50. colum. fi. lib. 3.

c In contrarium. Adde Old. consi. 253.

d Renunciauerunt, an insinuatio omitti possit etiam cum iuramento, vide per Fran. de Are. consi. 77. & ibi apud quē debeat fieri insinuatio, & an possit fieri mortuo donatore per eundem consi. 123.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter uiuos an reuocetur.*
2 *Donatio facta per patrem an possit reuocari per filium.*
3 *Donatio quæ reuocatur per filium, an in totum reuocetur.*
4 *Filio volente reuocare donationem patris an sit necessarium proponere querelam inofficiosæ donationis.*
5 *Renunciatio facta per patrem in instrumento donationis filijs non nocet, quantumcunque sit iuramento uallata.*
6 *Reuocatio donationis an possit fieri per filium in uita patris.*
7 *Filius an possit reuocare venditiones factas per patrem in præiudicium suum.*
8 *Filius institutus & agnoscens hæreditatem, an possit reuocare donationem patris.*

9 *Legatum eiusdem rei factum post donationem an deroget donationi.*
10 *Testes quot requirantur in donatione causa mortis.*
11 *Hares an possit reuocare donationem non reuocatam ex legitima causa per defunctum.*
12 *Substitutio an habeat locum in donatione.*

1 IRreuocabiliter. † Aduerte hic, quòd donatio inter ui-
2 nos regulariter non potest reuocari,[a] ut in §.perficiun
tur. Inst.de don.& l.si donatis.C.de do. Fallit in certis casibus qui habentur & no.in l.fi.C.de reuo.don. quorum primus est, si donatarius atroces iniurias intulit in ipsum donantem. Secundus est, si in eum manus impias inferat uulnerando, uel percutiendo. Tertius est, si in eius substantiam iacturam inferat. Quartus est, si periculum sibi attulerit perditionis uitæ. Quintus, si is, cui facta est donatio, pacta & conuentiones appositas non seruauerit. Sextus dicitur ibi per gl. si donans effectus fuerit adeo pauper quòd se alere non possit, & donatarius cùm possit ipsum alere, recusauit. Quos casus enumerat etiam tex.in cap.fi. de do. Septimus casus est, quo donatio reuocatur, uidelicet si tempore donationis ipse donans nullos habet liberos, & post factam donationem liberos suscepit, ut est text. in l.si
✱ unquàm.* C.de reuo.con. Quid autem dicemus de eo, quod fit quotidie in instrumẽtis donationũ, in quibus donans renunciat ne possit suam donationem reuocare prætextu ingratitudinis, uel superuenientia liberorum & prædictorũ
✱ casuum, an hæc renunciatio excludat* eum à potestate reuocandi in aliquo superueniẽti casu de prædictis? Dic breuiter quod sic secundùm omnes prædictos Docto. ut determinat Bar.in l.1.C.de inoffi.do.argum.in l.qui in.ff.de test. mil.& similiter Cy.ibi, & etiam Bart.in l.Titia Seio.§. imperator.ff.de leg.2.cùm enim casus præmissi excipiantur à regula fauore ipsius donantis, ideo suo fauori potest renunciare per regulã generalem. d.l.si quis in conscribendo. de pac. Fallit in casu existentium liberorum, ut infra dicetur. Et quæ de reuocatione dicta sunt, & de renunciatione, procedunt quantum ad ipsum donãtem, quo autem ad præiudicium alteri generandum ex donatione, proce-
2 dunt quæ statim subijciuntur. † Ideo quæro, an filius donantis, ante uel post donationem natus, possit donationem factam per patrem alteri personæ reuocare? dic breuiter, quòd si fuerit inofficiosa, poterit reuocari & infringi. Dicitur autem inofficiosa, si per eam filius priuetur sua legitima, ut habetur in l. si totas. C. de
3 inoffic.dona. † sed hic insurgit dubium, an eo casu reuocetur in totum, an solum usque ad legitimam suam, super quo sunt uariæ opi. Doct. ut refert Cyn.in l.1.C.de inoffi. don.& etiam Barto.in l. Titia Seio. §.Imperator ff.de leg. 2. quorum omnium recitatio prolixa esset, & ego sæpe pollicitus sum, quòd præsenti opusculo conclusionibus potius quàm sermonibus uti intendo: quidam ergo uoluerunt dicere, quòd in totum fit reuocatio per l. Titia.§. Imperator.præalleg.& l.si unquàm.C.de reu. don. Alij dicũt usque ad legitimam per l.si totas.C.de inoffi.don.& l.si liqueat.eo.tit.& in auth.unde si parens. C. de inoffi. testam. Alij uerò distinguunt, aut donatio est facta filio, aut extraneo, primo casu reuocatur usque ad legitimã tantum. In secundo subdistinguitur, aut fuit inofficiosa re & consilio, & reuocatur in totum, ut in d.§. Imperator, aut fuit inofficiosa re tantum, & tunc usque ad legitimam, ut in d.l.si totas, cum sim. Alij ut Dyn.distinguunt, aut donatio præcessit natiuitatem filiorum, aut sequuta est. Primo casu, aut donatio fuit facta alteri filio, & tunc reuocatur usque ad legitimam.ut in d.l.si totas.cum sim. Aut extraneo, uel liberto, & reuocatur in totum, ut d.l.si unquam. Secundo casu, quando fuit facta post natiuitatem filiorũ, tunc subdistinguitur, an sit inofficiosa re & consilio, uel re tantum, ut supra dictum est. Alij autem dicunt considerandum esse, an sint factę plures donationes, an una tantum. Primo casu reuocatur posterior. Secundo casu aut est facta in alium filium, aut in extraneum, sed Bar.omnium ultimus dicit aliter in d.§.Imperator. distinguẽdo sic, aut quæritur de reuocatione quæ fit ex præsumpta uoluntate donantis coniecturata per legem propter superuenientiam liberorum. de qua loquitur d.l.si vnquàm. cum sim. Aut quæritur de reuocatione quæ fit contra uoluntatem donantis, de qua loquitur ti.C. de inoffi.do. Primo casu, aut donatio fuit collata in extraneum uel libertum, & tunc propter superuenientes liberos reuocatur, ut d.l.si unquam.etiam si fuerit beneficio d. legis renunciatum, ut infra dicetur. Aut fuit collata in alterum filium & tunc reuocatur usque ad legitimam tantum, ut in d.l.si totas. cùm sim. Secundo casu principali, cùm quæritur de reuocatione quæ fit per tit.de inoffi. do. tunc subdistinguitur, aut donatio fuit collatã in aliquem filium, & reuocabitur usque ad legitimam tãtum quouis modo fuerit inofficiosa, ut in d.l.si totas.& d.l.si liqueat. aut fuit collata in extraneum, & tũc aut ipsi filio, qui vult reuocare, fuit aliunde aliquid relictum, & tunc non reuocatur in totum, sed solum agit ad supplementum legitimæ, ut l. omnino. C.de inof.test.& no.in l.1.& l.fi.de inof.i.do. aut nihil fuit eidem relictum, & tunc donatio fuit inofficiosa re & consilio, & reuocatur in totum, ar.l.si libertus. §. pe. ff. de iure pat.aut fuit inofficiosa re tantum, & tunc reuocatur usque ad legitimam tantum, & sic intelliguntur l.1.2.& 3.& l.cũ donatio. C. de de reuo. do. & hoc modo saluantur, & ad
4 concordiam reducuntur opin. prædictæ. † Sed nunquid sit necesse in prædictis casibus proponere querelam inofficiosæ donationis? Breuiter dic secundùm Barto. quòd si fit reuocatio propter superuenientes liberos, tunc illa fit ipso iure legis potestate, per d.l.si unquàm. adeo quòd res donata potest condici & uendicari, & ibi no.& in d. l. fin. C.de inoffi.don. In alia autem reuocatione, quæ fieret tanquam inofficiosa, opus esset querela, quam querelam proponere necesse est infra quinquenniũ ad exemplum inofficiosi testamenti, ut est text. in l. fina. C. de inoffi. do.
5 † Patet ergo ex præmisis, quòd renunciationes, quæ fiũt quotidie in instrumentis donationum, non nocent filijs
b etiam si fuerint iuramento[b] uallatæ secundùm Bart. quia quotiescunque contractus infirmatur fauore alterius, iuramentum contrahentium nil operatur in alterius dispendium, ut in ca.quamuis. extra de iureiu.sed solum operatur quo ad damnum & præiudicium ipsius donantis & renunciantis, in omnibus casibus supra enumeratis prætterquam in casu superuenientium liberorum, de quo loquitur d.l.si unquam. in quo casu dicit se consuluisse simul cũ Cy.quòd dominio recuperato. non obstante iuramento poterit hæc donatio per ipsummet donantem reuocari tãquam inofficiosa, per tit. de inoffi. do. Et est ratio secundum eos, quia in tali donatione inerat ista tacita cõditio, si liberos non habuerit, quæ coniecturatur per legem ex præsumpta ipsius donantis uoluntate, ut in d.l. si unquam, sicut alias in simili lex coniecturatur ex tacita mente defuncti hanc conditionem non existentium liberorum inesse in substitutione, ut in l.cum uirum, alias l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. ff.de conditio. & demonstra. quæ quidem conditio ita est in ipso iuramento, sicut in donatione, ergo defecta conditione deficit iuramentum, argum.l.fina.C.de non num.pec. & ff.ad muni.l.fina.in prin.& l.fi.ff.qui satis.cog. & eorum quæ dicuntur de eo qui iurauit non uenire contra arbitramentũ, ut in cap. Quintauallis. de iureiur.per Iun. & in l.si libertus.ff. de oper.liber.& in l.societatem. §.arbitrorum.ff.pro soc.quod multum nota.& cum hac determinatione intellige quæ supra dicta sunt de renunciatione. Sed circa hoc quæro, pone quòd filij nati sunt, & sic locus est renunciationi, ut dictum est, qui tamen statim mortui sunt, nunquid confirmabitur donatio? In hoc Mar.de Fano.arguit pro & contra, & primò uidetur confirmari per l. posthumus, in princip.ff.de iniu.rup. & irri. testa. & l. fœminæ. in fin.C.de sec. nupt. & per regulam, cessante causa cessat effectus, ut in in c. cum cessante. extra de appe. In opposi-

tum

tum facit, quia sicut actio uel obligatio semel extincta nō resuscitatur, ut in l. qui res. §. aream. ff. de sol. ita nec donatio l. Maevius. §. duobus. ff de leg. 2. pro quo uidetur tex. in l. 4. C. qn̄ di. le. l. qui libertinos. §. amissi, de oper. li. ced. & hanc partem sequitur Bart. Nec ob. d. l. posthumus quia loquitur in casu quo specialiter est prouisum per aequitatē prętoriā, quę prouisio nō reperitur sic facta in isto casu

6 † Sed an ista reuocatio poterit fieri in uita ipsius patris per filiū. p d. l. si unquam? uidetur quòd sic, quasi defecta cōditione, ut saepius tactum est. Breuiter sic est dicendum, aut pater uult ipsam reuocare tanquàm defecta conditione, & potest, ut supradictum est: aut filius vult infringere eam tanquam inofficiosam, & tunc non potest uiuente patre, secundùm quod determinat Cyn. in d. l. 1. C. de inoffi. do. Et est ratio, quia quis non debet esse solicitus de haereditate uiuentis ut in l. qui superstitis. ff. de acqui. haere. Item quia haec querela sapit naturam querelae inofficiosi testamenti, quae solum post mortem intentatur, ut l. fina. C. de inoffic. dona. ergo &c. pro hoc facit etiam lex prima. §. si impube-

7 ri. ff. de colla. bon. † Quid si pater per uiam uenditionis

c bona sua dissipauit & alienauit, [c] nunquid filius poterit per eam reuocare, sicut de donatione supradictum est? aduerte, ista est quaestio, quam format Cyn. in d. l. 1. de inoffi. do. in qua sic breuiter dic, aut uenditio fuit fraudulenta & simulata, & pro minori pretio facta, & tunc pro ea parte, pro qua est ultra legitimum pretium, uidetur esse quędam donatio, & reuocabis, ut ff. de do. inter vir. & uxo. l. si sponsus. §. circa. aut non est simulata, tunc aut est deceptio ultra dimidiam iusti pretij, & tunc reuocatur de iure communi, ut in l. 2. C. de rescin. uen. aut non continet deceptionem in pretio antedicto, & tunc secundùm quosdam si pater habuit animum fraudandi filios, licet emptor non participa

d uerit [d] in fraude, reuocabitur per l. non usque. ff. si à parentis quis fue manu. Alij dicunt, quod de necessitate requiritur, ad hoc ut reuocatio admittatur, quòd emptor fraudē participet, arg l. qui autem. §. simili. & §. hoc edictum. ff. quae in frau. cre. & l. vlt. eod. tit. Ad l. non usque, respondetur, quòd illa lex loquitur in liberto, nō autem in ingenuo,

8 & hanc partem sequitur Cyn. † Sed pone quòd filius fuit à patre haeres institutus, & agnouit haereditatem, an poterit nihilominus reuocare donationem tāquàm inofficiosam? dicit Barto. quòd sic, agendo ad supplementum legitimę, argu. in l. 1. & 2. C. si quid in frau. pa. & l. cum à matre. C de rei vend. & l. scimus. §. in computatione. in gl. mag. C. de iur. deli. cum sim. Viso de reuocatione donationis inter uiuos, uideamus quibus modis reuocetur donatio causa mortis & quidem multis modis, inter quos connumerantur, quando is, cui collata est donatio, praemoritur ante donantem, ut l. si à filio, & l. si mortis causa, in fin. ff. de dona. causa mortis, & alijs etiam modis qui nota. per glo. in l. 2. C. de iu. dona. Item poenitentia sola ipsius donantis fit reuocatio. l. qui mortis. & l. senatus. §. mortis causa. ff. de do-

9 na. cau. mor. † Quid ergo si aliquis donauit fundum alicui causa mortis, deinde in testamento eundem fundum alteri legauit, quis eorum praefertur? dic quòd legatarius, quia postea alteri legando uidetur poenitere prioris donationis factae, ut probatur in l. cum pater. §. mater. de leg. 2. & ibi per glo. nec mirum, quia haec donatio sapit naturam legati. l. Marcellus, in fi. & l. si debitor, in fi. ff. de do. cau. mor. vnde sicut in legatis vltima derogant prioribus, sic & hic.

10 l. si mihi & tibi. §. in lega. de leg. 3. † Sed ultra quaeritur, quot testes requiruntur in donatione causa mortis? dic quinque, sicut in codicillis. ut l. fin. C. de don. cau. mor. & l.

11 fina. C. de codicil † Quid si donatio non fuerit reuocata, cùm reuocari à donante potuisset ex aliqua legitima cau

* sa, an haeres * eius poterit eam reuocare? dic quòd non, per tex. in l. fin. C. de reuo. do. & no. per Cyn. in l. 1. C. eo. titu.

12 † An autem possit substitui in utraque donatione, dixi supra quòd sic, ut in l. quoties. C. de don. quae sub modo. & l. prima, & ibi per Cyn. C. de donatio. causa mortis, & l. si cui mortis, in princ. ff. eod. duntamen si fiat donatio extra testamētum, adsit praesentia substituti, uel alterius eius nomine recipientis; ubi verò fieret in testamento, tunc non esset necessaria substituti praesentia, ut nota. per Cy. in d. l. 2. C. de do. cau. mor.

ADDITIONES.

* L. si unquam. Adde, an dispositio d. l. locum habeat in filio legitimato, & dic, vt per Ias. in rub. num. 4. ff. de lib. & posthu.

* An haec renuntiatio excludat. Adde Rom. consilio 269. columna 1. circa med. ubi quod per generalem renuntiationem beneficio d. l. si unquam, derogatum non intelligitur, quem sequitur Soc. consi. 147. num. 12. lib. 1. consi. 53. lib. 4. Rui. consi. 98. post num. 22. consi. 173. post num. 14. lib. 1. consi. 60. nu. 17. l. b. 3. Rip. rep. d. l. si unquam, q. 52. Paris. consi. 73. nu. 50. lib. 1. quibus adde, Patrem donañ. beneficio d. l. expresse renunciare non posse, ex Roma. d. consi. 269. in fi. & hanc magis communem, veriorem & benigniorem dicit Paris. d. consi. 73. nu. 31. & seq. & nu. 49. lib. 1. cuius contrarium uoluit aliquando idem Rom. consi. 263. dub. Ias. in l. pen. num. 8. C. de pact. Bertr. qui dicit communem consi. 179. li. 2. In no. Nec obstat, quod alia uideatur communior per Paris. d. consi. 73. quia contrarium tenet Rip. d. l. si unquam q. 52. vbi Tiraq. in praefat. nu. 88. & quam posteriorem communiorem dicit Bertr. consi. 32. 3. dub. lib. 3. in antiq. de quo uide Rom. d. consi. 26. colu. 2. ver. ad tertium, ubi sustinet affirmatiuam, & sequitur opi. Bar. Rol. de dote q. 87. nu. 6. consi. 11. lib. 1. Rip. resp. 138. col. fi. Por. com. opi. lib. 2. concl. 35. Nat. consi. 125. ex quorum dictis cessant Rom. disputationes. d. consi. 26. qui loquitur in donatione remuneratoria, & dic, quòd text. in d. l. si unquam, locum habet, etiam quòd donata non fuerint omnia bona, sed res notabilis aestimationis tantum, quae donatae verisimiliter non fuissent, si pater de tali casu cogitasset, teste Dec. consi. 366. col. pen. & locum non habet in donatione remuneratoria, secundum Dec. consi. 20. ubi disputat, an merita in specie exprimi debeant, uel sufficiat generalis specificatio, item limita, ut per eundem Dec. consi. 181. col. fi. quòd autem iuramentum non tollat tacitam conditionem d. l. si unquam, not. idem consi. 240. nunquid autem locum habeat, quando filius naturalis legitimatur, dic, vt per eundem consi. 395. 366. pro quorum omnium pleniori intelligentia, vide Bar. in l. Titia. 2. §. Imperator. de leg. 2. Ias. in l. 1. C. de pact. in l. Gallus. §. & quid si tantū col. 3. de lib. & posth Alex. consi. 29. col. vlt. lib. 3. Ias. consi. 225. lib. 1. vbi dicit, cum iuramento posse donañ. renunciare dispositioni d. l. quod videtur esse contra communem supra relatam, quae benignior videtur per rationem d. l. ibi, filios nō habens, & ibi, susceperit liberos, & contraria opinion nititur nisi iuramento, quod est tanquam herba bethonica, ut dicit Cur. Iun. consi. 65. col. vlt. Quod quidem regulariter non operatur nisi habeat tres Comites veritatem, iudicium & iustitiam, iuxta tradita per Bal. & doc. in auth. quod eis C. de nup. c. & si Christus, extra de iureiur. sex. in c. animaduertendum. 22. q. 2. & ideo in casu d. l. nec in alijs tam passim, aut percipitanter operari non deberet quicquid dicant doc. in c. cum contingat, de iureiur. & in c. quamuis. de pac. lib. 6. de quo per doct. ad Alexan. consil. 27. colum. 2. lib. 1. consi. 89. numero 5. libro 7. Catel. uer. iuramenti religio, colum. 6. Cyn. in authen. sacramenta puberum C. si ad. vend. & propterea laudatur Marchionalis Saluciarum patria, in qua nullum in contractibus iuramentum apponitur, sed resoluto contractu, contrahentes se subscribunt, nihil enim uiriū contractus minuit iuramenti omissio, cum iuramentum non sit de illius substantia, quinimmo nec de illius natura, sed solum de accidentalibus, & eo casu quae non sunt de substantia omitti possunt l.

cum

cum precario.ff.de precar.l.pacta conuenta.ff.de contrah. emp. quod quidem iuramentum obligationem non auget, uel minuit, sed solum addit uinculum religionis, teste Dec. consi. 140.num.2.356.num.5.408.num.7.num.10. in prædicta autem principali q. Adde Ias.in d.l.si quis in conscribendo,num. 8. C.de pac.& dic, quòd de hoc latè disputat Clar.§.donatio q.21.ubi dicit,quòd articulus est dubius,& periculosus, sed magis communem opi. stare pro affirmatiua, negatiuam tamen uti benigniorem & æquiorem sibi semper placuisse,& pro ea fuisse iudicatum, qua in re distingue,ut latius per eum ibi,& per Gabriel.com. opi. lib. 3.tit.de don.conclu. 2.in materia autem d.l.si unquam,& in qua donatione locum habeat,& per quorum liberorum superuenientiam reuocetur, vide Alex.consi. 40. lib. 4. & an locum habeat ubi ex causa dotis donatur filiæ per patrem,seu per extraneum ex cã dotis, uide Ias.consi. 171.li. 4.& an habeat locum in filijs legitimatis, uel in parua re donata: uel in donatione facta ex causa remunerationis: dic, ut per Dec.consi.365.366.& quòd non habeat locum in renunciatione hæditatis pro certa quantitate facta,quæ dicitur repudiatio,testis est Rui.consi. 170.lib.2.quam tamen locum habere dicit in donatione rei particularis,etiã iurata,idem Rui.consi.107.lib.1.maximè in re,quã verisimiliter non donasset,si filios se suscepturum putasset, Rui. consil.124. lib.1.& qui, locum habere in donatione omnium bonorum, seu rei particularis etiam iurata scribit d. consi. 170.lib.1.neque habere locum in donatione ob causam, nisi quatenus sapit causam lucratiuam vt ibi, quid in donatione remuneratoria,& vide eundem Rui. consil.60. lib.3.quando verò locum non habeat, & quando ei renunciari possit,not.idem consi.173.lib.1.& qui, eam locum habere,quando alteri filio facta fuit,nec in legitima firmam manere,si fuit facta spurio,testis est idem Rui.d.consi.324. de cuius l.si unquam,intellec.uide quæ idem ponit consi.2. consi.6.lib.3.consi.101.lib.1. Masuer.

✱ An hæres. Adde,an facultas reuocandi donationem quam habet donator transeat ad eius hæredem,& dic,ut per Ias. in l.qui se patris.nu.44.C.vnde lib.

a Reuocari. Quibus modis donatio inter uiuos potest reuocari. vide Franc.de Are.consi.74.

b Iuramento. Adde Oldr.consi.238.& consi.173.& per Roma.consi.26.& ibi de clausula quòd prætextu ingratitudinis,& quando talis donatio non possit reuocari.

✱ Iuramento. Adde Rom.consi.269.in prin.ubi in casu suo donationis euacuationi non refragatur adiectio iuramenti,ex rationibus ibi alleg. quem sequitur Dec. consil. 180. in fi.345. numero 2.350. numero quinto, 374. columna tertia,379.colum.pen.408.numero 11. in l.non omnis,columna 3.ff.si cert.pet.in l.secunda,lec.vlt.§. si, num. 38.eo. tit.in l.si donatione numer.27. C. de colla.Paris.consi.73. num.12.48.lib.1.Rip.d.l.si vnquam,q.3.& respon.25.num. 27.ubi dicit communem, pro qua fac. quæ scribit Roma. consi.472. Tiraq.d.l.si unquam.num.173. Masuer.

c Alienauit. an talis cautela quæ fit ut filij priuentur legitima ualeat,uide per Ro sin.suis fol 18.

d Participauerit, uide Lud.Ro.consi.246.

SVMMARIVM.

1 *Omnis rei,cuius commercium haberi potest,donatio valet.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum an ualeat.*

1 DOmum vnam. † Fuit ergo donatio rei particularis quæ proculdubio ualet, quia omnis res cuius sit cõmercium,uel quæ uendi potest,donari potest,ut l. ædibus.
2 §.fin.ff. de don.† Quid ergo si fuerit generalis & uniuersalis donatio omnium bonorum, an ualebit? dic quòd si est facta omnium bonorum præsentium tantum,tunc ualet. si autem fuerit facta tam præsentium quàm futurorum, prout sæpius fieri uidi in Monteferrato & Pedemontium, tũc non ualet,quia per eam libera testandi facultas aufertur, ut determinat Bart.in d.l stipulatio hoc modo. ff de uerb. oblig.& Cyn.in l.fin.C.de pac.consilium ideo est,ut in hac generali donatione ipse donator sibi seruet ✱ aliqua bona, in quibus possit testari,& uide circa hoc quæ scripsi supra in tit.de societate,& eius libelli forma.

ADDITIONES.

✱ Donator. Adde an donans reseruato sibi vsufructu teneatur cauere de utendo fruendo, & dic, ut per Ossasc.decis. 153.ubi num.2.dicit senatum censuisse, stañ. esse cautioni iuratoriæ mulieris donañ.cum hypotheca bonorum, per tex.in l.filio.ff.vt leg.no.caue. de quo uide quæ scribit Rolan.consi.37.num.24.26.lib.2.ubi quòd usufructuaria,quę donauit res reseruato usufructu: etiam non præstita cautione facit fructus suos. Masuer.

✱ Sibi reseruet. Adde, quòd cum euenisset casus in hac materia,respond.ut infra, quidam Sempronius dum uiueret: donans dixit in hæc uerba,tit. puræ, meræ & simplicis donationis inter uiuos, donauit Placidæ eius vxori præsenti & acceptañ.omnia ipsius donañ. bona mobilia & immobilia,ubicunque fuerint,præsentia & futura, nec non iura & actiones in forma &c.reseruando tamen usufructum ipsorum bonorum eius uita durañ.hęc ille,super quo de duobus dubitabatur, primò quidem, an ualeret ea donatio vxori facta,secundò,an etiam subsisteret saltem attenta reseruatione usufructus.

Quo ad primum, dicebam nullam esse debere dubitationem, stante cõi doc. sententia, quæ habet, ualere donationem inter vir. & vxo. maximè iuramento firmatam, de qua per Clar. §.donatio.q.9.Rip.respon.122. 124. 125. 127. Cœpol.cautel.112.Nat.consilio 28.Suarez.lib.com. opi verbo donatio.

a Quò ad secundum,dicebam solidam esse doc.concl.donationem omnium bonorum præsentium & futurorum non ualere,ex not.per doc.in l stipulatio hoc modo conceptà.ff.de uerbo.oblig.in l.fi.C.de pact. Corn. consi. 176. colum.pen.lib.2.Dec.consilio 3.in princ.consi.88.colum. 1. Quam procedere asserebam etiam stante iuramento & reseruatione prædictis,teste Castr.consi.101.colum.pen. Dec.d.consi.30.251.colum.2.Cur.Iun.consi.25. colum.2. Rol.qui tamen videtur aliqualiter sibi contrarius, consi. 39.in princ.& consi.65.lib.1. Ratio est, quia esset talis donatio contra bonos mores,auferens liberam testañ. facultatem l.pactum quod dotali C. de pact. d. l. stipulatio, de uerb.oblig. vt hoc casu stañ. ipsius donationis generalitate,in qua nihil habebat reliquum donator, de quo testari posset,ex not.per Bart.in l.quintus, la secunda, §.argento. de aur.& arg.leg.Pap.for.lib.act. hyp.uer.sub eadem nu.3.

Neque obstare, quòd de fructibus saltem ille disponere posse videretur, ex not. per Bartol. consilio 76. Dec. consi.488.& in d.l.fi.num.32.C.de pac. Quia Bar.& Dec. in locis prædictis loquuntur quando testañ. facultas specifice per donantem reseruata fuit in re aliqua certa, de qua absolutè testari posset, ut pulchrè idem Dec. considerat consi.203.colum.2.ante nu.3. Quod, cum hic factum non fuerit,ergo &c.Accedit, quia in facto proponebatur,donatorem non habere immobilia,sed pecuniam tantum,quæ sui natura propriè vsumfructum non parit. Pręterea,prædictã communem sententiam confirmabam ex Dec. d.l. fi. num. 32.C.de pac.ubi doc.in apostil.dicunt, ita tenere Bar.Cor. Cur.Iun.Rip. Purp.Cagnol.in locis ibi alleg.& qui Dec. ubi supra concludit talem reseruationem debere esse liberam & efficacem,cuius opi. sequuntur doc. in apostil. ad Alex.consi.59.colum. 1. lib. 5. vbi plures.doc. ita tenentes enumerant, præsertim in d. l. stipulatio hoc modo concepta, vbi Mar.Soc.Iun.post longam disputationem à num. 89.vsque ad nu. 93. 94. tandem relinquit cogitandum, & hanc eandem opi.quòd non valeat ea dispositio: & donatio eo

gio eo modo facta, approbat & Cur. Iun. d. l. fi. numero 78. C. de pact. Rip. respon. 145. versi. circa tertium versi. contrarium, post numero 3. de qua plura suo more, docte & copiose disserit Clar. §. donatio. q. 19. ubi pedem non firmat, immo potius videtur tenere contrarium, prædicta declara & intellige, vt per Suarez. d. lib. sent. versic. donatio. Boer. q. 204. num. 25. qui tamen in ea specie, quando fructuum, vel alterius rei ad uitam fit reseruatio, pro donationis nullitate pugnent, & bene meo iudicio, ex prædlle. secundum quam opi. viri receptiorem cõsului non fine alio rum clariss. I. C. assertione, donationem prædictam nõ ualere, tametsi articulus difficilis fit, & disputatibilis, teste Mar. Soc. Iun. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. nu. 93. 94. qui vir excellentiss. si in hoc anceps fuit, quid ego audeam homuncio, & Doc. minimus; qui leges vix à primo (quòd aiunt) limine salutaui, quicquid tamẽ sit in priori persisto sententia, non subsistere donationem eo modo factam, salua semper peritiorum iudicio, ac censura, cui me lubens humilisq; subijcio, ad laudem Dei Op. Max.

Io. Antonius Masueri, facri Doct. Taurin. Collegij Alumnus.

QVARE Cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est.

SVMMARIVM.

1 *Re euicta, an agatur de euictione contra donantem.*
2 *Pater an possit filio donare inter viuos.*
3 *Pater an possit donare filio in actu quo emancipat eum.*

AD Dimittendum * vel relaxandum. Ad hanc autem traditionem & relaxationem meritò compellendus est, quia donans hodie necessariò tenetur tradere, & sic donationem perficere, ut in §. perficiuntur. Insti. de don. & l. si quis arg. §. 1. C. de dona. & l. perfecta. eo. tit. 1 † Quid autẽ si facta traditione res donata fuerit euicta, an poterit agi de euictione contra donantem? videtur quòd non, per l. ad res donatas. ff. de ędi. edict. aduerte quòd glo. disputat hæc, q. in l. Aristo. §. fi. ff. de don. ubi per Bar. & in l. 2. C. de euic. & ibi per Cy. unde distingue sic, aut donatio incipit à præcedenti promissione & obligatione, & tunc donator indistinctè tenetur de euictione, siue cœpit à stipulatione, siue à pacto nudo, ut in d. l. si quis argentum §. 1. & sic loquutur glo. prædictæ, & hoc casu sequuta euictione agetur prima actione hoc est vel stipulatione, uel condictione ex lege, quasi res ipsa non fuerit tradita, ut not. per glo. in l. j. C. de iu. do. & probatur per text. in l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. 3. facit l. Iulia. §. 1. ff. de uerb. obl. & l. qui decem, in §. 1. ff. de solu. licet aliud sit in re uendita euictione sequuta, quo casu non agitur prima actione, sed alia noua actione, ut habetur in l. 3. C. de euict. Et est ratio differentiæ, quia contractus uenditionis est perfectus traditione sequuta, cùm ad hoc solum venditor ex natura contractus sit obligatus, ut in l. ex empto, in princip. & l. emptore. ff. de actio. empt. sed in donatione donans est obligatus dare, & rem accipientis facere, ideo &c. Aut donatio cœpit à sola traditione non præcedente aliqua conuentione, uel obligatione, & tunc aut donans promisit de euictione, & tunc indubitanter agitur de euictione, ut determinat glo. in l. 2. C. de euic. siue fuerit pacto nudo, siue per stipulationem facta promissio secundùm glo. licet Pet. dicat contrarium, quando sit pacto nudo, ut refert ibi Cyn. & malè secundum Bar. qui sequitur glo. Aut non promisit de euictione, & tunc aut donatarius vult agere de euictione ratione cuiusdam particularis interesse extra rem, puta ad sumptus quos fecit in re; aut ad ipsum totum interesse tam ipsius rei, quàm extra rem. Primo casu subdistinguitur, aut donans fuit in dolo, & agi potest contra eũ: aut non fuit in dolo, & tunc agi non poterit, ut probatur in d. l. Aristo. §. fi. In secundo casu non potest agi per d. l. ad res donatas. Alij autem uoluerunt aliter dicere & male, ut refert Cyn. in d. l. 2. † Vltimò quæritur, an pater poterit filio donare inter uiuos? ad quod breuiter sic respondetur, quòd aut filius est emancipatus, & tunc valet donatio, ac si facta esset cuicunque extraneo, ut l. donationes. C. de reuo. do. & l. cum res, & l. si quis. C. de dona. posset tamen impugnari à fratre suo, si appareat inofficiosa, ut supra dictum est: aut filius est in potestate, & tunc olim non valebat, sed tamen morte patris confirmabatur, sicut illa quę facta est uxori, ut est tex. in l. donationis, in §. pater. ff. de don. & no. per gl. in l. siue emancipati. C. de don. hodie autẽ ualet secundùm aliquos. Tu dic, quòd etiam hodie non ualet, sed morte patris confirmatur, ut plenè disputat & determinat glo. in in l. 2. C. de inof. dona. & ibi per Cyn. & firmatur per glo. & Ia. de Bel. in auth. de immen. do. in prin. 3 † Quid si pater in actu & tempore, quo filium emancipat, sibi aliqua bona donat, an valet hæc donatio? dic quòd sic, ut l. fina. C. de eman lib. pater ergo, quòd pater non potest irreuocabiliter inter uiuos filio suo donare ante eius emãcipationem, sed tempore emancipationis sic b confirmantur prædicta etiam per tex. in l. facultas. C. de his qui nu. libero. lib. 10. & l. mater. C. de inoff. do. cum sim. & not. per glo. in auth. unde si pa ens. C. de inof. testa.

ADDITIONES.

* Dimittendum. Adde, quòd donans seu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens seu relaxans, & ideo quando fit transactio inter clientulum tuum & alium, cau tela est, quòd pro clientulo scribatur, dimisit, relaxauit, pro alio verò ponatur, dedit & tradidit, ita not. Crem. sin. 131. al. in lis pro fundo col. 4. ver. 6. not. C. de trans. glo. in l. siue apud acta ver. pendente, C. eo. quam not. Bal. in l. 1. col. 1. C. de bon. mater. Masuer.

a Prioris donationis. vide per Lu. Ro. consi. 22. & consi. 329

b An pater possit donare filio. uide Raph. Fulgo. consi. 199. Fran. de Are. consi. 17. Raph. Cu. consi. 15. Pau. de Cast. cõ silio 105.

* Donare filio. Adde Ias. in l. f. ater à fratre: 1. lec. num. 44. & colum. 8. ff. de cond. indeb. Rip. respon. 127. 148. Catel. ver. donatio facta à patre Aym. consi. 19. num. 1. consi. 89. 136. & dic, quòd confirmatur iuramento, secundum communem, per Paris. consi. 33. num. 35. & seq. lib. 3. post Alexan. consi. 8. num. 3. lib. 2. Aym. consi. 141. Bal. in l. cum oportet. §. 1. C. de bon. quæ lib. vbi enumerat 10. casus, & uide Bar. in auth. vnde si parens. C. de inof. test. Anch. consi. 347. & quòd ualeat donatio iurata facta filijs in potestate communem dicit Rip. respon. 147. col. 2. nu. 4. pro quo uide Rolan. consi. 77. nu. 25. lib. 1. consi. 11. nu. 38. consi. 25. nu. 24. lib. 2. licet de hoc idem dubitet consi. 90. nu. 14. lib. 2. Quam controuersiã tandem decidit Catel. ver. donatio facta col. 2. ubi loquitur tam de patre quàm de filio donante, Clar. §. donatio. q. 8.

c Tempore emancipationis. Adde Oldr. consil. 151. & Fulg. consi. 207.

Forma libelli super petitione restitutionis in integrum.



CORAM Vobis D. B. Vic. &c. Dicit narrat, significat, & proponit Simõ de Ferarijs agendo & agere volendo contra & aduersus Ia. de S. Greg. & aliã quancunq; personã pro eo seu eius nomine in iudicio comparentem, quod cùm ipse Simon esset ann. 20. uel circa, & minor an. 25. inconsultè, & indeliberate nullius iudicis, uel curatoris auctoritate accedente, uendidit & tradidit pretio flo. centum suprascripto Ia. domum unam paternam positam in Papia in contrata ubi dicitur &c. cui cohæret &c. Quam quidem venditionem & traditionem ipse

ipse Simon tunc iurauit ratam habere & tenere, & illam non infrigere, nec annullare aliqua ratione, uel causa, quã quam rei veritate inspecta ipsa domus tempore dictæ uenditionis & ante & post fuerit ac hodie sit pretij, ualoris & æstimationis flo 250. & vltra. propter quod constat manifeste ipsum Si. occasione dictæ venditionis fuisse & esse enormiter læsum & damnificatum, & circumuentum vltra dimidiam iusti pretij. Dicit insuper, & proponit idem Simon quòd post excessum suæ ætatis 25. an. dum per Commune Papiæ missus esset Venetias in legatione seu ambasiaria, & in ea moram traxisset longo tempore, ecce quòd Philippus de Solbertis vẽdidit & alienauit dicto Iac. perticas 20. vineæ ipsius Simonis positæ & iacentis in territorio Clastigij, cui cohæret &c. quas dictus Iac. prætendit se durante dicta absentia dicti Si. legitime præscripsisse, quam uis idem Simon tanquam ex ipsis assertis uenditione & pscriptione enormiter læsus, & damnificatus dixerit, & pro testatus fuerit; ac de præsenti dicit, pponit, & protestatur se enormiter fore & esse læsum & damnificatum, & ob hoc meritò aduersus ipsam uenditionem & præscriptionem in quantum sint aliquæ, uel alicuius existentiæ, quod tamen negatur, fore & esse in integrum restituendum, & restitui debere & reponi in illius statum & gradum, in quibus ipse Sim. fuerat & erat ante eius absentiam, & tempore suæ absentiæ & dictæ venditionis & præscriptionis sequutæ, pro ut iura disponunt. Quo circa sæpe dictus Simon petit & requirit à vobis D. Vicario antedicto quatenus ex officio vestro, & omni alio modo, iure, via, & forma, quibus melius fieri potest. pronuncietis & declaretis, omnes & singulas suprascriptas venditiones, & præscriptiones fuisse & esse nullas, nulliusque valoris & momenti: & inquantum aliquæ esse appareant, pronuncietis & declaretis per uestram sententiam diffinitiuam prædictum minorem fuisse, & esse eorum occasione enormiter læsum, & ob hoc fuisse & esse aduersus ipsas, & quamlibet earũ in integrum restituendum, & restitui debere, eundemque Simon. actualiter & regulariter aduersus ipsas alienationes, præscriptiones, & quamlibet earum in integrum restituatis, & ad statum pristinum reducatis & reponatis, cum omnibus suis iuribus, actionibus & defensionibus, inducendo & reponendo ipsum in corporalem tenutam, & possessionem dictarum domus & uineæ. & amplius condemnetis dictum Ia. ad dimittendum & relaxandum liberè & expeditè supra scripto Sim. suprascriptas domum & uineam simul cum fructibus per eum ab hodie retrotrahibitis & perceptis etiam in futurum percipiendis, nec non & in expensis per dictum Si. factis & fiendis. Et prædicta petit &c. deducendo in præsenti iudi. &c. saluo iure &c. non astringens se &c.

CORAM Vobis. Sciendum est pro euidentia, q in integrum restitutio * fundatur super æquitate. l. 1. ff. de min. & datur solum in subsidium deficiente alio remedio communi & ordinario. ut l. in causæ. §. 1. ff. de minor. ideoque requiritur in ea legitima causæ cognitio, ut in l. omnes. ff. de in integ. restit. l. in causæ. §. causa cog. ff. de mino. & libellus * debet offerri sicut in alijs communibus actionibus, ut in l. mino. C. de min. in fi. & in c. fi. extra de offi. iu. & not. per glo. & Doct. super rub. & in l. 1. ff de interr. acti. & per Iac. But. in l. 3. C. depo. & per Bart. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infe. & per gl. in l. 2. §. dies. ff. quis ord. in bon. poss. ser. Et conceditur hæc restitutio ex uarijs causis, ut infra notabitur, potest autem quilibet iudex habens iurisdictionem, non autem arbiter, uel arbitrator, de tali restitutione cognoscere, ut l. 1. §. fi. C. ubi & apud quos. & si forsitan aliquis esset iudex incompetẽs principaliter agendo de ipsa restitutione, attamen si incidenter a de ea quæratur, poterit de illa cognoscere, ut in d. l. 1. in fi. & in c. causa, de in integ. rest.

ADDITIONES.

* Restitutio. Adde, quæ in materia restitutionis scribit Rob. de ord. iud. c. 54. num. 78. & seq. Nat. consi. 167. col. 8.

* Libellus. Adde, quæ in restitutionis libello obseruanda sint: & vide quæ not. Mysing. cent. 4. obser. 18. Aym. consil. 7. 151. ubi cuiusdam libelli ineptitudinem arguit, ex quo rest. in integ. extraordinarium remedium ibi propositum legitur contra tertium possessorẽ bonorum per eum alienatorum, allegando enormem læsionem ex qua competit remedium ordinarium l. 2. C. de rescind. vend. quo casu, quando minor læditur solum respectu pretij, nõ respectu contractus: nõ competit remedium extraordinarium rest. in integ. alia plura notab. uide ibi d. consi. & per Nat. consi. 371. Masuer.

a Incidenter. Adde Old. consi. 72.

* Incidenter. Adde Nat. consi. 167. col. 8.

ET Minor ann. 25. Scire debes, q duo requiruntur copulatiue ad hoc vt detur restitutio, uidelicet minor ætas & læsio, ut l. nam & postea. §. si minor, de iureiur. & debet læsio esse magna, & non modica, ut in l. scio. ff. de in integ. restit. Aetatis autem computatio fienda est de momento ad momentum, ut l. 3. §. minorem ff. de minor. & dies vltima ætatis incepta habetur pro completa, sicut in aliis casibus spiritualibus, no. in d. §. si. minor &c.

VEndidit & tradidit. Sic ergo petitur restitutio aduersus venditionem, ut l. 1. & 2. C. si aduer uen. & contra ipsum emptorem, ut ibi, & si non est soluendo, dabitur etiam hoc remedium contra eum ad quem res ipsa peruenit, & sic apparet q est in rem scriptum * hoc auxilium, ut habet in l. in causæ, la 1. §. si. cum l. seq. ff. de minor. Competit etiam hoc remedium aduersus diuisionem, & transactionem. C. si aduer. transac. l. 1. & l seq. Et etiam aduersus præscriptionem, ut l. 1. C. si aduer. vsuc. Et etiam aduersus rem iudicatam, ut l. 1. C. si aduer. rem iudi. Et generaliter competit minori læso aduersus quemcunque contractum uel distractum, quocunque nomine censeatur, ut l. ait prætor. in prin. & §. 1. cum seq. ff. de min. nedum si rem amiserit, sed etiam si lucrum perdiderit; quia tam dãni quàm lucri ratio habetur, ut ff. de min. l. ait prætor, in fin. & l. si fine. §. quæsitum, cum simil. & nedum in præmissis succurritur, sed etiam in legatis, vt l. si fine, in prin. & l. 3. §. si quid minori. ff. de mino. ac etiam in hæreditatibus. ff. eodem. l. ait prætor. §. non solum, & d. l. si fine. §. restitutus, cum seq. & similiter in iudiciis. l. minor omissam, eod. titu. & d. l. si fine. §. fin. cum l. seq. facit regula, quæ ponitur in l. non omnia. ff. eod tit. Et hæc procedunt, quando nulla legitima solemnitas in alienatione intercessit, quia per seipsum uendidit carens tunc curatore; ubi autem habuisset tutorem uel curatorem, tunc à seipso facta uenditio esset ipso iure nulla, sicque cum tutus esset iure communi non haberet locum hoc remedium restitutionis. l. magis puto, in §. ne passim. ff. de reb. eo. & l. si curatorem habens. C. de in inte. rest. min. cum simi. Si autem habuisset curatorem, & eius auctoritate alienatio facta esset, adhuc interueniente læsione restitutio competeret, ut in l. etiam. C. si tut. uel cur. interue. & l. 2. eod. tit.

ADDITIO.

* In rem scriptum. Adde quòd restitutio in integr. est realo beneficia, teste Mising cent. 4. obser. 18.

* Solemnitas. Adde quæ solemnitates requirantur in alienatione rerum minorum: & uide Rol. consil. 7. nu. 19. 20. 24. 26. 65. usque ad 72. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum an excludat minorem a restitutione in integrum. nu. 2.

Interuentus iuramenti priuat debitorem, ne aliquid alleget contra contractum.
4 *Interuentus iuramenti operatur ne possit mulier fundum dotalem repetere.*
5 *Iuramentum priuat mulierem ne habeat regressum ad bona paterna.*
6 *Quibus contractibus adijcitur iuramentum.*
7 *Cont pactum contra bonos mores an iuramentum corroboret.*
8 *Iuramentum an firmet primum testamentum, in quo filius emancipatus est præteritus, ita quod non valeat secundum in quo filius instituitur.*
9 *Iuramentum an firmet contractum reprobatum ratione publicæ honestatis.*
10 *Contractus contra priuatam vtilitatem an firmetur iuramento.*
11 *Iuramentum an firmet contractum fauore debitoris tantum.*
12 *Iuramentum quid operetur in casu dispositiones reprobata ex defectu interesse ex parte acquirentis.*
13 *Iuramentum quid operetur quando adijcitur obligationi ex se naturaliter debili.*
14 *Quando adijcitur iuramentum dispositioni reprobatæ propter varias subditorum vtilitates, quid sit.*
15 *Quando adijcitur iuramentum dispositioni reprobatæ ex defectu formæ vel materiæ, quid.*

* TVnc iurauit [a] ratam habere. Hic est multum aduertendum super effectibus qui insurgunt ex iuramento.
1 † Primò itaque sciendum est, quod iuramentum excludit minorem à beneficio restitutionis in integrum, per quod infiniti minores remanent consumpti, ut plene traditur in auth. sacramenta pube. um. C. si aduer. uen. Cuius ratio est secundum glo. quia iuramentum facit eum maiorem: vnde qua ratione maior vendens non posset petere se restitui, sic nec iste minor, qui taliter iurauit, vbi ergo interueniret in alienatione talis deceptio in pretio, propter quam maior iuuaretur, ut est exemplum in l. 2. C. de rescind. uendit. vel si dolus aut metus dedisset causam contractui, tunc et minor interposito iuramento iuuaretur secundum aliquos, ut plene no. per gloss. & Doct. in d. l. 2. & ego plenè scripsi in forma libelli in quo agitur contra uenditorem
2 &c. vbi plenè vide. † Item procedit dicta regula, quæ est, quòd iuramentum habet firmare cõtractum, & minori auferre in integrum restitutionis beneficium in quocunque alio contractu, vel distractu, seu quasi, tam donationis, quàm locationis, compromissi, & sim. ve plenè no. per glo. in tit. de pac. iur. fir. §. item sacramenta. & per Doct. in d. authé.
* sacramenta. Operatur [*] etiam hoc iuramentum alios effe-
3 ctus. † Nam priuat debitorem ne possit allegare contra-
a ctum initum esse simulatum [a] vel fœneratitium, nisi prius ab episcopo fuerit absolutus, vt in ca. debitores. de iureiu.
4 † Priuat etiam mulierem, ne possit fundum suum [b] dotalé ab emptore reuocare, si eius alienationi consenserit, vt in c. cum contingat. de iureiur. & in c. licet mulieres. de iureiu. lib. 6. nisi forte, quod est menti tenendum, ipsa mulier
c prius iurasset [c] se nunquam consentire alienationi, vel nũquam alienaturam; quia tunc sequens iuramentum nullius esset effectus, & audiretur mulier repetens suum fundum, isto secundo iuramento non obstante, ut determinat
d Hostien. & Ioan. And. in d. c. licet. quod [d] no. sent. per. † Pri-
5 uat etiam mulierem, quæ iurauerit se non habituram regressum ad bona paterna dicens se dote sua fore conten-
* tam, [*] ut in c. quamuis. de pact. lib. 6. & no. per Docto. in l. pactum quod dotali. C. de collat. licèt regulariter pactum de futura successione non teneat, ut in l. fi. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obliga. & ibi plenè not.
6 Bar. † Et quoniam huiusmodi iuramenta solent interponi super varijs speciebus contractuum, qui quandoque sunt validi, quandoque inualidi, & dubitatur, quid operentur iuramenta super eis interposita, pro tanto sciendum est quod contractus sunt inualidi, uel quæ dispositiones inualidæ, & econtra. vbi sic collige sub breuitate, quòd aliquando & primò contractus, uel dispositio reprobatur à iure, quia est contra bonos mores. Secundò reprobatur ratione publicæ vtilitatis principaliter, & secundariò ratione priuatæ. Tertiò econtra, reprobatur ratione priuatæ utilitatis principaliter, & secundariò ratione publicæ. Quartò ex defectu solemnitatis probatoriæ. Quintò ex defectu solemnitatis formalis. Sextò ex defectu rei, uel personæ, seu
7 materiæ. † Redeo ad primum, quando reprobatur quia contra bonos mores; cuius exempla sunt plura, uidelicet in pacto de succedendo affirmatiue concepto, per quod inducitur uotum captandæ mortis alterius, ut in l. fi. C. de pac. & in c. ne captandæ de præben. Item in pacto, per quod libera testandi facultas aufertur, de quo in l. stipulatio hoc modo. & ibi per Barto. de uerbo. obliga. Item in pacto, per quod aufertur matrimonij libertas, ut in l. Titia. in princ. de uerb. obliga. Item in omni turpi, & inhonesta conuentione, quando turpe est in obligatione, ut habetur & no. in l. generaliter. & l. si plagij ff. de uerbo. obliga. in quibus casibus & similibus iuramentum hoc interpositum est nullius effectus, ut plenè traditur per Dyn. in regula, non est
8 obligatorium. de reg. iur. lib. 6. † Et hæc faciunt ad quæ-
e stionem per me publicè disputatam. Ecce quod [e] testator filium suum emancipatum præterijt extraneo instituto, & in ipso testamento iurauit ipsum testamentum non reuocare, deinde fecit aliud testamentum in quo dictum eius filium sibi hæredem instituit, quærebatur an secundum testamentum ualeret non obstante iuramento, & determinaui distinguendo. Aut filius commiserat talem ingratitudinem, propter quam poterat licitè exhæredari, vel præteriri, & tunc secundum testamentum nullum erit, non obstante iuramento adhibito in primo. Aut non commiserat talem ingratitudinem, & tunc tenebit secũdum & non primum: quia hoc casu iuramentum interpositum fuit contra bonos mores, qui uolunt quod bona patris deferantur in filium, ut l. fi. quæ incipit, cum ratio, in prin. ff. de bo. dam. & l. in suis. ff. de libe. & posthu. Bar. hanc q. ponit in l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. & determinat secũdum valere.
9 † Venio ad secundum articulum, qui est quando contractus reprobatur ratione publicæ vtilitatis principaliter, cuius exépla multa sunt, uidelicet quando fit alienatio iurium re-
f gni, [f] uel ducatus, aut comitatus, & interponitur iuramétum super tali alienatione, nam nullius redditur effectus talis alienatio, ut habetur in tex. in c. intellecto. de iureiu. Est etiam exemplum in prorogatione iurisdictionis factæ per clericum in iudicem laicum, ut in c. si diligenti. de for. comp. & in uenditione, uel legato rerum quæ ædibus sunt affixæ. ff. de contrahen. empt. l. senatus. & in l. cætera. ff. de leg. 1. & in pacto prorogationis instantiæ, ut l. properandum. §. & siquidem. C. de iud. & in alijs multis similibus, de quibus in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & l. 1. & l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. in quibus iuramentum interpositum nihil operatur, nec confirmare habet huiusmodi dispositiones, & per hoc sequitur, quòd si per statutum aliquid disponatur fauore publicæ utilitatis principaliter, quòd tali statuto non potest renunciari, quia si iuramentum non operatur, multo minus simplex
10 renunciatio. † In tertio articulo, qui est contra ad proximum, uidelicet quando reprobatur ratione priuatæ utilitatis, principaliter considerandum est, quòd aliquando contractus uel pactum siue dispositio reprobatur odio creditoris; aliquando fauore debitoris; aliquando ex defectu interesse ex parte acquirentis; aliquando ex debilitate uirtutis ipsius dispositionis; aliquando propter alias subditorum diuersas utilitates. Siquidem reprobetur dispositio, odio creditorum, exemplum huius habetur in filiosfa. sumente pecuniam mutuò, ut l. j. cũ seq. ff. ad mace. & C. ad mace. per totum, & in pacto legis commissoriæ facto super re pignorata, ut l. 1. C. de pac. pig. tunc iuramentũ super his interpositum operatur effectum confirmatorium ipsius contractus, & conuentionis, ut in c. significãte. ext. de pig. & ibi per Inno. licèt Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. dixerit hoc iuramentum solum super his interpositum seruandum, non

non autem confirmari contractum, unde secundum eum poterit impetrari absolutio à iuramento, per no. in ca. de bitores. de iureiur. & idem q̃ solatũ fuerit, repeti poterit per condictionem sine cã, quod fieri non poterit secundum opinionem Innoc. Item est ad idem exemplum in officiali emente, & contrahente eius officio durante, ut in l. non licet. C. de contrah. emptio. & l. fina. C. si quis alteri uel sibi.

11 † Dixi secundò, quòd reprobatur interdum fauore debitoris, eius exempla sunt in muliere intercedẽte pro alio, cui succurritur beneficio Velleiani, ut l. 1. cum seq. ff. & C. ad Vell. per totum. Idem in minore læso ex uenditione rei suæ. vt in præsenti libello, cui datur restitutio, ut in l. ait prętor. ff. de mino. & C. si aduer. uen. l. 1. & in aliis similibus casibus, in quibus decisum est, quod iuramentum interpositum operatur effectum confirmatorium, ut in c. cum contingat. extra de iureiur. & in d. auth. sacramenta. Veruntamen secundum Bar. in d. l. si quis pro eo, multum considerandum est in præmissis casibus, quando fauore debitorũ, vel odio creditorum contractus reprobatur, qualiter uerba legis, uel statuti sint concepta. aut enim uerba prohibitiua referuntur ad personam disponentem. aut referuntur ad ipsam dispositionem. Primo casu. v. g. si statutum dicat {Mulier, uel minor, aut filiusfamil. non possit cõtrahere, vel distrahere sine tali solemnitate. uel absolutè disponat} & tunc iuramentum nil operatur, nec confirmationem inducit, quia reperitur factum & interpositum contra præceptum legis. & per hoc inducit peccatum mortale, ut in c. 2. de maior. & obe. ergo non est obligatorium, ut in d. l. non est obligatorium, licet Io. teneat contrarium in c. ueritatis, de iureiur. Secundo casu. v. g. si statutum dicat {Conuẽtio facta cum muliere, minore, aut forensi non teneat} & tunc firmatur iuramento secundum eum, arg. d. c. cum cõtingat quæ omnia sunt multùm notanda, quia per ea possunt de-

12 cidi multę quæstiones quæ descendunt ex statuto. † Tertio casu, quando dispositio reprobatur ex defectu interesse ex parte acquirentis, ut patet ex stipulatione facta alteri, de qua in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. obl. & in §. alteri Inst. de inu. stipu. tunc iuramentũ operatur, & habet confirmare contractum, qui fundatur super obligatione

13 naturali, ut not. in c. 1. extra de pactis. † Quarto casu, quando reprobatur ex debilitate suæ uirtutis; cuius exemplum est in pacto nudo, quod per se non producit actionẽ, vt plenè traditur in l. iurisgentium. §. sed cum illa. ff. de pac. tunc etiam tale pactum firmatur iuramento, & efficitur efficax ad agendum, per regulam quæ est, quòd omne iuramentum, quod non uergit ad interitum salutis æternæ, seruandum est, ut in dict. capit. cum contingat. cum ibi not.

14 † Quinto uerò casu, quando dispositio reprobatur propter uarias subditorum utilitates, multa referuntur exempla, uidelicet in alienatione facta fundi dotalis, * de qua habetur in l. 1. cum seq. ff. de fun. do. quo casu talis alienatio iuramento firmatur non per legem, sed per canones, vt habetur in d. c. cum contingat. & in cap. licèt mulieres. de iureiur. Nisi prius g mulier iurasset se non alienaturã, quo casu secundum iuramentum non tenet secundum Io. And. ut ibi not. Item est exemplum in transactione facta super alimentis futuris, quæ reprobatur à iure l. cum hi. ff. de transac. tamen iuramento confirmatur secundum eum. Item est exemplum in pacto de non succedendo, de quo traditur in l. pactum. C. de coll. & l. si C. de pact. & l. pactũ. quod etiam iuramento firmatur, ut in c. quamuis. de pact. libro 6. Est etiam exemplum in donatione h inter uirũ & vxorem, quæ etiam firmatur iuramento, per regulam generalem; quòd omne iuramentum, quod post seruari &c. vt in d. c. cum contingat. secundum Bar. & Guil. de Cu. in l. sed & possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. quod forte non est uerum, cùm ratione publicæ utilitatis principaliter sit prohibita, ergo in ea iuramentum nil operatur, ut

15 infra proximè, & supra dictum est. † Super sexto articulo, qui est, quando contractus, uel dispositio reprobatur ex defectu solemnitatis probatoriæ, sunt exempla in testamento nuncupatiuo, in quo requiruntur septem testes, vel in alio contractu in quo certus numerus testium requiritur, quo casu ipsa solemnitate deficiente contractus, uel testamentum non roboratur per iuramentum, quia hæc solemnitas propter publicam utilitatem est introducta, sicque remitti non potest, ut l. nemo potest ff. de lega. 1. & l.

16 ius publicum ff. de pac. † Circa septimum articulum, qui est, quando reprobatur contractus ex defectu solemnitatis formalis, exempla patent in stipulatione, in qua requiritur, interrogationem præcedere, responsionem sequi, ut l. 1. §. 1. ff. de uerb. obl. & C. de contrahen. & com. stip. l. 1. & aliis similibus. certè tali solemnitate deficiente, nõ confirmatur stipulatio iuramento tanquam stipulatio, sed bene firmatur tanquam simplex pactum; quia effectus iuramenti est, ut dispositio ualeat eo modo, quo melius potest, secundum Bar. in l. cum pater §. filius matrem ff. de lega. 2.

17 † In ultimo autem articulo, quando dispositio reprobatur ratione materiæ, uel rei, patent exempla, si fiant cõtractus super re sacra, uel libero homine, uel sim. de quibus loquitur l. inter stipulantem §. sacram. ff. de uerborum obligat. & l. liber. ff. de contrah. emp. & l. apud Iulianum §. fin. de leg. 1. quibus casibus iuramentum nihil operatur tanquam interpositum super impossibili de iure, ut in d. §. fin. & no. in d. c. non est obligatorium, & plenisimè per Bar. in d. l. si quis pro eo. Vel si uis prædicta omnia plenius colligere & breuius, dic secundum Dyn. quòd aut contractus dispositio reprobatur à iure, quia turpis, uel contra bonos mores, aut quia impossibilis de iure, uel natura, & tunc iuramentum nil operatur, ut in d. c. non est obligatorium. cum sim. Aut reprobatur fauore, uel odio contrahentis, uel disponentis principaliter, & tunc iuramẽtum operatur. Aut ratione publicæ utilitatis principaliter, & nihil operatur, & ad hoc reducuntur omnia superiora exempla. In omnibus autem casibus, in quibus iuramentum operatur, potest ex iusta causa peti absolutio ab episcopo parte tamen prius citata, ut scripsi supra circa formam iuramenti quod defertur à parte parti.

ADDITIONES.

* Tunc iurauit. Adde pro materia eorum quæ scribit Pap. hic Ias. in l. prima, num. 20. & sequen. ff. si quis in ius voc. non ier. & dic, quòd minor qui sciens se enormiter lędi, nihilominus renunciauit restitutioni cum ramento, nec absolutionem à iuramento, nec in integr. restitutionem impetrabit, secundum communem, quam refert Cur. iun. consi. 44. colum. pen. Suarez, lib. sent. uer. minor, de quo uide quę habẽtur supra for. lib. uend. uersi. & sub eius iuramento. nume. 1. & 3. per Rol. consi. 7. lib. 3. Masuer.

* Effectus. Adde, & de uariis clausulis, quæ in iuramento intelliguntur, uide Ias. in l. fin. ff. qui satisd. cog. ubi inter alia ponit reg. quòd in omni iuramento intelligitur excepta autoritas legis & superioris, quam procedere dicit in omni pacto, & in uoto, ut ibi num. 7. num. 8. & nume. 5. quid in pacto, iuramento firmato, & quid in statuto simplici, & quòd à pari procedat uide ibi, & an ex iuramento oriatur actio, uide eundem in l. iurisgentium. §. sed cum nulla, colum. fin. post num. 32. ff. de pac. quibus adde, quòd cum iuramentum sit quid spirituale, restringitur ad licita & honesta ex glo. in l. non uidetur. §. qui iussu ff. de regul. iur. à generali enim iuramento illicita exceptuantur, teste Ias. in lege, si procurator, col. prima, num. 4. ff. de cond. indeb. Masuer.

* contentam. Adde Ias. in l. prima, num. 26. ff. si quis in ius. voc. non ier.

* Fundi dotalis. Adde de alienatione fundi dotalis, & uide quæ scribit Tremol. ad Pract. Bonacur. titu. de peremp. except. nume. quarto, ubi ponit septime conclusio. Masuer.

a **Simulatum.** **Istud non est uerum, de contractu simulato, quia sicut est simulatus contractus, ita & iuramentum, ita Glo. & Bald. in lege tertia, C. plus uale. quod agi. ita Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ita Abb. Sicul. not. in capitul. ad nostram. de emptione & uenditione. Francis. Curt. Papiensis.**

ADDE quòd sicut non ualet contractus simulatus, nec iuramentum in eo appositum illum ualidat, per dictam gl. quæ est singularis & communiter approbata. in d. l. 3. quæ incip. emptione. C. plus uale. quod agit. quam ibi eam pro singulari allegant & sequuntur Bal. Ang. de Peru. Bartho. de Saly. & omnes Doct. Adde etiam Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis & §. Titia. ff. de leg. 3. Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. falc. uersi. sed quæro an contractus. & ibi vide alios Doct. Bal. & Ang. in l. fi. ff. qui satisda. cog. Bald. in l. rogasti. §. si tibi, col. fi. uersi. item si iuramentum in noua lect. ff. si cer. pet. Bald. & Ang. in rub. ff. de iureiuran. col. fin. Bal. in l. 1. C. de oper. liber. col. 1. uersi. modo solet dubitari. Et ibi Angel. Bald. in l. ne patronus eod. tit. col. fin. Pau. de Cast. & Barto. de Salyc. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. col. pen. in fin. Angel. in l. 1. in fin. C. de dot. cau. nō nu. Pau. de Cast. in l. contra legem, in fin. ff. de legi. & in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. col. 3. uersicul. adde quintum casum. Ioan. de Imo. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. col. 21. uersi. item adde ei quod tangit, & ibi Alexan. de Imo. col. 4. uersi. sed est dubium, quòd si in instrumento. & Ias. col. 7. uersi. tertiò principaliter. Angel. Aret. Insti. de exceptio. in prin. col. 26. uers. quæritur an talis contractus. Alexan. de Imol. in l. si donatione. C. de colla. colu. 3. uersi. pro ista opinione etiam, Ias. in l. non dubium. C. de legib. col. 2. in l. cum ea. C. de transactio. & in d. auth. sacramēta. colum. fin. & Instit. de actio. in §. fuerat. colum. 8. uer. aliud singularissimum remedium. Lud. Gomesi. e. tit. in §. itē si quis in fraudē. col. 1. uers. sed aduerte. Hippo. in l. quæstionis habendæ. ff. de quæstio. col. pe. uersi. & pro ea facit glo. & in sua repetit. cap. at si clerici. de iudic. num. 169. in sua practi. crimi. §. postquam. num. 58. & in singul. 327. incip. exceptio non numeratæ circa fin. uersi. nam remedium est Card. Zab. in d. c. ad nostram, col. fin. uersi. secundò quæro & ibi Abb. Pan. col. 1. uersicu. & uide de hoc contractu, & ibi quoque Ioan. de Imol. col. fi. uersi. an autem iuramentum. And. Barb. col. 3. & Anto. Burgos colum. 9. uersicu. ex tertio no. Pet. de Anch. in cap. accessorium, de reg. iur. li. 6. colum. 6. uersi. ex prædictis possumus dicere. Anto. de But. in cap. cum contingat, de iureiuran. colum. antepe. uersic. octauò quando lex. & ibi Abb. Panor. col. 13. uersi. annecto nunc aliud dubium. & Ioan. de Imo. col. 74. in 7. membro suæ distinctionis. uersi. iuxta prędicta potest esse dubium. & Fel. in c. præterea, de sponsalib. col. 9. uersi. ult. pro intelligentia. & col. pen. uersicu. sunt tamen tres casus. Paul. de Cast. in consi. 143. incip. uiso processu & attestationibus. col. 1. uersicu. & bene facit ad prædicta in 2. uolum. consil. 395. incip. uisis his, eod. uol. col. pen. uer. facit ad prædicta glo. & consi. 305. incip. quanquam longa sit. eo. uol. Rom. consi. 44. incip. ex supra narrato themate, col. 2. uersi. secundò no. est consi. 243. incip. præsupposito in secundo dubio, & consi. 520. incip. circa propositam consultationem. colum. 4. uersi. nec refragatur tex. Barbat. consi. 60. incip. illud in medium afferram, in 3. uol. col. 19. versi. præterea facit & col. 22. ver. capio aliud dubium. & consi. 70. illud in medium referam. eo. uol. col. 13. uer. & si dicatur. Soci. iu. consil. 65. incip. circa primam quæstionem. in 1. uol. col. antep. versi. sed tamen quicquid sit, Barth. Soc. consi. 66. incip. frustra plenitudini, eod. vol. col. 6. uer. secundò principaliter, cum uersi. seq. consi. 155. incip. præstantissime Doctor. in 2. uol. col. fi. uer. forte posset dicere. & consi. 264. incip. uisis instrumento. eod. uol. col. 9. uersi. non obst. etiam iuramento. Guid. Papæ. consi. 180. incip. circa processum declarationis. Corn. in consi. 135. incip. uisis articulis in 1. volu. col. 3. in fin. & consil. 284. incip. in præsenti consultatione. col. fi. eo. vol. & cons. 104. incip. circa primum. in 2. uol. col. secunda Ial. cons. 36. incip. factum sic se habet de anno. in 1. vol. col. 2. uers. dicit etiam magistraliter. & in consi. 184. incip. circa legitimationem Cæsaris. col. fi. uersi. item iuramentum. in 2. uolu. Hippo. consi. 125. causarum crimina. incip. æternæ lucis nu. 37. in 2. uol. Cur. iun. in cons. 53. incip. habita diligenti consideratione, nu. 7. in 1. vol. Gozadi. consil. 16. incip. in hac causa uidetur prima facie dicendum, nu. 13. & cons. 69. incip. uidetur prima facie. nu. 11. Bertran. consi. 236. inci. uiso processu. in fi. in 2. uol. Parisi. in consi. 53. incip. primò dicendum uidetur. nu. 14. in 1. uol. consil. 54. incip. in præsenti causa, quæ agitatur. nu. 41. cum seq. eo. uol. & cons. 55. incip. contractus uenditionis. nu. 34. eo. vol. Abb. in sua disputa. inci. stante statuto cōdito in Italia, col. 2. uers. quinto, Cœpol. in tract. de simula. contrac. in 7. præsump. col. fi. uer. ex quo tu sumas cautelam. Gramm. decisio. 526. cons. Neap. incip. Magnifica Hippolita. nu. 21. Vital. tract. clausula. in tit. an iuramentum ualidet contractum simulatum, & præclarissimum Tiraq. in trac. de iure constit. possesso. in 3. par. 7. limit. nu. 32. Zilettus.

b Dotalem. uide Cępol. caut. 228. incip. quando uxor. Francis. Aret. in consi. 2. col. pe. uers. ad tertium motiuum, cum sequen.

c **Iurasset.** **Nota tamen q; licèt de iure communi cōtractus minoris uel mulieris iuramento firmetur, tamen quando adest statutum requirens in contractu consensum proximorum nihil operatur iuramentum absque consensu. ita Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ita Bal. in l. 2. C. de rescin. uend. & in l. non dubium. C. de legibus.**

d Quod no. semper. Vide Catelli. uer. iuramenti religio. in fi. vbi allegat hoc dictum Ioan. Pet. Zilettus.

e Testator. Adde an testator iurans non reuocare testamentum possit illi contrauenire, Gl. in c. vltima uoluntas 13. q. 2. & ibi Arch. Host. in sum. in tit. de sepultu. §. an licitum sit, ver. quid si quis eligat sepulturam. Specu. in titu. de instru. editio. §. compendiose. & ibi Bald. in addi. Ioan. And. in ca. quod semel. de reg. iur. libr. 6. Ioan. de Imol. in cap. cum contingat. de iureiuran. Guid. de Suz. & Cyn. in l. prima C. de sacrosan. eccl. & ibi Bald. in rep. circa fin. Barto. & Bal. in l. cum duobus. §. idem respondet. ff. pro socio. Bartol. in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de lega. primò, & in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de uerbo. oblig. & ibi Alexand. de Imo. colum. 2. uersi. item facit an si testator. Clau. Aquen. colum. 2. uer. quid autem in casu quæstionis. Ioan. Crot. colum. 6. uer. retenta conclusione communi. Bald. in auth. sacramenta puberum. colum. 6. C. si aduer. uen. in auth. hoc inter libros. §. quæro quid si pater. C. de testa. & in c. 1. §. itē sacramenta. de pa. iura. fir. col. 4. uersic. quæritur si faciens testamentum. Saly. in l. sancimus. in 7. q. C. de testam. Oldr. consi. 128. incip. uiso instrumento pacti, & consi. 160. incip. thema tale est, Paul. de Castr. in consi. 122. incip. quòd dicta domina, in princip. in primo uol. consil. 206. incip. in facto præsenti. in fin. consil. 284. in facto præsenti, in prin. & in consi. 339. dico non obstante, eo. uol. Zilettus.

f **Iurium regni. Limita, ut per Oldr. consi. 93. ubi de regia donatione iurata.**

g **Nisi prius.** **Intellige nisi ille, cum quo contrahit, ignoraret quòd prius iurasset, quia tunc tale iuramentum non præiudicat ei cui iurat. ita uoluit Bal. consil. centesimodecimo septimo.**

* Nisi prius. Adde Ias. in l. qui in aliena. §. Celsus. colu. prima, ff. de acquiren. hæred. quòd si minor effectus maior declaret coram vicinis, quod non vult ratum habere contractum, per quem res fuit alienata, sufficit, quamuis non sit facta in præsentia partis, l. fin. uersi. conquestus est. C. si minor factus maior, secus in actu dependente à uoluntate duorum, quia tunc debet protestatio innotescere parti, aliàs nihil ualet, quam conclu. declara, ut per Ias. vbi supra, & melius. nume. 43. 44. quid de muliere primo iuran-

iurante & protestante, quod nunquã intendit consentire alienationi fundi, si postea iterum iuret, & consentiat alienationi factæ per maritum, & dic quod non uidetur recessisse à prima protestatione & iurameto, teste eod. Ias. in l. nõ solũ §. morte, post nu. 24. col. 7. & num. 18. ff. de op. no. nun. pro quo uide Catel. uer. iuramenti religio in fin. ubi sequitur Pap. hic quem uide etiam sup. for. lib. ad usumfr. uer. ac et Castrum, & quæ scribit Tremol. ad Prac. Bonacur. ti. de pe remp. excep. post nu. 4. Prac. Bald. tit. de statut. q. 4. & dic, hanc cautel non habere locum contra ignorantes tale iuramentum, secundum Bald. consil. 118. & eam damnat Io. Fab. inst. quib. alien. non licet, in prin. Alex. consi. 16. lib. 3. fac. tex. in l. fi. §. fi. de leg. 2. & not. per Moder. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. quæ omnia plenius examinat Gabriel. co. opi lib. 2. tit. de iuramento, concl. 1. pro quo vide quæ scribit Rol. consi. 9. nu. 29 lib. 1. Ias. in l. duobus. §. item Pomponius. nu. 9 nu. 10. & seq. ff. de iureiur. nu. 12. 13. vbi declarant & ponũt limit. ad reg. qua in re, dixit Rol. consi. 81. nu. 5. lib. 2. quod mulier iurans non alienare fundum dotalem, si cum iuramento alienat ignoranti, ualet alienatio, & ex ea causa transfertur dominium. Masuer.

h In donatione. Adde Bar. in l. cum quis. §. Titia. ff. de leg. 3. in l. Seius & Augerius. in fi. ad l. Falc. & in l. si quis pro eo. in fi. ff. de fideiuss. Bal. in l. 1. in lectu. antiqua. ff. de do. inter vir. & vxor. Ang. in l. mancipia. §. mulier. ff. sol. mat. Paul. de Cast. in l. pacta quæ contra. C. de pact. & ibi Ias. col. 2. uer. ultra alios, in l. frater à fratre in fi. ff. de condit. inde. Clau. Aquen. in l. is cui. ff. de uerb. obl. col. 4. uer. tamen licèt opi. & in l. si diuortio. eo. tit. col. 3. uer. nunquam autem, Card. Zabarel. in cle. 1. §. porrò. in 4. q. de iureiur. Ioan. de Imo. in c. cum contingat, de iureiuran. prope fin. uer. circa tertium, an ualeat donatio. Abb. Panor. in c. fi. col. 1. uersic. nota regulam, de donatio. inter vir. & vxor. Fortuni. Garzi. in tracta. de ultimo fine iur. cano. & ciui. car. 20. col. 2. uer. si tamen aliquis opponeret, Bal. in consi. 398. incip. quæstio talis uertitur. col. 2. uersic. sed salua reuerentia. in 1. volu. Pau. de Cast. in consil. 61. incip. notandum est primò in 2. col. in 2. uol. & uide in eo. vol. ante consilium 193. inci. super isto puncto, ibi punctus qui transmittitur. col. 2. uersi. & quòd prædicta donatio. Franc. Are. in consi. 74. incip. diligenter & maturè. col. 4. in 2. dubio. Barba. in consi. sapienter optimè prædixit psalmista. col. 2. cum seq. quod reperitur inter consilia Francis. Curt. Senio. consi. 66. Soz. Senio. consi. 65. incip. circa primam quæstionem, in 6. col. uer. superest, Curt. iun. in consi. 95. incip. habita diligenti consideratione. col. 2. uer. secundum subiicio. in 2. uol. Parisi. cõsil. 86. incip. circa præsentem considerationem. nu. 19. 46. 47. 48. cum seq. in 3. uol. Maria. Sozi. iun. in cons. 44. incip. tenore transactionis. nu. 6. & 23. in 2. vol. Ziletti.

* ET circumuentum * vltra dimidiam iusti pretij. Hic not. quod propter talem læsionem nedum minor ætate, sed quilibet maior potest petere contractum rescindi etiã sine restitutione in integrum impetranda, ut supra dictum est, & habetur in d. l. 2. C. de rescin. uen. Si tamen minor iurauerit super tali contractu, tunc dic, ut supra. & quia hic præsupponitur, quòd domus fuit paterna, si non interuenisset hæc læsio, posset minor nihilominus petere restitui, quod est no. ut habetur in l. si in emptione. ff. de minor.

ADDITIO.

* Et circumuentum. Adde, quòd quando minor est læsus ultra dimidiam iusti pretij, non potest agere restitutione in integ. sed remedio l. 2. C. de rescind. uend. uidelicet, quando solum læsus est in pretio, secus si in re, puta, quia uendidit rem, quam alienare non expediebat, quia tunc agere poterit, ut restituatur ad rem, secundum Rol. consi. 59. n. 4. lib. 1. Doct. in l. si quidem. C. de præd. minor. & in hoc dicẽn. etiam uidetur, quòd quando minor prætendit se læsum non in re, sed in pretio, debet petere, ut pretium suppleatur, non ut contractus rescindatur l. si res §. 1. ff. de iur. dot. Bar. post glo. d. l. si quidem. Nat. consil. 548. nume. 10. lib. 3. immo tunc etiam petere potest, se ad rem restitui, quia non diceretur minor restitui in integ. si res sibi non restitueretur, & ideo ipso hanc uiam eligente, sibi debet restitui. l. in causç la. 2. §. fi. ff. de minor. & ita etiam tenet Bal. ibi, licet dicat quòd reus potest offerre pretij supplementum, quia tunc purgatur deceptio, ergo cessat restitutio, inquit Nat. d. consil. num. 32. apud quem uide casum notab. quem idem ponit consi. 371. ad dicta autẽ Pap. hic. Adde, quòd minores ob rem uilius uenditam, non ad ipsam rem omnino auocandam restituuntur, sed ad peteñ. resarciri pretij iacturam, datur que aduersario optio, an rem, an pretij reliquum præstare malit, secundum communem per Gozad. consi. 44. nu. 14. Suarez. lib. sent. uer. minor. de quo uide quæ scribit Aym. consi. 7. col. 1. & 2. & col. penu. post med. ubi quòd in remedio l. 2. concluditur alternatiuè, uel ad restitutionem rei, restituto precio per actorem vel ut iustum precium suppleatur, sed in rest. in integ. præcise concluditur, ut reponatur agens in pristinum statum, & sic reus in remedio d. l. 2. habet electionem, uel supplendi iustum pretium, uel restitueñ. rem suo precio accepto, teste Aym. consi. 51. in prin. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Causa legationis est legitima ad præstandam in integ. restitutionem.*
2 *Legati durante legatione uectigalia soluere non tenentur.*
3 *Restitutio in integ. competit etiam contra missum in legationem.*

1 IN legatione seu ambascia. † Aduerte a quod
2 hæc causa legationis est sufficiens ad præstandum in integrum restitutionem, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, de qua habet in l. 1. in fin. ff. ex quib. cau. ma. & probatur in l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. qui mittitur. §. fi. cum l. sequ. ff. ex quib. cau. ma. facit. ff. de legation. l. 1. cum seq. debent autem esse huiusmodi legati tales qui diligantur à mittente, & ab eo cui mittuntur, & ex-
2 perti in arte ipsa, ut no. Arch. in c. 2. de re iudic. lib. 6. † & sunt exempti durante legatione à præstatione uectigaliũ, & quibusdam aliis, ut in l. à legatis. C. de uectig. & l. sed & reprobari. §. sunt autem, de excu. tut. Sunt præterea aliæ causæ, quibus maiores in integrum restituuntur, de quibus traditur in l. succurritur. & l. præced. & seq. cum sim. ff. ex qui. cau. ma. siue causa sit probabilis tantùm, siue probabilis & necessaria. ut in d. l. sed & si prætorem. §. fin. & in l. nec non, in prin. ff. eo. tit. & plene no. per gl. in fi. ff. de in integ.
3 restitu. † Quid autem econtra, an dabitur restitutio cõtra istum qui fuit in legationem missus? dic quod sic, quia non solum succurritur absenti contra præsentem, sed etiam præsenti contra absentem ex dicta generali clausula, ut in l. item ait prætor, in prin. & in fi. l. seq. & in l. fi. ff. ex qui. cau. ma. quæ restitutio non solùm tribuitur occasione damni passi, sed etiam lucri amissi, ut l. & siue, & l. Iulianus. §. fin. eo. tit. dumtamen lucrum fuisset quærendum sine alterius iniuria, aliàs non competeret restitutio. l. sciendum. & l. denique. & l. nec utilem. ff. ex qui. cau. ma.

ADDITIO.

a Aduerte. Adde Bald. in l. respublica C. ex quib. cau. maior. Angel. in l. cum quidam, in prin. ff. de acquir. hær. Doct. in l. pen. C. quomodo & quando. iudex.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an & quando datur in præscriptione.*

1 PRAESCRIPSISSE. † Nedum contra alienationem, sed etiam contra præscriptionem longã uel logissimam succurritur tam maiori quam minori ex iusta causa. C. si aduer. usucap. l. 1. & l. quod tempore. C. de testi. mil. cum ibi no. & l. necnon. §. extraneo. & l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. ma. facit etiam l. 1. §. item ait prætor. in princ. eod. tit. licèt hodie in minoribus aliter dispositum sit, unde secundum Cy. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necess. sic distingue. Aut præscriptio temporalis cepit contra prædecessorem ipsius minoris, qui prædecessor erat maior, aut contra ipsum minorem. Primo casu aut loquimur de præscriptione conuentionali, & illa currit contra minorem, & cum effectu, ut in l. Aemilius. ff. de mino. Aut quæritur de præscriptione legali, & tunc licèt sint opiniones diuersæ, tamen secundũ Iac. de Aret. distingue, aut est præscriptio, cuius cursus tendit ad confirmationem contractus habiti cum defuncto, & tunc currit ipso iure, & cum effectu, ut l. si intra. C. de non nu. pec. cum si. Aut ad confirmationem non tendit, & tunc currit, sed datur restitutio, ut no. in l. 1. C. si aduer. usucap. & l. 1. & 2. C. si aduer. uend. pi. fallit in præscriptione 30. ann. in qua seruatur quod traditur in l. fi. C. in qui. cau. in integ. rest. non est necess. & in l. sicut. C. de præscr. 30. ann. Secundo casu principali, quando præscriptio cepit in persona minoris, tunc subdistingue, aut est talis præscriptio quam ius antiquum volebat currere sine aliqua spe restitutionis in integrum, & tunc etiam hodie currit cum effectu, aut est talis, quæ currebat, sed dabatur restitutio, & tunc hodie ipso iure minori non currit, ut in d. l. fin. Fallit in casibus, videlicet in l. properandum. §. pen. C. de iudic. propter rigorem iuris conseruandum, ut in Auth. de app. & intra quæ tem. §. 1. Aut est talis præscriptio quæ de iure veteri non currebat, & adhuc hodie non currit, ut l. 2. C. in quib. cau. in integ. rest. non est nece. Et præmissa procedunt secundum Innoc. in præscriptione clausa in corpore iuris, in cæteris aũt præscriptionibus extra corpus iuris inductis uel per legem municipalem, uel consuetudinem, non iuuatur minor hodie ipso iure, sed ope restitutionis tantùm, ut no. per eum in c. constitutus. in fi. de restit. in integr. uide etiam quod habetur in l. non est incognitum. C. qui. non ob. lon. temp. præscrip. maiori autem læso facto pupilli, uel absentis etiam succurritur alia uia, & alio remedio, ut in l. ut perfectius. C. de an. excep.

DVRANTE absentia dicti Sim. legitimè præscripsisse. Fuit ergo in eius absentia completa præscriptio. Quid ergo si ante ipsam completam per duos annos reuersus est domum, & tacuit, nec ipsam interrumpit præscriptionem, & sic in eius præsentia completa fuit, an volens in integrũ restitui, audiendus erit? in qua quæstione variæ reperiuntur opin. ut plenè recitat glo. Cy. & Docto. in d. l. ꝙ tempore. & per Bart. in d. §. sed quòd simpliciter. Conclusiuè autem sciendum est, ꝙ quidam dicunt, ipsum non debere restitui propter eius negligentiam, iura enim negligentibus non succurrunt, ut l. pupillus, in fi. ff. de his quæ in frau. cred. & l. non enim. ff. ex quib. cau. maio. & videtur probari. in d. §. sed quòd simpliciter. Alij autem dicũt ꝙ restitutio est concedenda non ad illud totum tempus quod fluxit in eius absentia, sed ad aliud solum quod superest facta compensatione temporis absentiæ & præsentiç, vt sic tempus cum tempore confundatur, & quod superest restituatur. Exemplum est, pone ꝙ stetit absens 4. an. & pręsens 2. fiet restitutio temporis duorum ann. quia reliqui inuicem confunduntur. Alij ut Iac. de Aret. quorum opin. sequitur Cy. distinguunt, aut ipse Simon reuersus sciuit rẽ suam præscribi, & tunc si negligens fuit, in nihilo restituitur, ita intelligatur prima opi. aut ignoranter, & tunc habet locum secunda opi. Bar. autem in d. §. sed ꝙ simpliciter distinguit, aut loquimur in præscriptione actionũ, & tunc procepit prima opi. aut in præscriptione rerum immobilium; & procedit secunda opi. rationes autem & iura gratia breuitatis omitto, ibi uide.

IN quantum sint aliquæ. Vides hic, ꝙ conditionaliter petitur hæc restitutio, nec immeritò, quia si cõtractus & alienatio sunt ipso iure nulla, frustra peteretur eos beneficio restitutionis rescindi, ut no. dicit tex. in l. dubium. in fi. C. de tu. & cur. qui satisd. non de. Facit l. nam & si sub cõditione. §. rumpendo. ff. de iniu. rup. & irri. test. Constat autem hoc beneficium restitutionis esse rescissorium, ut d. l. necnon. §. fi. & pen. ff. ex quib. cau. ma. & in §. rursus, & ibi plenè de hac materia. Inst. de actio. & quod sub tali conditione peti posset hæc restitutio, probatur in c. constitutus, de in integ. resti.

QVO circa. Hic incipit conclusio libelli, quam tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio minoris officio iudicis petitur, & in ea libellus requiritur.*

1 QVATENVS ex officio uestro. † Aduerte ꝙ sicut illa restitutio, quæ tribuitur minoribus, petitur officio iudicis, ut in fi. extra de offi. iud. cum sim. supra alleg. ita hæc restitutio quæ tribuitur minoribus, ut probatur in l. si quis stipulatus sit. ff. ex quib. cau. ma. quod sequitur Cy. in d. l. quod tempore, & in utraque requiritur libellus, ut in d. c. fi. & supra dixi.

* FVISSE & esse nullas. * Si iudex reperiat alienationes fuisse nullas, debet super earum nullitate ꝓnunciare, quo casu cessare habebit disputatio super in integrũ restitutione danda, uel non. vbi autem reperiat esse aliquas, tunc de in integrum restitutione pronunciabit, ut supra dictum est &c.

ADDITIO.

* Nullas. Adde, ꝙ alienatione nulla fructus restituuntur, ex no. per gl. fi. in l. fi. C. de uend. reb. ciuit. lib. 11. Bar. in l. sed si lege. §. scire. ff. de pet. hær. Abb. consi. 43. 3. dub. lib. 2. Alex. consi. 73. in fi. lib. 2. consi. 121. liq. 4. Dec. in c. cum causa. vl. not. de off. deleg. tex. in l. si prædium. C. de præd. minor. & fac. quæ scribit Imbert. in enchirid. iur. Gall. uer. ecclesiæ rectori. col. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Læsio modica uel parua non habet restitutionem.*

1 a ENORMITER læsum. † Iudex a debet aduertere principaliter ad qualitatem læsionis, an sit magna, uel parua; quia pro nulla uel modica læsione non conceditur restitutio, ut l. si oleum, in fi. ff. de dol. & l. scio. ff. de in integr. rest.

ADDITIO.

a Iudex. Adde Bal. in addi. Spe. in tit. de rest. in integ.

SVMMARIVM.

1 *Restituendum quem esse, non sufficit iudicem simpliciter pronunciare. Verba de futuro non disponunt.*
2 *Restitutio quid sit.*
3 *Restituto aliquo, & eius aduersarius restituitur.*
4 *Restituto data minori, an prosit etiam eius fideiussori.*
5 *Minor aduersus eius fideiussorem petit restitutionem.*
6 *Sententia lata super restitutione, an sit diffinitiua uel interlocutoria.*
7 *Restitutio in integrum infra quantum tempus petatur.*

Minor

8 *Minor an possit petere restitutionem aduersus tempus petendæ restitutionis.*
Annua ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.
9 *Excipi potest de restitutione data, & non de danda.*
10 *Hæres minoris an possit petere restitutionem lapso tempore petendæ competenti minori ante aditam hæreditatem.*
11 *Successor an possit uti priuilegio defuncti, uel suo.*
12 *Ecclesia uel fiscus succedens priuato, an iure priuati utatur.*
13 *Restitutio an interim peti possit, sequuta absolutione super restitutione.*
14 *Sententia contra minorem an debeat dici nulla, uel ab ea appellari, aut in integrum restitutio peti debet.*

1 EVNDEMQVE' Simon. actualiter & realiter. † Multū notanda sunt ista uerba, nā non sufficit ꝙ iudex pronunciet simpliciter ipsum restituendum, quia uerba de futuro non disponunt, ut l. si à colono. ff. de uerb. obl. & no. per Iac. But. in l. cum iudex. C. de sen. & inter. om. iu. vnde necesse est, quòd de præsenti actualiter & realiter restituat dicendo §Ipsum in int. restituimus, & in suo priori statu & gradu, in quo fuerat ante dictas alienationes, & præscriptiones, omnino reponimus, & reducimus &c.
2 † Est enim restitutio * prioris status in integrum repositio, ut l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de min. † Sed hoc
3 suppositio, quod minor uel maior sit restituendus, nunquid eius aduersarius erit etiam in statu pristino reducendus, seu reponendus? & utique dicendum est quòd sic, ut in l. 1. & 2. C. si aduer. transa. & no. in d. §. restitutio.
4 † Inde quæritur, an data minori restitutio prosit etiam fideiussori eius v. g. si fuit minor restitutus aduersus uenditionem, pro qua rata tenenda fideiussorem præstiterat, & gl. uidetur tenere ꝙ hæc exceptio præstitæ restitutionis transeat ad fideiussorem. arg. in l. exceptio. in fi. ff. de excep. Pet. tenet contrarium, dic plenius, ut no. in l. si. C. de fideiuss. min. & in l. mi-
5 nor. 25. ff. de min. † Quid ergo si talis exceptio non porrigatur ad fideiussorem secundum aliquos, an agente fideiussore contra ipsum minorem poterit ipse minor aduersus eum etiam petere restitutionem in integrum? Dic ꝙ sic, ut habetur in l. v. C. de fideiuss. min. & ibi per Cy. & d. l.
6 minor. † Vltra quæritur, an sententia lata super restitutione in integrum sit diffinitiua uel interlocutoria; super quo distingue, aut super ea fuit principaliter oblatus libellus, ut hic, & tunc est diffinitiua; aut super alio fuit principaliter oblatus libellus, sed incidenter fuit de restitutione quæsitum. v. g. si minor fuit conuentus ab alio actione reali & personali. & per modum excipiendi ipse minor asseruit se læsum; & per hoc petit se restitui in integrum; & tunc est interlocutoria, ut habetur in l. nemō. §. extraneo. ff. ex quibus. cau. ma. ad quod facit regula l. quod iussit. ff. de re iud. & quod ibi not. & l. nam & postea. §. si minor. ff.
7 de iureiurando. † Quæritur amplius, infra quantum tempus peti debeat in integrum restitutio? Dic ꝙ olim peti debebat infra annum utile, ut in d. l. infra utile. cum sim. hodie uerò sufficit illam petere infra quadriennium continuum post perfectam minoris ætatem, uel absentis reuersionem numerandam, infra quod tempus debet lis terminari, ut habetur in l. superuacuam. C. de temp. in integ. restit. & sic tempus illud non currit minoribus, nec maioribus durante absentia, uel ætate minore, ut d. l. superuacuū,
8 & no. in d. §. rursus. † Sed pone quòd tempus huius quadrienni sit elapsum, an per uiam excipiendi poterit minor vel maior se defendere petendo se restitui? uidetur ꝙ sic, quoniā regulariter traditur, ꝙ ea quæ sunt annua ad agendum perpetua sunt ad excipiendum, ut l. purè in fi. de do. exce. In contrarium determinat Cy. & alij Doct. in d. l. superuacuam. ratio est, quia fuit in ipsius potestate per uiam agendi petere se restitui, ideoq; sibi imputet si nō egit. ar. l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoffi. test. & l. quæsitum. §. in dolo. ff. de pœn. cum sim. quæ ratio cessat in d. l. pure. facit
9 et ad prædicta regula, quæ traditur, † ꝙ de restitutione data pt excipi, nō de danda, ut habetur in l. nā & postea. §.
10 si minor. ff. de iureiur. & d. §. extraneo. † Sed pone ꝙ minor decessit infra tempus petendæ restitutionis, & fluxit tempus ante aditam hæreditatem eius, an poterit hęres petere restitutionē? distingue breuiter hoc modo, aut hęres fuit negligens, & tunc denegatur sibi restitutio; aut non fuit negligens, & tunc cōceditur, ut determinat Cy. in l. 2.
11 C. de temp. in integ. rest. † Quid aūt dices, si maior succedit minori, uel minor maiori, uel priuilegiatus non priui-
* legiato, an ipse successor * poterit uti proprio priuilegio, vel ipsius defuncti? Dic plenè ut per Dy. in c. is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. & in l. hæredem. ff. de reg. iur. & per gl. &
12 Iac. But. in l. ea quæ. C. de rest. in integ. † Et eodem modo quæri consueuit, si ecclesia succedat alicui priuato, an utatur iure priuati, uel sui: & idem in fisco succedente priuato super ecclesia, uide quod no. in c. 1. in fi. cum sim. ibi no. extra de iu. pat. In fisco uide quæ no. in l. 2. C. de priui. fisc. & l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. & l. non intelligitur. §. cū ex
13 cā, cum si. ff. de iure fis. † Quid āt diceres, si iudex absoluat istum Iac. conuentum super restitutione, an iterum poterit petere iste Si. se restitui? uidetur ꝙ sic per l. 1. cum seq. C. si aduers. rem iud. In contrarium est ueritas ꝑ tex. in l. 1. & 2. C. si sæpius in integ. rest. fue. pe. poterit tñ ab hac tali sententia appellare, & sic uti iure cōi, ut in d. l. 2. & in c. fin. de in integ. rest. Nec ob. contraria, quia loquuntur quādo sententia fuit lata super alio q̃ restitutione, ut l. si ex cā iudicati. in prin. ff. de min. & si fortasse læsus sit circa lapsum instantiæ causæ principalis uel appellationis, sibi succurritur beneficio restitutionis, ut l. si sine. §. si. & l. minor omissam. ff. de min. & tamen, ut latius uideas, potes sic distingue re secundum Bart. in l. contra pupillum. ff. de re iud. & per
14 Cy. in l. cum & uos minores. C. si aduer. rem iud. † Cum quæritur, an sententia lata contra minorē debeat dici nulla, uel ab ea appellari, aut in integ. restit. peti, sic distingue, aut sententia fuit lata contra impuberem, aut contra puberem. Primo casu, aut sententia est lata cōtra pupillum, uel minorem 25. ann. nullum habentē tutorem uel curatorē, & tunc sententia est ipso iure nulla tanquam iudicium sit inchoatum & finitum cum persona minus legitima, ut d. l. cum vos minores, & l. contra pupillum. & l. acta. in fi. ff. de reg. iur. aut est lata contra pupillū uel minorem habentem tutorem, uel curatorem, & tunc aut tutor, uel curator interuenit à principio litis, & in processu causæ, & tunc ualet sententia ipso iure, sed ope restitutionis pōt rescindi si læsio intercesserit, ut in d. l. cum & vos minores. 2. respon. C. si aduer. rem iud. cum sim. Aut tutor uel curator non interuenit à principio, nec in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla, ut in d. l. cum vos. in prin. & in d. l. cōtra pupillum. & l. acta. in fi. Aut interuenit à principio, sed in causæ processu non interfuit, & tunc ualet sentētia ipso iure, sed ope restitutionis rescindi pōt. ut d. l. præses. C. quo. & quando iu. Aut econtra non interfuit à principio litis, sed solùm in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla, ideo non est opus, ꝙ ope restitutionis rescindatur. vt l. momentaneæ. C. qui legi. perso.

ADDITIONES.

* Est enim restitutio. Adde, quòd restitutio nil aliud est, quàm in pristinum statum repositio. l. quod si minor. §. restitutio, ubi Bar. ff. de minor. Ias. in l. interdum. num. 4. ff. de cond indeb. qua in materia restitutionis dic, quòd ꝑ in integ. restitutionem impeditur executio, secundum communem, per eundem in l. qui se obtulit. §. condemnatum. num. 27. de re iud. Afflic. decis. 356. ubi ponit limit. ad reg. Abb. & alios in c. sciscitata, de in integ. rest. & an admittatur cumulatio nullitatis & restitutionis in integ. dic, ut per Mising. Cent. 2. obser. 26. ubi quid in rei uendicatione, & tandem post plura dicit, communem opi. esse, utrunque simul peti posse, uidelicet contractum rescindi, & possessionem rei restitui, non obstantibus dictis per Guid. Pap. quęst.

 143. &

143. & an restitutio in integ. super principali extendatur ad accessoria, uide Ias. in l. Stichus. §. Lucius Titius. ff. de cond. indeb. Masuer.

* Successor. Adde, an appellatione successoris comprehendatur vniuersalis, uel singularis tantum, & uide Ias. in l. quædam. §. nihil. col. 1. ff. de eden. ubi infert ad plura not. quid de successore singulari, & dic, ꝙ iura uolentia regulariter successorem singularem non teneri stare colono, lo cum nō habent in colono partiario, teste Rom. cons. 309. col. 1. quid in successore necessario, & dic, quòd tenetur stare colono, ut not. Doc. in apostil. ad Bar. in l. in uenditione. §. si quis fructus. ff. de bon. aut. iud. poss. pro quo uide quæ habentur infra for. lib. ad præstationem. versi. solue neglexit. nu. 5. & seq. Masuer.

a Iudex. Adde Bal. in add. Spe. tit. de rest. in integ.

b Tempus. Adde Ias. in §. rursus. Insti. de actio. col. 12. uersi. nam secundum eum, Maria. Sozi. iun. in consi. 54. incip. in causa filiorum Petri. in 1. vol. nu. 3. 4. 12. consi. 145. inci. uiso puncto & aliis scripturis. nu. 20. 21. & 22. eo. vol. consil. 115. incip. præsens consultatio. num. 8. & 41. cum seq. in 2. vol. & in consi. 65. inci. viso themate præposito. nu. 8. cum sequen. in 3. vol. Zilettus.

S V M M A R I V M.

1 *Contractum & præscriptionem rescindi & possessionem rei restitui simul consecutiuè & conditionaliter potest peti.*
2 *Petitio hæreditatis & querela inofficiosi testamenti, simul & consecutiuè intentari potest.*

1 AD dimittendum & relaxandum. † Solet in dubium reuocari, an simul utrúque possit peti, uidelicet contractum & præscriptionem rescindi, & possessionem rei restitui. & dixerunt quidam quòd non, sed res ipsa duobus iudiciis debet expediri, ut primò impetretur rescissio contractus, & restauratio actionis; qua obtenta postea intentetur actio restituta. Tu autem uerius dic secundum communem opi. Doct. vtrunque simul consecutiuè, & conditionaliter forma, de qua hic, posse proponi, ut plenè not. in §. rursus. Inst. de act. & in d. §. extraneo. & per Inno. in c. cū
2 ex literis. in gl. pe. de in integ. rest. † sicut in simili dicitur de petitione hæreditatis, quæ simul & consecutiuè proponi potest cum querela inofficiosi testamenti, ut no. in l. de inofficio. ff. de inoffi. testa.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus an sint restituendi, data in integrum restitutione.*
2 *Habens titulum excusatur à resti utione fructuum.*
3 *Minor quibus casibus non restituatur.*

1 SIMVL cum fructibus. † Quæritur an data in integrum restitutione sint fructus rei, sicut ipsa res, restituendi? & uidetur quòd sic per d. l. quòd si minor. §. resti-
2 tutio. & l. necnon. in §. si. ff. ex quib. cau. ma. † In contrarium facit, quòd habens titulum excusandus est à restitutione fructuum, ut l. 2. C. si quis igno. rem mi. sine decre. emi. & in l. bonæfidei. ff. de acq. re. do. & plenè not. per gl. & Bar. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. & l. si fur. §. 1. ff. de vsuc. & per Dy. in c. possessor. de reg. iur. lib. 6. de quo vide quę notaui supra in 1. lib. in gl. super uer. fructibus. Vltimò sciendum est, quòd regula superius tradita, qua dictū
3 est, minoribus læsis esse succurrendum, † fallit in certis delictis, de quibus plenè nota. in l. auxilium. §. in delictis.
4 ff. de mi. & C. si aduer. delict. l. 1. & 2. † Item fallit, cùm læsio est modica. vt d. l. scio. & certis aliis casibus, de quib. in d. l. 1. & d. §. in delictis. plenè no. ubi uideas.

ET prædicta petit. Ista clausula cum sequentibus extendatur, ut notatum est in primo libello &c.

Forma libelli quò agitur ad ficti præstationem, & rei relaxationem.



CORAM vobis D. P. Vicario domini potestatis Papiæ dicit, narrat, significat, & proponit, uir henerosus, ac miles strenuus D. Manfred. de Beccaria de plebe filius q. D. Castelli agendo, & agere uolendo, contra & aduersus Iac. Gerlam, & aliam quacunque personā pro eo & eius nomine in iudicio legitimè cōparentem, dicens idem dominus Manfre. quod iā decem annis decursis, uel circa inuestiuit suprascriptum Iacobum pro se, & suis hæredibus & quib. dederit, de domo vna posita in Papia, cui coheret &c. ad dandum & soluēdum pro ficto, & nomine ficti omni anno in festo S. Michaelis flor. 5. boni auri, & capones duos, prout plenius & latius in instrumento ipsius inuestituræ contineri reperietur, ad quod relatio habeatur. Quam domum ipse Iac. à tempore dictæ inuestituræ citra tenuit & possedit, & dictum fictum soluit spatio duorum annorum primorum, & postea eundem fictum soluere neglexit & recusauit spatio 5. anno. & plurium. Et vlterius ipsam domum propria auctoritate sine licentia, ac sciētia dicti domini Manfr. alienauit. quibus ex causis ipsa domus fuit & est aperta & deuoluta ipsi do. Manfr. & utile dominium ipsius domus consolidatum cū directo, & quoniam ipse Iac. sæpe & sæpius super solutione dicti ficti requisitus & super relaxatione dictæ domus interpellatus, tam ipsum fictū soluere, quàm ipsam domum relaxare indebitè recusauit, & recusat. Iccirco cum prędicta uera sint, petit & requirit ipse d. Manf. a vobis d. Vicario antedicto, quatenus per vestram sentētiam diffinitiuam condēnetis, & condemnatum iuris remediis compellatis supra scriptū Iac. ad soluendum ipsi d. Manfr. fictum dicti temporis præteriti 5. annorum quo soluere cessauit, & quod ascendit in summa flor. 20. vel circa, necnon ad dimittendum & relaxandum dictam domum ipsi d. Manfr. sibi apertam & deuolutam, ut prædicitur, cum omni suo melioramento, tam propter cessationem dicti ficti, quàm propter alienationē antedictam, ac etiam eundem Iac. condemnetis in cæteris suis damnis, interesse, & expensis præteritis & futuris. Quæ omnia idem d. Manfr. petit per uos fieri, & executioni mandari &c. deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. non propterea se astringens &c.



CORAM vobis. Ad huius libelli, & eius materiæ pleniorem intellectum, est prę sciendū, ꝙ quandoque res datur ad simplicē locationem, quod est, cùm conceditur ad maius tempus decennij, & de hac loquitur totus ti. ff. & C. & Instit. loca. Quandoque conceditur res aliqua ad emphyteusim, quod est quando conceditur ultra tempus decennij uel in perpetuum, & de hac propriè loquitur. C. de iure emphy. per totum, & ff. si ager uecti. per totum, & Instit. loca. §. adeo. & plenissimè per Spe. in tit. de loc. Quandoque res datur in feudum, & de hac concessione loquitur liber usus feudorum. Conceduntur & aliis uariis modis res hæ, prout in multis iuris articulis describit. Differt autem simplex locatio ab aliis concessionibus de quibus supra, quia simplex locatio non mutat dominium, nec possessionem, ut l. non solet. ff. loc. Feudum uerò, & emphyteusis sic, quia per illam transfertur dominium utile, ut l. 1. & 2. C. de iure emphy. & 10. collat. tit. de inuest. de re. alie. fac. cum similibus.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio quando fit ad maius tempus triennio transit in contractum emphyteusis.*

Inuesti-

2 *Inuestitura facta de octo annis in octo annos ascendens ad finem annorum an transeat in emphyteusim.*
3 *Clericus non pôt inuestire de octo annis in octo annos & similiter sine superioris auctoritate.*
4 *Locatione facta in minori tempore decennij, conductor an possit repetere expensas.*
5 *Pacta omnia in locationibus, & emphyteuticis contractibus sunt seruanda.*
6 *Conductor de domo ante finitum tempus locationis expelli non potest.*
Nisi pensionem non soluerit uel propter necessariam domini habitationem, et propter rei refectionem, uel culpam conductoris abutentis.
7 *Conductori non licet discedere à conductione ante finitum tempus.*
8 *Finito tempore locationis si conductor perseueret in conducta, an possit expelli per locatorem.*
9 *Soluto pretio locationis à principio facta in decennium, an conductor expelli possit in casu in quo aliàs expelliter.*
10 *Emptor domus potest conductorem expellere.*
11 *Re conducta perempta, an ad eius aestimationem conductor teneatur.*
12 *Locator non tenetur conductori de casu fortuito.*
13 *Re perempta, liberatur emphyteuta.*
14 *Fructibus fundi conducti si defraudentur an à praestatione mercedis conductor excusetur.*
15 *Sterilitas & ubertas quid sit.*
16 *Obligatus ad dandos certos fructus ex fundo singulo quoque anno, fructibus illis non nascentibus qualiter sit obligatus.*
17 *Relatiuum, quod, adiectum uerbo futuri temporis, facit conditionem.*
18 *Conducens fundum ad tempus modicum, an teneatur facere fundo necessaria.*

* INVESTIVIT. * in perpetuum. Aduerte quòd per hoc quod dicit {in perpetuum} apparet cōtractum istum esse emphyteuticum. Idem si dixisset {Vsque ad 12. uel 20. & amplius annos.}
1 † Nam secundum Doct. quando fit locatio ad maius tempus decennio, tunc transit in contractum emphyteusis, ut solet notari in cle. 1. de reb. ec. non alie. & per glo. & Doct. in l. codicillis. §. instituto, de leg. 2. & bene facit io. collat. in ti. qualiter olim fe. po. alie.
2 c. 1. §. donare. † Sed quid de quaestione illa occurrente; {Aliquis inuestiuit aliquem usque ad octo annos, deinde eis finitis usque ad alios octo, & sic deinceps de octennio in octennium usque in perpetuum, uel usque ad quinquaginta annos, an erit contractus emphyteuticus, & transeat utile dominium in eum? } Dy. in d. §. instituto. tenuit quod nō, sed erit simplex locatio, arg. l. pluribus. ff. de uerbo. oblig. pro qua opin. facit in arg. l. sancimus. l. pe. & fi. C. de do. In cōtrarium tenet Old. de Ponte. in d. §. instituto. dicens quod talis inuestitura continet alienationem, & dominij utilis trāslationem, sic quòd cadit in prohibitionem, si aliquis sit rē ipsam prohibitus alienare à testatore, uel à lege, arg. in Authen. de non alie. aut permu. §. illud. collat. 2. quia nō refert an directò, uel per obliquum fiat contra ipsam prohibitionem, ut l. oratio. ff. de spon. & l. cum lex. ff. de fideiuss. & l. nō
3 dubium. C. de ll. † Ex quibus patet, quòd clericus, * qui
* non potest sine superioris auctoritate in perpetuum inuestiri, ut d. cle. 2. si faciet inuestituram sub forma praedicta, quòd non ualet sine superioris licentia & auctoritate. Et pro hac sententia facit c. 1. §. donare, in ti. qualiter olim feu. po. alie. ueruntamen subiungit idem Oldra. quod posset in persona se obligare ad locandum post primum terminum finitū in aliud tempus; quia tunc non alienaret, sed se obli
4 garet. † Quid autem si locauit simpliciter vsque ad tempus modicum biennij, uel triennij, aut annorum nouem,
* & sic minori tempore decennij, an conductor expensas * quas in domo fecerit, poterit repetere? dic quòd sic, si fuerint expensae utiles uel necessariae, ut in l. dominus horreorum. §. 1. & l. colonus, in prin. ff. loc. cum sim. nisi contrariū
5 actum esset, quia † in locationibus & emphyteuticis contractibus pacta omnia sunt seruanda. l. 2. in prin. C. de iure
6 emphy. & l. legem, & l. circa. C. loca. † Sed an a conduca ctor potest expelli de domo ante finitum tempus locationis, uel conductionis? dic quod non regulariter, ut in d. l. aede. & l. si de fundo. C. loca. & l. si uno. §. plane si forte dominus.
7 & l. si in lege. §. colonus. ff. loc. & conducti cum sim. † Similiter & econtra conductori non licet discedere a conductione ante finitum tempus, ut in d. l. si in lege. §. si domus & l. dominus horreorum. §. fin. ff. loca. Prima autem regula fallit in quatuor casibus, in quibus licitè potest per loca
b torem conductor expelli. Primus b est, si mercedem uel pensionem non soluerit, etiam si pactum de non expellendo intercesserit, ut d. l. quaero. §. inter locatorem, & l. cum domini. ff. loca. Secundus casus est, si emerserit de nouo necessitas locatori habitandi in ipsa domo, ut d. l. aede. aliter vero si illa necessitas fuisset tempore locationis, tunc non audiretur locator, arg. l. quod quis. ff. de reg. iur. & l. si quis
c domum. §. 1. in fi. ff. loca. Tertius casus c est, quando locator habet propter superuenientem casum & necessitatem
d domum reficere, ut dict. l. aede. Quartus casus est, d quando conductor malè uersatur in ipsa domo ipsam deteriorando. d. l. aede. in fin. & in Auth. de alie. & emphy. §. si uerò quis. & probatur in c. propter sterilitatem, de loca. in fi. ad quod facit quod habetur in c. 2. §. quicunque. de pac. ten. &
8 eius violat. † Sed pone quod finitum est tempus locationis,
* tamen conductor perseuerat * in re conducta, an poterit locator ipsum expellere? distingue, aut est praedium urbanum, uel rusticum. primo casu potest expelli, secundo non potest, ut not. in l. item quaeritur. §. fi. ff. loc. & quae sit ratio inter praedium urbanum & rusticum, uide ibi, quae talis est nam in praedio rustico praesumitur tacita conductio vsque ad annum propter patientiam ipsius locatoris, & quia fructus nisi per annū capiuntur, quae ratio cessat in urbano in
9 quo singulis dieb. fructus habitationis recipitur. † Quid si aliquis domum conduxit usque ad decennium, & soluit pensionē totius temporis in principio locationis, an poterit expelli in casibus praedictis specialibus a dicta regula exceptis? dic quòd non. imputet enim sibi locator qui pēsionem totius temporis recipiendo se à iure deijciendi exclusit, argu. d. l. aede. & d. §. inter locatorem. Sed si locator
10 domum uendiderit, poterit tunc † emptor conductorem expellere, ut in l. emptorem. C. loca. nisi in certis casibus,
11 quos uide infra in gl. super uer. soluere. † Sed quid dices,
* si ipsa domus fuit casu igne * combusta & consumpta, ut plerunque accidit, uel equus locatus casu perditus est, an conductor teneatur ad aestimationem? Breuiter in hoc sic distingue secundum Docto. Aut conductor in se suscepit periculum casus fortuiti, & tunc tenetur ad aestimationem, vt l. si quis fundum, in princip. alias est. §. in l. si quis domum. ff. loc. Aut nullum in se suscepit periculum, & tunc aut culpa eius, uel mora praecessit casum, & tunc tenetur de casu, ut in l. si quis fundum. §. fin. in fi. & l. uideamus. §. 1. in fin. & d. l. si merces. §. qui colonum, & in l. qui insulam. §. qui nulla. ff. loc. Culpa autem dicitur praecedere tribus modis. Primò, si non fecit quod diligens homo fecisset. Secundò, si fecit contra pactum & conuentionem. Tertiò, si fuit in mora, ut haec probantur in text. & gloss. in d. l. uideamus, in princ. & § pen. cum seq. Quartus modus est, si ille casus contingit facto, & culpa suorum seruorum, seu domesticorum, vt in d. l. qui insulam. §. fin. cum sim. Aut nulla culpa praecessit, & tunc non tenetur de casu, vt in d. l. si quis fundum. §. fin. in princip. & l. ex conducto. §. cum
12 quidam. ff. loca. cum sim. † Sic econtra, non tenetur locator conductori ex casu fortuito in re locata superueniente ad aliquod interesse, ut l. 1. & l. in iudicio. C. loca. & l. dominus horreorum. ff. loc. In re autem, uel equo gratis commodato, dic eodem modo distinguendum, ut supra; hoc autem aduertendo, quòd ibi distinguitur & cōsideratur cuius gratia fit commodatum, an gratia utriusque scilicet dantis & accipientis, an recipientis tantum, ut plenè traditur in l. rebus. in princip. & §. fin. & l. si ut certo. §. interdum, & §. nunc uidendum. ff. comm. & Institu. qui mo. re contra. obl. §. is cui. & quae dicta sunt supra proce-
13 dunt in simplici locatione, † nam in re emphyteutica, in qua emphyteuta habet utile dominium, casu fortui-

to re ipsa perempta in totum liberatur emphyteuta à ficti præstatione,& non aliter,ut in l. 1.in fin. C. de iur.emphy. An autem emphyteuta teneatur domino ad mercedē? cre-
14 do distinguen. vt supra. † Sed circa [e] præmissa quæri-
d tur,quid in fundo rustico locato, an excusetur conductor
e a præstatione mercedis,si fructus eius fundi [e] casu aliquo defraudentur?& in hoc sic conclusiuè distingue. Aliquando conductor, seu colonus allegat fundi peremptionem, uel casmasitatem, ut quia vi fluminis, uel terremotu consumptus est antequam ex eo fructus essent collecti,& tunc excusatur, & fit sibi in totum remissio mercedis, seu pensionis,ut in l.ex conducto,uer.sed si agere.ff.loca.Aliquando allegat fructuum exiguitatem,seu paucitatem, & tunc nulla fit remissio mercedis,quia in casu conuerso,ubi accideret fructuum abundantia non augeretur pensio, nec merces,ut probatur in l.si vno.§.cum quidam ff. loca. Aliquando allegat fructuum sterilitatem, & tunc regulariter fit remissio mercedis illius anni,ut l.licet.C.loc. & ibi plenè no.per Cyn.& Doct.facit quod habetur in l.ex conducto.§.si uis tempestatis.ff.loc.hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus est quando ubertas sequētium annorum est tanta,quæ habet supplere sterilitatem, ut probatur in d. l. licet.& l. si vno,in prin.ff.loc. Secundus est,si omisit negligenter fundum pro tempore futuro colere, non curando de recompensatione,secundum Cy.qui sic limitat d. §. quidam,in l. ex conducto, & not. per eum in l. ad comparandas.C.man.in fi. Tertius casus est,quando in se suscepit casum sterilitatis,arg.d.l.licet. à contrario sensu.& in d. l. si quis fundum,in in prin. ff. loc. Aliquando allegat fructuū vitiositatem, puta acerbitatem, & tunc nulla fit remissio mercedis,ut in d.l.ex conducto.§.1.uersi. si qua tamen vitia.quæ dist.non procedit in re emphyteutica,ut infra no.
15 † Solet tamen ex præmissis dubitari, quæ dicatur sterilitas, & quæ ubertas, super quo sunt uariæ opin.'ut refert Cy.in d.l.licet,tamen conclusiuè teneo in hoc standum esse vulgi opi. quando de sterilitate dubium uersatur. Si verò super ubertate disputatur,tunc secundum aliquos idem est dicendum. Alij uerò, ut Ioan.dicunt quòd fienda erit tunc contributio utriusque anni præcedentis cum seq. Et si reperiatur uterque annus sine sterilitate,tunc sequens annus reputabitur cum ubertate. Credo quòd prior senten-
16 tia sit æquior,& securior,dic ut ibi per Cy.& glo. † Vlterius quæritur pro pleniori doctrina præmissorum. Pone aliquis promisit dare bocale vnum vini,siue saccos 10.frumenti ex tali uinea,uel ex fundo, cōtingit ꝙ nullus fructus nascitur in dicta uinea, uel fundo pro illo anno. quæritur an sit liberatus,uel supplere teneatur in sequēti anno, uel ex alio fundo dare? Circa quod sic distingue secundum Doct.ut refert Cy.in l.si quis argentum.C.de don. aut fundus ponitur ad solam designationem, seu demonstrationem,& tunc non liberatur, sed supplere debet ex alio fundo,uel alio modo,ut in l.quidam testamento.de lega.1. & de ali.& cib.leg. l. Lucius. Aliquando ponitur fundus ad taxationem,& limitationē, & tunc subdistingue, aut erat in promissione vnica præstatio tantum,aut plures per diuersa tempora,ut 10.annua.Primo casu considera,aut fundus fuit taxatus, & limitatus solutioni fiendæ purè & simpliciter sine conditione. puta quia dixit {Promitto dare 10. ex fructibus huius fundi} & tunc supplebitur in anno seq. licèt ad præsens non possit ad solutionem compelli, vt l.Firmio.in prin.ff.quando di.le.ce. Aut fuit fundus limitatus,& taxatus per modum conditionis,& sic solutio erat fienda conditionaliter. v.g. quia dictum est {Quòd promisit soluere 10.saccos frumenti, ex eo quod nascetur in tali
17 fundo} & tunc,quia † relatiuum quod,adiectum est uerbo futuri temporis facit conditionem,ut l.nuper ff. de lega.3. & l.Stichum qui meus erit.ff.de leg.1. Si aliquid non nascatur,tanquam defecta conditione liberatur, nec tenetur aliunde supplere,ut probatur.ff.de contrahen.emp.l.si debiliori,in §.uerisimile.& ff.de vi.tri.& oleo leg. l. cum certus.Alio autem casu principali, quando in promissione sunt plures præstationes fiendæ,puta 10.annua. uel mēstrua.& similia,& tūc si nihil in vno anno nascitur,supplēdum est in alio,ut l.legatum.§.uni.ff.de an.leg.& d.l.cum certus.ff.de vi. & oleo lega. Et prædicta etiam locum habent in quantitatibus,quæ debentur nedum in vlt.uoluntate, uel alia simili promissione,sed etiam cum debentur ex contractu locationis,uel emphyteusis, nisi aliter actum & conuentum extiterit, ut d.l.si vno.in prin.ff.loca. & not. in
18 d.l.licet.C.loca.secundum Doct. † Vlterius quæritur,pone quòd aliquis conduxit fundum ad tempus modicū, an teneatur suis sumptibus facere fossata,& aggeres ad uberiorem fructuum,& agri vtilitatem? dic vt no.& distinguitur per Bar.in l.impensæ.ff.de impen.in re. do. fac. Aut super hoc est lex,uel consuetudo in regione, & illa seruanda est,argu.in l.excepto.C.loc.& l.domini prædiorum. C. de agr.& cen.lib.11.Aut de consuetudine,uel statuto non apparet,'& tunc aut talis impensa respicit perpetuam agri vtilitatem,uel tempus longius, quàm sit tempus suæ conductionis, & tunc non tenetur ad ipsam expensam sed pertinet ad locatorem, arg.in d.l.impensæ.& l.3.§. nos generaliter.ff.de impens. aut hæc impensa solum respicit votus anni vtilitatem,& tunc ad eam tenetur ipse colonus. d. §. generaliter.& in l.1.§.de eo.ff.de aqua plu.arc.&d.

ADDITIONES.

❀ Inuestiuit. Adde,quid per hoc uerbum inuestiuit,not.Ro. consi.509.nu.26.

❀ Clericus. Adde,an possit clericus fideiubere pro laico, & vide Ias.in l.1.nu.10.ff. si quis in ius voc. non ier.ubi inter alia quòd non potest renunciare priuilegio fori,Auth.statuimus C.de epis.& cler. de quo habetur per Nat. consil. 314.illud autem quod dicitur clericum non posse expressè renuntiare foro.c.si diligenti,de for.comp.dic non procedere si tacitè contrahendo & delinquendo ageret,teste Ias.in l.cum quid 2.lec.nu.13.si cer.pet.& nu.19.ubi quòd si clericus vult expressè prorogare iurisdictionem episcopi non sui requiritur licentia sui diœcesani. c. significasti, de for.comp.secus in tacita prorogatione, quæ inducitur contrahendo uel delinquendo. Masuer.

❀ Expensas. Adde, quæ expensæ per conductorem repeti possint,& dic,ut per Rui.consi.157.lib.1.

❀ perseuerat. Adde, fac. quæ scribit Ias. in l. item quia . ff. de pact.

❀ Igne. Adde Ias.in l.si quis ex argentariis.§. prætor ait col. fin. ff. de eden.ubi plura de incendio & qualiter formandi sint articuli,quando quis vult probare damnū ex eo, quia domus destructa non potuit locari,& uide Bar. in l.in hāc ff.de dam.infec.

❀ Sterilitas. Adde Rui.consi.87.lib.1.Grat.consi.161.lib.2. Abb.in c.propter sterilitatem.extra de loc.Cor. consi.128. lib.2.

a Sed an. vide Bar.in l.si seruus.ff.quod cum eo.& Spe.in tit. de actore, uer. item excipitur.

❀ Sed an. Adde,conductorem finita locatione teneri denunciare domino, aliàs tenetur ad pensionem, secundum Ias. in l.si quis nec causam.§.res pignori.num.5. ff. si cert. pet. locatione autem finita, si conductor primus tantum offerat quantum nouus:præfertur in locatione, teste Bartol. in l.congruit.C.de loca.prædior.libr.11. Castr.consil. 22. libr. primo. Quid de expulsione an & quando locum habeat, & dic,quòd propter necessariam rei refectionē conductorem expellere licet,l.æde. C. loc. Rom. singul. 235. Sed an ea refecta possit conductor petere se reponi in re locata.uide Crem.sing.71.pro quo fac.quę scribit Bar.in l. quæro.§.inter locatorē ff.loc. ubi loquitur de expellendo colonum.Angel. d.l. æde. C. loc. ubi ꝙ stante pacto de non expellendo, non potest expelli pro usu & necessitate loca-

locatoris, Corn. consi. 103. lib. 2. litera I. & nu. sed in contrarium, quòd pactum de non expellendo: non impediat dispositionem d. l. æde, scribit Nat. consil. 416. Fel. consi. 43. doc. in apostil. ad Dec. consi. 667. in cap. pastoralis, de appell. Didac. resol. lib. 2. c. 15. num. 4. vbi improbat Ang. in d. l. ædem, videtur tamen quod expelli possit non obstante pacto, quando militat dispositio d. l. æde, per text. in d. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. quando autem conductor ob non solutionem mercedis propria autoritate expelli possit? uide Alex. consi. 106. colu. 4. lib. 3. & plures casus ponit Spec. tit. de actore, car. 8. Rui. consi. 47. num. 9. lib. 2. Masuer.

b Primus casus. Vide Doct. in d. l. ædem. Bald. in auth. qui rem. C. de sa. san. eccle. Bal. in add. Spe. in tit. de loca. in §. postquam, in versi. porrò. Bal. in add. in tit. de actore. versi. item quod vult. Bart. in l. colonus. ff. loca. & vide Doc. in c. si. extra ne prælat. vices suas, & ad secundum casum vide Panor. in c. propter sterilitatem, de loc.

c Tertius casus. Adde gl. & Bar. in l. si duo. in §. et inquilinus ff. vti poss. Barto. in l. habitatores. ff. loca. & Barto. in d. l. æde.

d Quartus casus. Adde Doct. in d. l. æde. & Bal. in l. 1. C. de sum. Trin. Ang. in Auth. quomodo opportet episcopos, & Bart. Capo. de serui. vrb. tit. de vsu.

e Sed circa. Vide Doctor. in l. soluto. ff. loc. & in l. si uno eod. titu. Bald. in l. si merces. eod. tit. Barto. & Bald. in l. 1. C. de iur. emphy.

* Sed circa, Adde, si conductio facta sit tempore belli an tunc remissiò fieri debeat? vide Bal. in l. si ea, col. si. C. loc. Ias. in l. 1. col. 7. de iur. emphy. Alex. consi. 113. lib. 1. in aut. de ma. pri. §. publicorum, Rip. in l. 1. in prin. nu. 55. ff. solu. matr. & tract. de peste 2. par. 4. priuileg. num. 21. num. 29. Alex. consi. 6. li. 2. fac. tex. in l. qui bona. §. de illo ff. de dam. infect. & ad not. per doc. ac Pap. hic vide Ias. in l. qui rem post. nu. 2. C. de sac. san. eccl. & declara, ut per Villal. inter com. opin. lib. 9. uer. inquilino. Mesuer.

PER se & suos heredes. † Et si de hæredibus non esset facta mentio, tamen natura cōtractus locationis & emphyteusis est vt transeat ad hæredes, vt l. viam veritatis. C. locat. ergo. &c.

* Heredes, Adde, quod licet hodie in omnibus instrumentis communiter fiat mentio hæredum, secundum Barto. in l. stipulatio ista. §. si quis ita, circa fin. ff. de uerb. oblig. tamen talis clausula notariorum est superflua l. eum qui ita. §. 1. eo. ti. teste Ias. in l. si sic stipulatus, num. 14. eo. tit. ubi latius declarat num. seq. & uide Dec. in l. hæredem. ff. de reg. iur. consi. 572. nu. 3. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quo tempore fiat, si tempus solutionis non est designatum.*
2 *Volente emphiteuta soluere totum fictum anni ante terminum, an dominus recipere teneatur.*
3 *Si ante tempus idem emphyteuta velit soluere partem, quid iuris.*

1 OMNI anno in festo San. Michaelis. † Quid dices, si nulla dies fuerit solutitioni designata quo tempore fienda est solutio? Cyn. in l. æde. C. loca. & ibi glo. refert opin. dicunt quidam, quòd in fine anni, alij, quòd in principio, alij autem, quòd in medio. Cōclusiuè uerò ibidem glo. dicit, quòd in hoc obseruada est consuetudo patriæ: & si de ea non appareat, tunc fieri debet in fine anni, arg. in l. qui hoc anno. ff. de uerbo. oblig. quia in talibus obligationibus, quod minimum est sequimur, ut l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. quam opi. sequitur Gof. in summa extra de loc. Alij ut Pet. distinguunt, concludendo tamen quòd alio non apparente fieri debet in fine anni, uide per
2 Doct. in d. l. æde. † Quid si a emphyteta uelit soluere
a totum fictum anni ante terminum statutum, an dominus teneatur recipere? dic, quòd sic. ut l. quòd in diem. ff. de sol. & l. eum qui Kalendas. §. quoties. ff. de uerb. obli. & d.
3 l. quòd quis. ff. de actio. & obli. † Sed quid si ante termi-
* num uelit soluere * partem tantum ipsius ficti, an dominus teneatur recipere? uidetur quòd sic, quia eadem est ratio totius ad partem, ut l. quæ de tota. ff. de rei uend. Et pro hac parte facit text. sing. in l. pen. C. de loc. fun. pa. lib. 11. Tu dic, quod nō cogitur, ut l. tutor. §. Lucius. ff. de usur. & not. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. pet. Non ob. d. l. pen. quia ibi est speciale in emphyteuta fiscali, ergo in priuato erit oppositum de iure communi l. ius singulare. ff. de le. nec etiam posset emphyteuta inuito domino soluere fictum 10. annorum, uel plurium pro tempore futuro, ut determinat. Cyn. in l. 2. q. ult. C. de iur. emphy. & Spec. in tit. de loc. uer. 32. &c.

ADDITIONES.

* Soluere, Adde Ias. in l. si seruus. §. si plurium col. 2. ff. si quis caut.

a Quid si, Vide Bal. in l. eum qui. ff. de annu. le. & Spec. tit. de loca. in §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit agendum in casu mercedis fundi locati non limitatæ.*
2 *Merce de constituta in vino vel grano non est locatio.*
3 *Locatio facta pro vno denario, an valeat.*

* FLORENOS * quinque, & capones duos. Patet ergo, quòd merces, seu ficti præstatio, fuit limitata à
1 contrahentibus. † * si non fuit limitata, uel inter loca-
* torem & conductorem sit discordia super eius limitatione, nunquid, rector ciuitatis, uel loci, poterit se interponere? Doct. dicunt, quòd sic, ut refert. Cyn. in l. ne cui. C. loc. ratio est, quia sicut se interponit in alijs uictualibus pertinentib. ad uictū hominis, ut l. 1. §. cura carnis. ff. de of. præfe. urb. ita & in isto casu, cum appellatione uictus ha-
2 bitatio contineatur, ut ff. de uerb. sig. l. uictus. † Vlterius quæritur, hic fuit constituta merces in pecunia, quid aūt si in alia specie, puta in uino, uel in grano, an erit locatio? dicit Iacob. Butr. in l. si hi qui. C. loca. quòd non, quia contractus locationis requirit præstationem in pecunia tantum, ut l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi. & not. per glo. in d. l. si hi qui. sed erit contractus innominatus, facio, ut des, quo casu erit agendum actione præscriptis uerbis. ut l. naturalis. ff. de præscriptis uer. uel erit contractus emphyteuticus si ultra tempus modicum facta fuerit locatio, ut not. per Cyn. in d. l. 1. & per glo. in d. § adeo. Insti. loc. & per Doct. in l. 1. C. de iur. emphy. ideoque secundum Iac. Butr. notarij errant in talibus locationibus, quando dicunt {Talis locauit talem fundum pro decem corbibus frumenti uerutamen falsi nominis impositio non uitiat contractum,
a quia uerba a impropriantur, ut res potius ualeat, quàm pereat. arg. l. insulam. & ibi not. ff. de præscr. uer. & l. si uno in prin. ff. loc. & in l. pen in fin. ff. de contrahen. empt. & sic isto casu erit agendum actione præscrip. uerbis, non autem actione ex locato unde tene menti tu procurator in formatione libelli, & medio concludendi, quia hanc q. semel uidi de facto, & partem succumbere ratione libelli malè concepti, & ob hoc fuit prouisum per uiam statuti, quòd quilibet libellus, qui contineat rem, & causam, sufficiat.
3 † Quid si simplex locatio facta sit uno denario? dic, quòd non ualet quia præsumitur potius usus habitationis quædam donatio, ut est tex. in l. si quis conduxit. ff. loc. nisi fieret ex causa necessaria, ut l. si usufr. ff. de iu. do. uenditio autem magnæ rei tam uili pretio facta, licèt donationem contineat, tamen ualet, nisi facta esset inter uir. & uxo. ut traditur in l. si quis donatio. ff. de contrah. empti.

ADDI-

ADDITIONES.

* Florenos, Adde quid de eo qui tenetur soluere capones an possit soluere mortuos? & dic, quòd non, secundum Bar.in l.1.§. planè.ff.si quadr.pup. te.dic. Ias.in l.quod te, num.36.ff.si cert.pet.vbi infert ad statutum, quod de qua libet bestia vendita soluatur gabella, quòd non intelligatur de mortua, & uide quæ scribit Viui.inter co.op.lib.3. versi.debitor. Masuer.

* Si non fuit limitata, Adde, quid de eo qui bonafide inhabitauit domum meam: an teneatur ad pensionē? & distingue ut per Ias. in l. in summa. §. in frumento. ff. de cond. inde.& ibi quid in vxore habitante domum post mortem mariti? Quid si quis habet domum meam ad pensionem ad certum tempus,& finito tempore vult recedere? & dic, quòd non potest recedere, sed debet notificare domino quia donec notificet tenetur soluere pensionem, quòd si verum est,est notab. verbum secundum Ias.in l.si ex legati causa, post.nu.14.versi.sextò signanter limita, de uer.ob. vide Bart. in d.l.in summa.§.& sic,eod. tit.de cond.indeb. Masuer.

a Verba improprientur, Adde text.in l.pater Seuerinam.§. conditionum verba.ff.de cond.& dem.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iuretur.in l.quoties. ff.de reb. dub.in c.cōstitutus.extra de relig. dom.& in c.sententiam de sen.ex.lib.6.Ziletus.

TENVIT & possedit. Hoc meritò dicitur,quia si nō possedit, tunc esset distinguendum, an desierit tenere,& possidere culpa domini, vel casu fortuito, & tunc non tenetur de præstatione ficti, vel mercedis, ut l.1. C.loca.cum simi. ibi not. aut culpa propria ipsius conductionis, & tunc tenetur,& imputatur sibi. l. si in lege. §. si domus.& l.dominus horreorum.§.fi.ff. loca.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia solutionis præsumitur nisi probetur solutio.*
2 *Quanto tempore cessare debet ad hoc, vt conductor à re locata expellatur.*
3 *Negligens soluere tempore debito an priuetur ipso iure sue iure.*
4 *Negligentia emphyteutæ, vel coloni,an præscribatur spatio. 30. annorum vel similiter contra negligentiam domini non potentis.*
5 *Alienata re locata emptor an teneatur legem locationis adimplere.*
6 *Successor locatoris,an ad idem teneatur.*

1 SOLVERE neglexit. † Quæ negligentia in solutione præsumitur, nisi de solutione probetur.vt l.fin.C.de sol. not.in l.2.C. de iur.emp. ratio est, quia solutio est facti,
2 & facta non præsumuntur,ergo &c.† Quæritur a hic quanto tempore debet à solutione cessare,vt possit expelli à conductione? Respondeo, distingue, aut loquimur in simplici colono, & tunc sufficit cessasse per biennium, ut l.cum domini. ff.locati.aut loquimur in * emphyteuta,& tunc aut est emphyteuta ecclesiæ, & tunc sufficit cessare biennio,vt in auth. qui rem conductam.C.de sac.san.eccle.& in c.potuit.& in cap.pen. & fin. de loc. & condu. Aut est emphiteuta priuatæ personæ, & tunc requiritur cessare triennio,ut l.2.C.de iu.emph.& not.per gl.
3 in l. quæro. §. inter locatorem. ff.de loca. † Sed an b negligens soluere de debito tempore priuetur iure suo ipso iure,uel sit priuandus per sententiam? Spec. latè disputat
4 in d.titu.de loca. uersi 47. † Quid c si fuerit negligens colonus,uel emphyteuta in solutione annua spatio 30.uel 40. annorum, & dominus eo tempore fuit negligens in ipsius ficti petitione, an colonus erit tutus præscriptione? uidetur quòd sic,quia omne ius,tam publicum, quam priuatum regulariter tollitur spatio dicti tēporis, ut l.sicut. & l.competit.C.de præscrip. 30. an. In contrarium facit l. malè agitur.C.eod.tit. Dic latius vt not.per glo. & Cyn.in l.cum notissimi.§.fin.ff. eod.tit.& in l. plures apocis.C.de fid.instr.& Spec.in tit.de lo.ver. 41.& 64. Sed quid erit, si colonus, cum deberet fictum uel censum annuum ad monetam d Mediolanensem ad rationem imperialium 12. pro singulo solido, & soluit ad monetam Papien. ad rationem vi. pro singulo solido spatio 30. vel 40. annorum continuorum, an erit tutus præscriptione, quòd possit vlterius compelli ad solutionem monetæ Mediolanensis? dic breuiter quod sic,per text.& gl.in c. olim causam &c.
5 cum canon.de cens. † Sed pone, quòd durante simplici locatione dominus locator fundum locatum alienauit, quæritur an emptor teneatur obseruare ipsam locationē vsque ad tempus suum, an uerò possit conductorem expellere? dic, quòd regulariter emptor potest conductorem expellere,ut l. emptorem.ff. de loca. & ibi plenè per Cyn.& Doctor.Fallit si pactum in uenditione intercessit de non expellendo,ut in l.si merces.§. qui fundum.ff.loca. Item fallit in fisco alienante rem per eum locatam, ut l.fi. ff.de iur.fis.Item fallit in illo conductore, ut communiter * fieri solet,qui habet * bona locatoris obligata pro conductione seruanda; quia potest tunc fundum tenere vsque ad plenam satisfactionem sui interesse, vt determinat Barto. in l.1.§. quòd ait.ff.de superfi. Item fallit in locatore, qui pensionem totius temporis recepit, vt supra dictum est.
6 † Quid autem dices in alijs successoribus locatorum,ut puta administratoribus ecclesiarum,uel tutoribus & simi. qui quotidie locant,& deficiunt postea,quibus alij prelati
e succedunt,an successor e tenebitur obseruare locationē factam à successore suo? Breuiter Cyn. in d.l.emptorem sic distinguit. Aliquando maritus locauit fundum vxoris dotalem,& finitur matrimonium per mortem uiri, & maritus locauit bona fide nulla fraude interueniente, & tunc tenetur vxor, & eius hæredes stare tali locationi,vt l.si filio.§.fi.ff. sol.matr.& ibi plenè per Bart.& not. etiam per glo.in l.diuortio. ff.eo.ti.& probatur in l.3. in fi. ff. de do.præle. Aliquando tutor, vel curator locauit fundum minoris,& eodem modo tenetur stare minor locationi,vt habetur in l.si tutelæ.ff.de admin.tut. Aliquando prælatus, seu rector,uel canonicus ecclesiæ locauit, cui alius postea successit, & idem per omnia censendum, quod superius dictum est de tutore,ar.eorumdem iurium, secundum Cy. sed tu in canonico, & prælato, aliter distingue secundum Inno in cap. fi.extra ne præla. vices suas. Aut loquimur in generali prælato locante,puta episcopo vel abbate. Aut in simplici canonico, vel parrochialis ecclesiæ rectore, uel si.inferiore. Primo casu subdistingue, aut ipse prælatus locauit nomine ecclesiæ, aut nomine suo. Primo casu, aut locatio cedit in utilitatem ecclesiæ, uel paruum damnum,& tunc successor tenetur eam seruare, argu. extra de sol.cap.1.& 2.q.1.in c.hoc ius porrectum, &c. quicunque cum similib.Aut cedit in graue damnum ecclesiæ, & tunc non tenetur eam obseruare,ut extra de his quæ fi.à præla. in c.cum uos,& extra.de preca.cap.2. Si uerò loquimus in canonico uel alio inferiore, tunc successor eius non tenetur stare locationi,cum non potuerit locare ultra tempus uitæ suæ, sicut dicitur in usufruct l.si quis domū.uel. sed hic subiungi pōt.ff.lo.& per hoc deciditur alius articulus, qui est,quando usufructuarius locauit, quia eius successor suæ locationi stare non tenetur, ut in d.uersi. subiungi potest. Et prædicta noti quia quotidie occurunt de facto & procedunt hæc quando in locatione interuenit debita forma,ubi autem debita forma non interuenisset, contractus esset ipso iure nullus, ut in capitu. 1.& 2.de reb.eccle. non alien. quę solemnitas non requiritur in locationibus quę fiunt intra 9.ann. vt in clem.1.de reb.ec. non alien.de quibus etiam Innocen.in c. quòd sicut de elec. in gloss.sic patet.

ADDI-

ADDITIONES.

* Emphyteuta. Adde, appellatione emphyteusis in dubio de qua intelligatur? & uide Ias. in l. ait prætor. §. item si iurauero. col. 1. & seq. ff. de iureiur. vbi quòd si reperiatur instrumentum simplex de emphyteusi: & in eo non declaretur, an sit perpetua, vel temporalis? quòd si sit eccl. censetur in 3. generationem. Quid in emphyt. priuat. & uide ibi nu. 4. & 5. ubi, quòd si aliquis diu tenuit rem aliquam uti emphyt. uel feudalem: præsumitur concessionem in perpetuum solemniter præcessisse. Masuer.

* Bona locatoris, Adde Ias. in l. filiusfamil. §. diui. 1. lectur. nu. 92. ff. de leg. 1. in l. quoties. num. 28. c. de rei uend. Alex. in l. qui absenti. §. 1. nu. 6. ff. de acq. poss. in l. si filio. §. si uir. num. 3. & 4. ff. sol. matr. Capella Tolo. q. 420. Nat. consil. 436. Roland. consi. 6. libro primo Ofasc. decis. 156. Masuer.

a Quæritur, Adde Doct. in l. fi. C. iu. emphyt. glo. in l. quæro. ff. loc. Bald. in auth. qui rem. C. de sac. san. eccl. & Doct. in c. potuit, de loca. Adde ad materiam, quòd si emphyteuta est creditor domini, si non soluat non cadit a iure suo, ita Panor. in cap. bona fides ext. depo. & ratio est, quia ad euitandum pœnam, & cursum usurarum admittitur compensatio ipso iure. l. si constat. C. de compensa. & Barto. in l. amplius non peti. ff. rem. ra. hab. & Bald. in l. 1. C. de compensa. & adde in fi. Alex. in l. lecta. ff. si cer. pet. ubi ille qui habet exceptionem non incidit in pœnam, & uide eundem Alex. in consi. 13. in fi. in 2. uol.

b Sed, Adde Barb. post Io. de Imo. in d. c. potuit.

c Quid si. Adde glo. in ver. expellere in l. 2. C. de iur. emph. & Cy. in d. l. comperit, in 3. 4. & 5. q. & Spe. in ti. de loca. in §. nunc aliqua. uersi. 41. & seq.

d Ad monetã, Adde Alex. de Imo. in appo. ad Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur.

e An successor. vide Io. de Ana. in c. querelam. ne præla. vi. suas. & Bald. in l. si quis domum. ff. loc. & gl. in ver. statutũ. in d. c. querelam. & per Host. in summa tit. de his quæ fi. à præla. in §. fin. Abba. in c. ad audientiam, de reb. eccl. non alien. & Abb. in d. c. querelam. & Fede de sen. consi. 2.

Nota utrum rector ecclesiæ teneatur stare locationi prædecessoris sui, uide Bald. in c. 1. qui successores te. in princ. in usi. feu.

SVMMARIVM.

1 Res alienata per emphyteutam, dominus potest eum suo iure priuare.
2 Emphyteuta reuocans rem alienatam, an excusetur.
3 Res emphyteutica, an diuidi possit inter hæredes emphyteutæ sine licentia domini.
4 Secundus emphyteuta si velit rem alienare cuius consensum petat, an primi emphyteutæ, an domini.
5 Emphyteuta, an possit donare domino irrequisito.

1 ALIENAVIT. † Aduerte a quòd hæc est suf-
2 ficiens causa priuandi emphyteutam à iure suo, quã-
* do rem * alienauit irrequisito domino, ut in l. fi. in princ.
2 C. de iur. emphy. cum sim. & not. in d. c. potuit. † Quid si
facta alienatione pœniteat ipsum emphyteutam, & sic
infra paucos dies eandem rem redimat, an excusabitur ne
cadat à iure suo? uidetur quòd sic per l. ex hoc edicto. §. fi.
ff. de alien. iud. mut. causa fa. & l. sequitur. §. idem Labeo.
de usuc. In contrarium est ueritas secundum Dyn. per tex.
in l. quidam in testamento. ff. de fideicommiss. lib. Non
obst. d. §. fina. quia ibi per alienationem incidit in edictum
illud purgabiliter, hic autem impurgabiliter. Nec etiam
obst. d. §. Idem Labeo, quia ibi per redemptionem desinit
qualitas furti, ideoque eius effectus desinit, hic autem non
desinit qualitas culpæ ipsius delinquentis alienantis. Et
pro dicta decisione facit optimè text. in c. 1. quid iuris si
post alien. feud. ua. idem recuperet. coll. 10. Sed an inter
b b hæredes emphyteutæ possit res emphyteutica diuidi
3 sine licentia domini? † Quidam in practica tenent, quòd
sic, quia non est propriè alienatio secundum eos. In contrarium de iuris subtilitate probat text. in l. communi, in
princ. ff. comm. diuid. & ibi not. fortificatur ex eo, quia diuisio est similis uenditioni, ut l. 2. & ibi not. C. com. utr. iu.
sicque non poterit diuisio, nec assignatio ulla fieri domino irrequisito, quemadmodum nec uenditio, nec permutatio, ut not. Spec. in d. tit. de loca. uersi. 121. ubi autem domini consensus accessit, tunc ualebit, & tenebitur emptor
dare quinquagesimam pretij, licèt in hoc hodie aliter
4 obseruetur de consuetudine. † Sed pone, primus emphyteuta dedit eandem rem in emphyteusim de uoluntate
ipsius domini, & hic secundus uelit rem alienare, cuius
* exigitur licentia, uel consensus, * an domini, uel primi
emphyteutæ? dic, quòd domini, quia ille primus emphyteuta per talem alienationem perdidit dominium utile, &
fuit translatum in secundum. & ita deter. Specu. in titu. de
c loc. c uersi. 126. & uer. 125. & Cyn. in d. l. fina. † Sed an
5 emphyteuta possit dare, uel donare domino irrequisito?
dic ut plenè not. per Cyn. & glo. in d. l. fi. per Spec. in tit. de loca. uersi. 112. post multa conclusiuè secundum communem opin. Doct. dicendum est, quòd non, quam opi. sequitur Bart. in l. si domus. §. fi. ff. de leg. 1. In contrarium deter. And. de Baru. in l. 1. C. de fun. patri. lib. 11. nam ratio prohibitiua uenditionis non habet locum in ipsa donatione lex enim uoluit, quòd prius domino uendantur meliorationes, uel res ipsa per emphyteutam, quàm alij extraneo, & hoc satis congruit æquitati. Sed quòd debeat emphyteuta prius donare domino, quàm extraneo amico ipsius emphyteutæ, uel alteri eius affini, hoc summè repugnat omni æquitati, licèt enim utile sit emphyteutæ, pretium tam a domino de uenditione recipere, quàm ab alio extraneo, tamen non sic interest sua in donatione, cùm in domino forte non sit illa affinitas, uel dilectio, quæ erit in extraneo, & hæc opin. uidetur magis æquitati & ueritati consona.

ADDITIONES.

* Alienauit, Adde, quòd & si emphyteuta uel uassalus alienat emphyteusim uel feudum sine consensu domini & in instrumento dicat, saluo & reseruato consensu domini, quia ea reseruatio nihil operatur, quin possit priuari, quia est factum contrarium protestationi, nisi dicatur, & nõ aliter nec alio modo, teste Ias. in rub. 2. lec. nu. 12. 13. & seq. num. 26. ff. sol. mat. pro quo uide quæ scribit Spec. tit. loc. §. nunc aliqua uer. 95. Alex. cõs. 76. lib. 7. Soc. cõs. 251. Fran. Cur. cons. 8. Catel. uer. emphyteuta alienans. Clar. §. emphyteusis. q. 13. Masuer.

* Licentia, uel consensus, Adde Ias. in l. possideri. §. ex contrario nu. 78. ff. de acq. poss. Masuer.

a Aduerte. Adde Baldũ in l. sequitur. §. Item Labeo. ff. de usuc. & Spec. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. uersicul. 95. & 96.

b An inter. uide Bar. in l. q. Romę. §. duo fratres. ff. de uer. obl. ibi Decimò quæro qui dicit contrarium. & per Io. de Imo. & Barba. post eum in c. potuit, de loca. & Spec. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. & Bartolũ. in l. cum hi. ff. de transac.

Adde Barto. in consi. 58. incip. ex themate prædicto. in 1. uol. Zilet.

c Locato. De hoc uide Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. ob. ibi decimo &c. licèt in diuisione ista loquatur. dum allegat l. uoluntas. C. de fideic. quæ in donatione loquitur, Bar. & Alex. de Imo. in l. fi. C. de iur. omn. iudi. Bart. in l. si domus. §. fin. de leg. 1. glo. & Card. Zabar. in c. potuit, de loca. Io. An. in Spec. tit. de contra. emp. & uendi. in §. nunc dicendum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 Requisitio pro solutione non est de necessitate.
2 Emphyteuta antequam soluat, an possit petere à domino, vt monstret rem, propter quam ipse tenetur fictum soluere.
3 Domino petente, vt emphyteuta mostret rem, propter quam affictum soluit, emphyteuta tenetur.
4 Denegante, vel nesciente emphyteuta monstrare rem, an dominus possit dicere, tu teneris pro toto patrimonio.
5 Emphyteuta referente quæstionem dominij, quid agendum.
6 Re relicta si emphyteuta referat quæstionem dominij, & nolit mercedem soluere, an teneatur.
7 Conductor conducendo an perdat dominium vel possessionem.
8 Res propria infeudata domino ignoranter, si alienetur, an possit reuocari per dominum infeudantem.



VPER solutione dicti ficti requisitu.
1 † Hæc requisitio non est de necessitate, vt dicit text. in d.l.2.C. de iur. emphy. quia
2 dies interpellat pro homine. l. magnam C. de contr. com. stip. † Quid si emphyteuta dicit domino, quòd sibi ostendat rem, pro qua tenetur fictum soluere, aliter denegat soluere, quæri-
2 tur an dominus teneatur † hoc facere? dic breuiter, quòd cùm dominus sit in possessione sua tuendus, nõ est audiendus fictabilis, nisi prius soluerit, ut in c. querelam. de elec. qua solutione facta, tunc dominus tenebitur rem ostendere, ar. c. peruenit. de censib. & ita deter. Spec. in d. tit. versi. 72. cum seq. nisi appareat, quod facta esset solutio per 30. ann. quia tunc dominus excusaretur, argu. l. litibus. C. de
3 ag. & censi. lib. 11. † Quid autem in contrario casu, videlicet si dominus petat ab emphyteuta rem, pro qua fi-
4 ctum soluit, sibi ad oculum † demonstrari, an tenebitur? dic quòd sic, vt eueniente casu, quo in solutione cessaret, scire possit dominus, a qua re ipsum expelleret, arg. l. 3. §. est autem. ff. ad exhi. & l. Titius hæres de actio. emp. & in
4 d. ca. peruenit. quod sequitur Spec. in d. tit. ver. 60. † Sed quid erit, si emphyteuta denegat, vel nescit rem demonstrare, an dominus poterit dicere, tu teneris mihi pro toto patrimonio tuo? dic quòd non, sed haberi debebit consideratio quantitatis ficti, & secundum eam debet fieri determinatio, & assignatio rei, vt determinat Spe. ubi supra ver. 62. & 63. arg. ad hoc in l. vtrum ff. de do. int. vir. & vxo.
5 l. cum hi. §. modus, de transf. † Sed quid dicemus, si emphyteuta peruersus in fide denegat fictum soluere, & rem demonstrare, immo amplius super re ipsa domino refert quæstionem dominij, dicens rem ipsam non esse locantis sed ipsius conducentis quid fiet? Respondeo nihilominus cogendus est ad solutionem ficti, ne locator sua percipiendi priuetur possessione. arg. d. c. querelam. & ita deter. Cy. in l. si certis annis. C. de pac. immo compellendus est rem restituere ipsi domino locatori, antequam audiatur super dominio. l. si quis conductionis. C. loca. quam rem si pertinaciter restituere recusauit, nedum tanquã spoliator & inuasor rei alienæ compellendus est, sed etiam si usque ad sententiam in hac proteruia perseuerauerit, condemnandus erit in æstimatione ipsius rei, & in re ipsa pariter relaxanda, ut in l. ne cui. & l. conductores. C. loca. & l. non ab
6 re C. unde ui. † Quid autem si re ipsa relicta uelit cõductor de rei dñio disputare, & à solutione præteritæ mercedis seu ficti se excusare, aut quod solutum est tanquam indebitum repetere, an sit audiendus, Et breuiter pro ipsius quæstionis clariori responsione & intellectu latius exor-
7 diendo materiam, quærendum est incidenter, † an conductor conducendo perdat dominium, uel possessionem talis rei, & distinguendum est hoc modo, secundum Cyn. in l. qui rem propriam. C. loca. & per Bart. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. poss. Aliquando conducit quis rem suam propriam, sed ab alijs possessam. Aliquando conducit rem alienam, & ab alio possessam. Primo casu subdistingue, aut conductor ignoranter conduxit, aut scienter, si ignoranter, aut dubitatur nunquid perdat possessionem, & dicit glo. quòd non, in d. l. si rem aliquam, per text. in l. si me in vacuam. ff. de acquiren. posses. quia non intercessit animus perdendi possessionem, quam se habere ignorauerit, cùm forte possideret per seruum, uel colonum, aut filium. Aut dubitatur, an dominium perdatur; & dicendum est, quòd non, ex defectu causæ, ut l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. Aut quæritur, an contractus ipse locationis tenuerit, & dicendum est quòd non, sicque non erit merces, vel pensio aliqua soluenda, immo soluta tanquam indebita uenit repetenda. arg. l. neque pignus. ff. de reg. iur. & l. suæ rei. de contrah. empt. & l. non solet. ff. loca. quia cum verè possideat, & dominus sit, omnia repugnant locationi, arg. l. si quis ante. ff. de acquiren poss. Secundo casu quando scienter conduxit, tunc aut conduxit tanquã alienam, & non suam, aut tanquam suam propriam. Si conduxit tanquam alienam, tunc secundum glo. & Barto. non perditur dominium, arg. d. §. differentia. & per regulã quę traditur in l. 3. §. subtilius. ff. de cond. ob. cau. An autem perdatur possessio, dicit gl. quòd sic, in d. l. si rem aliquam arg. l. quod meo. ff. de acquir. poss. quam opin. reprobat Iac. de Are. ut refert Cyn. in d. l. qui rem propriam, & Bar. in d. l. si rem aliquam. Ratio est, quia quando dominus, & non possessor scienter conducit rem à non domino, est causa sufficiens sibi quærendi possessionem, ut in l. ei à quo ff. de vsu. ergo multo fortius sibi retinendi, secundum Bar. Et ex hoc infertur, quod cùm neutrum valeat, neque possessio amittatur, quòd contractus locationis inutilis redditur, sicque conductor ad pensionem non tenetur, & si qua pensio soluta est repetitur. Si uerò cõduxerit scienter tanquam suam propriam & à se possessam, tunc an ex hoc perdatur dominium, glo. sunt inuicem contrariæ, nam gl. in l. si rem aliquam, tenet, quòd perdatur, sed alia gl. in d. l. eum qui rem propriam, tenet, quòd non perdatur. quam sequitur Iac. de Aret. & Bart. per tex. in d. l. ei à quo. ff. de vsuc. & ibi not. An autem perdatur possessio, etiam opin. sunt contrariæ, tamen opin. est communis Dyn. Pet. & Barto. quòd nec etiam perdatur possessio per d. l. ei à quo. & plenè recitat Cyn. in l. ad probationem. C. loca. Huic tamẽ sententiæ multum obstare uidetur. nam scienter conducens uidetur donare, arg. l. cuius per errorem. ff. de re. iu. & sic habet locum quod regulariter traditur. Vbicunque præcedit titulus & sequitur conductio, transfertur dominium in locatorem. ut no. in l. quædã mulier. ff. de rei ven. Sed potest sic responderi secundum Dyn. & Bart. ut not. in d. l. si rem aliquam. & l. ad probationem. & l. qui rem. & pulchre per Iac. But. Inst. de ac. §. sed istæ. Aliquando intercedit verus titulus & uera traditio, & tunc sine dubio transfertur dominium & possessio, si tradens erat dominus l. traditionibus. C. de pact. uel si non erat dominus transfertur conditio siue causa vsucapiendi. l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. Quandoque intercedit fictus titulus & ficta traditio, vt in casu nostro, & tunc non transfertur dominium, nec possessio, vt in d. l. ei à quo. & l. ad probationem. Quandoque intercedit uerus titulus & ficta traditio, & tũc transfertur tam dominium, quàm possessio, ut in l. quædam mulier. ff. de rei uend. & l. quod meo, de acquir. posses. & §. interdum. Insti. de re. di. Quandoque econtra intercedit fictus titulus & uera traditio, & tunc transfertur utrunque, vt in d. l. cuius per errorem. Secundo casu principali uidelicet, cum dominus & non possessor conducit à possessore, & tunc aut conducit respectu proprietatis, & tunc transfertur dominium, nec tenet contractus locationis, ut in d. l. si rem aliquam. in fi. & l. qui rem propriam. C. loca. Aut conducit respectu possessionis & tunc aut ignoranter, & tunc in locatorem non transfert aliqua possessio, nec tenet locatio, vt d. l. si rem aliquam. & l. naturaliter. §. nihil commne. ff. de acq. poss. & optimè facit C. eo. tit. l. si quis ante. Aut conduxit scienter & transfertur in locatorem

locatorem possessio, & tenet locatio, & pensionis solutio, vt d. l. si rem aliquam. in fi. a. g. d. l. quod meo. & l. interdum in princ. ff. de acquir. poss. Tertio autem casu, quando non dominus, sed possessor conducit à domino non possessore, tunc distingue eodem modo, quo proximè supra dictum est. arg. eorumdem iurium secundùm Barto. Quarto casu quando nô dominus, neque possessor conducit à domino, & possessore, tunc non est aliqua disputatio, cùm nihil sit,
8 quod à conductore transferatur, ut l. non solet. ff. lo. † Ex his autem quæ dicta sunt, consueuit decidi talis quæstio. Ecce quidam miles castrum suum proprium ignoranter recepit à quodam episcopo in feudum, vel in emphyteusim perpetuam, postquam in processu temporis hic miles tale castrum vendidit, seu alienauit irrequisito episcopo, quo audito, vult episcopus vendicare ipsum castrum tanquam ad ipsum deuolutum, per l. fi. C. de iur. emph. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. quæsitum fuit constante pro vero, quòd ipsum castrum fuisset proprium ipsius militis, & ab eo possessum, an episcopus possit illud uendicare, & determinat Bar. de facto, super hoc consultus, quòd non, quia hic interuenit fictus titulus, & ficta traditio, ideoque non transfertur dominium, neque possessio. ut dictum est. Nec huic decisioni obstat, quod sit in ecclesia speciale, ut dominium sine traditione transferatur, ut l. inter diuinum. C. de sac. san. eccl. quia hoc procederet, si ipse miles recepisset in feudum, uel emphyteusim tanquam ipsius militis rem propriam, sed hic recepit tanquam rem ecclesiæ sicque non habuit animum aliquid transferrendi in ipsam ecclesiam, ar. in d. l. 3. §. subtilius. ff. de códi. ob. caus.

ADDITIONES.

* Demonstrari, Adde, cuius effectus sit recognitio facta per aliquem qui se recognouit emphyteutam: & iure emphyteutico tenere rem sub canone annuo: & quid operetur in præiudicium tertii, & quod ius transferatur in eum cui fit ea recognitio: & uide Rip. in l. si rem aliquam, col. 11. ff. de acqui. poss. Bart. in l. censuali C. de do. & quæ habentur in antiq. decretis huius patriæ subalpinæ pag. 60. 61. in rub. incip. vtiles domini & res emphyteuticæ, & quando emphyteuta compelli possit ad recognoscẽ. & idem de vasallo & censuali et an recognitio sine causa & indiscretè facta ualeat, dic, ut per Bal. in Auth. si quas ruinas col. 2. C. de sac. san. eccl. & quando sit, quòd ob renouationem non petitam elapsis 29. annis res cadat in cõmissum, & quòd per solutiones receptas à domino uideatur renouasse, uel ipse dominus caducitatem etiam remittere, not. Dec. consi. 328. & seq. et an emphyteuta & uasallus cogantur ostendere titulum domine quando fatentur se uasallos, uide Bal in l. 2. C. quomo. & quando iud & quid operetur recognitio facta contra hæredem recognoscentis, not. Dec. consi 516. Cassian. Put.

8 Not. an dominus teneatur ostendere emphyteutæ rem de qua fictum tenetur soluere, & econtra. uide Guil. de Cu. in l. habebat. in §. fi. ff. de insti.

* An dominus. Adde, an is qui soluit per longum tempus, cogatur demonstrare pro qua soluit, uel aliàs præsumatur soluisse pro omnibus bonis suis, & uide Ias. in l. 3. C. de iur. emphy. Cur. Iun. consi. pen. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, an liberetur fructibus non natis in re emphyteutica.*
2 *Emphyteuta an liberetur propter guerram.*
3 *Dominus producens inuestituram contra emphyteutam denegantem sibi traditam possessionem, an adiunetur.*
4 *Dominium & possessio locatoris an per instrumentum inuestituræ probetur.*
5 *Haredes extranei, an succedant in emphyteosi ecclesia.*
6 *Filij an possunt tenere rem emphyteuticam, si repudient patris hære- ditatem ratione inuestituræ factæ patri pro se, & filijs suis.*
7 *Stante inuestitura pro se & filijs mascu. & fœmin. an omnes succedant.*
8 *Filia dotata, an sit exclusa filio masculo instituto herede, quamuis inuestitura sit facta pro se & filijs masculis & fœmineis.*



* RECVSAVIT * & recusat. † Duo ergo
1 facere recusat, uidelicet fictum soluere, & rem dimittere & relaxare. Quid si propter sterilitatem fructus non sunt nati in re emphyteutica, * an liberetur emphyteuta? & dicunt quidam quòd sic, exemplo simplicis coloni, arg. l. si uno, in prin. cum ibi not. ff. loca. In contrarium determinat Cyn. in d. l. 1. C. de iur. emphy. Ratio est, quia emphyteuta habet in re utile dominium, ideoque omne periculum contingens in fructibus pertinet ad eum arg. in Auth. de non alien. §. emphyteusim. & C. de excusa. mun. l. priuatæ. lib. 10. & de fun. parti. l. quicunque libr. 11.
2 † Amplius quæritur de quæst. quotidiana. Ecce emphyteuta * propter guerram non potest laborare, nec vti frui re emphyteuta, an sit liberatus à præstatione ficti, seu canonis? videtur quòd non, arg. eorum quæ proximè dicta sunt. In contrarium deter. Iac. de Aret., quia hoc casu res uidetur in totum consumpta, sicut dicitur de re flumine inundata, vt l. 3. §. Labeo, & l. interdum. §. 1. ff. de acquir. poss. & probatur etiam in l. in uenditionibus. §. 1. ff. de per. com. rei uend. l. cum unus. §. fin. ff. de bo. auc. iud. pos. uide de hoc Cyn. in d. l. 1. & hanc partem sequitur Host. & Inno.
3 in c. fi. de loca. † Rursus quæritur. Ecce quòd dominus petit ab emphyteuta fictum sibi solui, dicit emphyteuta ego non teneor, quia non tradidisti mihi possessionem rei. Quæritur an sit fundata intento domini ex productione inuestituræ? uidetur quòd non, quia ad probationem huius rei nô sufficit locatio ut l. ad locationem. C. loc. Tu in hoc considera formam inuestituræ, aut enim uerba sunt simpliciter prolata; quia dicitur talis inuestiuit talem de tali fundo, nec de traditione fundi aliquid exprimitur, & tunc non est fundata intentio domini, per d. l. ad probationem. cum isti actus sint separati uidelicet inuestire, & tradere, unde de uno ad aliud non est necessaria illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. sicque probare debet dominus se induxisse emphyteutam in possessionem, quia ad hoc tenetur ut l. fin. C. de iur. emphy. aut in inuestitura fit mentio expressa de traditione, & hoc potest contingere duobus modis, uno modo. quia dicitur in ea§ locauit, & tradidit talem fundum &c.§ & tunc nô præsumitur, uera & actualis traditio, sed probatur solùm licentia de apprehendendo fundum, ut not. Barto. in l. prædia ff. de acquir. poss. & Cyn. in l. 2. C. eo. tit. aut in ipsa inuestitura dicitur §Ipse fictabilis est confessus se hẽre possessionem dictæ rei, uel§ Quòd ambæ partes erant tempore inuestituræ in ipso fundo§ & tunc præsumitur facta traditio iuxta materiam l. cum res. C. de proba. & quod not. in l. 1. in princ. & in d. l. prædia. de acqui. poss. Idem si dominus constituit se tenere nomine ipsius emphyteutæ, ut d. l. quod meo. cum similib.
4 † Sed nunquid per instrumentum inuestituræ probetur
* dominium & * possessio locatoris? uidetur quod non, per d. l. ad probationem. C. loca. & c. inter dilectos. de fid. instru. Breuiter secundum Bar. sic distingui potest, aut dominus agit contra ipsum conductorem, uel emphyteutam & tunc cum ipse non possit referre dominij quæstionem, ut supra dictum est, erit fundata intentio domini, saltem præsumptiuè ex instrumento inuestituræ. Aut agitur contra alium, & tunc aut apparet de sola inuestitura, & non de aliqua ficti, uel mercedis perceptione, & tunc non probatur per eam de dominio, nec possessione ipsius locatoris, ut d. l. ad probationem. cum sim. Aut probatur etiam de mercedis, uel ficti perceptione, & tuuc aut constat, quod ille à quo, uel à quibus percepit mercedem, uel fictum, erant uel erat detentator ipsius rei tempore solutionis, & tunc probatur de ipsius locatoris possessione, & dominio.

Aut

Aut non probatur de detentione soluentis, sed alterius extranei, & tunc per hanc inuestituram non probatur de ipsius dominio, ut plene determinatur per glo. & Bart. in l. quamuis. §. si conductor. & l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poss. per glo. in c. bonæ, de app. & in c. cum Bertoldus, de re iud. & in d. c. inter dilectos. in fin. & supra dixi in tit. de turbata possessione.
5 † Rursus quia in superioribus, dixi, ius conductionis & emphiteusis in hæredes transire, etiam si de hærede non sit expressum, arg. Luiam veritatis. C. loca. & l si pactum. ff. de prob. quæro, quid erit in emphyteusi ecclesiæ, an mortuo emphyteuta sine liberis, & per eum [b] extraneis hæredibus institutis ipsi extranei succedant in iure emphyteutico? Reperio in hoc inter glo. & Doct. contrarias opin. dixerunt quidam, quòd si ecclesia dat perpetuò in emphyteusim, quod an fieri possit dicetur infra, quòd eo casu solùm descendentes usque ad tertiam generationem tantum admittantur. Extranei verò penitus excluduntur, nisi pactum sit in contrarium, ut obseruatur in practica, per text. in Auth. de alien. & emphyt. colum. 10. §. licentia, coniuncto * §. emphyteusis. in Auth de non alien. col. 2. quam opin. sequitur Specu. in ti. de loc. in uer. Septimò quæritur. & ibi per Ioan. And. in addi. & in cap. in præsentia. extra de prob. idem sequitur Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. & Bald. in l. etiam, in prin. ff. sol. matr. & l. insulam. eod. ti. Alij dicunt, quòd si res ecclesiæ detur in perpetuum, porrigitur in descendentes vsque infinitum, & ad extraneos transit propter significationem huius uerbi, in perpetuum ut l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vec. vel emph. pe. & l. si quis prioris. §. 1. ver. certum est. C. de secund. nup. & hanc partem sequitur glo. Inst. de loca. §. adeo, & in auth. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. & in d. §. alienationes. & in Auth. de non alien. §. fina. & in Auth. ut liber. de cetero. & idem tenet Iac. de Belui. & in d. §. alienationes. & Ricar. Malum. & Nic. Mat. in d. l. etiam. & Bar. in auth. perpetua. C. de sac. san. eccl. & maximè quando in inuestitura posita sunt illa verba communia. { Et quibus dederint &c. } arg. in c. 1. de feud. non haben. propr. nat. feu. & in c. feudum in fin. si de feud. fue. controuer. Et prædicta locum habent quando inuestitura perpetua facta est cum debita solemnitate, quæ requiritur in alijs alienationibus, alias autem inuestitura esset nulla, vt hodie determinatum est in cle. 1. extra de reb. eccle. non alien.
6 † Sed quid dices, si aliquis fuit inuestitus de castro pro se, & pro filijs suis, & eo mortuo filij eius repudiata paterna hæreditate uolunt tenere castrum titulo, & ex causa inuestituræ, quæritur an possint? Dic, quòd sic, [c] quia hoc ius emphyteusis trásit in eos tanquam filios, non tanquam hæredes ex prouisione paterna, vt l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig. & nota. per Doct. in l. 2. C. de contrah. empt. Secus autem foret, si pater fuisset inuestitus pro se, & hæredibus suis, uel pro se & filijs hæredibus suis, quia tunc excluduntur nisi hæreditatem adirent, quia acquisitio est facta ipsis, non tanquã filijs simpliciter, sed ut hæredibus, ut probatur in auth. de non alien. §. emphyteusis uerò. & ita determinat Barto. in l. iusiurandi. §. si liberti. ff. de ope. lib. & Spec. tit. de lo. §. si. uer. 78.
7 † Sed quid erit, si pater fuit inuestitus pro se, & filijs suis masculis, & fœminis, an omnes pariter succedant in emphyteusi? Dic, quòd sic de iure communi, quo inspecto fœminæ non differunt à masculis in successione, ut l. maximum uitium. C. de lib. præter. nisi lex municipalis, uel patriæ consuetudo, eas à successione repelleret, quia tunc ista copula, &, resoluitur in uel, ut denotet potius ordinem, quàm coniunctionem, & sic solùm admitterentur deficientibus masculis, argum. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthum. & idem sequitur idem Bart. in d. l. ut iusiuran. §. liberi. ff. de ope. lib. sic dicimus in feudo. in quo talia uerba resoluuntur & intelliguntur ordine successiuo non coniunctiuo similiter, ut in c. 1. §. 3. in tit. episc. uel abb. & in c. 1. §. filia, in tit. de suc. feu.
8 † Inde quæritur, pater fuit inuestitus pro se, & filijs suis mascu lis, & fœminis, deinde ipse pater filium masculũ hæredẽ uniuersalem instituit, filiam uerò dotauit in certa quantitate, quam iussit esse tacitam, & contentam. Quæritur, an per hoc filia sit exclusa à successione suæ partis rei emphyteuticæ uidetur quòd sic per l. fœminæ. C. de sec. cum si. alle. à Specu. in titu. de loc. uer. ubi plenè tractat, sed Bart. in d. §. si libe. 1. tenet cõtrarium, quia ius illud semel filiæ quæsitum ex prouisione paterna, non potest per eum auferri sine filiæ uoluntate, arg. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. de quo dic, ut ibi.

ADDITIONES.

* Recusauit, Adde quæ habetur supra hoc. ti. uer. inuestiuit. num. 9. Masuer.

* An liberetur emphyteuta, Adde Ias. in l. Qui rem colum. 1. post. nu. 3. C. de sac. san. eccl. ubi quòd propter sterilitatem uel interitum partis rei non fit remissio pensionis emphyteutæ, rationem uide ibi, cui Adde Bart. in l. quicunque la 2. C. de fund. patrimo. lib. 11. ubi quòd propter sterilitatem non petit remissionem. Masuer.

* Possessio, Adde, an ex solutione mercedis seu fictus probetur possessio si non constet de locatione? & vide Ferretum consi. 114. lib. 1. & ad l. ad probationem C. loc. dic, quòd probat possessionem in præiudicium conduceñ. & non dicit probare alio scilicet possideñ. secus alio nõ probato possidere, ex not. per Abb. in c. cõuenisset. col. 4. in prin. de rest. spol. quando autem probetur possessio per perceptionem pensionis? vide Afflic. decis. 325. Put.

* §. emphyteusis, Adde quæ de hoc. §. emphyt. hic alleg. scribit Villalob. inter commu. opin. lib. 3. ver. correctio. Masuer.

a Quando emphyteuta proper guerram non potest laborare, uide Bald. in l. unica. §. excepto. C. de cadu. tol. Paul. de Castr. in l. filiusfamil. in §. 1. de leg. glo. fina. in c. uobis. 12. q. 2. D. de Ro. in tit. de test. decis. 8. incip. lego pro aniuersario, in antiquis. Paul. de Castr. consi. 20. & 53. & Franc. de Are. consi. 55. & Pe. de Anch. consi. 414. incip. circa istam perceptionem.

* Emphyt. propter bellum, Adde Ias. in l. possideri. §. in amittenda. num. 6. ff. de acquir. poss. Catel. uer. conductor. ver. empyteutæ regulariter, in princ. Clar. §. emphyt. q. 8. ver. sed quid, omnes concludunt, ꝙ non tenebitur emphyteuta soluere pensionem seu canonem emphyteuticum si propter bellum res emphyt. coli nequit, nec fructus percipi, quã concl. intellige, vt per Catel. d. uer. conductor. Suare. lib. sent. ver. emph. Ias. in l. 2. num. 93. C. de iur. emphyt. Masuer.

b Extraneis. Adde an emphyteusis ecclesiæ transeat ad extraneos hæredes. Cyn. in auc. si quas ruinas. C. de sacros. ecc. Bar. in l. quod dicitur, la 2. ff. de verb. oblig. & in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccle. Alex. de Imo. in l. quædam. §. 1. ff. de eden. col. 2. vers. prout est in emph. Clau. Aquen. in l. Gallus §. quidam rectè. ff. de lib. & post. col. pen. uer. aduerte tamen, Ioan. de Imo. in l. ex facto. la grande. ff. sol. matr. & in c. pen. de postul. prælato. Ioan. Andreæ. in cap. in præsen. de probatio. in nouella. ut ibi Fel. col. mihi. 6. in uers. & ex his stipulans. & Deci. col. 20. vers. retenta igitur conclusione, Paul. de Castr. consi. 238. incip. primo uidendum est, colum. 1. versi. 2. uidendum est, in 1. uol. Raph. Co. consi. 56. incip. monasterium iure locationis in 1. & 2. col. Pet. de Anch. in consi. 184. inci. plenè & subtiliter. in prin. Ludo. Rom. consi. 70. incip. uiso themate. in 2. col. versi. uel secundò aliter, Alex. de Imo. in consi. 189. incip. uiso & maturè discusso processu in causa & lite. col. pen. 2. uol. & consi. 83. incip. in causa & lite. in princip. in 7. uol. Cor. in consi. 131. incip. præmittendum est, in 3. col. 2. uol. Curt. Iunio. in consi. 4. incip. super controuersia, in prin. in 1. uol. & consi. 130. incip. habita diligenti. in prin. 2. uol. Gozad. in consi.

in consi.76.incip.prima facie.colum.2.uersi.8.ista, Maria Soc. Iunior in consi. 71.incip. uiso themate suprascripto nu.3.in 1.uol.& in consi. 74.incip. uisis omnibus scripturis num.7.& 71.eo.uol. & consi. 11. incip. ponderatis num.1 cum seq.in 3.uol.Zilettus.

6 Quod sic. Adde quòd hoc tenet Andr. de Isernia. in c.1. colum.1.uer.quærit glo.an sit idem,in tit.an agn.uel filius defuncti,&c.& ibi Bal.col.4.uersi. querit hęc glo.multum notabiliter, & Iac.Alua.similiter col.3. uersi. quæro cum glo.5.& ibi quoque Ioan.Anto.à S. Giorgio. Præpositum Mediolan.col.3.versi.quæro cum glo.5.Porc.inst.de loc. in princ.col.2. versi.sed pone quòd pater tuus, & ibi Ias.in addi.incip.quæritur si pater Zilettus.

* Quòd sic, Adde Ias.in l.filio pater, num. 2.& 3.ff.de leg.1. quo autem remedio vti debeat filius volens retentis bonis emphyt. abstinere ab hæreditate paterna? vide Dilec. de arte test. tit.11.c.10.quid in feudo? & dic,ut per Alex. consi.124.nu.7.lib.4.Rob. Marant. in l. is potest. num.38, & seq. ff.de acquir.hæred.Spec.tit.de feud.§. 1. num.59. Masuer.

IDCIRCO. Hæc est conclusio libelli, quam tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Cessans in solutione non excusatur à solutione.*
2 *Dominus an cogatur recipere,volente emphyteuta soluere infra annum.*
3 *Emphyteuta soluens paucis diebus post biennium vel triennium, an audiatur.*
4 *Dominus recipiens post tempus solutionem, an possint postea repellere emphyteutam.*
5 *Emphyteuta cessans à solutione partis ficti an expelli possit.*
6 *Ex duobus hæredibus emphyteutæ, altero soluente, altero non, an vtrunque dominus expellere possit.*
7 *Si pro re censuali non soluatur quod soluendum est, an expellatur.*
8 *Censum qui imponet.*
9 *Census quibus rebus imponatur.*
10 *Census præstatio quid importet.*
11 *Emphyteuta soluens censum,sed rem deteriorans, an possit expelli.*

1 FICTVM dicti temporis præteriti. † Licèt ergo cessauerit in solutione, tamen nō excusatur à solutione, sicque utrumque petitur, & ficti solutio, & rei relaxatio, qđ an fieri possit, dicetur in glo. seq. Et quia superius dictum est, quòd si emphyteuta priuati stet per triennium,& ecclesiæ per biennium, quòd
2 expelli potest. † Quæritur a si emphyteuta uolens sibi
a prouidere,soluere uelit pro tempore futuro ultra annum, an dominus cogendus sit recipere?uidetur quòd sic, per l. statulibe.ff.de statulibe. In contrarium determinat Cyn. in l.2.in fin. C.de iur.emphy. & idem tenet Bart. in l.eum
3 qui,aliàs incipit,Iabolenus.ff.de annu.leg. † Quid autem dices, si post lapsum biennij,uel triennij ipse emphyteuta infra paucos dies offerat solutionem ficti præteriti temporis,an sit audiendus?dic, quòd sic,per tex.in c.potuit,de loc.licet in obligationibus,quæ habent diem & pœnam, regulariter non admittatur purgatio moræ, ut l.Traiectitiæ.§.de illo. ff. de actio.& oblig. & not. in l. Celsus, de arbi. De qua purgatione moræ, quando admittatur, & quando non plene traditur per Dy.& Bart. in l.si insulam.
4 ff. de verb.oblig. † Sed quid si lapso tempore dominus fictum sponte recepit, an nihilominus poterit dominus emphyteutam deijcere? Dic quòd non, quia taliter recipiendo sibi præiudicat in iure deijciendi, nisi fuerit in
* contrarium * protestatus, ut not. per glo. & Doct.in d.l.
5 2.& ad hoc facit l. post diem.ff.de lege commiss. † Postea quæritur,pone quòd emphyteuta solam partem ficti soluit, & in solutione alterius partis per triennium cessauit,quæritur an possit expelli? uidetur quòd non, ar.d.l.post diem, tu dic contra,argu. l.obsignatione.cum ibi not.C.de sol.& l. tutor.§.Lucius.ff.de vsur. Non obst.d. l.post diem.quia loquitur quando solutio particularis recipitur post morā iam contractam, hic quando preuenit. Ratio est, quia priori casu uidetur dominus recipiendo iuri deiiciendi sibi iam quæsito renunciare, quæ ratio cessat in secundo
6 casu † Circa hoc quæritur, pone quòd emphyteuta decessit duobus hæredibus relictis, quorum unus soluit partem suam ficti,alter cessauit,an dominus poterit utrunque
b deijcere? b Dic quòd sic,ut l. hæredes.§. an ea. ff. famil. ercis.uersi.idem iuris.& not. per Bart.& Dyn. in l.stipulationum aliæ.§.fi.de verbor.oblig.& l.fraudati.. ff. de pub.
7 quod not.quia plerunque contingit de facto. † Sed quid dices de re cēsuali,pro qua singulis annis soluitur aliquid pro censu,an propter cessationem solutionis poterit quis expelli de re censuali, Glo.dicit,quòd non,& Inno.in ca.
c constitutus.de relig.domi. & per hoc habes c unam differentiam inter rem censualem & emphyteuticam. Alia etiam est differentia, nam in re censuali transfertur in accipientem utrunque dominium, tam directum, quàm utile,ut not.in d.c.constitutus, quòd non est in re emphyteutica,in qua solum transit utile,ut dictum est. Sed circa
d censum d aliqua uideamus. Primò quis possit imponere censum. Secundò, quibus rebus possit imponi census. Tertiò quid importat prętatio census? de quibus plenè
8 nota.per Goffred.& † Host. in summa de censi.Dic ergo quantum ad primum, quòd Imperator potest imponere censum,ut C.sine censi.uel reliq.l.fi.ff.de cēsi.l.1.cum seq. Item Papa, ut in cap.accepimus.extra de priuileg. Item Episcopi,Prælati, patroni, & fundatores ecclesiarum, ut in c.constitutus, de relig. domi. & in c. præterea. de censi.
9 cum sim. † Circa secundùm, quibus rebus imponatur. Respondeo, quòd dupliciter potest imponi,uidelicet personis,& rebus,ut in Lætatem,cum l.seq. ff.de censi.licèt de iure canonico imponatur rebus tantum, ut colligitur in
10 d.c.accipimus,& in c.præterea. † Quò autem ad tertium, dic quòd de iure canonico aliquando est perceptio census in signum subiectionis,ut in c.2.de cen.& facit.l.1.cum seq.C.de censi. lib. 11. Aliquando est signum perceptæ libertatis,puta quando ecclesia aliqua dat Papæ piper, uel aliud pro censu, quo casu uidetur exempta à subiectione episcopi,& immediate subiecta ipsi Papæ. Aliquando est signum assumptæ solius protectionis, quæ tamen est modicæ utilitatis,ut hæc habenter,& no. per gl. in c. accepi-
11 mus.de priuile. & in c. ex parte tua eod. tit. † Sed quid si emphyteuta soluit censum, rem tamen emphyteuticam
* deterioret,an poterit * expelli? uidetur quòd non, cum sit ius singulare in ecclesia tantum; ergo in priuato erit contrarium,arg.in l.ius singulare.ff. de leg.Iaco.de Belui. determinat idem iuris esse in utroque. arg. l. æde,in fin.C. lo.cum paritas rationis paritatem iuris exposcat. l. illud. ff.ad l.Aquiliam.cum sim.

ADDITIONES.

* Protestatus,Adde facere quę scribit Ias.in l.non exigimus col.2.nu. 4.& seq. ff.si quis caut. ubi si emphyteuta cecidit à iure suo per triennalem cessationem de soluendo: & postea dominus recipiat pensionem protestando, quòd non intendit sibi præiudicare in pœna priuationis, an talis protestatio eum releuet? Distingue, ut per eum ibi, ubi nu.5.infert ad aliud not.de re feudali reuersa ad eccle. eo quia non fuit petita inuestitura infra annum & diem, deinde episcopus renouat eidem feudum, saluo & reseruato iure ecclesiæ, quòd per talem reseruationem non potest episcopus alij concedere, quam concl. declara, ut latius per eum ibi,cui Adde Clar.§.emphyt. q. 10. ubi resoluit princ.articulum, de quo per Pap.hic de quo etiam per Ias.in l.si post moram,col.pen. & fi.ff. de eo quod cert. loc. Masuer.

Expelli,

✻ Expelli, Adde Ias. in l. qui rem, nu. 4. C. de sac. san. eccl. ubi quid in e. i. phyt. ecclesiæ quid in priuato, quid in vassallo uel feudatario, uide ibi nu. 5. & alijs seq. fere per tot. illam. Masuer.

a Quæritur. Vide Bal. in l. plures, in fi. de fid. inst. Bal. & Doc. in l. inter stipulantem. ff. de verb. ob. Bald. in l. 2. C. de iur. emphy Spec. tit. de loc. in §. 6. ver. 32. & ibi Bald. in addit. versi. potest solui.

De ista protestatione. Vide c. fi. extra de loc. & Bart. in l. fi. de eo, quod cer. loc. ff. & Bal. in c. 1. quo tempo. miles &c. in vsi. feud. col. 10. &c. et uidetur renunciare protestationi, qui unum dicit, & aliud facit, ita dicit. In. in c. tua de spon. & Bal. not. in reper. in ver. renunciare.

b Deijcere. Adde Iul. Ferre. in tract. de gabel. & pub. in fi. nu. 116. & 117. Zilettus.

✻ Deijcere. Adde facere, quæ scribit Ias. in l. si seruus. §. si plurium, col. 2. nu. 7. ff. si quis caut. ubi quòd si sunc plures emphyteutæ vel vasalli, uel plures hæredes unius, & unus hæredum non soluat canonem, vel committat feloniam contra personam domini: alij non, quòd de rigore tota emphyt. & totum feudum incidit in commissum, declara tamen, & limita, ut latius per eum ibi cui, adde Rol. consi. 17. lib. 2. Barto. in l. fraudati vectigalis num. 3. ff. de pub. & uectig. & re uera ea Ias. opi. nimium rigorosa est, ut delictũ unius alijs nocere debeat, ꝙ regulariter nõ admittitur. Masuer.

c Per hoc habes. uide glo. in c. dilectus, de capel. mo. Doc. in ca. querelam, de iureiur. & per to. ti. de censi. Bar. in l. 1. ff. de publi.

d No. aliqua de censu. Vide in c. prohibemus, in c. significauit, & in c. præterea, de censi. in c. cam te, de æta. & qua. in cle. 1. de sta. mo. in §. ad hæc, in c. seruitium. 18. q. 3. in cap. nullus episcopus 1. q. 1. in c. quoniam, de vi. & hon. cler. & in cle. 1. de censi.

SVMMARIVM.

1 *An posit peti ab emphyteuta vt fictum soluat, & d re cadat.*
2 *Domino an liceat propria auctoritate emphyteutam non soluentem deijcere.*

1 NEC non ad dimittendum. † Solet a dubitari, an
2 vtrunque posset eodem libello simul peti, videlicet quòd deijciatur à re, & quòd fictum soluat, & glo. in d. l. 2. C. de iur. emphy. tenet, quòd non. Alij contra, ut referr, ibi Cyn. distingue verius secundum Iac. de Are. aut dominus primò deiecit, postea pensionem petit, & tunc auditur ut in Auc. de non alien. §. scire, & in Auct. de ali. & emphy. §. si uerò, & l. colonus. ff. loc. sicut & aliàs dicitur quòd petitio pœnæ non præiudicat petitioni rei, ut ff de arbi. l. si rem. Aut primò pensionem exigit, & postea deijcere uult, & tunc aut consequutus est pensionem temporis præteriti, aut futuri. Primo casu, aut consequutus est simpliciter sine aliqua ✻ protestatione, & tunc non poterit deijcere, quasi mora sit purgata, ar. ff. si quis cau. l. 1. & l. fi. ff. de eo quod cert. loc. Aut exigit cum protestatione[Saluo iure & c.] & tunc poterit deijcere. arg. l. si debitor. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. Secundo casu, quando recipit pro futuro, tunc indistinctè non poterit deijcere, arg. l. qui in futurum. ff. de pac. & de dol. exc. l. 2. §. non male, & d. l. post
2 diem, de leg. commis. † Circa hoc quæritur, an domino liceat sua propria auctoritate sine iudicis licentia emphyteutam non soluentem deijcere? & gloss. dicit, quòd sic in d. l. secunda. C. de iur. emphyt. licèt consultius fieret, si cum iudicis auctoritate deijceretur, arg. l. creditores. C. de pig. Pet. autem dicit, quòd non licèt, per l. non est singulis, cum sim. de reg. iur. licèt simplex colonus qui nullum ius habet in re, possit propria auctoritate per dominum expelli. dic ut per Cyn. & plenius per Specu. titu. de loca. uersicu. 48.

ADDITIONES.

✻ Protestatione. Adde, quòd si dominus recipiat ab emphyteuta canonem, reseruando sibi ius caducitatis, ipsum ius caducitatis sibi cõseruat, secundum Ias. in l. si post moram col. 9. circa. fi. ff. de eo quod cert. loc. ubi quòd protestatio conseruat ius in accessorijs.

a Solet. uide Abba. in c. dilectus, de of. or. doc. in c. peruenit. de censi. Spec. tit. de feu. in §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum appellatione quæ veniant.*
2 *Emphyteuta an possit alienare melioramenta domino irrequisito.*
3 *Emens melioramenta, domino soluere debet quinquagesimam, & recipere ab eo possessionem.*
4 *Testator si legat ecclesiæ 10. soluenda super domo sua, an si cessetur à solutione per biennium res cadat in commissum.*
5 *Ecclesia decepta in concessione rei emphyteuticæ, an possit petere rescissionem contractus.*
6 *Non est ius quæsitum ecclesiæ, quantumcunque sit dictum in alienatione, quod omni anno soluatur tali ecclesiæ.*

✻ CVM omni suo ✻ melioramento. Ista meliora menta appellantur in iure emponemata. ut habetur in l. 2. C. de iur. emp. | Quæri-
1 tur quæ comprehendantur melioramentorum appellatione? Dic breuiter quòd omnia ædificata, plantata, uel sata, alia autem posita ad tempus, non affixa solo, uel ædibus. ut puta bancha, uasa, curius, & sim. non includuntur inter melioramenta, ut probatur, in
2 l. fundi §. si ruta. ff. de act. empt. † Postea quæritur, an hæc melioramenta possit emphyteuta irrequisito domino alienare? Dic quòd non, sed eius consensus requiritur, ut l. fin. in princip. C. de iur. emphy. & fieri debet alienatio in personam non prohibitam à iure, ut sunt seruus, ecclesia, ualuasores, locus religiosus, & alij inhabiles difficultate
3 conueniendi, & à iure priuilegiati. † Et not. ꝙ is, in quem fit alienatio, debet soluere domino quinquagesimam partem pretij, & ipse dominus debet per seipsum ponere in possessionem, ut in d. l. fin. & si forsitan iste nouus emptor uoluerit postea alienare, debebit primum dominum requirere, ut no. per glo. & Doct. in d. l. fin. & Bart. in l. si do-
4 mus, §. fina. ff. de lega. 1. Quæro, aliquis legauit 10. ecclesiæ, soluenda super domo sua, an si cessetur à solutione per biennium uel triennium res cadat in commissum, & sit aperta ecclesiæ? dic ꝙ non. Immo licitum est sine requisitione, & consensu ecclesiæ ipsam rem alienare, ut no. in l. nihil. ff. de leg. 1. & in l. liberto suo 1. respon. ff. de annu. le. quam opin. sequitur Specu. in d. titu. de loc. uersi. 128. si tamen legatum esset perpetuum, tunc secundum eum esset necessarius consensus ecclesiæ in alienatione, ut no. uersi.
5 76. ubi uide. † Deinde quæritur, quid si ecclesia, uel alia priuata persona sit decepta in concessione huius rei emphyteuticæ ultra dimidiam iusti pretij, an possit petere contractum rescindi? Specul. determinat ꝙ sic, in uer. 90. quæritur, argum. in l. 2. C. de rescin. uendi. & in ca. cum dilectus, extra de emp. & uen. Pro qua decisione est glo. fin.
6 in l. si ea petitione. C. de usur. † Postea quæritur. Ecce aliquis uendidit fundum, cum onere soluendi libram unam candelarum tali ecclesiæ omni anno nomine ficti, quod ibi debetur, quæritur, an per hoc sit ius ecclesiæ quæsitum? Dic quòd non, ut determinat Specul. in uer. 74. in titu. de loca. nisi nomine ecclesiæ fuerit expresse stipulatus, quo casu ipsa ratum habente sibi ius quæritur, etiam aliter non apparente de bonis ipsius ecclesiæ, ut ibi per eum p qué Spec. in hac materia in titu. præalle. formantur aliæ infinitæ. q. de quibus ibi uidere potes per eum, ubi latius examinat.

Forma

Forma libelli in actione hypothecaria.



ORAM vobis D.Bern.Vicario,&c. dicit narrat,ſignificat,& proponit Simoni.Spelta procurator & procuratorio nomine Spectabilis uiri Ray.de Beccaria de Plebe,agēdo, & agere volendo, & hanc petitionem dirigendo contra & aduerſus Philip.de Tobertis, & contra quamcunque aliam perſonam pro eo, ſeu eius nomine in iudicio legitimè comparentem, non in modum ſolennis libelli, ſed qualis qualis petitionis, & ſimplicis facti narrationis. Dicens & proponens idem Simon. nomine quo ſupra,quòd ſuprаſcriptus Philip.fuit cōfeſſus,& contentus ſe habuiſſe,& recepiſſe à ſupraſcripto Ray.mutuo, & ex cauſa mutui,gratis, & amore, & ſine vlla uſurarum conuentione floren. mille, quos eidem Ray. infra certum terminum iam elapſum reddere, & reſtituere promiſit in pecunia numerata ſub obligatione omnium ſuorum bonorum,prout de præmiſsis,& aliis conſtat publico inſtrumento inde tradito, & rogato per M. Muriculam notarium Papiæ; quod quidem inſtrumentum, ne ipſe Phil. vllam poſsit prætendere ignorantiam, uel excuſationem, idem Simon.nomine, quo ſupra, ex nunc coram uobis exhibet, & producit in forma publica. Rurſus dicit & proponit idem procur. quòd ſupraſcriptus Phil. in vna alia parte fuit confeſſus, & contentus ſe habuiſſe, & recepiſſe in depoſito,& ex cauſa depoſiti flor. centum boni auri, & iuſti ponderis à ſupraſcripto Ray. quos etiam ſibi reddere & reſtituere promiſit intra certum terminum iam elapſum ſub eadem obligatione bonorum ſuorum, prout etiam de his,& aliis conſtat publico inſtrumento tradito.& rogato per ſupraſcriptum notarium; quòd quidem inſtrumētum in forma publica ex nunc producit, & exhibet procurator antedictus. Denique etiam dicit,& proponit ipſe procurator,quòd tempore dictorum mutui,depoſi. & obligationum prædictarum,præfatus Phil.& ante & poſt tenuit, & poſſedit, & hodie tenet, & poſsidet pro ſua, & tanquam ſuam,domum vnam muratam coopertam, poſitam in Papia in porta Pertuſij cui cohęret&c.Ipſi Ray.ex cauſis memoratis pignori,& hypothecæ obligatam,quam tamē domum ipſe Phil.dimittere,& relaxare ipſi Ray. iure pignoris recuſauit, præſentialiterque recuſat, licèt indebitè, & iniuſtè. Quare cùm prædicta uera ſint,petit & requirit dictus Simon nomine quo ſupra,per vos.& ueſtram ſententiam diffinitiuam pronunciari,& declarari, * dictam domum fuiſſe,& eſſe pignori obligatam,& hypothecatam ex cauſis ſupraſcriptis Ray. præfato, & condemnari per uos, & per dictam ſententiam ueſtram, & condemnatum iuris remediis compelli ſupraſcriptum Philippum ad dimittendum,& relaxandum iure pignoris,& hypothecæ domum antedictam ſupraſcripto Ray. ſeu dicto eius nomine ſimul cum fructibus,damnis,& intereſſe,paſsis,factis,ac faciendis,& patiendis in futurum, de quibus liquidabitur in proceſſu,& prædicta per uos fieri petit, & executioni mandari omni uia iuris &c. Deducendo in præſenti iudicio &c.ſaluo iure,&c. Non aſtringens ſe &c.

ADDITIO.

* Pronunciari ac declarari. Adde an libellus in hypothecaria procedat per uerbum adiudicari,& dic,ut per Rom. conſi.245. num 6. cuius libelli formam uide per Alexan. conſi.187.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Actiones plures an poſſint deduci in vno libello.*

2 *Perſonæ plures ex diuerſis cauſis obligatæ, an poſſint in vno & eodem libello conueniri.*



ORAM vobis. Circa formam libelli attende,quòd duæ diuerſę actiones,& obligationes deducuntur in eo, & ex diuerſis cauſis, quarum altera eſt realis uidelicet hypothecaria, alia perſonalis uidelicet actio depoſiti, & mutui. Sed aduertendum, quòd hypothecaria deducitur principaliter, & alia in conſequentiam. † Vnde reuocari ſolet in dubium,an plures actiones poſsint in vno, & eodem libello proponi,ſuper quo concluſiuè dic,quòd aut hæ plures actiones ita ſe habent, quòd ſententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & tunc non poſſunt in eodem libello,eodem tempore regulariter proponi iſtæ tales plures actiones, ſed locus eſt electioni, ut probatur in l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.& in l. cum filius.§.uariis.ff. de leg.2. aut ita ſe habent,quòd ſententia lata in vna non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & tunc admittitur cumulatio, * & propoſitio plurium actionum ſimul,ut l. ſi idem cum eo.ff.de iuriſd. om. iud. & l.hæredes.§.de pluribus.ff. famil. erciſcun. & quod not.per gloſſ. in cap.querelam,de elect. facit. l. fin. de an. exceptio. De quo uide quod plene not. per Dyn. in cap. nullus pluribus,de regul.iur. lib.ſexto, & per Docto. in l. edita. C. de eden. & ego ſcripſi ſupra in primo libello. † An autem plures perſonæ ex [a] cauſis diuerſis obligatæ poſsint in vno & eodem libello conueniri? Puto quòd non, iuxta ea quæ dicta ſunt in forma libelli plurium reorum debendi. Nam quilibet per ſe habet ius deliberandi,& contra quemlibet eſt offerendus libellus, ut in auth. offeratur.C.de lit.conteſta.& l.prima.§.primo.ff. de eden. facit d.l.fin.C. de an. excep. Sed an perſonalis, & hypothecaria poſsint ſimul eodem tempore proponi, & intentari contra eundem,dicam infra.

ADDITIONES.

* Cumulatio. Adde quæ ſcribit Rom. conſi. 391. à nu. 12. vſque ad num.20.Rol.conſil.ſeptimo. num.38. lib.tertio, vbi quòd licet prohibita ſit cumulatio, etiam in caſibus à iure permiſsis, ubi procederetur ſimpliciter, & de plano, ſecus tamen ſi permiſſum eſt, ut procedi poſsit,ſolam facti ueritate inſpecta, imò non refert tunc, quomodocunque conſtet iudici de intentione actoris, qua in re uide etiam,quæ habentur infra uerſi. ex memoratis, poſt nu. 7. vbi dixi. Maluer.

a Cauſis. Adde Paul.de Caſtr. in l. ſi idem cum eodem.col. 2.uer.ſed an in eo.libello.ff. de iu. om. iud.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum vnde dicatur.*

2 *Eccleſia obligatur ex mutuo.*

3 *Vniuerſitas ex mutuo obligatur.*

4 *Creditor qualiter probet pecuniam eſſe uerſam in utilitatem eccleſiæ uel ciuitatis.*

4 *Solennitas quæ ſeruetur ad reperiendum mutuum ciuitatis.*

6 *Pecuniam mutuatam uerſam eſſe in utilitatem ciuitatis, quomodo probetur.*

7 *Mutuanti agenti contra ciuitatem non ualenti probare pecuniam uerſam,qualiter ſuccurratur.*

8 *Mutuans dicens ſe pecuniam dediſſe theſaurario, an mutuum probet.*

9 *Ciuitas reſtituitur aduerſus mutuantem.*

10 *Minor in mutuo læſus reſtituitur ſine læſionis probatione.*

11 *Contractus mutui ab habente poteſtatem legis condendæ celebratus vim legis habet.*

12 *Ciues ſingulares ciuitatis poſſunt compelli ad ſolutionem pecuniæ mutuo ab eius ſyndico acceptæ.*

13 *Ciuitate delinquente ſingulares ciues tenentur.*

14 *Pecuniam mutuam qui ſuo nomine ſumere non poteſt, niſi in certo caſu nunquam pecuniam aſſumpſiſſe præſumitur, niſi ſit miles.*

15 *Mutuans quotuplex ſit.*

16 *Ciuilis mutui quæ ſit natura.*

17 *Ciuile mutuum cui natura cooperatur quid sit.*
18 *Notarius dicens pecuniam numeratam fuisse, non redditur falsarius licet probetur, tempore contractus nullam pecuniam interuenisse.*
19 *Confitens pecuniam recepisse, quo tempore recepisse præsumatur.*
20 *A[illegible] producentis instrumentum in quo mutui confessio continetur, probatur intentio.*
21 *Libellus loquens de mutuo producto instrumento loquente de promissione, non vitiatur.*
22 *Libelli verba secundùm proferentem debent interpretari.*
23 *[illegible] pecuniam mutuò, confitendo [illegible] dominum.*
24 *Procurator constitutus ad accipiendum mutuò, & ad confitendum recepisse, dominum non obliget.*



VTVO & ex causa mutui. Valde frequés est hic tractatus, ideoque notandus est.
1 † Dicitur autem mutuum ex eo quòd de meo tuum fit vt l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. sic tamen quòd nõ ipsum mutuum datum, sed tantundem in eodem genere restituatur, ut in d. l. 2. in princip. & l. cum quid. eo. ti. cum sim. Et pro hoc colligitur differentia inter contractum uenditionis, donationis, & sim. in quibus non agitur, ut id quod traditur, uel aliud reddatur.
2 † Sciendum est autem, quòd ex causa mutui nedum obligatur singularis persona, sed etiam ecclesia, ut in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl.
3 † & etiam qualibet communitas, & vniuersitas, ut l. ciuitas. & ibi plenè per Bart. ff. si cert. pet. Dum tamen vtroque casu probetur, quòd pecunia sit uersa in utilitatem ciuitatis, uel ecclesiæ, vt plenè etiam not. per Inn. in c. 1. de depo. Et adde quod infra eo. titu. sc. ipsi in gloss. super uer. sub eadem obliga-
4 tione bonorum. † Sed circa prædicta quæritur, qualiter probetur per creditorem pecuniam esse uersam in utilitatem ciuitatis, uel ecclesiæ? distingue sic secundùm Bar. ubi supra. Aut ciuitas illa, uel repræsentantes ipsam receperũt pecuniam mutuò in certam causam, & tunc præsumitur uersa in eius vtilitatem: aut syndicus ciuitatis pecuniã mutuò sumpsit, & tunc aut habuit mandatum speciale ad accipiendum pecuniam mutuò in certam causam, & tunc præsumitur uersam in illam causam, & in eius utilitatem, arg. in l. qui habebat. ff. de instit. aut non habebat speciale mandatũ ad accipiendum pecuniam in certam causam, & tunc sufficit quòd syndicus dicat, & confiteatur se in certam causam recipere, & præsumitur eodem casu ipsa pecunia in dictam causam conuersa, licèt aliter non appareat de ipsa cõuersione. ar. l. 1. §. ubi autem. ver. quandoque quæritur. ff. de exer. & ita sentit Azo in sum. de exe. Quandoque nullũ habebat speciale mandatum super pecunia mutuò assumẽda, sed simpliciter habebat administrationem ciuitatis, & tunc probari debet per testes, uel instrumenta quòd ipsa pecunia sit conuersa in utilitatem ciuitatis, & hoc casu locum habet d. l. ciuitas. & auth. hoc ius porrectum, secundũ
5 glo. & Doc. in d. l. 2. §. fi. † Hic generalius quæro, quæ so-
a lennitas seruabitur ad repetendum mutuum ciuitatis? a gloss. 2. in d. l. ciuitas. ff. si cer. pe. dicit quòd creditor debebit probare pecuniam uersam in utilitatem ciuitatis, & dicit ibi hoc esse uerum, quòd administrator ciuitatis ex generali potestate sibi concessa potest accipere mutuum, sed si habuit in mandatis ad accipiendum pecuniam mutuò specialiter, non incumbit onus probandi creditori, sicut non incumberet cum contraxisset cum ciuitate, uel eius generali consilio, quod uicem populi repræsentat, ut dicit glo. sing. quæ non est alibi sic loquens. C. quæ sit lon. consue. in rub. & quòd hæc probatio non sit necessaria, ex quo speciale mandatum habet, est casus in l. habebat. ff. de insti. Fallit si mandatum speciale habuisset ad accipiendum pecuniam mutuò in certam causam cõuertendam, nam tunc mutuans debet esse curiosus, ut in eam causam conuertatur, saluo nisi accipiens pecuniam mutuò dixerit quòd in aliam causam pecuniam assumebat. tex. est in l. 1. §. ubi autem. uersic. vnde quæritur. & uer. sed & si in pretiis. ff. de exerc. Sis ergo cautus tu, qui contrahis cum talibus administratoribus, ut in instrumento facias apponi uerba prædicta, ad omne dubium remouendum, facit insti. de ex. e.
6 §. diuersum. † Probat autem pecuniam mutuans esse uersam, primò per probationes hoc necessariò concludẽtes, secundò per coniecturas, puta si consilium ciuitatis præsente administratore accipit pecuniã, uel etiam quia tunc ciuitas egebat pecunia, secundum Cy. in auth. hoc ius porrectum, Guil. tamen dixit semper requiri probationes necessariò concludentes, sed hoc non placet Inno. in c. 1. extra de depo. dic ut ibi. concludo ergo, quòd hæc lex habet locum in administratore ciuitatis, qui ex generali mandato habet potentiam accipiendi pecuniam mutuò.
7 † Succurritur autem mutuanti cum probare non potest pecuniam uersam in utilitatem, ut agat contra ciuitatem. Si autem opponitur, quòd in utilitatem ciuitatis pecunia non est uersa, faciat citari administratorem, ut causæ ipsæ assistat, ut C. de euic. l. parentes. & si non probat mandatum suum, tenebit de dolo, ex quo se administratorem asseruit, ut l. si legatarius. & l. quidam. ff. de dolo. in gloss. probato autem mandato, nisi ipse probet pecuniam fore uersam in vtilitatem ciuitatis, conuenietur condictione ob causam, eo quòd pecunia fuit data in utilitatem ciuitatis, vt conuerteretur, & conuersa non est.
8 † Sed quid si ipse dicit {Dedi eam thesaurario, no habui ulterius me intromittere?} Dic quòd mutuans poterit agere contra ciuitatem, vt contra thesaurarium cedat sua iura. Nam per hoc consequeretur mutuans pecuniam sine ciuitatis dispendio, ut in l. creditore, in prin. ff. de euic. & hoc modo practica le-
9 gem istam. † Item aduerte quod licèt creditori non incumbat onus probandi fuisse pecuniam uersam in utilitatem ciuitatis, ut in casibus supradictis, tamen ciuitas poterit petere restitutionem in integrum, & restituetur læsione probata, non ex clausula reipublicæ, ut l. res publica. C. qui ex ca. ma. sed ex clausula generali. {Si qua mihi iusta &c.} restituet probata læsione & non aliter, cum in ciuitate sint
10 semper homines industriosi. Secus autem in minore accipiente pecuniam fœnori, qui non habet aliter probare de læsione, ut l. 1. C. si aduer. cre. & ibi per Cy. saluo nisi probetur dictum minorem industriosum, ut no. gl. in l. 1. secun-
11 dùm primam lec. C. qui & aduers. quos. † Item scias, quòd contractus mutui ab habente potestatem legem condendi fit lex. vt ff. de publica. & uectigal. l. Cæsar. & C. de do. inter vi. & vxo. l. pe. sicut per legem omnes subditi possunt li-
12 gari, ita per contractus. † Ideo syndicus constitutus ad accipiendam pecuniam mutuò, & ad obligandum ciuitatem, & ciues singulares, poterit eos singulariter obligare, itaque in quemlibet singulariter poterit fieri executio debitè, licèt aliàs pro debito ciuitatis, singulares ciues non sint vexandi, vt l. 1. ff. quod cuiuscunque vniuer. no. & hoc
13 mirum, † quia sicut pro delictis ciuitatis obligantur singulares ciues, ut l. metum. §. animaduertendũ. ff. quod me. causa, de re. iu. l. aliud. §. refertur. ita per contractum, ut ff.
14 de iudi. l. omnem. † Conclude etiam vnum singulare, quòd qui suo nomine mutuatam pecuniam sumere non potest nisi in certo casu, in eo casu nunquã pecuniam assumpsisse præsumitur, nisi sit miles, ut l. pe. ad Mace. per locum à spe-
15 ciali. Ang. in d. l. ciuitas. ff. si cer. pe. † Quæro quotuplex
b b est mutuum. Respondeo mutuum esse triplex. Est enim quoddam naturale tantùm; quoddam ciuile tantũ; quoddam autem ciuile, cui natura cooperatur. Naturale quidem mutuum tantum est, quando res quæ datur tibi mutuò à me traditur, uel ab alio nomine meo, ut l. certi condictio. in fi. & l. singularia. & l. proinde. ff. si cer. pet. & no. per
* Bar. in l. 2. §. appellata. eod. tit. Ciuile * uerò tantum est illud, quod per simplicem oris confessionem contrahitur, puta cum dicitur. {Talis fuit confessus habuisse, & recepisse mutuo &c.} vt hic. & talis modus contrahendi est in cõi stylo & usu, de quo loquit l. 1. & 2. & l. si ex cautione. C. de
16 non nu. pe. & Inst. de lit. ob. in prin. † Cuius quidẽ mutui

c natura est, ut ille qui sic confessus est, si conueniatur c ante biennium, possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, * nisi ipsi exceptioni expresse renunciasset, vt fit quotidie in instrumẽtis. Post bienniũ verò hẽt os clausum ne possit talem exceptionẽ opponere, quia præsumitur numerata, nisi probet contrarium; vt hæc habentur in l. in contractibus. in prin. & l. si ex cautione. cum sim. C. de non num. pe. & eodem modo præsumitur numerata, si notarius dicat in instrumẽto, quòd talis numerauit, uel talis mutuò habuit, & recepit, uel similia uerba, quæ actum naturalem significant, accessisse: sed tamen caueat notarius ne his uerbis utatur, nisi uideat pecuniam in præsenti, ut ibi no. Do-

17 cto. † Ciuile autem mutuum, cui natura cooperatur, est illud quando stipulatio intercesserit de mutuo restituendo facta numeratione, uel ante, de quo loquitur l. si ita fuero. in fi. & l. cum enim. ff. de noua. uerum quamuis in specie mutuata quis appareat obligatus ad restitutionem mutui, tenetur tamen etiam si casu fortuito perierit. l. incendium. C. si cert. pet. & l. quod te. ff. eo. tit. quæ restitutio est fienda in eadem bonitate. l. cum quid. ff. si cer. pet. & l. triennium. ff.

18 de uerb. obli. † Pro declaratione * præmissorum, quæro de aliquibus, & primò quæritur. Ecce notarius dixit in instrumento {Titius fuit confessus se centum mutuò rece-

d pisse, testes d verò in instrumento descripti dicunt quòd nulla intercessit pecunia, nec numeratio } an ex hoc redarguatur instrumentum de falso? Et certe dicendum est, quod non, quia instrumentum loquitur de mutuo ciuili, testes vero deponunt super mutuo naturali, & sic sunt diuersi, & non aduersi, ut tenet Bar. in l. singularia. in fin. ff. si cer. pet. vnde non probat hoc esse, & cætera, ut l. non hoc. C. vnde cog. & l. neque natales. C. de prob. facit quod no. Bart. in l.

19 prædia. ff. de acqui. poss. † deinde circa hoc insurgit tale dubium, posito quòd sic quis confiteatur, an præsumatur recepisse pecuniam tempore ipsius confessionis conscriptũ instrumenti, an uero retrò ante ipsam confessionem? Et uidetur quod præsumptio sit ipsum recepisse retrò, quia ista uerba, recepisse, sunt præteriti temporis & plusquam perfecti, ergo repræsentãt, & important actum numerationis fuisse gestum retrò, non autem de præsenti, ut l. Aurelius. §. Titius Seio. ff. de lib. leg. in fi. sui. In oppositum determinat Bar. * in l. si ita stipulatus. §. Crisogonus. ff. de verb. ob. & in l. certi condictio. §. si nummus. ff. si cer pe. & d. l. prædia. ff. de acquir. poss. & plenius in l post dotem. ff. sol. mat. quia in re dubia, uerba & eorum significationes referenda sunt ad tempus instrumenti, quando actus qui geritur, sic talis naturæ, ut potuerit interuenisse eo tempore, ar. d. §. Crisogonus. & quod alibi dicitur in materia l. sciendum. ff. de uerb. ob. quæ tamen præsumptio confunderetur, si testes in instrumento descripti dicerent, pecuniã nullam tunc fuisse numeratam, nec tamen per hoc impugnaretur virtus instrumenti, quia eo casu intelligendum esset de numeratione longa, uel proxima retrofacta ante

20 ipsum instrumentum. † Quid dices, si in libello dicatur sic {Domine iudex dico me mutuasse Sempronio centum } & inde produco instrumentum, in quo confessus est se mutuò à me recepisse dicta centum, an sit per dictum instrumentum probata mea intentio, uel petitio? dic breuiter quod sic, secundum Bar. ubi supra. quia uerbum, mutuasse, ita uerificatur in actu ficto, sicut in uero, & mutuo ciuili, sicut in

21 naturali. † Sed quid si, pducto dicto libello ad eius probationem produco instrumentum, in quo nedum continetur confessio, de qua supra, sed etiam quod ipse Sempronius solenniter promisit dictam pecuniam restituere, prout cõmuniter fit in instrumentis, an procedit dictus libellus? videtur quod non, quia per formam dicti libelli, uidetur intentata certi condictio * de mutuo, de qua in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pe. & instrumẽtum probat de actione ex stipulatu. vt l. si ita fuero stipulatus. in fi. & l. cum enim. ff. de

22 nouat. In contrarium facit, † quia uerba libelli debent interpretari secundùm proferentem, ut l. si quis intentione. ff. de iu. vnde erit intelligendum, de mutuo, cui naturæ cooperatur. Aduerte quod Bar. ibi in hoc fuit contrarius, nã in d. §. Crisogonus, circa fin. tenere uoluit primam partem, deinde in d. §. si nummos. tenuit secundam, & eam puto veriorem. vnde propter hoc & alia, facta sunt in bonis terris & prouinciis, statuta, seu capitula, quòd quælibet petitio, quæ rem contineat & causam, intelligatur tollerabi-

23 lis. † Amplius quæritur, si aliquis sit constitutus procurae tor e ad recipiendum pecuniam mutuo, an si confiteatur se recepisse, obligetur dominus? uidetur quod sic, quia istud verbum {Mutuò} verificatur tam in mutuò ciuili, quàm etiam naturali, vt supra dictum est, ergo eius mandatum extenditur ad vtrunque. In contrarium determinat Bart. in l. 2. §. in mutui. * ff. si cer. pet. & est ratio secundum eũ, quia illud uerbum {Ad recipiendum} habet qualificare, & restringere illud verbum {Mutuò} ad ipsum actum naturalem tantum, ideoque ipse dominus de ciuili mutuo non obligabitur, arg. in l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fra. pa.

24 & ff. de nouat. l. debitorem meum. cum ibi no. † Quid ergo si in ipso instrumento procuræ sit dictum {Procuratorem constituit ad accipiendum pecuniam mutuò, & ad cõfitendum pecuniam ipsam recepisse} an tunc obligabitur dominus, si ipse procurator simpliciter confiteatur pecuniam mutuò recepisse? videtur quod sic; quia hoc est expressum in mandato. In contrarium determinat idem Bar. ubi supra. Et ratio, quia illa verba quæ subiiciuntur. {Ad cõfitendum se recepisse &c.} sunt intelligenda de pecunia recepta, quam accipiendam mandauit, cum dixit {Ad accipiendum mutuò &c.} nam illa uerba aliter intellecta importarent donationem, quæ in dubio non videtur procuratori concessa, ut l. filiusfamil. in prin. ff. de don. & l. contra iuris ciui. §. si ff. de pactis.

ADDITIONES.

* Ciuile. Adde, quòd debitum ciuile tantum, quocunque errore solutum semper repetitur, ut in obligatione literarum confessiones mutui sub spe futuræ numerationis, ex qua nascitur ante biennium sola ciuilis, secundum communem, per Ias. in l. cum quis. num. 5. C. de iur. & fac. igno. Masuer.

* Excep. non num. pec. Adde, quod exceptio non num. pecuniæ opponi potest per debitorem in contractu mutui et post biennium, si probatum sit de non solutione, teste Afflict. decis. 110. & qui, decis. 105. dixit talem exceptionem intra biennium non habere locum nisi in contractu mutui, in alijs uerò contractibus non opponi post 30. dies, de quo vide quæ scribit Tremol. ad Prac. Bonacur. tit. de peremp. excep. post nu. 3. ver. excep. non num. litera. C. Crem. sing. 153. Oldend. lib. Act. for. tit. de cond. chirograph. 4. Class. Act. 30. Abb. in c. si. nu. 18. de solu. Fel in c. si cautio. nu. 60. vsque ad 65. de fid. instr. Spe. tit. de excep. §. viso, nume. 10. Guid Pap. q. 291. 363. Ias. ad Port. inst. de lit. oblig. nu. 25. in l. qui pecuniam. col. 2. nu. 8. ff. si cer pet. ubi ponit regul. cum ampl. & limit. & inter alia considerat tres except. distingue, ut per eum ibi, & per Doc. d. tit. de lit. ob. quibus adde, quòd excep. non num. dicitur anomala, quia in alijs excep. opponens tenetur eas probare, sed in hac non, l. si ex cautione. C. de non num. pec. idem dicitur de excep. non num. dotis. l. si. C. de dot. caut. non num. & sic istę exceptiones sunt temporales quantum ad propositionem, durante enim per biennium, sed quãtum ad probationem sunt perpetuę, teste Bar. in l. exceptionem. ff. de excep. sicut enim debitor in obligatione literarum habet excep. usque ad biennium, sic etiam si creditor scribat, fateor me recepisse debitum, uel te non esse confessum debitum, uel alium soluisse, habet excep. vsque ad 30. dies, secundum Port. d. tit. inst. de lit. obl. num. 20. & sequen. l. in contractibus. §. super ceteris. C. de non numer. pecu. nisi in sex casibus, quorum quinque notantur in d. l. in contractibus. §. sed

quoniam qua in materia. Adde, quod excep. non num. pecu. opponi non pôt, quando debitum ex alia causa, conuertitur in debitum ex causa mutui, iuxta l. si pro mutua. & lege si ex pretio. ff. si cert. per. l. aduersus. ubi Bald. C. de non nu. pec. de æquitate autem Cano. uerum est, quòd etiam post biennium ea excep. non num. opponi potest, secundum communem per Doct. ad Dec. in l. iure naturæ, de reg. iur. & Dyn. in reg. locupletari de reg. iur. lib. 6. cuius rei prac. docet Ias. in l. cum quis. colum. pen. C. de iur. & fac. ignor. & d. l. qui pecuniam, si cert. pet. Hypol. singul. 277. qui tamen uidetur sibi contrarius. sing. 222. dum loquitur, quòd ea excep. non num. opponi potest itra biennium etiam si in contractu adsit iuramentum, cuius contrarium scribit sing. 327. ubi pulchrè, qua in re laudatur Doctiss. Rol. sententia. consi. 1. nu. 57. lib. 1. ubi quòd licet excep. non num. pec. opponi non possit post biennium, potest tamen debitor implorare officium iudicis, iux. not. per Fel. d. c. si cautio. nu. 49. 65. de fid. instru. & ita uidi obseruatum in actu practico.

✱ Pro declaratione. Adde Ias. in l. Titia. nu. 31. ff. de uerbo. oblig. Masuer.

✱ Bar. Adde Ias. in l. qui Romæ. §. Grisogonus. nu. 30. & seq. ff. de uer. ob. ubi ponit reg. cum limit. & declà. ad Bartol. hic alleg.

✱ Certi condictio. Adde Ias. in l. eum hi. §. si idem. ff. de transi. ubi quòd in mutuo competit certi condictio contra accipien.

✱ Bar. in l. 2. §. mutui. Adde, & declara doc. Barto. in d. l. 2. §. vl. nu. 6. ff. si cer. pet. hic alleg. non procedere, si procuratori data sit expresse confitendi facultas, secundum communem per Suarez. lib. Sent. uer. procuratoris confessio. Ias. d. l. 2. §. fi. nu. 20. ubi dixi, quò autem ad Doc. Bar. in d. §. vl. col. fi. uer. & ista sunt utilia, dic, quòd Bart. ibi approbatur in primo casu, sed in secundo, ubi expressè habet potestatem confitendi, improbatur, quia tunc potest confiteri, & præiudicat domino, ex not. per Doc. in d. §. per Fel. in c. cum olim, de off. iud. deleg. in c. si cautio. col. 2. de fid. instrum. pro quo secundo casu quem ponit Bar. in d. §. fi. uide Rui. consi. 53. nu. 17. lib. 2. pro primo casu Barto. ibi, uide Soc. iun. consi. 57. lib. 2. post Abb. consi. 18. lib. 2. & dixi ad Ias. loco supra alleg. Masuer.

a No. quando ciuitas accipit pecuniam mutuò, & per Ioan. de Imo. & Barb. in d. c. 1. deposi.

b Not. quotuplex est mutuum, uide glo. & per Bar. in l. 2. in §. fi. ff. si cer. pet. Bal. in rub. C. eo. tit.

✱ Quotuplex est mutuum. Adde quæ scribit Bellon. institut. quib. mo. re contr. ob. nu. 6. Aret. in §. idem iuris. colu. 35. inst. de excep. Alex. consi. 179. lib. 2.

c Si conueniatur ante biennium. Adde Pan. in c. fi. de pigno. vbi dicit, quòd debitor potest agere triplici uia, sed debet probare pecuniam non numeratam, sed ante biennium est secus, quia præsumitur quòd debitor anxietate habédi pecuniam fuerit confessus.

d Testes. Adde Bart. in consi. 19. inci. in quæstione proposita solum ad hoc allegare in 2. uol. Alex. de Imo. in consil. 79. incip. uisa scriptura priuata in 2. uol. & Barto. Cep. in consi. 21. causarum. crimi. incip. consultationis casus, col. 4 & Fely. in ca. si cautio. extra de fid. instr. col. 12. uer. no. tertiò quòd notarius. Zilettus.

e Procurator. Adde Io. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. 1. ver. sed pone egi. in fi. magnæ additionis Barto. in l. à diuo Pio. §. sed & si emptor. ff. de re iu. col. 2. uer. quæro quòd si confitetur, & ibi Ang. & Io. de Imo. Bar. in l. si debitorem. ff. de noua. Bart. & ibi Bal. in 1. q. in l. non abstulit. C. de noua. Bal. & Ang. in l. 2. § fi. C. de quadr. præscri. Bald. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. Io. de Plate. in l. fin. C. de apo. publi. lib. 10. & Lud. Ro. in l. p. ædia. ff. de acq. poss. col. 4. Bar. in consi. 11. inci. uisa prima & secunda petitione. col. 2. in 2. vol. Fede. de Senis consi. 53. inci. Titius fecit procuratorem. Pau. de Cast. in consi. 409. inci. consideranda sunt uerba. in 1. uol. Lud. Ro. in consil. 352. incip. spiritus sancti gratia. Soc. in consi. 3. inci. circa præsentem consultationem, uersi. quintò probatur, in 1. uolum. Pet. de de Anch. & Domi. à S. Gemi. in c. qui generaliter. §. fin. in fi. de pœn. lib. 6. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. si cautio, de fi. instr. & ibi Abb. col. 5. uer. per hæc dic. & Fel. col. penul. ver. secundò quærunt. Abb. in c. olim, el 1. de offi. delegat. col. 3. uersi. & per hoc adduco. & ibi Fely. col. 1. uersi. si procurator confessus est. Eundem Abb. in c. 1. ut lit. non contest. col. 19. uersi. uenio nunc ad tertium membrum. & ibi Fely. col. fi. propè fi. uer. demum circa istam confessionem. Zilettus.

✱ Procurator. Adde, quòd qui habet mandatum ad mutuum recipien. non sufficit quòd confiteatur se recepisse, teste Dec. consi. 147. col. pen. circa fi. 493. nu. 13. in l. 2. §. creditu. num. 26. ff. si cert. pet. Fel. in c. si cautio. nu. 86. de fid. instru. cuius contrarium uidetur tenere Doc. in apostil. ad Dec. d. consi. 146. col. pen. circa fi. pro quo uide Imbertum in enchirid. iur. Gall. uer. confessio, ubi declarat. Masuer.

✱ SINE aliqua vsurarum * conventione. Hic ergo diligenter aduertas, quia mundus hodie non substinetur, nec regitur, nisi de usuris, a nam charitas mortua est & dilectio proximi. † Videamus igitur an omni iure sint ipsæ vsuræ prohibitæ, uel aliquo iure concessæ, de qua q. plenè tractauit Tho. de Aquino in suo lib. qui intitulatur secunda secundæ. q. 76. aliàs 78. & per Gratianum in decreto 14. q. 1. cum se. & per Cy. in auth. ad hæc. C. de usur. & arguendo uidetur, quòd usuræ sint permissæ iure naturali. Certum est enim, quòd iuri & rationi naturali congruit, vt benefacienti benefaciamus, alioqui uitium esset ingratitudinis, quæ fontem exurit pietatis, ut l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. dare autem mutuanti pro remuneratione seruitij accepti, uidetur esse concessum. Præterea iure naturali, licet cuicunque de suo dare, & à dante spontanee recipere, ut l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & l. traditionibus. C. de pac. l. traditio. ff. de acqui. re. do. cum sim. sed ille qui pecuniam mutuò assumpsit, sponte dat ipsam usurã, ergo &c. † Rursus b uidetur permissa de iure ciuili, ut patet tam in iure digestorum, quàm C. & Auth. in titu. de vsur. Amplius etiam uidetur permissa iure decretorum in c. salubriter, & in c. nauiganti. cum ibi no. de usur. Cæterũ videtur fore permissa iure diuino per id quod dicitur Lucæ 19. { Ego ueniens cum usuris exegissem illam } scilicet pecuniam mutuatam. & in Deuteron. 23. } Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno } & 29. cap. { Fœnerabe: is gentibus multis. } Pro hac parte induco expressè text. quem non alle. Tho. prædictus ecclesiastici 19. cap. ubi sic dicitur { Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius } & iterum { Redde proximo tuo in tempore suo, multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuauerunt, donec accipiat, osculatur manum dantis, & in promissionibus humiliat uocem suã, & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij, & murmurationem & tempus causabitur. Si autem potuerit reddere, aduersabitur, solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. Si autem fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia, & maledicta reddet illi. Et pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam, multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt &c. } & eo. lib. cap. 8. scribitur. { Noli fœnerari homini fortiori te, quòd si fœneraueris, tanquam perditum habe. } Deinde uidetur omni iure permissum recipere hanc commoditatem, quam usuram appellamus, licet enim cuicunque habere commoditatem, & præmium ex argento in massa commodato, secundùm eundem Thom. ut de equo, aut domo, uel libro ad usum mutuò concesso, uel commodato. Cur ergo non sic in pecunia numerata mutuò concessa? Præterea secundum eundem Thom.

Thom. licet præmium accipere de pecunia alij concessa ad ostentationem, uel ad ponendum loco pignoris: cur ergo non sic dicetur in pecunia ad numerum concessa? porrò etiam secundùm eum licitum est de pecunia, quam quis ponit apud mercatorem, uel artificem exigere partem aliquam lucri, & pacisci de aliqua parte lucri sibi dandæ: ergo sic uidetur licitum in eo, qui pecuniã ponit ex cã mutui apud aliquem indigentem. Insuper secundũ eundem ille qui mutuò dat pecuniam numeratam, potest licitè pacisci de aliquo sibi dando in recompensationem dãni sui, per quod ei subtrahitur aliquid, quia per hoc non uenditur usus pecuniæ, sed uetatur damnum, cur ergo non sic erit in quocunque casu, cùm pecunia non possit in alium transferri sine damno dantis, qui fuisset de ea prædium empturus, uel mercimonia, & qui mutuando submittit se periculo perditionis eius multis & uariis modis. † In con-
4 trarium uidetur quòd omni iure sit prohibita. Primo iure naturali, quia contra naturam est, quòd pecunia germinet pecuniam. Item quia est naturale instinctum, quo homo hominini ad seruiendum alligatur. Deinde prohibita est de iure diuino Exodi. 22. cum dicitur, { Si pecuniam mutuò dederis pupillo meo pauperi, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes, } & in psalmo scribitur { & qui pecuniam suam non dederit ad usuram } & in euangelio Lucæ { Mutuum dantes, nihil inde sperantes. } Iure etiam canonico est prohibita, & diuino simul, ut patet. 14. q. 1. cum sequen. per to. & in cle. 1. de usur. Amplius uidetur etiam prohibita iure ciuili, quo Imperator dicit quòd † leges non dedignantur imitari sacros canones, ut in Au
5 then. de eccl. tit. in princ. & mandat Imperator obseruari quatuor generalia concilia, & in eis disposita, in quibus prohibita est usura, ut l. 1. C. de sum. Trin. & fid. ca. Sed ad hoc per aliquos respondetur, quòd in cæteris, præterquã in usuris, mandat dicta concilia obseruari, si enim ad usuras se Imperator referre uoluisset, iam non specialiter, & exprese super illis tractatum sic prolixum, & earum permissiuum inseri uoluminibus fforum. C. & Auth. mandasset: nec Papa, cui tunc ipse Imperator notitiam fecit de cõpilatione per eum facta. C. & aliorum librorum, concessisset, prout fecit, sed prohibuisset, ut dictæ usuræ concederentur. Vnde cũ ipse Papa tunc consenserit, ut habetur in epistola inter claras, & epistola, reddentes honorem. C. de sum. Tri. nec exprese ordinationi Imperatoris in hoc contradixit, uidetur secundum eos concludi posse, quòd ipsæ usuræ permissæ sint tam à Papa, quàm ab Imperatore, & sic utroque iure. Quid ergo dicendum? finaliter, & conclusiuè idem Tho. fatetur ipsam usuram iure diuino & canonico esse prohibitam: de iure autem ciuili esse permissam. † Superest autem uidere quæ est causa prohibitio-
6 nis iure diuino, & canonico, & quæ sit causa permissionis iure ciuili. ubi aduerten. quòd causa prohibitionis, secundum aliquos, fuit multiplex, ut refert Inn. in rub. & in c. 1. de usur. Prima fuit ad euitandum, ne homines fierent idolatræ, quia scribitur { Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. } Secunda, ne hominis desererent agriculturam intendentes lucro usuræ, & per hoc submergerent pauperes, & occiderent, quia sequerentur fames, & caristiæ. Tertia ne diuites, qui mutuò sumerent aliqua necessitate cogente, efficerentur pauperes, quæ paupertas est periculosa. ut inquit Salomon { Paupertatem neque diuitias dederis mihi domine. } Quarta, quia offenditur proximus, & amor naturalis, qui est, alter alterius onera sustinere, & charitas minuitur. Quinta ratio est secundum S. Tho. quia usura nil aliud est quàm pretium usus pecuniæ mutuatæ: usus autem huius pecuniæ nil aliud est, quàm ipsa rei consumptio. sicut etiam in uino, frumento, & aliis quæ mutuari possunt. Si ergo quis uelit restitutionem æqualis quantitatis, & pretium usus eius, sequitur quòd uelit duas recompensationes pro eodem, quod diuinæ repugnat Iustitiæ: sed ista ratio parum urget, quia sic dici posset, prohiberi lucrum, uel emolumentum recipi ex massa argenti, uel pecunia in sacco ad ostentationem consignata, cuius contrarium ipse determinat, ut supra dixi. Sexta (ut credo) potuit esse, ut refrenetur, & compescatur nimius ardor auaritiæ, & uanagloria, & pomposïtas, & alia uitia quæ producuntur ex pecuniæ abundantia. Septima additur, ne hominis solicitudo circa doctrinam bonarum artium, & uictum ex labore manuum quærendo depereat, & pigritiæ homo, & somnolentiæ deditus sub spe huius impudici redditus, qui festa non celebrat, & die, noctuque laborat animo, & in breui
21 marcescat, & pereat. † Ratio autem permissiua usurarum de iure ciuili ea fuit, secundum Tho. quia lex humana, quæ data est populo, considerauit solum populi utilitatem, quæ ex negociatione procedit, ne ergo huiusmodi utilitates impedirentur, usuras cõcessit, non tanquam iustas secundum diuinam legem; sed tanquam utiles ad humanam communionem sustinendam, sicut in pluribus lex humana multa peccata relinquit impunita, & sustinet ea tanquam licita, quæ lex diuina prohibet, & punit tanquam iniusta, ut patet in emptore & uenditore, qui carius emit & uendit, quem lex humana substinet, nisi sit excessus ultra dimidiam, & tamen lex diuina hoc damnat. ut plenè disputat idem Tho. in lib. suprascripto. q. 77. sic in aliis casibus quos etiam longum esset exprimere. Voluerunt autem quidam dicere, quòd nulla est urgens, nec necessaria ratio, quare usura sit prohibita. Et ob hoc uoluerunt quidam dicere, quòd abstinere ab usuris iure diuino, ponitur inter consilia, non autem inter præcepta, sicut, & illud est de consilio, quod dicitur in euangelio. {Si uis saluus esse, uende omnia quæ habes, & da pauperibus } & illud {Visitare infirmos } & simil. multa. Et ex hoc dicunt ipsi, quòd non contrahitur peccatum mortale ex contractu usuræ, sed solùm ueniale, quia hylarem datorem diligit Deus, & iste non hylariter seruit, sed cupiditate lucri, quæ opin. per eundem Tho. reprobatur dicens quòd mutuò concedere est inter consilia, & quò ad hoc est merito-
* rium, sed ultra mutuatum quicquam accipere, * hoc cadit sub præcepto, per ea quæ dicta sunt, vnde qui ultra aliquid accipit, mortaliter peccat, quia scriptum est { Qui non obedierit principi morte moriatur } immo secundum alios, etiam si à principio solùm ueniale contraheretur peccatum, tamen propter frequentiam, & cõsuetudinem actuũ veniale soluitur, & efficitur mortale, arg. de pœ. dist. 1. ca. medicina. uersi. tres sunt. in fi. & hæc opin. Tho. hodie approbata est in clem. 1. §. fin. de usur. ubi dicitur. {Quòd qui pertinaciter affirmat usuram non esse peccatum, censetur hæreticus. } Quidam sunt tamen, qui uoluerunt facere differentiam, an quis mutuet ex quadam necessitate propria, vel lucri cupiditate. Alij sunt, qui solum respectum habent ad quantitatem quæ percipitur an transeat decẽ pro centenario, uel sit ab inde infra, quæ omnia reprobantur per ea quæ traduntur. 13. q 3. & 4. per totum. Alij uerò dicunt, quòd aut quis fœneratur proximo egeno ad succurrendum eius necessitati, & tunc licite potest hoc facere, per id quod habetur in d. cap. ecclesiastici. 88. dist. Aut fœneratur cupiditate lucri, & tunc prohibetur, & licitè non facit, ut in aliis iuribus. In omnibus autem suprascriptis acquiescendum est decisioni sanctæ matris Ecclesiæ, & theologorum sententiæ. Fui præterea aliquando interrogatus à mercatoribus de tali q. Ecce aliquis vult deponere pecuniam apud mercatorem ad dandum, & sustinendum partem lucri, & damni, dicit mercator, ego nollem uenire ad dissensionem aliquam tecum in modo calculandi lucrum, & damnum, sum contentus super me suscipere omne periculum contingens in pecunia & mercantia, & lucro, & damno pro aliqua certa quantitate annali. Quæritur hic an talis conuentio cadat in peccatum, consule theologos.

ADDITIONES.

✻ Vsurarum. Adde, an usuræ quæ sunt prohibitæ de iure diuino & Cano. sint etiam prohibitæ de iure ciuili, & dic, quod de mente iuris ciuilis est, quòd usuræ possint exerceri iuxta modum legitimum & in casibus enumeratis per Ias. in l. cunctos populos 1. lec. nu. 48. C. de summa trin & fid. ca. qua in materia usur. uide eundem in l. rogasti. §. si tibi. colu. 2. & 3. ff. si cert. pet. & quòd mutuans ad usuram peccet, sed non accipiens, scribit idem Ias. in l. transigere. post nu. 10. C. de tras. Masuer.

✻ Accipere. Adde, quod quicquid accedit sorti usura est, teste Dec. consi. 39. col 3. uer. 4. etiam, post Rom. consil. 238. nu. 4. consi. 500. post nu. 4. & 7. consi. 520. post nu. 7. ubi datur ratio quare à mutuan. usuram capi prohibitum sit stando in terminis mutui, quia quando pecuniæ dominiũ non transfertur permissa est aliqua recompensatio, etiam per uiam pacti, secundum eundem Rom. cons. 510. nu. 18. Dec. in l. 1. in prin. 2. lec. nu. 6. & ul. lec. ante num. 4. ff. si cer. peta. Rom. d. consi. 520. nu. 3. Masuer.

a No. de usur. uide Leuit. 25. c. & Exodi. 22. c. & Deuter. 23. & Psal. 24. in ci. Domine quis habitabit. & Ezech. 18. & Lucæ 6. c. & in c. quare in omnibus, de usur. & in c. quoniã multi. 47. dist.

✻ De usur. Adde in materia, quæ habetur supra for. lib. act. real. uer. & in florenis. col. 7. post num. 16. & quid dicen. de cambiis, & dic, ut per Rom. consi. 238. col. 2. nu. 6. ubi quòd tunc demum cambia sunt licita, quando recipiuntur ut periculi premium, & sint secundum generalem consuetudinem mercatorum, iuxta communem Doc. sententiam per Ias. in l. 1. 1. lec nu. 64. & 2. lec. num. 39. C. de summa Trin. & fid. cath. Hiero. à Luca trac. de camb. c. ul. nume. 22. pro quo uide Sali. in l. ad hæc q. 11. C. de usur. ubi loquitur de cambiis quæ hodie fiunt illicitè, Alex. consi. 61. nu. 3. lib. 2. quid de promissione uel petitione usurarum, & quando usuræ petuntur ut interesse, & plura in materia, uide per Rom. consi. 94. col. 1. consi. 101. Anch. consi. 376. Cur. iun. in l. unic. ante num. 41. C. de sent. quæ pro eo quod interest, ubi, quòd promissio usurarum aliis solutarũ propter carentiam pecuniæ à debitore debitæ, ualida est, & earum exactio fieri potest, quid de eo qui accusatur usurarius, quomodo tale crimen commisisse probetur, & dic, ut per Osasc. decis. 72. & de materia usur. & quòd ea fit contra legem diuinam, naturalem, canonicam & ciuilem, scribit idem decis. 137. ubi num. 10. & post num. 17. concludit iudicem laicum posse in causa usur. cognoscere, & eos punire, & an princeps ob subditorum utilitatem usurarios tolerare debeat, uide ibi, ubi concludit quòd non, quid de pœna & usura, & de earũ differentia, & cur olim usuræ prohibitę, uide Coras. Miscell. lib. 3. c. 21. Masuer.

b Rursus &c. uide glo. & Bart. in auth. ad hæc. C. de usur. gl. 1. & ibi Abb. in c. quare in omnibus, de usur. gl. 1. in c. quid dicam. 14. q. 4. glo. in uer. decimas. in c. 1. de usur. lib. 6. Ioã. de Imo. in cle. 1. super glo. in uer. humana. de usur. Io. And. in regu. peccatum, de reg. iur. lib. 6. in mercu. Abb. in c. cum sit generale. in 9. col uersi. 1. tenendo. de foro compe. Ang. consi. 219. & consi. 272. Car. Zab. consi. 78. in ult. colu. Ant. de Prato ueteri. consi. 49. in 4. uol. inter consi. d. Alexan. de Imo. Car. Alex. in cap. 1. 10. dist. Archiepi. Flo. in 2. par. suę summæ. c. 6. summam Angelicam, in uersi. usur. la 1. in prima. q. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta in contractu mutui, an possit exigi.*

2 *Creditor in alternatiuis potest debitorem suum in quo loco sibi magis placet conuenire.*

3 *Debiti summa an pro rata uideatur esse diuisa inter plura loca copulatiue posita.*

4 *Promittens certo loco soluere, potest ubique, ubi domicilium habet conueniri.*

5 *Creditor quam actionem intentare habeat, quando ex instrumento mutui apparet stipulatio.*

6 *Libellus continens plures actiones, quarum non admittitur concursus, reprobatur.*

7 *Nouatio non præsumitur nisi expressè agatur.*

8 *Libellus in quo dicitur, Titio numerata esse centum, quæ reddere promisit, an saluetur.*

9 *Vtile per inutile non debet uitiari.*

10 *Si numero nomine meo, & stipulor nomine alieno, an ex numeratione uel stipulatione oriatur actio.*

11 *Actio ex qua causa oriatur, si stipulor nomine alieno & alieno nomine numero.*

12 *Actio an utilis queratur uel directa, ex stipulatione adiuncta mutuo.*

13 *Actio directa sine cessione, an queratur domino, procuratore pecuniam numerante nomine domini, & eam domino stipulante restitui.*

14 *Actio directa, an in aliis casibus præterquam in numerata pecunia, queratur domino.*

15 *Actio cui queratur quando numero alieno nomine, & nomine in eo stipulor.*

16 *Distinctio facta in mutuo, an habeat locum in aliis casibus, in quibus subiicitur stipulatio.*

1 AC. restituere promisit. † Aduerte quia in hac promissione de soluendo, & restituendo, aliquando solet adiici pœna, si non fiat ad terminum solutio. ✻ & dubitatur an talis pœna exigi possit. super quo dubio secundũ Doct. ut refert Cy. & Iac. But. in l. cum allegas. C. de usur. distinguitur. Aut pœna adiicitur dationi pecuniæ, & tunc præsumitur esse adiecta in fraudem usurarum, sicque de iure canonico peti non potest. Aut adiicitur facto, & tunc secundum aliquos peti potest, secundum alios non; quia factum ipsum subiicitur loco dationis pecuniæ, utputa § Si non solueris, promittis stare in tali loco sub pœna floren. centum. § & sic pœna ponitur eodem tempore in contractu, & ideo non ualet. Secus autẽ si poneretur post ipsum contractum, & no. per Bar. in l. cum seruus ita. ff. de condi.

2 & demon. ubi uide. † Præterea est aduertentum, quòd in hac promissione cõsueuit interdum exprimi locus in quo fienda est solutio. ut fit in omnibus cõmuniter instrumentis obligationum, & tunc fienda est solutio in loco determinato: & si sunt plura loca solutioni designata, ut ponitur in instrumentis moderni temporis, erit in electione creditoris, debitorem cõuenire in quo loco sibi magis placuerit post lapsum termini. ✻ vt in l. 3. in prin. ff. de eo quod cer. loc. ante uerò termini lapsum est in electione debitoris soluere in quo loco sibi placuerit, nisi contrarium sit

3 actum. † Sed hic dubitatur si plura loca fuerunt solutioni destinata, an insolidum conueniri poterit debitor in quolibet loco? Et uidetur quod non, immo per appositionem plurium locorum copulatiue, uidetur quod sit facta diuisio debiti pro rata cuiuslibet loci, ut probat text. in d. l. 3. § si quis ita il. 1. per quem tex. uidetur destrui, & annihilari omnia instrumenta moderni temporis, quibus dicitur § Talis promisit soluere Mediolani, Papiæ, Cremonæ, & alibi &c. § Nam per hoc uidetur, quod solùm pro parte in quolibet loco possit debitor conueniri, & non insolidum, sicque per hoc annihilatur ipsum debitum. Aduerte hic, dicit enim Bar. in d. §. si quis ita. quod aut plura loca adiiciuntur alternatiuè, & tunc in quolibet loco potest insolidum debitor cõueniri: aut plura loca adiiciuntur copulatiuè, & tunc aut ponuntur limitatiuè, aut indefinitè, puta cum clausula § Et in quocunque loco &c. § Primo casu ubi limitatiuè, tunc uidetur facta debiti diuisio pro rata cuiuslibet loci, & sic pro rata tantum parte poterit ipse debitor in quolibet loco conueniri, per tex. in d. §. si quis ita. Secundo casu cum post designationem plurium locorum subiicitur illa generalis clausula § Et in quolibet alio loco &c. § tunc secundum eum ne ex indefinita & nimia diuisione debiti stipulatio reddatur inutilis, fienda erit interpretatio, quod solui debeat totũ in quolibet loco. ar. in l. quoties. ff. de reb. du. & l. quoties. de uer. ob. & ita seruat gñalis cõsuetudo. Veruntñ ꝯsultius ad omne dubiũ tollendũ, laudabile eẽt ponere in instru-

instrumento. {Quod promisit soluere insolidū in quolibet
4 loco.} vel ponere loca alternatiuè. † Vbi autem vnus solus locus esset solutioni limitatus, uel designatus, an alio loco possit debitor conueniri? & utique dicendum est secundum ueram & communem opi. q̄ sic si in ipso alio loco ipse debitor habeat domicilium, ut plenè not. in l. 1. ff. de eo quod cer. lo. & l. 1. C. ubi conue. qui cer. loc. da. pro. & ibi per Azo. in sum. & per gl. in l. hæres absens. §. fin. & l. eum qui cer. lò. de iudic. Si tamen ipse debitor * conueniatur alibi, quàm in loco destinatæ solutionis, habebitur ratio sui interesse, ac etiam interesse actoris. ut l. 2. in princ. & l. 3. in princip. & §. si quis ita. & §. nunc de officio. & ibi
5 per Bar. ff. de eo quod cer. lo. † Nunc autē quæritur pro declaratione huius libelli. Pone quòd aliquis mutuauit centum, & stipulatus est illa sibi restitui, ut sonant uerba modernorum instrumentorum, quam actionem debebit creditor proponere in libello, uel certi condictionē, quæ ex mutuo competit. ut l. certi condictio. in prin. ff. si cer. petat. uel actionem ex stipulatu? Hic est pro clariori solutione aduertendum, & decurrendum ad distinctionē traditam per Cy. in l. absentis C. si cer. pet. & Bart. latius in l. certi condictio. §. si nummos ff. si cer. pet. Qui sic dicunt omnia colligendo.* Quādoque numero nomine meo, & stipulor nomine alieno. Quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Quandoque numero nomine alieno. & stipulor nomine meo. Primo casu subdistingue secundùm Bartolum, aut stipulatio est totaliter utilis, & efficax ad agendum: aut est penitus & omnino inutilis: aut est utilis solùm quo ad quid, quia producit solùm naturalem obligationem. Siquidem sit omnino utilis, & tunc aut constat, quòd numeratio fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc est agendum ex sola stipulatione, non autem ex numeratione. vt l. si ita seruo stipulatus. in fi. & l.
6 cum enim ff. de noua. † Et ex hoc reprobatur libellus secundum Cy. & alios in quo sic proponitur {Dico quòd numeraui Titio cētum, quæ restituere promisit, quare ipsum peto ex causis prædictis condemnari &c.} nam hic proponuntur plures actiones simul, quarum non admittitur concursus. vt l. nemo §. quoties ff. de re. iur. & l. quod in hæredem §. eligere ff. de tribu. Similiter secundum aliquos reprobatur libellus, in quo dicitur. {Peto decem quæ mutuo numeraui} & producitur instrumentum in quo dicitur {Quòd fuit confessus mutuò recepisse &c.} de quo dic vt supra dixi. Aut constat q̄ numeratio non fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc secundum iura uetera, per sequētem stipulationem præsumebatur facta nouatio,
7 ideoque solùm agendum erat ex stipulatione. † Sed hodie non præsumitur nouatio nisi expresè agatur. ut in l. fi. C. de noua. Ideoque utraque agi potest, sed tamen vnam eligere debet. ut d. §. eligere. cum si. Aut dubitatur quo respectu sit facta numeratio, & tunc aut stipulatio interuenit incontinenti ante uel post numerationem, & tunc præsumitur facta numeratio causa implendæ stipulationis. sicque ex sola stipulatione agendum erit. ut d. l. si ita. in fin. & l. cum enim. Ideoque cum in instrumentis moderni temporis subiiciatur stipulatio, & sit res in dubio, erit agendū ex stipulatione, quasi numeratio facta uideatur causa implendæ stipulationis. Aut interuenit ex interuallo stipulatio & tunc aut stipulatio præcessit numerationem spe futuræ numerationis, & tunc numeratio secuta præsumitur causa implendæ stipulationis, & ideo ex stipulatione agendum erit. Aut non præcessit, nec est facta spe alicuius futuræ numerationis, & tunc quia ex præcedenti numeratione actio nata est, si postea sequatur stipulatio nascetur noua actio ex ea. Et licèt olim hoc casu præsumeretur nouatio, hodie tamen non præsumitur nisi expresè agatur, ideoque vna sola actione agendum erit, quam actor ele-
8 gerit, ut d. l. eligere. & l. cum filius. §. uariis. ff. de leg. 2. † Ex quibus omnibus solui pōt talis quæstio. Pone q̄ aliquis simpliciter narrauit in libello {Quòd Titio numerauis centū, quæ reddere promisit &c.} an procedat libellus? Dicunt quidam q̄ non, quia plures deducit actiones in eodem libello, quod est prohibitum, per ea quæ dicta sunt supra. In contrarium determinat Bart. in d. §. si nummos. quia hæc verba debent intelligi, quòd numerauit causa stipulationis implendæ, & sic solùm actionem ex stipulatione uidetur in libello deduxisse, argu. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. Nec obstant contraria, quia loquuntur, quādo ista uerba fuerunt apposita in libelli conclusione, quo casu libellus non posset sustineri, hic autem fuerunt apposita in sola narratione. Est ergo propter hæc, & similia bona cautela facere statutum, quòd quilibet libellus sit & esse intelligatur sufficiens, & admissus, qui contineat rem, & causam &c. & non aduertere ad has superfluas, & deceptorias subtilitates iuris. ut l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. In alio autem casu, quando stipulatio reperitur inutilis, tunc ex sola numeratione actio nascitur, & ex ea agitur. ut l. certi condi. §. quoniam. ff. si cer. peta. & d. §. Grisogonus. Nec talis stipulatio inutilis habet uitiare, quominus ipsū instrumentum plenè probet ipsum mutuum, siue in eo cōtineatur confessio super mutuo numerato secundum Bar. nec mirum, † quia propter inutile non debet utile uitia-
9 ri. vt no. per Dy. in c. utile. de reg. iur. lib. 6. In tertio autem casu, quando stipulatio est quò ad quid tantum utilis, & inutilis quò ad aliud, uidelicet quando parit solam obligationem naturalem, & tunc distinguitur, aut quis stipulatur ab eo cui facta est numeratio, & tunc non impeditur actio ex numeratione. ut d. § quoniam, uer. idem erit. Aut stipulatur ab alio, & tunc olim fiebat nouatio, hodie non, ut in
10 l. 1. in fi. ff. de noua. & l. fi. C. eo. † Nunc accedamus ad secundum principalem articulum, qui est quando numero nomine meo, & stipulor nomine alieno, quo casu dic, aut stipulor ei cui possum stipulari, ut patri, uel domino, filio, vel seruo, & tunc erit idem, ac si mihi stipulatus sum. ut l. si dominus seruo. & l. quodcunque. ff. de uerbo. obli. Aut sum stipulatus ei cui non possum stipulari ut extraneo. ut §. alteri, Inst. de inuti. stipu. & tunc non impeditur actio nasci
11 ex numeratione, ut proximè dictum est. † In tertio autem principali articulo, qui est, quando numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Attende quòd aut est vnus & idem homo, cuius nomine numeratur & stipulatur, & tunc agendum est ex numeratione, si sit talis persona cui non posset stipulari; si autem posset ei stipulari, agetur ex stipulatione. vt in d. §. Grisogonus. & prædicta procedunt de iure antiquo fforum, hodie uerò de iure. C. agendum erit isto casu ex stipulatione; quia sicut ex numeratione alteri actio quæritur, ita ex stipulatione fundata super numeratione, uel confessione pecuniæ depositæ, uel mutua-
12 tæ, ut est tex. in l. fin. C. per quas perso. no. acqui. † Sed an quæritur utilis ex stipulatione, uel directa? In isto casu dicit Barto. quòd sola utilis quæritur si ratum habeat. ut l. si ego ff. de neg. gest. quia ratio specialitatis, quæ est, ut directa quæratur ex numeratione, cessat in stipulatione. Sed certè uidetur etiam directa quæri legis potestate per text. in d. l. fin. C. per quas perso. cum stipulatio ueniat accesso-
13 riè ad numerationem. † Et ex hoc infertur, quòd si procurator deponat, uel mutuet pecuniam nomine domini, & eam domino stipuletur restitui, quòd domino queratur directa actio sine cessione, potestate & auctoritate d. l. fin. sicut per filium, uel seruum quæritur directa patri, uel do-
14 mino legis potestate. ut ff. de stip. ser. per totum. † An autem in aliis casibus præterquam in numeratione pecuniæ quæratur domino per procuratorē directa actio sine cessione? not. per Cyn. in l. multum interest. C. si quis alte. uel sibi. & l. prima. C. per quas perso. & per Barto. in l. si procuræ præsentis. & l. stipulatio ista §. si stipulor. ff. de uerbo. oblig. & facit quod not. in l. pen. C. ad exhi. & d. l. si ego. Aut sunt diuersæ personæ, quarum noīe fit stipulatio & numeratio, ut quia noīe vnius numerat, & noīe alterius stipulatur, & tunc ex sola numeratione agit, ut l. 1. ff. de stip. ser.

15 Circa quartum & ultimum articulum, qui est. Quando numero alieno nomine, & stipulor nomine meo. distinguitur: aut persona, cuius nomine numeraui, est talis persona per quam mihi quæritur, ut filius vel seruus, & tunc perinde est, ac si nomine meo numerassem, ut d. l. si domi nus seruo. Aut erat persona extranea, & tunc præualet numeratio, quia non potui mihi sti. ulando ius quæsitum alteri sibi auferre, & in me transferre. ut in d. l. 1. §. 1. de stip.
16 ser. † Sed an si in contractibus depositi, commodati, & locati subijciatur stipulatio de restituēdo, habebit locum prædicta distinctio facta in mutuo, si dubitetur quæ actio sit in libello proponenda? Credo, q̄ sic à paritate rationis, quod multum not pro modernis instrumentis, verumtamen quia hodie non proponuntur actiones, ut traditur in l. 1. C. de formu. debet aduocatus simpliciter in libello narrare casum, & concludere fieri restitutionem mutui, uel depositi omni modo, uia iure, & forma, quibus melius sit de iure restitutio fienda &c.

ADDITIONES.

* Pœna. Adde Rom. consi. 143. 510. Ias. in §. omnes autem num. 11. & seq. inst. de act. Barb. consi. 15. col. 6. lib. 1. consi. 20. col. 12. li. 2. ubi de pœnis conuentionali. an peti possint & in quantum licitæ sint petitiones, & Dic, quòd exactio principalis sortis: tacitam pœnæ remissionem inducit, sola verò calculatio non, secundum eundem Rom. dicto consi. 143. num. 2. ubi & quòd pœnæ conuentionales peti possunt, sed in quantum licita sit petitio, uide ibi. Qua in materia pœnæ conuentionalis: uide quæ scribunt Alexan. consi. 119. col. 3. lib. 2. consi. 49. 50. lib. 4. Rip. respons. 176. nume. 5. Cagnol. in l. lecta, numer. 83. ff. si cert. peta. Olasc. decis. 70. & an pœna conuentionalis possit excedere quadruplum? uide Roma. d. consi. 510. Alex. consi. 157. nu. 7. lib. 6. Masuer.
* Post lapsum termini. Adde, quæ habentur supra form. declin. iurisd. ver. nec esse iudicem, num. 2. Cepol. cautel. 70. Aret. in §. 1. col. 5. inst. de act. Abb. in c. dilecti, de for. comp. Ias. in §. plus, inst. de act. col. 3. & seq. ubi doctor in apostil. de quo uide Ias in l. eam quam col. 5. C. de fideico. post Barto. in l. Titium §. tutores ff. de admini. tutor. Masuer.
* Solutioni destinata. Adde, quòd propriè quis non dicitur contrahere in loco destinatæ solutionis secundum communem per Rol. consi. 100. num. 13. & colu. 6. ubi disputat, an locus contractus offendatur: & concludit, quòd sic, in his quæ pertinent ad litis decisionem, etiam si solutio alibi destinata sit secundum communem d. consi. nu. 11 & seq. ubi plura de ijs quę fieri uel peti debent in loco contractus uel destinatæ solutionis, puta, quando adest statutum de soluenda gabella, & quando petitur rest. in integ. ex contractu: an peti debeat in loco contractus? ad quod fac. quæ scribit Mising. cent. 2. obser. 5. dum dicit in contractibus locum esse remissioni, & hoc vbicunque quis promisit se certo loco sistere, si modo solutio ibi facienda sit, nam si in uno loco contractum sit. & alio facienda solutio, non fit remissio ad locum contractus, nec inuitus cogetur quis iudicium suscipere, nisi sponte ibi inueniatur, l. hæres absens. §. ultim. ff. de iudi. ad dicta autem Pap. hic num. 2. adde quæ habētur supra for. declin. iurisd. ver. nec esse nume. 2. per Lafr. concl. 109. Bar. in l. Titium §. tutores. ff. de admi. tut. Are. in §. præterea col. 13. in prin. inst. de act. Ias. in l. eam quam col. 5. C. de fideicom. in l. non ut quæ §. si quis ita el 1. ff. de eo quod cert. loc. Abb. in cap. dilecti, num. 10. de for. comp. Aret. in §. 1. col. 5. inst. de act. Cepol. cautel 70. Rip. in c. 1. num. 69. & seq. de iudi. Rob. Mar. de ord. iud. c. 13. num. 115. Dec. in c. 11. lect. colu. 20. & seq. de iud. & dic, quòd conueniri poterit debitor, qui certo aliquo in loco: certa die soluere promisit, vbicunque locorum repertus fuerit secundum communem per Ias. in §. plus autem, numer. 37. & seque. inst. de act. ut & Is qui promisit soluere, ubicunque fuisset petitum, secus vero si aliquo in loco, & ubique locorum conuenisset se posse conueniri, secundum communem per Suarez. lib. sent. ver. conueniri, pro qua uide quæ scribit prac. Bal. tit. de cautel. q. 9. doc. in l si conuenerit ff. de iur. om. iud. Quid autem operetur promissio, q̄ ubique locorum quis exigi, vel conueniri possit? uide Castr. l. in Lucius ff. depositi. Quid de conuentione de declinando forum? & dic, quòd valet, etiam quod non interuenerint ea, de quibus in d. l. si conuenerit, secus si fiat conuentio de constituendo forū, teste Bart. in d. l. hæres absens §. proinde, in princ. ff. de iud. Masuer.
* Colligendo Adde Ias. in l. certi condictio. §. quoniam col. 3. & in §. si nummos ff. si cert. pet.
* Ipse debitor. Adde quæ habētur supra form. declin. iurisd. uer. nec esse iudicem nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Causa depositi est priuilegiata.*
2 *Confessus depositum apud se non auditur opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
3 *Depositarius non opponit compensationem.*
4 *Causa depositi præfertur cæteris personalibus actionibus.*
5 *Depositarius de solo dolo & lata culpa tenetur.*
6 *Depositum probatur per simplicem confessionem.*

* IN deposito * & ex causa depositi. &c. Iste tit. obligationis & alij similes debent exprimi in libello, ut plene no. in t. libel. †
1 Est. autē causa depositi inter cæteras obligationes personales in pluribus priuilegiata. a † Nā
2 primò, qui confessus est se habere pecuniam in deposito, non auditur uolens opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,
b b. licèt in mutuo, & in dote habeat locum hæc exceptio, ut in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de
3 non num. pecu. † Secundò qui recipit in deposito non potest compensationem opponere contra repetentem depositum, nec doli exceptionem, ut traditur in l. fin. C. de comp. & l. pen. in princip. C. depos. & in auth. ibi posita.
4 † Tertiò, causa depositi præfertur cæteris personalibus
5 actionibus, ut l. si uentri. §. in bonis. ff. de priu. cred. † Ille tamen qui habet depositum, non tenetur de casu fortuito, nec de leui, uel leuissima culpa, sed de dolo, & lata culpa tantum, ut l. quod Nerua, cum simi. & ibi plenè not. per Bart. ff. depos. & per Iacob. But. in l. in re mandata. C. man.
6 & Insti. quib. mod. re cont. ob. §. pen. † Et notandum, q̄ licet depositum re interueniente contrahatur. ut d. §. præterea. attamen si simplex confessio super deposito intercedat, probatur per eam plenè de ipso deposito, ut in l. Publia §. fi. ff. depo. Regulariter ergo non tenetur depositarius de casu fortuito, neque de culpis præd. ctis. Fallit in certis casibus not. per gloss. in d. §. penul. Inter quos est, si depositarius expressè de casu fortuito se obligauerit, ut fit quotidie in instrumentis, iuxta not. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Vel si pecunia fuerit in numero, & quantitate deposita, quia genus non potest perire. ut habetur in l. dies sponsaliorum, in fi. ff. depo. facit l. incendium. C. si cer. pe. In alijs autem contractibus quid veniat, & de quo quis teneatur, tangitur per gl. in l. contractus. ff. de reg. iur. ergo &c.

ADDITIONES.

* Deposito. Adde, quæ habentur supra form. produc. test. ad æternam rei memoriam uer. habuisse, & uer. seq. Masuer.
a Priuilegiata. No. de priuil. deposi. uide in l. si neutri, gl. in ver. priuilegia. ff. depos. & in l. si hominem. in §. fi. ff. depo. Et adde quòd depositum fit per uerbum commendo. ita Barto.

Barto.in l.Lucius.ff.deposi.& Bald.in l.1.C.eod.tit. & qui
bus uerbis fit depositum. vide Barto.in l.cum quid, & in l.
eius.ff.si cer.pet.& in l.incendium,& ibi Cy.& Bal. C. eo.
tit.Pan.in c.2.in fi.de sol.Bar.in l.cum pater.§. pater pluri-
bus.ff.de leg.2.& Alex.in l.quod Nerua.ff.deposi.in apost.
ad Bar.& Rom.in consi.350.& adde, quòd depositum ha-
bet executionem paratam,ita Ang.Aret.& ibi de materia
in §.in bonæfidei,Instit.de act.& idem dicit Bar.in l.pe.C.
eo. & ibi Ang. dicit quòd non requiritur libellus nec litis
contestatio,quod uidetur etiam sentire ibi Bar. & Panor.
in c.quia propter. Et uide in d.l.1.ff.de eden.ubi latè,licèt
Bald & Saly.in d l.pen.teneat contrarium, & uide Matth.
notab. 6. & adde quòd depositarius non potest opponere
exceptionem non numeratæ pecuniæ,& ita Nouis.in d.l.
1.ff de eden.& uide etiam Alexan.in l.prima ff. iud. sol. in
apost.
b Pecuniæ. Adde Bal.in consi.256.incip.actum fuit depositi
in 1.vol.& in consi.270.incip.quidam nomine I. propo-
nit,in fi.eod.uol.& in consi.364.inci.tribus rationibus, in
2.volu. & eundem Pap. supra for.capitulo. quando testes
producantur ad æter. rei memo. in gl. habuisse confessus,
Tiraquel.in tract.de retrac.conuentiona.§.4.gl.6. num.8.
in uersi.sed in hac tractatione. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 Obligatio bonorum fit dupliciter tacitè & expressè.
2 Bona futura,non tantum præsentia, in generali obligatione ueniunt.
3 Iura & actiones in generali obligatione an comprehendantur.
4 Debitorum nomina, an in donatione generali includantur.
5 Pignorum quot species sint.
6 Differentia inter pignus tacitum, expressum,conuentionale, & prætorium.
7 Creditori qua actio competat pro pignore uendicando.
8 Saluianum & Seruianum interdictum quomodo differant.
9 Pluribus creditoribus agentibus ad eandem rem hypothecaria,quis eorum præferatur.
10 Regula,qui prior est tempore & quibus casibus fallat.
11 Pecuniam esse uersam in utilitatem ecclesiæ uel ciuitatis, qualiter probetur.
12 Præstans semen an in fructibus præferatur creditoribus anteriorib.
13 Prætendentium pignus tacitum,& expressum quis præferatur.
14 Prætendentium pignus prætorium quis præferatur.
15 Prætendentium pignus prætorium, & conuentionale quis præferatur.
16 Præferendus quis sit,an fiscus uel creditor, stante statuto, quòd bona ciuium sint pro taleis & oneribus obligata.
17 Prætendentium diuersos titulos quis præferatur.
18 Possessio pignoris qualis sit.
19 Debitor eandem rem pluribus obligans an puniatur.



1 SVB eadem obligatione bonorum. † Scien
2 dum est, quòd aliquando bona a expressè
obligantur ex partium conuentione, ut hic.
Aliquando obligantur tacitè, ex legis pote-
state. De obligatione expressa loquitur. l.
contrahitur,& l.res hypothecæ.ff.de pig.& C. de pig. l. 2.
& 3. cum sim.& C.quæ res pig.ob.pos.per totum. De taci-
ta autem obligatione, quæ in casibus specialibus introdu-
citur,uel fauore personæ uel causæ,loquitur tit. ff. in qui.
cau.pi.ta. cótra. & C.eo.tit.per to.qui casus speciales sunt
in contractu inito per fiscum,in dote,in pensione rei rusti
cæ,uel urbanæ,in administratione tutelæ, & in eo qui pe-
cuniam concessit ad refectionem nauis,uel domus, ut ibi
2 habetur. † Et est notandum,quòd in hac generali obliga
tione bonorum nedum ueniunt bona præsentia,sed etiam
b futura, b vt l.fi.C.q̃ res pig.ob.poss.& l.1.in prin.ff.de pig.
Et ueniunt etiam sola bona propria ipsius debitoris; quia
aliena bona non possunt sine domini consensu obligari,
vt l.1.C.si res ali.pi.da.sit. l. filios. C. quæ res pig. obliga.
3 poss. cum simil. † Sed an in generali obligatione bono-
4 rum * comprehendantur, seu includantur iura & actio-
nes? Quidam dicunt quòd non,ut no.Spec.in tit.de fru.&
interesse.§.1.uer.2. In contrarium est ueritas, ut probatur
in l.nunquam.§.fi.cum l.seq.ff.ad l reb.cr. l.si legatum.§ 3.
& l.meo.um.ff.de uerb.sig.quam opinionem sequitur glo.in l.hæ-
4 redem.C. de hære. act. † Quid dices in donatione gene-
c rali omnium bonorum, c an in ea includantur nomina
debitorum? dicit Dy.quòd non.arg. [illegible] &c.ff.
de verb.signif.& ibi per eum.& l. [illegible] .ff.de au. &
ar.lega.& idem tenet Guil. de Cu. Et ex hoc potest inferri,quod donatio talis non posset infringi ex eo, quòd au-
ferat testamenti factionem, cum possit testari de & super
iuribus,seu nominibus debitorum. Sed Bart. uoluit aliter
5 distinguere in d.l. Quintus,uide ibi. † Ad pleniorem au-
tem notitiam obligationis bonorum sciendum est, quòd
d pignorum. d quatuor sunt species in iure,nam quoddam
est pignus conuentionale. Quoddam prætoriú, & Quod-
dam iudiciale. Conuentionale pignus est illud,quod con-
trahitur hominis promissione, de qua specie pignoris lo-
quitur,ut supra dixi l.contrahitur cum sim. supra alleg. ff.
de pign.Legale autem pignus est illud,quod legis potesta
te inducitur,ut supra dixi,de quo loquitur totus tit. C. &
ff.in qui.ca.pi.ta.contra.Prætorium pignus est illud,quod
contrahitur per interlocutoriam prætoris,uel iudicis, de
quo loquitur l non est mirum.ff.de pign.acti. & l. si duo.§.
creditores.ff. uti poss.& l.3.in fi. ff. de acquiren. poss. & ibi
no.& l.2. C.de præto.pig.cum sim. Iudiciale uerò pignus
est illud,quod contrahitur per sententiam diffinitiuam,&
in eius executione facto iudicis exequentis. de quo loqui
tur l. à diuo Pio.§.si pignora,& §.si super rebus,& §. exe-
quantur ff.de re iud. Et optimè ad utranque speciè pignoris tam prætorij quàm iudicialis,facit tex.in l.2.C.qui po.
6 in pig.ha. † Deinde quæritur,quæ sit differentia inter pi-
gnus tacitum & expressum,& inter conuentionale, & præ
torium. Et breuiter quò ad primum dico, quòd differunt
tacitum & expressum quò ad modum constituendi, quia
expressum producitur partium conuentione, & prouisio-
ne,tacitum legis potestate,ut patet ex præmissis.similiter
differunt in operatione & effectu,quia regulariter expres-
sum præfertur tacito,ut l.si fundum,& l.assiduis.C.qui po.
in pig.ha. & ibi no. quod uerum intelligas secundùm de-
terminationem eorum quæ infra dicentur. Ad secundum
quæsitum respondeo, quòd in multis inter se differunt Có
uentionale à Prætorio.ut plenè habetur per glo.& Barto.
in l.1. in prin.ff.de pig.actio. Et primò differunt in modo,
& forma constituendi, nam Conuentionale contrahitur
solo partium consensu.ut d.l.cótrahitur,& l.res hypothe-
cæ. Sed Prætorium constituitur demum traditione inter-
ueniente,uel facta per iudicem vt l non est mirum. in fi. ff.
de pig.act.& l.cum vnus §.fina.cum l.seq.ff. de bo.auct.iu.
poss. Item pignus Prætorium constituitur tam in bonis mi
noris,quàm maioris.vt l.apud Iulianum.§.1.ff.ex quib. ca.
in pos.ea.& l.si minori.ff.de bon.auct.iud. pos. Sed in Con
uentionali in minore requiritur decretum iudicis.ut l. lex
quæ tutores.C.de admi.tu.& no in l.1.& 2. C.de præd.mi.
Differunt etiam in effectu acquirendi,quia in Conuentio-
nali secuta traditione transfertur possessio in creditorem.
vt l.serui nomine ff.de usucap.& l.qui pignori.& l.1.§. per
seruum.ff.de acquir.poss.& not.in l.cum notissimi §.1. C.
de præscrip.30 ann. sed in Prætorio nó transit aliqua pos-
sessio.ut l.3.in fi.& ibi no.ff. de acquiren. poss. Et per hoc
insurgit alia differentia, uidelicet quòd creditor pignoris
Conuentionalis habet interdictum uti possidetis,si turbe
tur in sua possessione, non autem is qui habet Prætorium.
vt l. si duo.in §.creditores.ff. uti possi. Item in Conuentio
nali habet locum regula,qui prior est tempore.ut l.prior.
& l.diuersis C.qui po.in pi. ha. sed in Prætorio locum ha-
bet distinctio,an sit eiusdem tituli uel diuersi.ut l.2. C.qui
po.in pi.ha.& infra dicam. Item in Conuentionali non re-
petitur per debitorem,nisi debito prius soluto.ut l. si rem.
§.omnis ff.de pig.act. sed pignus prætorium statim reuoca
tur,cùm cautio de iuri parendo offertur. ut in auth. ei qui
C. de

C.de bon.auc.iud.pos.& not.in l.si pecuniæ. in fin. ff.ut in pos. leg. & aliqui tangunt in l. is consequenter. ff. famil. ercis. Item differunt circa qualitatem actionis quæ pro pignore competit debitori; quia in conuentionali competit debitori debito soluto directa pignoratitia actio, sed in prætorio competit utilis, vt l. is cui. §. quæri potest. ff. vt in pos. leg. Item in conuentionali tenetur creditor de dolo, lata culpa, & leui, vt l.si vt certos.§.si duobus uehiculum.& §.nunc videndum.ff.commo. In prætorio autem tenetur de dolo, & lata culpa.vt l.prætor.§.præterea.ff.de bo auc.iu.pos.Cõueniunt tamen in hoc, quia pro utroque pignore competit creditori actio hypotecharia, ut l.1.& 2.C.de præto.pig.Sed quid dicemus in pignore iudiciali? Respõdetur, quod idem iuris est, quod de prætorio dictũ
7 est, ut probatur ex d.l.2.in fi. C.de præto.pigno. † Nunc autem superest videre, quæ actiones competant creditori pro pignore vendicando. Circa quod sic est notandum, quòd tres sunt eidem proditæ actiones. uidelicet Actio seruiana, Actio quasi seruiana, quæ hypotecharia appellatur, & Saluianum interdictum, de quibus traditur in §. item seruiana.Instit.de act.& C. de sal.interd.l.1.siue ergo dicamus pignus esse conuentionale, siue prætorium, siue iudiciale, siue legale, in omnibus casibus regulariter locũ habet actio quasi seruiana, quæ hypothecaria uocatur.ut in d.§.item seruiana.& d.l.1.& 2.C.de præt.pig.& Inst.de
8 act.§.interdum. † Differentia autem inter Seruianam & Saluianum interdictum, quæ ambæ actiones competunt contra colonum, uel inquilinum, est talis. Nam Saluianũ interdictum est personale in rem tamen scriptum. ut l.1. ff.de sal.interd.Ideoque directum datur contra colonum, vel inquilinum, sed utile contra quemlibet possessorem ut ibi habetur, sed actio seruiana est mere realis.ut in d.§ item seruiana.Item agenti saluiano interdicto sufficit probare colonum posedisse. sed agenti seruiana oportet probare etia rem fuisse in bonis coloni; per quod patet alia differentia. ꝙ agens Saluiano interdicto minus grauatur in probando, ideo minus consequitur, cum per illud sola possessio auocetur; sed in seruiana plus grauatur, ideo plus consequitur, ut not.per. Doctor. in l. prima
9 in fin.C.de sal.interdict. † Sed pone quòd plures creditores habeant eandem rem pignori obligatam, prout sæpe accidit, & omnes agant hypothecaria contra possessorem, quis eorum præfertur? Breuiter in hoc decurrendum est ad not. per gloss. in l. prima. C. de priui.do. & l. priuilegia. ff. de priu. credi. Et ad distinct. Dy.quam
* posuit ipse in regula, * qui prior est tempore. de regul. iur. lib.6. Aut omnes creditores prætendunt priuilegium circa istud ius reale, aut circa ius personale: aut quidam ex his prætendunt ius reale, & alij personale; aut quidam personale, & alij nullum: aut nullus eorum priuilegium prætendit. Primo casu quando omnes prætendunt priuilegium reale, subdistingue, aut omnes prætendunt pignus Conuentionale, aut omnes prætorium, aut quidam Conuentionale, & alij prætorium. Si quidem omnes prætendunt Conuentionale, uel quasi, tunc aut omnes prætendunt expressum pignus, aut omnes tacitum; aut quidam tacitum, & alij expressum. Siquidem omnes prætendunt expressum, tunc aut sunt eiusdem temporis, aut diuersorum temporum: si temporis eiusdem, aut simul in eodem actu fuit res ipsa omnibus obligata, & tunc admittitur unusquisque æqualiter. Si uerò fuerit separatim obligata, nec appareat cui primo, tunc aut omnes agunt contra debitorem uel extraneum possessorem, & tunc melior est conditio occupantis. Aut, agunt inter se unus contra alium, & tunc melior est conditio possidentis.ut not.in l.si fundum.in §.si duo.ff. de pigno. Si autem sunt diuersorum temporum, tũc habet locum regula antedicta {Qui prior est tempore, &c.} de qua habetur in l. potior. & l. credi-
10 tor.ff.qui pot.in pig.ha.& l.si fundus.C.eod.titu. † Fallit
* hæc regula in certis casibus. Primo in eo qui * mutuauit ad domus refectionem, qui alijs præfertur in ipsa domo. vt in Authen.de æqua.do.§.his consequens, collat. 7. & ff. qui po.in pig.ha.l.interdum.quod tamen probandum erit per ipsum creditorem. argum. eorum. quæ not. in l.ciuitas.ff.si cer.petat. Sufficit tamen probare, ꝙ tempore cõtractus ipsa domus egebat refectione. ut l.fin.in princi.ff. de exercit. Si ergo in instrumento dicatur. {Quòd cùm talis domus magna egeret refectione, iccirco pro ipsius reparatione, & refectione talis fuit confessus se mutuò habuisse à Caio centum} an per hoc erit fundata intentio creditoris? & uidetur ꝙ sic, quia standum est instrumento. l.cum precibus.C.de prob.cum sim. In contrarium uidetur, quia ista sunt uerba narratiua, quæ non probant, iuxta materiam traditam in auth. si quis in aliquo documento. C.de eden. Breuiter dicunt quidam, quòd non probant. Alij dicunt, ꝙ sic, dic de hoc, & similibus, ut no.per Bart. in d.l.ciuitas. Consilium autem melius esset, quòd fieret instrumentum separatum in præsentia plurium testium super diruptione, & necessitate reparationis ipsius domus, & postea aliud super mutuo, in quo contineretur prædi-
11 cta narratio, & idem dico in simi. † Vbi autem ecclesia mutuam pecuniam sumeret, tunc habet necesse creditor probare uere, & realiter uersam esse in utilitatem ipsius ecclesiæ, & in hoc debet esse curiosus ipse creditor secũdum Innocen.vt plenè not.per eum in c.1.extra de depo. Quando autem dicatur uersa pecunia in vtilitatem ipsius ecclesiæ, uel ciuitatis, uide text.not. in l.quod si seruus.§. & regulariter.ff.de in rem uer.cum §.seq. Item fallit regula prædicta in eo qui mutuat pecuniam pro re aliqua emenda ea lege, ut sit sibi ipsi pignori obligata, qui in ipsa re omnibus alijs antefertur.l.licet. C. qui pot.in pig. ha. Fallit etiam in eo, cuius pecunia emitur militia.ut l.fi. C.de pign.& in auth.quod obtinet. Item fallit in dote, pro qua mulier præfertur habenti tacitam hypothecam, non autem expressam.vt in l.assiduis.C. qui po.in pig.ha Item fallit in eo, qui habet priuatam scripturam trino teste notatam, qui præfertur alij tale instrumentum publicum vel priuatum non habenti. ut in l.scripturas, C. qui po.in pign. hab. Item fallit in fisco qui in causa primipilari præfertur omnibus, ut l. satis.C.in qui caus.pign.ta.contra Item fallit in eo, qui in funus expendit. ut l.si quis.§.colonus & l.impensa funeris.in fin.ff.de relig.& sump.fun.Item fallit in eo qui habet similem titulum cum posteriore creditore, & vendidit pignus prætorium, nam in pretio concurrit cum posteriore, & econtra. ut l.is cui.§.prior
12 ff.qui potio. in pign.hab. † Quid autem dices in eo qui præstitit semen causa fructuum percipiendorum, an in ipsis fructibus sit præferendus pro dicto semine aliis creditoribus anterioribus tempore? uidetur quòd non per l. qui sit, in prin. ff. de usu. In contrarium facit.l. procuratoris.§.in tributum.uer si.quid tamen & §.si plures.ff.de trib. Et eadem distinctio, de qua supra, per omnia est seruanda, & fienda in alio casu, quando omnes prætendunt pignus tacitum per iura prædicta.& per l.1. §.si colonus. ff. de sal. interdi.& l.fi.C.eo.ti.& ff.qui po. in pig.ha.l.insulam.cum
13 sim. † Vbi autem quidam prætendunt tacitam, & quidam expressam, tunc aut sunt eiusdem temporis, aut diuersorum: & si diuersorum, aut præcedit hypotheca tacita & sequitur expressa, aut contra, & utroque casu attenditur prioritas temporis, siue præcedat tacita, siue expressa, ut C. rem alienam ge. l.1. secundo responso. quamuis super hoc glo.dubitauerit.in l.si.qui po.in pi.ha. Fallit tamen in dote, ut supra dictum est, siue præcedat tacita, siue expressa ut l.Titius. in prin.§.negociatori. ff. qui po. in pign. ha.& l.si fundum.C.eo.tit & l. si ignorante.C.de remis. pig. Si uerò fuerit eiusdem tẽporis, dic tũc per omnia, ut supradictum est, quando omnes prætendunt tacitum, uel omnes expressum, & sunt eiusdem temporis. Et sit ratio, quia regulariter tacitum & expressum æquiparatur l. cum quid. ff.si cert.petat. Nam ille qui in domus refectione mutuat, præfertur

prefertur alteri habenti tacitam, uel expressam hypothecam, ut supradictum est, ergo &c. Praeterea ius singulare est in dote, ut mulier preferatur habentibus tacitam, ergo in cōtrarium erit ius commune in alijs causis & personis.
14 l. ius singulare. ff. de legi. † In alio articulo quando omnes praetendunt pignus praetorium, distingue, aut omnes sunt eiusdem tituli, puta omnes ex contractu vel omnes ex vltima uoluntate, vel omnes ex causa damni infecti, & tunc omnes concurrunt simul, nec in eis attenditur prioritas tempo is. vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. si plures. & §. Iulianus & l. praetor. §. eius rei. & C. de bo. auct. iu. pos. l. 1. ff. eod. titul. l. cum vnus. & ff. vt in poss. leg. l. is cui. §. qui prior. Aut sunt diuersorum, & tunc locum habet regula, qui prior est tempore &c. ut l. si decreto. C. qui po in pig.
15 ha. & d. l. is cui. §. postquam. † Super alio articulo, quando quidam praetendunt praetorium, & quidam conuentionale, etiam habet locum dicta regula, qui prior. ut l. idem iuris. ff. qui po. in pig. ha. & C. ut in pos. leg. l. si post.
16 † Sed circa praemissa saepe occurrit talis quaestio. Ecce statuto ciuitatis cauetur, quòd bona ciuium sint communi obligata pro taleis & oneribus. Accidit quòd aliquis pro pecunia mutuò sumpta, uel alia causa bona sua creditori obligauit, deinde imposita est tale à communi, quaeritur quis sit praeferendus, an commune, uel creditor ille in b onis huius debitoris? & determinat Iac. But. in l. si quis C. de rescind. vend. quòd commune praefertur. Ratio est, quia quando ex causa praecedente impletur oblatio debitore inuito, tunc semper supplementum trahitur retro ad tempus contractus. vt l. potior. & l. qui balneum ff. qui po. in pig. ha. Modo venio ad secundum principale membrum, uidelicet quando omnes praetendunt priuilegium personale tantum, in quo casu subdistingue, aut sunt eiusdem tituli, aut diuersorum. Primo casu regulariter concurrunt non attento ordine temporis, ut traditur in l. priuilegia. ff. de priuilegijs cred. & de poe. l. si hominem. §. quoties. Fallit in duabus dotibus a b eadem substantia debitis, in quibus attenditur ordo temporis, vt in d. l. assiduis. §. fi. Item fallit in fisco, ut ff. de priu. cred. l. quod quis
17 † Vbi autem sunt diuersorum titulorum, subdistingue. aut omnium priuilegia sunt paria, & tunc simul concurrunt ordine temporis non attento: aut sunt disparia, & tunc attenditur cumscunque causa & titulus, & ille praefertur, qui habet maius & potentius priuilegium ut d. l. priuilegia. 2. responso & ibi plenè per glo. & Dyn. facit. l. si uentri. §. in bonis, de priu. cred. Capio tertium principalem casum, videlicet quando aliqui praetendunt reale, & aliqui personale. In quo dic, quòd semper reale praefertur personali. ut l. eos. C. qui po. in pig. hab. & ff. de pac. l. rescriptum, circa prin. In quarto autem principali articulo, uidelicet quando quidam praetendunt personale, & alii nullum, & tunc praeferuntur priuilegiati. ut ff. quod cum eo. l. sed an haec. & ff. de pecu. l. ex facto. §. fin. & ff. de priui. cred. & l. 2. & l. si uentri. §. ratio. ff. de ces. bo. l. 1. & 2. cum fi. In quinto autem principali casu quando nullus eorum praetendit priuilegium, tunc subdistinguitur, aut agitur ad donationem quantitatis speciei, uel generis, aut ad factum merum. Primo casu, aut erant bona possessa per creditorem, & tunc omnium est exequata conditio, unde si uni soluatur in totum, per alios fit reuocatio pro rata. vt ff. quae in frau. cre. l. qui autem. §. sciendum. & l. ait praetor. §.
c si debitorem. Aut non erant [c] possessa, & tunc aut omnes creditores pariter instabāt, & tunc si debitor uolens uni gratificare soluat integrum debitum suum reuocabitur per alios pro rata debiti sui cuiuscunque, ut ff. quae in fra. cred. l. pupillus. Aut non omnes, sed aliqui soli instabant, & tunc aut uni soli per debitorem soluitur sponte, aut coactè & inuitè: si sponte, reuocatur pro rata per alios, ut l. si pupillus. & l. qui autem. §. sciendum. Fallit in casu d. §. si debitorem. Si verò soluit coactè per iudicem compulsus, tunc non reuocabitur, ut ff. quae in fraud. cred. l. qui autem. §. item apud Labeonem. Alio autem casu, cùm agitur ad factum, subdistingue, aut ipsum factum petitur, & in condemnatione deducitur simpliciter, aut interesse propter factum. Primo casu, si omnes creditores simul concurrunt, praefertur ille qui primò contraxit, vt ff. loca. l. in operis. Secundo casu dic, per omnia, prout supra in casu quo agitur ad quantitatem, ut not. in d. l. in operis. & ff. de verb. ob. l. stipulationes nō diui. § Celsus. Sed quia in praecedentibus dictum est, quòd in pignore conuentionali traditione secuta transit eius possessio in creditorem,
18 † quaeritur quae sit illa possessio. Ad hoc sic distingue, aliquando debitor tradidit simpliciter possessionem, aliquando constituit se precario nomine tenere ipsius creditoris. Primo casu cùm simpliciter tradidit, vel manualiter, uel nude constituendo se eius nomine possidere, tūc omnis possessio tam naturalis, quàm ciuilis transit in creditorem. vt l. res pignoris, & l. qui pignorum. coniuncta l. quod meo. ff. de acquir. poss. quò ad omnes effectus, saluo quò ad effectum perficiendae praescriptionis, quo respectu & effectu attento dicitur debitor possidere. ut plenè traditur per Glo. & Doct. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de praescrip. 30. anno. licèt aliud sit in praetorio. ut ibi not. & suprascriptum est. Secundo uerò casu quando constituit se debitor precario nomine creditoris possidere, tunc subdistinguitur: nam aut agitur quòd omnis possessio transferatur, uel sola ciuilis, vel sola naturalis & illa transfertur: aut dubitatur quid actum sit, & tunc transit sola ciuilis, & remanet naturalis penes debitorem, vt haec probantur, & habentur in l. & haber. §. eum qui. ff. de preca. & not. per Bart. in l. creditores, in 2. q. prin. C. de
19 pig. † Amplius quaeritur, in praecedentibus tractatum est, quando eadem res pluribus obligatur, quis praeferatur, nunc queritur, an debitor puniatur qui obligat rem pluribus? Dic breuiter quòd sic, si obliget scienter plurib. & diuersis temporibus, nam tenetur crimine stellionatus, ut est tex. in l. 1. & fi. C. de crim. stel. & l. 3. post princ. ff. eo. distinguendo tamen ut infra dicetur, quod multum not. Sed dicet aliquis, nonne uidemus quotidie oppositum, quia debitores faciunt plures contractus maximè mercatores, & in singulis instrumentis, & contractibus obligant bona sua, & tamen nullus hucusque uisus est, qui fuerit condemnatus? Responderi potest dupliciter. Vno modo q illa iura loquuntur in obligatione speciali alicuius certae rei. Sed practica communis loquitur in obligatione generali omnium bonorum; quae solutio licèt sit tollerabilis, non est perfecta, ideo in obligatione specialis rei subdistingue, aut debitor protestatus est rem ipsam alteri obligatam, & tunc excusatur, ut l. quae nondum. §. fin. ff. de pig. Aut non est protestatus, & tunc aut ipsa res est sufficiens pro utroque debito, & est excusatus, ut l. si quis in pignore circa fin. ff. de pig. actio. aut non est sufficiens, & tunc ad dictam poenam tenetur, ut ibi. Si autem aliquis rem uendat duobus, tunc poena falsi punitur. l. duobus. ff. de fal. & not. per glo. in d. l. 3. quod tamen malè seruatur in practica propter locorum capitula & statuta. Alij dicunt, quòd illis iuribus est derogatum per generalem cōsuetudinem quae inducta est, ne impediantur negotiatores à suis negocijs, & minimè sunt mutanda quae pro bono publico interpretationem hanc habuerunt. arg. l. minime. ff. de leg. cum simil.

ADDITIONES.

* Bonorum. Adde quae scribit Imber. in enchirid. iur. Gallici ver. bonorum, & quae habetur infra form. lib. pro leg. ver. 1. nu. 93. & dic, quòd appellatione bonorum non ueniunt feudalia, nec sub donatione bonorum, nec in uenditione bonorum, nec in fideicommisso, neque in renuntiatione bonorum, secundum Rol. consi. 19. nu. 8. & seq. lib. 3. quot autem modis in iure capiatur hoc uerbum bona, uide Com.

Corn.consi.260.lib.1.Dec.consi.237 col.3. ubi distinguit aut bonorum appellatio est ciuilis, aut naturalis,iuxta l. bonorum,de verb.signifi.plura scribit Aym.consi.139.nu. 3.4.& sequen. vbi inter alia,quòd appellatione bonorum nunquam veniunt futura, quando agitur de graui præiudicio, de donatione autem bonorum mobil.& immobil. uide quæ not. Nat.consi. 146. col. 8.Clar. §. donatio.q.19. Rol.consi.65.lib.1. Masuer.

✱ Qui prior, Adde ad hanc reg. Cepol. cautel. 124.& dic,ꝙ prioritas temporis locum habet tam in forte:quam in vsuris,teste Mising.cent.1.obser.59.ubi plura in materia,quid dicen.quando prior creditor habet specialem hypothecã super aliqua re debitoris, & generalem super aliis bonis. an possit agere contra 2.creditorem haben.specialem hypothecam super alijs bonis? & distingue,ut per Osascum decis.159.ubi limitat & declarat l.2. C. de pig.quæritque ibi,an hypotheca specialis deroget generali. quid dicen. de 2.creditore haben. ius hypothecæ cum clausula constituti in certis bonis debitoris: an rectè agere possit remedio recuperandę possessionis cõtra tertios possessores haben.iura cessa à priore creditore: & in eo remedio obtine e, non obstan..prioritate temporis;& dic,vt per eundem Osasc.decis.133.vbi nu.6.concludit cõpetere remedia possessoria retinen.seu recuperãdæ,& per cõsequens remedium l.fi.C. de acquir.poss.& ibi respondendo ad contraria,dicit,quod loquuntur, & procedunt,quando ageretur hypothecaria inter primum & vlteriorem creditorem, eo enim casu, prior tempore potior est iure, secus uerò vbi ageretur mero possessorio, quia tunc non considerat prioritas temporis in hypothecaria sed debet possidens restituere,deinde nouo iudicio auocare possessionem per hypothecariam,argum. not.per gl. & Doct. in auth.Item possessor C.qui pot.in pig.Osasc.d.decis.133.num.8.quid de eo qui obligauit duobus bona præsentia, & futura, quis erit potior in futuris?& Dic,ut per Alex.ad Barto.in l.fi.is qui num. 2.ff.de iure fisci. ubi plura etiam de prioritate, quam ex ordine cognosci scribit Cagnol.in l.quoties utriusque, de regu. iur. Ias. pulchrè in l.si pluribus num.29. ff.de leg.1.Anchar.consi.82.nu 6.215.nu.1.idem Ias.in l. qui duos,nu.5.eo.ti.de cuius prioritatis & posterioritatis materia, uide tex. in l.interdum & 2.seq. ff. qui po.in pign.Azo.tit in quibus caus.pig.tac contr.& titu.C. qui pot. in pig. Paris. consi.103. lib.3.Catel. uer. creditor prior, & dic, quòd pares in tempore, sunt pares in iure, secundum Castr. in l.alien. res. §. si pluribus ff. de pig.act. & inter creditores, potiores sunt illi qui acceperunt pignora eis, qui habent personales actiones tantum, l.eos C.qui po.in pig.inter hypothecarios autem, obtinet reg. qui prior tempore,potior est iure, teste Azo.tit.C.de bon. auth.iud.possid.col.3.in princ. ubi etiam loquitur de illis qui habent actiones personales tantum,de quo etiam hoc est de prælatione creditorum & haben. ius habetur per doc.in apostil.ad Host.in summa tit. de rest. spol. §.fi.pen. addit. quibus adde, quòd prior tempore, potior est iure etiam in rebus postea quæsitis, secundum Bald. in l.hac edictali §.his illud col. 3.num. 9.C. de secun. nup. Doctor. in apostil.ad Abba. in cap. ex literis circa fin. de pign. Masuer.

✱ Qui mutuauit, Adde Ias.in l. creditor. ff. si cert.peta.ubi,ꝙ mutuans in refectione præfertur alijs creditoribus, & ibi nu. 5. quid de mercatore venden. merces alij mercatori: an preferatur aliis creditoribus in suis mercibus,quando emptor aufugit extan.adhuc mercibus, & de mutuan.pro refectione ædificii quæ habeat priuilegia, uide Mising. cent.1.obser.60. Masuer.

a Bona.Adde,quòd si est factum pactum de uendendo bona, tunc dicuntur obligata.ita Bar.& ibi Alex. in apostil. in l. creditor.§.qui post diuisionem.ff. qui po. in pign. ha.& dicuntur etiam obligata si in mutuo est data licentia ingrediendi bona propria auctoritate, ut ibi per Alex.

b Futuro.Ad dicta hic per Auctorem.uide Tiraq. in repe.l. si unquam,in ver.bona,nu.8.9.10.& 11.C.de reuocan.don. Zilettus.

c De donatione omnium bonorum. Adde Barto.in l.5.de auro & arg.leg.Dyn.& Barth.Cepo.in l.nominis & rei.ff. de verb.sign.

d Pignorum.Adde,quòd has pignorum species & differentias ponit Azo in summa. C. de pig. Spec. in tit. de 1.'& 2. decre. §.5.in p. in.Bart.& omnes in l.à Diuo Pio.§.si ex cõuentione.ff.de re iud.Bart.in l.1.col.1.uer. nunc intro glo. ff.de pig.ac.Ias.& Lud.Gomes.in §.item seruiana, in prin. Inst.de act.An.Negul.in tract.de pig.in 3.par.in 1.memb. & Io.Bap.de Syl.in rep.l.rem alienam,num. 12.ff.de pign. act.Zilettus.

e Aut non erant.Adde & uide Ang. & Bal.in l.fi.§. & si præfatum. & in §. se. C.de iur.delib.

S V M M A R I V M.

1 *Res eadem potest ex pluribus & diuersis causis eidem personæ obligari.*

2 *Hypothecaria agere volenti quæ sunt necessaria.*

3 *Actor omni casu mittitur in possessionem rei petitæ, siue reus negat se possidere dicendo mendacium,vel veritatem, & hoc actione hypothecaria.*

4 *Res aliena sine domini voluntate alienari non potest.*

5 *Pactum, quòd lapso tempore solutionis res pignerata cedat dominio creditoris,non valet.*

6 *Pignus qualiter probetur fuisse in bonis debitoris. & nu. 8.*

7 *Intellectus ad glo.in l.1.C.de se.inter & Inst.de actio.§.Item seruiana.*

9 *Actio personalis & hypothecaria, an possit simul in eodem libello intentari.*

10 *Actiones plures ex delicto descendentes,an possunt simul eodem tempore cumulari.*

11 *Tempus & locus contractus, commissique criminis, an in libello inseri debeat.*

12 *Arguitur de contractibus ad delicta.*

13 *Bona quæ includantur in generali obligatione bonorum.*

14 *Bona propria hæredis an possint per hypothecariam auocari tanquam obligata per debit. def.ncti.*



1 EX memoratis causis pignoris & hypothecæ obligatam. † Hic not. quod eadem res potest ex pluribus, & diuersis causis eidem personæ obligari.Sic etiam eadem res ex pluribus causis possideri, sed dominium eius non potest ex pluribus causis acquiri, ut traditur in l.3.§.ex pluribus.ff.de acq. poss.& l. non ex pluribus

2 de reg.iur. † Vlterius quæritur, quæ sunt necessaria ad hoc ut agi possit hypothecaria? Dic breuiter quòd quinque.Primò,quòd res ipsa, ad quam agendum est,fuerit & sit obligata uel hominis conuentione uel legis prouisione,ut supra tactum est,facit l.contrahitur, & l. res hypotheca.ff.de pign. & ff.& C.in quib. caus. pign. ta. cont.per tot.Secundò,quòd debitor sit in mora soluendi debitum, ut l.si uenditor.C.de pigno.quia non licet creditori agere ante diem solutioni determinatam,ut l. 1.in fin ff. usufruc. quemad.ca.& in §.plus,Inst. de act. Tertiò requiritur, ꝙ debitum sit uerum,quia cessante debito cessat hypothecaria actio,ut l.& quæ nondum. §. quod dicitur. & l. grege. §.etiã. cum seq. ff.de pi.& l.solutum,in prin .ff. de pig.act. Quartò,quòd is contra quem agitur, rem obligatam possideat,ut l. pignoris prosecutio. ff. de pig. & in d.§. quod dicitur.& l.si cum uenditor, in princ. ff. de euic. & in d.§.

3 item seruiana. † Quid autem si conuentus negauerit se possidere? Dic quod siue conuincatur de mendacio, siue id uerum sit,prout negauit, quòd omni casu actor mittendus est in possessionem rei petitæ quò ad præiudicium ipsius rei conuenti tantum, ut arg. in l.fi.ff. de rei uend. & in auth.item possessor.C.qui po. in pig. ha. Quintò,quòd res ipsa fuerit in bonis debitoris tempore obligationis, vel post-

vel poss.ut in d.§. quod dicitur & l.1.in prin.ff.de pig.& l.
4 fi.C.quæ res pig.ob.poss. † Nam res aliena sine domini uoluntate obligari non potest, ut l.1.& 2.C.si res ali. pig. da.sit.& l.rem alienam.ff.de pig.act. Licèt res aliena uendi possit sine uoluntate domini quo ad præiudicium uendentis,ut l.rem alienam.ff.de contra.emp. Et quæ sit ratio differentiæ,ibi not. Sextò, quòd non fit de debito satisfactum per compensationem fructuum à creditore perceptorum l.1.C.de distr.pig.& l.1.in fi.de pig. act. cum sim.
5 ibi not. † Quid si pactum sit interpositum in ipsa pignoris obligatione,de quo in l.1.& 2.C.de pac.pig.v.g.si dictum est{Quòd non soluta pecunia ad terminum res ipsa cedat dominio creditoris}an ualeat? Dic,quòd non, ut ibi,secus autem esset si dictum fuerit {Quòd pecunia ad terminum
a non soluta res ipsa sit vendita creditori iusto pretio a æstimanda}tale enim pactum ualet, quod est not. ut habetur in l.si fundus.§.fi.ff.de pig.& not. per glo.in d.l.1.in quo casu sit diligens creditor, vt termino elapso statim compelli faciat debitorem ad eligendum æstimatorem ipsius rei per quem declaretur istud pretium, alioquin fructus
6 sibi computarentur in sortem, vt dictum est. † Sed circa præmissa insurgit grande dubium. uidelicet qualiter probabitur rem fuisse in bonis debitoris? Dicunt quidam, quòd sufficit probare debitorem possedisse rem ipsam pro sua & tanquam suam. Alij dicunt, quòd probari debet de dominio ipsius debitoris. Tu tamen secundum Doctor. omnia concludendo,& colligendo sic distingue. Aliquando lege municipali reperitur cautum, quòd ex possessione præsumatur dominium, & tunc sufficit probare debitorem posse disse, ut fit Papiæ. Aliquando sumus in iure communi, & tunc quia glo. videntur inter se contrariæ.
7 Dic,quòd aut creditor agit directa hypothecaria, & tunc debet probare de dominio, vel quasi debitoris, siue ipse creditor agat contra ipsum debitorem, siue contra extraneum possessorē.sic intelligatur gl.in l.1.C.de sal.interdi. & inst.de act.§.item seruiana. Aut creditor agit vtili actione,& tunc subdistingue, nam aut agit contra ipsum debitorem,aut contra extraneum. Primo casu Cyn. in l.cum res.C.si res alien. pig. da. sit. dicit, quòd sufficit probare debitorem possessorem fuisse, & hodie esse:& fit ratio, quia ipse debitor non potest dominij quæstionem referre ipsi creditori, ideo eius possessio facit eum præsumi dominum sic intelligitur glo. quæ est in d.l.cum res, secundū eum. Sed Bart.in hoc casu dicit necesse esse probare de ipsius debitoris titulo,ut per eum not.plenè in l.rem alienam.ff.de pig.actio. Et fit ratio, quia lex dicit, quòd rem fuisse in bonis debitoris, probari oportet, vt in d.§.quòd dicitur. Sed res dicitur esse in bonis, pro qua possessori datur actio,ut l.rem in bonis. ff.de acquir.rer. dom.ergo requiritur omni casu necesse fore probari de titulo, quia sola possessio non daret ipsi debitori actionem, quia eo modo lex tuetur creditorem in re obligata quo tuetur ipsum debitorem. l.si ab eo. ff.de pign.unde secundum eum debet aduocatus formare capitulū super titulo, sed certè hæc erit dura probatio, maxime cùm hoc stet in facto alieno, & conuentus, ut litem effugiat,negabit titulum,& sic res deueniet ad absurdum. Sic ergo uera est præcedens opin.Cyn.& sequacium. Vbi autem agitur contra extraneum,tunc secundum quosdam distinguitur, aut ipse extraneus causam habet à debitore, & tunc idem ac si ageretur contra debitorem: aut nullam causam habet ab eo, sed ab alio, tunc debet probare de dominio, uel quasi debitoris,argu.l. quòd si ipsis.& l.in omnibus. §. non debeo ff.de re iud. Alii dicunt, aut iste extraneus habet causam lucratiuam siue ab ipso debitore, siue alio, & tunc idem ac si ageretur contra debitorem: aut habet causam onerosam,& dic ut proximè dictum est.arg.l.apud Celsum.§.de auctoris.ff.de doli excep. Et hanc partem sequitur Cynus sub dubio forte in d.l.cum res. Sed Barto. ubi supra tenet etiam hoc casu debere indistinctè probari de dominio debitoris. Nec obst.de actore,quia ibi loquitur in actore hic in reo, uel conuento cui dolus actoris non nocet, ut in l.an uitium.ff.de diuer.& temp.præscrip.& not. in l.2.§.1. ff de doli excep. Si uerò agitur contra extraneum non habentem causam à debitore, & tunc secundum Cyn. distinguitur. Aut res ipsa vendicatur tanquam obligata,& tunc probari debet de titulo, & possessione debitoris, sic intelliguntur glo. quæ est in d.l.rem alienam. de pig. act. & fit ratio illa quæ traditur in d. l. ab eo. Aut prætendit ius hypothecæ in sola rei possessione, & sic ad solam rei possessionem agitur, quia apud debitorem erat sola rei possessio,& tunc aut debitor si cecid. set à possessione potuisset ipsam aliqua actione reuocare,quod quidem contingere poterit in pluribus casibus not.in l.2.ff.de cond. indeb.& per Glo.& Docto.in l.inciuile. C. de fur.& ff.de cond. fur.l.& ideo. & per Bartol. in l. rem quæ nobis.ff.de acq pos.& tunc creditor per hypothecariam poterit hanc possessionem auocare per regulam d.l.si ab eo,et sic agere poterit ipse creditor illa actione utili, quæ apud debitorē erat directa.not.vt in l.nomen.C. quæ res pig.ob.pos.uel utili hypothecaria.l.grege.§.1.ff.de pign. Aut debitor cadens à possessione non habet actionem ad reuocandum ipsam,& tunc nec creditori succurretur ad petendum illi,quia extincta possessione debitoris, extinguitur hypothecaria creditoris,cum alia fuerit possessio debitoris,& alia sit possessio huius possessoris, argu. in l. si is qui pro emptore,in §.pen. ff.pro emp. Et quoniam secundum prædicta creditori agenti directa hypothecaria difficile erit sibi probare de dominio,vel quasi, debitoris;ideo de iure communi melius est agere utili actione, uel longe consultius,& melius est,eo casu quò debitor constituit bona obligata tenere & possidere nomine creditoris, prout fit quotidie in instrumentis,intentare condictionem ex l.fin.
8 C.de acquir. poss. & dicetur in tit. seq. † Sed inhærendo opi.Bar. qui tenet probandum esse de dominio,vel quasi, debitoris, siue agatur contra ipsum debitorem,siue extraneum,pro tanto quæritur quis erit modus,& pratica probandi? Sol. dicit ipse, aut agitur contra debitorem,uel eius hæredem, & tunc sufficit simpliciter allegare ipsum dominium, vel quasi, & probare de eius possessione,qua possessione,probata inducitur probatio præsumptiuè de dominio, uel quasi,allegato:quia non potest referre dominij quæstionem.ut supra dictum est,& sic patet,quòd quātum ad effectum conueniunt Cyn.& Bart.quamuis Barto. dicat dominium siue titulum esse allegandum, quod non est necesse secundum Cyn. Aut agitur contra extraneum & tunc secundum eum probandum est de dominio, uel quasi,debitoris,per modos traditos Insti.de rerum diui.§. singulorum. & not.per Bart.in l. rem quæ nobis.ff.de acq. poss.& per Cyn.in l.cum res.C.de prob. & per Spec.in tit.
9 de loca.versi.61. † Rursus b quæritur an personalis &
b hypothecaria possit simul in eodem libello * proponi,
* verbi gratia {Si peto Titium mihi ex causa depositi condemnari in centum,& domū eius mihi ex ea causa obligatam relaxari &c.} Et uidetur quòd nō, quia sententia lata super una actione facit præiudicium in alia. ut l.si deferendi.ff.quib. mod.pig.vel hypo. sol.ergo &c. In contrarium determinat Dyn. in d.c.nullus pluribus, per text.in Auth. de fideiuss.§.sed neque. collat. 1. Et idem ibi sequitur Iac. de Belui.hoc operatur identitas debiti, & finis vtriusque
10 actionis,uide gl.in l.nemo.§. quoties.ff.de reg.iur. † Quid autem si plures sunt actiones ex delicto descendentes, an possint eodem tempore simul proponi & cumulari?quam quæstionem plenè tangit Bar.in l.1.§. dixerit aliquis.ff. de publi.& glo.not.instit.si qua.pau.fec.dica.§.fin. in glo.fi.& l.3.in fin. & l.licet.in fi.ff.nau. cau.sta. unde pro aliqua informatione, sic breuiter distingue. Quædam sunt actiones ex delicto descendentes, pro quibus ciuiliter agitur, nec ad uindictam dantur. Quædam sunt actiones, pro quibus criminaliter agitur; & ad uindictam dantur, ut actio iniuriarum

* iuriarum & similes. Primo casu considerandæ sunt * tres regulæ secundum Dy. Prima est, quando unum est factum & unius generalis criminis titulus & plures agendi formæ, & tunc subdistingue. Aut agitur contra eundem, & tunc vna actio tollit aliam, vt l. idem ait. in §. fi. ff. nau. cau. stab. in l. plura. in princ. ff. de actio. & oblig. sicut dicitur in contractibus. l. quod in hærede m. in §. eligere. ff. de tribu. sicut etiam patet in pluribus actionibus, quæ trahunt originē ex eadem cā, licet obligatio sit diuersa, vt in l. si reus ff. de fideiuss. Aut agitur contra diuersas personas, & tunc una tollit aliā ut l. tutor qui repertorium §. ex duobus. ff. de admini. tut. & in l. 1. §. in tutelæ. ff. de tute. & ra. dist. & cum hac determinatione debet intelligi præalleg. §. si dixerit. Secunda regula est, quando est vnum factum, & plures tituli criminis, & diuersæ formæ agendi, & tunc una intentata potest alia agi, quatenus in secunda deficit aliquid quod non est deductum in prima. vt l. 1. §. 1. ff. ui bo. rap. & l. cum ex uno. ff. de actio. & oblig. cum sim. ibi not. Nec obst. d. §. in tutelæ, ubi videtur insolidum utraque agi posse: quia respondetur, quòd ibi loquitur, quando plures tituli se habent, ut excedentia & excessa: hic quando vnus titulus se habet tanquam genus, & alius tanquam species Tertia regula est, quando sunt plura facta, plures tituli, & plures formæ agendi, in qua regula non est dubitatio aliqua, quod una electa non tollitur altera. vt l. nunquam plura ff. de priua. delic. Circa secundum prnicipalem articulum, qui est, quando sint plures actiones pro quibus agitur criminaliter, distingue: nam quandoque plura delicta committuntur verbo, de quo dic vt not. Barto. in l. item apud Labeonem. §. sed quod adijcitur. ff. de iniur. Quandoque committuntur facto, & hic subdistinguitur: nam quandoque plura delicta committuntur in personā tam ex parte inferentis, quam patientis, seu recipientis, & de hoc dic vt per eunde in Barto. in l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Quandoque committuntur in re aliqua, vel circa rem, de quo ipse Bart. not. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. Quandoque committitur vnum delictum ex parte inferentis, sunt tamen plura delicta ex parte recipientis, de quo uide per eundem Barto. in l. si gemina arbor. ff. arb. fur. ce. Quandoque sunt plura delicta commissa propter pluralitatem personarum committentium tantum, seu inferentium, de quo plenè per eum in l. si rixa. ff. ad leg. Corn. de sica. Quandoque committuntur plura delicta propter pluralitatem personarum recipientium, de quo vide per eum l. si plures. ff. arb. fur. cel. Quandoque committitur vnum factum, ex quo insurgunt plura delicta, seu crimina, de quò per eundem tangitur in l. senatus. ff. de accus. & l. si adulterium cum incestu. ff. de adul. quas remisiones ideo feci ne deuiare videar à proposito, quò
12 me breuem esse decreui in opere præsenti. † Amplius quæritur, an cum agitur actione ciuili, vel criminali, de-
c beat tempus & locus c contractus, & criminis commissi inseri in libello? Dic breuiter, quòd vbi agitur de delicto, locus & tempus commissi criminis ponendus est in libello. ff. de accus. l. libellorum, in prin. & ibi per Bart. In contractibus autem, cum in illis ciuiliter agatur, vide-
13 tur idem dicendum; † quia licitum est arguere de contractibus. ad delicta. l. tam ex contractibus. ff. de iud. maximè si tempore contractus initi nō apposito desinit reus posse ad plenum deliberare super libello. vt in l. 1. §. diem ff. de eden. In contrarium determinat Bar. in l. quoniam. in prin. ff. de eden. & l. 1. §. interdum hoc ff. vti possi. Et idem tenuit Inn. in c. fi. extra de re iud. Ego autem puto, quòd libellus de se procedat sine expresione loci, uel temporis. Si autem reus petat tempus exprimi, credo quod actor teneatur exprimere. arg. d. §. diem. sicut aliàs dicitur in l. si
13 mater. §. ea. ff. de excep. rei iud. † Deinde quæritur * quæ
* bona sunt illa quæ includuntur in generali obligatione bonorum? Respon. omnia illa quæ possunt alienari. ut in l. sed quod ad eas. §. fin. ff. de pig. Et ideo cadunt in obligatione nomina debitorum, ut l. nomen. & l. fin. C. quæ res pig. ob. po. & pecunia numerata. l. cum tabernam. in fi. ff. de pign. Non autem includuntur illa, quæ verisimiliter ipse debitor non fuisset specialiter obligaturus. vt in l. obligatione generali. ff. de pign. & in l. 1. C. de quæ res pign. ob. pos. & ideo bona feudalia non includuntur in tali obligatione, sed emphyteutica bona bene includuntur, ut l. lex vectigali. ff. de pign. Si tamen emphyteuta cessaret post obligationem in solutione canonis, ita quod res ad dominum deuolueretur, pignus & obligatio extingueretur; quia resoluto iure datoris, extinctum remanet ius creditoris, vt d. l. lex vecti. & optime facit l. Iul. ff. de manu. & plene not. per Iac. de Belu in c. 1. §. fi de controuer. inuest. 10. coll. Quid ergo si creditor habeat non en obligatum quomodo aget contra eum? Sol. dic, quòd agendo hypothecaria dicet illam obligationem, qua astringitur suo debitori, esse sibi obligatam, & tanquam obligatam petet sibi respondere de eo ad quod ei obligationis astringitur, ut not. per glo. in l. hæredem. C. de hære. act. & in l. 1. C. de præt. pig. Et uide, quod int a scripsi circa formam execu-
14 tionis sententiæ. † Sed nunquid bona d propria hære-
d dis debitoris possint per hypothecariam auocari tanquā obligata pro debito defuncti? Dic, quòd non per tex. in l. Paulus. in princ. ff. de pig. licet enim personalis obligatio transeat in hæredem, ut in §. hæres. Insti. de obli. quæ ex quasi contractu. tamen realis in eius proprijs bonis non transfertur, maxime si fecerit inuentarium, ut l. fin. §. & si præfatam. & in §. licentiam. C. de iur. delib.

ADDITIONES.

* Proponi. Adde Boer. q. 334 ubi sequitur opin. Pap. hic, & vide Guid. Pap. q. 108. Rom. consi. 240. num. 3. Barto. in l. edita. nu. 18. ubi Dec. num. 77. C. de eden. declarat respondendo ad §. sed neque, in auc. de fideiuss. & de hoc uidi. q. in actu prac. in quo cum opponeretur ea exceptio, ea non obstan. iudex ad ulteriora processit, eam disceptationem in fine litis reseruando, hoc secundum Ducalia huius patriæ subalpinæ decreta li. 3. c. 8. quando autem iudicio penden. admittatur cumulatio, not. Bartol in diximus. ff. de excus. tut. & quòd personalis & hypothecariæ actionis cumulatio admittatur in imperiali camera, testis est Mising. Cent. 1. obser. 58. vbi declarat talem cumulationem alternatiuè admitti, pro qua uide etiam quæ scribit Bar. in l. distit actis C. de pig. in l. persecutione eod. tit. ubi Bald. & in l. fi. C. de acq. poss. ubi quid, quando adest constitutum. Masuer.

* Tres reg. Adde quæ habetur super form. lib. act. real. ver. saluo iure col. 3.

* Quæ bona. Adde an bonorum appellatione ueniant iura, & distingue, vt per Rolan. consi. 1. nu. 125. lib. 3. vbi quod bonorum immobil. appellatione non ueniunt iura, sed bene appellatione bonorum ueniunt iura & actiones tenden ad consecutionem bonorum immobilium, qua in re distingue, ut latius per eum ibi à num. 126. usque ad 134. & quid mobil. & immobilium appellatione comprehendatur scribit Dilec. de arte test. tit. de legat. c. 42. post Doct. in l. mouentium, de verb. sig. Masuer.

a Pretio. Adde Tiraq. in tract. de retract. conuentiona. in gl. ad finem tituli. num. 138. uersic. secundo modo euitatur. Zilettus.

b Rursus. vide Spec. tit. de pig. in §. 1. uersi. cæterum. & seq.

c Locus. Adde Ang. Are. in trac. malefi. in uer. de anno domini. & ibi Aug. Ari. Io. de Plate. Inst. de publ. iud. in princ. col. uer. qualiter formetur. Ias. Instit. de act. in §. ex maleficiis. col. 11. uer. in hoc libello. Io. de Ami. in consi. 85. inci. in inquisitione. circa fi. & Iodocum in praxi crimi. c. 30. nume. 5. & 6. Zilettus.

d Bona. Adde Ang. in §. sed nostra. Inst. de leg. & Alexan. de Imol. in consil. 208. in secundo uolumine & adde quod si testator expressè poterit bona hæredis obligare, ita idem Alex.

Alexand. in consilio sexagesimooctauo, in secunda volum.

a QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio [a] libelli, ad quam est aduertendum, ut supra.

ADDITIO.

a Conclusio. Adde qualiter formetur conclusio libelli in hypothecaria. Bart. in l. rem alienam. ff. de pign. actio. col. 4. versi. quæro qualiter concludatur in libello. in l. si cum venditor. ff. de euictio. & in l. fi. C. si unus ex pluribus hæredibus. Ioan. Fab. in §. item seruiana. Instit. de actio. colum. 8. uersi. quæritur de formatione libelli. & ibi Ioan. de Platea. col. 2. versi. libellus autem in hypothecaria. Ang. Are. col. fi. versi. qualiter formetur libellus. & Ia. col. pen. versi. extra glo. pro complemento & Petr. Iacob. in tit. de actio. hypotheca. Zilettus.

✱ Conclusio. Adde, quid dicen. in hypotecaria per tertios contra tertios, & dic, quòd aliqui sunt, qui dicunt concluden. esse hoc modo, bona de quibus agitur ipsis actoribus pro indemnitate petita etiam ratione hypothecæ obnoxia declarari, item affecta tali hypotheca ad reos transijsse, & nunc ipsis vti prioribus esse obnoxia prætextu euictionis secutæ, & pro concurren. summa & quãtitate, pro qua ipsi nunc supplicantes exacti sunt ab Hypolita. Necnon declarari hypothecariam actionem contra ipsos tertios eis competere, licereque super ipsis bonis integram indemnitatem & omnium plenam satisfactionem consequi, cum damnis expen. & interesse, & ad eum effectum ipsos præuia condemnatione, ac iuris remedijs cogi & compelli ad remitten. & relaxan. bona per eos, & eorum quemlibet respectiue occupata cum fructibus indebitè perceptis, & qui percipi potuerunt pro concurren. summa & quantitate prædicta, deducendo omne id. &c. saluo iure superflui producen. ad abundan. in utilibus tantum, instrumentum cessionis factæ per prædictam Hypolitam validam ac legitimam pronunciari petunt, & quatenus expediat eos in locum & ius ipsius ceden. subintrasse declarari superque omnibus, non tantum modo prędicto: sed omni alio de iure possibili iustitiam ministrari, protestan. de expen. & iure quæsito, offeren. se paratos recipere quamlibet particularem solutionem &c. saluo iure residui &c. uide ét & Bar. in l. 2. C. si vnus ex pluribus hæredibus, vbi ponit sequen. concl. peto condemnari ad tradden. possessionem talis prædii retinen. iure pignoris pro tali quantitate, donec mihi integre satisfactum sit. Masuer

SVMMARIVM.

1 Effectus hypotecariæ est, ut res obligata creditori relaxetur loco pignoris tantum tenenda & possidenda.

2 Pignus in cuius possessionem missus est creditor, an debitor recuperet offerendo pecuniam deteriorem, aut in forma, aut in substantia.

3 Solutio in pecunia, quæ tempore mutui valebat minus, & tempore solutionis plus, vel econuerso, quomodo fieri debeat.

1 RELAXANDVM iure pignoris. † Hic aduerte, quòd effectus huius hypothecariæ actionis est, ut res obligata creditori relaxetur loco pignoris tantum tenenda, & possidenda. vt in l. si cum venditor, in prin. ff. de euic. & in l. fundus. §. creditor. ff. de pigno. tandiu uidelicet per ipsum possidenda, donec fuerit sibi integrè de debito satisfactum, vel in pecunia, vel per computationem fructuum ex pignore acceptorum, qui habent extingere debitum. vt l. 1. in fi. ff. de pigno. & in l. fin. C. de dist. pig. cum simil. ibi not. & eius quod habetur in c. illo vos, de pigno. uerumtamen si debitor fuerit in mora soluendi sortem, uel quia non soluit ad diem statutum, prout fit quotidie in instrumentis, in quibus dies solutionis adijcitur, uel quia interpellatus soluere neglexerit, quibus etiam casibus mora contrahitur, ut in l. mora in princ. ff. de usur. & in l. magnam. C. de commit. stipul. & in l. si ex legati causa. ff. de uerb. oblig. cum sim. tunc poterit compensare creditor suum interesse cum fructibus, ad quod interesse fuit post moram debitor obligatus, ut in prædictis iuribus & in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quòd inter. nec poterit ascribi creditori, quòd istud interesse sit usura, per illud cap. illo uos cum sim. quia ibi loquitur, quando in initio contractus fuit certa quantitas ex conuentione partium loco pœnæ moroso apposita, & sic petitur hominis conuentione, ut l. lecta. ff. si cert. pet. hic quando petitur legis prouisione tantum, cũ nulla quantitas fuerit determinata per partes, quod tene menti, ad quod faciunt not. per Doct. in l. cum

2 allegas. C. de usur. & l. curabit. C. de actio. emp. † Quid

a ergo [a] si misso creditore in possessionem huius domus loco pignoris ueniat deinde debitor pecuniam deteriorẽ aut in forma, uel substantia offerat creditori, an liberatur pignus? uidetur quòd non l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. & in l. Paulus. ff. de sol. & ibi plenè per Bart. Breuiter dic, quòd pecunia per istos principes persæpe mutatur in deterius, potius quàm in melius, propter quod sequitur magna subditorum consumptio, præcipue mercatorum, & in republica scandalum, & confusio, & pro tanto latius super hoc aliqua dicere proposui. Sciendum est ergo colligendo dicta Bar. in d. l. Paulus, & gl. in c. olim de censi. & Ioan. And. in c. quanto, extra de iureiur. quòd mutatio pecuniæ potest contingere dupliciter. Vno modo si pecunia mutetur quò ad bonitatem intrinsecam respectu materiæ. Secundo modo quò ad ualorem eius

b materia non mutata. De primo modo [b] mutandi patet exemplum, si pecunia quæ nunc fit est magis ære contaminata, quam hactenus esse consueuerat. In quo casu distinguitur, aut de pecunia antiqua reperitur, nec eius cursus est reprobatus, & tunc de illa sola est fienda solutio. aut nihil de antiqua reperitur, uel eius cursus, si qua reperitur, est mutatus, & tunc solui debet æstimatio eius habita ratione deteriorationis. ut hoc not. in d. §. qui reprobos. & in d. c. olim, de censi. & not. per Cyn. in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. rest. non est ne. De secundo autem patet exemplum, si florenus ualebat libras 4. & nunc ualet libras 3. Vel si grossus ualebat imperiales 24. & nunc ualet imperiales 18. quo casu distinguitur: aut debitor fuit in mora soluendi, & tunc talis deterioratio contingens pertinet ad debitorem. argu. in l. uinum, & l. quod te. ff. si cert. pet. Aut non fuit in mora, & tunc pertinent ad creditorem, argu. dictarum. l. quod te. & l. uinum. Et hæc procedunt, quando ipse debitor uult soluere pecuniam in eadẽ forma, ut puta florenum pro floreno, uel grossum pro grosso: ubi autem debitum esset contractum in pecunia aurea, & ipse uelit soluere in argentea secundum præsentem casum, uel econtra, tunc considerari debet, an ex huiusmodi solutione efficiatur deterior conditio creditoris, & tunc non est debitor audiendus. Aut eius conditio efficitur melior, uel saltem non deterior, & tunc est audiendus, nisi forte esset specialiter conuentum, quòd in alia pecunia quàm aurea non posset fieri solutio, quod in dubio uidetur actum in causa mutui, uel depositi. ut in l. cum quid ff. si cert. pet. cum sim. Et prædicta not. in dicto. §. qui repro-

3 bos, à contrario sensu. & in d. l. Paulus. ff. de sol. † Sed circa prædicta audi quæstionem de facto. Ecce quòd aliquis in pecunia argentea mutuò concesit florenos centum ad rationem de lib. 4. pro floreno, prout erat communis cursus cuiuslibet floreni. Contingit in processu temporis, quòd auctus est ualor floreni ad lib. 6. debitor autem uult debitum soluere in pecunia aurea ad rationem li. 6. pro quolibet floren. dicit creditor ego nolo recipere, quia conditio mea efficitur deterior, tempore mutui tu dedisses mihi grossos 20. pro singulo floreno, & modo non reperirem me habere 15. pro singulo floren. Quæritur, an ipse debitor sit audiendus? Dic quòd si reperiretur de

dium.& d.l.Paulus.§.si mancipia.ff.de pign. aut fuerunt p alium seminati,& sic non fuerunt in dominio debitoris,& tunc sicut partus uaccæ nõ cadit in obligatione.sic nec huiusmodi fructus.ar.d.l.si conuenerit.§.pen.& l.Paulus.§.1.

a † Quid autem dices in fructibus percipiendis à creditore, verbi gratia, si fuerit positus in possessione rei obligatæ, an tenebitur facere laborare agrum uel uineam? dic quòd sic, ut not.in l.2.C.de pact.pig & in l.1.C.de pi.ac.quod si non fecit, sibi imputabitur,quod not. Est ergo consultius creditori,quòd faciat sibi rem dari insolutum.ut nota.in l. à diuo Pio.§.si pignore.ff.de re iu.& si fuerit sibi euicta,poterit de euictione agere contra debitorẽ, ut l. ex sextante. §.Latinus.ff.de ex.re.iu.& in l.eleganter in prin.ff.de pig. act.& ibi not.& per Iac.But.& in l.1.C.si antiqui.credi. & dicetur infra tit.proxi. Alia autem in præsenti libello sequentia declara, ut plenè dictum est supra in primo libello. Sequitur forma responsionis libelli in actione hypothecaria.

ADDITIO.

a An creditor. Adde Bart.& alios in l.3.§.econtrario.ff. de acquir. posses.& Ang.in l.quædam mulier ff. de rei ven. vbi si in institutione sit constitutum, quòd poterit uendicare cum fructibus.

Forma responsionis libelli in actione hypothecaria.



ORAM uobis supra scripto Do. Vicario comparet, & se præsentat Philippinus de Folbertis causa,& occasione cuiusdam asserti libelli in iudicio, ut dicitur, contra eum producti per Simonem Speltam asser tum procuratorem asserto procuratorio nomine spectabilis viri domini Ray. de Beccaria effectualiter, ut dicitur continentis &c. ad quem relatio habeatur, dicens & excipiendo proponens præfatus Phil. suprascriptum assertum libellum, & omnia & singula in eo contenta fuisse, & esse nullum, ac nulla,& nullius ualoris,& momenti,causis maximè & rationibus infrascriptis, & alijs loco suo, & tempore dicendis, proponendis, & allegandis. Primò, quia productus.& oblatus per personam non habentem sufficiens mandatum,sed nec etiam habentem personam habilem standi in iudicio,tum quia ipse Simon est in patria potestate cõstitutus, tum quia est minor.25.ann. Item saluis præmissis dato sine præiudicio,quòd constaret de mandato,dicitur ipsum mandatum fuisse,& esse reuocatum.Item quia ipse assertus libellus est uagus,uarius,obscurus,incertus,dubius, generalis,peccans in materia,& in forma,nullamque agendi causam sufficientem continens in se,alijsque de causis multipliciter uitiosus, propter quæ nullum de iure meretur habere responsum, sed fuit, & est per uos penitus reijciendus,& dentibus lacerandus. Si tamen præmissis non obstantibus,quæ re vera obstant dictus Phil. iure aliquo esset astrictus eidem asserto libello respondere, & non aliter,nec alio modo,& sub protestatione,quòd saluæ, & reseruatæ sint sibi omnes prædictæ, ac infrascriptæ exceptiones & defensiones,& quæcunque aliæ tam declinatoriæ,quàm peremptoriæ,& anormalæ, dicit & respõdet narrata prout narrantur, non fuisse nec esse uera, & petita, prout in eo petuntur, non fuisse fienda,nec fieri debere. Opponens & obijciens contra ipsum Si. dicto nomine omnia & singula in ipso asserto libello cõtenta, exceptionem excussionis,ut cõueniatur prius debitor principalis, quàm possessor. necnon & exceptionem præscriptionis & renunciationis pignoris,& iuris dicto Raynaldo nõ competentis in dicta domo. Et amplius opponit exceptionem doli mali,tam generalem quàm specialem. Rursus saluis præmissis dicit idem Phi.quòd de dicto asserto debito fuit,& est integrè satisfactum, & facta plena solutio dicto Ray. opponens contra eum exceptionem solutionis. Et amplius in quantum de ipsa solutione nõ constaret, & etia inquantum prædicta nõ obstarẽt. quæ re vera obstant,offert se paratum inquantum constiterit ipsum Ray. fore uerum creditorem de dicta quantitate,eidem satisfacere de debito memorato,ipso tamen Ray.eidem Phi.cedente,& in eũ transferrente omnia iura sua,& quæcunque actiones reales,& personales: petens & requirens saluis præmissis idẽ Phil. se absolui,uel ab obseruatione iudicij,uel ab omnibus & singulis in dicto asserto libello contentis,prout iuri & iustitiæ uidebitis conuenire. Et ipsum Sim. procuratorem prædictum seu dictum Ray.in expensis legitimè condemnari,saluis eidem Phil. cæteris suis exceptionibus & defensionibus, solemniter. de quibus protestatur.

SVMMARIVM.

1 *Defensio coram eo iudice est proponenda, coram quo proposita est petitio & offensio.*

1 

ORAM vobis. † Debes scire, quòd corã eo iudice est proponenda defensio, coram quo proposita est petitio, ne causæ continentia diuidatur. ut l. nulli. C. de iud. & l.1. ff. de qui.re.ad eundem iudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum generale in causis agendi regulariter sufficit habere.*
2 *Mandatum speciale in quibus casibus requiratur.*
3 *Procurator generalis an et insolia de rato, an possit cõpromittere &c.*
4 *Si constat de mandato an debeat fieri copia aduersario.*

1 NON habentem sufficiens mãdatum. † Aduerte quòd regulariter in causis agendis sufficit habere generale mandatum.ut l.1.ff.de proc.cum ibi no.& l.si remunerandi.§.si. ff. man.& ext.de proc.c.petitio,& de proc.c. qui ad agen-
2 dum.lib.6. † Fallit in certis casibus, in quibus a requiri-
a tur speciale mandatum, nec sufficit generale,quos enumerat glo.in l.illud.ff.de mino.licet non ad plenum. Primus est, in causa restitutionis in integrum, ut d. l. illud. & l. 1. C. etiam per procu.cau.in integ. rest. Secundus, in interdicto de liberis exhibendis. ut l. Pomponius.ff. de procu. Tertius, in literis apostolicis impetrandis.ut in c. nõnulli. de rescrip. Quartus est, in contrahendo matrimonio.ut in c. fi. de procu.lib.6. Quintus, in contrahendis sponsalibus. ut in c. ueniens.qui cleri. uel uo. Sextus, in compromisso fiendo.extra de arb.in c.per tuas. Septimus, in absolutione ab excommunicatione petenda. ut extra de sen.excom. in c. quod de his. Octauus, in præstatione iuramenti calumniæ, ut extra de iura.cal.in c.fi.lib.6. Nonus in transactione, uel pacto de non petendo, ac veritatis iuramento. ut in d.c.qui ad agẽdum.in fi.nisi esset procurator cum libera. ut ff.de procu.& l.procurator. cum libera.& in certis alijs casibus,quos ponit glo. in d.c.qui ad agendum. & Spe. in tit. de proc §.1.ver. item opponitur. Et sine mandato generali,uel speciali nullus regulariter auditur,nec admittitur ad agendum pro alio siue nomine alieno. Fallit in certis personis,quæ propter coniunctionem sanguinis,uel affinitatis admittuntur sine mandato agendo nomine alieno, non tamen contra mandatum. ut l.sed & hæ. & l.seq. ff. de procu.& admittuntur in illis solùm casibus, in quibus sufficit generale mandatum, non autem in illis in quibus requiritur speciale mandatum. ut determinat glo.in l. exigendi.C.de procu. & tenentur tales personæ quæ sine mandato admittuntur, cauere de rato,& de defendendo, alias repelluntur,ut l.Pomponius.in fi.& ibi no.ff. de procu.& probatur in l. seruum quoque, in §. ait prætor. cum l.seq.& l.sed & hæ.§.fi.cum l. seq.& l.non solum. in princ.& l.mutus.§.pœnæ.ff.de procur.& C. de satis.l.1. §. si autem. Procurator autem uel defensor ex parte rei tenetur satisdare de iudicio sisti, & iudicato soluendo sub obligatione omnium bonorum suorum, alioquin non auditur; potest tamen dominus esse fideiussor suus, ut fieri vides quotidie in instrumentis procuræ. ut habetur

Insti. de satis. §. sinautem per procuratorem. & §. si uerò aliquis, ut d. l. 1. C. de satis. & ibi per Cy. Habes ergo ex præmissis, quòd procurator generalis non potest transigere, similiter compromissum facere sine speciali mandato. ut
a extra de arbi. c. per tuas. † Quid autem si sit procurator
b generalis ad omnes causas & lites, cum clausula de rato habendo quicquid per eum gestum fuerit, an tunc poterit compromittere, uel transigere? & breuiter dic quòd non, licèt aliqui contra, ut plenè disputat glo. in d. c. per tuas, & c. contingit. de transa. & in c. dilectus. de reli. & eodem modo transigere, uel compromittere non poterit, si in procuratione sit inserta illa communis & usitata clausula.
* § Dans, * & concedens dicto procuratori in præmissis, & circa præmissa liberá, & generalem administrationẽ &c. § quia talis clausula solùm restringitur ad instantiam causarum, non autem ad merita negociorum, sicque de sola instantia, de qua processit baylia, poterit procurator etiam transigere, & compromittere, ut determinat Barto. in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obligat. & adde quod per eum not. in d. l. procurator cum libera. Sed quid dices, si aliquis agit procuratorio nomine alterius, & aduer-
* sarius negat ipsum habere mandatum, * nec est de personis, quæ sine mandato admittuntur, an repelletur, nisi producat instrumentum procuræ? distingue, aut certum est ipsum non habere mandatum, & repellitur: aut est certũ ipsum habere mandatum, & admittitur tunc: aut est dubium, & tunc si satisdet de rato habendo, admittitur, alias vero repellitur, ut l. 1. & ibi no. C. de proc. Fit autem dubium secundùm glo. ibi per negationem, uel melius secundùm Doct. per semiplenam probationem, ar. in c. ex insi-
4 nuatione, de procu. † Vltimò quæritur, si constat per instrumentum de mandato, an de eo sit fienda copia aduersario per notarium causæ in forma actorum, uel tradi debeat ipsum instrumentum? dicunt quidam, quòd sufficit tradi per copiam; communis est pratica, quòd traditur in forma publica. quæ pratica defenditur ea ratione; quia iudicium non debet esse illusorium, ut l. si prætor. ff. de iudi. quod facile eueniret, si negaretur illum esse procuratorem, & probari non posset per publicum instrumẽtum, ut ar. l. cum non iusto. ff. de col. deteg. cum sim. Item quia non debet quis esse deterioris conditionis, quam sit eius aduersarius, qui personaliter comparet. Esset autem magis grauatus si audiretur ita producens instrumentum, quod non posset haberi nisi per copiam, quæ de facili perdi potest, & cui non illa apud omnes fides præstatur, quæ fit in originali, ut in auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. Et hanc partem tenet Bart. in l 3. §. defendi. ff. ex qui. ca. in pos. ea. Secus autem in instrumento syndicatus vniuersitatis, nam tunc sufficit dare exemplum expensis recipientis: quia vniuersitas non potest comparere per se ipsam, & sic per hoc non fit deterior cõditio aduersarij ex comparitione syndici. vt habetur in l. 1. & 2. quod cuiusque vni. nomi.

ADDITIONES.

* Dans, Adde quæ scribit Ias. in l. quæ Acta. nu. 21. & seq. ff. de off. proc. Cęsar.
* Negat, Adde, quòd si opponitur exceptio falsi procuratoris post litem contest. quod opponenti incumbit onus probañ. secundum cõmunem, quam etiam limitat Turz. coucl. 92. doc. in l. licèt. ubi Alex. C. de procur.
a Not. in quibus casibus requiritur speciale mãdatum. glo. in l. si quis mihi bona. ff. de acqui hær glo. in c. coram, de rest. in integ. Spe. in titu. de proc. §. 1. ver. item opponitur.
b Vtrum procurator possit transigere. vide Bar. in l. transactionis. C. de transac. Bar. in l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. Spec. in tit. de instru. edi. in §. 14. versi. de illo.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest esse procurator.*

1 IN patria potestate. † Ista causa non sufficit ad repellendum quem ab officio procuratoris, ut in l. filiusfamil. §. ipse quoque. ff. de procura.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis procurator esse non potest.*

1 MINOR XXV. annis. † Hæc causa repellit quem à procuratione, ut l. minor 25. ann. in prin. ff. de procu. & in ca. qui generaliter, in fi. extra de procu.

SVMMARIVM.

1 *Procurator potest per dominum ante litem contest. liberè reuocari.*
2 *Officium procuratoris quibus ex causis finiatur.*
3 *In reuocatione procuratoris, an sit necessaria eius certioratio, aut partis aduersæ & iudicis.*
4 *Contrahens cum procuratore, & nesciens an eius reuocatum sit mandatum, quem ideo facere debeat.*
5 *In reuocatione an sit necessaria certioratio ipsius procuratoris.*



1 MANDATVM reuocatum. † Ad huius euidentiam est sciendum, quòd procurator potest per dominum ante lit. conte. liberè reuocari. vt l. ante litem, cum seq. & l. quę omnia in prin. ff. de proc. & c. 2. extra de procu. lib. 6. Post autem litem contestatam non potest nisi causa iusta examinata, & approbata per iudicem. ut l.
* post * litem, & in l. nisi dominus. §. hæc autem cognitio
2 ff. de procu. & in d. c. 2. † Inter quas causas enumeratur illa, quando dominus vult per seipsum causam suam agere, uel defendere, quo casu comparendo ipse per se in iudicio simpliciter sine alia protestatione videtur tacitè procuratorem * reuocare, ut traditur in c. si quem. de prob. lib. 6. & no. per glo. in l. qui mutuam. §. 1. ff. man. & præter hoc, quando dominus comparet per se in iudicio, nec suum vult procuratorem reuocare, protestetur, quòd cõ-
* paret citra reuocationem sui procuratoris. * Amplius etiam finitur procuratoris officium per mortem constituentis re existentè integra. ut l. si defunctus. ff. de procu. & l. mandatum. C. man. & d. §. item si adhuc. Inst. man. In prælato autem re non integra finitur sui procuratoris officium, ut etiam hodie determinatum est in cle. fi. extra de procur. Item similiter finitur per lapsum diei, uel temporis vsque ad quem constitutus est: potest enim procurator constitui ex die, & ad diem, ut in l. 3. ff. de procu. & ita consulo semper fieri, ne sit necesse per aliud instrumentum
3 tum ipsum reuocare. † Vnde circa hoc quæro, an eo casu, quo dominus vult eius procuratorem reuocare, * sit necessaria certioratio eius, aut partis aduersæ, & iudicis? de quo plenè traditur per Doc. in d. l. 1. C. de satis. per glo. in c. mandato. extra de procu. & per Cy. in l. mãdatum. C. man. distingue secundùm omnes, aut est procurator ad iudicia, aut ad negocia. Primo casu, aut fit reuocatio ante lit. conte. & tunc sufficit certioratio facta ipsi procuratori, ut d. l. ante ff. de procu. aut fit post lit. conte. & requiritur cẽrtioratio tam procuratoris quàm aduersarij. ut in c. mandato, de procu. & ibi no. Secundo casu principali, quando est procurator ad negocia, subdistingue secũdùm And. de Pisis: aut quæritur de notitia, & certioratione fienda ei, qui contrahere vult cum procuratore, aut fienda sibi soli. primo casu, aut ille qui mandatum habuit negociandi est institor, uel castaldus, seu aliàs deputatus certæ negociationi, uel mercantiæ, & tũc sufficit proclama, uel aliter publicè tale mandatum reuocare, nec est necessaria specialis certioratio alicuius personæ, ut habetur in l. si pupillus. §. 1. ff. de inst. Aut est simplex procurator, tũc aut tractatur de dño obligando, aut de alio ab ipso domino liberando. primo casu, aut mandatum est directum ad certã personam, & tũc ipsius personæ est in reuocatione necessaria certioratio, ut ff. quod iussu. l. 1. §. ego quæro. v. g. si cõstitui procuratorem ad emendum equum à Sempronio: aut mandatum non est directum ad aliquam certam personam, verbi gratia, quia constitui simpliciter ad emendũ

unum equum, & tunc non est necessaria certioratio alicuius alterius personæ, sed sufficit solius procuratoris certioratio, tum propter incertitudinem personarum, tum propter culpam eius qui contraxit, qui diligentius scrutari debuit, an mandatum esset reuocatum. a gu. l. qui cum alio. ff. de re. iu. nec potest culpa ascribi domino, qa ignorauit, & ignorare potuit, cum quo procurator contraheret. ff. loc. l. si domum. † Sed diceret aliquis, nonne ille qui contraxit iustam credendi causam habuit, quòd ille esset procurator ostenso sibi instrumento procuræ, & eo affirmante se procuratorem esse, quia alio non apparente in contrarium præsumptio est, quòd sit adhuc procurator, nisi p aliqua indicia apparet, q sit reuocatum. ar. eorũ quę hñr in c. ex insinuatione. extra de proc. unde quidam dñt, q qui contrahit cũ tali procuratore debet esse diligens, & ab eo inuestigare, & scire, et per eius sacramẽtum, si est reuocatus, uel non, p d. l. qui cũ alio. & si iuret se non esse reuocatũ, credere debet illi, aliàs non. In alio aũt casu, cùm agitur de alio liberando dicendum est, q sit necessaria certioratio eius qui soluit, verbi gratia, § Constitui procuratorem ad recipiendum solutionem à debitoribus meis, & unus soluit pcuratori reuocato ignoranter, § certè liberabitur, nisi de reuocatione eius sibi liquerit. vt probatur. l. eius qui. ver. quas uerò. ff. si cer. peta. ff. de sol. l. uero pcuratori. §. sed & si quis. & l. qui hominem. §. si Titium. † Venio ad secundũ casum principalẽ, quo quæritur, an sit necessaria certioratio ipsius pcuratoris. Vbi distingue. Aut mandatum respicit vtilitatẽ principaliter dñi mandatis, & tũc nõ est necesse, q reuocatio perueniat in notitiam ipsius pcuratoris, ut puta si cõstituo procuratorẽ ad adeundum hæreditatem, uel intrandũ in possessionem. ut l. si quis mihi bona. §. pe. ff. de acquir. hær. Aut respicit principaliter damnum, & incõmodum ipsius dñi, & tunc quò ad effectũ impediendæ liberationis in persona liberati est necesse, q reuocatio peruenerit in procuratoris notitiam; quo autẽ ad effectum obligationis in personam dñi inducendæ, nõ requiritur. ut in d. §. quas uerò. sed si agitur de præiudicio generando ipsi procuratori ex reuocatione mãdati, tunc semper est necessaria eius certioratio. vt. ff. pro soc. l. sed & si socius. ar. ff. man. l. si mandassem. Vbi aũt agitur de beneficio alterius ex reuocatione mãdati impediendo, tunc esset necessaria certioratio procuratoris. ut l. si pater. ff. de man. vindi. & ibi no. Alij ut Pe. quos refert Cy. in d. l. mandatũ. aliter & sic distinguunt. Aut quæritur de certioratione, seu notitia * fienda procuratori, aut fienda parti. Primo casu, aut quæritur de effectu reuocationis ad impediendã obligationem inter procuratorẽ, & dominum, & tunc aut est obligatio iam nata, & in esse producta, & tunc certioratio nihil operatur: aut nondum erat obligatio nata, sed erat producenda, & tunc si certioratio interueniat impedit eã nasci, & in esse produci, ut habeť in l. inter causas. ff. man. & Insti. man. §. si adhuc. Aliquando q̃ritur de effectu certiorationis, quò ad impediendum negocium p eum cum alio explicandũ, & hic est cõsiderãdum, aut enim iste pcurator interuenit simpliciter, ut nudus nuncius, aut interuenit ut uerus procurator. Primo casu sufficit sola dñi præsentia & reuocatio, nec est necessaria certioratio, sic intelligi d l. si pater. ff. de manu. vindi. & l. si pœnituit. ff. de diuor. & d. l. si qs mihi bona. §. pe. ff. de acq. hær. Secũdo casu, dic aut de substãtia actus explicandi est uoluntas dñi, ut in translatio ne dominij rei suæ. ut l. id quod nostrum. ff. de regu. iu. tũc sufficit reuocatio, nec est necessaria certioratio, sic debet ĩtelligi d. §. quas uerò. & l. 2. §. sed si qs donaturus. ff. d don. Fallit fauore liberationis, ubi certioratio exigiť ne impediatur. ut d. l. cũ quis. §. 1. & l. qui hominẽ. §. si Titium. ff. de so. Si aũt uoluntas dñi non est de actus substãtia, ut in uenditione quã dñs & quilibet facere põt. ut in l. rem alienã. ff. de cõtrahen. emp. & tunc certioratio est necessaria. ut l. si mãdassem. in prin. ff. man. In tertio casu principali, dum q̃ritur de certioratione fiẽda parti, an sufficiat si facta fuerit pcuratori, subdistingue, aut pars illa erat actũm ip ant explicatura cum ipso pcuratore ipsius tantũ cõtemplatione, & nõ dñi, & tunc sufficit certioratio facta ipsi soli procuratori, ut in l. 1. §. sed si ego. ff. quod iussu. Aut erat actũ explicatura dñi tantùm cõtemplatione. v. g. in iudicijs, uel si dñs proponat aliquẽ negociationi generali, & tũc requiritur certioratio aduersarij, ut in d. l. n pcuratorem. §. fi. ff. de procu. & l. 1. C. de satis. & l. sed si pupillus. §. palam. ff. de instit. Alij autem aliter dicunt, ut refert Cy. ubi supra. Sed quæ dixit tenenda sunt. De reuocatione autẽ mandati probari poterit per instrumentum, vel per vnum testem cum iuramento, vt in c. ex insinuatione, de procur. & no. per gl. in c. præsentia, extra eodem titulo.

ADDITIONES.

* Post litem contestat. Adde, quòd hanc communem dicit Suarez. lib. com. opin. versi. procurator, quam declara, vt per Ronchegal. in l. 2. nu. 87. ff. de duob. reis.

* Procuratorem reuocare. Adde de reuocatione procuratoris expressa, vel tacita, aut iure præsumpta ipsius mandantis contraria voluntate, quæ scribit Vant. de nullit. cap. 11. à num. 158. vsque ad 167. vbi concludit, mandatum tacitè reuocatum, si principalis simpliciter comparendo causam suam pertractet, ex tex in cap. si quem, de procurato. in 6. Bart. in l. mutari. ff. de procurator. in l. q mutuam. § non ideo minus. ff. manda. vbi docet pract. qui dicatur citra reuocationem, de quo cum esset quæstio in facto in hac Ciuitate in quadam causa, proponebatur à relatore processus, procuratore iam constituto: solus dominus comparuerat non adiecta dicta protestatione, & obtulerat actori iusiurandum litis decisiuum. Deinde in progressu litis comparuit dominus cum procuratore, rursus absque procuratore, ipse dominus etiam comparuit, opponendo contra relationem iuramenti, puta se non teneri acceptare eam relationem per actorem factam, concernentem factum alienum. Demum comparuit solus procurator, qui plura opposuit circa iuramentum prædictum, tandem causa dietim posita dubitabatur ex not. per Pap. hic, an censeretur reuocatus procurator ex solius domini interuentu, ita ut interloquutoria ferri non posset. Vltimo loco causa ad procuratoris instantiam instructa, & post lõgam ipsorum aduocatorum disputationem: Dictum fuit nõ censeri reuocatum procuratorem predictum, saltem ex tacita domini voluntate, ex multiplicatis actibus, vel etiã ex ipsius domini scientia, & consensu quò ad actus per procuratorem post ipsius domini comparitionem gestos, vt rectè & ad rem considerat idem Vant. de nullit. d. c. 11. Ro. cõsi. 76. nu. 2. Alex. consi. 128. col. fin. lib. 6. Boer. q. 347. in fin. pulchrè Ro. d. consi. 76. vbi an & quando per comparitionem domini censeatur procurator reuocatus. Quæ sententia adiuuatur ex concl. quæ habet, quòd pcurator ille præsumitur, quem dominus scit causam suam suo nomine agere, & non contradicit, teste Bal. in l. fi. in fi. C. de iud. Ro. cõsi. 170. vbi declarat procedere ex parte actoris non rei, itẽ alia concl. q dominus sciens procuratorem suum aliquid egisse: non protestans, dicitur factum approbare, secundu Oldr. consi. 199. col. 2. Fel. in c. cum olim, el 3. col. 3. nu. 7. de offi. dele de quo uide quæ ponit Aufr. ad Capel. Tolo. q. 125. 271. Ro. d. consi. 170. in prin. & fac. Ale. cons. 80. col. pe. li. 4. consi. 84. lib. 5. & ita in casu prædicto non censeri reuocatum procuratorem iudicatũ fuit ex relatione magnifici D. Antonij Signorij in hac ciuitate aduocati, habito etiam prius uoto a peritis, de Anno. 1572.

* Per mortẽ. Adde qñ mandatũ morte constituẽtis nõ finiať; & vide Ro. consi. 202. nu. 3. 4. & seq. ubi declarat, & dic, q mãdatũ, qđ est necessitatis non reuocatur morte mandãti. Ideo executor cui à superiore mãdatũ est, vt i possessionẽ mittat, vel aliud faciat mortuo mãdã. seu finito eius officio exeq poterit, Lafr. cõcl. 57. cui Adde, q licèt mãdatũ finiať

 morte

morte, fallit tamen in mãdato procuratoris in rem suam, secundum Barto. in l. 2. §. 1. ff. de don. Ias. in l. Rogasti. §. si fugitiuus. col. 1. in fi. ff. si cert. pet. Declara ut per eundem in l. eius qui in prouincia. §. placebat. ff. eo. tit. vbi ponit Reg. cum ampl. & limit. & in §. quos uerò. nu. 8. Alexan. consi. 129. lib. 6. Hypol. sing. 44. Masuer.

* Certioratio, Adde, quod mandati reuocatio expressè ad effectum inualidan. processum, formiter parti seu iudici intimari debet, secundum Vant. de nullit. c. 11. num. 159. & seq. ubi plura no. pro quo fac. quæ scribit Ias. in l. Rogasti. §. si fugitiuus. nu. 3. ff. si cert. pet. ubi de procuratore, qui mutauit conditionem in deterius: quod intelligatur reuocatũ mandatum, amplia & limita ut per eum ibi, & fac. quæ idem Ias. not. in l. si pecuniam. §. si seruum, col. 1. ff. de cõd. caus. dat. cui adde, quod non ualet reuocatio procuratoris iudicialis, uel extraiudicialis, si non fuit intimata procuratori, iuxta not. per Fel. in c. ex parte decani. col. 4. & 7. ubi ponit. x. fall. de rescript. & an ualeat quod fecit procur. post reuocationem, vide prac. Bal. tit. de procur. q. 11. & tit. de iurisd. q. 7. qua in materia dic, quod reuocatio mandati, quando ex reuocatione mandatarius non læditur, non debet ad mandatarij notitiam peruenire, teste Bar. in l. si pater. ff. de manumiss. vindic. de qua reuocatione procuratoris, vide quæ scribit Rom. sing. 316. 371. consi. 367. 4. dub. Masuer.

* Notitia, Adde, quod actus factus post reuocationem mandati non ualet, etia si reuocatio non uenit in notitiam mandatarij, secundum Ias. in l. si pecuniam. §. si seruum. col. 1. nu. 4. & seq. ff. de cond. caus. dat. in l. si quis mihi bona. §. si corã. nu. 10. ff. de acq. hær. distingue tamen, ut per eũ ibi.

PECCANS in Materia & in forma. Hæc omnia cũ præcedentibus declara, ut suprascriptum est circa responsionem primi libelli.

ET sub protestatione. Aduerte quòd hæc protestatio est multum utilis, ut aliàs dixi, & ideo de ea non obliuiscaris.

SVMMARIVM.

1 *Excusionis materia difficilis est.*
2 *Exceptio excusionis quando opponatur.*
3 *Exceptione excusionis proposita, iudex non procedit in principali causa, donec fuerit super ea cognitum & decisum. & pendente huiusmodi cognitione tempus instantia causæ principalis non currit iudici nec partibus.*
4 *Excusio quid sit.*
5 *Excusio quibus casibus fiat.*
Notorium quem non esse soluendo, probatur per librum æstimi.
6 *Excusio quando fiat.*
7 *Excusio quando cesset. & nu. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Bona sunt excutienda post excusionem personæ.*
13 *Excusio prædicta quando fiat.*
14 *Quæ fieri possunt in causa principali, possunt fieri in causa appellationis.*
15 *Excusio in quo loco fiat.*
16 *Excusionis quæ forma sit.*
17 *Executori soli aliquid referenti, an sit credendum.*
18 *Possessor rei obligatæ, an sit citandus, in excusione fienda.*
19 *Sententia an super excusione ferenda sit.*
20 *Citatio extraneorum possessorum rerum obligatarum requiritur in sententia ferenda super eorum excusione.*
21 *Sententia super excusione, an sit diffinitiua, uel interlocutoria.*
22 *Sententia super bonorum excusione, an sit appellabilis.*
23 *Opponens exceptionem excusionis, usque ad quod tempus audiatur.*
24 *Excusio ad instantiam unius creditoris, an prosit alijs eiusdem debitoris creditoribus.*
25 *Excusio contra possessorem rei obligatæ non præiudicat alijs possessoribus non citatis.*
26 *Iudicium pendens super excusione an cesset, debitore effecto herede euidenter hæreditatis.*
27 *Possessores plures rerum obligatarum conuenti actione hypothecaria, an diuisionis beneficium habeant.*
28 *Causa pignoris est indiuidua.*
29 *Mulieri agenti ad bona mariti sibi pro dote obligata, an obijci possit, ut bona per maritum de ipsius uoluntate alienata compenset.*
30 *Muliere deueniente marito ad inopiam, agens contra bona sibi pro dote obligata, de uoluntate sua alienata, an audiatur.*
31 *Nuncio referente bona inuenisse pro excusione, an contra extraneum hypothecaria cesset.*
32 *Quid si debitoris bona sint pro parte soluendo & pro parte non.*

* EXCEPTIONEM excusionis.* † Hic
1 est multum aduertendum circa materiam excusionis, quæ frequens est, & difficilis, super qua composuit Ia. de Aret. quẽdam singularem tractatum, & de ipsa etiam tangunt Cy. & Doct. in auth. præsente. C. de fide iu. & in auth.
2 hoc si debitor. C. de pig. † Pro cuius euidentia præmitto, quòd exceptio hæc debet opponi in primordio litis, & opposita habet processum impedire, licet aliqui dicãt etiam post litem conte. posse opponi, ut hoc no. per glo. & Doc. in d. auth. hoc si debitor, & in §. sed neque. in Auth. de fideius. & de ipsius exceptionis natura plenius no. per glo. & Doct. maximè per Bart. in l. 3. ff. de exce. & per Cy. & per Doc. in l. exceptionem. C. de prob. & Spec. in titu. de
3 exce. † vnde ipsa exceptione opposita statim [a] ligatæ sunt
a manus iudicis, ne possit in principali causa procedere donec super ea fuerit cognitum & decisum, ut in l. fin. C. de exce. & in l. 1. & 2. cum ibi no. C. de ord. iud. per quod sequitur quòd interim pendẽte huiusmodi cognitione nullum tempus instantiæ principalis causæ currit iudici, nec partibus. argu. eorum quæ not. Cy. in l. fi. in fi. C. de fi. instr. quod multum no. pro statutis terrarum, quibus præfigi-
4 tur certus terminus ad terminãdum causas. † Deinde quæritur, quid sit excusio, vbi respondetur secundum Iac. de Are. quod est quædam diligens, & districtissima inquisitio ac discretio rerum, & bonorum principalis debitoris facta per iudicem usque ad peram & sacculum, secundùm quod probatur in l. 1. in fin. C. de decu. lib. 10. & C. quo qs or. conue. l. 2. lib. 11. & ff. de his quæ in fra. cre. l. fin. §. fin.
5 † Item quæritur, quibus casibus sit fiẽda excusio? dic quòd in pluribus, quos specialiter demonstrare prolixum esset, sed sufficiat allegare. ll. Et quidẽ fienda est excusio, quando creditor agit hypothecaria contra extraneum possessorem rei obligatæ, ut habetur in d. auth. hoc si debitor. C. de pign. Et eodem modo si agatur contra fideiussorem antequam actum sit contra principalem, ut in auth. præsente C. de fideius. & in cor. vnde sumitur. nisi renunciasset huic beneficio excusionis, ut fit communiter in instrumẽtis, ut infra dicam. Idemque dicendum excusioni locum fore in casibus in his. ll. cõprehensis, ut in l. 3. in fi. C. de cõue. fis. de or. lib. 10. & l. 1. C. de decu. & d. l. 2. C. quo quis con. & C. de ac. & ob. auth. nouo iure. C. quãdo fis. uel priua. l. pe. & C. de reu. his quæ in fra. cre. l. 1. C. de mag. con. l. aduersus. ff. de admi. tu. l. 3. §. nec pater, & l. Lucius. §. cum testamento, secundùm primam lec. & ff. de mag. con. l. 1. §. si inter. & ff. si cer. pe. l. fi. ff. de iu. fis. l. Moschis. † Quando an-
6 autem sit hæc excusio fienda, certè tunc cùm dubium est aut omnino certum, principalem debitorem esse soluendo. ubi autem certum, uel notorium esset, eum nõ esse sol-
* uendo, * nec idoneum, tunc secundùm Ia. de Are. non est excusio necessaria per l. decem. in fi. ff. de verb. obl. quod ibi laudat Bar. & hanc opin. sequitur Iac. de Bel. in Auth. de fidei. §. fi. ad quod facit d. l. fi. ff. si cer. pe. & l. emptorem. §. 1. ff. de ac. em. debet tamen probari sic notorium uel certum esse, quod quidem fiet per testes uel per librum communis in quo sunt eius bona descripta secũdùm Bar. ut per
7 eum no. in l. decem. † Item cessat excusio, [b] quando debi-
b tor est absens, ita quòd non potest conueniri, ut in Auth. de fideius. §. 1. & C. de pign. auth. hoc ita, & C. de fideiu. auth. præsente. uel mutauit conditionem status & personæ, sic quòd non potest habiliter conueniri, ut quia est effectus magnus dominus, uel tyrannus, uel aliter potens, moramque trahens in castro forti, secundùm eundem Barto. vbi supra & quod not. per glo. in l. 2. in princ. ff. qui

8 ff.qui satisd.cog. † Item cessat excusio, si creditor agat cõtra debitorem debitoris sui, quod facere potest per l.nomen.C.quæ res pi.ob.pos. secundùm quòd deter.Cy.in d.l.nomen, & per Iac.But.in d.auth.hoc si debitor. Et huius est ratio secundum eos, quia excusio locum habet, quando per extraneum res obligata possidetur, sed ipsum nomen à debitore possidetur per ipsum principalem debitorem, quia in eo residet actio & obligatio qua astringitur
9 ipsum nomen, meritò ergo cessat excusio. † Item cessat excusio si debitor, vt fit communiter in instrumentis, con
c stituit [c] se possidere bona sua nomine creditoris, & sic in creditorem rei obligatæ possessio trãsferatur, vt l.1.§. per seruum corporaliter, & l.qui pign.ff.de acquir.poss.& pro hoc glo.& Doct.in l. cum notissimi.§.sed illud.C.de præscrip.30.ann.hoc quidem casu, si talem rem debitor alienet in extraneum, poterit creditor possessionem ipsius rei reuocare per beneficium, seu condictionem ex l.fin.C.de acquir.poss.nec erit locus procedendò per hanc viam alicui excusioni, quæ locum habet si intentaretur actio hypothecaria, ut deter.Barto.in l.creditor, in 2.q.princ.C.de pigno. & post eum.d.Bald.in l.si hæres.C.de reuo.his quæ
d in fraud.cred. [d] Et huius differentiæ ratio est, quia actio hypothecaria auocat possessionem debitoris. Sed condictio ex d.l.fin.auocat possessionem propriam ipsius creditoris, vnde æquitas illa quæ causat executionem debitoris cessat in ea quæ respicit possessionem ipsius creditoris. est ergo optimum consilium ad euitandum excusionem, in-
10 tentare semper beneficium d.l.fin. † Item cessat excusio, si debitor bonis cesserit, ita quòd conueniri non potest. vt l.1.& 2.ff.& C.de ce.bon.secundum quod deter. Cyn.in d.
11 auth.hoc si debitor. † Item cessat excusio, si renunciatum foret beneficio excusionis, quæ renunciatio procedit in fideiussoribus & pluribus reis debendi, sed in principali
12 debitore renunciante non procedit. † Hic tamen insurgit dubium, posito quòd propter personæ absentiam, vel cessionem bonorum sit persona excussa, an bona eorum sint excutienda, cum sit possibile eos reliquisse bona vacãtia? dic breuiter quòd sic, secundum Iaco.ut But. per eum not.in d.auctén.hoc si debitor, argum. in l.præsenti.§.cum autem, & §.sicubi.C.de his qui ad eccle.confu.dabitur curator bonis ipsis vacantibus, qui actiones suscipiet tam personales quàm reales secundum Iacob.de Bel. vt in l.2.C.bon.vac.& in l.1.& 2.ff.de cura.bon.dan.& per eum no.
13 in d.§.sed neque, & in Authen.de fide.† Procedit autem & fieri debet hæc excusio regulariter, siue agatur ex hypothecaria tacita, siue expressa, ut not.in d.§.sed neque, & l.Moschis.ff.de iure fisci. Et potest fieri hæc excusio etiam ante libellum oblatum in hypothecaria, & potest iudicio pendente secundum Iacob. de Aret.in l.si rem.§.fin.ff.de pigno.actio.& si fortasse non fuit facta in causa principali, poterit tamen fieri in causa appellationis, secundum
14 eum, per regulam quæ est, quòd† omnia quæ fieri possunt in causa principali, possunt fieri in causa appellationis, vt not.in l.1.ff.nil no.app.pen.& in cap.si non solum, de appel.lib.6.uerumtamen si sententia lata fuerit non præcedente discussione, non uitiabitur per hoc sententia, sed poterit appellari, argum.l.1.C.de appel. secundum Doct.
15 † Nunc autem quæritur de forma excussionis, & in quo loco sit fienda. circa quod aduertendum est, quòd si quæritur, vbi & in quo loco fienda sit, uidetur quòd solummodo in loco ubi agitur, & non alibi, cùm satis durum & absurdum foret, quòd actor teneatur circuire alienam prouinciam, & exire propriam, seu illam in qua contractus est celebratus, vel solutio destinata, argum. in l.sed hæ.§.non solum.ff de procu.& l.cum dies.§.si arbiter.ff. de arb. In contrarium uidetur, nam & si debitor habeat bona in aliena prouincia, reputabitur propter illa esse soluendo, ergo de illis est fienda excusio per illum iudicem in cuius territorio res sitæ sunt, argum.ff. de bo.auct.iu.possi.l.cum vnus.§.1.& C.de iudi.l.properandum.§.si autẽ reus, & hanc partem videtur sequi Ia.antedictus. Alij verò distinguunt. Aut excusio fieri potest in alieno loco sine difficultate, & tunc erit fienda, argum.l.præsenti.§.cum autem.C.de his qui ad eccle.confu. Aut fieret cum difficultate, & tunc secus, argumen. d.§.non solum, & in l.sed &
16 hæ, & in Authen.de fideiusso.§ 1. † Item quæritur, qua forma fiet excusio super quo aduertendum est, quòd excusio est duplex, una est personarum, alia est bonorum: excusio personarum est præmittenda, ut prius conueniatur debitor principalis quàm fideiussor, ut in auth. præsente. & in cor.unde sumitur.C. de fide. nisi fideiussor renunciasset illi legi, quo casu postea deuenitur ad extraneum bonorum possessorem, ita quòd ordo talis erit, quia debitor vocabitur ad iudicium si præsens est, & si confitebitur debitum, aut si negauerit & fuerit de debito probatum, condemnabitur per iudicem, ut habetur in auth.hoc si debitor.C.de pigno. quæ sententia facit plenam fidem contra fideiussorem & quemlibet possessorem de ipso debito, ut ibi probatur, postque fiet ipsius sententiæ executio in bonis ipsius debitoris, si aliqua reperiantur, ut C.quando fis.uel priua.l.2. ubi autem ipse debitor nihil habet in bonis, & sic solam allegat inopiam, uel est in totali contumacia comparendi, & tunc non est necessaria aliqua sententia, sed simpliciter ad bonorum inquisitionem procedi potest, argum.C.de his quæ in fraud.credito.l.1.ff.de mag.conue.l.1.§.inter, & de iure fi.l.Moschis. Et idem seruatur in fideiussore & eius bonis, si conueniatur, quibus casibus poterit iudex cogere & compellere utrunque tam debitorem quàm fideiussorem per proprium iuramentum manifestare, & indicare bona sua & multare eos si fuerint in hoc contumaces, argum.C.de iure deliber.l.scimus.§.licentia, & C.quando & quibus quarta pars debe.l.1.§.in exhibendi, lib.10.& ff.de ces.bono.l.pen.secundùm Ia.immo amplius compellere ad hoc poterit uxorem, filios, & domesticos eorum, qui possunt uerisimiliter habere nota bona ipsorum, argum.C.de repud.l.consensu.§.seruis, & adhuc fortius poterit ipse iudex de ipsorum facultatibus informari à uicinis, & eorum propinquis, tam super ueritate, quàm super fama & communi opin.inopiæ, uel diuitiarum ipsorum, & sufficit si deposuerit, famam & communem opin.esse in loco domicilij, ipsos fore inopes, & non soluendo, secundum Iac.prædictum, argu.l.cum de lanio-
17 nis.§.asinam.ff.de fundo instr.u.l.1.ff.de flum. † Alio etiam modo magis communi, & usitato fit excusio, hoc modo uidelicet, quia iudex imponit uni uel duobus executoribus, quos seruitores communis uulgariter appellamus, qui uadant ad domum & in uicinia solitæ habitationis debitoris, & ibidem diligenter inquirant ab uxore, filijs, uicinis eius & domesticis, & hoc etiam per proclama publicè nunciet, si est aliqua persona, quæ nouerit, an talis debitor possideat aliqua bona, & ubi, & in qua parte, & quæ & qualia, hoc notificare debeat ipsis executoribus, & inde referant ipsi iudici quicquid reperierint. Et notãdum, secundum eundem Iaco.ꝙ melius est committere duobus quàm uni soli, per regulam l.ubi numerus.ff.de testib.licet communis consuetudo se habeat uni soli committere, si-
* cut fit in certis actibus: & huic soli relationi plena fides ꝑ iudicem adhibebitur, iuxta not.per Barto.in l.in illa stipulatione.ff.de uer.obl.in princ.& Iac.de Arena in dicto suo tract.& hæc etiam his legibus comprobãtur uidelicet, per l.præsenti.§.de his.C.de his qui ad eccl.confu. & ff.mand.l.si mandauero tibi, & de custo.re.l.diuus.& C. de accus.l.ea quidem, cum ibi no.C.de re.co.l.magis puto §.ne pas-
18 sim.† Vlterius quæritur, an in hac excusione fiẽda sit possessor rei obligatæ citandus? dic ꝙ aut lis est mota & iudiciũ pendet contra ipsum in actione hypothecaria, & tunc est citandus specialiter per regulã l.de unoquoq;.ff.de re iu.& l.nã ita diuus.ff.de ado.& l.in cõcedẽdo, de aqua plu.arc.l.2.in fi.C.si propter pub.pen.aut nullũ est iudiciũ inchoatum, nec pendet contra eũ, & tunc sufficit citatio generalis

neralis per proclama, quod dicatur. ¶Quòd si est aliqua p-sona, quæ velit se opponere cõtra talem excusionem, cõparere debeat infra talem terminum, ¶ nam cum hoc casu nonfiat hęc excusio cõtra certã pfonam, sufficit q̃ fiat citatio in genere, arg. l. si eo tempore. C. de remis. pi. & ff. ex qui cau. in pos. ea l. hæc autem. §. 1. patet ergo quòd vel specialis citatio vel generalis est necessaria, faciunt etiam
29 ad præmissa, l. 2. in fi. & d. §. ne passim. ff. de admi. tu. † Sed facta hac inquisitione & excusione quæri solet, an super ea ferenda sit sententia, uidelicet factam esse vel non esse legitimè ipsam excusionẽ. & super hoc Ia. But. in d. auth. præsente. dixit quod non, arg. l. sancimus. C. ad Tre. Sed Ia. de Are. & communiter alij Doc. tenẽt contra, vt plenè no Cy. in d. auth. præsente. & in auth. hoc si debitor, ar. ff. de confir. tu. l. tutores, & l. non tantum. §. senatus. ff. de fideicom. li. quam opin. sequitur Bar. in l. exitus controuersiæ. ff. de acqui. pos. pro qua opi. facit illa regula l. de qua
30 re. ff. de iud. † Sed an citabuntur extranei possessores, * rerum obligatarum ad hanc sententiam audiendam? dic quòd sic, modo quo supra dictum est vers. vlterius quæritur. quod etiam sequitur Bart. in d. l. decem. ff. de ver. ob. pro quo facit glo. in l. cum miles. §. 1. ff. ex quib. cau. ma. &
31 in auth. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. † Sed an sententia erit diffinitiua, vel interloquutoria? distingue, aut est lata pendente iudicio habito specialiter contra extraneum possessorem super actione hypothecaria, & tũc erit interlocutoria: aut nullo speciali iudicio pendente contra certam personam, & tunc erit diffinitiua, arg. l. quod iussit, cum ibi nota ff. de re iu. & l. creditor. §. iussus. ff. de
32 † appel. Et ex hoc colligitur decisio, an ab ipsa sententia possit appellari, nam eo casu quo est diffinitiua, potest appellari, per regulam, l. & in maioribus. C. de appellat. Vbi verò fuit interlocutoria, nequaquam, vt l. ante sententiæ tempus. C. quo appe. non reci. facit ad prædicta, l. credi-
33 † tor. §. iussus. ff. de appellat. Deinde quæritur, vsque ad quantum tempus audiatur opponens exceptionem excussionis? distingue, aut procedit in excusione contra personam incertam, & tunc auditur quilibet se opponens infra terminum proclamationis à iudice præfixum, vt l. si eo tempore, cum sim. C. de rem. pig. aut proceditur contra personam certam, puta contra extraneũ possessorem agendo hypothecaria actione, & tũc secundùm glo. potest opponi talis exceptio excusionis vsque ad sententiam dif-
34 finitiuam. vt no. in l. 3. ff. de excep. † Sed nunquid excussio * facta ad instantiam vnius creditoris prosit alijs creditoribus eiusdem debitoris? videtur quòd sic arg. l. si. C. de bo. auc. iud. pos. & l. cum vnus, in prin. ff. eo. titu. cum sim. ibi not. In contrarium facit, quia ciuiles actus regulariter alijs nõ prosunt, vt patet in litis contest. vt no. per glo. in l. 2. C. de acq. posse. & in l. naturaliter. ff. de diuer. & temp. præscr. ergo nec ista excusio quæ est actus ciuilis: & hanc partem tenet Iac. But. & sic dicit in practica obseruari, vt ipse not. in d. auct. præsente. & in d. l. fin. arg. d. §. sed
35 neque. † Similiter nec talis excusio facta cõtra vnum possessorẽ rei alicuius obligatæ prçiudicare habebit alijs possessoribus qui non fuerint citati generaliter, vel specialiter, vt C. res inter alios acta. per totum. & l. sæpe. in prin.
36 & §. 1. ff. de re iud. † Quid ergo dicemus, si pendente iudicio super excusione cõtra certam vel incertam personã debitor fuerit hæres institutus in opulenta hæreditate, vel donata fuerunt sibi multa bona, an cessabit excusio dicit Iaco. de Aret. quòd non, argu. l. pen. §. si ff. qui sa. cog. & de app l. fina. in fi. Si autem sententia super excusione lata esset, & excipiatur contra eius executionem, quòd auctæ sunt debitoris facultates, & factus est soluẽdo, tunc secundùm ipsum distinguendum est: aut ipse excipiens, qui conuenitur, fuit ante sententiam citatus vel conuictus, & tunc nõ auditur vlterius, nec tali exceptione iuuatur, quia quo ad eum sentẽtia habetur pro veritate, & plena probatione. l. ingenuum. ff. de sta. ho. & l. res iudicata, de reg. iu.

Aut non fuit citatus, neque conuictus, & tũc est audiẽdus, & impedit executionem sententię probata ipsa exceptione, quia quo ad eum sentẽtia nõ habet effectum d. l. sæpe,
27 & C. res inter alios acta † Sed nũquid plures possessores rerum obligatarũ conuenti actione hypothecaria habeãt bñficiũ diuisionis, sicut plures fideiussores? Dic q̃ nõ, secũdũ eundem Ia. & not. in d. l. Moschis, de iure fisci, ad quod facit l. fin. C. si vnus ex pluribus app. & ff. de distrac. pig. l. cre-
28 ditoris. † quoniam causa pignoris indiuidua est. l. rem hæ-
29 reditariam. ff. de euic. & l. pignoris. ff. de pign. † Sed pone quæstionẽ multoties occurrentem. Ecce quòd mulier * in contractu alienationis certorum bonorũ mariti, sibi pro dote obligatorũ renunciauit iuri pignoris, & hypothecarum, quod facere potest. vt in l. etiam. C. ad uelle. deinde mortuo viro agit ipsa mulier pro sua dote contra quendã alium possessorem alterius rei sibi pro dote obligatæ, qui excipiendo dicit, mulierem debere prius deducere, & sibi compensare, quantum consequi potuit pro eius dote, & super bonis alienatis de eius voluntate, & consensu, quæritur an possessor iste conuentus sit audiendus? & videtur quòd sic, argu. l. quæsitum. §. si annua. ff. de pecu. In contrarium dico, nam talis consensus non porrigitur ad alium actum vel contractum, nec ad aliam rem vel personam, quam ad eum vel eam in quo seu qua accommodatus est consensus, vt l. iubemus. C. ad Vell. & ibi per Cy. & alios Doct. Quod autem dixi, mulierem posse in contractu renunciare iuri pignoris, & hypothecæ, intellige verum, si nulla contrahitur donatio; secus vbi per talem renunciationem contraheretur donatio, quia tunc si renunciaret, renunciatio est nulla, & hoc contingit, vbi soluendo non esset, & ita tenet Iac. de Are. in l. Mæuia. in fin. ff. so. ma. nec firmaretur iuramento talis renunciatio, quia donatio resistit, vnde talis contractus de iure reprobatus non firmatur iuramento, vt in l. non dubium. C. de leg. & not. in l. pactum. C. de colla. & ideo cõtrahens cum viro existente non soluendo, quod in multis hodie contingit, sit cautus, quòd accipiat fideiussorem vel expromissorem, nec sit cõtentus quòd vxor eius consentiat tali cõtractui, & iuri hypothecarum renunciet, quia non obest talis consensus mulieri, ex quo vir soluendo non est, vt dictum est: quod intellige verum, nisi mulier in instrumento confiteatur ad suas manus pecuniam peruenisse, tunc enim per conuentionem pecuniæ extinguitur ius pignoris, dum tamen mulieri potuerit solui dos constante matrimonio, sicut est in casibus in l. 1. ff. solu. matr. & in l. mutus. §. manente. ff. de iu.
30 do. Ange. in d. l. iubemus. C. ad Velle. † Quid autem si mulier consensit alienationi rerum sibi pro dote obligatarum, factę per maritum suum, deinde ipse vir antequã moriatur reducitur ad paupertatem, an audietur mulier agens contra ipsos emptores? Iac. de Bel. tenet quòd sic, in Auct. vt immobilia ante nup. dona. &c. col. 5. Et idem sequitur Iac. de Are. in d. l. iubemus, pro qua videtur tex. in
31 c. peruenit. de emp. & vendi. † Deinde quæritur, pone quòd in hac excusione nuncius refert iudici se reperisse certa bona, de quibus quæstio pendet contra debitorem, an per hoc cessabit hypothecaria contra extraneum? Dic breuiter, quòd aut debitor ipse possidet hanc rem litigiosam, & tunc ad eam debet primò haberi recursus, & sic cessabit hypothecaria interim contra extraneum: aut ille aduersarius debitor possidet, & tunc non cessabit hypothecaria contra ipsum extraneum, arg. l. a diuo Pio. §. si super rebus, & quod ibi nota. ff. de re iu. facit quod not. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro ma. & l. 3. C. quando fisc.
32 uel priuat. † Vltimò circa hanc materiam quid dices, si bona debitoris reperiantur pro parte soluendo, & parte non, an cessabit in totum hypothecaria cõtra extraneum? Dic quòd cessabit pro sola parte, qua non reperiuntur esse soluendo, ut in aucten. præsente, præallegat. & not. in d. l. Moschis. de iure fisci. & l. fin. ff. si cer. pet.

AD-

ADDITIONES.

* Excusionis, Adde quando proceditur sola facta veritate inspecta, an impediatur excusionis exceptio, & Dic, eam excep. non esse merè de apicibus iuris, sed etiam æquitati consentaneam, & ideo non reijcien. ubi secundum æquitatem & ueritatem proceditur, teste Osac. decis. 2. nu. 11. qui post nume. 14. distinguit, aut loquimur de fideiussore oppones. excep. excuss. & in ea locum habet prima opin. ut uirtute clausulæ sola facti &c. opponi non posit, cum ex facto suo obligetur fideiussor, ideo ei imputan. quia non potuit prætendere ignorantiam obligationis principalis, sine qua sua cōsistere nequit, Nam, & si cogitare potuit, inquit ipse, de iure auc. regulariter sibi cōpetere excep. excus. cogitare etiam debuit quòd uirtute d clausulæ sublata esset omnis solemnitas iuris positiui, Aut loquimur de excep. excus. opposita à tertio possessore conuento hypothecaria: & tunc uerior est 2. opi. ut prius conueniatur principalis, uel hæres, si opponatur. Ratio est, quia huic nihil imputari potest, cū non obliget ex aliquo facto suo, & iustam ignorantiæ causam habeat, an eius auctor esset obligatus, quod limitatur non procedere, ubi tertius possessor sciuisset priorem hypothecam, dicit tamen senatum passim utroque casu solere excep. excusi admittere, si opponatur, de qua uide quæ scribunt Aret Ias. & alij in §. item si quis, inst de actio. Barto. in §. sed neque, in auc. de fideiuss. Paris. consi. 50. lib. 1. Alexand. consi. 114. lib 6. post Rom. consi. 416. 1. dub. Dec. consi. 27. col. 2. in l. fi. num. 22. ff. si cert. pet. Rol. consi. 9. nu. 21. consi. 14. num. 15. consil. 71. num. 38. consi. 79. num. 25. lib. 1. & d. consi. 14. nu. 15. & seq. ubi in specie dicit, exceptionē excusionis opponi nō posse, quando proceditur sola facti veritate inspecta, quando autem opponi debeat beneficium excusionis generaliter, uel specialiter, & quid in iudicijs summarijs, & quid quando quis constituit se principalem debitorem animo nouandi, an requiratur excusio, uide Alex. consil. 32. lib. 4. & Dic, quòd quando quis promittit indemnitatem, & renuntiat, non potest etiam conueniri nisi facta excusione, secundum Rom. consi. 221. 241. & de ampliatione ad auth. hoc si debitor, hic per Pap. alleg. ut facta excusione de nouo fieri debeat, uide Alex. consi. 100. lib. 5. Paris. consi. 50. ferè per tot. lib. 1. quid quando agitur contra debitorem debitoris: an debeat præcedere discussio, & Dic, ut per Bart. in l. si conuenerit 1. respon. num. 4. ff. de pign. act. ubi uidetur concludere pro negatiua, cui Adde quæ idem Bart. scribit in l. grege. §. cum pignori nume. 4. ff. de pig. Cepol. cautel. 31. melius per Alex. consi. 17. col. 2. circa fi. lib. 2. consi. 15. col. fin. in prin. lib. 5. ubi secundū magis communem opin. quando tractatur, quòd creditor exigat, nomen debitoris sibi obligatum, non requiritur excusio, ita Alex. d. consi. ubi ponit declarationē ad auth. sed hodie C. de act. & obl.

* Non esse soluendo, Adde quod hanc opi. dicit communē Rol. consi. 9. num. 20. consi. 79. num. 26. consi. 99. num. 13. lib. 1. Capic. decis. 14. col. 2. & si. declara tamen ut per Ro. consi. 211. ante nu. 4. ubi post plura, quòd nihilominus præcedere debet declaratoria, qualiter debitor soluendo non sit, ut idem Rom. scribit consil. 241. num. 7. ubi dicit communem, & d. consi. 211. col. 3. ubi rem plenius tractat. Masuer.

* Relationi, Adde, quòd quando fit discusio bonorum principalis debitoris, ad hoc ut posit haberi regressus contra fideiussores, iuxta auth. præsente. C. de fideius. uel ad hoc ut posit perueniri contra tertios bonorum possessores, iuxta auth. hoc si debitor, quòd non sufficit relatio nuntij publici facta in actis, sed requiritur etiam pronuntiatio iudicis, & etiam super notorio, quòd quis non sit soluendo, secundum Ias. in l. stipulatio §. habet autem, col. 2. in prin. & à num. 6. usque ad 10. ff. de ope. nou. nunc. ubi sequitur opin. Bar. de quo per eum in l. persecutione. col. 2. circa fin. C. de pig. Turz. concl. 52. sed in hac Subalpina patria stamus dispositioni Ducal. decretorum lib. 3. cap. 40. titu. de excuss. ad dicta aure. Pap. hic uer. sed facta inquisitione, Adde Ro. consi. 93. col. fi. consi. 211. nu. 5. Paris. consi. 50. lib. 1. Masuer.

* Extranei possessores, Adde Ias. in l. decem. num. 37. 41. ff. de ver. ob. Rol. consi. 9. nu. 8. lib. 1.

* Excusio. Adde, quòd excusio unius creditoris prodest alijs, teste Bal. in auth. hoc si debitor, uer. quærit etiam, C. de pig. Ias. in §. Item si quis in fraudem, nu. 82. Inst. de act.

* Mulier. Adde, quòd licet mulier renunciauerit iuri hypothecæ dotium, si tamen tempore quo agitur ad restitutionem dotis non sit in facultatibus mariti unde mulier pro dotis consecutione consuli posit, mulier ipsa habebit regressum ad bona alienata, quorū hypothecæ renuntiauit fauore dotium, teste Afflic. decis. 313. 336. Rol. consi. 70. in prin. lib. 2. Paris. consi. 75. lib. 3. Bar. in l. Meuia. §. fundus ff. sol. mat. ubi etiam Cast. not. Rom. consi. 187. quid autem sit, quando mulier simul cum uiro uendidit? & dic, ut per Alex. consi. 59. lib. 1. ubi loquitur de contractu iurat. & de statuto tales contractus irritante, eundem Alex. consi. 38. lib. 2. ubi de c. cum contingat, de iureiur. & c. licet eod. tit. lib. 6. eundem Alex. consi. 109. lib. 4. consi. 7. num. 6. lib. 6. consi. 27. lib. 2. consi. 146. lib. 7. prac. Masueri tit. de oblig. & renun. nu. 13. uer. item si mulier, distingue, ut per eum ibi, & Curt. Iun. in l. si tibi decem. §. de pignore, colu. pen. post prin. & col. 4. circa fin. ff. de pac. ubi si mulier remittat ius hypothecæ, an ualeat ea remissio, ad quæ fac. quæ Bal. scribit in l. 1. col. 2. uersi. prædicta. C. de duob. reis, ubi ponit q. quando uir & uxor rem uendiderunt, & in dotis repetitione obijcitur mulieri pecuniæ compensatio quā cōfessa fuerat ad se superuenisse, & ibi deciditur, quòd ea compensatio opponi non posit, qua de re uide Boer. q. 23. col. 2. par. 1. Nat. consi. 552. li. 3. ubi declarat Alex. d. cōs. 38. lib. 2. Aym. consi. 90. Rol. consi. 64. nu. 10. lib. 1. secundum quos uidi aliquando iudicatum pro muliere, quæ sententia nitebatur doc. Ioan. Fab. inst. quib. alien. lic. uel non §. 1. ubi Hypol. Riminal. Ferrar. plura not. Item glo. in dic. c. cum cōtingat, in glo. uer. nō debent, uer. uel dic, ubi. Imol. & Alc. & ex not. per Paris. d. consi. 75. col. 1. circa fi. & col. 2. in prin. Affli. decis. 311. & duab. seq. Rom. consil. 140. d. consi. 187. Rol. consi. 25. num. 11. d. consi. 70. num. 24. lib. 2. Guid. Pap. q. 350. Villalob. inter com. opin. lib. 2. uer. bona, Rip. respons. 123. 127. Prac. Pap. form. lib. pro don. uer. ex causa, col. fin. Suarez. lib. co. opi. uer. mulieres in qua q. excell. huius patriæ Subalpinæ senatus ex causa iudicauit pro & contra, & uidi sententias. Masuer.

a Statim. idem tenet Bal. in l. 1. C. ne quid in f. au. patr. in 2. col. Bar. Bal. & Pau. de Cast. in l. 2. C. communi diui. Iac. de Are. trac. excus.

b Item cessat excusio, quando debitor constituit precario nomine creditoris possidere, quuibusdam rebus alienatis nulla facta excusione contra extraneos possessores potest creditor agere non hypothecaria; quia excus. requitur, sed condictione ex l. fin. C. de acquiren. possess. quod est ualde utile Bonon. qui utuntur precario, igitur sint cauti creditores in apponendo precarium in obligatione. ista sunt notab. uerba Ang. in l. 2. §. hac actione. ff. ui bon. ra. dicens hanc fuisse inuentionem Vber. de Bo. Idē Ang. in l. exitus ff. de acq. poss. & in l. ex liberis C. eo. ti. & loquitur semper Ang. in precario, per Bal. in l. fi. C. de acq. poss. Idem Ang. & But. in l. fi. C. de actio. & oblig. & quando adest constitutum, propria auctoritate potest creditor ingredi per uim etiam si inuenerit resistentem, quia est defensio non offensio, Barto. in l. 3. C. de pign. in quarta q. ibi, sed pone quòd debitor. Angel. in d. §. hac actione, & in d. l. fin. Bald. in l. 1. C. de re. his quæ in frau. alien. sunt. quæ incip. si hæres, quod not. semper. & Angel. allega. glossa in dicto §. hac actione. Ad primum allegatur Iaco. Butr. & Barto. in re-

pe.d.l.creditores,quæ est l.3.supra alle.idem Bald.in quodam suo consi.quod incip.in Christi nomine amen alle.& ita tenet Ioan.Andr.in addi.Specu.in titu.de emp.& vend. §.1.versi.quid iuris si volens,& ita plerunque consulendo placuit Ang.& talis possessio translata per constitutum perditur,sed fingitur non perdita propter promptum recuperandi remedium,ita Ang.in l.peregre.§.quibus.ff.de acquiren.possel.circa fin.dicens Ang. ibi circa princip.quòd etiam merus detentator habet actionem in factum & officium iudicis ad detentationem recuperandam. l. si coloni.de agri.& censi. lib.11.l.fin.§. sed cum in secundam. C.de fur.per glo. Ad primum de remedio l.fin. C.de acq. poss.uide Bal.& Anto.de But.in ca. cum conuenisset.extra de restitu.spo.idem Imo.& Raph.Cum. post Ang.in d.l.si exitu, & habet locum illud remedium.l.fi.non facta excussione,etiam si plures ad idem essent obli.Iaco.But.in dicta auth.hoc si debitor, quem sequitur ibi d.Flo. Adde etiam ultra prædicta,& vide Angel. Aretin. in §. item si quis in fraudem,colum.9.Insti.de act.& Ange.in l.fi. C.de acquir. poss.allegat.& Alexan.in consi.138.& in 2.uolum. vbi videtur velle,quòd etiam vbi est constitutum fiat excusio,& aliqua in materia per eundem Alexan.in cons.58.& in cõsi.100.& 140.in 5.voi.

c Constituit. Adde Bar.in l.nomen quoque C. quæ res.pig. obl.poss.Bald.in l.1.§.1.ff.pro soc.& in l.1.C.de reuoc.his quæ in frau.cre.alie.sunt.col.2.uer.quæro quid si debitor. Ange.in l.exitus.ff.de acq.posses.in l.cum creditorem.ff.de fur.& in l.prætor ait.in fi.ff.ui bono.rapto.Bartol.de Saly. in l.si filiusfam.ante fin.ver.quæro nunc quinto. C.ne fili. pro pa.Raph.Co.in l.quod meo.ff.de acqu.possess.in prin colum.ulti.in fin.Alexand.de Imo.in l.sæpe.ff.de re iudic. colum.15.ver.secundario datur. Fran.Balbum in repet.l. Celsus.ff.de usuc.colum.19.versi.circa huiusmodi quæstionem, Hippoly.in repet.rub.ff.de fideiuss.colum. 5.versi.& vide,Ange.in l.fin.Bald.in ca. cum uenissent,in vlt.uer.de resti.spolia.& in c.1.in tit.de contro.inter do.& emp.Afflict.in c.si facta,si de feu.fue.contro.inter do.& agna. Rapha.Fulg.in consi.214.inci. Titius in fin.Ludo.Rom.in cõsi.189.inci.stante primo quæsito.in fin.& in consi.392. inci.circa primum.colum.2.uersi.5.præmittendum.Alexan. de Imo.in consi.137.incip. in causa & lite vertente inter Lancellotum.colum.2.uer.3.etiam ostenditur.in.2. volu. consi.70.incip. punctus talis est.colum.fin. in 5.volumi.& consi.83.incip.uiso processu.colum.1.6.volum.& consil. 153.circa litem,eo.uolum.Cor.in cons.55.incip uisis.col. 2.uersi.præterea licèt remedium,in 3.uolum.Ludo.Goza. in consi.41.incip.in casu proposito.colum.3.uersic.3.quotiescunque.& Hier.Grat.in consi.51.incip.licet primo. colum.2.uersi.2.principaliter.in 2.uolum.Quos fere omnes citat Tiraquel.in tracta.de iure constitu.possesso.in 1.par. num.54.Zilettus.Infra credi.uide Ange.in l.exitu ff.de acqui.posse.& quando debeat fieri excussio,vide eundem in auct.hoc si debitor.C.de pign.& ibi etiam Iac.But.& in l. est in arbitrio,& auct.ibi posita.C.de act.& ob.& ibi etiã. uide d.Bal.& Iaco.de Bel.in auth.de fide.§.sed neque,Bal. no.in l.fi.C.de acqui.pos.

spatio 10.ann.inter præsentes,& 20. inter absentes ,ut l.1. & 2.C.si aduer.cre.l.creditor.ff.de diuer. & temp. præscri-

2 † Illud tamen scias, quòd sublata actione hypothecaria spatio temporis antedicti contra extraneum possessorem, remanet firma actio personalis contra principalem debi-

3 torem,ut l.1.C.si aduer.cred. † Cuius gratia sciendum est, quòd hæc actio hypothecaria quatuor habet tempora, duo quidem priora scilicet 10.& 20.ann. Tertium tempus 30.ann.quo tempore se tuetur possessor extraneus possidens malafide,& sine titulo,ut l.cum notissimi.in princi. & ibi no.per glo.fin.C.de præscrip.30.anno.Quartum est tempus 40.ann.quo tempore se defendit debitor & quilibet alius posterior creditor contra priorem creditorem agentem hypothecaria,ut d. l.cum notissimi.post princi.

4 & §.sed cum illud. † Vnde sic concludendo distingue,aut principalis debitor rem obligatam possidet, & tunc contra creditorem iuri hypothecæ præscribit spatio 40.anno. nisi pignus seu rem obligatam constituerit se nomine creditoris possidere, prout fit quotidie in instrumentis, quo casu cum creditor ipse possideat, ut supra dictum est,nullo temporis spatio curret contra ipsum præscriptio, ut l. male agitur.C.de præscri.30 ann.quod multum not.Ideo facias semper apponi in instrumento hanc clausulã {quæ bona obligata dictus debitor constituit se nomine dicti creditoris tenere & possidere &c.} Aut rem obligatam possidet extraneus,& tunc aut hic extraneus possessor est etiam creditor eiusdem debitoris, & tunc contra priorẽ creditorem viuente debitore præscribit spatio 40. anno. eo mortuo præscribit spatio. 30.anno.ut dictis iuribus. Aut hic extraneus non est creditor , & tunc aut habet titulum & bonam fidem & præscribit spatio 10.anno. inter

5 præsentes. 20.inter absentes. † Si uerò nullum habet titulum nec bonam fidem,& tunc præscribit spatio 30.ann.

6 ut supra dixi. quod tene menti. † Sed nunquid creditor

* * præscribit contra debitorem uolentem pecuniam soluere & pignus exigere? Dic ut supra dixi.& no.in forma respon. factæ primo libello in gloss.super uerbo præscriptionis,& per gloss.& Cyn.in l.cum notissimi.§.sed cum illud,de præscrip.30.annorum.

ADDITIO.

* Creditor,Adde,quòd creditor vere non dicitur,cuius intentioni iusta ac perpetua exceptio refragatur, l.creditores,& l.debitor.ff.de uerb.sign.Rom.consi.204.colum.fin. num.13.& num.14.ubi quòd statuta loquentia de creditore, ad uerum,efficacemque creditorem trahenda sunt, nõ autem ad eum qui legitima exceptione repellitur, teste Gram.consi.ciuil.consi 95.num.34. Quid de debitore, & uide quæ idem Roma. scribit consi.144.num.4.& sequẽ. vbi dare debens,& recipere. priusquam agere possit, ut recipiat, dare debet, aut legitimè offerre id, ad quod tenetur,& num.5.quòd soluere debens: iusta tamen ex causa litigans: non dicitur esse in mora. cui Adde, quòd debitor appellatur,etiam is contra quem cessa sunt iura, teste Rom. consi.38.in prin.consi.142.202.colum.1. Maluer.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præscriptionis non solum excludit personam rei à dominio, sed etiam à iure hypothecæ.*

2 *Actione hypothecaria spatio temporis sublata contra extraneum possessorem remanet actio personalis firma contra debitorem.*

3 *Actio hypothecariæ quæ tempora habeat, nu.4.5.*

6 *Creditor an præscribat contra debitorem uolentem pecuniam soluere, & pignus exigere.*

E Xceptionem præscriptionis. Aduerte quòd sicut hæc

1 exceptio excludit personam à rei dominio,ut supra dixi in responsione facta in primo libello,in glo. super uer. præscr. sic etiam habet excludere quem à iure hypothecæ

SVMMARIVM.

1 *Iuri pignoris quibus modis renuncietur.*

2 *Dilatio docendi de iure suo,ex qua causa assignetur.*

3 *Causa,quibus mouetur iudex ad dandam prædictam dilationem, ascribi debeant.*

4 *Iudex non debet quicquam in alterius preiudicium facere,sine causa cognitione.*

1 ET renunciationis pignoris. † Sciendum est quòd ua-

2 rijs modis iuris hypothecæ[a] renunciatur, inter quos numerantur infrascripta. Primò, si ipse debitor uendat uel donet extraneæ personæ rem obligatam consensu & uoluntate creditoris,ut l.si consensit,in prin.& l.uoluntate,in

re, in princi. & l. si debitor. §. in uenditione. ff. qui mo. pig. uel hypo. so. facit. l. cum eo. & l. 2. C. de re. pigno. quæ quidem remissio, ita demum effectum operatur si alienatio ualuerit, aliter non, ut l. si debitor. §. fin. ff. quib. mo. pig. uel hypo. sol. Et aduerte, quòd si post alienationem hanc, ipse debitor iterum ex noua causa rem ipsam acquisierit, non reincidit ipsa res amplius in obligationem, ut l. si. C. de re pig. Item remittitur pignus, si prior creditor expressè consentiat rem sibi obligatam alteri obligari. l. Paulus. ff. qui. mo. pigu. uel hyp. sol. Secus autem si simpliciter, ut testis obligationi accedat, ut in l. sicut. in §. non uidetur. ff. eo. tit. de quo plenè no. in l. Caius. ff. de pig. ac. & l. Lucius. ff. qui. mod. pig. uel hypo. sol. Item remittitur pignus per lapsum temporis à iudice præfixi creditoribus de iure suo docendi, l. si eo tempore. C. de remis. pig. quem terminum iudex præfigere non debet sine magna præcedente causæ cognitione; quia per hoc impugnatur regula iuris. C. ut nemo inuitus agere, uel accusare cog. l. 1. Ideoque in hoc debet esse iudex cautus, ne ex abrupto procedat ad hanc dilationem, ut no. per Bar. in l. Titia. in fin. ff. de accu. & per Cyn. in l. si ea quæ. C. qui accusa. non pos. Nam plerunque accidit, quòd homines non habent eorum instrumenta, & iura parata, uel sunt alijs negocijs impediti, ita quòd non
2 possunt superesse liti. † Est autem inter alias iusta causa hanc dilationem assignandi, si fortasse aliquis diffamando procedit affirmando, quòd talis domus est sua, uel sibi obligata, arg. l. diffamari. C. de inge. & ma. & d. l. Titia. ibi {arguere &c.} Et hoc tenet Innocen. in ca. conquærente, in gl. 2. extra de off. or. Aliæ etiam iustæ causæ enumerantur, per gl. in d. l. 1. C. ut nemo inuitus, & l. quamdiu, in princi. ff. de acqui. hæredi. ad quod bene facit, quod no. per gloss.
3 in l. si. C. de usur. pupil. in 3. lect. † Debet ergo iudex, qui ad talem dilationem procedere uult, causas, quibus mouetur, describi facere apud acta, alioquin tenebitur ad interesse parti læsæ, quæ etiam poterit appellare secundũ Barto. ubi supra, argum. l. si iudex. ff. de uar. & extraordina.
4 cog. † nam iudex non debet quicquam in alterius præiudicium facere sine causæ cognitione. l. cum hi. §. nihil. ff. de transac. quoniam ipse princeps non intendit per eius rescriptum alterius ius minuere uel auferre, ut l. quoties. C. de precib. impera. offeren. & l. secunda. § si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. multo minus debet hoc iudex inferior facere.

ADDITIO.

a Not. quibus modis renunciatur iuri hypothecæ. Doct. in l. Mæuia, in §. fundus. ff. solu. matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio quid sit.*

1 Integre satisfactum. † Est autem satisfactio nomen generale, continens in se fideiussorem, & pignoris dationem, ut no. per gl. in l. satisfactio. ff. de solutio.

SVMMARIVM.

1 *Verbum solutionis trahitur ad omnem liberationem.*
2 *Solutio an probatur ex instrumento cancellato uel inciso reperto penes debitorem.*
3 *Debitor non habens pecuniam, unde soluat, an audietur si uelit soluere de bonis.*
4 *Debitor an cogatur præcisè soluere in pecunia numerata, si sit pactum inter ipsum & creditorem, de soluendo in pecunia numerata.*

1 Exceptionem solutionis. † Hoc uerbum, solutionis, trahitur ad omnem liberationem, ut habetur in l. solutionis uerbum. ff. de soluti. & l. solutum. §. solutam. ff. de pig. ac. cum sim. ibi no. quam solutionem facere potest ne dum ipse debitor, sed quilibet extraneus etiam inuito creditore, ut l. qui. 10. §. 1. uer. sed quid si ignoranter. ff. de sol. ac etiam inuito debitore, uel solutionem, & l. soluere. ff. eo. ti. facit. l. soluendo. ff. de neg. gest. licet nemo posset creditore inuito obligationem debitoris in seipsum transfundere, ut l. si Stichum. §. fina. in fin. ff. de don. facit. l. inuito. C. de
2 solu. † Sed quid dices de quæstione sæpius occurrente. Ecce quòd reperitur instrumentum [a] debiti cancellatum, uel incisum penes debitorem, nunquid præsumatur facta solutio de debito? uidetur quòd sic, ut l. si chirographum. ff. de proba. in l. Labeo, & ibi plene not. per gloss. & Bart. ff. de pac. & per Cyn. in l. si de possessione. C. de probat. & in l. quod debitori. C. de sol. Distingue secundum Docto. aut debitor probat sibi traditum & redditum instrumentum per creditorem, & tunc præsumitur debitor liberatus, ut in d. l. si chirographum, & l. Labeo. Aut non probat sibi traditum, & tunc aut debitor allegat se liberatum pacto de non petendo, & tunc non præsumitur liberatio, ita procedat opi. glo. in d. l. Labeo. Aut allegat se liberatum solutione, & tunc aut est domestica persona quę de facili potuit instrumentum subtrahere; & tunc non præsumitur liberatio, nisi probetur de traditione creditoris, ut d. l. si de possessione. probatur in l. 1. §. ille. C. de lati. lib. tol. aut est persona extranea & non domestica, & tunc præsumitur liberatio facta, ut dicta l. si chyrographum. Ad quod etiam facit. l. fullo uel sarcinator. §. fin. & l. qui tabu
3 las. ff. de fur. † Sed pone, [b] debitor conuenitur à creditore, ut soluat pecuniam mutuam, ipse autem se excusat quòd pecuniam non habet, sed paratum se offert de alijs bonis suis in solutum dare, quæritur an sit audiendus? uidetur quòd non per regulam * aliud pro alio inuito creditore solui non potest, ut l. eum à quo. C. de solu. a. ff. si cer. pet. Tu dic, quòd potest hodie de iure nouissimo, dũmodo offerat de melioribus bonis suis, sic quòd in creditoris electione erit accipere quam rem ex melioribus sibi placuerit, ut in auth. hoc nisi. C. de solu. & pro tanto tenetur debitor sub eius iuramento bona sua omnia consignare, ut creditor possit sibi meliora eligere, & ita ob-
4 seruat generalis practica. † Sed quid dices, si per pactum speciale actum est inter debitorem & creditorem, quòd solutio fieri debeat in pecunia tantum, & non in alijs rebus, an tunc cogatur debitor præcisè in pecunia numerata satisfacere? refert Cyn. in d. auth. hoc nisi, quòd hæc quæstio dependet ab alia quæstione, qua quæritur, nunquid debitor possit renunciare beneficio cessionis bonorum, in qua sunt contrariæ opin. ut plene disputat Cyn. in d. auth. & l. 1. C. qui bo. ced. pos. unde sequendo opi. Dy. & Cyn. sicut non tenet talis renuntiatio, ita nec huiusmodi pactum, sed sequendo opin. Iac. de Are. sicut ualet renunciatio prædicta secundum eum, ita ualet huiusmodi pactũ; & hæc opin. plus placet & magis practicatur. cum liceat ipsi debitori suas res uendere, & ex his pecuniam redigere, & pactum seruare. Si tamen ipse debitor bona sua subhastasset, & omnem diligentiam adhibuisset circa uenditionem & præparationem pecuniæ, putarem ipsum excusari debere pacto non obstante per iura & rationes dictas.

ADDITIONES.

* Reg. aliud pro alio, Adde, limit. ad hanc reg. per Ias. in l. non amplius. §. cum bonorum. num. 2. num. 11. ff. de leg. j. in l. talis scriptura, col. secunda, nume. 10. & seq. eod. titu. Catel. uer. solui non potest, Ias. in l. cum quis nume. 1. ff. de uerb. obligat. doct. in Apostil. ad Barto. in l. 1. C. de fabricens. lib. 11. Masuer.

* Aliud pro alio. Adde, quòd licèt quando aliud pro alio soluitur ipsi creditori uolenti debitor liberetur ipso iure: tamen quando aliud pro alio soluitur alij quàm creditori, licet de uoluntate creditoris, non inducitur liberatio ipso iure, sed ope. excep. teste Ias. in l. si cum fundum. nu. 6. ff. de

ff.de pact.in l.non utique.§. item Iulianus. ff. de eo quod cert.loc. Similiter econuerso reus non compellitur inuitus alibi soluere illud: quod debet in uno loco soluere, quam concl.limita, ut per eundem Ias.in l.is qui certo. ff. de eo quod cert.loc.in priori autem concl. Dic, quòd in re donata, aliud pro alio solui potest, ut in exemplo no. scribit Ias.in l.non amplius.§ cum bonorum.nume. 5. ff.de leg. 1.Quibus adde quod quando debitor est carceratus: tenetur creditor aliud pro alio recipere, teste Bald. in l.ordo C.de exec.rei iudi.§.quid autem, in auth.de solu.nisi sit debitor ex guarentigia, ex not.per Alex. in l.cum unus.ff. de bon.aut.iud.poss.

a No.instrumentum cancellatum, Adde Specu.in tit.de fid. instr.in §.2.& Bar.in rep.rub.de fi.instru.

* Instrumentum cancellatum, Adde, quòd solutio nō præsumitur, si instrumentum reperitur cancellatum penes tertium, secus si penes debitorem, & debitor non sit persona domestica creditoris, quæ potuerit facile auferre instrumentum creditori, quia tunc præsumitur redditum à creditore animo liberandi debitorem, l.labeo, cum l.seq.ff. de pact.Alexand. consil.59.colum.fi.lib.2.ubi ponit differentiam inter tertium & debitorem, quam conclu.intellige, & declara, ut per Ias.in l.huiusmodi.§. si ita.ff.de leg. 1.pro quo uide Bal.in l.pecuniæ.nume. 1.C.de solu. Rom. consi.446 num.13.sing.649.Capel. Tolos. quæstio.229.& quando instrumentum debiti reperitur penes debitorē: an præsumatur liberatio: dic, ut per Ruin. consil. 75. lib. 4. Masuer.

b Sed pone quòd debitor. Adde Alexand. in l.2.§.mutuum. ff.si cert.pet.& Barto.in §.quod autem, in auth.de fideiuss.& Alexand.in consil.37.in 2.uolumi. ubi quòd quando iuramentum est appositum in contractu, cogitur quis soluere in pecunia numerata.

S V M M A R I V M.

1 *Possessor quilibet conuentus hypothecaria potest debitum offerre, & sic rem retinere.*

2 *Possessor offerens catera bona non pecuniam pro re oblig.ta, an audiatur.*

3 *Alienata re obligata per creditorem in extraneum, an licet debitori pecuniam emptori offerre, & sic eam recuperare.*

4 *Re data in solutum priori creditori an liceat posteriori pecuniam offerre, & sic rem recuperare.*

5 *Re uendita per creditorem, & euicta ab emptore contra quem competat actio de euictione.*

* SAtisfacere * debito memorato. † Hic aduerto, quòd
1 regulariter quilibet possessor hypothecaria conuentus; potest debitum offerre & offerendo, & soluendo etiam
a a rem ipsam retinere & creditorem à uenditione rei excludere, ut habetur in l.Paulus, in fin.C.qui.mo.pig. uel hypo.sol.& l mulier.ff.qui po.in pig. ha.& l.si fundus.§.in uenditione.ff de pig. dumtamen offerat integrum debitū, quia particularis oblatio non prodesset, ut l.1.C.debi.uē. pig. imped.non posse, & l.quamdiu.C.de distra.pign. & l. obsignatione.C.de sol. cum ibi not. quæ quidem potestas offerendi nedum competit possessori, sed cuicunque alteri eiusdem creditoris debitori, ut l.cum notissimi.§. sed cū illud.C.de præscri.30.anno. & probatur in iuribus præal-
2 le. † Sed hic insurgit quoddam dubium, quod sæpius de
b facto contingit. Ecce b quòd possessor non offert pecuniam, sed offert alia bona sua mobilia vel immobilia pro satisfactione debiti, an hoc sufficit quò ad liberationē rei
* obligatæ, videtur quòd sic, per ea quæ * habentur in auth. hoc nisi. C.de sol. & in cor. unde sumitur. Tu uerò dic contra.immo opus est, quòd fiat oblatio in sola pecunia si ipsum debitum est in pecunia, ut probatur in l.si rem. §. fin.cum l.seq.ff.de pign.act.& l.item liberatur.§.1.ff.quib. mo.pi.uel hip.sol. Nec ob.d.auth.hoc nisi.quia ibi loquitur cum agitur contra ipsum debitorem, hic autem cum agitur cōtra extraneum rei possessorem, à quo aliud pro alio recipere creditor non cogitur, & ita etiam nota. per Cyn. in l.nec creditor.C.de pigno.act. Et huius est ratio, quia quando quis ex sua obligatione uult eius creditorem astringere ad aliquid sibi dandum uel faciendum, tunc facere tenetur oblationem in forma specifica in qua obligatio præcessit, non autem in alia forma, & sic procedit illa regula. }Aliud pro alio &c.} & hæc probantur in l. Iulianus.§. offerri.ff.de act.emp.& in iuribus superius alle.& speciali
3 ter d.§.fin.cum l. sequen. † Inde quæritur, pone quòd anterior creditor rem obligatam alienauit in extraneum, quod facere potuit auctoritate legis, ut traditur in l.si creditor.in prin.& l.creditores.ff.de distr. pig. dumtamen denunciauerit prius debitori & bona fide alienet, ut l.creditor hypothecas. & l. quæ specialiter.C.de distrac. pign.& l.si cessante.C.eod.tit.nunquid licebit debitori offerre emptori possessori debitum & recuperare rem suam. Dic quòd non, ut l.2.C.si antiq.cred.& l.si prius.C.de dist.pig. nisi appareat alienatio simulata, quo casu admitteretur oblatio, ut l.& quæ sub imagine.C. de distra.pign.& eodē modo non auditur posterior creditor uolens offerre ipsi emptori, ut l.1.in princi C. si anti.credi.& l.cum prior, in prin.ff.de distra.pign.nisi emptor esset tempore emptionis creditor eiusdem debitoris, quo casu debitor offerens esset audiendus, ut habetur in l.cum posterior. C.de dist.pig. Per quæ patet consultius esse emere ab antiquiori credi-
4 tore, quàm à debitore, uel à iudice. † Vnde quæro, an de-
* bitore uel iudice rem insolutum * priori creditori assignante, liceat secundo creditori debitum sibi offerre, & rē ipsam recuperare? Dic quòd sic, siue debitor solus alienauerit, uel insolutum dederit, ut in d.l.1.2.respon. C.si anti. credi.& l.cum prior, in fi.ff.de dist pign. siue solus iudex, ut l.pāris.& ibi not.per Cyn.& Iaco de Aret. in ulti.q.C. de præto.pig.cuius ratio est, quia iudicis factum repræsentat factū partis seu debitoris.l.si ob causam. C. de euic. unde sequitur quòd sicut ipso debitore insolutum dante locus est iuri offerendi, ita & iudice dante insolutum. Melius est ergo emere a creditore, quam à debitore uel à iudice. Quid autem si re data insolutum creditori sequuta est euictio, an succurretur ipsi creditori aliquo iurium remedio? videtur quòd non, quasi perempta sit actio per ipsam insolutum dationem, ut l.libera quidem. C. de sen.& interlo. Tu dic contra, quasi uideatur prior actio non extincta, nisi res irreuocabiliter fiat sua, ut probatur in l.si ex sextante.§.latinus.ff.de except.rei iudi. & facit l. eleganter, in prin.& not.per glo.ff.de pigno.actio.& l.re-
5 scriptum, in fin.ff.de dist.pign. † Sed si creditor uendat iure creditoris rem obligatam, quæ inde emptori euincat, non competit aliqua de euictione actio contra creditorem, sed solùm contra debitorem, ut l.1 & 2.C.cre.euict. pign.non deb. cum ibi nota. Ex præmissis patet quòd bene & iuste faciunt notarij qui in instrumentis dationum insolutum apponunt clausulam uidelicet. }Quod creditor in se retinuit instrumentum debiti integrū & illæsum ad hoc ut in casu euictionis possit consequi, & defendere ius suum tam contra ipsum debitorem, quam contra aliam personam.

ADDITIONES.

* Satisfacere, Adde, quando quis promisit satisfacere, quòd intelligitur promisisse soluere, & quomodo differant soluere & satisfacere, uide Ias. in l.1.colum.1. ff. qui satisd. cog.ubi infert ad plura not. & quid quando quis promisit soluere, aut satisfacere, uel dare pignora, Dic, ut ibi. Masuer.

* Auth.hoc nisi. Adde, quòd ut debitor possit uti beneficio d.Auth.plura requiruntur, & primò, quòd ostendat se non habere facultatem soluendi in pecunia numerata, & probet, 2.quòd perquisiuerit emptorem immobilium, & diligenti

diligenti facta inquisitione reperire non potuit, 3. quod in specie consignet bona, transferat dominium tradat instrumenta & possessionem expeditã, 4. quod det fideiussorem pro euictione, quæ fideiussio requiritur tẽpore oblationis bonorum in solutũ, teste Natta. cõsi. 344. vbi etiam dicit, quod ista tutum, quod debitor teneatur dare tantũ de bonis immobil. ad æstimationem proborum: intelligi debet secundùm dispositionem iuris cõis, videlicet, quod possit debitor dare immobilia insolutum: quando fecisset diligentiam de reperiẽdo emptorem, & non inuenisset, quod quidem statutum reduci debet ad terminos iuris cõis, nam secundum ius commune: debitor non potest dare insolutum immobilia: nisi prius tradat mobilia, Nat. d. cõs. 344. col. 2. & 3. de quo, & quæ requirantur, vt locum habeat d. Auth. hoc nisi, vide Ias. consi. 9. nu. 13. & consi. seq. lib. 1. Gozad. cons. 32. Rom. consi. 163. Ias. d. cons. 9. col. 6. & cons. seq. vbi quando potest soluere in bonis immobil. tenetur cauerẽ de euictione, etiam quod non petatur, quid si facta fuit promissio in pecunia tantũ; & Dic, vt per Ang. in l. dos à patre. C. sol. mat. quid si fuit legatum vt soluatur in bonis? & uide Ias. cons. 44. lib. 2. Quid in contractu in quo fuit iuratum; uide Alex. cõsi. 37. lib. 2. Dec. cons. 350. col. pen. & fi. Rom. d. consi. 163. Bald. in l. si à debitore, de exec. rei iud. pu p. Rip. Dec. in l. 2. §. j. ff. si cert. pet. Dec. d. l. 2. §. mutui. ul. lec. nu. 35. ubi etiam Cur. ff. si cert. pet. limita nõ habere locũ in contractu iurato. secundum Gozad. consi. 32. nu. 16. & cum euenisset casus in hac ciuitatẽ, quia quædam Theodora relicta Alexandri erat creditrix prætextu suarum dotium, Debitores offerebant de bonis æstimatione proborum, replicabat ipsa, & acceptabat oblationem, sed ad formam Ducal. Decretorum huius patriæ Subalpinæ, & sic pro 3. minori pretio, in qua q. post longam Aduocatorum disputationem, dictum fuit, quod si debitor erat obligatus ex prop io contractu: non posse effugere d. decretorum dispositionem, alias secus, sicq; hoc casu quo debitores erant hęredes Alexandri uisum fuit aliquibus adiudicanda esse bona mulieri creditrici ęstimatione proborum iuratorũ in ciuitate, præuia tamen subhastatione, & magistratus auctoritate.

✱ Insolutum, Adde, quid diceñ. de re data insolutum, per debitorem: si non soluatur quãtitas in termino, an possit creditor renuere, & ad quantitatem agere, dic, quod aliqui dixerunt quod sic, ut Dec. consi. 12. cuius contrarium scribit Syluan. consi. 102. nu. 13. ubi reprobat Dec. d. consi. 12. cuius Sylua. opi. sequitur Soc. Iun. consi. 62. nu. 21. consi. 41. lib. 3. Alex. consi. 109. pro quo uide quæ scribit Bar. in l. quamuis. ff. de pig. act. Quid de re data in solutum interueniẽ. Iudicis auctoritate: an reuocari possit à debitore, uel eius hæredibus, & dic, ut per Dec. consi. 592. nu. 2. ubi concludit quod non, post Alex. consi. 11. col. 3. lib. 5. ubi doc. in apostil. Bar. & doc. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud.

a Offerendo & soluendo. Adde quòd ista oblatio non admittitur, quando dos peteretur constante matrimonio ita Cy. & Bal. in l. cũ tibi. C. qui po. in pig. ha. & Ia. de Puteo in l. 1. ff. solu. mat. & in l. si constante. eo. titu. in suis priuileg. do. tit. & vide Bal. in l. quod locum. C. de col. qui videtur tenere oppositum, secus est si dos peteretur sol. matr. secundum Barto. & Cy. in d. l. si cum tibi, & vide Pan. in c. ex literis. de pig. ubi quòd debitor possidens potest offerre mulieri. Fran. Curtius.

b Ecce, faciũt scripta per Tiraque. in tract. de retract. lign. in §. 3. glo. 3. num. 24. uersi postremò, quia hæc nostra consuetudo. Zilettus.

S V M M A R I V M.

1 *Hypothecaria an cedi possit sine personali.*
2 *Cessio si fiat ab eo qui non possit, repellitur ab agendo exceptione cedendarum.*
3 *Exceptio cedendarum, an obstet. si ille contra quem est facta cessio fuerit liberatus à creditore, quia non est soluendo.*
4 *Debito soluto pro pignore recuperando, qua actio competat debitori.*
5 *Pigneratitia actio quotuplex sit.*
6 *Creditor perdens pignus, an teneatur ad compensationem, vel eius restitutionem.*
8 *Cui incumbat onus probandi dicente creditore se casu perdidisse pignus & debitore dicente illum culpa & dolo amisisse.*

1 
CEdente & in eum transferente. † Hic quæro, an hypothecaria cedi possit sine personali? Super quo glo. sunt contrariæ quas Dyn. uoluit concordare hoc modo, aut enim cessio fit extraneo, aut debitori. primo casu non ualet, nisi etiam fiat de actione personali, sic intelligitur gloss. in l. fin. C. de hær. uel ac. uendi. & ibi de hoc per Cyn. Secundo casu ualet sine personali, ita intelligitur glo. in l. usucapio. C. de pig. quam distinctionem sequitur Specu. in titu. de cessio. act. uersic. quid si cesserit. Barto. autem in l. fideiussor obligari ff. de fidei. dicit indistinctè cedi posse cuique hypothecariam sine personali, argum. l. Iul. in princ. ff. de leg. 3. & l. grege. §. cum pigno. ff. de pigno. & C. si res pig. da sit l. 2. Vltra quæritur, pone quòd facta sit cessio simpliciter actionis personalis, an intelligatur etiam facta actionis hypotheca. iæ? glo. tenet quòd sic in l. insolutum, & l. si a creditore. C. de act. & obl. In contrarium tamen facit l. hæres à debitore. ff. de fideiu. & l. si hæres. ff. ad Treb. Super quo uide Cyn. in l. mandati.
2 C. de fidei. ¶ Quid autem dicemus, si creditor iste non possit cedere has actiones? dic quòd repellitur ab agendo per exceptionem cedendarum actionum. l. Stichum aut Pamphilum. §. si creditor. ff. de solut. Veruntamen ad huius articuli pleniorem informationẽ distingue secundum Bar. in l. si stipulatus. §. si ex duobus: de fideiu. Quandoque creditor potest cedere actiones ex natura obligationis, qua inspecta nulla sibi competit efficax actio, & tunc creditori non obstabit exceptio cedendarum, ut in d. §. si ex duobus, secundum unam lecturam, & l. quamuis. §. similiter, & §. Ma cellus. ff. ad Vell. facit l. procuratorem. §. si liber homo. ff. man. Quandoque non potest cedere facto & culpa debitoris cessionem requirentis, & idem dic quod supra, ut in l. 3 §. si duos, in fi. ff. de solu. & not. in d. §. si ex duobus. Quandoque non potest cedere facto & culpa ipsius creditoris, & tunc aut ille qui petit cessionem consentit liberationi factæ per creditorem, & tunc sibi imputet. nec ideo repellitur creditor exceptione cedendarum, ut d. §. si ex duobus, & quod not. per glo. magnam. C. de fideius. l. 2. & in l. nisi. ff. de pact. Aut non consentit liberationi, & tunc aut ipse qui conuenitur, renunciauit beneficio cedendarum, & imputet sibi, & ideo non repellitur creditor, ut d §. si ex duobus, secundùm aliam lec. & quod not. in d. l. nisi. Aut non renunciauit huic beneficio, & tunc aut plures fideiusserunt simul, aut diuersis temporibus. Primo casu, si quidem unus cõueniatur insolidum, obstat exceptio cedendarum contra alium, ut in d. l. Stichum. §. si creditor. & l. si pupillus. ff. de admi. tu. quia uidentur hoc casu inuicem fideiubere ratione mutui periculi. Secundo casu subdistingitur, aut enim agitur contra primum fideiussorem nõ liberato secundo, aut econtra agitur cõtra secundum non liberato primo. In primo casu nõ repellitur creditor exceptione cedendarum, quia iste primus cõuentus non fideiussit respectu & contẽplatione secundi, ut d. §. si ex duobus, secundũ solutionẽ Mar. & Azo. nisi fortasse ab initio conuenisset quod secundus daretur fideiussor, quo casu intelligerẽtur simul dati, ut l. Modestinus. ff. de solu. sicq; obstaret exceptio cedendarum. ut supra dictum est, arg. d. §. si creditor, in secundo aũt casu planum est quod obstare habet exceptio cedendarum, quia secundus præsumitur fideiussisse contemplatione primi, ut probatur ex iuribus antedictis, quæ quidem distinctio non procedit in obligatione bonorum seu pignorum. quia semper in eis

uidetur

videtur quis intercedere contemplatione bonorum præsentium & futurorum, vt l.fina.C. quæ res pigno.obl pos. ideoque in illis obstat exceptio ceden.vt colligitur ex his
3 quæ habentur in l.2.C.de fideiuss,cum ibi not.† Sed quid si ille,contra quem cessio fieri quæritur, fuerit liberatus à creditore ea ratione,quia non est soluẽdo, an obstabit exceptio cedendarum?dicit Bart.vbi supra quòd sic,quia potest effici in processu temporis soluendo, argum.in l.si defunctus.C.arb,tut.& in l.uir ab eo.C.de iur.do. Et quoniã satis vtiliter dictum est in præcedentibus,quibus remedijs consulatur creditoribus tam contra debitores, quàm contra extraneos possessores.Ideo congruum est, vt aliqua disseramus de remedijs quibus consulitur debitoribus con-
4 tra suos creditores.† Sciendum est ergo,quòd pro pignore recuperando competit debitori, debito tamen prius soluto,quędam actio personalis quæ pignoratitia nuncupatur,vt l.fin.C.de distract.pign.& l.si rem.§.omnis, & l.creditor.§.fin.de pign.act.& l.solutum.§.solutam.ff.de pign.
5 † quæ actio pignoratitia est duplex,videlicet quædam directa, quædam contraria. Directa competit debitori ad rem ipsam, contraria competit creditori contra debitorem,si fortasse dolum,culpam,vel quid simile in re pignoratitia commiserit,vt probatur in l.tutor.§.contrarium.& l.cum debitor.ff.de pign.act. Amplius per hanc actionem consequitur creditor ab ipso debitore impensas vtiliter & necessariò factas in re pignorata,vt l.creditor.§.fina.& l.si necessarias, in princip.ff.de pign.act.dum tamen impensa sit moderata,argum.l.si seruos.ff.de pigno.act. & l.in fundo.ff.de rei vend.Si tamen creditor fructus ex pignore recepisset, ipsos cum impensa huiusmodi compensaret, vt l.1.C.de pign.act.Immo plus dicit dictus dominus Ang.vt ipse refert.ff.de pign.actio.l.si debitor,extenuata sorte tota perceptione fructuum uel in parte, tenetur creditor ad restitutionem totius rei cum superfluo redituum, quod no.per text.extra de pigno.cap.significante, quod est valde notandum.quod intellige verum,quando fructus extenuant sortem,quando recipiũt functionem in genere suo cum sorte,alias secus,nam si.v.g.mutuaui tibi c. & pignorasti mihi prædium,ex quo percepisti frumentum,cùm nõ recipiat functionem cum debito, non extenuat sortem tale frumentum, quia debitum consistit in quantitate, frumentum in specie,nec admittitur compensatio de specie ad quantitatem,vt est text.de pigno.actio.l.si conuenerit, nisi tale frumentum sit consumptum & uenditum per creditorem in casum licitum,scilicet quando deterioratur tẽpore, vt est gloss. ord. in l.diuortio.§. ob donationes.ff.
6 solu.matr.tenet menti, & crede mihi.† Sed quid, si creditor pignus perdiderit,an tenebitur ualorem eius debitori compensare, vel restituere? distingue, aut creditor rem perdidit dolo,vel culpa sui,& tunc tenetur, vt l.creditor, in princ.ff.de pigno.actio.& l.eleganter.§.fina. versic. & si res.ff.de pigno.actio.Aut perdidit casu fortuito,& non tenetur,vt l.si creditor, & l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio, Et poterit,quod fortius est, eo non obstante vniuersum debitũ exigere,vt d.l.quæ fortuitis,& l.pignus.C.de pign,
7 † Quid ergo si creditor dicat se perdidisse casu fortuito, debitor verò dicat ipsum dolo, vel culpa perdidisse, cui ipsorum incumbit onus probandi? Et quidem hanc quęst, glo.disputat in l.si creditor, & ibi plenè per Cy.C.de pig. actio.& Bart.tetigit in l.siquis ex argentarijs.§.prætor ait,
8 ff.de eden.Pro cuius [a] conclusione & concordia omnium sic distingue. Quidam sunt casus,qui sua regulariter inspecta natura non possunt facile euenire sine culpa, vt est furtum & incendium; ut not.in l.1.ff.de offic.præfect.uig. & l.cum duobus.§.damna.ff pro soc.& l.si venditor.ff. de peric.& com.rei uendi.& in istis culpa præsumitur, nisi probetus casus,vt dictis iuribus. Quidam sunt casus,qui regulariter eueniunt sine culpa,vt vis hostium, impetus aquarum,& sim.& in istis probata qualitate facti & casus,præsumitur culpa defuisse, nisi probetur interuenisse, vt l.si merces.§.culpæ ff.loca.& l.contractus.ff.de regu.iur. & l.
8 penul.ff.solu.matrim.& hæc procedunt probata rei amissione vno modo,vel alio.† Cui autem incumbat onus pro
* bandi hanc amissionem? * Dic breuiter, quòd ipsi creditori,qui eã allegat & super qua eius defensionem fundat, vt probatur ex d.l.creditor.& l.si quis ex argẽtarijs.§.prætor ait. Verumtamen ad huius arti. pleniorem doctrinam distingue secundùm Bart.cũ quæritur,quis debeat ꝓbare
b amissionem,[b] aut talis rei amissio est causa defensionis ipsam allegantis,aut est causa actionis. Primo casu, aut non probatur rem peruenisse ad eum qui cõuenitur,& tunc eo ipso ꝙ dicit se rem non habere præsumitur pro eo,nisi cõtrarium probetur,& in hoc stabitur suo iuramento,vt no. in l. prætor.§.sed & si seruus.ff.de eden. & de leg.2.l. cum ita.§.species. Si vero ꝓbetur rem peruenisse ad eum,tunc aut ipse tenebatur rem exhibere officio iudicis, & tũc sufficit probare amissionem proprio iuramento, vt l.si. C.de fide instr. Aut tenebatur rem exhibere iure actionis, puta actione depositi,vel commodati,vel locati, vel pignoratitia & similibus. & tunc probare debet amissionem manifestis probationibus,vt d.l.si creditor.C.de pig.act. Secundo casu principali, quando amissio est causa actionis dandæ,& tunc similiter debet de ea probari manifestis probationibus, vt in §.prætor ait. cum simil.facit quod not. per eum in l. in illa.ff.de verb.obl. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

* Adde quę scribit Ias. in l.si quis ex argentarijs. §. ꝑtor ait nu.11.nu.12.ff.de eden.& in materia amissionis instrumẽti, vide ti.C.de fid.instr. Afflic.decis.274.330. & dic,ꝙ qui amisit instrumentum debet cõuenire notariũ,qui notarius non cogitur illud reficere,nisi amittens iuret. de calumnia super ipsa amissione, teste Bar. in l. fina. ff. de bon. auth. Iod. posid. consi.67.lib.1.quæ amissio ꝙ probetur iuramẽto. not.Cepol.cautel.148. vbi docet cautel. contra amitten.instrumenta,& qui amittens debet dicere se velle improbare,& velle arguere de falso. Quid de testibus deponen. de instrumento amisso; & vide Dec. consi. 82. nume. 3. Masuer.

a Cuius no. cui incumbat onus probandi casum. & adde ꝙ quando culpa est probãda,debet probari certa & similis, ita Alexan.in l.si vt certo.in app. ad Bar.ff.commo.

b Quis debet probare amissionem, vide Spe. in tit.de prob. in §. 2.

PETENS ac requirens. No. hanc cõclusionem & eius formam, qua semper vtaris in omnibus responsionibus fiendis petitionibus quibuscunque. & aliàs clausulas declara, ut dictum est in primo libello.

Forma libelli in causa spolialæ possessionis.



CORAM uobis D. B. Vicario dicit,narrat, significat, & proponit Anton. de Furiasto agendo & agere uolendo, & hanc petitionem dirigendo, contra & aduersus nobilẽ Lancelotum de Beccaria, & quamcunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in judicio legitimè comparentem, deducendo idem Ant. in præsenti iudicio omne suum ius sibi competens & competiturum, quomodocunque & qualitercunque, quòd suprascriptus Lancelotus eius propria auctoritate & temeraria præsumptione indebitè,& iniustè cõtra & præter uoluntatem eius Ant. dolosè & malitiosè & animo & intentione spoliandi & priuandi ipsum Ant. possessione infrascriptæ petiæ terræ prati intrauit & ingressus est de anno præsenti,& mense Iunij proximè præteriti petiam unam prati dicti Ant. & per eum tunc temporis & ante tentæ & possessæ & pacificè & quietè,& ad ipsum Anto. pleno iure spectantem & pertinentem, positam et iacentem in sicco

ficco maris Papiæ, quæ est modiorum centum, vel circa, cui cohæret ab vna parte &c. de qua quidem petia prati idem Lancelo. exportauit & exportari fecit currus 20. fœni, pretij & valoris flore. 50. necnon amplius varia dāna fecit & intulit in dicta petia prati, & ipsi Ant. quæ ascendunt summam flo. 25. cuius rei causa idem Lancelotus iuxta canonicas, & ciuiles sanctiones tāquam temerarius, & violentus inuasor, & occupator rei alienæ est & esse debet omni suo iure, si quod ei competiisset, quod tamen negatur, ipso facto, & ipso iure, priuatus aut priuandus, teneturque ac debet restituere, dimittere & relaxare ipsi Ant. dictam petiam prati liberè & expeditè, ac etiam dare & restituere eidem quantitatem fœni si extat vel eius æstimationem, si non extat, simul cum dicta pecuniæ quantitate flor. 25. occasione damnorum, vt præmittitur, per eum dicto Anto. illatorum. licet idem Lancelotus super restitutione & satisfactione præmissorum sæpius requisitus ea omnia & singula restituere ac soluere denegauerit & recusauerit, ac præsentialiter denegat, ac recusat iniustè & indebitè. Quare cùm prædicta vera sint, petit, & requirit præfatus An. à vobis D. Vicario, omni modo, via, forma, & iure, quibus melius fieri potest, quatenus per vestrā diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis prædictum Lancelotum ad reintegrandum & restituendum ipsi Antonio ante omnia dictam petiam prati. & ipsum Lance. ad soluendum ipsi Anto. & ad tradendum dictas fœni & pecuniarum quantitates, seu ipsius fœni, si non extat, pretium, & valorem simul cum omnibus alijs interesse & expensis in futurum faciendis, factis & fiendis, prædictumque Anto. vt præfertur, sic indebitè spoliatum restituatis & reintegretis & in statum pristinum reducatis re ipsa, & in effectu in possessionē dictæ petiæ prati. Et vlterius dictum Lan. per vestram sententiam antedictam priuetis, seu priuatum esse declaretis & pronuncietis omni iure, quod habuisset in dicta petia prati, & amplius ad restitutionem fructuum ab inde citra per eum perceptorum, & qui percipi poterunt ex dicta petia prati, deducendo præscriptus Ant. in præsenti iudicio. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 10. & c. reintegranda. 3. q. 1. & quodlibet aliud ius sibi melius, & vtilius competens & competiturum. Et prædicta petit fieri & executioni mandari &c. saluo iure addendi &c. non se astringendo &c.

SVMMARIVM.

1 *Violentia & rapina sunt exosa legibus.*
2 *Violentia quotuplex sit.*
3 *Interdictum unde ui non competit pro rebus mobilibus principaliter ablatis.*
4 *Interdictum pro re mobili ablata recuperanda non extat.*
5 *Priuato possessione rei immobilis quomodo succurratur.*
6 *Remedia competentia pro spoliatione possessionis qualiter differant, num. 7.*
8 *Capitulum sæpe, de rest. spol. an præcesserit c. reintegranda, uel sequentum sit illud.*
9 *Remedium c. reintegranda, uel iudi. officium, an detur contra alium bonæ fidei possessorem cum titulo.*
10 *Remedium c. reintegranda, an possit intentari coram iudice laico.*
11 *Spoliatus an debeat exprimere, quo remedio utatur, cum sibi plura competant.*
12 *Expulso à quasi possessione iuris incorporalis, an competat interdictū unde ui.*



ORAM uobis. Quia frequens est modernis temporibus spoliationis & rapinæ tractatus, maximè apud magnates & potentes, qui pstergata iustitia & diruptis æquitatis habenis luporum more pauperum & humilium substantias & bona diripiunt, loca, populos, & rempu. prędę submittunt, nec est Imperator, Dux, uel Baro, qui succurrere studeat. Iccirco prout magis possibile est, & si non ensibus, vel lanceis his raptoribus obuiare potest, nec humilibus succurri, prouidentia tamen Imperiali his occursum est, & illis succursum, per legum tramites & editiones, per quas calumniantium iniquitas expel-
1 lenda est, vt traditur Insti. in proœ. circa prin. † Ad huius itaque tractatus euidentiam sciendum est, quòd adeo violentiæ & rapinæ legibus sunt exosæ, ꝙ quibus modis potuerunt spoliatis succurrere voluerunt via criminali & ciuili, & nedum per modum agendi sed etiam per modum excipiendi, vt traditur & habetur in c. cū dilectus, & cap. super spoliatione, extra de or. co. in l. 1. §. ne quid autem, & §. illud. ff. de vi & vi ar. cum sim. ibi no. siue violentia fuerit commissa super rebus mobilibus, siue super immo-
2 bilibus, ut infra dicetur. † Deinde sciendum est, quòd quadruplex est violentia [a], quædam expulsiua, quædam compulsiua, quædam inquietatiua, quædam ablatiua, ut plenè no. per glo. in l. extat. ff. quod met. causa. & ibi per Bart. de prima uiolentia expulsiua loquitur to. tit. ff. de vi & vi ar. & C. unde vi. & extra. de rest. spo. De secunda specie, uidelicet de uiolentia compulsiua, loquitur tot. ti. ff. & C. quod me. ca. de tertia specie. s. de inquietatiua, et turbatiua. loquitur to. titu. ff. et C. uti poss. De quarta uero, uidelicet ablatiua, loquitur to. tit. ff. vi bo. rap. Rursus considerandū est, ꝙ quandoque quis priuatur uel spoliatur possessione rei mobilis, & hic aduertēdum, aut priuatur uiolentia cōpulsiua, & ei succurritur actione quod metus causa, ut l. si. & l. metum. §. Iul. cum sim. ff. quod me. causa. aut priuatur uiolentia ablatiua, & tunc, aut fuit uiolentia manifesta, & ei succurritur actione vi bon. rap. ut l. 1. & 2. ff. ui bo. rapt.
3 † non autem competit interdictum unde vi, quia illud nō competit pro rebus mobilibus principaliter ablatis, ut l. 1. §. illud utique, & §. sequ. ff. de vi & vi ar. Aut fuit uiolentia occulta, ut furtum, & tunc aut passus hanc uiolentiam est dominus ipsius rei, & ei datur actio furti & condictio furtiua, ut l. apud antiquos, in prin. & l. manifestissimi. C. de fur. & l. 1. C. de condi. fur. & l. 1. ff. de fur. cum simil. Aut non est dominus rei, sed habet ius in re, ut creditor &c. & tunc habet cōdictionem incerti, ut habetur in l. & ideo in §. Neratius. ff. de condi. fur. & ibi no. per glo. et Barto. aut nullum ius habebat in re, et tunc, aut habebat solam detentationem, ut commodatarius et depositarius, et huic competit actio in factum, ut l. officium iudicis, ut. l. nō tantum. ff. de det. hęre. et d. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. et ibi no. per glo. Aut habebat possessionem solam, et ei datur actio triticaria, ut l. 2. ff. de triti. et condictio ex l. si coloni. C. de agri. et cens. lib. 11. Si autem iste cecidisset à possessione facto suo proprio, tunc ei succurritur per condictionem indebiti. l. indebiti. §. sed nummi. ff. de
4 cond. inde. † Et not. quòd nullum interdictum reperitur à prætoribus introductum pro re mobili ablata recuperāda. ut not. per glo. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. et ibi plenè per Bart. et no. in d. l. 1. §. illud. ff. de vi et vi arma licèt pro ipsa re mobili, et eius possessione tuenda intro-
5 ductum sit interdictum, utrobi, ut ff. & C. utrobi l. 1. † Aliquādo (ut prædixi) aliquis priuatur & spoliatur possessione rei immobilis, & hic multum aduertendum, & cum distinctione considerandum. Quandoque priuatur quis possessione rei à se ipso uel per ipsum possessæ. Quandoque priuatur possessione uacante ad eum tamen pertinente. primo casu subdistinguitur, aut priuatur culpa & facto sui proprij coloni, inquilini, procuratoris, uel serui; & tunc aut priuatur, quia alij dictæ personæ produnt & tradunt ipsam possessionem, & tunc domino priuato succurritur per condictionem ex l. si. C. de acquir. pos. aut priuatur, quia interueniunt possessionem contendentes possidere sibi ipsis, & tunc succurritur domino ex l. non ab re. C. unde vi. l. si quis conductionis titulo & l. conductores. res. C. lo-
✠ ca. Quandoque priuatur facto * & culpa alterius penitus extranei, et tunc aut talis extraneus priuauit dominū posses-

sio-

sessorem prætextu alicuius rescripti uel sententiæ sine ali-
qua causæ cognitione, & tunc succurritur cõtra illum con
dictione ex l. meminerint. C. unde vi. aut priuauit nullo
colore, sed de facto, suo capite, & proprio appetitu, ut fit
moderno tempore, & tunc ipsi taliter spoliato & priuato
succurritur multipliciter, uidelicet interdicto, unde vi, ut
l. 1. in princ. & §. 2. ff. de vi & vi ar. & condictione ex l. ut l.
si quis ad te fundum. C. ad l. Iul. de vi. Item succurritur cõ
dictione ex canone. c. sæpe, extra, de rest. spol. & condictio
ne ex canone. reintegrãda. 3. q. 1. Item succurritur officio
iudicis, ut in c. bonæ memoriæ. extra. de app. & c. quia vo-
lumus, extra, de iudi. & no. per glo. & Inn. in d. c. sæpe. dixi
etiam quòd quandoque priuatur quis possessione uacãte,
et quam ipse nec alius possidebat, poterat * tamẽ iuste pri
uatus illam intrare, et tunc eidem succurritur condictione
ex l. conquerebatur. C. unde vi. et adde quæ scripsi in for-
ma capitulorum in glo. super uerbo { Pro sua et tanquam
6 suam. } † Sed pro prædictorum remediorum pleniori no-
titia quæritur, quæ et qualis sit inter ipsa remedia differen
tia, quę remedia competunt cum ciuiliter agitur, nam pro
spoliatione, rapina, et similibus uiolentijs agi etiã potest
criminaliter, ut ff. et C. ad l. Iul. de vi pub. et de vi priua.
per totum ff. vi. bo. rap. et ff. et C. de fur. per tot. et inquit
Iurisc. in l. 1. §. ne quid autem, & §. illud. ff. de vi & vi ar.
7 † Sciendum est ergo, cùm ciuiliter agitur, quòd differunt
inter se interdictum, unde vi, à condictione l. si quis in tan
b tam. § in his, nam interdictum, [b] vnde vi, est psonale, sicq;
competit solum contra eum, & eius hæredem, qui uim in-
tulit, non autem contra singularem successorem, ut l. cum
à te. & l. 3. in prin. ff. de vi & vi ar. Item requirit dolus ex
parte violẽti, ut l. 1. §. vi possidere. & l. si vi. ff. de vi & vi ar.
& no. per glo. magnã, in fin. positam in d. l. si quis in tãtam.
Daturque interdictum perpetuò de eo quod ad violẽtum
peruenerit, pro alijs autem damnis illatis datur infra an-
num tantum à tempore uiolentiæ illatæ numerandum. ut
l. 1. in priu. & §. fin. & l. 3. §. 1. ff. de vi & vi ar. sed constitutio
d. l. si quis in tantam. punit ipsum uiolentum maiori pęna
quàm interdictum, nec requirit dolum, sed sufficit lata cul
pa, ut ibi not. est etiã ipsa constitutio perpetua quò ad om-
nia, sed non datur contra singularẽ successorem, ut ibi not.
& in hoc concordat cum interdicto; uerum quia huiusmo
di raptores, ut effugerent, nec interdicto uel condictione
ex l. possent conueniri, trãsferebãt res ipsas occupatas seu
ablatas in aliquam tertiam personam, fuit eorum dolo, &
malitiæ occursum per d. c. sæpe, in quo dispositum fuit. { Si
quis scienter receperit rem per uiolẽtiam occupatam, te-
neatur ad ipsius restitutionem, non obstante iuris ciuilis ri
gore } & quoniam erat difficile probare de dolo, spolia-
tione, & scientia acquirentis, quia in facto alieno pręsumi
tur potius ignorantia quàm scientia, ut l. fi. ff. pro suo, & l.
metus. ff. de probatio. pro tanto alio remedio fuit puisum
longe latiori, & aliquo alio meliori, de quo habetur in d.
c. reintegranda 3. q. 1. in quo expressè disponitur genera-
liter & indefinitè, quòd qualitercunque & quomodocun-
que quis iniuste priuatus sit possessione rei, & ad quascun-
que personas peruenerit, siue fuerit successor singularis,
siue uniuersalis, siue bonæfidei, siue malæfidei, ꝗ ante om
nia spoliato * restituatur possessio &c. nisi uitium uiolen-
tiæ fuerit purgatum, quod qualiter purgetur plenè tradit
8 in l. sequitur. §. tunc in potestate ff. de usucap. † Sed hic
insurgit dubium, an d. c. sæpe. præcesserit, uel sequutum sit
d. c. reintegranda. & communiter tenetur quòd sequutum
sit: quo præsupposito, sequitur quòd ualde leuis & trufa-
toria fuit ipsius prouisio, cum latius subuentum iam esset
per c. reintegranda, & uide quod no. per glo. in d. l. 1. §. ne
quid autem ff. de vi & vi ar. per Goff. & Host. in sum. extra
de resti. spo. amplius etiam succursum est officio iudicis,
ut in c. bonæ memoriæ. de ap. quod remedium plenè suc-
currit, sicut d. c. reintegranda, de quo not. per gloss. in d. c.
9 sæpe. & ibi per Innoc. † Quæri tamen consueuit, an reme-
dium d. c. reintegranda, uel iudicis officium detur contra
alium bonæfidei possessorem cum titulo. Et in hoc com-
munis * decretalistarum opin. est quòd sic, siue sit bonæfi-
dei, siue malæfidei, siue cum titulo, siue sine titulo, ut not.
per Inn. & Host. in d. c. sæpe. & per Archi. in d. c. reintegran
da. & hoc ad exemplum actionis, quod metus causa, quæ
datur contra bonæfidei possessorem, ut l. si cum exceptio-
ne. §. in hac. & §. aliquando. in fi. ff. quod me. causa. & pro
hoc etiam facit d. l. si coloni. C. de agri. & cens. lib. 12. at-
tento maximè quòd tale remedium est inductum fauore
spoliati, ne sua re priuetur propter difficilem probationẽ
dominij. Alij Doc. iure ciui. ut Bart. * in l. rem quæ no-
bis. ff. de acqu. possess. & Iac. But. in l. inciuile. C. de fur.
distinguunt sic. Aut iste possessor habet titulum à uiolento
seu uitioso possessore, & tunc procedit opin. Innoc. & se-
quacium. Aut non habet ab eo titulum, sed ab alio bonæ-
fidei possessore, & tunc non potest contra eum intentare
remedium dicti capituli reintegranda, nec iudicis offi-
cium, arg. eorum quæ traduntur in auth. malæfidei. C. de
long. temp. præsc. & l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq.
10 possess. & l. siue autem. §. si duobus. ff. de publ. † Sed in hoc
apud aliquos dubitatur & apud me ipsum, an remedium
d. c. reintegranda, possit intẽtari coram iudice laico, * &
in foro laicali si tam actor quam reus sint laici, & sit quæ-
stio de re laicali, siue priuata inter eos. Et quidam dicunt
quod sic, nam pari seruitio & mutuo iura ciuilia & cano-
nica sibi inuicem auxiliantur, iuxta ea quæ habentur in c.
1. de offi. or. & in c. 1. de no. ope. nun. facit 10. dist. c. 1. & c.
quoniam, & in c. si adiutorium, ideoque licet ius ciuile il-
lud prætermiserit, si ius canonicũ illud adinuenit, poterit
laicus ipso beneficio seu remedio uti, sicut e contra, in fo-
ro ecclesiastico clerici legibus uti possunt, ut probatur in
iuribus antedictis. In contrarium facit, nam illud c. rein-
tegranda, cum sim. factum est simpliciter in fauorem ec-
clesiarum, ergo ad priuatas personas non est extendendũ,
cùm non sit paritas fauoris in omnibus, ar. in l. 1. §. fi. ff. de
consti. princ. & l. si uerò § de viro. ff. sol. mat. quod manife-
stè probatur ex illo tex. ibi. { Episcopus &c. } & ibi { Res
ecclesiæ &c. } & hanc partem puto ueriorem de iuris sub-
tilitate, licèt præcedens opin. maiori æquitate nitatur, ma
ximè quia hoc tale remedium est perpetuum, * nec tempo
11 ris cursu extinguitur. ut ibi habetur. † Inde quæritur, ut
dictum est, spoliato competunt plura remedia, an sit ne-
cesse uel utile, quòd in libello exprimatur, quo remedio
utatur. Et dicunt quidam quòd sufficit generaliter forma-
re sic, quòd in eo concludi & comprehendi possit omne
remedium, quam opi. sequitur Inn. in d. c. sæpe, circa fin.
arg. ad hoc in l. si. C. de anna. exce. & in c. abbate sanè. ex-
tra de regu. iur. facit quod per eum no. in c. conquerente,
extra de offi. or. Contra tamen facit regula impeditiua cu-
mulationis, de qua per Dyn. in regula, nullus pluribus.
Ego credo consultius, ad omnem cauillationem & dila-
tionem auferendam, exprimere qualitatem illius remedij
quod proponit uenditor, nec consulo propter difficulta-
tem probationis quòd aliquis intentet interdictum unde
vi, sed potius condictionem ex canone, uel ex d. ll. de qui-
bus supra dixi, uel iudicis officium. Præterea sciendum,
quòd quandoque quis priuatur libera facultate possiden-
di quadam uiolentia, quæ turbatiua seu inquietatiua ap-
pellatur, ut prædixi, licèt sit uiolentia impropria, quo ca-
su succurritur interdicto uti possidetis, ut ff. & C. uti poss.
nec iure ciuili reperitur aliquo remedio possessori in hoc
casu succurri, quod not. & de eius materia dicetur infra
tit. proxi. aliquando etiam cõtingit quem priuari alia qua
dam abusiua uiolentia, quod est cùm aliquis ingreditur
clam uel occultè fundum alterius, & ille suspicans se pos-
se repelli non audet ad fundum accedere, de quo loqui-
tur l. id quod. §. fi. & l. 3. §. si quis nuncio. & l. clam posside
re. in fi. cum l. seq. ff. de acquir. poss. & ff. quod vi aut clam.
l. 1. §. pe. & l. 3. §. fi. quo casu sibi succurritur interdicto un-
de

de vi & ff. de vi & vi arma.l.1.§. siue autem, & §. idem Labeo.& not.in l.sequit.§ item si occupaueris.ff.de vsuc. & etiam interdicto,quod vi aut clam, si quod factum est in solo uel re affixa solo,ut l.1.§. hoc interdictum, & l. si alius.§.nouimus.ff.quod vi aut clam.& eodem modo succurrendum conditione ex canone, & officio iudicis, & conditione ex lege.ut supra dixi in vera & propria uio-

11 lentia. † Sed circa prædicta quæritur, an expulso à quasi possessione iuris incorporalis competat interdictum vnde vi? Et quidem certum est competere officium iudicis & conditionem ex canone uel ex lege,ut tangitur in iuribus ad hoc supra alleg. De interdicto autem unde vi est dubitatio, nam canonistę tenent quòd sic,ut traditur in c. querelam,extra de elect.legistę autem ut plurimum,ut refert Cyn.in l.si certis annis,in v.ł.quæsit. C.de pact.tenent contrarium, de quo etiam no.gloss. & Bart. in l.3.§.unde vi.ff.de vi & vi arma. vbi ipse Bar.videtur tenere q etiam de iure ciuili non competit interdictum sed in l.h.ff.quo. bo.aliter distinguit,dicit enim quod quandoque persona est obligata ad aliquid annuum certum alicuius iuris realis seu respectu alicuius rei immobilis, ut est feudatarius, emphyteuta, & similes: Et hoc casu contra tales, licèt personaliter obligatos, compecit interdictum unde vi, sic intelligatur c.querelam. prælegat.& quod ibi no Quandoque persona est obligata simpliciter nullo habito respectu ad certam rem, & tunc cessat interdictum & succurritur de alio remedio,& sic procedit sententia Cyn.& Ia. de qua supra dixi.

ADDITIONES.

✱ De facto, Adde Aret. in §. quadrupl.col.11.& seq. inst.de act. & quæ habentur lib. Act. forens.Class.2.act.10.

✱ Poterat, Adde Nat.consi.396. col.2.

✱ Spoliato,Adde Rob. Mar.de ord.Iud.c.11. nu.54. & seq. & quæ habètur supra in for. Capitulorū Actoris. ver. pro sua. col 3. in prin.

✱ Bart.in l. Rem quæ nobis, Adde, q opi. Bart. ibi damnatam dicit Rob. Mar.de ord. Iud.4.par.c.11. nu. 58. Plot. de in lit.iur.§.3.nu.5. Masuer.

✱ Decretalist.opi. Adde, an hoc remedium detur etiam contra tit. & bona fide possideñ. & dic, quod de hoc disputat Alex. consi.6.col.4.in fi.lib.3. consi.100. col.2.lib.2. cōsi. 92.col.1. lib.5. Ias.in l. Rem quæ nobis.nu.19. ff. de acq. poss. vbi dixi, pulchrè Osasc.decis. 93. vbi tandem nu.4. concludit pro negatiua, distinguendo tamen ibi nu.6.inter opi. legist.& Cano. & docet quid in hac Subalpina patria seruañ. sit, qua in re, laudatur ipsius Osasc. sententia dum dicit dispositionem iuris Cano. in pręscriptionibus, & alijs,in quibus animæ periculum vertitur: seruandum esse, etiã in terris in quibus summus Pontifex temporalē non habet iurisdictionem, de qua & per Rom.consi.275. nu.9.glo.in c. possessor malefidei, de reg.iur.lib.6.doc.in l. priuilegia. C. sac. san.eccl. quod quidem remedium d. c. reinteg. non datur ei, qui iudiciali auctoritate & seruato iuris ordine spoliatus fuit, secundum cōmunem per Rol.consi.6. in princ.lib.3. vbi nu.40. quòd detur contra tit. & bona fide possideñ. & habeñ.tit.ab auctore non vitioso, secundum magis communem ibi, cum qua concordat etiam Plot. de in lit.iur.§.3.nu.5. de qua etiam plura not. Mising. Cent.3.obser.85.ubi tenet contra Barto. in d.l.Rem quæ nobis, & in l.si coloni. C. de agric. & cens. lib.11.q Imo beneficium d.c.competat aduersus tit. possidentē, etiam si res ad eum sine vitio peruenit, nec solū pro recuperanda possesione mobil. sed etiam immobil. secundum Ias.d.l.rem quæ nobis,Rob.de ord.Iud.4.part. 7.princ.dist.nu.58.mihi c.11. Dec.consi.57. col. fin. 258. nu.4. cui remedio pręscribi spacio 30. annorum secundū communem dicit Rol.d.consi.6.nu.8. quam declarat locū habere,si præscribatur à bonefidei possessore,aliàs secus, ut per eundem Rol.d.consi.6.nu.41. Quibus adde, q tale remedium transit etiam ad heredem: quando defunctus in uita sua cecidit à possessione sine culpa & facto suis, ut per eundem d. consi.6.nu.14. l.1.§.hoc interdicto ff. de vi & vi armi. ratio est, inquit Rol quia hęres repręsentat personam defuncti in iure creato & formato, actiuè & pasiuè tempore mortis suæ, secus in non formato, vt ibi d. consi.nu.15.qua in materia, vide plura p Mising. d.Cen' 3. for. 85. Rol. consi.41.lib.3. vbi num. 35. dicit, quòd remedium reinteg. datur etiam contra ementem à minore 25. annis habeñ. curatorem: ob non seruatam solemnitatem requisitam à statuto, quæ autem narratio ac conclusio sufficiat in eo remedio, uide d.consi. nume. 16. vbi quando uideatur intentatum possessorium,uel petitorium,& quid de Clausulis libellorum, ibi. Masuer.

✱ Laico, Adde Rob.de ord.Iud. 4. par.7. distin. nume. 50. & dic, quòd competit hoc Remedium etiam pro rebus prophanis, secundum Alexan.consi.6. colum.2. in princ. lib.3.&pro rebus eccl.& secularibus,teste Ias.in l.certi cō dictio. nu.23.ff.si cert.pet. Masuer.

✱ Perpetuum, Adde,q idem dicit Rol.consi.6.num.18. 41. lib.3. post Castr.consi.105.lib.1. hoc remedium, scilicet perpetuum esse, licèt aliqui contradicant, & ipse Rol. subdubitet,intellige tamen dicta Pap hic vt per eum d. consi.6. dum disputat, an huic remedio pręscribatur spacio 30. annorum.

a Violentia. Quotuplex violentia committitur & fit. vide Instit. de vsucap.§.quod autem, Docto.in l.sequitur. ff. de vsucap Gloss.in l. Pomponius,in §.cum quis.ff.de acquir. poss. Doct.in l.1.C.quod me.cau. Curt.

b Interdictum.Adde,quod hoc idem firmat & sequitur Plo. in repet.l.si quando.num.61. versi. & scias quod interdictum.C.vnde vi. Zilettus.

NOBILEM Lancelotum de Beccaria. Iste Lancelotus habet fratrem militem dominum Castellinum de Beccaria,qui ambo sunt de ciuitate Papię,& facti sunt rebelles Illustrissimi Ducis Mediolani anno pręsenti MCCCCXIIII. cuius rei causa, dum ipse Lancelotus possideret Basignanam,& dictus dominus Castellinus possideret Viqueriam & Lomellum & certa alia castra, per biennium ante ipsi fratres posuerunt totam ciuitatem Papiæ ad saccomanum & prædam cum auxilio & suasione Facini Canis, præfatus Illustris Dux reductus ad statum & libertatem suam mediante auxilio dominę Beatricinæ, nunc eius vxoris, & olim vxoris dicti q. Facini contra dictos fratres de Beccaria, & contra Manfredum & Ludouicum fratrem de Canibus, contra quos similiter guerram mouit Illustris Domin. Marchio Montisferrati,quos fratres de Canibus expulit de loco Burgi sancti Martini, & de mēse Octobris sequentis præfatus Dux incarcerari fecit dominum Castellinum simul cum domino Manfredo de Beccar. milite, & certis alijs de Beccaria in castro Papiæ.

DEducendo. Ista clausula solet aliquando apponi in principio libelli, & aliquando in fin.sed non est vis, ut dixi in fi.primi lib.

IVS suum. Aduerte, licèt communiter stylus ita se habeat uti hac generalitate, laudabilius tamen & securius puto uti specialitate exprimendo,ut dixi querelæ remedium intentatum,quia non credo quòd omnia ista remedia,quæ sunt inducta in fauorem spoliati pro eius recuperanda possessione, possint semel & simul eodem tempore cumulari per illam regulam cumulationis impeditiuam, quæ est,quòd si sententia lata in una actione parit exceptionem rei iudicatæ in alia, quod impeditur cumulatio, ut dictum est supra in 1. libel. & per Dyn. in reg. nullus pluribus, dicit ergo actor in suo libello deducendo in

præsenti

præsenti iudicio beneficium c. reintegrandæ, uel officium iudicis, uel condictionem ex l. si coloni. &c.

SVMMARIVM.

1 *Duo sunt probanda per spoliatum, ingressus & spoliatio ex parte aduersarij & possessio ex parte sui.*
2 *An sit necesse exprimere in libello mensem & diem spoliationis.*

INGRESSVS est de anno præsenti, & mense Iunij.
1 † Aduerten. ut infra dicam, quod quouis remedio quis vtatur, habet duo collectiuè probare. s. ingressum & spoliationem ex parte aduersarij, & possessioné ex parte sui.
2 † Nunquid [a] autem sit necesse exprimere in libello mensem & diem spoliationis? dicit Bart. quod si utatur interdicto vnde vi. & arguatur dolus aduersarij, necesse est, ut exprimatur tempus, ut per eum not. in l. 1. §. siue autem ff. de vi & vi arma. vbi autem intentaretur beneficium d. c. reintegranda, uel officium iudicis, uel condictio ex l. si coloni, licet ipse nil dicat, ego tamen puto, quòd in his non sit necesse tempus, quia in eis magis attenditur factum quam dilinquentis propositum, & sic habes aliam vtilitatem inter hæc remedia & interdictum.

ADDITIO.

a Nunquid. vide Doct. in c. inter dilectos, de fi. instr. & Spe. in tit. de lib. obl.

SVMMARIVM.

1 *Actor debet probare possessionem quando est spoliatus.*
2 *Inuasor spoliatus an habeat remedium contra spoliationem.*

1 TENTAE & possessæ. † Debet namque actor probare de sua possessione, ut dixi, & de spoliatione aduersarij, ut traditur in l. 1. §. deijcitur, & §. interdictũ hoc. ff. de vi & vi ar. & c. consultationibus, extra de offi. deleg. & no. in d. c. sæpe. & c. olim. extra de restit. spol. sufficit tamen actori si probet de eius simplici detentatione ab obtinendum in hoc interdicto. ut l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. de vi & vi ar. & ad hoc facit quod infra sequitur in proxi.
2 q. † Sed quid dices, si iste inuasor, & occupator ab aliquo spolietur, an sibi succurretur etiam aliquo remedio de prędictis? videtur quod non, quia nemini datur actio ex improbitate sua, ut l. nec ex dolo. ff. de do. & l. vtique. ff. de fur. In oppositum est veritas, tex. in l. 1. §. qui vi à me. & l. colonus. ff. de vi & vi ar. & c. ex literis. extra de restit. spo. & hæc vera, quando est deiectus ab extraneo non domino ipsius rei, secus autem si esset deiectus à domino, nam distinguitur an sit deiectus ex interuallo, & ei succurritur, ac si esset deiectus à quocunque extraneo: Aut fuit deiectus incontinenti, & tunc non succurritur sibi, quia vim vi repellere licet incontinenti, ut hæc habentur in l. 3. §. cum igitur, & in d. §. qui vi à me. & l. qui possessionem ff. de vi & vi ar. l. 1. C. vnde vi, ad quod facit l. 1. in fin. cum l. seq ff. uti pos. per quæ patet aliud priuilegium attributum spoliato in odium spoliantis.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium & possessorium, an possint simul in eodem libello intentari.*
2 *Per quæ uerba quis uideatur intentare petitorium simul cum possessorio.*

1 PLENO iure [a] spectantis & pertinentis. † Hic multum aduerte, quia per ista verba deducitur in iudicio petitorium simul cum possessorio, quod quidem fieri conceditur in libello possessorio recuperandę, ut habetur & no. in l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. & in c. pastoralis, & in c. cum dilectus, extra de cau. possess. & proprie. licèt melius & securius sit abstinere à petitorio propter difficultatem probationis, ut no. per glo. in d. c. 1. extra de rest. spo. In alijs autem possessorijs, aliter distinguitur, ut dicam infra tit. seq.
2 † Per quæ [b] autem uerba uideatur quis intentare petitorium simul cum possessorio, dicit Inn. in c. cum ecclesia Sutrina, in princ. extra de cau. poss. & proprie. tunc quãdo vtitur isto verbo {Pertinere & spectare} per l. verbum pertinere. ff. de ver. sig. & multo fortius si dicat & exprimat se dominum, uel quasi: idem si dicat se consueuisse interesse tali electioni, uel consueuisse colligere tale pedagium, uel consueuisse se exercere talem iurisdictionem, uel consueuisse ire per talem uiam & similia. nam ex eo quod dicit {Consueuisse} denotatur ius, quia cõsuetudo est ius, ut l. 1. C. quæ sit long. consue. & id. in l. de quibus. ff. de leg.

ADDITIONES.

a Pleno iure. vide Bal. in l. raptores. C. de epis. & cle. Bal. in l. fœminæ. C. de secun. nup. Inn. in c. cum ad sedem de rest. spol. Doct. in cap. auditis, de præsc. Abb. in c. querelam, de elec. Abb. in c. quoniam, de priui. Abb. in c. de monachis, de præb. Abb. in c. in Lateran. de præb. Ant. de But. in c. conquestus. de foro compe.

b Per quæ autem. Adde Alexan. in consi. 118. in 2. volum. & eundem in consi. 98. in 5. volum. ubi si iudex habet declarare rem pertinere, ex tunc videtur intentatum possessorium, & uide eum. in consi. 92. col. 2. eod. lib. & in 4. volu. consi. 96. ubi petitorium, & possessorium possunt intentari simul & pronunciari super possessorio tantum: & quod per ista uerba, ad dimittẽdum & relaxãndum, dicitur pronunciatum super possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Verba, ipso facto, & ipso iure, an inter se differant, & quorum sint effectiuum.*

a IPSO facto [a] & ipso iure priuatus. † Not. diligenter
1 quod inter ista uerba {Ipso iure & ipso facto} quo ad iuris effectum, non est differentia, ut no. per Archid. in c. 1. de ho. lib. 6. & in c. fœlicis, de pœ. eod. lib. de quibus verbis ibi fit mentio in text. & in c. cum secundũ leges, de hæreti. lib. 6. & in Auth. de inces. nup. §. 1. collat. 2. cũ multis simil. quorum quidem verborum effectus ille est, quia lex ipsa facit executionem super dispositione illa in qua uerba huiusmodi apponuntur, dumtamen prius super facto ipso, super quo fieri debet executio, sẽtẽtia p. ofe. atur. v. g. si lex communis uel singularis disponat {Qui commiserit tale crimen, sint ipso iure, uel ipso facto bona eius publicata, uel sit infamis & simili.} est necesse, quod prius * pronuncietur crimen esse cõmissum, quo declarato fiet executio primò per legem, deinde per iudicem, ut no. per Archid. in d. c. 1. & c. fœlicis. & per Doct. in d. §. 1. in Auth. de inces. nup. & l. si quis in tantam. C. unde vi. sed diceret aliquis, si est super facto necessaria sententia, ergo sunt frustra apposita illa uerba {Ipso iure} sed respondetur, quod multum operantur, nam à tempore criminis habetur ratio fructuum, & interdicta alienatio bonorum, prout eleganter no. Ia. de Bel. in d. Auth. de inces. nup. §. 1. ad quod faciunt etiam not. maxime per Bart. in l. post cõtractum. ff. de don. adde quod infra dicam in alia glo.

ADDITIONES.

* Pronuncietur, Adde, quòd hoc est secundùm communem quam refert. Villal. inter communis opin. ver. priuatio, quam declara, ut per Ias. in l. si quis iniquum. §. quòd autem ait. ff. quod quisque iur. Mathes. sing. 131. 114. Rom. consi. 212. col. fi. Fel. in c. Rodulphus, col. 16. & seq. nu. 35. de rescrip. Catel ver. mox. uer. uerbum futuri, Hypol. in prac. §. agredior. nu. 123. Masuer.

Ipso

a Ipso facto, uide in l. semper. ff. pro soc. Barto. in l. qui ad ciuilia. C. de app. Barto. in l. 1. ff. de his qui no. infa. & glo. in verbo ipso facto in cle. 2. de vi. & ho. cle. & ibi per Ioan. de Imo. in 1. no. tex. iuncta glo. in c. 1. de rescr. lib. 6. & ibi Arch. tex. in c. excommunicamus. el 1. in §. credentes, de hære. tex. in cap. eos, de immu. eccl. 2. lib. tex. iuncta glo. in verbo admonitionem, in clem. 2. de coha. cleri. & mu. tex. in c. quod olim, de iud. tex. in c. quidquid autem, in cle. extra de regul.

✻ Ipso facto. Adde facere, quæ scribit Ias. in l. quod te, post num. 31. ff. si cert. pet. quòd ad hoc, ut alicui posit imponi pœna priuationis iuris, quod habet à lege: requiritur q̃ expressè cautum sit in l. uel canone, ut latius ibi per eum vbi dixi, & an quis incidat in pœnam à statuto debitam ante lapsum totum tempus præfixum, dic quòd non, secus quando debetur ex conuentione hominis, secundum Ias. in l. non omnis, primo respons. colu. 3. in fin. ff. si cert. pet. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Requisitio an contra spoliat. sit necessaria.*
2 *Spoliatus iure incorporali qualiter probet possessionem tempore spoliationis.*

1 SAEPIVS requisitus. † An ergo est necessaria hoc casu interpellatio seu requisitio? Dic quòd non, quia fur, raptor, & uiolentus possessor, semper sunt in mora, ideoque de omni casu fortuito tenentur. vt l. 1. §. rectissimè. & l. pe. ff. de vi & vi ar. facit l. fin. de condi. fur. † Sed
2 qualiter probabit actor, quòd posidebat tempore spoliationis, maximè si fuit spoliatus aliquo iure incorporali? Respondeo quòd uariis modis, primo quòd supersint testes, qui uiderunt vtrunque, uidelicet spoliatum tempore spoliationis posidere, & ipsum inuasorem spoliasse, aut saltem alium probare, scilicet spoliatum possedisse per aliquod tempus ante spoliationem, hoc probato præsumitur continuata possessio, & sequens possessor præsumitur clandestinus uel uiolentus, nisi probetur titulus suæ possessionis, ut plenè not. per Innoc. in d. c. sæpe, & in ca. querelam, extra de elect. per Cyn. in l. non ignorabit. C. ad exhi. & per Barto. in l. iusto. §. non mutat. ff. de usucap. & l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. & l. Celsus. ff. de vsucap. per Cyn. in l. super longi. C. de longi tempo. præscr. & in l. siue posidetis. C. de proba.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, quæ magis attendenda est, quàm narratio.

S V M M A R I V M.

1 *Condemnatus per interdictum restituendæ possessionis an sit infamis.*
2 *Sententia lata super tali possessorio, an sit diffinitiua, uel interlocutoria.*
3 *Sententia super possessorio, an sit appellabilis.*
4 *Qui aliquo iure utitur, debet eo vti cum omnibus qualitatibus & circunstantiis suis.*

1 PER vestram diffinitiuam sententiam. † Hic quæritur, an condemnatus in hoc interdicto, sit infamis. Dic quod infamia iuris non, sed infamia facti sic, ut no. in l. neque vnde vi. ff. de vi & vi arma. uerumtamẽ damnatus criminaliter lege Iulia de vi pub. uel pri. efficitur infamis ipso iure, ut in l. 1. in prin. uer. qui iudicio publico. ff. de his qui no. infam. & in l. infamẽ. & quod ibi no. ff. de pub. iud.
2 Vlterius circa hoc consueuit in dubium reuocari, an sententia super hoc, uel alio possessorio lata sit diffinitiua, uel interlocutoria: & uidetur q̃ sit interlocutoria, per tex. in c. si quando, uer. si de possessione. 2. q. 6. Tu autem dic, q̃ est diffinitiua, ut probatur in cle. 1. de seque. pos. & fruc. & in c. si. extra de iud. & extra ut lit. non conte. c. 1. quam opi. fir
3 mant gl. & Doc. in l. 1. C. si de mo. pos & d. clem. 1. † Inde quæritur, an ab hac sententia posit appellari? videtur q̃ non, siue loquamur de iure canonico, per tex. in d. uer. si de possessione, siue loquamur de iure ciuili, per text. in l. 1. C. si de mo. pos. fuerit app. cum sim. Breuiter communis sen-
✻ tentia est ista, quod de iure canonico potest appellari * à
r sententia lata a super quocunque possessorio, ut probatur & no. in c. cum ad sedem, de restit. spol. & in ca. 1. extra de caus. poss. & propriet. & in cap. fin. extra de iudi. De iure autem ciuili appellari non potest, ut habetur & not. in d. l. 1. si de mo. pos. & in l. quisquis. C. quor. app. nõ recip.
✻ Diceret quis, * si d. c. reintegranda. obseruatur in foro laicali, cur non obseruabitur aliud quod de appellatione conceditur? ideo ego dicerem, quòd si illud cap. reintegranda, quod est remedium iuris canonici, intentetur in foro laicali, quòd habebit per cõsequentiam locum aliud remedium eiusdem iuris canonici, de appellatione per-
4 missa à tali sententia super possessorio lata, † nam qui vtitur aliquo iure, debet eo uti cum omnibus qualitatibus & circunstantiis suis, argu. in l. fin. §. si præfatam. C. de iure delib. & §. si autem hoc aliquis. uersi. cum enim. ubi autẽ intentetur remedium iuris ciuilis, puta interdictũ uel condictio ex l. si coloni, uel quid simile. dicam, tunc appellari non posse per dictam rationem, & hæc est ipsa ueritas, quod semper no. & hanc opinio. uidi firmari per d.
b Bald. in quodam suo consilio, dum legeret in studio b Papiæ me præsente, qui mouebatur tali ratione, quæ ad idem tendit cum superiore. Remedia namque iuris canonici regulari debent secundùm ipsum ius canonicum, sicut remedia iuris prætorii regulantur secundùm ipsum ius prætorium, non autem per ius ciuile, ut patet per discursum omnium bonorum possessionum, sicque patet quòd ualde utile est semper in libello exprimere qualitatem remedii quod intentatur ut supra dixi. super quibus uide quæ scripsi super forma appellationis ab interlocutoria. Alii autem voluerunt dicere, quòd etiam in foro laicali si dictũ cap. reintegranda intentetur, quòd non potest appellari, & mouentur hac ratione. Quandocunque lex procedit
c per uiam regulæ, c vt est d. l. prima, si de mo. poss. semper illa regula tunc trahitur ad omnes leges futuras seu sequẽtes de eadem materia loquentes, ut probatur in l. regula, in fin. ff. de iur. & fact. igno. & l. de uno quoque. ff. de re iud. & tetigit Barto. in l. prætor. § hoc interdicto, in fin. ff. vi bon. rap. cum igitur d. l. prima, procedat per modum regulæ. & d. cap. reintegranda, sequatur ipsam regulam, & sic est posterius ipsa regula, ergo trahetur ad ipsam regulam, & intelligetur secundum eam, argu. in l. sed & posteriores. ff. de legi. cum sim. credo præcedentem opi. esse ueriorem, nec repugnat quod dicitur de l. seq. trahenda ad regulam præcedentem. quia respondetur, quòd illud procederet, ubi vtraque lex lata sit ab eodem & in eodem iure, secus autem si lata sit in diuerso iure, & à diuerso conditore illius iuris, & non secundum alias regulas iuris conditoris, ut patet per infinita exempla in iure canonico descripta, ad quod facit, quod no. Dy. in regul. possessor malæfidei, in 1. op. circa si.

A D D I T I O N E S.

✻ Potest appellari. Adde, quòd à sententia possessorii non licet appellare, in omni possessorio, siue adipiscendæ, retinendæ uel recuperandæ, teste Bar. in l. 2. ff. de app. recip. in l. quisquis. C. quo. appel. non recip. quod intellige quoad ipsius sententiæ executionem retardã. secus quò ad deuoluendũ appellationẽ & negotiũ coram iudice ad quẽ, Bar. d. l. 2. Abb. in c. cum ad sedẽ, de rest. spol. cons. 55. li. 2. Dec.

consil.28. etsi fuerint, qui nulla admissa distinctione, dixerint, à possessorio non appellandum, ex Dec.d.consi. maiori tñ calculo recepta est sententia, ut quò ad solū effectū retardādęq́ executionis intelligat, ut scribit Rob.de or.iud. 6.par.ver.appell. n.305.Dec.d.cons.28.Catel.uer.appellatio, Seb.de nullit. c.4. nu.34. Tiraquel.le mort, declara. 6. nu.5.Afflic.decis.77.nu.8.279.ubi quòd in fructibus & interesse in quibus pars in causa possessoria fuit condemnata penden. appellatione non fit executio, quæ distinctio procedit in foro Cęsaris, secus autem in foro Pontificis, vt per Abb d.c.cum ad sedem, Afflic.d. decis.279. num.2. Rob.ubi supra.nu.305.Cur.cons.168.uerum hodie in hac subalpina patria stamus Ducalibus ipsius patriæ Decretis. lib.3.c.28. quibus ab huiuscemodi sententiis appellare licet, ut doctè etiam & copiosè monet Osasc.decis.25. post nu.4.decis.47.ubi allegat Pap.hic, Rol.consi.77.num.15. lib.2.Paris. consi.108. nu.13.lib.1. qua in disputatione illud notañ est, quòd licet iure ciuili regulariter à sententia possessorij non appelletur, sed solum dicatur de nullitate, per tex.d.l.1.C. si de momenta. poss. à sententia tamen super remedio.c.reintegranda 3.q.1.quod est remedium iuris Cano.quo iure à possessorio appellatur, poterit etiam inter laicos in foro seculari appellari à sententia lata in ea actione, teste Bal.consi.321.lib.3.Rip.in l. rem quæ nobis nu.30.de acq.poss in l.interdicto.col.fi. quor. bon. & ideo bonum est, quòd in calce libelli addatur coudictio ex d.c. reinteg.Doc.in d.c.cum ad sedem, de rest. spol. quod quidem remedium, pro rebus ecclesiæ & laicorum competit, secundum communem per Alex.d.l.rem quę nobis.col.2. vbi Rip.nu.26.& contra tit.possiden. ex magis communi sententia.per Alex.consi 97 lib.2.consil.91. col.fin. lib.5. d.l.rem quæ nobis, ubi Rip.nu.27.Rob.de ord.iud. 4.par. 7.dist.nu.50.& 30.uel 40. annorum spacio tollitur, iuxta veriorem sententiam. per Castr. consil.105. in quæstione quæ speratur.lib.1. Soc.consi.39.lib.3.Dec. consi.302. nu. 24. Rui.consi.44.num.26.lib.4.Paris.consi.1.nu.144.lib.1. Rol.consi.6.nu.8.nu 41. lib.3.quò ad princip. uerò artic. de appell.ad reg. quòd in causa possessorij non appellatur, d.l.1.C.si de moment.pos.& c.vlt.§.de possessione.2. q.6. vide 11.fall. quas ponit Rob. ubi supra, quibus adde alias in quibus nó admittitur appellatio in possessorio per Soc. reg.19.Bero.Luc.reg.36. Duen. reg.44. quæ quidem reg. in omni possessorio locum habet, teste Bar.d.l.quisquis.C. quor.appel.non recip.& est cómunis, per Bero.q.53.nu.8. Catel. uer.appellari.j. quæ opi.quòd à sententia possessorij non liceat appellare: dato quòd uera esset, datur tamen appellatio ab alio grauamine illato ante sententiam possessorij, puta, si iudex recusasset testes recipere aut aliud simile grauamen intulisset, quod per appellationem à diffinitiua reparari non posset, teste Ang. consi.46.188. & fac. quæ scribit Mar.Riminal.in l.1.num.2.C.de bon.pos.sec. tab.quæ omnia pulchrè declarat Osasc.d.decis.25.dum disputat, an liceat appellare à sententia lata super possessorio, & an appellatione admissa, impediatur executio dictæ sententiæ, & ibi.num.22.concludendo dicit sententiam in possessorio latam non obstañ.appell. regulariter executioni demandari posse.d.l.vnic. si de momenta.quam sententiam sequitur idem Osasc.decis.47.fallit autē prædicta cōclusio primò.si ex actis constet sententiam nullam esse, tūc enim per appel.executio impeditur, secus si nullitas altiorem requirat indaginem, quia tunc non impediret, secundò si appellandi occasio sit in promptu, tertiò quando lata est in possessorio mixto causam proprietatis secum habente, idem diceñ.est in possessorio iuris, idem etiam si sit lata simul super possessorio & petitorio, & generaliter ubi cunque damnum illatum per sententiam in causa appell. reparari non posset, tunc semper dicimus executionē impediri per appell.idem ubi coram iudice seculari intentatum esset aliquod remedium possessorium à iure Cano. introductum, puta, remedium.cap.reinteg.uel aliud Canonicum, quia tunc à sententia appellari potest, & ea ratione impeditur executio, quam sentētiam laudauit Senatus Taurin. teste Osasc. ubi supra, quare autem dicatur possessio momentanea, uide Doc.in l.fi. C.qui hab.leg.perso. stare in iud. & quando dicatur sententia possessoria fore pleni præiudicij, ita quòd eo casu de iure ciuili appellari possit, declara, ut per Grat. consil.110. num.14. libr.2. & qui Grat.consil.16.num.16.eodem lib.sequitur Pap.hic, ꝙ de iure Cano.appelletur à sententia lata in possessorio secundum communem per Rip.in c.sæpe.col.1.& fi.de rest. spol.de qua per Moder.in apostil.ad Bar. in d.l. vnic. si de moment.poss.quibus adde, quòd licet regulariter non appelletur à sententia in possessorio, ut saltem suspendatur executio ab interloqutoria, tamen lata extra causam possessoriam appellatur, secundum Dec. in c.pastoralis, extra de appell.pro quo uide Abb.d.c.cum ad sedem. col.11. de rest.spol.Rom.consi.224. quam concl.limita, non procedere in causa feudi, teste Caccialup.in trac. feud. in princ. pag.6. nu.47. Masuer.

* Quæ opi. seruanda sit. Adde, quòd quando aliquid non est decisum iure Cano.sequenda est tunc decisio legist. ex not.per glo.& Docto.in c.1.extra de op.no.nun.Ro. consil.320. num.12.

* Lata super poss.uide Bald.in l.1. C.si de mo.pos.& in cle.j. de re iudic.

* Lata. Adde Ias. in l.Titiæ textores.§.nihil. num.2. ff. de leg.1. ubi quòd licet non appelletur de iure ciuili, poterit tamen dici de nullitate, hoc modo, dico sententiam nullam, & si qua est, appello, quam concl.declara, ut latè per eum ibi, & uide quæ habētur supra for.appell.ab interloq. ver.in his. Masuer.

b Studio Papiæ. Adde eundem Bald. in cap. querelam, de elect.& consil.habes.in consi.321.inci.ad euidentiam præmittendum est, in 3.vol.

c Per viam regulæ. Adde Ang.Are. in §. capite tertio, Inst. ad l.Aquil.Alex.de Imo.in consi.50. in 2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator & inuasor ad quæ teneatur.*

2 *Spoliati per guerram vnius ciuitatis contra aliam, an ante omnia sint restituendi.*

3 *Bellum licitum quod dicatur, & quod illicitum.*

5 *Qualiter probetur de damnis in prædicto casu.*

6 *Regula quod spoliatus ante omnia, &c. quibus casibus fallit.*

* AD reintegrandum * & restituendum. † No-
1 tandum est hic, quòd spoliator & inuasor tenetur ad tria, in quibus condemnandi sunt. Primò tenetur rem occupatam restituere. Secundò fructus reddere. Tertio damna & interesse persoluere, ut hæc habentur & no. in l.si de possessione.C. vnde vi.& in c.grauis, extra de rest. spol.& in l.prima.§.qui autem vi deiectus, & §. si fundus.
2 ff. de vi & vi ar. † Circa hoc quæro de quotidiana quęst. Pone quòd vna ciuitas contra aliam, uel vnus dominus contra alium mouit guerram, in qua guerra spoliata & capta sunt aliqua castra, uel alia bona, quæritur an talia de iure sint spoliato ante omnia restituenda? Et breuiter Barto.in l.hostes.ff. de capti.& postli. reuers. sequutus uerba Innoc.in c.olim, de restit.spo.& in c.si.extra quod met. causa, licèt de eo non faciat mentionem, & ambitiosius ho-
3 nore sic distinguit. † Quandoque talia bona capiuntur
a in bello a licito. Bellum autem licitum dicitur illud, quod indicitur & imponitur per Imperatorem, uel Papam, uel alium inferiorem de ipsorum mandato. Bellum autem illicitum dicitur illud quod à quocunque alio indicitur sine cā legitima à iure approbata, ut habetur in d. c. olim.& in d.l.hostes. & ego scripsi supra in primo libello
4 super uerbo ❴ Spectat, & pertinet ❵ vbi uideas. † Primo casu

casu quando capiuntur in bello licito, tunc personæ captæ
* efficiuntur seruæ * ipsorum capientium de iure scripto, vt d. l. hostes. licet de consuetudine non seruetur, & bona mobilia & immobilia similiter efficiuntur capientium, ut ibi, & ideo non fit eorum restitutio. Secundo casu cùm capiuntur in bello illicito & reprobato, ut est communiter hodie, tunc personæ captæ non efficiuntur seruæ. Bona aut de iure scripto similiter non fiunt capientium, sed de consuetudine sic, secundum Bart. ubi supra, licèt Innoc. vbi supra dicat quòd nec de consuetudine debent esse ipsorum capientium, cùm sit potius corruptela, ut per eum no. in cap. fin. extra quod met. caus. & per Host. extra de homi. cap ne pro humani, & per Archi. extra de hær. c. ne præsidentes. & per Host. in summa de treug. & pace. §. 1. & 2. & per Archid. in c. 3. de re iudic. lib. 6. uersi. præmis-
5 sa. & per Innoc. in c. sicut, extra de iureiuran. † Vltra quæritur, quomodo probabitur de damnis et interesse, cùm graue sit reperire testes, qui uiderunt pecuniam in scrinio, vel alia simila in castro, uel in fundo? Respondetur secundum Innoc. in ca. olim, et in cap. grauis. extra de rest. spol. quòd probata spoliatione et inuasione stabitur de dãnis, & interesse iuramento spoliati per tex. in l. si quando. C. vnde vi. & ibi per Cyn. & Doct. Et sic patet vnum aliud priuilegium, quod attribuit spoliato in odium spoliantis. Non mirandum est ergo, si ante sit restituendus, ut compescatur audacia & temeritas inuasorum, intantum quòd ipsi spoliatori non præstatur auditus super rei dominio uel possessione, nisi res ipsa fuerit prius plenariè restituta, tã de iure ciuili quàm canonico, ut traditur in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de ui. & in c. prius, & in c. oportet, & in c. reintegranda, cum multis aliis sim. 3. q. 2. & 2. q. 1. & in c. 1. & 2. & c. ex literis & in c. item cum quis, & c. literas,
6 extra de rest. spol. † Quæ regula fallit * in certis casibus
* no. per Gof. in summa de restitutione spoliatorum, & per Specu. in tit. de peti. & pos. inter quos hi enumerantur. Pri
b mò si reus spoliatus b obiiciat de eius anteriori spoliatione in modum agendi uel excipiendi contra ipsum agentem, nam tunc retardatur & differtur executio donec super utraque fuerit cognitum, ut in c. cum dilectus, & in c. super spoliatione, extra de ord. cog. Secundò fallit regula, quando agens consentit, quod reus de iure proprietatis ipsius rei audiatur, ut in c. 1. extra de restit. spolia. & ideo actor si sit cautus, cùm uidet reum ingredi iudicium proprietatis, debet statim contradicere, & dicere quòd nõ est audiendus donec fuerit in integ. rest. ut ibi not. Item fallit in eo qui fuerat de facto intrusus in sede, qui si fuerit de facto repulsus non auditur petens se ante omnia restitui, vt habetur. 3. q. 1. c. Deus. §. patet. Idem fallit, si spoliatus sponte renunciauerit iuri suo antequam fuisset spoliatus, vt in c. accepta. de restit. spol. Secus autem si post spoliationem renunciasset, quia tunc talis renunciatio non tenet, & ideo ea non obstante audiretur petens se restitui, ut ipse no. in c. 2. extra de rest. spo. quod est multum not. & sic patet aliud priuilegium quod datur spoliatis in odium spoliantis: illi ergo principes, & domini, quibus per uiolentiam manifestam plerunq; subtrahuntur uillæ, uel castra, & postea dum ineunt inuicem treugam uel pacem, si spoliatus renunciat omni iuri suo quod habebat in talibus uillis, & castris ablatis, prout fecit Illustris Marchio Montis ferrati uersus Illustrem Principem Achaiæ, certè non obstante renunciatione tali, vtpote à iure reprobata, poterit ipse huiusmodi castra repetere, & uendicare, & se restitui ad possessionem postulare, de quo plenè not. etiam per gl. & Innoc. in ca. super hoc, extra de renunc. Idem patet in vxore, cuius non fit restitutio marito, ubi de eius timetur sæuitia, ut in ca. transmissa. extra de restit. spo. facit c. literas, ext. a eod. Item fallit si vir adulterium commisit post spoliatam vxorem, ut in c. significasti, extra de diuor. & ibi per Innoc.

ADDITIONES.

* Reinteg. Adde, quid dicen. de clausula. peto rem restitui & dic, quòd adaptatur ad petitorium & possessorium, teste Ias. consi. 170. colu. 3. lib. 2. ubi etiam de clausula. peto ius & iustitiam ministrari &c.

* Efficiuntur seruæ. Adde, quòd captiuitatis, & postliminij iura non seruantur hodie inter christianos, teste Boer. q. 178. num. 2. quod procedit quò ad personas, secus autem quò ad res, iuxta tradita per Nat. consi. 451. num. 10. quomodo autem fiat diuisio bonorum mobilium captorum ab hostibus, dic, ut per Fel. qui de communi differit in cap. excommunica. §. catholicæ, de hæret. & quòd capta ab hostibus, recuperata, priori domino restitui debeant, not. Ias. in l. id quod apud hostes. numer 5. ff. de lega. 1. de quo uide etiam quæ idem scribit in l. 1. in princ. ff. de acq. poss. Masuer.

* Quæ regula fallit. adde, & declara hanc regul. ut per Gabriel. com. opi. lib. 5. tit. de rest. spol. concl 3.

a Bello licito. De bello licito uide Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Bald. in l. 3. C. de se. u. & aqua. Doct. in c. sicut. de iureiur. Hostien. in summa in titu. de treg. & pac. in §. quid sit bellum. & in summa tit. de pace & remi. Ioan. de Ligna. in tra. de bello. & Bar. in trac. de pig.

b Spoliatus ante omnia debet restitui. Vide Host. in summa eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Cuius temporis & quæ damna ueniant in interdicto vnde vi. num. secundo.*

1 SIMVL cum omnibus damnis. † Hic aduerte quòd in isto casu, quo agitur interdicto vnde vi, debet lis, & causa moueri pro istis damnis infra annum, quo elapso non audiretur super eis, sed solum super rebus simpliciter
2 spoliatis, ut supra dixi in 1. gl. † Item in hoc remedio restitutorio ueniũt ista damna, & alia huiusmodi accessoria contingentia post litem contest. in condemnatione iudicis officio, etiam si non fuerit à parte petita in libello, ut habetur in l. 1. §. rectisimè, & §. non solum. ff. de vi & vi ar. & ideo si iudex neglexerit super his condẽnare, nõ poterunt vlterius peti in noua cã, uel instantia. ar. l. 4. C. depo. cum similib. & in l. terminato. C. de fru. & li. ex. alia aũt damna & cætera accessoria contingentia ante libellũ uel lit. contest. debent peti à parte infra annũ. nec ex officio suo posset iudex sine partis requisitione quicquam pronunciare: super quibus si pronunciare omiserit, poterit pars in alio nouo iudicio illa petere, ut hæc probantur in l. idem. §. fin. & l. si plures. ff. de vi & vi ar. sicut etiam talia accessoria ante li. conte. contingentia in contractu stricti iuris uel bonæ fidei non ueniunt in cõdemnatione officio iudicis, nisi parte petente, ut l. ædiles. §. idem sciendum. ff. de ædi. edi. & l. partum. ff. de usu. & plenè de hoc no. per Inn. in c. grauis. extra de rest. spol. & ego scripsi supra in forma primi libelli. in gl. super uerbo, ex officio. not. per aliquos in d. l. 4. & l. terminato, ad tollendum tamen omne dubium, consiliũ est, ut semper petatur à parte, ut hic fit.

ET in statum pristinum reducatis re ipsa, & in in effectu. No. multum ista uerba { In effectu &c. } quia non sufficit uerbalis restitutio nisi sequatur realis, & actualis, ut pbatur. 3. q. 1. c. episcopi. & uer. sed notandũ. ideoq; si iudex simpliciter pronunciat actorem in integrum restituendum, hoc non sufficit etiam si adiiciat. { Et ita eum restituimus } nisi sequatur missio in possessioné, desiderat enim res ista naturalem seu realem restitutionem, ut dicitur in simili in l. nõ statim, in prin. ff. de pecu. ad quod faciunt quæ determin. Iac. Butrig in l. cum iudex. C. de sent. & inter omn. iud. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non solum percepti, sed & percipiendi restituuntur per inuasorem.*
2 *Inuasores, & raptores quomodo sunt condemnandi.*

1 ET amplius ad restitutionem fructuũ. † Iuste petuntur fructus nedum percepti per inuasorem, sed etiam quos percipere potuisset inuasus. ut d.c. grauis. & C. vnde vi. l. si de possessione. & l. 1. §. die. & §. non solum. cum §. seq. ff. de vi & vi arma. In quibus fructibus si per iudicem non fuerit pronunciatum, tunc an liceat in alio iudicio illos petere? distingue tu eo modo quo supra dictum est in damnis & interesse, nam siquidẽ loquimur de fructibus perceptis post litem contestatam, seu percipiendis, & tunc non admittitur ulterius illorũ petitio, arg. d.l. 4. depo & C. de usur. l. eos. & l. in bonæfidei. cum simil.
2 & not. per Innoc. in d c. grauis. † Vltimò not. quòd isti inuasores, & raptores alienorum bonorum, contra quos nedum ciuiliter, sed criminaliter procedi potest, ut dictum est, etiam omnibus eorum iuribus, quæ habebant in rebus depredatis, sunt per sententiam iudicis priuandi, vt prædixi, non uirtute interdicti vnde ui, nec uirtute cap. reintegranda, sed per constitutionem. l. si quis in tantam. C. vnde vi. ideoque poterit à tali sententia appellari, quia excedit hoc casu metas meri possessorij, ut not. & determinatur per glo. in l. momentaneæ. C. vnde ui. quod not. quia frequenter intentatur per hæc uerba. d. const. l. si in tantã. faciunt quæ habentur in l. extat. ff. quod met. causa. qui autem his & sim. rapinis tota animi intentione perstudent, proculdubio sapienter facerent, si se à talibus abstinerẽt, sed uoluptati, & stultitiæ dediti postergata omni uirtute solo appetitu tanquam bestiæ reguntur.

Forma libelli pro turbata possessione.



CORAM vobis D. Vicario agit, & in iure proponit Thomas de Beccaria cõtra & aduersus Nicolaum de Gambis &c. dicens, & proponens dictus Thom. quòd iam annis 30 vel pluribus proximè elapsis per se, uel per alium seu alios eius nomine tenuit, & possedit continuè, pacificè, & quietè petiam vnam vineæ positæ, & iacentis in loco, & territorio Clastigij, quæ est modiorum centum vel circa, cui cohæret ab vna parte &c. quã adhuc hodie tenet & possidet pro sua, & tanquam suam ueris, & legitimis titulis, & causis, præfatus Nicol. de anno, & mense præsentibus eundem Thomam in dicta sua possessione turbauerit, & molestauerit ac præsentialiter turbat, & molestat indebitè, & iniustè, ipsiusque Thom. possessionẽ ingressus clandestinè fuerit, & in ea nititur ipsum Thomam turbare, & molestare non permittẽdo nec patiendo ipsum Thomam eiusq; colonum, & massarios & factores liberè, & pacifice laborare, & facere laborari in ista petia terræ, & vineæ, nec fructus, & redditus, & prouẽtus colligere & percipere, & habere pacificè, & quietè, prout hactenus consueuit. Rursus dicit, & proponit idem Thom. quod suprascriptus Nicol. animo, & intentione turbandi, & molestandi prædictum Thom. in eius possessione pacifica dictę petiæ terræ uineæ abstulit, & exportauit de dicta petia uineæ antedictæ tot vuas seu fructus vuarum in ea pendentes, & existentes, qui tunc fuerant, & hodie essent, si extarent, pretij, & valoris florenorum 25. & tot plurium prout testes dixerint, & liquidabitur in processu, & amplius idem Nicol. tunc temporis intulit in ipsa uinea tot, & alia damna propter quæ ipse Thom. damnificatus fuit, & est in quantitate floren. 12. & vltra. Deindeq; dicit ipse Tho. & proponit quòd persæpe admonuit & interpellauit dictum Ni. ut à prædictis uiolentia, & turbatione desisteret ac restituere, soluere, & emendare uellet damna & interesse prædicta, quæ tamen surda aure pertransiens tanquam in eius malitia obstinatus, facere & adimplere recusauit, præsentialiterq; recusat indebitè & iniustè. Quare cùm prædicta uera sint, petit & requirit præfatus Thom. à vobis D. Vicario antedicto, quatenus per uestram sententiam diffinitiuam condemnetis & condemnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Nic. uersus præfatum Tho. ad cessandum, & desistendum de cætero ab omni molestia, inquietatione, & turbatione prædictis. & ulterius ad satisdandum idonee, & promittendum quòd in futurum cessabit, & desistet à turbatione, & inquietatione prædictis: quodq; patietur in futurum, & sustinebit, dictum Thomã pacificè, liberè & quietè dictam petiam uineæ tenere & possidere, & ex ea fructus in posterum colligere, percipere, & habere: quodque prædictum Nic. per eandem sentẽtiam condemnetis ad dandum, & tradendum, & restituendum, & soluẽdum, singula singulis congruè referendo, fructus antedictos per ipsum Nico. perceptos & habitos, si extant; & si non extant, ipsorum ualorem & æstimationem, cæteraq; damna, interesse & expensas, de quibus supra, & liquidabitur in processu simul, & cũ fructibus abinde citra perceptis, & qui percipi potuerunt; quæ omnia petit per vos fieri Tho. prædictus omni modo, iure, uia, & forma, quib. melius, & ualidius fieri potest &c. deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. Saluo iure addendi &c. non se astringens &c.

SVMMARIVM.

1 *Materia turbatæ possessionis est frequens.*
2 *Turbato in sua possessione quot modis succurratur, & nu. 3.*
4 *Si agatur pro turbata possessione ex statuto, ut dimidium pœna applicetur parti, & dimidium fisco, an agatur ciuiliter, uel criminaliter.*
5 *In iudicijs possessorijs, an sit offerendus tantum libellus de necessitate.*



1 CORAM vobis. † Quia vrgens est quęstio inter homines de possessione, cùm magnum sit commodum possidere. Inst. de interdi. §. commodum, cum si. ideo turbatæ possessionis materia frequens est, & quotidiana, ideo bene aduertenda. vt inquit Iurisconsultus in l. legaui. ff. de lib. leg. de qua materia loquitur totus titu. ff. & C. uti pos. & Instit. de interd. §. retinendæ. cum sim. Pro cuius ma-
2 teriæ aliquali doctrina præsciendum est, † quòd turbato uel inquietato in sua possessione succurritur à iure diuersis modis, nam quandoque quis turbatur in possessione rei mobilis, & tunc ei succurritur per interdictum utrobi. vt ff. & C. utrobi. in l. 1. Quandoque quis turbatur * in possessione rei immobilis, & tunc aut habebat turbatus possessionem à iudice, & tunc succurritur ei per interdictum, ne uis fiat ei. l. 1. ff. eod. tit. ac etiam interdicto uti possidetis, ut infra dicetur. Aut habebat possessionem ab alio, & tunc, aut turbatur per uiolentiam expulsiuam, & ei succurritur criminaliter, & ciuiliter: criminaliter autem per tit. ad l. Iul. de ui pub. & ui priuata. ciuiliter per interdictum vnde vi, & alijs remedijs, de quibus in libello præcedenti dictum est. Si uerò turbatur simpliciter per quandã violentiam inquietatiuam, tunc ei succurritur per interdictum uti possidetis, * ut ff. & C. uti pos. etiam succurritur condictione ex statuto, ubi per uiam statuti sit prouisum contra turbantem possessionem alienam, ut in l. 1. C. & ff.
3 de condictione ex lege. † Sed quæri consueuit, quo remedio succurritur ei qui turbatur in possessione suæ iurisdictionis, uel alterius seruitutis, aut alterius iuris incorporalis? Dic breuiter, quòd ei succurritur utili interdicto uti possidetis, secundùm gloss. & Docto. ut no. in l. 1. C. uti pos. pro quo facit. l. fi. & l. si duo. §. hoc interdictũ. ff. uti

uti pos. & probatur in l. sicut. §. Aristo. & l. 2. in fin. & l. si forte. §. ...iendum. ff. si ser. uen. & no. per gl magnam in fi. c. licet. extra de proba. quam opi. sequitur Bar. in l. 1. in prin.
4 & l. fin. ff. uti pos. † Sed quid si pro huiusmodi turbatione
a agit criminaliter cōdictione ex statuto [a] ut pars pœnæ applicetur parti turbatæ, & alia pars fisco, an talis cā erit mere criminalis, uel ciuilis, uel mixta? Dic q iudicaī esse merè criminalis, & hoc ratione partis, quæ fisco quæritur, sufficit enī quò ad iudicandum esse causam criminalem, ut pars pœnæ applicetur fisco secundùm Bartolum, ut tan-
5 gitur per eum in l. agraria. ff. de ter. mo. † Deniq; de alio quæritur, super quo apud aliquos dubitatur, an de iure in iudiciis possessoriis tantùm sit offerendus libellus de necessitate, ubi aduertendum est quod plerunque de iure municipali cautum reperitur, quòd in quacunque causa excedente talem summam, uel quantitatem offeratur libellus, vel petitio, prout est Papiæ, & in pluribus locis, & tunc cū lex simpliciter, uel generaliter disponat, nec recipiat interpretationem restrictiuam, clarum est in possessoriis, nedum in petitoriis, offerri debere libellum. arg. in l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. & l. de pretio. ff. de publi. cum sim. Si uerò loquimur de iure communi, canonico, uel ciuili, & tunc offerendus est libellus, ut determinat Inn. in c. 1. in prin. extra de offi. iud. & post eum Bar. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poss. in vltima combinatione, uer. 3. quæro. Idemque tenuit Iaco. But. in suo libello, qui incipit laudabile aduocationis officium. Quæ autem sint probandæ in hoc possessorio iudicio inferius annotabuntur.

ADDITIONES.

❧ Quis turbatur. Adde, quòd inter duos contendeñ. de turbata possessione, quorum alter probat de antiquiori, alter de recentiori, obtinet qui probat de antiquiori, ut non dicatur turbasse possessionem recentiorem, & quòd propterea ueniat condemnandus de turbata possessione, not. Bar. consi. 112. quæ decisio uidetur refragari remedio & interdicto, uti possideris, ubi iudicatur pro possessore recentiore, & ita in interdicto restituendæ possessionis, ubi restituitur spoliatus non obstañ. exceptione prioris spolij. ca. fin. vbi Abb. de ord. cog.

❧ Vti possidetis. Adde quæ de hoc interdicto scribit Afflict. decis. 2. Neuiz. consi. 79. nu. 14. Rol. consi. 28. nu. 32. libr. 2. consi. 9. nu. 18. 19. lib. 3. post Rip. respons. 252. Fel. in ca. licet causam, de proba. Cepol. cautel. 203. Nat. consil. 398. col. 4. quod quidem interdictum, competit ei, qui possidet non vi, non clam, nec precariò respectu aduersarij, teste eodem Rol. consi. 46. nu. 10. lib. 2. Item ei tantum qui turbatur in sua possessione, ut d. consi. 46. nu. 11. quo in remedio, ut quis obtinere possit, uide Cepol. cautel. 100. Neuiz. consi. 82. nu. 31. Dec in l. fi. nu. 7. C. de edic. di. Adr. & quæ scribit Nat. consi. 419. & dic, quòd quando agitur interdicto uti possideris pro ciuili possessione contra naturaliter possideñ. quòd tunc non ad recuperationem naturalis, sed ne turbetur in ciuili, ageñ. est, quia non potest quis desistere à turbatione, nisi naturalem restituat, & ideo in tali interdicto uenit restitutio naturalis in consequentiam, non principaliter, iuxta not. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, ubi Ias. nu. nu. 67. ff. de acq. poss. in quo interdicto uti possidetis, ille uincit, qui probat de antiquiori possessione, teste Bald. in l. ordinarij. C. de rei uend. Ias. consil. 6. in prin. lib. 1. & pariter in beneficialibus antiquior possessor præfertur, c. licet causam, & c. cum ad sedem, extra de resti. spol. quia præsumitur habere causam iustiorem, & prior in titulo, in dubio præsumitur prior in possessione, secundum Ang. in l. siue. §. si duobus. ff. de pub. & sequens possessio præsumitur clandestina, ex not. per Bar. in l. si duo. co. lu. 2. ff. uti posid. tex. in l. fi. C. vnde vi, quòd uerum est, nisi primus possessor sciuerit, & non contradixerit secundo possessori, accedit, quòd qui possidet de præsenti, præfertur ei qui olim possedit, teste Bal. in l. cum res. C. de prob. col. 1. in fi. uer. nunc ergo restat, & possessor habens priorem tit. præfertur, quia pro eo præsumitur in possessorio, ex not. per Bald. in l. 1. C. de edic. di. Adr. toll. uer. fi. & sic nota, per glo. Barto. & Doct. in l. quædam, ad fi. ff. de rei vendi. qua in in materia possessoria plura not. Castr. consil. 3. lib. 1. Dec. consil. 607. & an ordinatio lata per iudicē ne pendeñ. iudicio quis turbetur in possessione, dicatur interloq. uel diffinitiua, uide Castr. d. consil. 3. & quando ita contenditur inter duos qui dicunt se possessores, dic, quòd potest prohibere utrique parti ingressum, teste Bar. in l. si usus fructus. §. sed si inter. ff. de usufr. Dec. consi. 302. in quo iudicio quando ambę partes contenderint se possidere, & tamen de possessione non apparet, dicunt aliqui quòd tunc poterit iudex pronuntiare neutram partem esse manuteneñ. iuxta tex. in c. cum super, de caus. pos. & propriet. Masuer.

a Statuto. Idem quoque tenet Matth. sing. 70. alle. Bartol. in l. Senatus. ff. de iure fisci. A. e. in §. pœnales. Institut. de action. in opere maleficio. in uersi. dandis Camerario. sed Alberi. contra. in l. fin. ff. de sepulch. viola. & in l. prima in vlt. uerbis. C. eo. Alexand. in rub. C. de iudici Domi. de Rota decisio. 213. quam refert Lud. in l. secunda. ff. de uerbor. oblig. Idem quod Matth. dicit Salustius nepos Bar. in rub. C. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Dictio &c. quomodo extendatur.*

CONTRA & aduersus Nicolaum de Gambis. Iste Nicol. est procurator, similiter dictus Thom. & boni notarij ambo. † Sed hic not. de hac dictione ʒ &c. ʒ
1
a [a] quia sub ea comprehenduntur multa, & debet extendi hæc clausula cum aliis quæ in fine præsentis libelli sunt apposite secundum quòd traditum est in primi libelli forma. Vt tamen in aliquibus instruamini, quæ pertinent ad hanc dictionem ʒ &c. ʒ sciendum est, ut inquit Bartol. in l. Gallus. in prin. in uer. idem credendum. ff. de l. b. & posth. quòd hæc dictio ʒ &c. ʒ aliquando ponitur in instrumento alicuius contractus initi sine scriptis. ut est regulariter, & tunc debet extendi talis dictio secundum formam hactenus per ipsum notarium in similibus obseruatam, & prout natura contractus communiter requirit, ut probatur, & not. in l. item ueniunt. §. petitam. ff. de pet. hæred. & sequitur Specul. in tit. de instru. edit. §. ostenso qualiter. uersic. ergo quid si imbreuiatura sic inueniatur, &c. si autē contractus fuerit celebratus in scriptis, ita quòd scriptura sit de substantia, tunc non fieret aliqua extensio, quia omissum haberetur pro omisso, secundum Barto. ubi supra. ar. l. contractus, cum sim. C. de fid. instrumen. ex quo sequitur secundum eum, quòd in libellis & sententiis diffinitiuis, & appellationibus ex interuallo interpositis, in quibus necessaria est scriptura, & certis aliis casibus similibus, si reperiatur seu apponatur ʒ &c. ʒ quod non poterit fieri extensio aliqua. quod no. tu notarie.

ADDITIO.

a Dictione &c. uide per Anto. de But. in cap. examinata. de voto. & Docto. in cap. quanquam. de prob. Barto. in l. Gallus. ff. de lib. & posth. Barto. in l. si quis. C. de eden. Spec. tit. de instr. edit. in §. ostenso. uer. quid ergo, & per Alex. de Imo. in consi. 29. in 3. vol.

TENVIT & possedit. Aduerte q ista possessio quātumcunque longeua de præterito non sufficeret per se in isto interdicto uti possidetis, nisi probetur possessio de præ-

de præsenti, uel tempore turbationis, ut statim dicetur: nec est necesse in hoc interdicto probare de dominio, uel quasi ipsius rei, nec de eius possessione, nisi eo casu quo vterque tã reus quàm actor æqualiter de possessione probarent, tunc enim utile esset de dominio uel quasi probare. nam ille qui melius de dominio uel quasi probaret, obtineret in hoc interdicto, ut probatur p Cy. & alios Doc. in l.1.C.uti possidetis, & p alios in d.c.licet, extra de prob.

SVMMARIVM.

1 Possessio, & turbatio in interdicto uti possidetis sunt probanda.
2 Actor quomodo probet se possidere tempore litis contestatæ & turbationis illatæ.
3 Possessio qualis sit probanda per actorem.
4 Possessio ab aduersario, ui, clam, uel præcario, an prosit actori.
5 Vi, clam, aut precario possidere quid sit.
6 Possessio an per instrumenta locationum probetur.
7 Modi, per quos potest possessio probari.

1 HODIE tenent & possident. † Scire debes, q duo
2 a substantialia, & principalia sunt probanda per
✱ eum qui agit hoc interdicto, uti possidetis, * videlicet
primò possidere, & sic possessionem ex parte sui, secundò
turbationem ex parte conuenti, quæ possessio debet probari ex parte actoris affuisse duobus temporibus, uidelicet
tempore litis contestatæ, & turbationis illatæ, ut habetur
in §.retinendæ, & §.commodum. Instit.de interdic. & not.
per Bar.in l.1.§.ait prætor, circa fi.uti pos.facit l.1.§. inter
a dictum autem, & l.2.ff.eod.tit. † Sed hic insurgit b du-
b biũ, quomodo ergo probabit actor se possidere his duobus temporibus? respondeo probando se possedisse ante litis contestationem & ante turbationem illatam per aliquod tempus, & allegando se adhuc possidere, præsumitur continuata eius possessio, quia in solo animo cõsistit, & retinetur usque ad litem contest. & post, nisi appareat vel probetur contrarium, ut determinat Cy. & alij Doct. in l. non ignorabit. C. ad exhiben. & l. siue possidetis. C. de proba. & per Bar.in l.Celsus. & in l.iusto. §. non mutat.
3 ff.de vsuc. † Nunquid ergo sufficit probare in hoc inter-
✱ dicto actorem possidere* ciuiliter, uel naturaliter, uel ciuiliter tantum, uel naturaliter tantum? Breuiter dic, q sufficit probare aliquo modo se possedisse uel ciuiliter tantũ, vel naturaliter tantum, ut habetur & no.per Bar.in l.1. in
4 prin.& l.interdictum autem.ff. uti poss. † Aduerte tamen, q reus pro sua defensione si probaret, quòd illa possessio agentis foret obtenta seu habita ab ipso reo vi, clam, uel precariò, tunc non prodesset actori talis possessio in hoc interdicto, ut d.l.1.in prin.& §.fi.ff. uti pos. & C.eo.tit. l.1. probatur autem, quod vi, aut clam, vel precario possideat actor ab ipso reo pluribus modis, & hoc est vnum præcipuum inter alios, uidelicet probando de antiquiori possessione ipsius conuenti, nam tunc sequens possessio ipsius agentis præsumitur clandestina seu uiolenta, nisi probet titulum suæ possessionis, ut habetur & no.in d.c.licet. & p Io.An.in c.sæpe, extra de rest.spo.& tangitur per Barto.in d.l.1.§.ait prætor, & per aliquos in l.siue autem. §. si duobus.ff.de pub.& d.l.1. C. uti posses. quo taliter per ipsum reum probato, absoluendus est ipse reus, secundùm modũ & formam traditam per Inn.in c.ueniens.extra de præscr. & Azo in summa.C.vti pos.& no. secundum Inn. ubi sup. quòd ad hoc ut reus possit obtinere hanc absolutionem, necesse est ut exceptionem spoliationis opponat ante litem contestatam, alias condemnabitur, ut ibi per eum no. nec tamen ipsi postea uolenti agere interdicto vnde vi, obstabit exceptio rei iudicatæ secundum eum: si autẽ actor possideret ab alio quàm ab ipso reo vi, clam, uel precario, tunc ei nil noceret talis possessio in hoc interdicto, ut habetur in l.1.in fin.& l.2. ff. uti pos.sicut nec nocet in interdicto, vnde vi, ut dixi.in tit.præcedẽti. & habetur in l.1. §.qui à me.ff.de vi & vi arma.& in c.in literis, extra de rest. spo. & sic quò ad hoc parificatur vtrunque interdictum.
5 † Quid autem sit vi, clam, aut precario possidere, not. per glo.in l.2.§.quod ait prætor.& ibi etiam per Bar.ff.uti pos. & per Azo.in summa.C.eod.tit. & per alios in l. Pomponius.§.cum quis.ff.de acq.pos.& per Inno.in d. c. ueniens.
6 extra de prescr. † Sed pone quòd ad probandum de possessione producuntur instrumenta locationum, uel inuestiturarum ipsius rei, an per illa probabitur possessio? Breuiter sic distingue. Aut sunt locationes factæ in ipsum conuentum, & tunc probant contra eum, quia non potest referre quęstionem dominij, nec possessionis, ut l.si quis conductionis titulo.& l.conductores.C.loca.& condu. facit.l. male agitur.C.de præscr.30.uel 40.ann.cum sim. Aut sunt locationes factæ in tertiam personam, & tunc alio nõ probato per eas simpliciter non probatur dominiũ nec possessio, ut d.l.ad probationem.C. loca. & c. cum inter dilectos.extra de fi.instr. & no. per glo. in c. cum uenerabilis. extra de relig.do. ubi autem probaretur etiam de solutione pensionis, & quòd soluẽs tempore solutionis rẽ ipsam
c detinebat, tunc istis concurrentibus simul cum inuestitura probabitur possessio quò ad omnes, ut hæc habentur, & probantur per gl.& Bar.in l.quamuis.§. si conductor, & l. qui vniuersas.§.quòd si per colonum.ff.de acq.poss.& not. per gl. in c.bonæfidei, extra de app. & c. cùm Bertoldus, extra de re iudic.& in c.inter dilectos.in fi. extra de fid. in
7 strumen. † Aliis etiam modis probari potest possessio,
✱ videlicet si probauerit se fructus * ex vinea uel ex fundo collegisse, ut hæc habentur & not.in l.Titia.ff. de sol. & in l.2. C.de acq.pos.eodemque modo probabitur etiam, si semel ingressus est possessionem, quod probatur per testes vel per instrumentum, nam possessio semel acquisita præsumitur continuata cùm solo animo retineatur, ut l.si quis vi.§.differentia.& l.3.§.in amittenda, ut l.peregre.§. quib. explicitis.ff.de acq.poss.& dixi supra.

ADDITIONES.

✱ Vti possidetis. Adde quæ conclusio fiat in interdicto uti possidetis, & qualiter sit proferẽda sententia, & dic, ut per Abb.in c.conquestus, in prin.extra de for.comp.& quando duo contendunt possidere & quilibet insolidũ, quid tunc iudex facturus sit, uide Bal.in l.1.col.2.C.de ap.Abb.in c. licet causam, de prob.col.3.ubi dicit q quatuor concurrere debẽt, ut quis obtineat in interdicto uti possidetis, quorum quodlibet distributiue sufficit, quando probatur possessio pro utranque partem, prima est pluralitas testium, secunda dictorum qualitas, tertia possessionis prioritas, quarta probatio melioris tituli, ut latè pro Abb. ibi, & Fel.& quando locum habeat istud interdictũ, uide Ale. consi.136.lib.2.col.3. Dec.consi.285.685.694.ubi ppter contradictionem uerbalem seu facti habet locum interdictum, quid in beneficialibus, quis sit potior, & possessionem consequatur, dic, ut per Dec.consi.220.& an sufficiat in beneficialibus probare de antiquiori possessione, quando non est iustificata ex titulo, uel alio modo, vide Soc. in l.rem quæ nobis.nu.17.ff.de acq.poss.& plura quæ præponderãt ad obtinendũ in hoc remedio, uide per Dec.& alios in c.licet causam, de prob.quæ necessariò probanda sint in hoc interdicto, & an sit lis contestanda, & quis debeat obtinere, quid sit turbatio, & an pro possessione turbata competat actio criminalis, uel per iudicem inquiri possit, uel per accusationem pcedi, & quòd turbatio seu modus turbationis in specie probari debet & non in genere, & hoc ad instantiam rei exprimi debet & qualiter probetur possessio, quot modis dicatur probari turbatus in possessione vide Bal.in q.accusatus de ui turbatiua, col.1.col.8.quib. adde, quòd hoc interdictum dictat fieri sequestrum ne partes ueniant ad arma, secundum Cur. Sen. consil.60.& dic, quòd propter perplexitatem causæ & probationum in hoc iudicio, potest iudex pronuntiare partes respectiuè esse

esse manutenen. prout possideret, licet non declaret qualiter constet sibi eas possidere, quod tamen in executione potest inde liquidari secundum Bald. in lege, cum iudex. C. de sentent. plura alia in materia interdicti uti possidetis, & quando dicatur probata extrema; & quando probatur antiquior possessio; an præsumatur possidere de præsenti, & quid requiratur, ut antiquior possessor præferatur contra iuniorem possessionem, uide Soc. inn. consi. 146. lib. 1. Interdicto autem retinendæ agens, quid probare debeat, uide Rui. consi. 106. lib. 5. in quo interdicto ex præterito non præsumitur pro præsenti, sed necesse est probare possessionem tempore litis contest. teste Grat. consi. 50. nu. 33. 34. lib. 1. & cuius tempus possessio requiratur in hoc interdicto, dic ut per Afflict. decis. 394. Cass. Pur.

✱ Possidere. Adde, quòd aliud est possidere, aliud stare in possessione, secundum Ias. in l. si quis ante. num. 12. ff. de acquiren. poss. pro quo fac. quæ idem scribit in l. si super possessione, post nu. 5. C. de trans. quid de possessione iuris, & possessione facti, & dic, ut per Bald. in l. vni. colu. vlt. C. si de moment. poss. Bal. Alber. Saly. Angel. Rom. & Ias. in l. 1. C. de bon. pos. sec. tab. Masuer.

✱ Fructus. Adde, quòd si p obetur aliquem nomine absentis percepisse fructus, quòd ex hoc probatur absentem possedisse, etiam quòd non probetur de mandato eius qui dicitur fructus percepisse, teste Rip. in l. 1. num. 109. ff. solut. mat. pro quo uide quæ not. Bart. in l. qui vniuersas. 9. quod per colonum. ff. de acquir. pos. ubi etiam Alex. dicit quòd hæres dicitur possidere absque apprehensione ea bona quę defunctus possidebat animo suo & corpore alieno, pro cuius declaratione uide Afflic. decisa 67. ubi colonus uoluit hæredi possidere, & hęres sciuit, ita intelligenda sunt dicta Alex. d. §. quod per colonum. Masuer.

a Duo substantialia. Adde Maria. Sozin. iun. in consi. 146. incipien. in causa turbatæ possessionis. nu. 6. in 1. uol. Zilett.

b Sed hic insurgit. Adde & dic quòd si probaretur quòd famuli Titij solebant ire ad talem fundum, dicitur probata possessio Titij, ita Ang. in l. Celsus. ff. de usuc.

SVMMARIVM.

1 Tempus illatæ turbationis, an necessariò debeat exprimi in libello.

1 DE anno & mense præsentibus. † Quæritur hic, an de necessitate sit exprimendum in libello tempus illatæ turbationis? & Bart. in l. 1. §. interdictū hoc. ff. vti pos. distinguit, aut arguitur dolus aduersarij, & tunc debet locus & tempus exprimi: aut non arguitur eius dolus, & tūc secus, ut colligitur ex l. 1. §. rectissimè. ff. de vi & vi arma. & §. ubi autem, & in c. tuæ, extra de procu. Dolus autē potest contingere in casibus not. in l. si duo, in prin. ff. uti pos. Puto consultius, ut cōmuniter practicatur, quòd in omni casu locus turbationis exprimatur, siue arguatur turbatio de præsenti, siue de futuro.

SVMMARIVM.

1 Qualiter quis turbetur.
2 Vt dicatur quis turbare, an sit necesse, quòd contendat se possidere. & num. 3.

✱ 1 AC præsentialiter turbat✱ & molestat. † Ecce secundum substantiale probandum in hoc interdicto, uidelicet turbationem ex parte rei conuenti. Sed qualiter dicatur quis turbare? certè qualitercunq; & quocunque modo non patiatur aduersarium liberè, & quietè uti & frui re ipsa, ut habetur in l. uim facit. ff. quod ui aut clam, cum sim. † An autem, ut dicatur quis turbare, sit necesse quòd contendat se possidere? Dicunt quidam quod sic, nec sufficeret per se aliquem actum turbatiuum inferre, sed esset agendum eo casu actione iniuriarum, uel lege Aquilia, ut no. per gl. & Bar. in l. 1. §. huius autem interdicti. ff. uti pos. & Inst. de interd. §. commodum, uer. hodie tamen, pro hac

3 opi. facit l. 1. §. restituendum. ff. uti pos. † Tu autem dic secundum ueriorem & communem Doct. sententiam, quòd non attenditur, an turbator cōtendat se possidere uel nō, sed sufficit quemuis actum turbationis inferre, ideoq; siue succiderit arbores, siue fructus collegerit, uel colonū expulerit, uel laborare prohibuerit, uel quid aliud dāni uel turbationis intulerit, interdicto uti possidetis conueniri poterit, secundum quòd determinat gl. in d. l. 1. §. huius aūt edicti. & §. restituendæ, & d. uer. hodie tamen. pro qua sententia facit l. si duo, in prin. & §. si vicinis, & §. itē uideamus an actor. ff. uti pos. & quod no. per Bar. in d. §. restituendæ, & in d. l. vim facit. ff. de vi & vi ar. & l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. 2. Alij tamē & malè voluerunt dicere, quòd ubi nō contendit quis se possidere, sed solùm inferat damnū uel turbationem, debet contra eum agi uel lege Aquilia, ut l. denique, in prin. ff. quod vi aut clam. vel actione iniuriarum, ut l. iniuriarum. §. si quis me prohibet. ff. de iniur. uel actione arborū furtim cæsarum, ut l. 1. ff. ar. fur. cæs. uel responderi potest, quòd turbato competunt plura remedia contra ipsum turbantem, vnde potest eligere, quo remedio uti uelit, iuxta materiam. l. quòd in hæredem. §. eligere ff. de tribu. & per Dyn. in regula, nullus pluribus, de regul. iur. lib. 6.

ADDITIO.

✱ Turbat. Adde, quòd sufficit uerbalis & iudicialis contradictio, secundum Ias. in l. si prius. num. 22. 23. ff. de ope. no. nun. ubi latius declarat, pro quo fac. quæ scribit Alex. consi. 88. col. penul. in fin. lib. 5. ubi quòd contradictio iudicialis sufficit pro turbatione in interdicto uti possidetis quando aduersarius contendit se possessorem. Masuer.

SVMMARIVM.

1 Turbare possessionem & turbare personam possidentem sunt diuersa.
2 An sit necesse probare dolum, uel culpam tantum turbantis, si agatur ad pœnam ex statuto pro turbatione.
3 In prædicto casu quid iuris quando agitur interdicto uti possidetis.

1 ET nititur, ipsum Tho. turbare. † Hic aduerte, quia diceret quis, quòd idem bis cumulatur in eodē libello in eo quod dicit {Et eam} .s. possessionem, & postea subiungitur {Et ipsum Tho. &c.} sed respondetur quòd hæc sunt diuersa .s. turbare possessionem & turbare personam possidentem, secundum Bar. ut not. per eum in l. 1. §. non autem. ff. si quis testa. li. esse ius. fuerit per quod decidi

2 tur illa quotidiana quæstio. † Pone quòd statuto a ciui-

a tis cauetur, quòd turbator alterius possessionis, uel qui aliquem turbauerit in sua possessione, condemnetur in centum, an erit necesse probare de dolo turbantis, uel sufficit probare de culpa? Distinguit ipse Bar. ubi supra, aut statutum loquitur in personam, aut in rem. Primo casu. v. g. si statutum dicat {Si quis turbauerit aliquem in sua possessione &c.} & tunc requiritur dolus in ipso turbante, quæ turbatio non potest inferri in personam sine effectu turbantis, arg. in l. 3. ff. de iniuriis, ideo quælibet iusta causa excusaret eum à pœna, arg. in l. 1. in fi. ff. de abigeis, & l. igitur. ff. de lib. causa. facit optimè. l. 1. §. si quis ideo. ff. ne uis fiat ei & l. 3. §. si eum, in fi. ff. de lib. ho. exhi. & l. plagij. in fin. C. ad leg. Iul. de plag. Secundo autem casu, cùm statutum loquitur in rem. v. g. si dicit {Si quis possessionem turbauerit alterius &c.} tunc sufficit lata culpa, ut not. in l. 1. §. non autem. supra allega. & l. 1. §. 1. ff. si mēsu. fal. mo. dix. & Instit. vi bo. rap. §. quia tamen. & l. si quis in tantum. C. vnde vi. nec mireris de dicta distinctione Bar. cùm dicit, quòd aut statutū loquitur in personam, aut in rem: quia etiam in iurisconsultum sit similis distinctio in l. aut qui aliter. §. si. ff. quod vi aut clā,

 sicque

sicque conclusio erit, quod siue statutum loquatur in personam, uel in rē, debet agens condictione ex statuto ad pœnam applicandam fisco, probare dolum uel culpam aduersarij turbantis, aliàs excusatur ut dictum est. † Secus aūt
3 si ageretur hoc interdicto uti possidetis simpliciter, ubi n... attenditur dolus uel culpa aduersarij quo ad uictoriam obtinendam, sed simpliciter factum turbationis, pro ...to tunc agitur condictione ex lege, uel statuto. licèt nó probato dolo uel lata culpa aduersarius non absoluendus sit à pœna statuti, tamen si de ipsa turbatione aliter constet, condemnandus est ad cessandum à turbatione in futurum.

ADDITIO.

a Statuto. Adde Plot. in repet. l. si quando, num. 31. uersi. & pro prædicta opin. C. vnde ui. & in consi. suo incip. casus super quo. nu. 8. & num. 107. quod est consi. 108. in 1. uol. consiliorum criminalium diuersorum. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt dominum & possessorem turbare, aut eius colonum.*

1 EIVSQVE colonus. † Sunt enim paria dominū, & possessorem turbare, aut eius colonum. vt habetur in d. l. 1. §. quòd seruus, cum sim. ibi no. ff. de ui & ui arma.

SVMMARIVM.

1 *Turbans animo suum conseruandi, an cadat in pœnam turbantium.*
2 *Quid attendatur in interdicto uti possidetis.*
3 *Missi ab altero ad turbandam possessionem, an teneantur sicut & mittens.*
4 *Tutor uel similes turbantes nomine alterius, an excusentur.*

1 NIMO & intentione turbandi. † Quid autem diceres, si non habuit animum alienum turbandi uel usurpandi, sed ius suum conseruandi, an cadat in pœnam proditam contra turbantem? Dic, quòd aut iste qui ingressus est fundum alienum, & turbat possessorē, fuit protestatus se id facere animo suum ius conseruandi, non alienum usurpandi, & tunc protestatio ipsum excusat à pœna, argu. optimum in l. si quis. §. sed hoc interdictum, in fi. ibi {Oportet igitur &c.} ff. de reli. & sump. fun. & d. l. 1. §. si quis ideo. ff. ne uis fiat ei, probatur etiam in l. si duo. §. cum inquilinus. ff. uti pos. l. 3. §. hæc uerba. ff. de lib. ho. exhi. cum multis sim. Aut non fuit protestatus, & tunc non excusat à pœna, si de turbatione probabitur, nisi iusta causa eum
2 excuset, ut supra dictum est in præcedenti glos. † Quantum tamen ad effectum huius interdicti non attēditur propositum turbantis, si re ipsa, & ueritate inspecta actor reperiatur turbatus iniuste, quia pro ipso ferenda erat sen-
3 tentia, & reus condemnandus, ut infra dicetur. † Ex quibus solet decidi illa vulgaris, & quotidiana quæstio, de eo qui misit laboratores in uineam ab alio possessam, an & ipsi sicut ille qui misit debeant cōdemnari de turbata possessione? in qua quæstione sic conclusiuè distinguitur, aut illi laborantes sciebāt hanc uineā ab alio possessam quàm ab ipso mittente, & tunc quia participes sunt, & auxilium præstantes, debent pariter cum mittente condemnari, arg. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi pub. & quod nota. in l. liber homo, in prin. ff. ad l. Aquil. & l. ad ea. ff. de re iudi. Aut ignorabant illam uineam ab alio possideri, & credebant quòd possideretur ab ipso mittente, ut quia ille misit qui hoc illis affirmabat, uel ab aliis sic dicebatur, & tunc excusantur, ar. in l. in rem. §. tignum, & quod ibi no. ff. de rei uendi. quam opi. tenuit Gan. in suo libello maleficiorū sub rub. de pœnis reorum in genere, & idem secutus est Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. pro qua sentētia facit.
4 l. si quis id quod. §. serui. ff. de iur. om. iud. † Quid autem si tutor, uel curator, aut syndicus, uel procurator alterius nomine turbauerit aliquem in possessione, an ipse erit excusatus? distingue, ut habetur & no. per gl. & Doc. in l. is qui impu. §. si tutor, & l. aut qui aliter. §. hæc uerba. ff. quod ui aut clam. & ff. de pecu. l. in summa. §. si dolo. & l. 1. §. hoc edicto. ff. ne uis fiat ei. & l. quoties. ff. de ui & ui ar. cum sim. facit l. Polla. ff. de his qui ut indig.

FRVCTVS vuarum. Scire debes, quod pro huiusmodi fructibus & cæteris rebus, q̄ realiter peruenerunt ad ipsum turbantem, datur perpetuo hoc interdictū contra eum, ut l. 1. §. 1. ff. uti pos. & l. 1. in prin. & §. fi. cum l. seq. & l. idem est. in §. 1. ff. de ui & ui ar. pro cæteris autē dānis, quæ ad eū non peruenerunt, quæ passus est ipse turbatus, competit hoc interdictum inf. a annum tātùm à tempore turbationis numerandum, vt l. 1. §. 1. ff. uti pos. & l. 1. §. animus. ff. de vi & vi ar.

ADMONVIT & interpellauit. An ergo sit necessaria interpellatio? puto quod non, quia si ipsum turbare non debuit, nec consequente: fructus accipere, & semper censetur esse in mora, arg. in l si. ff. de cond. fur. ad quod facit. l. 1. §. rectissime. & l. pe. ff. de vi & vi ar.

PRæsentialiterque recusat. Quid autem dices, si nō recusat desistere ductus pœnitentia, nec restituere, sed omnia facere se offerat, an erit absoluendus? Ego distinguerem sic, aut fuit actum contra eum criminaliter, & tunc pœnitentia eum non excusat, ut l. qui ea mente, cum si. ibi no. ff. de fur. Aut fuit actum ciuiliter, & tunc si quidem offerat omnia integra, est audiendus. & absoluendus. arg. in l. si reus paratus, cum si. ibi no. ff. de proc. & l. fideiussor. ff. de doli exce. & Inst. de of. iu. §. fi. Aut nō offert omnia, & tunc condemnandus est, ar. l. si insulam, cum ibi no. ff. de uer. ob. ad quod etiam facit d. l. 1. §. 1. & §. fi. ff. vti pos.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper omnia sunt reducenda, vt aliàs dixi.

SVMMARIVM.

1 *Quando agitur pro turbata possessione quot petantur.*
2 *Actor an possit in turbata possessione petere pronunciari se dominum.*
3 *Actore non probante de possessione qualiter index debet iudicare.*
4 *Quid agendum quando turbans, & turbatus probarunt de possessione.*
5 *Petitorium & possessorium, an possint simul cōcurrere, & quid agendum sit quando simul proponuntur. & num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
6 *Possessorium quotuplex est.*
15 *Quid agendum quando diuerso tempore proponuntur petitorium & possessorium.*
16 *Quid agendum quando vnus proponit primo loco possessorium, et alius secundo loco petitorium.*
17 *Qui sit effectus conuenti petitorio nec respondentis.*
18 *Quid agendum quando econuerso in petitorio, & poss. proceditur.*

a AD cessandum & desistendum.* † Hic notandum, quòd
1 quatuor principaliter fieri petuntur, in quibus reus per iudicem condemnandus est. Primò uidelicet quod cesset à turbatione. Secundò, quod in futurum eū non turbabit, nec molestabit ipsum possessorem. Tertiò, quod satisdet de obseruatione promissorū. Quartò, quod restituat oīa ablata, & damna illata, ut hæc habent & notan in l. pe. ff. de aqua quo. & æsti. & no. per Bar. in l. 1. §. interdictum hoc aūt. ff. uti pos.
2 Sed an actor possit pete: e pronunciari se dominum? puto breuiter quod non: licèt enim, ut dictum est, possit incidenter de iure dominij probare ad coadiuuandū uires interdicti propositi quò ad obtinendū uictoriā super ipso, non tñ auditur in modū agendi principaliter petēdo se declarari & pronunciari dominū propter repugnantiā quæ insurgeret

ex isto

ex isto casu: nam ex ea parte, qua peteret se dominum declarari, fateretur aduersarium possidere; quia duo sunt extrema in rei uendicatione, videlicet dominium agentis, & possessio ex parte conuenti, ut l. 1. C. de alie. iu. mu. causa fac. sicque datur contra eum q detinet uel possidet, ut l. officium & l. in rem actio. ff. de rei uen. ex ea autem parte, qua intentat hoc interdictum, dicit se possessorem, ideoque tanquam contrarius non esset audiendus, ut l. 1. C. de furt. Quid igitur si de dominio queratur incidenter proposito interdicto. uerbi gratia actor probauit in hoc interdicto possessionem ex parte sui, & turbationem ex parte aduersarij, aduersarius siue reus probauit de eius dominio, quæritur quis eorum debeat obtinere? & videtur q ipse reus qui de dominio probauit per regulam, dolo facit. ff. de reg. iur. & l. dolo. ff. de doli exceptio. quæ regula procedit in possessorio retinendæ possessionis, ut no. per gl. l. si de ui ff. de iud. & hanc opi. sequuntur Dy. in regula, qui ad agendum. ff. de re. iu. & Cy. in l. incerti, in fin. C. de interd. sed Bart. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poss. ubi plenè tractat de hac materia, tenet contrarium, & in d. l. si de ui. & hoc per tex. & glo. in l. si de eo. §. fi. ff. de acquir. possess. Ego credo quòd opin. Dyn. & Cyn. sit æqua, sed opi. Bart. est æquior, ut compescatur audacia turbantium, & ne quis sua audacia ius sibi dicat auctoritate propria, licet opi. Dyn. ad diminuendas lites pertineat ut l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. & in ca. 1. in princip. extra de appel. lib. 6.

3 † Qualiter igitur iudex pronunciabit inhærendo opin. Dyn. quia supra diximus quod non potest actor petere se pronunciari dominum? Respondeo quòd iudex absoluet reum ab interdicto proposito, ea ratione adiecta, quia ipse reus probauit se dominum, & sic non principaliter, sed consecutiuè declarabit super dominio, & hoc

4 pcedit eo casu quo reus nil de possessione probauit. † Quid igitur si uterque pariter de possessione probauerit, sed alter de dominio etiam probauit, quis eorum obtinebit? certe dicendum est, quòd hoc casu multofortius quam in præcedenti obtinere debet ille qui de dominio probauit, uel quasi dominio, uel alio legitimo titulo, ut deter. Doc. in l. 1. C. uti pos. & Bart. in d. l. si duo. in prin. ff. eod. titu. & in d. l. si duo, in prin. ff. eod. titu. & in d. l. si de eo. §. fi. de acqui. pos. & in c. licet. extra de proba. Sed quid erit, si eius probationes sunt vndique pares super possessione, & nullus probat de dominio, nec aliquo titulo, uel omnes probant de æquali ti-

* tulo, qualiter pronunciabit iudex? * Dicit Iaco. But. in l. 1. C. uti possid. quòd iudex pronunciabit {Vti possideris ita

* possideatis} & vlterius ad euitandum rixam præcipiet * partibus sub certa pœna quòd ad ipsam possessionem non accedant, ar. in l. æquissimum, & l. Proculus. §. si inter duos. ff. de vsuf. quam opin. sequuntur communiter Docto. ubi supra. Barto. autem in d. l. si duo, in prin. dicit quòd iudex debet facere diuisionem possessionis, argu. in l. 1. ff. uti poss. & in l. si Fortidianum fundum. C. de leg. quam opin. recitat. In no. in c. licet, extra de probatio. in glo pen. & eam reprobat quia hoc non est ab aliqua parte in processu petitum, sicque iudex non potest nec debet de eo pronunciare nec iudicare. ar. in l. ut fundus. ff. communi diui. & in cap. licet hely. extra de simo. Esset ergo bona cautela, si dubitaretur ab

* actore uel reo de paritate, probationum, quòd peteret * diuisio possessionis in casu in quo contingeret pariter & per utrunque probari de dominio, & possessione, uel titulo, quæ procedere habent, quando probationes sunt pares circa eandem speciem seu qualitatem possessionis; ubi autem probatio respiceret diuersas species possessionis, quia unus probaret de sua ciuili, alter de sua naturali possessione, tunc secundum Innocen. ubi supra iudex pronunciabit hoc modo, {Pronuntio te Caium possidere naturaliter, & te Titiũ possidere ciuiliter, & hoc ideo, quia sic inueni uos possidere, uti possideris ita possideatis.} Ad pleniorem tamen om-

5 nium prædictorum doctrinam reuoco in dubium. † An petitorium [a] & possessorium possint simul concurrere, de quo plenissime per Bar. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. Dic plenius & clarius quàm ipse, distinguendo duos casus principales, aliquando enim ista duo remedia proponuntur eodem tempo. e, aliquando diuersis temporibus. Primo casu subdistingue alios certos articulos, nã quandoque unus & idem simul, & eodem tempore in eodẽ libello proponit petitorium, & possessorium, & eius aduersarius simpliciter se defendit negando contenta in libello esse vera. quandoque ambo tam actor quam reus simul, & eodem tempore in eadem instantia proponunt petitorium, & possessorium asserentes omnes se dominos, & possessores. Quandoque eodem tempore vnus proponit petitorium, alter possessorium tantùm. Secundo casu principali cum ista iudicia diuerso tempore proponuntur, dic, quòd hoc potest contingere quatuor modis. Nam quandoque vnus & idem proponit primò petitorium, secũdo loco possessorium. Quandoque econtra ipse idem primò proponit possessorium, secundò petitorium. Quandoque quis primo proponit petitorium, & eius aduersarius secundo loco possessorium. Quandoque econtra quis proponit possessorium, & eius aduersarius secundo loco proponit petitorium. de quibus omnibus inferius per ordinem declarabi-

6 tur. † Rursus [b] pro euidentia sciendum est, quòd triplex est possessorium, nam quoddam est possessorium adipiscendæ possessionis, de quo loquitur l. 1. ff. quorum bo. & l. 1. ff. quorum leg. Quoddam est possessorium recuperandæ possessionis, de quo loquitur l. 1. ff. de ui & ui arm. & l. 1. C. unde ui. & in cap. sæpe, extra de resti. spol. cum sim. Quoddam est possessorium retinendæ possessionis, de quo hic loquitur, & habetur in l. 1. ff. & C. uti posside. quæ singula uide clarius Institu. de interdi. §. 1. & seque. ff. de interdi. l. 1. §.

7 hæc autem interdicta. † Redeamus nunc ad propositam materiam, & assumo primũ generalem articulum qui fuit, quando unus, & idem simul, & eodem tempore, & in eadẽ petitione proponit utrunque interdictum tam petitorium quàm possessorium, in quo articulo licet sint variæ opinio. Doc. ut refert Cy. in d. l. incerti. C. de interdi. & Bart. in d. §. nihil. tamen secundum eundem Bar. sic distingue. Aut quis simul proponit possessorium adipiscendæ, aut possessorium recuperandæ. Primo casu subdistingue: aut utrunque iudicium proponitur pro re corporali, ut puta pro fundo; aut pro re incorporali, puta pro seruitute uel iurisdictione. Si

* pro re corporali, tunc, aut utrunque proponitur respectu vnius & eiusdem qualitatis possessionis, ut puta respectu ciuilis tantum, uel naturalis tantum possessionis, & tunc nõ possunt ambo iudicia cumulari in modum agendi tantum ratione contrarietatis, quæ inde insurgeret, vt supra dictum est, quia per petitorium asserit aduersarium possidere, ut l. qui petitorio. & l. is qui destinauit. ff. de rei uend. & l. 1. C. de alie. iu. mu. causa fact. & per possessorium asserit se ipsum possidere, ut l. 1. in prin. §. hoc interdictum. ff. uti poss. quæ inter se constant esse contraria. arg. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possessio. & l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. licet in modum excipiendi hoc casu admittantur probationes super dominio, ut quis melius possit obtinere in hoc interdicto, (vt supra dixi.) Aut petitorium & possessorium intentatur respectu diuersarum qualitatum possessionum, uel alio diuerso respectu, ut puta si proponitur petitorium ratione naturalis possessionis apud aduersariũ existentis, & possessorium ratione ciuilis residentis apud actorem: uel si proponitur petitorium ratione detentationis apud aduersarium existentis, ut sunt depositarius, & commodatarius, & similes, & possessorium ratione ciuilis & naturalis turbatæ existentis penes turbatum, ut l. officium. ff. de rei. uendi. & tunc admittitur concursus amborum, ut in §. nihil, secundum vnam lec. & no. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poss. & quia nulla regula impediẽs cumulationem repugnat huic petioni, quod multum nota, quia quotidie occurrit, & poterit sustineri multiplex libellus qui prima facie uideretur vitiosus.

8 † Secundo casu, cũ vtrunque iudicium proponitur pro re seu iure incorporali

g. pro

g. pro iurisdictione, vel seruitute, tunc semper concursus vtriusque tam petitorij quam possessorij sustinetur, & admittitur etiam respectu eiusdē qualitatis possessionis, nam siue intentetur confessoria quæ competit tam possidenti, quàm non possidenti, vt habetur in l. si forte. §. sciendum l. si quis diuturno. & l. sicut. §. si quæratur. ff. si ser. vend. l. vti frui §. fi. ff. si vsufr. pet. siue intentetur interdictum uti possidetis, quod etiam pro iuribus incorporalibus competit. vt l. sicut. §. Aristo. in fi. ff. si ser. ven. & l. pe. ff. de serui. non igitur in hoc petitorio & possessorio uiget aliqua repugnantia, ideo hoc casu vtriusque concursus admittitur, de hoc uidetur tex. in c. ecclesia Sutrina. extra

9 de causa pos. & proprie. † Venio ad alium articulum, de quo supradixi, quando eodem tempore proponitur simul possessorium adipiscendæ possessionis cum petitorio: in quo casu dic, quòd aut iuris dispositione habet locum electio, vt in casu l. fi. C. de codi. & tunc nō admittitur concursus, nec cumulatio: aut non habet locum electio, & tunc vtriusque concursus admittitur. ut not. per glos. & Do. in l. si de ui. ff. de iu. & in c. pastoralis. extra de cā pos. & proprie. quia hoc casu cessat omnis regula cumulationem

10 impediens & contrarietatem inducens. † Descendo ad alium articulum, qui est, quando eodem tempore proponitur possessorium recuperandæ possessionis simul cum petitorio, & tunc secundum omnes, admittitur concursus quòd verum est, quando ab eodem proponuntur, quia nulla regula est hoc impediens, vt probatur in l. cum fundum ff. de vi & vi arm. & in c. sæpe de re spol. & quod habetur & not. in c. 1. & 2. extra de causa pos. & proprie. in c. pasto

11 ralis. eo. tit. & supra dixi in præcedenti. † An autem hoc casu, quo vtrunque simul proponitur, teneatur iudex super vtroque pronunciare? videtur quòd sic per tex. in ca. cum dilectus. extra de causa pos. & proprie. In contrariū facit l. si de ui. ff. de iudi. Breuiter dic, q aut iudici liquet de vtroque, & tunc super utroque debet pronunciare, ut d. c. cum dilectus. Aut sibi liquet de possessorio tantum, & tunc de eo solum pronunciat, vt d. l. si de ui. secundum primam lect. quam distinctionem approbat glo. in c. 2. extra de causa pos. & proprie. & Innoc. in c. bonæ el 2. extra de postula. præla. & in c. querelam. extra de elec. ubi uide. & no. secundum eum, quod si iudex solum pronunciauerit super petitorio absoluendo uel condemnando, quòd ille qui succubuit, ulterius super possessorio non auditur. sicq;

c secundum eum sententia lata c in petitorio nocet in possessorio, quam opin. sequitur glo. in l. 2. §. quædam. ff. de interdi. Alibi tamen gl. determinat oppositum in l. incerti C. de interdi. pro quarum opi. concordia Dy. sic distinguit in c. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. Aut est tale possessorium, quod excluditur per exceptionem dominij, ut est possessorium adipiscendæ & retinendæ possessionis, & tunc procedit opin. Inno. & glos. in d. §. quædam. Aut est tale possessorium quod non excluditur per exceptionem dominij, vt est possessorium recuperandæ possessionis, &

12 tunc procedit alia opin. gloss. posita in d. l. incerti. † Sed quomodo cognoscetur, quòd petitorium simul cum possessorio fuerit intentatum? dic, vt supra dixi, in tit. præcedenti, & traditur per Inno. in cap. cum ecclesia Sutrina. in prin. extra de causa pos. & proprie. & per gloss. in c. inter dilectos. extra de fid. instru. in glo. super uerbo pertinere.

13 † Alius articulus est, quando uterque scilicet actor, & reus simul & eodem tempore proponunt petitorium & possessorium, & sic uterque dicit se dominum & possessorem. & tunc siue sit possessorium retinendæ, uel adipiscendæ uel recuperandæ possessionis, dicendum est secundum omnes, quod nō cognoscitur super petitorio donec prius cognitum fuerit super possesso io tam ratione ordinis, quam contrarietatis ratione, vt l. 1. §. hoc autem. ff. uti pos. & ff. de iud. l. inter litigatores. & l. si de ui. & not. per glo. & Docto. in d. l. incerti. C. de interd. & Bar. in d. §. nihil. in

14 alt. combinatione. † Alius est articulus, quando eodem tempore unus proponit petitorium, & alter possessorium, in quo casu dic, quòd siue sit possessorium recuperandæ, prius de eo cognosci & pronunciari debet, antequam de petitorio audiatur, quia causa spoliationis est priuilegiata, ut supra dictum est, & sic ratione ordinis præferenda, ut in c. 1. & 2. cum sim. extra de caus. pos. & proprie. siue sit possessorium adipiscendæ, & idem tam ratione contrarietatis euitandæ quàm ratione ordinis seruandi, siue sit possessorium retinendæ, & idem similiter per eandem rationem, nisi esset diuersitas in qualitate possessionis, ut supra dictum est, & not. Barto. in d. §. nihil, in sexta com-

15 binatione. † Nunc autem condescendo ad secundum principalem articulum, qui est, quando diuerso tempore & successiue ista duo iudicia petitorium & possessorium proponuntur, qui articulus subdiuiditur in quatuor alios articulos, quorum primus in ordine fuit. Quando unus, & idem primo proponit petitorium, secundo possessoriū coram eodem iudice & in eadem instantia. In quo sic distinguitur. Aut est possessorium adipiscendæ possessionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Primo casu considera, aut ista duo iudicia, scilicet petitorium & possessorium ita se habent, quod electione tolluntur, ut est exemplum in l. fi. C. de cod. & tunc proceditur solùm super petitorio, & cessabit possessorium, ut d. l. fi. Aut non tolluntur electione, quod est regulare. & tunc, aut tempore intentati possessorij nondum erat conclusum in petitorio & tunc admittitur utriusque concursus, & cumulantur secundum ea quæ not. per gl. in l. si de ui ff. de iud. Aut erat iam conclusum super petitorio, & tunc non auditur super possessorio, nisi ex magna causa hoc iudici apparebit, ut hæc probantur in cap. pastoralis, extra de causa possess. & proprie. Et hoc de iure canonico, licèt secundum Bart. aliud fortasse de iure ciuili esset dicendum. In secundo autem & tertio articulo, dic per omnia, ut supra dictum est in alio articulo, quando unus & idem simul eodem

16 tempore ista duo iudicia proponit. † Alius autem est articulus econuerso ad proximum præcedentem, uidelicet quando unus, & idem primò proponit possessorium, & alius secundo loco proponit petitorium, in quo sic distinguitur. Aut fuit possessorium adipiscendæ, aut recuperandæ, aut retinendæ. Primis duobus casibus dic per omnia, ut supra dictum est in primo, & secundo principali articulo. In tertio autem casu, qui est retinendæ, distingue, aut ista ambo iudicia intentantur respectu iuris incorporalis, & dic ut supra dixi: aut respectu iuris corporalis, & tunc, aut agitur diuersis respectibus possessionis, & simul concurrunt: aut eodem respectu, & tunc, aut petitorium intentatur secundo loco ratione possessionis quam dicit se post intentatum petitorium perdidisse, aut ratione possessionis quā dicit se perdidisse ante possessoriū intētatū. Primo casu, aut dicit se perdidisse ante litem contestationē super possessorio, & vr renunciare possessorio aut post litē contestatā, & tunc procedit utrunq; iudiciū. Ratio est, quia possessorium retinendæ datur ei qui tempore litis contestatæ possidebat, ut Insti. de interdi. §. hodie, & l. 1. ff. vtrobi. In secundo autem casu proponendo petitorium uidetur renunciare possessorio, ut probatur ex his quæ not. in d. §. nihil, in 3. lect. In tertio uerò articulo, qui est quādo unus primò proponit petitorium, & secundo loco eius aduersarius proponit possessorium distingue, aut proponit possessorium recuperandæ, aut adipiscendæ aut retinendæ. Primo casu v. g. Egi contra te rei uendicatione, tu uerò postea agis contra me interdicto unde ui, quo casu distinguitur, aut agis contra me possessorio recuperandæ, quia tu dicis te spoliatum post iudiciū per me super petitorio intentatum, & tunc super utroque tam petitorio quam possessorio cognoscitur, ut l. constituerit. C. si. reg. Aut agis ratione uiolentiæ illatæ ante petitorium intentatum, & tunc, aut utrunque iudicium proponitur diuersis respectibus, ut puta, si ago contra te petitorio,

titorio, quia ciuiliter poſsides, tu autem poſſeſſorium intentas, dicens te ſola naturali poſſeſsione ſpoliatum, & tunc vtrunque procedit iudicium, ut d. §. nihil, ſecundum vnam lec. Aut proponitur eodem reſpectu. v. g. vel ratione ſolius ciuilis poſſeſsionis, vel ſolius naturalis, & tunc aut poſſeſſorium proponitur ante lit. conteſt. ſuper petitorio, aut poſt: ſi ante, præfertur poſſeſsorium ipſi petitorio, quia cauſa ſpoliationis eſt in hoc priuilegiata, vt l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam de vi. & l. 1. C. ſi per vim vel alio modo, & in c. ſæpe, extra de reſt. ſpol. & in cap. 2. extra de cauſa poſ. & proprie. cum multis ſim. quæ etiam habent locum, ſi ipſe in initio petitionis fuerit confeſsus ſe poſsidere, maxime quia ante lit. cont. licet reſponſionis pœnitere, ut l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vend. Si uerò poſt lit. conteſt. in petitorio proponatur poſseſsorium, tunc aut ipſe reus in iudicio petitorio ſe poſsidere reſpondit & tunc repellitur, nec auditur ſuper poſseſsorio, quaſi ſit ſibi ipſi contrarius, ut l. 1. C. de furt. Aut non reſpondit ſe poſsidere, quia forte non fuit de hoc interrogatus, & tunc ſuper poſseſsorio auditur, & ſuper utroque procedetur, nec erit hoc caſu ſpoliationis cauſa priuilegiata, quia exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, vnde debuit opponi ante litem conteſt. tam in modum agendi, quàm excipiendi, argum. in l. fi. C. de exce. & l. exceptionem. C. de prob. & probatur per tex. in capitu. 1. extra de reſti. ſpol.

17 † Quis autem ſit effectus conuenti petitorio, nec reſpondentis ſe poſsidere, not. per glo. in l. ſi à te. §. 1. ff. de exce. rei iudica. Secundo caſu, quando proponitur poſseſsorium adipiſcendæ, & tunc aut ambo iſta iudicia petitorij & poſseſsorij proponuntur diuerſis reſpectibus, & tunc omnium amborum admittitur concurſus, ut probatur ex his quæ dicta ſunt. aut eodem reſpectu, & tunc, aut reus proponit poſseſsorium ante lit. conteſt. ſuper petitorio, & tunc præfertur poſseſsorium, & ſuperſedetur in petitorio: & huius eſt euidens ratio, quia reus tali poſseſſorio intentato, negat ſe poſsidere, ergo &c. ut l. fi. ff. de rei vend. Aut illud proponit poſt litem conteſtatam in petitorio, & tunc diſtingue, aut ipſe reus prius reſpondit ſe poſsidere, aut nil reſpondit, (ut ſupra dixi.) Tertio autē caſu, quando proponitur poſſeſſorium retinendæ, tunc diſtingue, aut enim ꝓponitur diuerſis reſpectibus, & tunc admittitur vtriuſque concurſus, quia nulla reperitur repugnantia, vt prædixi. Aut proponitur eodem reſpectu uidelicet reſpectu eiuſdem qualitatis poſseſsionis, & tunc aut agens petitorio aſſerit ſe poſsidere eandem qualitatem poſseſsionis ante intentatum poſseſsorium, & tunc ſuſpēditur petitorium, et ſuper poſseſsorio tantum proceditur, & eſt ratio, quia agēs eſt ſibi cōtrarius, ut aliàs dixi, & qa ratio ordinis hoc requirit, & etiam quia uidetur renuntiatum petitorio aſſerendo ſe poſsidere, ut d. §. nihil, ſecundum tertiam lect. Aut aſſerit ſe poſsidere ea poſſeſsione, quam quæſitam dicit eſſe poſt petitorium intentatum, & tunc admittitur concurſus utriuſque. arg. d. §. nihil, ſecundum quartam lect. quam ſententiam ſequitur Barto.

18 in quarta combinatione. † Circa quartum articulum, qui eſt econtra ad præcedentia, uidelicèt quando unus primò proponit poſſeſſorium, & alius ſecundo loco proponit petitorium, diſtingue ſecundum Barto. ubi ſupra in ſexta combinatione, aut fuit poſſeſſorium recuperandæ, aut adipiſcendæ poſſeſsionis, aut retinendæ. Primo caſu dic, quòd aut petitorium proponitur in modum agendi, & tunc præfertur poſſeſſorium, & ceſſat petitorium, tum quia intentan. poſſeſſorium tale negat ſe poſsidere, ergo petitorio non tenetur, ut l. qui petitorio ff. de rei vend. & l. fi. tum quia ſpoliationis cauſa tanquam priuilegiata petitorio antefertur, vt l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi & l. 1. C. ſi per uim uel alio modo & d. c. ſæpe. cum ſim. ſupra alleg. Aut petitorium proponitur in modum excipiendi, & tunc aut ille qui prius propoſuit poſſeſſorium, patitur & conſentit ſub petitorio cognoſci, & tunc imputetur ſibi, & hoc caſu de vtroque cognoſcetur, (vt ſupra dixi.) Aut contradixit petens ante omnia ſe ad poſſeſsionē reſtitui, & tunc ſuper petitorio ſilentium imponitur, & de ſolo poſſeſſorio cognoſcetur, ut hæc probantur in d. c. 1. de reſt. ſpol. cum ſimilib. Alio autem caſu, cum intentatur prius poſſeſſorium adipiſcendæ, & tunc ſubdiſtingue: aut petitorium ſecundo loco intētatur diuerſo reſpectu à poſſeſſorio, aut eodem reſpectu. Primo caſu admittitur amborum concurſus. Secundo caſu non, quia tunc negat ſe poſsidere, niſi fortaſſe conuenirent ratione poſſeſsionis poſtea per eum quæſitæ, vt dictum eſt ſupra. In tertio caſu quando primò fuit propoſitum poſſeſſorium tantum retinendæ poſſeſsionis, tunc diſtingue. aut iſte qui propoſuit ſecundo loco petitorium agit diuerſo reſpectu à poſſeſſorio, & tunc ſuper vtroque cognoſcitur, nec inuicem ſe impediunt: aut agit eodem reſpectu, & tunc non concurrunt, ſed ſe impediunt, & prius de poſſeſſorio cognoſcitur tam ratione contrarietatis, quàm ratione ordinis, & hoc etiam modo poteſt intelligi d. l. incerti. C. de interdi. & erit valde facile iudici de poſſeſſorio cognoſcere, qa ille qui intentauit petitorium, uidetur poſſeſſorio renunciare ut dictum eſt. Ex quibus omnibus ſit concluſiuè collectis habes perfectam materiam turbatæ poſſeſsionis, quæ per quàm frequens ſit, modernis temporibus anguſtiatur ſpiritus referre, & audire. Videmus enim perſæpe turbari ſtatum Imperii, Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum, ſtatumque ciuitatum, Prouinciarum, nobilium, mediorum, & inferiorum. Quarum quidem turbationum materia, & cauſa principalis eſt triplex uidelicet ſuperbia, inuidia, & auaritia, quæ uitia compeſcere debet conſtans Iuſtitia, ſi virtus eius locum haberetur in principum curia ſeu aula, licèt proh dolor exulauit patria.

ADDITIONES.

✱ Ad ceſſandum. Adde, quòd poſsidens ciuiliter tantum, & petens per libellum ſe manuteneri, & non turbari in poſſeſſ. & etiam ſe mitti & introduci in corporalem poſſ. per alium occupatam, quòd procedit talis libellus nec eſt libellans ſibi contrarius, cum agat uti poſsidetis pro ciuili in qua turbatur per eum qui naturalem occupauit, & idē uendicet corporalē occupatam, petendo ſe in ea immitti, quo in caſu vide Lafr. Balb. conclu. 490. ubi latius proſequitur declarando, & aliqua ponit Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 90. ff. de acq. poſſeſſ. ubi quòd inter dictum uti poſsidetis non datur directò ad reſtitutionem naturalis poſſeſsionis, nec officium iud. mercenarium illi deſeruiens, ſed per indirectum, quia per naturalem turbatus actor in ciuili, & ſic reſtitutio naturalis ſit, ne fiat turbatio in ciuili, ſecundum Iaſ. qui latius, quæ ſcribit Nat. conſi. 419. declarat, pro quo uide. Maſuer.

✱ Vterque. Adde quando contenditur ſuper poſſeſſorio: & utraque pars dicit ſe poſsidere quid facere debeat iudex? & uide Caſtr. conſ. 3. lib. 2. Bart. in l. 1. ff. vti poſsid. ad Bar. autem in l. ſed ſi inter duos aliàs æquiſsimum ff. de vſufr. Adde, quòd dictum Bart. ibi intelligitur quando neuter poſsidet, ſed quando unus poſsidet alter non, inhibeñ. eſt non poſsidenti, ſecundum Bal. in l. 1. C. de prohib. ſeq. pec. Bart. in l. quòd iuſſit, poſt glo. uer. reſtituit ff. de re iud. accedit, quòd ſequeſtrum poſſeſsionis aufert parti poſſeſsionem, ſi fiat de ipſius uoluntate, ſecus ſi ea recuſañ. & de iudicis uoluntate tantum, Bartol. in l. licet. ff. depo. in l. intereſſe ff. de acqui. poſſ. & dic, quòd uiolentia facta parti uel eius colono per iudicē non tollit poſſeſsionem, iuxta not. per Bal. in l. 2. C. ne uxor pro marito q. pen. & iudex eo caſu non poteſt procedere ad ſequeſtrum niſi parte citata & conſtito ſummarie, quòd ſubſit timor armorum, ſecundum Dec. conſi. 366. col. ult. quando autem procedant dicta Bart. in d. l. ſed ſi inter, uide Iaſ. in l. quidā eſtimauerunt, col. 2. in fi. ff. ſi cert. pet. Bal. in l. ordinarij. C. de

31 Hæres pro legatis, quæ testator fieri voluit, satisdare tenetur, & iudicis officio cogi potest.
32 Cautio hæreditatis in diem vel fideicommissi, debet per hæredem præstari.
33 Hæres de singulis legatis falcidiam detrahit, quando grauatus totas hæreditatis vires exanriuit.
34 Testamento annullato per præteritionem filij, annullantur legata.
35 Legata facta ab instituto repetita videntur à venientibus ab intestato, existente clausula codicillari.
36 Legatarius an & quando possit rei legatæ partem acceptare, partem non.
37 Ius accrescendi an locum habeat inter legatarios, quibus res eadem coniunctim vel diuisim legatur.
38 Legatum vt pluries præstetur, quando transeat in hæredes legatarij.
39 Stipulatio annua simpliciter concepta, an transeat ipso iure, & cum effectu in hæredem stipulatoris, quò ad effectum petitionis & exactionis.
40 Ex annua promissione, venditionis causa, an annui iure agi possit.
41 Legatorum in diem quando sit fienda solutio.
42 Intellectus ad l. lecta vers. sed cum fortis. ff. si cert. pet.
43 Legatum fructuum ex certo fundo, an extinguatur, si fructus non recolligantur.
44 Legatum factum donec Vixerit, an pluries præstetur.
45 Legatum factum de tanta quantitate fructuum nasciturorum ex tali fundo debetur singulis annis donec vixerit legatarius.
46 Iussus testatoris, quòd hæredes vsque ad 10. annos simul morari debeant, quid importet.
47 Legatum de annuis simpliciter non valet, fallit in causa alimentorum.
48 Legatum annuum factum filiæ donec vidua permanserit, licet nubat in anni principio, integrum debetur.
49 Testator quando vni legauit fundum, & alteri vsumfructum pro dimidia vsusfructus debetur.
50 Fructus omnes rei veniunt in legato vsusfructus.
51 Vsufructuarius vti non potest, nisi præstita cautione de vtendo & fruendo arbitrio boni viri.
52 Cautionem quam vsufructuarius præstare debet, testator non potest remittere.
53 Pater vsufructuarius bonorum filij satisdare non tenetur.
54 Vsufructuario cautionem non præstante, potest proprietarius rem auocare.
55 Vsufructuarius percipiens fructus ante præstitam cautionem, quando illos suos faciat.
56 Intellectus ad l. hac edictali. §. finantem. C. de secun. nupti.
57 Vsus, vsusfructus, & habitatio, qualiter inter se differant.
58 Vsusfructus finitur morte, capitis diminutione, & longa præscriptione.
59 Vsusfructus quæsitus patri ex persona filij, cuius morte extinguatur.
60 Res legata quomodo seruitus debeatur. & nu. 61.
61 Intellectus ad l. quod constaue. ff. de damn. infect.
62 Seruitus an à legatario debeatur hæredi prosundo legato.
63 In venditione rei venditor non tenetur, nisi specialiter & expressum sit, seruitutem discontinuam emptori præstare.
64 Legatum dotis vxori factum quando valet.
65 Vxori legatum dotis, quod commodi affert.
66 Legatum factum mulieri nondum nuptæ pro dote seu ex causa dotis, an sit purum, vel conditionale seu sub modo.
67 Verbum relinquo, adiectum certæ rei, vel quantitati non trahitur ad institutionem.
68 Testator si dixit relinquo filiæ meæ centum ad dictamen sapientis, quòd sapiens poterit addere iure institutionis.
69 Stante statuto quod mulier dotata non faciat partem in hæreditate paterna, vel materna cum fratribus, si pater legauit mille filiæ pro eius dote, an tale legatum succedat in locum legitimæ, & huiusmodi legato ipsa filia dotata videatur, & possit tale legatum statim peti, vel differri debeat petitio in tempus nuptiarum. numero 71. & num. 73.
70 Legitima potest per statutum diminui, licèt non in totum tolli.
72 Dos sine matrimonio esse non potest.
74 Legatum pro filia maritanda, quando peti possit.
75 Legatum factum per patrem filiæ ex causa dotis, quæ postea maritata fuit à patre dotante an post mortem patris, per ipsam filiam peti possit.
76 Filia, cui pater legauit ducenta pro dote, & postea eam maritauit & dedit ei centum nomine dotis, an possit residuum repetere.
77 Filia cui pater pro ea maritanda centum reliquit, maritata à fratre vniuersali hærede, an possit illa centum petere.
78 Filia, cui pater dotem relinquit, & quoties illam perdiderit, per suos hæredes de nouo maritetur, an dote semel deperdita iterum dotari debeat.
79 Pater, qui filiam dotauit, potest eam in dote instituere, & in aliquo quocunque modico & tenebit institutio.
80 Statuto, quod muliere mortua in matrimonio vir lucretur dotem, si mulier habens filium ex priori matrimonio recepit secundum virum, & prædecedat in matrimonio superstite secundo viro & filij primi matrimonij, quis dotem lucretur.
81 Statuto disponente, quod mortua vxore sine liberis ex primo matrimonio, ut dotem lucretur, an præmoriente ipsa in secundo matrimonio, superstitibus liberis ex secundo viro, possint filij prioris matrimonij petere partem dotis maternæ a filius secundi matrimonij.
82 Statuto extante, quòd fœminæ non succedant cum masculis in hæreditate paterna vel materna, si fuerint dotatæ vel earum fratres velint eas dotare, & contigerit patrem decedere, filio masculo & filia superstitibus, & filius decedat superstite eius filia, & prædicta eius sorore, an in successione paterna præferatur dicta amita soror dicti filij, prædicta eius nepti.
83 Pater cum legat filiæ pro dote certa bona, iubens eam esse tacitam & contentam, an post agnitum legatum, ipsa filia possit dotem maternam petere.
84 Vinum legatum, debetur de eo quod est in patrimonio.
85 Vasa vinaria non veniunt in legato vini.
86 Legatum vini vel frumenti pro alimentis non expressa quantitate, valet, & in legato cedit omne vinum & frumentum testatoris.
87 Legatum vini ex certo fundo, an extinguatur si non recolligatur.
88 Legato fundo cum suo instrumento, quid contineatur.
89 Dictio &, an inducat repetitionem qualitatis positæ in præcedenti oratione.
91 Seruo legato cum peculio, mortuo legatum extinguitur.
92 Legato equo cum sella mortuo equo viuente testatore, extinguitur legatum.
93 Penus appellatione quid contineatur.
94 In legato suppellectilis quid veniat.
95 Alimentorum nomine quid comprehendatur.
96 Appellatione cibi non continetur vestimentum nec domus.
97 Hæres qui ex dispositione testatoris tenetur instrui facere eius nepotẽ in aliquo artificio indeterminato, in quo artificio debeat ipsum instrui facere.
98 Alimenta simpliciter & indeterminatè legata qualiter sint præstanda.
99 Fructus rerum hæreditariarum si ad alimenta legata non sufficiant, non tenetur hæres proprietatem vendere & pretium in alimentis conuertere.
100 Medicina veniunt in legato alimentorum.
101 Legatum alimentorum non transit in hæredem legatarij.
102 Alimenta legata quo tempore sunt præstanda.
103 Alimentorum solutio, an fiat in speciebus vel in pecunia.
104 Alimenta legata in quo loco sunt præstanda.
105 Hæres & legatarius si sunt eiusdem fori, an hæres teneatur alimenta deferre ad domum legatarij, vel legatarius ipse teneatur ire ad domum hæredis.
106 Alimenta præstanda vxori ex legato mariti, an præstanda sint in domo mariti vel extra.
107 Vidua cui testator alimenta reliquit, an teneatur in domo sponsari.
108 Fundi relicti ad alimenta, cuius sit dominium.
109 Dominium fundi relicti pro alimentis, an transeat in hæredem legatarij.
110 Causa adiecta legato, an ipsum legatum limitet.
111 Domus legata vxori pro eius habitatione proprietas ad vxorem pertinet.
112 Pater & mater tenentur liberos educare, & econtra filij patrem & matrem, fallit in casibus de quibus hic.
113 Quid si dubitetur an sit filius, vel pater qui alimenta petit.
114 Causa alimentorum pendente, alter alimentari debet.
115 Libertus tenetur alimentare patronum.
116 Dominus & vasallus tenentur sibi inuicem ad alimenta. & nume. 121.
117 Vasallus dominum defendere tenetur.
118 Necare videtur alimenta denegans.
119 Vasallus denegans alimenta domino priuatur feudo.
120 Libertus alimenta patrono denegans, libertate priuatur.
122 Vasallus & dominus sunt reciprocè obligati.
123 Causis ex quibus vasallus priuatur feudo, ex eisdem dominus proprietate priuatur.

124 Frater

324 *Frater fratrem alere tenetur.*
325 *Pater tenetur alere filium naturalem tantum, ex concubinatu.*
326 *Filium natum ex damnato coitu pater alere non tenetur.*
327 *Pater de iure canonico tenetur alere suum natum ex damnato coitu.*
328 *Monasterium tenetur alere filios ingressi.*
329 *Mater an ita teneatur ad alimenta filiorum, sicut pater.*
330 *Habens patrem & filium ambos diuites, cum ipse sit egenus, à quo primo alimenta petere possit.*
331 *Legatum alimentorum factum pupillo vel infanti, donec ad pubertatem peruenerit, vsque ad quod tempus extendatur.*
332 *Præstatio triennalis alimentorum ex voluntate minus solenni, facit legatum deberi etiam in futurum.*
333 *Incapax dominij & proprietatis est capax alimentorum.*
334 *Clausula generalis per quam mittuntur legata non trahitur ad legatum alimentorum.*
335 *Legatum relictum ad alimenta à certa persona institutâ intelligitur repetitum a substituto.*
336 *Executor vltimæ voluntatatis habet actionem exigendi alimenta.*
337 *Dilationes breuiores dantur in causa alimentorum.*
338 *Sententia in causa alimentorum est in appellabilis.*
339 *In alimentis non admittitur compensatio.*
340 *Transigi non potest super alimentis relictis, nisi accedat iudicis auctoritas.*
341 *Pro alimentis agi potest etiam tempore feriato, messium vel vindemiarum.*
342 *Tutores, & curatores pupilli, vel adulti tenentur ipsis alimenta præstare de eorundem pupilli vel adulti patrimonio, secundum quod eorum facultates patiuntur.*
343 *Alimenta an repetat ille qui non obligatus ea præstitit.*
344 *Legatum simplex argenti quid comprehendat.*
345 *Pronomina meum, tuum, suum, significant dominium.*
346 *Liberatio quatuor modis relinquitur.*
347 *Legatum liberationis cuius sit effectus.*
348 *Habens exceptionem, an competat ius agendi, vt liberetur præter pactum vel acceptationem.*
349 *Legatum factum tutori, vel curatori, aut alij administratori liberationis suæ administrationis, vel gestionis cuius sit effectus.*
350 *Legatum liberationis factum ei qui tenetur aliqua singulari actione, cuius est effectus.*
351 *Legatarius cui facta est à testatore liberatio, an teneatur rem quam habebat à testatore in deposito vel commodato restituere.*
352 *Liberatione legata qui pluribus tenetur actionibus, an sit ab omnibus liberatus.*
353 *Intellectus ad l. emptor. §. Lucius, cum sua glo. ff. de pact.*
354 *Legatum factum debitori eius, quod testatori debetur, valet.*
355 *Debitorum nomina & actiones non veniunt in legato omnium rerum mobilium.*
356 *Fructus pendentes non veniunt in legato omnium rerum mobilium.*
357 *Debitor tutus exceptione peremptoria, si legat debitum creditori, an eius hæres tali utatur exceptione.*
358 *Legatum ex pluribus rebus testatoris, cuius sit effectus.*
359 *Hæredi qualiter succurratur, quando legatarius tenet hæredem in suspenso differendo & procrastinando legati electionem.*
360 *Lapsus termini à iudice præfixi, interdum priuat contumacem iure suo.*
361 *Idem est aliquando in lapsu termini à iure præfixi.*
362 *Testes & instrumenta produci possunt, post lapsum temporis à iudice statuti.*
363 *Legatarius, cui competit electio, an possit unam vel duas ex pluribus rebus eligere.*
364 *Legatario mortuo ante electionem per eum factam, an poterit eius hæres eligere.*
365 *Legatum varijs modis adimitur.*
366 *Translatio legati quot modis fiat.*
367 *Legatum quantitatis vel speciei, in dubio an uideatur duplicatum ut debeatur bis, vel tantum semel.*
368 *Si appareat, quòd promisisti centum ex causa mutui, an intelligatur de eisdem centum, quæ mutuaui.*
369 *Si quis pluries vel diuersis temporibus simpliciter confiteatur se debitorem Titij de 10. ex causa mutui, sine alia stipulatione, an intelligatur de eisdem 10. utraque confessio.*


ORAM vobis. Sciendum est ad euidentiam præsentis materiæ legatorum, quòd hæc legatorum, & fideicommissorum materia longe amplior atque diffusior est, quàm aliqua alia quæ in corpore iuris sit inclusa, ideoque non tam graue quam impossibile videtur eandem præsenti libello applicare perfectè, & sufficienter, tamen conabor quæ usitata & quotidiana uel necessaria fortè præuidero, quanto summarius, & melius
1 potero, applicare. † Primò nanque præmitto, quòd quandoque legatur res uel quantitas, ut ea semel tantum præstetur, & de tali legato loquitur fere totus titu. ff. de leg. 1. & 2. & 3. C. eod. titu. Quandoque legatur res uel quantitas, ut ea pluries exoluatur, ut puta cùm legatur aliquid annuum, menstruum, uel diurnum, & de hoc loquitur to.
2 titu. ff. de an. leg. & l. in annalibus. C. de lega. † Secundò sciendum est, quòd quædam sunt res quæ legari solent, pro quibus facti sunt tituli speciales per legislatores. Aliquando enim legatur usufructus uel habitatio, de quo legato loquitur titu. ff. de usuf. leg. per totum. Aliquando legatur seruitus rustica, uel urbana, & de hoc loquitur tit. de serui. leg. per totum. Aliquando legatur dos uxori, & de hoc loquitur. ff. de dot. præleg. per totum. Aliquando legatur uinum, uel triticum, aut oleum, & de hoc loquitur ff. de uino triti. & oleo legato. Aliquando legatur fundus instructus uel cum instrumento, & de hoc loquitur. ff. de de fun. inst. & instru. lega. Aliquando legatur peculium seruo uel filio, & de hoc loquitur. ff. de pecu. leg. per tot. Aliquando legatur penus, de quo loquitur. ff. de pen. leg. per tot. Aliquando legantur supellectilia, & de hoc loquitur. ff. de suppellect. leg. Quid autem sint supelectilia, habetur in l. 1. & in l. Labeo, in princ. ff. de supellect. leg. Aliquando legantur alimenta uel cibaria, & de hoc loquitur. ff. de alimen. & ciba. leg. per totum. Aliquando legatur aurum & argentum, & de quo loquitur to. tit. ff. de aur. & arg. leg. Aliquando legatur liberatio debitori, & de hoc loquitur tit. ff. de lib. leg. per to. Aliquando legatur electio circa plures res ipsius testatoris, de quo loquitur to. ti. de opt. lega. Aliquando rei legatæ fit postea per testatorem reuocatio uel ademptio; & de hoc loquitur titu. ff. de adimen legat. Prædicta autem legata, & fideicommissa particularia uel singularia sunt hodie inuicem per omnia exæquata. ut l. 1. ff. de leg. 1. & ibi plenè no
3 ta. in l. 2. C. communia de lega. † Deinde sciendum est, quòd si testator fuerit adeo prodigus in legando, quòd modicum uel nihil ex hæreditate supersit hæredi instituto, quòd poterit ipse hæres quartam iure institutionis detrahere de singulis legatis, ut l. 1. C. ad l. Falci. per tot. & ff. eod. l. 1. per totum. quæ quartæ detractio etiam locum habet in succedente ab intestato, ut habetur in l. fina. C. quando dies lega. ced. cum simi. ibi in gloss. nota. & non posset fieri in una re sola, ut plene no. per Cyn. in l. 2. C. ad l. Fal. & per glo. in l. Plautius, & in l. quantitate. ff. ad l. Fal. licèt aliud sit in quarta trebellianica, quæ detrahi potest de una re tantum, secundum Iaco. But. ut per eum not. in l. filium quem habentem. C. famil. ercifcun. Cuius differentiæ ratio est: quia si posset fieri in legatis quartæ detractio in una ex rebus legatis, afficeretur iniuria ipse legatarius, cui esset illa res legata, & non alij, quæ ratio cessat in fideicommisso uniuersali, in quo solus est hæres grauatus, & quia maiori iniuria afficeretur si detraheretur quarta de omnibus rebus, quàm si de una re tantum, attamen Cyn. in d. l. filius, & d. l. 2. & Barto. in l. 4. ff. ad leg. Fal.
4 uidetur sentire contrarium, ubi uide. † Quod autem dixi, hæredem de legatis posse detrahere Falcidiam. fallit si hæres non fecerit inuentarium, uel si sint legata ad pias causas, ut in authen. sed cum testator, & in authen. similiter. C. ad leg. Falcid. & institu. eod §. final. uel si testator ipsam Falcidiam expressè detrahi uetuerit, ut ibi no.
5 † Trebellianicam uerò quartam prohibere non posset, secundum communem opinionem Docto. ut no. per Cy. & Iaco. Butr. in l. quamquam. C. ad l. Falci. Iaco. de Belui. in auth. de hæred. & falc. §. si uerò expressè. Rursus est aduertendum, quòd legata, & fideicommissa aliquando

fiunt

fiunt purè, aliquando in diem, aliquando ſub conditione, aliquando ſub modo, aliquando ſub demonſtratione, 6 aliquando ſub cã. † Si quidem ſint pura ſiue facta purè ipſaque res legata ſit teſtatoris, tunc recta via regulariter tranſit dominium à morte teſtatoris in ipſum legatarium, vt l. a Titio. ff. de furt. & l. ſi tibi homo §. cum ſeruus. ff. de leg. 1. & l. 1. §. cum igitur. & §. libertatibus. C. de cad. tol.
7 † Si vero legata ſint in diem, tunc aut eſt dies incerta an, & quãdo, vt puta ſi dixe it teſtator, {Lego Titio centum, quando Caius Capuam acceſſerit, vel ſimilia} & tũc ante diei euentum non tranſit dominium, nec petitio admittitur, vt infra in conditione caſuali dicetur, & probatur in l. dies, incertus. ff. de cond. & demon. & l. 1. §. ſinautem. C. de cad. toll. Aut dies eſt incerta quando, ſed eſt certa an, ut dies mortis, & tunc ante diei euentum non admittitur petitio, nec tranſit dominium, ut probatur in l. Sempronius. ff. de vſufr. leg. & not. per. Cyn. in l. 1. §. cum igitur. C. de cad. tol. facit quod habetur, & not. in l. nam & ſi cum moriar. ff. de cond. inde. l. ſi pupillus. §. ſi ſub conditione ff. de noua. Aut dies eſt omnino certa, & tunc etiam, quod eſt mirabile, non tranſit dominium ante diei euentum per d. l. Sempronius poteſt. & ibi not. nec petitio eius admittitur, vt d. §. cum igitur, & ibi de hoc not. per Cyn. & glo. facit ad prædicta l. ſi poſt diem. in prin. §. 1. ff. quando di. leg. ce. Aut eſt legatum ſub conditione, & tunc aut eſt conditio impoſsibilis de iure & de natura, & tunc tranſit dominium, & admittitur petitio, quia talis conditio habetur pro non appoſita, vt d. l. ſi poſt. & l. obtinuit. ff. de cond. & demon. cum ſim. ibi not. Aut conditio eſt poſsibilis, & tunc non tranſit dominium, nec admittitur petitio ante conditionis implementum, ut d. l. 1. §. ſinautem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tol. niſi culpa aduerſarij conditio non poſsit impleri quando, quia tunc conditio habetur pro impleta, vt l. iure ciuili. & l. in teſtamento. ff. de cond. & demon. facit d. l ſi poſt diem, verſ. ſed ſub conditione. & l. ſi dies, in prin. ff. quando di. leg. ce. & plenè not. in l. 1. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Quod autem dixi conditionem haberi pro impleta, intellige, ut nec aduerſarij, qui ſemel recuſauit implere, poſtea admittatur pœnitentia. ut l. fin. C. de cond. inſtit. circa fin. niſi in caſu qui habetur in l. pater Seuerinam. §. fin. ff. de condit. & dem. ubi autem legata ſunt ſub modo, tunc aut modus eſt poſsibilis aut impoſsibilis, vt ſupra in conditione dictum eſt, & ſi fuerit modus poſsibilis, alia ſumitur diuiſio quàm in conditione dictũ; hoc modo, quia aut modus eſt cauſa finalis legati, & tunc præſtita cautione de modo implendo, legatarius admittitur ad petitionem legati, & in hoc differt à conditione. l. 2. C. de his quæ ſub modo; & l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demonſt. & ibi plenè per Bart. de hac materia modali. Aut modus eſt cauſa impulſiua, & tunc ſtatim admittitur eius petitio, nec modus eſt implendus, nec cautio eſt de implendo præſtanda, ut l. Titio centum, in prin. & ibi not. ff. de cond. demonſt. †
8 Si uerò legatum fiat ſub aliqua demonſtratione, verbi gratia ſi teſtator dixerit, {Lego fundum, quem à Titio emi} tunc ſi demonſtratio ſit uera uel falſa, ualet legatum, & eius admittitur petitio regulariter, ſi de corpore rei legatæ conſtet. l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1. & l. demonſtratio falſa. & ibi
9 plenè per Bart. ff. de cond. & dem. † Sinautem legatum fiat cum cauſa, verbi gratia {Quia Titius negocia mea geſſit, ideo lego ſibi talem fundum,} & in hoc conſueuit ſic diſtingui, aut eſt cauſa de præſenti, aut de præterito, aut de futuro. Item conſiderandum eſt etiam, an cauſa ponatur conditionaliter, an cauſatiuè. Si conditionaliter, tũc cauſa falſa uiciat, ſi verò cauſaliter, tunc falſa cauſa nõ uiciat, niſi teſtator aliàs non fuiſſet relicturus, ut l. demonſtratio. per Bart. & per alios in l. 1. C. de fal. cauſa adie. le. & in d. §. longe.
10 † Deinde notandum, quod huiuſmodi legata dicuntur cedere a duob. modis, uno modo quò ad petitionẽ, alio modo quo ad tranſlationem ad ſuum hæredem. De primo dictũ eſt ſupra proximè. De tranſmiſsione autem agendum eſt, in qua diſtingui ſolet, an legatum ſit purum, an in diem, an conditionale. Si quidem legatum ſit purum, tunc cedit à morte teſtatoris, quò ad tranſmiſsionem, & petitionem, ut in d. l. 1. in prin. uer. ſi quis modo. C. de cad. tol. Si verò legatum ſit in diem, tunc diſtingue, ut plenè not. per Cyn. in d. l. 1. in prin. Aut legatum eſt in diem certam, aut in diem incertam. primo caſu ſtatim cedit quò ad tranſmiſsionem, ut in d. uerſ. ſimilique modo. Secundo caſu ſubdiſtingue, aut eſt incerta dies omni certitudine, & tunc idem eſt, quòd in conditione, de qua infra dicetur, & probatur in l. dies incertus. ff. de cond. & demon. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura. Aut dies non eſt incerta omni certitudine, & tunc aut certum eſt eam extare in uita legatarij, & tunc cedit à tempore mortis teſtatoris. Aut non eſt certum eam extare in uita legatarij, & tunc cedit poſt mortem teſtatoris in aduentum ipſius diei, vt l. ſi cum hæres. & l. poſt diem, quando dies leg. ce. & ff. de cond. & demon. l. hæres meus, & uide quod not. in l. 3. & l. ex his C. quando dies le.
11 ce. † Tertio caſu, quando legatum eſt ſub conditione, & tunc aut eſt conditio quæ tacitè ineſt, & nihil operatur, & legatum habetur pro puro, ut ff. de leg. 1. & l. 3. fallit in caſu l. ſi in die. §. ſeruum. ff. de cond. & dem. Aut conditio non ineſt tacitè, & tunc, aut eſt neceſſaria, aut cauſalis. Primo caſu, aut eſt certum cauſam extare in uita legatarij, & tunc cedit a morte teſtatoris, ac ſi relictum eſſet purum, vel. ſi pupillus. §. ſi ſub conditione. ff. de noua. & ff. quando dies le ce. l. ſi cum hæres. in prin. Aut non eſt certũ quòd in vita legatarij extabit, & tunc idem eſt, quod in
12 conditione cauſali. ut d. l. ſi cum hæres. † Si uerò conditio ſit cauſalis, tunc non procedit niſi conditionis euentu, ut d. l. unica. §. ſinautem. C. de cadu. tol & in §. cum igitur, cum ibi not. per glo. ſed remanet legatum penes hæredẽ, aut ſubſtitutum, vel coniunctum, ut ibi. Alii circa hoc latius diſtinguunt ſic, aut conditio adiecta legato eſt impoſsibilis, & tunc legatum ſtatim cedit, quia habetur legatum pro puro, ut l. obtinuit. ff. de cond. & demonſt. Aut conditio eſt poſsibilis, et tunc aut omnino eſt extitura, & habetur pro pura, ideoque ſtatim cedit legatum quò ad tranſmiſsionem, ut l. ſi dies, in fin. & l. Titio. §. quædam. ff. quando dies leg. ced. Aut eſt extitura an, ſed non quando, ut conditio mortis, & tunc aut hæc conditio adiicitur hæredi, & tunc non cedit legatum ante conditionis euentũ: aut adiicitur perſonæ ipſius legatarij, & tunc ſtatim cedit legatum: aut hæc conditio adiicitur in perſona tertij, & tunc non cedit ante conditionis euentum, ut hæc omnia habentur in d. l. ſi cum hæres. & l. poſt diem. & l. ſi dies. ff. quando di leg. ced. Ex præmiſsis ergo poteſt quædam generalis concluſio elici uidelicet quando legatum eſt con-
✠ ditionale, debet conditio * adimpleri uerè uel præſum-
13 ptiuè antequam legatum poſsit peti uel tranſmitti. † Huius gratia quæro, an ius uel facultas implendi conditionẽ tranſeat in hæredem legatarij, aut hæredem inſtituti ſub conditione? ubi eſt aduertendum, quòd aut quæritur de implemento conditionis vel modi adiecti in aliquo caſu inter uiuos, & tunc dic ut no. per Cyn. in ſi. l. ſi. C. de contr. emp. & per Bart. plenè in l. ſi decem cum petiero. ff. de uer. obl. & l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. eo. titu. Aliquando quæritur de implemẽto conditionis, appoſitæ in ultima uolũtate, & tunc regulariter non tranſit in hæredem honorati. ut d. l.
14 1. §. ſinautem. C. de cadu. tol. cum ſim. † In legato autem ſub modo poſsibili ſubdiſtinguitur, aut modus poſsit impleri per hæredem legatarij, & tunc tranſmittitur in ipſum hæredem ſi deceſſerit legatarius ante modum impletum, ut probatur per text. & glo. in l. à teſtatore. ff. de cõd. & demon. & d. l. poſt diem. §. hiſdem. & not. per Bart. in d. §. Termilius. & in hoc etiam differt à legato conditionali. Aut nõ poteſt impleri per hæredem, & tunc non tranſmittitur in eum quaſi modo deficiente, ut ibi no. & ſic patet, quod modus

modus conditionalis, & stipulatio in aliquibus æquiparantur quò ad vim transmissionis, ut in §.ex conditionali.
Insti.de verb.ob. Si vero modus sit impossibilis, tunc pro
non apposito habetur, ut dictum est in conditione impos-
15 sibili, & probatur in l.1.in fi.C.de his quæ pœ.nom. † Sed
pone, quòd legato sit adiecta certa causa legandi, & dubi-
tatur an adiecta sit per modum modi, an per modum con-
ditionis, in quam partem fiet interpretatio? Et quidem
Pet. vt refert Cyn. in l.cum mota.C.de transf.distinguit sic:
aut legatū, cui causa adijcitur, vel alius actus qui geritur,
potest procedere secundum mentem disponentium sine
implemento causæ, & tunc causa præsumitur adiecta per
modum modi, alias autem præsumitur adiecta per modū
conditionis, argu.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.con-
iuncta.l.stipulationem.& l. dotis fructus §.fi.ff.de iur.dot.
16 † Vlterius quæritur, pone, quòd testator legauit, uel ali-
quem hæredem instituit eo tenore, quòd venire debet ad
standum in certo loco, aut priuetur hæreditate uel legato
si non venerit ad habitandum in ipso loco? dic vt plenè
scripsi supra in forma libelli {Quādo vxor repetit dotem}
in glo. pen.& habetur in l. Titio centum. §. Titio.el 2.ff.
17 de condit.& demonstr. † Amplius est alia diuisio, quòd
interdum testator legat rem suam propriam, & procedūt
quæ dicta sunt: Interdum legat rem sui hæredis, & idem
disponitur, ac si rem propriam legasset. ut l. hæredum.C.
de fideicom.& l.unum.§.si rem.ff.de leg.2.& Instit.de leg.
§. non solùm. Interdum legat rem alienam, & in hoc
subdistinguitur: aut legat scienter, & valet legatum, aut
ignoranter, & tunc, aut personæ extraneæ, & non ualet,
aut personæ coniunctæ vel propinquæ, & ualet, ut l. cum
alienam.C.de leg. & in §.non solum, Inst.de leg.facit tex.
in l.uerius. ff. de prob.Interdum legat rem sibi communē
cum alio, quo casu videtur in dubio legasse illud ius tan-
tum, quod suum est. vt l.serui electione.§.fin.& l.si domi-
nus.§.fi.ff.de leg 1. & facit quod not. per glo. in d. l.cum
alienam, facit l.vxor patrui.C.eo.ti Interdum legat eidem
rem ipsius legatarij propriam, quo casu non valet legatū
18 l.proprias.C.de leg.& in §.si rem.Inst. de leg. † Interdū
legat rem propriam ipsius testatoris, quæ tamen est pigno
ri alteri obligata, in quo casu quęritur ad quem pertineat
onus illam exigendi, an ad hæredem, an ad legatarium.&
sic solet distingui, aut res ipsa fuerat obligata ante testa-
mentum, aut postea: si quidem ante, tunc aut testator igno
rabat esse obligatam, & pertinet exactio ad legatarium,
nisi in duobus casibus not. in l.prædia.C.de fideicom.Aut
sciebat, & pertinet ad hæredem, ut habetur in d. l. prædia.
& d.l. qui post testamentum.C. de leg. & l.si res legata.ff.
de leg.1.in d.§.si rem. An autem in rē dubia præsumatur
ignorantia, uel scientia? dic, quòd aut ipse testator rem
ipsam pignorauit, & præsumitur scientia, arg.in l.quisquis
C.de rescin.ven.& l. quanquam. ff.ad Velle. aut alius ex-
traneus, & tunc præsumitur ignorantia, arg.in l.fin.ff.pro
suo.Si verò fuerit obligata post testamentum, tunc hæres
luere debet, ut d.l. qui post testamentum. Interdum alio
modo quam pignorando testator rem legatam alienat, &
tunc distinguitur, aut titulo lucratiuo, puta per donatio-
nem, & tunc uidetur legatum reuocasse: aut titulo onero-
so, puta per uenditionem, & tunc aut ex propria necessita-
te, & tenet legatum, & cogitur ipsam hæres luere, aut ex
uoluntate, & tunc uidetur legatum reuocasse, ut hæc om-
nia habentur & probantur in l. rem legatam.ff.de adi.leg.
& l.fideicommiss.§.si rem. ff.de lega.3.& not. infra in uer.
{Transeo ad vltimum articulum,} & hæc locum habent,
quando alienatio est post testamentum: ubi autem aliena-
tio præcessit testamentum, tunc deueniendum est ad di-
stinctionem, quæ fit, cùm legatur res aliena, ut supra dictū
19 est. † Quid autem importet, cum dixit testator {Lego om
* nia bona mea, vel sua, {quid * appellatione suorum, &
b meorum contineatur, b habetur in l. cum suæ. & l. suos
ff.de leg.3 & l.meorum.de verb. sign. & not. per Barto. in l.
Quintus.§.argento.ff.de aur.& argen.lega.ubi conclusiuè
not.quòd appellatione mei, vel sui, dominium uel quasi
intelligitur: tamen quandoque importat nudam deten-
tationem secundum materiam, de qua sermo habetur, ut
ibi not. & probatur in l.medicos.C. de professo. & med.
20 lib.10.ibi{In ciuitatibus suis.} † Quid si testator legauit
fundum, pro quo debetur census vel fictus, quis tenetur
ad eius solutionem? Distingue aut quæritur de fictu uel
censu præteriti temporis ante mortem testatoris, & tunc
regulariter hæres tantum tenetur: aut de fictu uel censu
post mortem testatoris, & tunc regulariter legatarius ad
id tenetur, ut habetur in l.apud Iulianum.§.hæres.ff.de le.
1.& in l.qui concubinam.§.qui ortus, in fi.ff de leg.3.cum
sim. sicut tenetur usufructuarius, ut l. pendente.§. si quid
21 cloacarij.ff de vsuf. & l.quæro. ff.de vsuf.le. † Cæterum
sciendum est, quòd pro legatis & fideicommissis, de quib.
* est sermo, competunt regulariter * tres actiones, uidelicet
Rei vendicatio, Actio ex testamento, & Hypothecaria, ut
l.1.C.com.de leg.& ibi per Cyn. & alios & latius per Bar.
22 in l.1.ff.de lega. 1. † Porrò est ulterius aduertendum, quòd
legata facta ab instituto non uidentur in dubio repetita à
venientibus ab intestato, nisi in certis casibus traditis in l.
eam quam. C.de fideicom.inter quos est ille casus, uideli-
cet quando in testamento est apposita illa clausula vulga
ris, & codicillaris quæ est. {Si non ualet iure testamenti,
ualeat iure codicillorum &c.} de qua late dicemus infra
in glo.super uerbo {Valere debeat iure codicillorum} sed
legata facta ab instituto bene uidentur regulariter repe-
tita ab eius substituto, ut traditur in l. licet Imperator.ff.
de leg.1.Circa quam repetitionem reperitur in iure mul
23 tiplex consideratio. † Aliquando enim quæritur, an con-
ditio apposita institutioni uideatur repetita in legato fa-
cto ipsi instituto, de quo articulo traditur in l. auia. ff.de
24 cond.& demon.& l.cum seruus.ff.de condi. insti. † Quan-
doque quæritur, an conditio, uel dies uni legato apposita
uideatur alteri legato repetita & de hoc tangitur plenè
25 in l.in repetendis ff.de leg.3. † Quandoque quæritur, an
c c conditio apposita institutioni uideatur repetita in sub-
stitutione, & de hoc habetur in l.quæ conditio.ff.de cond.
26 & dem.& l.sub conditione ff de hęre.insti. † Aliquando
quæri solet, an disposita in priori testamento, uel codicil
lo uideantur in sequenti testamēto, uel codicillo repetita,
de quo not.in l.a libertis.la 2.in princ. ff.de ali.& ci.lega.
& l.quinquaginta.& l.cum tacitum.ff.de proba. & l.Sem-
27 pronius.ff.de leg.2. † Aliquando quęritur, an qualitas
adiecta in una oratione uideatur in alia sequenti oratione
repetita, de quo plenè traditur per Bart.in l.ita stipulatus.
28 §.Crisogonus ff. de uerb. oblig. † Aliquando quęritur,
d an clausula posita in uno d capitulo uideatur repetita in
alio, de quo plenè traditur per eundem Barto. in l.prætor
ita 2.§.si quis.ff.de ui bo.rapt.& in l.talis scriptura.ff.de le.
29 1. & l.licet Imperator.ff. eod.tit. † Pręterea & aliud est
sciendum, quod si hæres fuerit in mora soluendi legatum
debito tempore, quòd tenetur ad fructus & usuras, ut l.1.
30 cum seq. C. de usu. & fruc.le. † adeo quòd si hęres mo-
nitus legitimè per iudicem circa solutionem legatorum,
& implementum uoluntatis defuncti, stet contumax per
annum, priuatur hæreditate, & defertur substituto, ut ha-
31 betur in auth.hoc amplius. C.de fideicō. † Veruntamen
si legatarius suspicetur de hærede, quòd ante euētum diei,
uel conditionis adiectæ legato dilapidet & consumet le-
gatum, poterit iudicis officio eundem cogere ad præstan
dum idoneam cautionem, seu fideiussionem de legato
soluendo adueniente die, uel conditione, ut traditur in e.
32 tit.ff.ut leg.no.ca.& C.eo.tit. per to. † quę quidem cau-
tio similiter locum habet in hęreditatibus in diem uel sub
conditione relictis, pręterquam in aliquibus casibus, ut
habetur & not. in l.cum Archemedoram.C.ut in pos.leg.
Quorum primus est, cùm quis grauatus est restituere filio.
Secundus est, cùm fratres sunt inuicem de restituendo gra-
uati, vt

33 uati, vt l. iubemus. C. ad Trebell. † Amplius sciendum est, ut supra dixi, quòd si hæres institutus vel ab intestato succedens fuerit tot legatis aggrauatus, quòd ferè totas hæreditarias uires exhauriunt, poterit ipse hæres quartam partem de singulis legatis detrahere, quæ falcidia appellatur, ut ff. ad l. fal. l. 1. & per totum & Inst. eo. in prin. & §. fi. nisi testator hanc falcidiam detrahi expresse prohibuerit, ut in auth. sed cum testator. C. ad le. fal. In detractione autem huius falcidiæ hæres non tenetur quartam compen-
34 sare, ut habetur in l. tertia. ff. ad l. fal. † Deinde nec illud est prætereundum, sed memoriæ comendandum, quòd huiusmodi legata & fideicom. filio præterito, uel minus legitimè exhæredato & per consequens annullato, uel rupto ipso testamento olim annullabantur, nec præstabatur legata eius, ut l. Papinianus. §. ex causa. ff. de inof. test. hodie verò valent, & præstanda sunt per auth. ex causa. & in corpore vnde sumi. C. de lib. præt. vel exhæ. & hoc uerum si adeatur hæreditas à uenientibus ab intestato: ubi autem nō adiretur hæreditas, & tunc nullo iure legata debentur ut l. si nemo. ff. de testa. tu. & nota. per Barto. in d. auth. ex
35 causa. † Si verò testamentum contineat clausulam codicillarem, de qua supra tunc legata ab intestato facta uidentur repetita à uenientibus ab intestato, ut supra dictū est, & no. in l. ex testamento. C. de fideicomm. & d. auth. ex causa. & ideo etiam de iure antiquo huiusmodi legata sunt præstanda: ubi autem ex defectu solēnitatis formalis testamentum esset nullum, ut quia non interuenit solennis numerus testium quantum ad testamentum & quantum ad codicillos, tunc nullo modo legata debentur, si tamen soluantur scienter non repetuntur, ut l. si ueritas, & l. 2. C.
36 de fideicom. † Vlterius est sciendum, quòd quandoque uni & eidem legatur una res tantum, aliquando plures. Si quidem legetur una, non potest legatarius scindere legatum & petere partem ipsius rei, & partem repudiare, ut l. neminem. & l. si cum res. ff. de leg. 2. Si verò plures legentur res, tunc aut sub nomine collectiuo, & non potest una res agnosci, & alia repudiari, ut l. grege. ff. de leg. 1. Aut sub nomine distributiuo, & copulatiuo, & tunc potest una res agnosci, & alia repudiari, nisi repudiata haberet onus annexū, quod respiceret commodum, uel fauorem alterius ut l. si duo. ff. de leg. 2. ad prædicta facit quod hr̄ in l. legatarius. ff. de fideicom. lib. & l. legatarius. ff. de leg. 1. & l.
37 unica. §. ubi autem. C. de cadu. tol. † Item sciendum est, quòd testator aliquādo eandem rem legat pluribus personis coniunctim, uel diuisim: & quæritur, an inter eos sit locus iuri accrescēdi, de quo no. infra in forma libel. quo agitur ex substi. in glo. super uerbo breuiloqua, per Cyn. in l. 1. §. his itaque. C. de cadu. tol. His igitur sic præmissis uolens materiam latius declarare reassumo singulos superiores
38 articulos per ordinem. † Et primò assumo illum articu-
c lum, qui est, quando testator legat * aliquid * annuum,
* menstruum, uel diurnum. Et quæro an tale legatum transeat in hæredes legatarij? ubi dic, quòd non regulariter, nisi testator hoc uoluerit expresse, ut habetur in l. in annalib. & ibi per glo. & Doct. C. de leg. & l. Stichum. §. stipulatio & ibi per Bart. ff. de uerb. ob. facit l. in singulos. ff. de an. le. uel nisi præstatio huiusmodi legati annalis habens præfinitionem certi temporis esset per hęc tempora sic diuisa gratia exonerādi hæredem obligatum, quo casu censetur esse unicum legatum pro toto tempore, & non plura, & ideo transit ad hæredem legatarij, sicut alia simplicia legata, ut in l. si cum præfinitione, in fi. ff. de ann. leg. Et hæc
* procedunt * etiam in stipulatione annua legata ad uitā stipulatoris, quæ licèt natura sui mero iure transeat ad hæredes stipulatoris, tñ ipsis agētib. obstat exceptio doli. ut l. cū qui ita, cū ibi no. ff. de uer. ob. & d. l. Stichū. §. stipulatio
39 & plenè no. in l. senatus. §. fi. ff. de do. cau. mor. † Quid aūt si stipulatio annua sit simpliciter cōcepta, an transeat ipso iure, & cū effectu in hæredē stipulatoris quò ad effectum petitionis & exactionis? Breuiter distingue, aut est facta in cām alimentorū, & hoc constat expresse uel tacitè, & tūc finit morte stipulatoris. l. cum hi. §. si annos ff. de transi. cū si. & l. cū q ita ff. de ver. ob. Aut est facta in aliā cām, et tūc est perpetua, & transit in hæredē, sicut cætera iura, ut d. l. Stichū. §. stipulatio. ff. de uer. ob. q̄ sic intelligo, prout ibi
40 no. & subaditur quo ad uiuam † Vn̄ circa hoc quæritur {Pone, quòd ex cā venditionis contractæ certo pretio aliquis promisit mihi soluere singulis annis, & hæredib. meis saccos 10. frumenti, uel vasa boni vini, & obligauit mihi omnia sua bona} quæritur an ex hmôi promissione licitè possit agi, tam de iure ciuili, q̄ canonico & diuino? Circa qđ sic br̄ distingue, aut hæc promissio facta est sine aliqua legitima cā, & tunc nulla inducitur efficax obligatio, nec actio, ut habetur in l. 2. §. circa. ff. de dol. exce. & l. cum de indebito. in fi. ff. de prob. aut facta est cum causa legitima, & tunc omni iure agi potest, quia contractus uenditionis iusto pretio accedente omni iure est approbatus, ut ff. & C. extra de emp. & uend. per totum, sicq; intelligatur d. l. Stichum. §. stipulatio. & d. §. qui ita, & sibi similia. Aut est facta cum causa à iure reprobata, puta ex causa mutui, & sic quantitas annua est promissa in fraudem usurarum, & tunc nullo iure hodie agi poterit ex tali promissione, ut no. per Doct. in auth. ad hæc C. de vsur. & in l. 2. C. plus ua. quòd agitur, & per Cy. in l. si ea pactione. C. de vsu. quæ mul-
41 tum not. † Deinde quæritur, qñ legatorum in diem sit fienda solutio? circa quod latius sic distingue, aliquando in legato est unica tantum præstatio fienda vnico designato tēpore. v.g. cum dixit testator. {Lego fundū ad pascha.} Aliquando sunt plures præstationes fiendæ per diuersa tempora v.g. {Lego 10. singulis annis ad festū paschatis} Primo casu solet subdistingui, aut tempus apponitur legato causa demonstrationis, aut causa differendæ solutionis, aut limitandæ obligationis. Primo casu, cum tempus additur causa demonstrationis, quod est, qñ idem est tp̄s soluendi cum tempore contrahendi, uel legandi v.g. {Promitto tibi hodie dare 10. uel lego tibi 10. hodie} & tunc statim potest peti, ac si diei nulla esset facta mentio, ut l. liber homo. §. 10. ff. de uer. ob. licèt iudex super hoc aditus causa miserationis possit executionem differre usque in 10. dies, ut not. in l. si debitori. ff. de iudi. l. si promissor Stichi ff. de consti. pecu. Secundo casu cum tempus additur causa differendæ solutionis, quod est regulariter, tunc aut uerba dispositiua diriguntur ad honoratum, aut ad obligatum. Si ad honoratum, aut uerba sunt prolata in accusatiuo, & tunc admittitur petitio & solutio in fine tp̄is ut l. si in annos, & ibi per Barto. de hoc. ff. de cond. & dem. Aut sunt prolata in ablatiuo, & tunc est fienda solutio in principio temporis, vt l. si ita fuerit. ff. de manu. test. ubi autem uerba dispositiua diriguntur ad obligatū, tunc fienda est solutio in fine temporis, ut l. qui hoc anno, & ibi no. per Bar. ff. de ver. ob. & Inst. de inu. stip. §. qui hoc ann. Fallit fauore filiorum, ut l. qui filiū. §. Sabinus ff. ad Treb. & fauore reipublicę, ut d. l. ad rempublicā ff. de mun. & ho. quib. quidē casib. sufficit initium tp̄is attigisse, de quo plenius no. in l. 3. §. mino. ff. de min. Tertio aūt casu cū tp̄s causæ limitandæ obligationis adijcit, fieri dēt statim solutio, ut d. l. cū qui ita, & ibi plenè no. p Bar. Dixi ulterius & principaliter, quòd aliqñ fiendæ sunt plures pstationes, seu solutiones p diuersa & multiplicata tēpora, ut in stipulatione, uel in legato annuo, & in hoc distingue. Aut solutio est diuersa cā augendæ obligationis, siue multiplicandæ pstationis: aut cā exonerandi hæredē uel debitorē. Primo casu distinguunt quidā, aut tp̄s apponitur dispositioni, aut executioni dispositionis. Primo casu fieri debet solutio in principio añ finem tp̄is designati ut l. 1. C. qñ dies le. ce. & ibi plenè no. per Do. facit l. nec semel. in prin. qñ di. le. ce. Qñ autem apponitur executioni, tunc fienda est solutio in fine temporis, ar. l. lecta. uers. sed cum sortis. ff. si cer. pet. Si

DD verò

verò sit diuisio causa exonerationis, tunc solutio est fiéda in fine temporis, ut l. si cui in princi. versi. ꝙ si menses. ff. de leg. 1. & ff. de sta. lib. l. statuliberos. §. Stichus. & d. l. lecta. 42 versi. sed cum sortis. † Aduertendum est hic circa intellectum uer. sed cum sortis, nam potius uerius credo quòd ibi fuerit tempus appositum gratia multiplicandæ obligationis, quàm exonerationis, quod ex eo patet, nam creditor ita est stipulatus; ut usuras suæ pecuniæ singulis mensibus perciperet; unde in hoc aliter distinguo, quandoque id quod soluendum est per tempora diuisa, est pœna contumaciæ debitoris non soluentis, & tunc fienda est solutio in fine temporis, sic procedit intellectus dicti versiculi, sed cum sortis. Aliquando non est pœna alicuius contumaciæ, sed contingit ex sola ordinatione disponentis, & tunc habent locum quæ dicta sunt. Quæ autem dicta sunt circa solutionem in principio tpis fiendam, locum habent quando nil est fiendum, uel implendum ex parte creditoris, aliàs autem nõ fieret solutio nisi prius per eum facto implemento, ar. l. si seruus. §. cũ seruus ff. de sup. ser. & not. in l. æde. C. loca. per quæ patet, quando fienda est solutio pensionis, de qua quæstione tangitur p gl. & Doct. in d. l. æde. C. loca. Item fallit in casibus qui habentur in l. nec semel §. si in habitatione, & in l. Firmio. §. 43 pater. ff. quando di. le. ce. † Nunc his peractis uidendum occurrit, si præstato, uel solutio sit destinata, uel relata ad * certum locũ, vel fundũ. v. g. {Ego lego, uel promitto tibi decem saccos frumenti quod nascetur in tali fundo} & cõtingit nil nasci ex eo fundo, uel contingit fundum perire, an liberetur debitor à solutione uel præstatione? In qua quæstione Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. ob. sic distinguit, & idem Petrus & Cy. sequũtur in l. si quis argentum, in prin. C. de don. Cũ quæritur quando fructus debentur ex certo fundo, si nõ percipiuntur, an obligatio extinguatur, uel differatur? dic, ꝙ aut locus uel fundus apponitur in dispositione causa designationis, aut causa limitandæ uel relaxandæ obligationis. Primo casu fructus debentur si extant ex illo fundo, uel si non extant debẽtur ex alio, & sic durat obligatio. vt l. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & l. quidam testamento ff. de le. 1. & l. Paulo Calimaco. §. si fi. de leg. 3. Secundo casu subdistingue, aut orationi dispositiuæ adijcitur relatiuum v. g. {Fructus qui nascent in tali fundo lego uel promitto, & c.} & tunc subdistingue, aut enim in promissione, vel legato est unic. pręstatio tm̃, aut plures Si unica, tunc si illo anno fructus ex fundo colligi non possunt, nil ultra debetur, sed debitor liberatur. Ratio, quia illud relatiuum {qui} facit conditionem, & exponitur idest si nascitur, vt probatur in l. cum certus ff. de vin. tri. & oleo. leg. & l. si debitor. §. uerisimile ff. de contra. emp. vbi verò sunt fiendæ plures præstationes, tunc si fructus in primo anno non nascantur in toto, uel in parte, fit supplementum in alio, ut l. legatum. §. uinum. ff. de ann. leg. Si autem in oratione nullum apponitur relatiuum, sed est oratio simplex, tunc si non nascuntur fructus in primo anno, non propterea liberabitur debitor, sed fit suppletio in anno seq. ut l. Firmio. in princ. ff. qñ di. le. ce. & in l. inter stipulantem. §. sacram, præalleg. Et hæc quæ dicta sunt, procedunt qñ certa & limitata quantitas fructuum est in dispositione posita: ubi uerò nulla est quantitas designata, sed in genere fructus, qui nascentur sunt legati, uel promissi, tunc siue in oratione sit relatiuum siue non, censetur dispositio talis esse conditionalis, & ob hoc fructibus non natis, nil ultra debetur, & sic intelligi debet secundum eum l. 1. in fin. ff. de condi. & demon. & l. 44 interdum. ff. de uerb. obli. † Vltra quæritur, quid si testa * tor legauit Titio * centum donec uixerit, an talis quantitas sibi semel præstanda sit, uel pluries? Dic, quod annis singulis debetur, ac si legasset centum annua, ut est text. in 45 l. legatum. ff. de an. leg. & not. per Bart. in d. §. qui ita. † Insuper quæritur, quid si testator legauerit tertiam uel quartam partem fructuum nasciturorum ex tali fundo, an hoc legatum semel tantum debeatur? Dic quòd singulis annis debetur, donec uixerit legatarius, nisi de contraria appareat testatoris uoluntate, ut est text. in d. l. defuncta. §. 46 si. de usufructu. & ibi no. † Quid autem si testator iusserit f filios, uel hæredes simul habitare f usque ad decem uel plures annos, quid importent ista uerba? Dic ut plenè tã 47 gitur per Bartol. in l. quintus. ff. de ann. leg. † Inde quæritur, quid si testator nulla quantitate expressa dixerit sic {Lego annua Caio} an ualeat legatum? Dic, ꝙ non regulariter, ut l. legato generaliter, cum ibi not. ff. de leg. 1. Fallit si legetur in causa alimentorum, ut est tex. in l. si cui. & ibi not. ff. de an. leg. & l. cum alimenta. ff. de ali. & cib. le. facit qđ no. in d. l. id quod pauperib. C. de episc. & cler. Rursus 48 quæritur de quotidiana quæst. {Aliquis filiæ suæ uiduæ legauit decem annua donec uidua erit, uel in uiduitate permanserit, quæritur filia nubente in principio anni, an integra 10. habere debeat} dic, ꝙ sic, ac si annus esset completus, ut in l. filie. & l. à uobis. ff. de an. le. Nunc transeo ad secundum principalem articulum, qui est, cum legatur 49 usufructus, aut usus, uel habitatio. † Circa quæ primo g quæro {Quid si testator g vni simpliciter legauerit fundum, deinde legauit alij usufructum eiusdem fundi, quid * percipiet legatarius * vsufructus?} Dic, ꝙ habebit partẽ dimidiam usufructus, & sic in usufructu concurrunt utriq; idem in habitatione, ut est tex. in l. si alij. & l. Sempronius §. fin. & l. Sempronius. in prin. & ibi not. ff. de usuf leg. per quæ patet, ꝙ legando secundo uidetur partem adimere à primo, nisi de contraria uoluntate testatoris appareat, ut ibi not. Et per hoc dicunt quidam, ꝙ quando testator, ut quotidie fieri uidemus, facit plura legata diuersis psonis, * & postea legat * uxori suæ generaliter usufructum bonorum suorum, tam legatorum quam non legatorum, ꝙ 50 omnes concurrunt in usufr. cum uxore. † Secundò quæritur, quæ ueniant in legato usufructus? dic, ꝙ omnes fructus rei, ut plene traditur in l. usufr. leg. cum leg. seq. ff. de 51 usufr. † Ipse tamen usufructuarius non poterit uti nisi h præstita satisdatione h de utendo & fruendo arbitrio. boni uiri, ut l. si usufru. ff de usuf. & l. 1. C. de usuf. & l. 1. 52 cum sequen. ff. usufr. quemadmodum cau. † quam satisdationem non posset remittere testator, ut not. in d. l. 1. de usufr. & l. secunda & l. scire debemus. C. ut in poss. leg. 53 † ab ipsa tamen satisdatione ipso iure excusatur pater vsufructuarius bonorum filij, ut habetur & notatur in l. cum oporter. §. non autem. C. de bon. quæ lib. tenetur etiã idem usufructuarius satisdare de restituendo finito usu- 54 fructu, ut d. l. 1. ff. de usufr. quemadmo. ca. † Quid igitur si usufructuarius non præstet hanc satisdationem? Respondeo, proprietarius rem ipsam poterit uendicare, ut l. si 55 usufructus. ff. usufr. quemadmodum ca. † an fructus perceptos ante satisdationem possit dominus uendicare? apud aliquos est dubium, ut refert Cynus in l. usufructua. C. de usufr. Bart. autem in l. uxori usufr. ff. de usufru. leg. sic pro omnium concordia distinguit: Quandoque ante satisdationem dominus percepit fructus, & tunc non debet restitui usufructuario, ut d. l. uxori. Quandoque econtra 56 ipse fructuarius percepit fructus, † & tunc aut eos percepit domino ignorante, uel contradicente, & tenetur eos restituere domino, & sic intelligit glo. in l. si fur. ff. de usufru. & prædicta. l. hac edictali. §. is illud. Quandoque recepit eos domino sciente & patiente, & tunc non debent restitui per eum ipsi domino, sed eos lucratur & facit suos, & sic intelligitur l. hac edictali. §. finautem. C. de sec. 57 nup. † Quid autem differant inter se usus, usufructus & habitatio? plenè traditur inst. de usu. & hab. §. 1. & adde prædictis quæ not. circa formam libelli quo agitur ad repe- 58 titionem dotis in gl. super verbo {Vsufructum} † Solet etiam quæri, qualiter huiusmodi usufructus finiatur, & respondetur, quod tribus modis, uidelicet morte, capitis diminutione, & longa præscriptione, uidelicet decem annorum inter præsentes. & 20. inter absentes, ut l. qui vsufructum

usufructum. ff. si usufr. pe. & l. corruptionem. C. de usuf. facit Inst. de usuf. §. finitur. & ff. qui. mod. usufr. amit. l. 1. cum
59 seq. † Sed circa hoc quæritur de quæstione sæpe occurrente. Ecce quod patri quæsitus est usufructus ex persona filij per l. non solum. C. de bon. quæ lib. quæritur pereuntis mortem usufructus extinguatur? Dic breuiter, quod mors utriusque requiritur, nec mors vnius alteri nocet, ut habet in l. fi. C. de usuf. l. fi. ver. si verò C. ad Tertul. & not. per glo. in l. 2. in fi. C. de bon. mat. & l. quod satis, in fi. ff. de bon. quæ lib.
60 † Venio ad tertium articulum, qui est, quando legatur seruitus rustica vel urbana: circa quem articulum ultra ea quæ scripsi supra in libello quo agitur confessoria, uel negatoria pro seruitute, quæro de quæstione sæpius occurrente. Ecce testator legauit alicui simpliciter fundum uel usufructum fundi, quæritur an eidem fundo præstari debeat per hæredem uia, uel iter ad ipsum fundum, qua, uel quo testator utebatur? In qua quæstione gl. dubitauit in l. 3. §. si loci ff. de adi. leg. Tu tamen secundum not. per Bar. in l. 1. ff. de ser. le. plenius si distingue, cum quæritur an rei legatæ seruitus debeatur, aut quæritur de seruitute iam imposita ante legatum, aut de imponenda post legatum Primo casu debetur, ut l. 1. & l. si is qui. ff. de ser. leg. cum ibi not.
61 † Secundo casu subdistingue, aut erat seruitus habens causam continuam, & permanentem, & tunc hæc seruitus sequitur legatarium, & ei debetur per hæredem ex præsumpta uoluntate testatoris, ut d. l. 1. ff. de ser. le. exemplum patet in seruitute oneris ferendi, & sic debet intelligi l. quod conclauc. ff. de damn. in fe. Aut seruitus habebat causam discontinuam, & non permanentem, ut iter, & uia, & tunc aut testator legauit usufructum tantum, & agere poterit ipse legatarius contra hæredem, ut patiatur hanc seruitutem imponi, si ea non imposita usufructus redditur inutilis, ut l. damnas. §. 1. ff. de usufr. leg. & l. binas. §. fin. ff. de ser. urb. præd. & l. 1. §. 1. & 2. ff. si usuf. pet. & l. seruum filij. §. fi. ff. de leg. 1. Aut legauit proprietatem, & tunc licèt glo. in l. 3. §. si loci, dubitauerit, tamen dic, quod debetur seruitus legatario per ipsum hæredem, ut not. in l. binas ff. de ser. urb. præd.
62 sumpto arg. à fortiori, facit l. 1. in fin. ff. si usuf. pe. † Quid econtra, an à legatario seruitus debeatur hæredi, de qua supra, per fundum legatum? & dic, quod sic, ut l. restituere. in princ. ff. si ser. uend. & in l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de leg. 1. & in l. olimpiaco. ff. de ser. urb. præd.
63 † In uenditione autem rei uenditor non tenetur, nisi specialiter, & expresim actum esset hanc seruitutem discontinuam emptori præstare, ut l. in uendendo. ff. de contrah. em. Fallit in uia ad sepulchrum. in l. sepulchrum ff de reli. & sump.
64 fu. † Transeo ad quartum artic. qui est quando legatur dos vxori, vel filiæ, ubi quæri consueuit, si teneat legatum factum vxori: & distinguitur sic, aut tale legatum dotis factum uxori continet certam quantitatem expressam. v. g. {Lego uxori meæ centum, quę habui in dotem} & tunc tenet legatum in quantitate expressa, siue uxori nil dederit siue minus dederit in dotem, ut est tex. in l. si non designata. C. de fal. ca. adi. le. Si uerò nulla quantitas est expressa, tunc non tenet legatum, nisi constet per instrumentum dotis, vel aliter de quantitate in dotem tradita, ut d. l. non designata, & l. 1. §.
65 sed si in dote, & l. cum scriptum. ff. de do. præleg. † Et si forte dicatur, quid commodi affert vxori legatum dotis certæ quantitatis, quando aliunde, puta per instrumentum constet de eius dote? Respondetur quod si legatum est purum, tunc subducitur tempus legale, & statim fit ipsius dotis solutio, ut l. 1. §. uerum est commodum. ff. de dot. præle. & est commoditas in alio, quia non fit retentio dotis pp res donatas uel alias impensas, quę tamen ipso iure non diminuunt dotem,
66 ut l. dote præleg. & d. §. uerum. ff. de do. præle. † Sed quid dices de frequenti quæstione. Ecce testator legauit mulieri nondum nuptæ centum pro dote, seu ex causa dotis, quæritur
¶ an tale legatum sit purum, uel conditionale, i. uel sub modo? super quo uariæ sunt opi. ut refert Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero ff. de cond. & demon. & not. per Cy. in l. sancimus C. de nupt. conclusiuè autem secundum eum potest sic distingui: aut tale legatum est factum respectu matrimonij contrahendi cum certa persona v. g. si testator dicit {Lego centum Semproniæ pro eius dote vxori futuræ Caij} & tunc tale legatum est conditionale, uidelicet si matrimonium sequatur, ut l. promittendo. & l. stipulatio nem. ff. de iure dot. pro quo facit auth. nisi rogati C. ad Treb. & in corpore unde sumitur in Auth. de san. episcop. §. sed hoc de præsenti, & ibi per Iacob. de Belu. Aut tale legatum est factum simpliciter nullo habito respectu ad certam personam, & tunc subdistingue, aut extraneus legauit mulieri hanc dotem, & est conditionale eo modo quo supra, ar. in l. 2 Titio. in prin. de ver. ob. l. si ego in prin. ff. de iur. do. & d. §. sed hoc de præsenti. ad idem facit l. Publius in prin. ff. de conditionibus & demonstrationibus, nisi per aliquas coniecturas appareat, quod testator non uoluerit legatum esse purum, uel patriæ consuetudo sic haberet, quod dos appellaretur patrimonium mulieris non nuptæ, quia in hoc standum esset communi usui loquendi. ut l. cum de l nionis. §. afinam. ff de fun. instr. Si uero pater legat filiæ dotem, tunc aut ultra hoc legauit sibi suam legitimam, & tunc est conditionale. super quo, vide quod dicitur infra in proxi. quæst. aut nullam legitimam sibi legauit, & tunc legatum dotis est purum, & poterit statim peti ex præsumpta uoluntate testantis, cui incumbebat necessitas filiam dotare, & ei relinquere legitimam, ut l. qui liberos. ff. de ri. nup. & quia tale legatum uidetur factum ad filiæ prouisionem, ideo non recipit aliam dilationem, nec grauamen, ut l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. Et aduerte, quod hoc casu non sufficit hanc dotem titulo legati relinquere, quo ad ualorem testamenti dicendo. Relinquo filiæ meæ centum, uel talem fundum pro eius do
67 te, † quia uerbum {relinquo} adiectum certæ rei uel quantitati non trahitur ad institutionem, ut no. per Bar. in l. cogi uer. & generaliter. ff. ad Treb. & habetur in Aut. ut cum de ap. cog. §. illud quoque, licèt glo. teneat contrarium in auth. de hære. & fal. §. & hæc omnia, & ibi per Ia. de Bel. & sic secundum Bar. testamentum esset nullum ratione præteritionis ipsius filiæ utendo uerbo relinquo, sed debet uti uerbo, instituo, & dicere Instituo filiam meam in centum pro eius dote uel pro maritan
68 do ipsam. † Quid si testator dixerit {Relinquo filię meę centum ad dictamen sapientis} quid poterit facere ipse sapiens Dic, quod poterit addere iure institutionis, ad hoc ut potius ualeat testamentum quàm pereat, secundum Iac. de Aret. sed Ricar. Malum. disputat & tenet contrarium, cuius opin. sequitur Barto. illa institutio. ff. de hęre. instit. & not.
69 idem Barto. in l. his uerbis ff. de hær. instit. † Item circa præmissa quæritur, statuto ciuitatum Lombardiæ cauetur {Quòd mulier dotata non faciat partem in hæreditate paterna, uel materna cum fratribus suis &c.} Contingit casus quod pater impuberi filiæ legauit mille pro eius dote, quæritur de tribus. Primò, an hoc legatum succedat in locum legitimæ. Secundo, an ex huiusmodi legato uideatur ipsa filia dotata. Tertiò, an tale legatum possit statim peti, uel differri debeat petitio in tempus nuptiarum. Et breuiter quò ad primum quæsitum uariæ sunt opi. ut refert Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. & tenet Ricar. Malumb. quod sic, nec
* possit agi per filiam ad supplementum legitimæ si quid desit.
70 † Et sit ratio, quia per statutum potest diminui legitima,
* quamuis non in totum auferri secundum eum, licet Dy. teneat contrarium in cap. indultum. de reg. iur. libro sexto Cyn. uerò ubi supra tenuit, quod tale legatum tunc non succedat in locum legitimæ, quod etiam sequitur Barto. in d. §. Titio, sicque habebit filia utrunque scilicet legitimam, & legatum nisi de uoluntate testatoris aliud appareat uerbi gra-
* tia {Si iusserit eam stare & esse tacitam & contentam dicta quantitate sibi legata} argu. in l. qui uolebat. cum ibi not. ff. de hære. instit. & ita consueuerunt notarij ponere in testamentis: aliud autem esset, si fuisset filia hæres instituta in dicta quantitate pro eius dote, quia tunc substitutio hæc succederet in locum legitimæ, & si quid deesset,

agere posset ad suplementum, ut in l. omnimodo. & l. sancimus. C. de inof. test. & in auth. ibi signata, & quod not. in d. l. his uerbis. † Per quod patet, quod sapienter faciunt notarij si in huiusmodi dispositionibus vtantur uerbis institutionis, non legati, ut supra dictum est. † Quo autem ad secundum quæsitum, dic secundum Barto. ubi supra, quod filia dicitur dotata, arg in l. non est matrimonium. ff. de ri. nup. & in l. qui pupillam, in prin. ff. de adul. facit quod no. per glo. in l. cum plures. §. pe. ff. de adm. tut. & illud uerbu {dotata} * est exponendum idest, inquam pater actum dotandi exercuit quantum in se fuit. arg. in l. mulieri. ff. de condit. instit. Alij verò contra, quia † dos sine matrimonio esse non potest, ut l. fi. C. de don. ante nup. Prima opin. Bart. est uerior. & probatur per text. in l. non sine ratione. C. de bon. quæ lib. Ad tertium autem quæsitum respondetur secundum eum, quod aut tale legatum est factum puberi, aut impuberi. Primo casu differtur petitio in diem nuptiarum matrimonio contracto per uerba de præsenti, quod sufficit etiam si non fuerit adhuc traducta ad domum mariti, argum. in l. sancimus. C. de nup. coniuncta. l. si cui ff. de condi. & demonst. Secundo verò casu expectatur tempus nubilis ætatis, & etiam quod matrimonium per uerba de præsenti contrahatur, quibus duobus concurrentibus petitio admittitur. arg. in l. hæc conditio. ff. de cond. & demon. & l. si pupillæ. ff. quando dies leg. ced. † Quid autem si alia forma testator usus sit, ut quia dixit {Lego centum pro ipsa maritanda} dicit idem Bart. aut est pubes, & poterit legatum statim petere præstita tamen cautione de nubendo: aut est impubes, & tunc differtur petitio in tempus pubertatis, quo tempore persona erit ad maritandum habilis, & hoc sufficiat etiam si matrimonium de præsenti tunc non contrahatur, ut petitio admittatur, arg. in l. nec semel §. in habitatione. ff. quando di. leg. ced. † Inde quæritur {Pater legauit filiæ centum ex causa dotis, deinde ipsam maritauit, & dotem pro ea soluit, postea moritur pater non mutato testamento, agit filia cõtra hæredes petendo legatum prædictum, quæritur an sit audienda?} dicit Bar. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de le. 1. distinguendum esse, aliquando enim pater primo loco dotem simpliciter promisit, non tamen tradidit, & postea legauit, aliquando ecõtra primò legauit, postea tradidit, uel promisit. Primo casu subdistingue, aut expresse legauit pro dote, & tunc semel tantum dos ipsa debetur, & ideo petens legatum non auditur, ut d. §. cum pater, & l. Titia. §. qui in uita. ff. de leg. 2 Aut legauit simpliciter nulla facta mentione dotis, & tunc legauit aliud diuersum quàm promiserit, & tunc debetur utrunque uidelicet dos & legatum, ut l. si pater pro filia. ff. de col. do. Aut legauit idem uel tantundem in eodem genere, & tunc in dubio præsumitur legare animo compensandi, & præstabitur alterum tantum, ut l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. & not. per gl. in d. §. cum pater Secundo principali casu, uidelicet cùm primò dotem tradidit, & postea legauit, distingue. Aut legauit illud idem corpus quod fuerat traditum, & tunc eius æstimatio debetur, ac si legasset scienter rem alienam l. cum pater. §. pater filiæ. ff. de le. 2. Aut legauit dotẽ simpliciter, & tunc semel tantum debetur, nec præstatio duplicatur, & quia dos ipsa est legata non confertur, ut d. §. qui ita, & l. filiæ, & l. à patre. C. de colla. ubi autem legauit aliud omnino diuersum à dote, tunc utrunque debetur, ut supra dictum est. Tertio verò casu principali, uidelicet quando primò legauit, & postea tradidit, distingue. Aut post ipsum legatum dotis realiter dotauit, & tunc uidetur de primo legato dotata, ideoque ulterius legatum non debetur l. Lucius. la 1. & ibi not. ff. de legat. secundò & l. filia. C. de lega. ubi autem legatum esset simpliciter primò factum sine adiectione causæ dotis, tunc per traditionem dotis inde secutam non uidetur à legato recessum, ideoque utrunque debebitur ut l. quinquaginta, cum ibi not. ff. de proba. † Ex præmissis autem patet solutio ad illam quæstionem qua quæri solet {Si pater legauerit 100. filiæ pro dote postquam ipsa nupserit, & 100. pro eius dote tradiderit, an mortuo patre possit reliqua centum ex causa legati petere} Et secundum Bart. in d. l. Lucius, distinguendum est. Aut legauit pro maritando ipsam filiam, & tunc excluditur à petitione legati, quia cessat causa legati. argum. in l. libertus, in prin. ff. de ali. & cib. leg. Aut legauit simpliciter pro dote, aut ex causa dotis, et tunc admittitur ad petitionem legati quia dos potest augeri constante matrimonio, vt l. pen. C. de do. ante nup. de qua materia plenè tangitur per eundẽ in l. liberorum. ff. de uerb. sig. † Præterea quæritur {Ecce, quòd pater legauit filiæ centum pro dote, uel pro ea maritanda, & decessit filio masculo hærede uniuersali instituto, qui inde sororem maritauit, & dotem dedit simpliciter non habita mentione legati, quæritur an soror poterit legatum petere? } Responpetur quòd non, quia frater uidetur eã dotasse de pecunia legata, potius quam de propria, arg. in l. Nesennius, & quod ibi no. per Doct. ff. de neg. gest. & ita determinat Iac. Butr. ut refert Cyn. in l. fi. C. de do. promis. ubi autem pater dat dotem pro filia sua, quæ habet bona materna, uidetur in dubio eam dotasse de bonis ipsius patris, & non de maternis, ut l. fin. C. de do. promis. † Sed quid si testator sic dixit {Lego centum pro dote filiæ meæ, & quoties illa perdiderit, sibi de nouo debetur per hæredes meos} quæritur de effectu huius legati? Respondetur, quòd semel tantum dos perdita reiterabitur, & præstabitur, & non ultra si milies perderetur, ut est tex. in l. fideicommissa. §. si quis decem, de leg. tertiò † Sed aduerte circa prædicta, quòd de iure communi cessante dicto statuto, quòd filia non succedat extantibus masculis, tenetur pater dotem filiæ relinquere titulo institutionis, & non legati, ut prædixi, & si in uita sua eam nupserit, & dotem pro ea dederit, poterit eam in dote instituere, & in aliquo pluri quantuncunque modico, & sic tenebit eius institutio, ut plenè disputant Gloss. & Doct. in l denique. §. sed utrum, in fin ff. de min. & Bart. in l. his uerbis. ff. de hære. insti. † Sed pone quòd statuto cauetur {Quod muliere mortua in matrimonio uir lucretur dotẽ} vt est communiter in Lombardia {Cõtingit, quòd mulier habens filium ex priori marito accepit secundum uirum, & inde mulier ipsa prædecesserit in matrimonio superstitibus secundo uiro, & filijs prioris matrimonij, inter quos controuersia oritur super dote, quæritur an ipse secundus uir lucretur dotem exclusis dictis filijs, an redire debeat ad ipsos filios excluso secundo uiro?} dixerunt quidam, filios esse præferẽdos, saltem in ea parte quã lex ipsis defert, de qua traditur & habetur in l. hac edictali C. de secun. nup. Alij dicunt, filios in totum excludendos, etiam à legitima, & uirum præferendum auctoritate dicti statuti per quod derogatur d. l. hac edictali. quia ista est quædam alienatio inter uiuos, per quam potest filius priuari legitima, ut not. Dyn. in c. indultum, de reg. iur. lib. 6. & Cyn. in l. sancimus. C. de nup. & in l. 1. C. de inof. do. & hanc partem * tenet Bal. in l. si ea lege. C. de cond. ob cã. & eam obseruat Lombardia, de qua quæst. dixi supra in forma, qua agitur ad dotis repetitionẽ. † Quid aũt si statuto caueat, nõ absolutè, ut proximè dictũ est, sed hoc mõ {Quod mortua uxore sine liberis ex primo matrimonio ut lucretur docẽ, an hoc casu premoriente ipsa uxore in secundo matrimonio superstitib. liberis ẽt ex secundo uiro poterunt filij prioris matrimonij petere partẽ dotis maternæ à filijs secundi mrmonij? Et utiq; dicendũ est, quod sic, cuius ratio est, quia per tale statutũ solũ in unũ casum maritus sibiipsi lucratur dotẽ, uidelicet qñ uxor morit sine liberis ex eo procreatis: Cum autem moritur cum liberis, & tunc casus iste relinquitur dispositioni iuris communis, ut l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. & l. si cum dotem, in prin. ff. sol. matrim. ideoque pariter filij utriusque matrimonij in ipsa dote succedent, ut auth. in successione C. de suis & legi. & d. l. hac edictali. nisi pactum de dote lucranda intercessisset, quia

quia maritus in dote succederet secundum formā d.l.ædi ctali.& non plus, ut ibi not. de quo,& alijs plurib. vide qđ hī,& notatur per Iacob.de Bel.in Auth.de nup.§.optime.
82 † Quæritur si statuto caueatur {Quòd fœminæ non succe dant cum masculis in hæreditate paterna, uel materna, si fuerint dotatæ, uel fratres earum uelint eas dotare,& contigerit patrem decedere filio masculo & filia superstitib. & filius decesserit superstite quadam eius filia,& prędicta eius sorore, an in successione paterna præferatur dicta amita tor dicti filij prædictæ eius nepti? }& dic distinguen dum ſm Cyn. ut per eum not.in l. 1.C.ad leg.Iul.de adul. Nam aut ipse filius decessit in uita patris, & tunc pariter succedunt, in authen.defuncto C.ad Tertul. Aut post eius mortem & tunc neptis excludit amitam, & est ratio, quia istud ius excludendi amitam, fuit quæsitum ipsi patri suo in eius uita uirtute dicti statuti ꝙ transmisit in eius filiam, unde ei non est deferendum, arg. in l.uideamus.ff.de nego.
83 gest. † Sed pone, ꝙ testator legauit filiæ pro dote certa
✱ bona iubens eam esse tacitam & contentā, * ut multoties contingit, quæritur an ipsi filiæ post agnitum legatum sit
✱ saluum ius petendi dotē maternam? * Bar.in l ut iusiuran di.§ si liberi, in fi.ff.de oper. liber. uidetur dicere ꝙ sic, q dos materna est extra bona patris, ut æs alienum: tu distin gue, ut not.& uide quod scripsi super forma libelli quo agitur pro hæreditate ex testamento delata, in glo. 3. Et per hoc patet, ꝙ pater non uidetur filiam dotare de dote materna, quod est uerum in dubio. Sit ergo cautus pater ꝙ specialiter ipsam dotet de dote materna, per tex. in l.fi.de dot. promis. secus autem in extraneo, uel fratre dotante, ut ibi no.per Cy. quia in dubio præsumitur dotare de dote
84 materna. † Redeo ad quintum articulum, quando legatur vinum uel frumentum simpliciter non adiecto de quo sit præstandum, uidetur in dubio præstandum de eo quod est in patrimonio testatoris, uel si nil reperitur præstari debet aliunde per eius hæredem, ut l.si cui uinum, in prin.
85 & ibi per Bart.ff. de vin.triti. & oleo lega. † Nec tamen uasa, seu uegetes, in quibus est uinum reconditum, cedunt
86 legatario, ut d.l.si cui.§.1. † Et si uinum, uel frumentum legetur pro alimentis, licèt quantitas non sit expressa, tamen ualet & cedit eo casu in legato omne uinum testato-
87 ris, ut l.quidam hæredem. ff.eo.tit. † Quid dices, si testator leget 10. uasa uini Titio ex eo quod nascetur in tali uinea,& nihil aut parum natum est, an hæres liberabitur uel supplebit de eo, quòd nascetur in sequenti anno? Dic ut supra dixi circa legatum annuum, & plenè tangitur per Bart.in l.inter stipulantem.§. sacram. ff.de uerb.ob.facit l.
88 centum & l.ex eo. ff. de ui. tri.& ole.leg. † Transeamus ad sextum articulum, qui est, quando legatus est fundus cum instrumento suo, ubi quæri solet quæ contineantur appellatione fundi instructi, ad quod breuiter respondeo quòd ligones, aratra, boues, falces, torcularia, mensoria, & alia similia ad agriculturam pertinentia, & ad fructus colligendos, ut plene traditur in l. instrumenta fundi.cum l.seq. ff.de fun. instruc.& instr. leg. nec refert quantum ad uim coniungendi, an legetur fundus cum instrumento, an fundus & instrumentum, uel fundus instructus, licet quo ad modum extinguendi legatum differant hæc inter se, ut
89 habetur in l.1.& l.si cui ff.de fundo instru. † Notandum
m tamen est, quòd dictio, m cum, coniungit accessoriè, sed dictio,&, coniungit principaliter, ut d.l. 1. & l.si cui, facit l.1.& 2.ff.de pecu.leg. & l.si quis Titio. in fi. ff.de vsu.leg. & l.triplici. ff.de uerb.signifi. quod facit ad multa. Plenius tamen & clarius potes super hoc distinguere secundum Bart. ut per eum not.in d.l.si cui. Aliquando hæ dictiones, scilicet}&, cum{ponuntur inter res quarum una sui natura alteri non accedit ut inter personas, ut l.iustissime.ff.de ædil.edict. uel inter res prorsus distinctas & separatas, & tunc pariformiter coniungunt, uidelicet omnes principaliter, ut Insti. de leg. §.si quis ancillas,& l. si ancilla. l. cum liber.ff.leg. 1. Aliquando hæ dictiones ponuntur inter res, quarum una sui natura alteri accedit, seu una solet alteri accedere, ut instrumentum fundi,& peculium serui, & tūc est differentia, quia,&, coniungit accessio ie, ut d.l.1.& 2. & l.si cui,& uide de hoc per Cyn.in l.2.C.de uerb. signifi.
90 † An autem hæc dictio,&, n inducat repetitionem qualitatis positæ in præcedenti oratione, uide quod no. Bart. in l.Seio. §. Caio.ff.de fund instru.& in l.in repetendis ff.
91 de le.3. † Nunc autem transitum facio ad 7. articulum, qui est, quando legauit seruo peculium, ubi quæritur, seruo legato cum peculio quid cadat in legato, si contingit seruum mori, dic, in omnibus extingui legatum, ut in l.1. & 2.ff.de pecu.leg.& hoc quia sublato principali tollitur accessorium, per quod deciditur illa quæst. cùm testator legauit equum cum sella. Nam mortuo equo uiuente testatore extinguitur legatum sellæ per regulam prædictam, nam dictio, cum, coniungit accessoriè, ut dictum est, facit l.tunc inutile. ff de pecu. leg. & regula l.cum princi-
92 palis.ff.de regul.iur. † Capio VIII. articulum, qui
o est, cum legatur penus o seu canepa. in quo articulo
93 quæritur, † quid penus appellatione contineatur. ubi sic distingue, quòd quandoque legatur penus poculenta, aliquando legatur penus esculenta. Primo casu omnia continentur, quæ appellatione uini continentur. Secundo uerò casu omnia continentur, quæ usui patrisfamilias sunt deputata, ut hæc & alia latius habentur in l.qui penu. cum seq.ff. de pen.lega.& l qui penu.la 2.ff.eodem titulo.
94 † Venio ad 9. articulum, qui est, quando legatur suppellectilis, ubi notandum, quòd hoc nomen est iuris, sed in
✱ vulgari appellatur masaritia * domus, sicque idem importat legare masaritiam domus,& legare suppellectilē, ut not. Ba to in l.1.de suppellec leg.& per hoc patet quæ cōtineantur appellatione suppellectilis, de quo uide text.
95 in l.4.ff.eod.titu. † Condescendo ad 10. articulum, qui
✱ est, cum legantur cibaria seu alimenta, * ubi quęrendum primo loco est, quid alimentorum nomine seu appellatione comprehendatur: & breuiter respondendum est, cibaria, vestimenta,& domus, seu habitatio contineri, ut l.legatis,& l.fin.de alim.& cib. leg. immo etiam aqua si in ea regione uendi solet, ut l.1.ff. eodem titu. secus autem est
96 in legato cibi, uel diarij. † Nam appellatione cibi non continetur uestimentum, nec domus, ut l.diarijs.ff.eodem tit. Et sic patet, quod aliud est legare alimenta, aliud cibaria.
97 † Quid si testator iusserit hęredi suo ut talem eius nepotem instrui faciat in aliquo artificio non determinādo de quo, quęritur in quo artificio debeat ipsum instrui facere? Respondeo quòd iudex in hoc arbitrabitur inspecta qualitate, & natura, & dispositione,& similibus circunstantijs ipsius nepotis expensis ipsius heredis, ut habetur singulariter in l. Stichus liber esto ff. de legat.tertiò
98 † Quid igitur, si alimenta sunt simpliciter legata nulla determinatione de his facta, qualiter fiet præstatio eorum & limitatio? Dic, quòd iudicis q officio e unt limitanda inspecta persona legata ij,& fructibus & redditibus hæreditarijs, uti l.cum alimenta, in princ.& l. cum unus, in fi. ff.de alim.& ciba.lega. facit l.fina. in principio. C.de alim. pu.pre.& l.ius alimentorum.ff.ubi pu edu.de.& quod no.
99 Barto.in l. Imperator Adrianus, in fin. ff. ad l. eb. † Et not. quòd si fructus rerum hæreditariarum ad alimenta non sufficiunt, non propterea tenetur hæres proprietatem rerum ipsarum uendere,& pretium in alimenta con
100 uertere, ut ponit Barto. in d.l. cum alimenta. † Et si is, cui legata sunt alimenta, infirmitatem patiatur, debent
p ei præstari medicinæ, p ut l.uerbo uictus. ff. de uerbo. signifi.& in l.si cum dotem §.finaurem in fauissimo ff.sol. matrimo. quod sequitur idem Ba to.in l.legatis. ff. de alimen.& cibar.lega.
101 † Inde quæritur, an legatum alimentorum transeat in hæredem legatarij? Dic, ꝙ non regulariter, ut l.in annalibus.C.de leg & l.si in singulos,& ibi nor. ff.de ann.leg.& l.cum hi.§.modus, in fi.ff. de trans. & l.mu
102 la. in prin.ff.de an leg. † Insuper quæritur, legatis alimē tis

tis quo tempore sint præstanda, an in singulis mensibus, uel annis? Distingue sm Bart. ut per eum no. in l. fi. ff. de li. agn. & l. pecuniæ. ff. de ali. & cib. leg. quandoque alimenta debentur, seu relinquuntur cũ demonstratione certi tpis ut puta, lego omni anno, uel omni mense &c. pro alimentis, & tunc præstatur tpe illo designato, ut l. annuam pecuniam. & l. 1. cum seq. ff. de an. leg. facit l. nec semel. §. si in habitatione. ff. qñ di. le. & l. diarij. ff. de ali. & cib. leg. cum sim. Quandoque legantur alimenta simpliciter facta tpis designatione, & tunc subdistinguitur, aut relinquuntur personis non morituris, puta pauperibus talis hospitalis, & tunc soluenda sunt annuatim, ut l. si quis ad declinandã C. de episc. & cler. Quandoque relinquuntur personis morituris, ut Titio, uel Sempronio, & hic considera, q si in alimentis continentur quædam quæ non recipiant commodam diuisionem per menses, & quorum mensualis præstatio nimis grauaret hæredem, ut puta uestimentum & similia, & tunc de his fienda est solutio cum necessitas imminet, ut not. per glo. in l. Firmio. §. fi. ff. qñ di. leg. ced. & facit d. l. nec semel. §. si in habitatione. quædã sunt, quæ possunt commode diuidi per menses, & quorum diuisione hæres non grauatur, ut dare frumentum, carnes, uinum, & similia ad usum quotidianum deputata, & in ipsis fienda est solutio singulis mensibus, ut d. l. fi. ff. de lib. agn. Fallit in militibus, quibus fieri debet alimentorum præstatio per singulos, aut binos dies, ut l. 1. C. de erro. mili. an. li. 12. & l. nulli e. ti. Et si fortasse plures sint obligati ad præstationem hmõi alimentorum, ne præstatio confundatur, fit inter eos diuisio hoc ordine, uidelicet ut unus soluat uno mense, alius alio mense, ut habetur in l. 3. ff. de
103 ali. & cib. le. † Deinde quæritur, an solutio alimentorũ fiẽda sit in speciebus, uel in pecunia, distingue sm Bar. ut per eum not. in l. 3. ff. de ali. & cib. leg. Quædam sunt res, quæ si pro toto tempore præstarentur, in sua specie corrumperentur, ut carnes, & similia, & in ijs debetur æstimatio seu pecunia pro eis, ut l. mella. §. quidam. ff. de ali. & cib. leg. Quædam sunt, quę si prępstarentur pro toto tpe. non corrumperentur, puta frumentum, uinum, & similia, & tunc non debetur ęstimatio, sed species ipsa solui põt.
104 vt in l. cum hi. §. sicut. ff. de trans. † Sed in quo loco sunt pręstanda hæc alimẽta? dicit Bar. q si locus sit designatus, dent præstari in eo loco, in quo hæres sortitur domicilliũ ut in l. 1. & ibi not. per eum ff. de ali. & cib. leg. & not. per glo. in l. cum hi. §. causas. ff. de trans. pro quo facit l. sed &
105 si susceperit. in prin. & l. quod legatur. ff. de iudi. † Sed
✱ hic insurgit dubium, Pone * q hæres & legatarius sunt eiusdem fori, an hæres teneatur alimenta deferre ad domum legatarij, uel legatarius ipse teneatur ire ad domum hæredis? in quo sm eum sic potest distingui, aut pro ipsis alimentis debet præstari pecunia, uel quid simile, in cuius portatione nulla est expensa, & tunc tenetur hæres ire ad domum legatarij, & portare pecuniam, ut l. item illa. & ibi not. per glo. & Doct. ff. de constit. pe. Aut pręstari debet aliud quàm pecunia, in cuius portatione expensa exigitur, & tunc debet legatarius ire a domum hæredis, & ipsius legatarij sumptu alimenta recipere. argumen. l. prouinciales, in fi. C. de erro. mil. an. lib. 12. & l. 1. §. pen. ff.
106 de peri. & com. rei ven. † Et ex his colligi potest decisio ad illam quæst. satis frequentem qua quæritur, si ma
q ritus legauit vxori alimenta, q an sit præstanda in domo mariti, uel extra? In qua quæst. quidam uoluerunt sic distinguere: aut hæredes uiri sunt filij ipsis uxoris, & tunc præstari debent in domo ipsorum heredum cum quibus potest honestè uiuere, nisi testator aliud expresserit, ut l. qui concubinam. §. 1. ff. de leg. 3. & ff. de fun. instru. l. quæsitum. §. puto. & l. 2. C. com. vtri. iud. aut non erant eius filij, sed extranei, & tunc ei pręstari debent extra domũ. Alij ãt dicunt, q si testator simpliciter reliquit uxori alimẽta nõ adiecto loco domus, q licitum est mulieri habitare vbicunque uoluerit, & ubiq; sunt ei ab hærede alimenta præstanda, per tex. in l. libertis. §. Lucius. ff. de ali. & cib. leg. & ibi sequit Bar. hanc opi. & in l. diuortio. in prin. ff. sol. mat. de quo tangitur per gl. in l. cum hi. §. si in cã. ff. de trans. per
107 Spe. in tit. qui fil. sint leg. §. 1. † Sed quid si testator uoluerit uxorẽ recipere alimenta in domo sua, an tenebit in ipsa domo operari cum hęredibus ad eorum utilitatẽ? Dic esse distinguendum sm Bart. aut mulier est nobilis, cuius nullæ sunt operæ, & tunc non tenetur operari. Aut est
r ignobilis, quæ consueuit operari, r & tunc aut huiusmodi alimenta sibi debentur ex iuris necessitate, ut quia ipsa est infra annum luctus, & tunc debet operari ad utilitatẽ hæredis, ut habetur & not. in l. 1. §. exactio C. de rei vxor. act. & l. sicut ff. de oper. lib. Aut debentur ex sola testatoris dispositione, & tunc non tenetur operari ad commodum hæredum, arg. d. l. libertis §. 1 & ita determinat Bar. in d. l.
108 diuortio. † Sed quid si testator legauerit Titio fundũ ad alimenta, uel pro eius alimentis, quæritur cuius sit dominium fundi? dic sm Bar. q hæc forma legati est multum attendenda, quandoque enim testator dicit, Lego Titio fundum ad alimenta, uel pro alimentis, uel ut habeat alimenta, & his casibus dominium fundi est legatarij. ut l. libertis, præalleg. & l. pen. de ali. & cib. leg. & ibi per eum Quandoque testator dicit, Lego alimenta ex tali fundo, & tũc sola alimenta cedunt in legato, & proprietas fundi est hæredis, ut l. 1. in fi. & l. Lucius. ff. e. ti. Qñq; testator dicit, Lego alimenta, & pro eis obligo talem fundum, & tunc sola alimenta & fundi obligatio cedunt in ipso legato, proprietas uerò remanet hæredis. l. Lucius. ff. eo ti. ita determinat ipse Bar. in d. l. libertis, & huius differentiæ ratio potest esse, quia primo casu uerba dispositiua legati referuntur principaliter ad ipsum fundum, ut determinat ipsum uerbum, Lego, & ipsum uerbum, Fundum, consecutiuè autem respiciunt alimenta, ideoque nimirum si proprietas & dominium cedunt legatario, alijs uerò casibus uerbum, Lego, determinat ac respicit principaliter alimenta demonstratiuè, aut consecutiuè respicit ipsum
109 fundum. † Sed circa hoc occurrit aliud dubium in eo, qđ dictum est, dominium fundi transire in ipsum legatarium an ipse legatarius hoc dominium transmittat in hæredem suum? Circa huius dubij solutionem glo. sunt contrariæ, nam glo. in d. l. cum hi §. si uni. tenet, q non tanquam finitũ morte legatarij, sed reuertitur ad hæredem ipso iure sicut finitur legatum alimentorum. ut d. l. cum hi. § modus, pro qua opin. facit l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. In contrarium uidetur esse text. in d. l. libertis. in prin. & d. §. si uni. & l. pen. ff. de ali. & cib. lega. & hanc partem tenet. Iac. de Areti. &
110 Bart. ubi supra. † Solet denique dubitari, an causa adiecta legato limitet ipsum? super quo Bart. in d. libertis. tradit hanc doctrinam, aut loquimur in causa de præterito, & tunc nulla inducitur limitatio, cum ipsius causæ defectus non uitiet legatum. ut in l. cum tale. §. falsam. & l. demonstratio falsa. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & ibi plenè not. Aut loquimur in causa de futuro, quæ impropriè dicitur causa, & hic subdistingue, aut apparet de mente testatoris q uoluerit per causam limitari legatum, & tunc limitatur ut l. Titia. § fin. ff. de leg. 2. & l. species. ff. de aur. & argen. leg. Aut non apparet de eius uoluntate, & tunc aut talis causa per se simpliciter considerata nõ continet aliquem fauorem legatarij, & tunc limitat legatum, ut l. cum pater §. dulcissimis. ff. de lega. 2. & l. epistolam. ff. ad Treb. Aut continet fauorem eius, & tunc, aut ipsa causa potest operari augmentum legati, & operatur. ut l. si cui habitatio. §. 1. de usu. & habi. Aut non potest operari augmentum, & tunc operatur restitutionem. ut d. l. libertis. & d. §. si uni. & facit. l. fin. ff. de usufr. ea. re. quæ vsu consumuntur. & l. donationes §. species. ff. de do. & idem dic seruandum esse in contractibus, ut not. per Cyn. in l. si mulier. C. de iur. do.
111 † Ex his patet decisio ad illam inusitatam practicam.
✱ Si testator legat vxori suæ domum pro * habitatione, quòd dominium seu proprietas domus pertinet ad

vxorem

vxorem ſm opin.Iac. de Aret.licèt Oldr. aliter teneat,eſt ergo bonum conſil.ũ addere; Donec vixerit; prædicta au tem vendicant ſibi locum quo ad dominium quærendum legatario,qñ ipſe eſt capax dominij. Si aũt alimentorum tantùm,ut patet exẽplum in ſpurio, & alio nato ex coitu damnato,ut traditur in c.cũ haberet. extra de eo qui dux. in vxor.quam pollu.per adul.facit quòd plenè not. Barr. in l.ſi gener.ff.de his qui. ut indi. & l. ſi deportati ſeruo.ff.
112 de leg.3.& l. Titio ei qui capere.ff.de le.2.† Rurſus ſcien dum eſt, ꝙ alimenta quandoque ſunt præſtanda quadam neceſsitate iuris præter hominis diſpoſitionem ſuadente naturali ratione,ut v.g. pater & mater teneñ ad educatio nem liberorum, ut l.1.cum ſequ.ff.de lib.ag.facit l.1.§.ius naturale.ff.de iuſt.& iur. & econtra tenetur filius ad præ ſtationem alimentorum patri & matri.ut ff.de lib. agn. l. ſi quis à liberis.in prin.& facit quod habetur in l.ſi. §. hoc proculdubio,ver. ipſum autem. C. de bon.quæ lib.& hæc uera quando alter ex his eſt inops,alius verò diues:ubi au tem omnes pariter eſſent diuites, ſeu ſibi ipſi ſufficientes ad alimenta,tunc alter ab altero non poteſt alimenta pe tere,ut in l.ſi quis à liberis. verſi.ſed ſi filius: uel ſi omnes eſſent pariter pauperes,nullus peteret ſibi inuicem alime ta,ut not per glo.in d.§. ipſum autem, & ſi forſitan unus eſſet ſibi ſoli tantum ad alimenta ſufficiens, non tenetur ſibi detrahere, & alteri conferre, quia prima charitas incipit à ſeipſo, debet ergo cõferre alteri inopi quod ſibi ſupereſt vltra propria alimenta, & ita determinatur per glo.& text.in l.C.de alen.& lib. & d.l. ſi quis à liberis. §.
113 pe. † Quid autem ſi dubitetur, an ſit filius, uel pater qui alimẽta petit?Dic, ꝙ ante omnia fiet de hoc cognitio ſummariè, ut d.l.ſi quis à liberis.§. ſi uel parens.& §.ſolet.
114 † qua cognitione pendente nihilominus alimenta
115 actori præſtabuntur,ut l.ſi negent.ff.eo.tit. † Denique
s ſciendum eſt,ꝙ libertus [s] tenetur ad alimenta patrono ſuo,ſi quid ipſi liberto ſupereſt ultra ſua propria, ut l.ſi quis. §.alimenta,& d.§.de alimentis, ſimiliter econuerſo patronus tenetur liberto,ut l.alimenta. in prin.ff.eod.tit.
116 † Quid autem dices de domino & uaſallo,an teneantur
t ſibi inuicem ad alimenta? [t] & quidem planum eſt,uaſal lum teneri domino ſuo ſecundum Dy. ar.d.l.alimen.§.1.
117 † nam tenetur dominum defendere,ut collat. 10.in tit.
118 quæ ſit forma fide.ca. 1.ergo ipſum alimentare, † quia necare videtur qui denegat alimenta,ut l.vel necare ff.de libe.agn. quæ opin.confirmatur ex his quæ habentur, & not.per glo in l.ſolo.ff.lib.cau.& in c.1.& Spec. in tit.qui
119 fil.ſint leg.§.1. verſi.quid ſi dominus, † & uaſallus de-
120 negans alimenta domino priuatur feudo, † ſicut liber tus priuatur libertate, & redigitur in ſeruitutem, ut d.l.
121 alimenta. §. 1. ſupra alleg. † An autem dominus te- neatur uaſallo,dubium eſt,ſed inclinandum & dicendum eſt,ꝙ ſic,arg.à paritate rationis, per text. in d.l. alimenta.
122 in prin.pro quo facit illa generalis regula,ꝙ † recipro
123 ce ſunt inuicem obligati dominus & uaſallus, adeo † ꝙ ex his cauſis ex quibus uaſallus feudo priuatur,ex eiſdem priuetur dominus proprietate,ut d.c.1.& in titu. quando proprie.priuetur.c. ex facto.& tit.ſi de feu. fue. contro.c.
124 domino guerram committenti. † Amplius quæritur an
u frater [u] fratrem alere teneatur? determinat commu- niter Glo.& Docto.ꝙ ſic, ſiue ſit frater naturalis & legi- timus,ſiue naturalis tantum, ut in auth. licet. C. de natu lib.& l.quamuis.ff.ſol. matr. & not.per glo. & Cyn.in l.1. C.de alen.lib.& in l.ſi quis liberis. §.ſed utrum. & ibi not.
125 per Bar.ff.de li.ag.† Ex præmiſsis aũt patet,ꝙ filius natu
x ralis [x] tm̃ alendus ſit à patre, quod eſt uerum, ſi natus eſt ex concubina,cuius ẽt coitus licitus eſt ſm, iura ciuilia.ff.
y de concu.per totum [y] † Secus aũt in filio nato ex coitu
126 damnato,ut in auth.ex complexu.C.de ince. nup.& d.§.
127 ſed utrum. † De iure aũt canonico talis filius ex coitu damnato natus eſt alendus, ut hr̃ in c.cũ haberet.extra de
128 eo qui dux. in mat. quam pol.per adult. † Quæritur

z ultra,pone,ꝙ pater, [z] uel filius ingreſſus eſt monaſterium propter ꝙ bona eius ſunt monaſterio dedicata,an monaſterium teneatur præſtare alimenta illi qui in ſeculo remanſit? Dy.& Bar.tenent,ꝙ ſic,per d.l. ſi quis à liberis.§. idem reſcripſit &c.& ibi not. ẽt Spe.in tit. qui fil.ſint.§.1. uerſi.Item quid ſi intret, ubi plenè tractat materiam ali-
129 mentorũ,& Albe.in titu.de ali. † Quæritur, an mater ita
A teneatur ad alimenta filiorum, [A] ſicut pater?Dic,ꝙ infrà triennium pertinet lactatio ad matrem, poſt triennium autem pertinet educatio ad patrem, ut l.fin.C.de pat.pot. niſi pater eſſet pauper & mater diues, de quo plenius dic ut habetur & not. in d.l. ſi quis à liberis §. ſi mater. & per Cy.in l.alimenta.C.de neg. geſt. & p Bar.in l.Neſennius.
130 ff.de neg.geſt.† Sed pone,ꝙ aliquis habet patrẽ & filiũ ambos diuites cùm ipſe ſit egenus, quæritur à quo prius petenda ſint alimenta?hanc quæſt. format Bart. in l. non quemadmodũ.ff.de li. ag.& Cy.in l.1.C.de alen.li.& ibi p Iac.de Are.finaliter concludendo, dic ſm eos ꝙ prius dẽt petere à patre q̃ à filio. Et ſic ratio,quia iure naturali ma gis aſtringitur pater ad alimenta filij q̃ econtra filius ad alimenta patris,arg.in l.ſi quis. §.ut. um uer. ei magis.& l. iſti quidẽ.ff.qđ met.cau.& l.cũ ratio.in prin.ff.de bo.dam.
131 † Quæritur,ſi teſtator legauerit alimenta pupillo, uel infanti donec ad pubertatem peruenerit uſque ad ꝙ tẽpus extendatur hoc legatum?dic, ꝙ fauore alimentorũ puber tas extẽditur ꝯ cõem regulam in maius tempus,uidelicet in maſculo uſque ad 18. annum, & in fœmina uſque ad 14. ut eſt tex.ſingularis in l. Mela. in prin. ff.de ali.& cib leg.
132 per ꝙ collige primò unũ ſpeciale in alimentis,† ſecundũ eſt ſpeciale,nam fauore alimentorum facta ſolutione eo- rum per triennium ex uoluntate minus ſolenni, debent
133 ex inde in futurum,ut l. 1. C.de fideicom. † Item tertiũ eſt ſpeciale,quia perſona aliàs incapax legati dominij uel proprietatis, redditur capax alimentorum, ut l.is cui.ff.
134 de ali.& cib.lc.† Item quartum, quia clauſula generalis, per quam minuuntur legata, non trahitur ad legatum ali
135 mentorũ,ut l.libertis.§.poſthumus.ff.eo.tit. † Itẽ quin- tum eſt, quia legatum relictum ad alimenta à certa per- ſona inſtituta intelligitur repetitum à ſubſtituto, ut l. 4.
136 §. Lucius.ff.de alim.& cib. leg. † Itẽ circa modum exi gendi eſt ſextum ſpeciale,quia executor ultimæ uolunta- tis habet in his actionem,ut l. alio hærede. ff. de alim. &
137 ciba. leg. † Item in cauſa alimentorum [B] dantur bre-
B uiores dilationes,ut l.2.ff.de re iud. † Item à ſententia la
138 ta in cã alimentorum non appellatur.ff. l.ſi de app.recip.
139 † Item quandoque in his non admittitur compenſatio
140 ut l.4.C.de compenſ.† Item alimentorum ius non põt re mitti ſolo pacto contrahentium, niſi accedat iudicis au-
141 ctoritas,ut l.cum hi.ff.de tranſac. † Item pro alimentis agi poteſt etiam tempore feriato meſsium, uel uindemia rum,ut l.1.ff.de ferijs,quæ omnia plenè not. Barto. in d.l.
142 Mela. in princi. † Cæterum eſt notandum, ꝙ tutores, uel curatores pupilli, uel adulti tenentur ipſis alimenta præſtare de eorundem pupilli, uel adulti patrimonio,ſm quod patiuntur eorum facultates ut l. ius alimentorum. ff.de pu.edu. ad quæ alimenta cogendi ſunt iudicis of- ficio.l.iudicis officio ff.eo.ſi tñ ipſi tutores& curatores ne forſan ipſorum pupilli,& adulti paupertatẽ detegerent, aut forſan diuitias timore tyrannidis bona fide occul- tarent,& ipſos male alerent,non eis hoc imputabitur ad
143 aliquam culpam,ut l.ſi.C.de ali.pupil.præſta. † Vltra aũt memoratos caſus,in quib.dictũ eſt aliquẽ teneri de neceſ- ſitate alimenta præſtare,ſi aliquis qui non eſt adhuc obli- gatus alimenta præſtiterit alicui,poterit illa repetere per actionem negociorum geſtorum niſi animo donandi ali- menta præſtiterit,quod in certis caſib. feciſſe præſumitur puta ſi motus affectione domeſtica alimenta exhibuit,uel alia pietate,ut habetur in l.1.C. de neg.geſt.& l. alimenta & l.quod in uxorem.ex.i.& ibi no.per Cy.& alios Doct.&
144 per Bar.in l. Neſennius.ff.de neg.geſt. † Nunc uenio ad

XI. articulum, qui est, cùm legatur argentum, uel aurum, vbi ante omnia sciendum est, quod si legetur simpliciter & absolutè aurum, & argentum uel omne aurum, quod in hoc legato non cedit pecunia, C sed id tantum quòd est in massa, ut l. quintus, la 2. & in §. 1. & in l. cum aurum. ff. de aur. & argen. leg. imò nec cedit corrigium argenteum, vel deauratum, ut d. l. quintus. §. pen. ff. eo. tit. Nec consequenter cedit, si legauerit argentum suum, illud argentũ quod personali actione poterat vendicari, & hoc ideo, quia illud non est suum antequam sit traditum, ut l. quintus. §. argento legato, & l. scribit. ff. eo. tit. in prin. nam ista

145 † pronomina possessiua {Meum, & tuum, & suum} regulariter significãt dominium l. meorum ff. de verb. sign. & Bart. not. plenè in §. argento, & in rub. ff. de nou. oper. nunc. Alia autem circa hunc articulum uide in text. dicti

146 tit. † Transeo ad XII. articulum, qui est, quando legatur liberatio debitori, ubi aduertẽdum, quòd quatuor modis reliquitur liberatio. Primo modo, quando testator dicit {Relinquo Titio quod mihi debet} ut l. 1. in princip. ff. de lib. le. Secundò, cùm dicit testator {Damno hæredem meum non petere} ut in l. 2. & l. non solum, in principio. ff. eo. tit. Tertiò, cum dicit {Lego liberationem} ut l. 3. in princ. ff. eod. Quartò cùm testator dicit {Lego chirographum} ut d. l. 3. §. 1. ad quod facit prædicta l. non solũ

147 in prin. cum sim. ff. eodem tit. † Huius autem legati liberationis effectus talis est, nam siue ipse legatarius sit solus debitor, uel sint plures socij correi, tenetur hæres liberare per acceptilationem. Si uerò non sint socij, tunc ille solus cui liberatio est legata, liberandus est pacto personali tantùm, ut habetur in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg. habet etiam ipse legatarius, si conueniatur exceptionem, ut d. §. nunc de effectu. sicq; patet, quòd competunt legatario duæ defensiones uidelicet actio, & ex-

148 ceptio. † Cuius gratia reuocari solet in dubium, an habenti exceptionem competat ius agendi, ut liberetur per acceptilationem, uel pactum. ubi sic distingue secuncundum Bar. ut per eum not. in d. §. nunc de effectu. quandoq; quis habet exceptionem ex vltima voluntate, quandoque ex dispositione inter uiuos &c. Primo casu competunt tria remedia videlicet actio, ut liberetur pacto, uel acceptilatione. Item exceptio, ut d. §. nunc de effectu. Item officium iudicis, ut pronuncietur legatarius nihil debere, vel imponatur hæredi perpetuum silentium, ut probatur in l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. leg. Secundo autem casu consideranda est forma petitionis: aut enim petit sibi fieri instrumentum suæ exceptionis, vel quòd iudex declaret sibi exceptionem competere, & auditur, quia non plus petit. quam sua exceptio contineat, arg. in l. plures. C. de fid. instr. l. sicut datam. C. de lib. caus. & in c. Albericus, & c. significauit. extra de test. Aut petit se simpliciter liberari per acceptilationem, & tunc nõ auditur, quia plus petit: nam si habet exceptionem ex pacto nudo, tunc actio non est sublata ipso iure, quæ tollitur per acceptilationem, & idem in similibus, ubicunque contigerit plus peti, vt traditur in l. de di. in prin. ff. de cond. ob caus. ad quæ omnia plenè facit quod no. per Bar. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. & per glo. & Cy. in l. dissolutę

149 C. de condict. ex. le. † Vltimò quæro de quotidiana quæstio. Ecce, quòd tutori, uel curatori, aut alij administratori relinquitur liberatio suæ administrationis uel gestionis, quæritur de effectu huius legati: distingue breuiter secundum Docto. quandoque relinquitur liberatio præteritæ, & iam factæ, seu gestæ administrationis, aut futuræ, aut nondum gestæ administrationis. Primo casu liberatio trahitur ad omnia, ad quæ fuerat obligatus præterquam ad dolosè commissa, & ad reliqua restituenda, hoc est illa quæ habet penes se de bonis pupilli, uel adulti, ut l. si quis rationes, & l. Lucius, & l. procurator. & l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. lega. Fallit in patre legatario, in quo amplior fit talis legati interpretatio, ut liberatio porrigatur tam ad reliqua, quàm ad dolosè commissa, ut habetur in l. Aurelius. §. Titius. ff. eo. tit. fallit etiam si testator damnauerit hæredẽ ipsi legatario remittere quidquid ab eo exigere, seu petere posset ex causa dictæ administrationis, prout fieri contingit in testamentis, ut probatur in d. l. si quis rationes. in fin. Secundo casu principali non trahitur hoc tale legatum ad dolose commissa, nec ad res, quæ sunt testatoris, sed ueniunt hæc omnia restituenda, ut §. Caius. in fi. & l. non solum. § fin. & d. l. si quis decedens. ff. de admini. tut. & ibi per gloss. & Dyn. & ple-

150 nè per Bar. in d. §. Caius. † Amplius quæritur, quid si relinquitur liberatio ei qui tenetur aliqua singulari actione, quis est effectus huius legati? Respondeo, quod sibi cõpetit actio, & exceptio, ut supra dictum est, & probatur in

151 d. §. nunc de effectu. † An autem rem, quam habebat à testatore in deposito, uel commodato, restituere teneatur distingue secundum Bart. in d. l. non solum. § fi. quod aut iste legatarius erat debitor ex cã prædicta alicuius pecuniæ, aut speciei. Si pecuniæ, tunc hẽt locũ d. §. nunc de effectu: si speciei, tunc res ipsa per eũ est restituenda hęredi, quia ad eã rem non porrigitur in dubio tale legatũ liberationis, si tamen in ipsa re cõmissus est dolus vel lata culpa, non tenetur. pro his legatarius ad aliquid interesse tanquam liberatus, ut probatur in d. §. fi. & in §. cui fundũ. & ibi not. in l. Aurelius. §. Meuia. ff. de lib. leg. licèt Guil in hoc attẽdat formam legati, ut per eum not. in l. si unus. §. illud ff.

152 de pa. † Sed quid si legatur liberatio generaliter ei qui plurib. tenetur actionib. an sit ab omnib. liberatus? Et quidem gl. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. uidetur dicere, quod referatur ad oẽs illas obligationes, nisi appareat de mẽte contraria disponentis. Guil. verò de Cun. uidetur dicere, quod quãdo aliquis liberatur, aut exprimitur aliqua specialis cã, & postea subiungitur clausula generalis liberatoria, & tunc generalitas subsequens restringitur ad specificatam causam per tex in §. Lucius, & per l. Aurelius. § testamento. ff. de li. lega. Aut nulla est causa specificata, & tunc porrigitur ad omnia, sed Barto. reprehendit Guil. in primo eius dicto per tex. in d. l. si ex pluribus ff. de accep.

153 Vnde distinguit ipse sic, † aut disponens facit generalem liberationem sine aliqua expressione causæ, & tunc referatur ad omnia de quibus est cogitatum, ut d. l. si ex pluribus. Aut expressa est certa causa, & inde clausula generalis subiecta, & tunc aut sciebat alias obligatorias subesse, & tunc porrigitur ad omnes causas, vt d. l. si ex pluribus, & sic intelligitur d. §. Lucius. cum gl. sua Aut ignorabat alias subesse, & tunc ad eas non porrigitur, quia de his cogitasse non uidetur, ut l. cum aquiliana. ff. de transa. & etiam quia cùm remittere sit donare, ut l. contra iuris. §. fi. ff. de pac. & no. per gl. in l. fi. C. ad Mace. non pręsumit ignorata donatio, ut l. nec ignorans. C. de do. nisi ex verbis manifesta appareret, quod etiam q ignorabat remittere voluisset, ut d. l. cum aquiliana. ff. de transf. dicã autem præsumi scientiam in certis obligationibus, si fuerit in facto proprio remittentis, argum. l. quisquis. C. de rescin. ven. si verò fuerit in facto alieno, tunc pręsumam ignorantiam, ut l. fi. ff. pro suo. de quibus omnibus & alijs uide Bart. in

154 d. §. Caius, supra alleg. † Aliquando contingit legari alteri non debitori, quod per debitorem debetur ipsi testatori, & sic in legato cedit nomen debitoris, quo casu ualet legatum, ut habetur in l. si sic. §. 1. & in l. non quo-

155 cunque. §. qui Caium. ff. de lib. leg. cum sim. † Sed pone, quod testator legauit omnes res * mobiles Titio, nunquid in hoc legato ueniant nomina & actiones debitorũ? Dic breuiter quòd non, quia talia nomina debitorum hoc casu inter immobilia computantur, ut determinat glo. in l. mouentium. ff. de uer. sig. & no. per Iac. de Bel. in Auth. de non alien. in prin. col. 2. per glo. C. in qui. cau. in integ.

156 rest. non est neces. l. fi. † Idem dico in fructibus pendentibus, quia non cedunt in hoc legato, quia pars sunt fundi. vt l. fructus. la 2. ff. de rei vend. & in l. si seruus communis

157 munis §. locaui. ff. de fur. cum simil. † Quid si debitor tutus exceptione peremptoria leget debitum creditori, an hæres eius poterit uti ipsa exceptione contra creditorem? Dic quòd non, quia per tale legatum uidetur remis-
158 sa ipsa exceptio, vt l. si creditor. in fi. ff. de li. leg. † Nunc descendo ad 13. articulum, qui est, quando legatur electio ex pluribus rebus testatoris, ubi aduertendũ, quòd in electione fienda circa res sunt necessaria quinque, prout no. glo. in l. serui electione. in prin. ff. de lega. 1. uidelicet quòd hæreditas sit adita, ut in l. optione. ff. de op. le. Secundò requiritur ætas personæ eligentis, ut sit maior & sui iuris, ut in l. si fine. §. 1. ff. de mino. non autem pupillus uel similis persona, in qua non cadat plena deliberatio, ut in l. pupillus. ff. de acquir. hæred. Tertiò, quòd res ipsæ exhibeantur & demonstrentur. vt l. serui electione. ff. de optio. lega. & l. 3. §. si quis optare. ff. ad exhi. Quartò, quòd electio fiat de rebus super quibus cadit electio, uidelicet ipsius testatoris & non alienis, ut l. 2. uer. datam igitur. de opt. leg. Quintò, ꝙ interueniat forma debita uerborum circa ipsum actum eligendi, hoc est secundum gloss. quòd ipse eligens dicat {Eligo hanc rem} non autem dicat {Volo eligere} quia illud uerbum {Volo eligere} habet actum suspendere, & non inducere actum, licèt glo. in l. in ementis. C. de contra hen. emp teneat contrarium, quod plenè examinat Barto. in d. l. serui electione, & Cy. in d. l. in ementis: & si aliquid prædictorum deficiat, electio redditur nulla ipso iure, ut d. l. 2. cum simil. quo casu poterit iterum ipse legatarius pete. e electionem, ut d. l. 2. uersi. datam. & uersi. vlt. sed si semel electio fuerit aliqua, non admittitur eius repetitio vl-
159 tra. vt l. apud Aufidium. ff. eo. tit. † Sed quid dices, si legatarius teneat hæredem in suspenso differendo & procrastinando electionem, qualiter consuletur hæredi? Dic ꝙ hæres adibit iudicem, & faciet terminum assignari ipsi legatario infra quẽ elegisse debeat, quo termino elapso, si non elegerit, ulterius uolens eligere non auditur. ut in l. si optio. in fi. & l. mancipiorum & l. si tibi electio. in princ.
160 ff. de optio. lega. † Et ex hoc habes vnum singulare, ꝙ lapsus termini à iudice præfixus interdum priuat cõtumacem iure suo, ad quod facit l. Titia. & quod ibi no per Bar. ff. de accusat. & in l. si eo tempore C. de remissio. pig. & l. diffamari. C. de inge. manu. & quod not. per gl. in l. omissa. C de adul. & in l. si. secundum tertiam lecturam. C. de vsu.
161 pupil. † Idem est aliquãdo in lapsu termini à lege præfixi. vt in auth. hodie. C. de appel. & in l. 2. C. de naufragiis, li. 11. in fi. & l. miles. §. sexaginta. ff. de adulteriis. facit quod no. per Doct. in l. 1. ff. de regul. iur. de quo etiã patent multa exempla in uariis præscriptionibus in corpore iuris interclusis, de quibus plenè posuit Azo in b. ocardis suis sub
162 titu. de præscript. † Et hoc facit ad quæstionẽ, quando iudex terminum statuit ad producendum testes, uel instrumenta, an elapso termino pars possit testes, uel instrumenta producere? de qua quæstione plenè tangitur p Dy. in regula indultum, de reg. iur. lib. 6. & per Cy. in l. si ea, in fi. C. qui accu. non pos. & in l. iudices. C. de iudiciis. & uidetur tex. in c. pastoralis. extra de exceptionibus, & not. per
163 Bart. in d. l. mancipiorum. † Sed an legatarius, cui competit electio, poterit ex pluribus rebus vnam, aut duas eligere? Dic breuiter, quòd aut est sibi data electio in numero plurali. verbi gratia ꝙ eligat illos seruos quos uoluerit, & tunc poterit eligere usque ad tres, non ultra. Aut est data electio in numero singulari, & tunc poterit eligere vnum tantum. vt hæc habentur & no. in l. 1. ff. eo. tit. dum tamen non eligat optimum, sed mediocrem secundùm aliquos per tex. in l. fin. §. sed & si quis, & ibi nota. C. communia de leg. licèt al ij contradicentes dicant posse optimum eligere. vt no. in l. 2. ff. de op. leg. & l. legato generaliter. &
164 ibi no. ff. de leg. 1. † Deinde quæritur, an mo tuo legatario ante electionem per eum factam, poterit eius hæres eligere? Dic breuiter, quòd quandoque alicui competit electio iure suo proprio ad ipsius p. oprian utilitatem, quandoque competit iure alieno & ad alienam vtilitatẽ. Primo casu dic, quòd siue talis electio ibi competit ex ultima uoluntate, siue inter uiuos, tale ius eligendi transmittitur in hæredem suum, de ultima uoluntate probatur in l. illud aut illud. ff. de op. leg. & in § optionis. instit. de leg. & in l. fi. in prin. C. communia de leg. De dispositione autem inter uiuos traditur in l. si stipulatus fuerim illud, in prin. ff. de uerbo. oblig. & ibi no. per Bar. Secundo autem casu ius eligendi finitur cum pe sona, nec transit ad hæredem, ut l. fi. §. sed & si quis. C. communia de leg. & not. per Cyn. in l. fi. C. de contrahen. empt. Transeo ad ultimum articulum qui est, quando legata per testatorem adimuntur, vbi est aduertendum, quòd quandoque legatum adimitur expresè per testatorem, quandoque tacitè. Item notandum est, quòd legatum quod adimitur, quandoque simpliciter reuocatur nec ad alium transfertur: quandoque reuo
165 catur, & ad alium transfertur. † Item est sciendum, ꝙ uariis modis legatum expresè adimitur. Primò si dixerit testator {Quod Titio legaui, id non do, neque lego} vt probatur in l. 2. & 3. §. si Titio. ff. de adi. leg. Instit. de adi. leg. in princ. uel si testator dixerit {Id quod Titio legaui, do uel lego Sempronio} vt l. si pluribus, uer. ꝙ si separatim l planè. in prin. ff. de leg. 1. facit. l. translatio. cum seq. & in l. sicut. ff. de adi. leg. Tacitè autem adimitur legatum, si testator inter uiuos rem legatam uoluntariè alienauerit, secus autem si ex necessitate. vt l. rem legatam. ff. de adi. leg & vide quod habetur in l. fideicom. §. si rem. ff. de legat. 3. & quod no. per Barto. in d. l. rem legatam. Item dic, si post testamentum superuenerunt graues inimicitiæ inter testatorem & legatarium, ut l 3. in fi. ff. de adi. leg. nisi postea ipse testator adhuc in amicitiam redierit, quo casu reconfirmabitur legatum. vt d. l. quod si iterum. ff. eo tit. Item adimitur tacitè legatum, quando testator expresè adimit onus quod fuerat ipsi legato appositũ & annexum. ut habetur & no. in l. alumnæ. §. Seia. & l. filio. §. primo. ff. de adi. leg.
166 † Transfertur autem legatum altero de quatuor modis. Primo modo de persona legatarij ad alterum legatarium. Secundo de persona hæredis uel alterius grauati ad alium hæredem uel grauatum. Tertiò de re ad rem. Quartò de tempore ad tempus. quæ omnia decla. a, ut habetur in d. l. translatio. Circa hunc articulum, quæritur, quid si de primo legatario transfertur ad secundum legatarium, an dies uel conditio adiecta in primo legato sit repetita in secundo? distingue secundum Barto. ut plenè per eum no. in l alumnæ. in princ. ff. eo. tit. aut translatio legati fit de eadẽ persona ad ipsam, & tunc dies & conditio apposita in primo non uidetur repetita in secundo legato. ut l. si tibi. ff. de adi. leg. Aut fit translatio de vna persona ad aliam, & tunc aut est nouum onus iniunctum secundo legatario, & tunc non uidetur in secundo onus repetitum quod fuerat primo, ut d. l. alumnæ, in princ. Aut non est iniunctum nouũ onus, & tunc aut onus iniunctum primo legatario cohærebat personæ ipsius, & tunc non uidetur onus repetitum in secundo legato, ut l. legatum sub conditione. in princip. eo. tit. & l. Caio, in princ. ff. de alimen. & cib. leg. Aut cohærebat personæ, & tunc uidetur in secundo repetitum, ut
167 d. l. legatum. 1. respon. † Inde quæritur, quid si legetur bis eadem quantitas, uel species eadem, an legando secunda uice uideatur facta ademptio præcedentis legati, uel potius ipsum legatum duplicasse? in qua quæst. sic distinguit Barto. in l. cum centum. ff. de adi. leg. & l. triticum. ff. de uerb. oblig. aliquando legatur vni & eidem vna & eadem quantitas: aliquando eadem species sæpius & sæpius. Si quantitas eadem sæpius legetur, subdistingue, aut à diuersis hæredibus, aut ab eodem. Primo casu sæpius debetur, & quodlibet insolidũ, ut l. seruo alieno. §. si quis a primo. ff. de leg. 1. Fallit, quando omnes hæredes loco vnius reputantur, ut ibi not. Secundo casu dic, aut legatur pluries in diuersis uoluntatibus, aut in eadem, primo casu, scilicet quando legatũ est simpliciter factum, debetur utrunque

que tanquam duplicatum à testatore, ut l. quinquaginta. ff. de proba. Fallit in duobus casibus: primus est, si ambæ voluntates loco vnius habeantur, ut l. proculus. ff. de leg. 2. secundò, si legatum factum sit ad vnam & eandem causam, quibus casibus statur ultimæ uoluntati, ut l. libe. tis quos, in princ. ff. de ali. & cib. leg. Si uerò sit species, quæ eidem ab eodem sæpius legatur, tunc semel tantum debetur, ut l. planè. §. 1. uersi. sed si non corpus. ff. de leg. 1. & ibi not. Secundo casu principali, quando in eadem uoluntate sæpius legatur, tunc aut vtrunque legatum continet tantundem, aut aliud plus uel minus. primo casu non præsumitur testator legatū duplicare in dubio alio non apparente. Ideoque semel tantum debetur, ut d. uer. sed si non corpus, secundo casu subdistingue, aut secundum legatum est factū sub commemoratione primi, & tunc ultimum debetur, ut d. l. cum centum. cum glo. sua. Aut secundum legatum est factum simpliciter, & tunc præsumitur testatorem uoluisse duplicare legatum, nisi aliud appareat per uerba expressa, uel per uerba taxatiua, ut l. si ita. ff. de leg. 1. & l. 3. §. conditio. ff. de adi. le.

168 † Et per hoc determinari potest illa quæstio secundum eum. Pone quòd appareat instrumentum publicum, in quo continetur quod tibi mutuaui centum. Item apparet illud in quo continetur, quòd mihi promisisti dare centum, an dicemus utrunque instrumentum debere intelligi de eadem quantitate? Et Bar. in d. l. triticum. sic distinguit, aut primum instrumentum fuit de simplici mutuo nulla stipulatione uallatum, & sequens instrumentum fuit de stipulatione ex causa mutui. Primo casu dic, quòd siue incontinenti sequatur secundum instrumentum stipulationis, præsumitur super eadem quantitate celebratum, ut l. si stipulatus, & l. cum enim. ff. de noua. siue ex interuallo, & adhuc idem secundum eum per l. si diuortio ff. de uerbor. oblig. l. 2. §. 1. ff. de dot. præl. Secundo autem casu debet intelligi utrunque instrumentum de diuersis quantitatibus, per l. quinquaginta. & quod ibi no. ff. de probat. quia si intelligerentur de eadem quātitate, esset secunda stipulatio & secundum instrumentum inutile, ut l. qui bis. ff. de uerb. oblig. Est ergo consilium, quòd in secundo instrumento apponatur hæc clausula, uidelicet ≷ Quòd omnis alia promissio computetur in ista ≷ vel similia uerba.

169 † Quid si quis pluries, uel diuersis temporibus simpliciter confiteatur se debitorem Titij de florе. 10. ex causa mutui sine alia stipulatione, an intelligitur de eisdem decem utraque confessio, uel de diuersis? & Barto. ibi distinguit, aut hæc confessio sequens reperitur emissa extra iudicium, & tunc intelligitur de eadem quantitate, & secunda confessio non erit noua dispositio, sed prioris probatio, ut l. publia. in fin. ff. depo. & erit in hoc casu ac si de eodem quis haberet plures probationes, arg. ad hoc. ff. de leg. 2. l. Sempronius. Aut huiusmodi confessiones reperiuntur emissæ in iudicio, & tunc quia dispositionem inducunt, aliud forte erit secundum eum, ar. d. l. quinquaginta. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

✠ Debet conditio. Adde facere reg. l. hæc conditio si in capitolium. ff. de cond. & dem. ubi traditur reg. quòd conditio debet statim impleri, quam primum potest, quæ regula procedit in legatis & fideic. particularibus, secus in institutione in qua tractatur de maiori præiudicio, ita Ias. in l. conditioni, post num. 6. C. de inst. & subst. an autem, & quando sufficiat pro parte implere illud, quod est in conditione, ad hoc ut quis consequatur legatum uel promissum, & dic, ut per Ias. in l. si seruus. §. si plurium. ff. si quis caut. & plura not. de conditione per eum in l. cum ad præsens. ff. si cert. per. & quòd dies incertus habeatur pro conditione in contractibus & vl. vol. not. idem Ias. in l. sufficit. ff. de cond. indeb. Masuer.

✠ Tres actiones. Adde, quòd legatarij de iure, non possunt petere legatum ante aditam hæreditatem. l. si non o. ff. de reg. iur. Rom. consi. 234. col. 1. ubi num. 2. quòd obligatio legatorum in hæredem ex die aditæ hæreditatis non ante, causari potest per ipsum quasi contractum, qui ex aditione resultat, præsupponitur autem in casu de quo ibi hæreditatem aditam nō fuisse, & ad legatarios spectat probatio, si uelint dicere aditam, secundum Aym. consil. 23. num. 4. Masuer.

✠ Omnia bona. Adde quid dicen. de legato omnium debitorum, & dic, quod non comprehendit debita in diem, uel sub conditione, teste Rom. consi. 164. colu. 2. circa fin. ubi Doc. alleg. Bal. in l. si ita scripsisset, uer. 2. est arg. de leg. 2. Alex. consi. 100. num. 3. lib. 5. cuius contrarium uidetur sentire Ias. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur, post num. 9. de uerbo. obl. Afflic. deci. 359. post num. 9. ubi si quis cedat omnia iura & actiones, intelligitur etiam cessisse iura & actiones contra debitores in diem con peten. de quo uide quæ scribit Cephal. consi. 15. col. fin. circa fi. ubi inter alia plura dicit, quòd aliud est quærere, an appellatione iuriū & actionum ueniat debitum simpliciter, & cōcludit quòd sic, aliud, an ueniat res debita, & dicit quòd non, quid de legan. credita, an censeatur legasse etiam in diem, & & dic, ꝙ non, sed remansisse in hæreditate, tex. in l. si ita scripsisset de leg. 2. ubi Doc. Alex. consi. 106. colu. 2. lib. 5. ubi de dictione quicquid, quæ importat idem quòd omnia, teste Dec. consi. 69. nu. 5. ita scribit Cephal. consi. 14. num. 5. & vide tex. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ubi Ias. & l. si à colono. de uerb. ob. l. debitor. ff. de uerb. sig. quid de legato nominis debitoris, an censeatur relicta actio, & dic, quòd sic, l. ex legato. C. de legat. tex. in l. seruum filij. §. cum, qui chirographum. de leg. 1. cui adde, quòd legatum rei debitæ leganti, non est legatum nominis seu actionis, sed est legatum rei. d. l. ex legato. C. de legat. & uide l. legatum ita erat, de leg. 1. quia legatarius rei debitæ non potest agere, nisi actio sibi cedatur. l. apud Iulianum. §. si Titius. uer. idē Iulianus. de leg. 1. Dilec. tit. de leg. c. 27. secus in legatario nominis uel actionis, quia potest agere sine cessione, ut ꝑ Doc. in locis sup. alleg. quo autem remedio legatarius rei testatori debitæ experiri possit, uide Bart. in d. §. si Titius. Masuer.

✠ Et hæc procedunt. Adde, limit. ad reg. quæ habes, ꝙ stipulatio debet sic interpretari ut ualeat. l. quoties. ff. de uerbor. ob. l. 1. ubi Ias. ff. de eo quod cer. loc. quia istud nō procedit quando talis interpretatio esset futura grauissima, vel onerosa stipulatori, uel reo: quia tunc potius redditur stipulatio inutilis, per tex. in l. non utique. §. si quis insulam vbi Ias. ff. de eo quod cert. loc.

✠ Ad certum locum. Adde quid dicen. de incertitudine loci, & dic, ꝙ uitiat relictum. l. si domus, in princ. de leg. 1. secus quando testator adiicit locum, sed est æquiuocus, uel ambiguus, tunc enim non uitiatur dispositio, sed intelligitur de loco, ubi testator habet domicilium, per text. in l. quæ conditio. §. 1. ff. de cond. & demon. & ideo si testator relinquat centum ecclesiæ, & non declaret cui ecclesiæ, ꝑ hoc non uitiatur relictum, quia intelligitur de ecclesia cuius testator est parochianus, de quo alia plura not. idem Ias. in l. non utique. §. si quis insulam. ff. de eo quod cert. loc. & de relicto ecclesiæ, dic, ut per eundem in l. 1. in prin. C. de sac. san. eccl.

✠ Vsusfructus. Adde, quid si testator legat uxor. usumfr. fundi hac lege, ut proprietatem eiusdem alienare non possit, & dic, quod censetur etiam proprietatem legasse, teste Rom. consi. 206. col. 2. num. 4. Alexan. consi. 150. post prin. lib. 7. in l. si constante. col. 1. ff. sol. ma. Barb. consi. 64. col. vl. Hypol. sing. 561. Crem. sing. 27. Gur. Inn. consi. 14. & quid quādo testator instituit vnum heredem in usufructu solum, eius uita duraturo, post mortem uerò eiusdem instituit alium, an tunc censeatur prius hæres institutus esse, saltem in proprietate per ius accrescen. & consequenter tota hæreditas

reditas vi fideicommissi restituenda ueniat, uide Roma. d.consi.106.col.3.in prin.ubi num.3. quando plenam proprietatem quis habere dicatur.

* Legat vxori. Adde, quid dicen. si usufructu bonorum uxori relicto in testamento, in casum uiduitatis, & in codicillis ex interuallo factis illa conditio uiduitatis resecta fuerit in quibus aliquorum bonorum proprietas relicta sit hoc modo, cũ in testamẽto ea transeunte ad secunda uota talem rem &c. legauerit, & uoluntas ambulatoria sit usque ad mortem, ideo codicillando legauit eidem suæ uxori ultra alia legata sibi facta in testamento, dictas domum, uiridarium, &c. ipsa eius uxor transeuñ. uel non transeunte ad secundas nup. quæsitum fuit, cũ in testamento legatũ vsusfructus factum sit tantum in casum uiduitatis, & in codicillis qualitas uiduitatis per illa uerba, transeunte, uel non transeuñ. ad secundas nup. dicatẽ adempta: an uigore codicillorum legatum ususfructus, & aliorum bonorum, quorum proprietas non fuit, ipsa transeunte ad secunda uota, legata, censeatur repetitum, ita quòd possit non solũ proprietates sibi legatas, sed etiam usumfructum prædictum petere ipsa transeunte ad secundas nup. & sic, an ꝓprietatem & usumfructum vxor habere debeat, & dic, quòd nõ, secundum Osasc. decis.52.nu.8. Masuer.

* Conclusiuè. Adde pro intelligentia huius q. & dic, quòd relictum pro dote in dubio factum censetur prætextu finalis causæ nuptiarum ac futuri matrimonij. l.cum his. §. si mulier. ff.de cond.indeb.l.à Titio, de uerb.ob.Rom.consil. 134. num.2. ubi in casu ibi proposito concludit, relictum esse conditionale, & eius petitionem ante purificatam conditionem non admitti. Accedit, ꝙ legatum dotis loco legitimę à patre relictum purum est, non autem conditionale, teste eodem Rom.consi.64. ubi ponit casum not. & inter alia dicit, ꝙ dos relicta filię & per eandem non agnita, ad alteram sororem hęredem transmittitur, non solum iure suitatis, uerum etiam quia hæc in re certa instituta, habetur loco legatariæ quoad transmissionem, & ibi nu. 2. quòd si dos loco legitimę succedit, & in legitimam imputatur, remouendum est etiam quodlibet grauamẽ, dies, aut conditio ei adiecta, ut legatum purum & transmissibile remaneat, secus autem si ab ipso patre relinquatur, qui nec legitimã relinquere, nec filias dotare cogitur, quod alicui absurdum uideri non debet, quia Rom.d.consi.134.loquitur in cõstitutione Triuisana, cui spectant not. per Tiraq. de utroque retrac tit.2.§.2.glo.vnic.num.54.Doc. ad Alexan.consi.77. in prin. lib.5. ubi quòd legatum factum pro dote est conditionale, secundum Castr.in l. Titio centum. §. Titio genero. hic per Pap.alleg.Rom.d consi.134.Alex. consi.36.in prin.lib.7. limita, quando est relictum loco legitimę, uel successionis, ita quòd filia à residuo est exclusa, quia tunc censetur purum & transmissibile, Alex. consi. 55. lib.2. 209.col fi.lib.6.169.lib.7.211.col.fi.lib.6.item limita; quando legatum non est suspensum in euentum nuptiarum, teste Aym. consi.101. qua in materia, uide quæ scribit Bart.consi.45.nu.4.lib.2.Capel.tolos. q.183. Paris. consi.25.nu.58.59.lib.2.consi.110.nu.6.lib.4.Anch. consi. 323. Masuer.

* Relinquo. Adde Ias.in l. cum hi. col.1. ff. de trans. & quæ scribit Alex.consi.17.col.fin.lib.3.consi.168 colum.2. li.5. Ias.in l.Centurio.num.62.ff.de vulg.ubi dixi, & plura not. Rom.consi.223.num.14.Ias.in authen.nouissima.num.28. num.33.C.de inoffi.test.quid de uerbo substituo, & dic, ꝙ aptum est etiam ad singularia legata, ex not.in l.1.C. communia de leg.in l. ab eo. C. de fideico.per Nat. consi.322. col.2.item ad fideicommissum, teste Afflic.decis.368.nu.2. Rom.consi.58.480.num.5.l.sequola. ff. ad Trebel.quid de verbo. instituit, & uide Dec.consi.384. num.5.& 6. Ias. in l.si pater.num.8. ff.de uulg.& ibi quid quando coniunguntur uerba instituit & substituit. de quibus uide quæ scribũt Dec.consi.86.Cur.iun.consi.83.nu.2.& dic, quod uerbum relinquo adaptatur etiã ad actus inter uiuos, teste Ias. in l. qui Romæ. §. cohæredes, de uerb.ob.tex.in l. hoc sermone. §.uerbo autem reliquerunt. ff. si libert. ingen. esse dicatur. Masuer.

* Supplementum. Adde, quæ scribit Ias. in l. quod Seruius. num.12.ff.de cond.caus.dat.ubi ponit q de filia quæ accepit centum pro sua legitima, & post plura concludit, quòd poterit petere augmentum super excresceñ. facultatum patris, distingue tamen, ut per eum ibi, & uide Boer.q.62. par.1.Alex.consi.29.lib.3.consi.180.& seq.lib.5.ubi Doc. in apostil. pulchrè disputant de ueritate. q. pro qua uide etiam Rom.sing.128.Afflic.decis.382.Ias in Auth.nouissima.num.9.C.de inoffi.test.& in l.si quando. §. illud etiam eo.tit. & an dos filiæ augeri debeat, aucto patris patrimonio, uide quæ ponit Dec. consi.276. & an hoc procedat & in legitima: ut augeri debeat auctis facultatibus patris, quando filia renuntiauit, dic, ut per Aym.consi.11.num.14. consi.114. nu.16.

* Legitima. Adde, quæ habẽtur infra for.lib.ex test.uer.realiter.nu.18.Rom.consi.134.col.2.in princ.

* Tacitam & contentam. Adde, quæ habẽtur infra for.lib.ex test.uer.in omnibus.nu.5.per Rom.consi.64.in princ.Mising.Cent.2.obser.7.Boer.q.3.par.1.

* Dotata. Adde ad hoc, quæ scribit Rol. consi.24. num.11. & seq.lib.3.

* Quòd statuto cauetur. Adde, quòd non censetur derogatum l.hac edictali.C.de sec.nup.si statutum disponat, quòd vxore præmorieñ. fine liberis, maritus lucretur dotem, si vxor prædecesserit cum filiis ex primo matrimonio, & nõ ex 2. secundum communem, per Rol.de dote q.26.num.8. num. 13. pro cuius confirmatione & declaratione uide Bar.d.l.hac edictali.vbi Saly.q.6.idem Saly.& Cast.in l.1. C.de inoffi.dot.Castr.Ias.& Dec.in Auth.præterea. C. vnde uir & vxor, Rom.consi.44.col.pen.in fi.consi.448. in fi. Abb.consi.117.lib.2.Alex.consi.115.col.2.lib.5.212.col.3. lib.7.158.lib.5.142.in fi.lib.7.Dec.consi.19.col.2.283. Non obstat, inquit Rol. d. q. num.14. consuetudo Lombardiæ hic per Pap. alleg. quia contrarium obseruatum dicit ex Cur.Sen.consi.78.col.fin.& alijs ibi alleg. firma autem remaneñ. prædicta concl.quòd secundus maritus non possit plus consequi de dote, quàm consequatur vnus ex filiis primi matrimonij, quęritur quomodo inter priuignũ & uitricum de dote sit facienda diuisio, an in uiriles partes, an uerò prius detrahenda sit legitima filij primi matr.& exinde de residuo fieri inter ipsos diuisio, iuxta formam d.l.hac edictali. C. de sec. nup. & dic, legitimam filiorum primi matrimonij non confundi in portione quæ eis debetur uigore d.l.hac edictali, secundum Rol. qui dicit magis communem.q.27. num.3. num.5. quam dicit etiam teneri per Bar.in l.1.C.de inoffi.dot. & dixi supra for.lib. ad usumfr. ver.d.dominæ Mar. Quid autẽ si statutum dicat, quòd maritus lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, & dic, quòd ualet secundum communem per Paris. consi.91 num.16.lib.3. Rol. d.trac. q.26. ergo multo fortius valere debet statutum, quo permittitur succedere in solo usufructu dotis toto tempore uitæ suæ, iuxta tradita per Rol.consi.72.col.1.num.3.num.58 lib.1. quæ 2.concl. de vsufructu uidetur conformis consuetudini huius patriæ subalpinæ, in qua maritus lucratur dimidium dotis, uel haberet usumfructum totius, pręmortua uxore fine liberis, & dic, quòd prædictum statutum, de quo per Rol.d.consi. nõ habet locum si mulier transiens ad tertia uota moriẽs condidit testamentum, ut d consi.72.num.50.61. ubi quòd maritus succedit tam ex testamento, quàm ab intest. stañ. statuto, quòd præmorieñ. uxore fine liberis maritus succedat in parte dotis, quas concl. declara, ut latius per Rol. d. consi. num.61. ubi declarat dicta Castr in l. si cum dotem in fi.prin.ff.sol.mat.concludit itaque Rol.d.consi.72. post prædicta, quòd maritus uigore dicti statuti consequi debet usumfructum dotis pro toto tempore uitæ suæ, siue vxor condiderit testamentum, siue non, quæ licet aliquantulum

tulum aliena à materia quam tractat Pap. hic, non tamen omnino inutilia addere uolui ad dict. Pap. hic à uer. sed pone usque ad uer. nisi pactum. Masuer.

✠ hanc partem. Adde, quod hāc sequitur Rol. de dote. q. 87. num. 4. ubi quòd immo exta. liberis, maritus uirtute talis statu consequitur lucrum dotis, per glo. in l. 2. ff. de pac. dot. Castr. in l. 2. col. 2. ff. sol. mat. Rui. consi. 101. colum. 3. lib. primo, & loquitur Rol. d. q. in terminis decreti, quo cauetur, quod uxore præmorien. maritus lucretur dotem, & dubium erat, an tale Decretum locum habeat, si uxor decesserit cum liberis, & concludit, quòd sic, ex præallega. Masuer.

✠ Tacitam & contentam. Adde, quòd quando instituitur filia in minus legitima portione, ad id agitur, ut quod legitimæ deest, suppleatur. l. omnimodo, in prin. C. de inoffi. test. l. scimus, cum simil. eo. ti. nec ea uerba testatoris, quòd plus de bonis ea filia petere non possit, excludunt eandē à facultate peten. dictum supplementum. §. cæterū, in auc. vt cum de app. cog. Rom. consi. 478. in fi. & est communis, de qua per Ias. & alios, in l. si quādo §. & generaliter. 2. no. C. de inoffi. test. Rom. consi. 16. ante fi. consi. 277. in princ. Dec. consi. 228. num. 3. Boer. q. 3. col. 3. Paris. consi. 7. n. 55. lib. 2. Masuer.

✠ Massaritia. Adde, quòd si testator legauit uxori massaritia quòd non ueniunt uestes, quia appellatione massaritiarū, uel supellectilis, ueniunt lectæ culcitræ, capsi, scamna, & similia, secundum Ias. in l. si quis in fundi uocabulo. nu. 27. ff. de legat. primò, pro quo uide quæ scribit Dilec. de arte test. tit. de leg. c. 53. nu. 4

✠ Alimenta. Adde, quòd causa alimentorum est pia, & ideo tractari potest tempore feriato, limita, ut procedat in alimentis de futuro, secus de præterito, secundo intellige in alimentis, quæ debentur officio iud. ut sunt quæ debentur per patrem filio, & econtra, secus si deberentur iure actionis: puta ex stipulatione, quia debentur extra casum necessitatis, secundum Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur. num. 7. ff. de fer. quid autem alimentorum nomine comprehendatur, uide per eundem Ias. in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transi. Mising. Cent. 5. obser. 12. Crem. sing. 77. Guid. Pap. q. 439. pulchrè Rol. consi. 22. lib. 1.

✠ Limitanda. Adde, Rom. consi. 189. in prin. ubi instruit iudicem quomodo arbitrari debeat, quando quæritur, quid pro quolibet anno ratione præteritorum alimentorum exigi possit, cui Adde Ang. consi. 375. num. 5. Anch. consi. 383 num 3. Aym. consi. 189. Rom. d. consi. 189. ubi quærit etiā an alimentis alicui debitis, legatarij teneantur contribuere, & qualiter præstari debeant, uide ibi reg. cum fall. & tandem concludit, solum hæreditatem astringi, non autem legatarios, nisi discussione præmissa, constiterit hæreditatem ad dictum debitum alimentorum soluen. non esse idoneā, quid si alimenta a pluribus debeantur, & dic, quòd iudex vnum statuere potest, qui solus soluat, cæteris contribuentibus, qua autem actione petantur, uide per Mising. Cēt. 1. obser. 63. Masuer.

✠ Domum pro habitatione. Adde Dec. consi. 355. ubi de legato facto pro habitatione domus, & ibi quod differunt inter se, si legata sit habitatio, uel usus, uel simplex facultas, & uide etiam quæ scribit Bar. in l. Aquilius regulus. ff. de don. quid de usufructuario Castri, an habere debeat iurisdictionem competen. Castro, uel duntaxat emolumentum iurisdictionis exercendæ per proprietarium, & dic, ut per Bald. consi. 294. lib. 5. Pic. in rep. l. Titia Seio. §. Titia cum nuberet. col. antepen. de leg. 2. & ubi est legatus vsusfructus dicitur vnum legatum, secus si dicatur quādiu, uel donec uixeris, quia dicitur annuum, teste Rui. consil. 26. lib. 5. Puc. [illegible]

✠ Omnes res mobiles. Adde, quid si dicatur quæcunque, & dic, ut per Ias. in l. fideiussor. §. prætor ait. num. 3. ff. qui satisd. cog. ubi declarat totam materiam generalium uerborum, & ibi quid si testator reliquit uxori omnia quæ habet in domo, quòd non ueniat frumentum, quod ibi erat causa uendendi, fallit inquit Ias. nisi diceretur omnia quæ habet in domo quoquomodo erunt, tunc enim non fiet restrictio ratione prædicta. Secundum eundem ibi, qui nu. 4. ponit limit. ad reg. ut procedat in dispositione legali, uel statutaria, ubi fieri debet restrictio ad habiles, ne inducatur legum correctio, uel prauus sensus, secus quando talia verba, quibuscunque, qualitercunque, uel similia apponerentur in contractibus, tunc enim non restringerentur ad habiles, immo operarentur augmentum, quæ omnia plenius declarat Ias. d. §. prætor ait, num. 5. & seq. ubi dixi, cui Adde Catel. uer. filius renuntians, circa fi. ubi quòd implicite uerba generalia omnia includunt, secundum Bal. in l. tres fratres 4. not. 2. opp. ff. de pac. & not. idem Catel. uer. clausula generalis, de dictione quibuscunque, in uer. priuilegia. & in uer. fundum concessum, & uer. quibuscunque, de dictione autem omnia, quæ nihil excludit, plura uide per Nat. consi. 130. col. 10. in prin. sed quòd includat ea quę aliàs indefinitè loquendo non uenirent, not. idem consil. 242. num. 8. per l. Iulianus, in prin. de leg. 3. quid de uerbis vniuersalibus & dic, quod omnia comprehendunt quę excogitari possunt, teste Aym. consi. 105. num. 3. etiam minima. c. solite, de maior. & obed. l. à procuratore. C. mand. qua in materia plura ponit Rol. consi. 54. à nu. 39. usque in fi. lib. 3. quomodo autem vniuersalis oratio, à generali dignoscatur, dic, ut per Neuiz. consi. 71. num. 7. Alex. in l. grege, de leg. 1. Doc. in l. edita. C. de eden. & quid operentur uerba vniuersalia, omnia & quæcunq;, dic, ut per Rol. d. consi. 54. num. 39. quid de legato mobilium, an in eo ueniat pecunia, & dic, quod sic, nisi talis pecunia sit parata negotiationi, secundū Nat. qui pulchrè loquitur & declarat consi. 117. num. 5. & 6. cui adde, quòd bonorum mobilium & immobil. mentio, uel in donatione, uel legato, uel obligatione, proscriptione, uel statuto facta, non complectitur iura & actiones, secundum communem per Suarez. lib. Sent. uer. bonorum, Aufr. ad Capel. tolos. q. 315. idem dicendum est, si bona omnia uel vniuersa, mobilia, & immobilia probata sint, iuxta tradita per Clar. in Prac. q. 78. §. vl. quæ omnia plenius declarat Ias. in l. à Diuo Pio. §. in venditione, col. 1. in fi. & col. seq. ff. de re iud. vbi dixi, sed quid de testatore relinquen. vxori redditus quorumcunq; bonorum mobilium & immobil. & dic, quòd non uidetur relinquere nomina debitorum, secundum Rol. consi. 65. num. 8. lib. 1. Masuer.

a No. quomodo dicitur cedere dies legati, vide in l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. toll. & Bar. in d. l. prima. §. cum lex eod. tit.

b Quid appellatione meorum & suorum contineatur, uide Doc. in l. pater in §. duobus. ff. de leg. 3.

c Conditio. Adde Bar. in l. legatarij. ff. de cond. & demonstr.

d In vno capitulo. Adde Do. Maria. Soti iun. in consi. 190. incipien. circa præsentem consultationem. nu. 59. in 2. vol. Zilettus.

e Legatum annuum an transeat in hæredem legatarij. vide Bal. in consi. 394. in 4. vol. suo. consiliorum.

✠ Legatum annuum. Adde Ias. in l. uideamus. §. deferre. n. 8 nu. 9. ff. de in lit. iur.

f Simul habitare. Adde Per. de Anch. in consi. 400. incip. de iure communi uidetur proculdubio dicendum. col. 2. uer sic. & hanc significationem. Zilettus.

g Testator. Adde Alexan. de Imo. in consi. 59. incipien. per lectis uerbis testamenti. uersic. accedit id quod no. Bart. in 3. volum. & Mari. Socin. iunio. consi. 109. incip. paucis utar. nu. 32. in 1. vol. & consi. 115. incip. circa primam quæstionem. nu. 9. & 14. eo. vol. Zilettus.

✠ Testator. Adde facere quæ scribit Ias. in l. tale pactum. §. pater qui post, nu. 3. ff. de pac. ubi de testatore qui reliquit vxori suæ fundum in usumfr. seu in gaudimentum, toto tempore uitæ suæ, dummodo uidua manserit, & post eius mortem reliquit ipsum fundum Titio.

h Satisdatione. Adde Mar. Soz. iun. in consi. 99. incip. propo sita quæstio. nu. 21. in 1. vol. Zilettus.

i Conditionale. Adde Bar. in l. 1. col. 6. ver. item quando in dispositione. ff. de condi. & de. in l. quibus diebus. §. Termi lius. col. 2. uer. quid si per nomina, eod. tit. & in consi. 200. incip. quæritur de legatis. in 1. vol. Bal. in l. si plures. col. 6. ver. sed hic insurgit quæstio, C. de condi. inser. & in consil. 486. incip. super eo. in 5. vol. & Ang. eius fratrem in consi. 30. incip. domina Francisca. in consi. 124. incip. Iolus domini Dalmacij. colu. 1. uer. in contrarium autem. Paul. de Castr. in consi. 323. incip. super primo. col. fi. in 1. vol. Car. Zab. in consi. 51. incip. Titius condidit. col. 2. uer. ad secundum membrum Lud. Ro. in consi. 134. incip. pro declaratione, col. 1. uer. his attamen, Corn. in consi. 32. incip. licet secundum. col. 1. in 4. vol. & in consi. 229. incip. licet clarã. col. 2. uer. tamen Bar. in eo. vol. Socin. in consi. 388. incip. circa primam quæstionem, col. 13. uer. postremo tollit. in 2. uol. Tiraq. in tract. de retract. conuentio. §. 1. gl. 2. nu. 54. versi. & idem in legato, Zilettus.

Conditionale. Adde, quid si testator dicat leg. Titiæ centum, quæ uolo dari cum nubet, & uide Ias. in l. quodcunq; §. non solum. nu. 2. ff. de uer. ob. ubi & plura de dictione cũ, & dictione, si, quid quando mulieri sit legatum, uel instituitur sub conditione, si nupserit tali, intra quantum tempus debeat talem conditionem implere, & dic, ut per Ias. in l. conditioni, nu. 6. C. de inst. & subst.

K Auferri. Adde, quod scribit Ioannes Claudius Aprutinus in suo opere responsorum, ubi probat, legitimã naturæ nõ posse tolli neque minui aliquo pacto per statutum. cuius verba sunt, ꝙ legitima portio filiorum est de iure naturæ & de iure diuino, & confirmata de iure ciuili. ideo nullo statuto ciuili neque aliquo modo potest tolli. sed debetur filio sine grauamine. sine conditione, sine mora. l. omnimo do. C. de inoffic. testam. nisi iusta causa exhæredetur. Quod de iure naturali & diuino probatur Numeri. cap. 27. Pauli ad Gala. 4. c. non omnis. 32. q. 2. & quæstio. 4. ibi eiice ancillam. propterea Diuus August. refert in libr. de ciuita. Dei. c. 21. quòd propter legẽ Voconiam permissum fuit à Deo bellum punicum. & alibi idem Claudi. imò, falsum est ꝙ legitima portio sit de iure ciuili, & omnes illi Doctores qui hoc crediderunt potissimũ sunt secuti Ricar. Malumbram, summistæ credunt esse de iure ciuili, quia non considerarunt constitutionem Iuris Diuini esse, immutabilẽ quo ad ius legitimæ filiorum & dotis filiarum. per ea quæ habẽtur Numeri præallegato c. 27. & est ibi pręceptum morale, non autem cęremoniale, neque iudiciale, & ideo ius legitimæ est immutabile, quia est fundatum obligatione. quæ includitur apud Christianos in substantia & forma sacramenti matrimonij. Quod sacramentum est maximum in ecclesia Dei. vt ait Pau. 5. ad Ephesi. Tollitur autem tantummodo ingratitudine illorũ, qui insidiantur & nõ exhibent debitum honorem parentibus à quibus uitam acceperunt, quod crimẽ ingratitudinis est maximum, ut desiccet fontem Diuinæ pietatis hac ratione. ubi apparet maxima ingratitudo, quæ consistit in quatuordecim causis enumeratis in Auth. ut cum de appel. cognos. §. est aliud quoq; capitulum. Sed responsa quæ dãtur, an legitima possit minui per statutum uel consuetudinem, Docto. in c. fi. de consuetu. in c. Raynutius. de testa. & in regula indultum. de regu. iur. lib. 6. & in Authen. de trien. & semis. §. 1. in l. scripto hærede. ff. vnde liberi, & in l. cum ratione. ff. de bon. dam. plenius uidebuntur in appostill. infra forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento. in gloss. ac etiam realiter. Zilettus.

l Petere. Adde Maria. Socin. iunior. in consi. 79. incip. uiso puncto præposito. num. 104. in 3. vol. Zilettus.

m Nota de dictione, cum, & dictio. &, uide Docto. in in l. si quis arbitratu. ff. de verb. ob. & Doct. in l. 1. & 2. C. de verb. sig. & de dictione &, vide Barto. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. & Iac. de Aret. in disputa. incip. quidam paterfamilias fecit testamentum.

Adde Cæsa. Lamber. in tract. de iu. patr. in 20. arti. 5. q. principal. 2. par. 1. lib. nu. 11. 12. 13. & 14. Zilet.

n Et inducat. Adde Bermum Chouero. in tract. de publi. concubina. sub rub. de publi. concubinar. in uer. licèt sint infinitæ leges. nu. 4. Zilettus.

o Penus quid sit, uide in toto tit. de penu. lega. l supellectilis leg. cibi seu alimentorum.

p Nota, quòd dãtur medicinæ. Adde Bar. in tract. de alimen. in 1. col. Doct. in c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adulter.

Adde Spec. in tit. qui filij sint legi. col. pen. uer. sed nunquã is &c. Bar. & Doct. in l. si cum dotem. §. si autem in tæuissimo. ff. sol. mat. Bal. in l. in rebus. §. postea. ff. commo. Phil. Deci. in l. de alimentis. col. 1. C. de transact. Vital. de Cambi. in tract. clausula. sub rub. an possit renunciari beneficio alimentorum. Zilettus.

q No. quando maritus legat alimenta vxori. vide Bar. in consil. incip. super eo quod quæritur in 3. q. princ.

r Vidua cui alimenta debentur cui teneatur operari. vide Bar. in l. Caio. §. Imperator. ff. de ali. & ci. leg. & in l. sicut, in fin. ff. de oper. liber.

s Libertus, Adde Afflict. in c. Imperialem, in prin. in 7. not. de prohi. feu. alie. num. 31. & in c. licet uasallus, si de feud. fue. cont., inter do. & agn. nu. 20. Zilettus.

t Vasallus tenetur præstare alimenta, vide Spe. in tit. qui fil. sint legi. §. 1. uer. sed nunquid dominus, & Car. Alex. in c. licet, in fi. 1. col. uer. quæro hic dicitur, in ti. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. in usib. feu.

Adde Bar. in trac. de alim. col. pe. uersic. quæro an uasallus Zilettus.

u Frater. Adde Bar. in trac. aliment. col. 3. uer. quæro an frater, Ang. Aret. in §. sed & si quis, Inst. de gradi. Alexan. de Imol. in l. 1. in 3. col. ff. sol. mat. Zilettus.

x Naturalis. Adde Barto. ubi supra uersi. quæro an pater. Zilettus.

y Not. de alimentis spurio præstandis, Bar. in tract. de alim. in 3. col. Cy. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Bar. in l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. Spec. in tit. qui fi. sint legi. versi. quid de natis.

z Pater. Adde Bar. in trac. de ali. col. pe. uer. & monasterium. Zilettus.

a An mater teneatur alere filium. vide Doct. in l. 1. in §. mulier. ff. de libe. agno. & in auth. si pater. C. de diuor. & Bart. in trac. de alim. & Abb. in c. 2. de conuer. coniu.

b Alimentorum. Adde quæ ponit Claudius in præalleg. lib. responsorum, in memoria Thetæ, quòd appellatione alimentorum ueniunt uestimenta, calciamenta, habitationes & medicinæ, ac omnia necessaria uitæ, ubi tractatur de fauore: secus ubi tractatur de damno. l. cum hi. §. qui transfigit. ff. de transa. tamen transactio facta super alimentis non extenditur ad habitationes. Idem & si legatus est uictus. ff. de ver. sig. l. uerbo uictus, secus est si legata sunt cibaria, ut ff. de ali. & ci. leg. l. pe. Zilettus.

c Pecunia. Adde Dec. in consi. 381. incip. uisis his quæ accurate, in princ. Zilet.

Pecunia. Adde, quòd uerbum pecunia prolatum à testatore non refertur ad corpora, nec ad species, sed ad ea tantũ quæ pondere numero, mensurave consistunt, teste Ias. in l. talis scriptura. nu. 2. ff. de leg. 1. quem uide nu. 7. num. 8. & seq. ubi infert ad plura notab. & nu. 19. & seq. quid de q. quando testator mandauit solui debita de pecunia quam habebat Florentiæ quæ erant mille & postea dixit, quòd illud quod restaret solutis debitis relinquebat hospitali, an si superuixerit testator, & pecuniam auxerit firmeque remanente testamento decesserit, & solutis debitis restant tria millia, an totum debeatur hospitali, & dicit Ias. in l. cum stipulamur. nu. 3. ff. de uer. ob. quod non. vbi tamen la

tius

tius declarat,& in l. 2. post nu. 7. uer. tertiò limita. C. de hęr. instit. quid autem ueniat appellatione pecuniæ, dic, ut per eundem Iaf. in l. si ex toto §. si ita legatum. nu. 11. 12. & seq. ff. de legat. 1. pro quo fac. quæ scribunt Doc. in apostil. ad Dec. in l. singularia. nu. 31. ff. si cer. pet. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Legatum de re incerta an valeat.*
2 *Legato casu perempto ad quem spectet periculum.*
3 *Legatarius an agat de euictione contra hæredem re sibi tradita & euicta.*

DOMVM vnam positam in monte. Hic apparet, ꝙ domus erat certa, de qua testator sensit. † Quid igitur si testator simpliciter & indeterminatè legauit domũ, nec apparet de qua senserit, an teneat legatum, & quæ domus cedit in legato? Dic breuiter, ꝙ aut testator habet domos plures in patrimonio, uel vnam tantum, & illa cedet in legato quam eliget hæres: aut nullam habet domum in ejus patrimonio, & tũc legatum est nullum, ut l. si domus. in prin. ff. de lega. 1. quæ distinctio non habet locum in prædio, uel homine simpliciter legato, ut no. ibi. & in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. † Sed quid si domus legata caima te, uel igne consumpta est, cuius erit periculum? dic ꝙ aut hæres fuit in mora soluendi, & tunc erit periculum eius: aut in nulla fuit mora, & tũc perit periculo legatarij, ut habetur in c. cum res. §. item si fundus. & §. item si res, & in l. domos hæreditarias, cum l. seq. ff. de leg. 1. † Sed pone ꝙ domo tradita per hæredem ipsi legatario post aliquod tempus ipsa domus est euicta ipsi legatario, an poterit legatarius agere de euictione contra hæredem? Distingue plenè circa hoc, ut not. per glo. & Barto. in l. si domus. §. de euictione. ff. de legat. 1. & l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. 3. & in l. cum alienam. C. de lega. Et not. quòd licèt in donatione facta in ultima uoluntate, puta in legato & fideicommisso particulari habeat locum aliquãdo euictio, vt dictis iuribus, attamen in donationibus inter uiuos regulariter cessat euictio, ut habetur in l. ad res donatas. ff. de ædi. edic. & l. Aristo. § fi. ff. de don. & not. in l. 2. C. de euict. sed nec in fideicomissis vniuersalibus tenetur hęres de euictione regulariter, ut habetur in l. de euictione. ff. ad Trebel. Et ad præmissa adde quod no. per glo. in l. cum alienã. C. de leg. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris an ponatur per uerba præsentis & futuri temporis.*
2 *Verbum solum præsentis temporis non potest operari ut testamentum per natiuitatem posthumi ualeat ut codicillus.*
3 *Posthumi natiuitate licèt rumpatur testamentum, tamen codicillus non rumpitur.*
4 *Codicilli dependent ex testamento.*
5 *Codicilli quamuis dependeant ex testamento, quando tamen fiunt in defectum testamenti, rupto testamento non rumpuntur codicilli.*

1 NEC valet nec ualebit. † Hic vides, quòd ponuntur ista uerba in tempore præsenti & futuro, quare autẽ hoc fiat apud scholasticos dubitatur. Sed responde secundùm Doct. quòd hoc ideo ne natiuitate posthumi contingat testamentum tanquam codicillum infirmari. Si enim testator filium posthumum præterierit, qui postea natus est, constat eius natiuitate testamentum rumpi. ff. de libe. & posthu. l. Gallus, in princ. & l. posthumorum. §. 1. ff. de in-
2 iust. rup. test. & l. 2. C. de posthu. hære. instit. cum sim. † Et quidem si in oratione sit positum uerbum. valet, simpliciter, tunc non operabitur testamentum uires, ut codicillus: ratio est, quia testm̃ semel ualuit ut testm̃, scilicet, ante natiuitatẽ posthumi, ideoq; deficit cõditio sub qua uoluit testator testamentũ ualere tanquã codicillus, cũ dixit {Et si nõ ualet &c.} vt igitur posthumi natiuitate ualere possit testamentum ut codicillus, adijci solet uerbum futuri tempor[is], scilicet {Valebit,} ut sit sensus {Si non ualet de præs[enti] uel in futurum non ualebit tanquam testamentum, [u]aleat iure codicillorum,} nam uerba præsentis temporis non comprehendunt futurum, ut l. si a colono. ff. de verbor obligatio. & ita nota. per Docto. in authen. ex cau-
3 sa. C. de lib. præte. † Patet ergo ex his, quòd licèt posthumi natiuitate rumpatur testamentum, attamen codicillus non rumpitur, cuius ratio est, de qua infra colligitur, & pro hoc facit. l. qui in vtero, in fin. & l. ab intestato. ff. de iur. codic. In contrarium facit. l. 1. C. de codic. cum sim. Sed dic quòd hic, & in l. qui in utero, cum sim. codicilli non dependent ex testamento, ideo nõ rumpuntur, sed in d. l. 1.
4 dependebant ab eo, ut d. l. 1. & ibi not. per Docto. † Dicuntur autem codicilli dependere ex testamento, qui facti fuerant ante uel post testamentum, ut habetur in d. l. ab intestato. §. fina. & l. testamentum §. fin. ff. eod. titul. & nota. per
5 gloss. & Cyn. in d. l. prima. † Diceret quis, si hoc est uerum, igitur sequitur, quòd isti codicilli, qui fiunt in tali testamento, debent rumpi, cùm ab eo dependeant. Sed dic, quòd ideo ualent nec rumpuntur, quia sunt facti in defectum testamenti, & sic in casu successionis ab intestato, ut probatur in d. l. ab intestato, in princ. vnde non dicuntur à tali testamento nullo dependentiam habere. Prædicta autem loquuntur, quando codicilli facti sunt separatim à testamento, & concurrunt cum eo, casu quo dicuntur uirtutem & dependentiam ab eo sumere: quando ergo nullum est factum testamentum, tunc nõ dicuntur pendere ex testamento. Idem si sit tale, quod pro nullo habeatur ex defectu formæ, ut hic, aliàs secus, ut patet ex prædictis. Sequitur in litera.

ADDITIO.

¶ Nec valet. Adde, quæ de hac clausula, scribit Iaf. in l. planè. §. si duobus. num. 6. ff. de leg. 1. ubi dixi, & uide Dilec. de arte test. tit. de subst. cap. 36. eundem Iaf. in l. cum stipulamur. nu. 3. ff. de uerb. ob.

SVMMARIVM.

1 *Clausula si non ualet iure testamenti est certe vulgaris.*
2 *Prædicta clausula qui sint effectus.*
3 *Persona instituta in testamento potest declarari in codicillis.*
4 *Clausula codicillaris deficiente solemnitate requisita ad testamentum operatur.*
5 *Clausula codicillaris an aliquid operetur si fiat testamentum quasi caducum.*
6 *Clausula codicillaris an operetur existente testamento imperfecto ex defectu uoluntatis.*
7 *Clausula codicillaris, an operetur per testamentum præterito filio. num 8.*
9 *Clausula codi. an operetur rupto testamento agnatione sui heredis.*
10 *Clausula codicillaris an operetur rupto testamento ex causa exheredationis.*
11 *Clausula codicillaris an operetur in defectu hæreditatis non aditæ.*
12 *Legata an conseruentur hæreditate non adita.*
13 *Sententia lata contra hæredem scriptum in fauorem uenientis ab intestato, an præiudicet legatarius.*
14 *Secundum testamentum factum cum clausula codicillari an deroget primo cum clausula codicillari.*
15 *Limitatio ad prædictam clausulam codicillarem.*
16 *Clausula codicillaris an confirmet substitutionem pupillarem.*
17 *Verba, iure cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis, quid importent.*
18 *Post clausulam vulga. subst. in testamento, si subijciatur clausula, si non ualet iure codicillo. ualeat iure dona. causa mor. quid importet.*

1 VALERE debeat iure codicillorũ. † Ista est quæ dam vulgaris clausula, quam nouerunt omnes nota-
2 rij, & eam ponunt in fine cuiuslibet testamenti. † Huius autem clausulæ sunt effectus uarij & multiplices, ut plenè tractauit

mastauit Bar.in l.1.ff.de iu.codi.& aliqui in auth.ex causa.
C.de liber.præte. Pro cuius aliquali introductione sciendum est,quòd hæc clausula aliquando ponitur côditionaliter,ut cum dicitur {Si non valet iure testamenti,ualeat iure codicillorum.} Aliquando ponitur purè, & hoc dupliciter.nam quandoque ponitur copulatiuè.v.g.cum dicitur {Valeat præsens testamentum iure testamenti & codicillorum.} Quandoque ponitur alternatiuè,ut si dicitur {Valeat iure testamenti uel codicillorum.} Primo autem casu,cùm ponitur conditionaliter, talis clausula multos operatur effectus,primò enim operatur uim fideicommissi,ut scilicet si testamentum non ualet ut testamentum,uidentur tamen tacitè rogati succedentes ab intestato ipsam hæreditatem restituere scriptis hæredibus in eodem , & sic per modum indirectum inscripti hæredes ueniunt ad successionem, cum aliqua tamen diminutione , ut infra dicam, & hæc probantur,& no.per glo.& Doc. in d. auth.ex causa,& in l.testamento. C. de fidei. & in l. quærebatur. ff. de test.mi.& l.qui autem. circa prin.ff.si quis omis. cau. te. Et huius ratio est,quia licèt uirtute dictæ clausulæ testamentum ualeat ut codicillus,non tamen possunt hæredes scripti se dicere hæredes testamentarios , quia hæreditas non datur directò in codicillis,ut l.quidam.§.sed cum ueteres. C.de neces.ser.hære.insti & l.hæreditatem.C.de codi.cum sim.ibi no.facit l.Scæuola.ff.ad Trebel.Alij etiam sunt effectus, de quibus infra patebit . Secundo casu cùm clausula ponitur copulatiuè , tunc licèt prima facie hæc dispositio videatur repugnantiam continere, & per consequens non debere ualere,arg.l.ubi repugnantia.ff.de re. iu. attamen ualet,per tex.in l.fi. C. de codi. sed ne repugnantia locum habeat,resoluitur illa copulatiua in disiunctiuam,vel: nec immeritò, quia ubicunque copula cadit inter incompassibilia,resoluitur in disiunctiuam,ut l. si Titio fundus. ff. de vsuf.leg. & ideo isto casu debet eligere institutum quo remedio uti uelit,an ex testamento,an ex codicillis, ut d.l.fi. facit l.recusare.§.Titius.ff. ad Treb. Tertio casu cum ponitur alternatiuè,dic idem per omnia ut supra dictum est,
3 cum idem sit sensus utriusque. † An vnum tamen aduerte quòd licèt dixerim , hæreditatem in codicillis conferri directò non posse,potest tamen in codicillis declarari persona , quam testator dixit in testamento se hæredem instituere,ut v.g. si testator dixerit in testamento,{Instituo mihi illum hæredem quem instituero in codicillis,uel quem nominauero in codicillis , } nam hoc casu talis institutio & nominatio ualet , & fingitur retro tempore testamenti facta extitisse,ut habetur in l.asse toto.ff.de hære. inst. & l. illa institutio.ff.e.tit.de hær.inst.cum sim. ibi not. in gloss. ideo iste erit directò hæres testamentarius,& ad integram hæreditatem sine aliqua diminutione admittetur,ut proba
4 tur in dictis iuribus. † Restat nunc plenius intellectũ huius clausulæ per quæstiones declarare, quæro ergo primò an hæc clausula operetur,quando testamentum deficit ex omissione solennitatis ad testamentum necessariæ,puta numeri testium?dic quòd sic,ut in l codicillis.§.fi.ff. de leg.1.
5 & d.l.fi.C.de codi. † Quid si testamentum fiat quasi caducum,quia hæres institutus decedit uiuo testatore, an clausula ista operetur?dic quòd sic,ar.l.eam quam.C. de fideic. cum sim.& eorum quæ not. infra ver. quid autem dices, &
6 ver.tertiò quæritur. † Secundò quæritur, quid si testamẽtum sit imperfectum ratione defectus uoluntatis ipsius testantis, an operabitur hæc clausula?dic quòd non per l. fideicommissa §.1.de leg.3.& not.in l. ex ea scriptura. ff. de
7 testa.& per glo.in l. is qui. ff. de testa. † Tertiò quæritur, quid si testamentum non ualet ex causa præteritionis filij in potestate,an hæc clausula operabitur?distinguunt Doc. & Bar.in d.l.1.ff.de iure codi.aut fuit præteritus filius iam natus,aut nasciturus,& sic posthumus. Primo casu secundùm opin.glo.in d.auth.ex causa, talis clausula nil operabitur.Sed Doct,communiter omnes tenent , quòd operatur uim fideicommissi,arg.in l.si patronus.§.fin. secundùm primam lect.ff.ad Treb.nam ista sunt paria rogare expressè de restituendo uenientes ab intestato , uel hanc clausulam apponere,ut no.per glo.in d.l.ex testamento.C. de fideicomm.facit d.l.quia autem,in prin.ff.si quis omis. causa testa. vnde qua ratione si testator expressè grauasset succedentes ab intestato , filius præteritus tenetur hæreditatem restituere hæredi scripto,ut in c.Raynaldus,& in cap. Raynutius,extra de testa.& l.si quis cum nullum.ff. de iur. codi. sic eodem modo quando hæc clausula est apposita, vt hic. In secundo casu, cùm posthumus est præteritus, attendi debet forma codicillaris , aut enim clausula hæc est simpliciter prolata sub uerbo præsentis temporis, ut quia dixi {Si non ualet.} & tunc quia semel ualuit ut testamentum ante natiuitatem posthumi , desinit postea ualere iure codicillorum , ut dictum est , & sic clausula nil operatur. Aut est prolata sub uerbo tam præsentis temporis , quàm futuri temporis,& tunc operatur uim fideicommissi,ut su
8 perius dixi. † Sed hic aduerte , quia secundùm Barto. in hoc casu debet clausula hæc operari,quando testator sciebat uentrem esse prægnantem,aliàs autem secundùm eum talis clausula nil operari debet,si rupto testamento eius natiuitate sunt rupti etiam codicilli.& si non ualebit iure testamenti,nec iure codicillorum,arg. l. si cum uel in utero. & l.sicut certi iuris.C.de test.mi. quæ opi. Barto. communiter reprobatur per aliquos, maximè in l. filio præterito. ff.de iniust.rup.& irri.test.& l.2.C.de posthu.hæred.instit. Nec obstant contraria,quia in eis est speciale in milite. ut eius exhæredatio potius restringatur,quàm amplietur, ar.
9 l.cum quidam.ff.de lib. & posthum. † Quartò quæritur, quid si testamentum rumpatur agnatione sui hæredis , ut puta, si testator habẽs tres filios eosdem hæredes instituit, & alter ex his uiuo patre mortuus est superstite vno eius filio nepote dicti testatoris , an hæc clausula hic operabitur ? quidam dicunt quòd sic , exemplo posthumi , de quo supra dixi. Barto.autem ubi supra dicit,quòd quantum ad partem hæreditatis, in qua filius præmortuus fuerat institutus,hæc clausula non operabitur uim fideicommissi, ar. in l.ab omnibus.§.si à Titio.in fi.& ibi not. per gloss. ff. de lega.1. quò autem ad alia particularia legata bene opera-
10 tur,quia illa confirmantur per auth. ex causa. † Quintò quæritur,quid si testamentum rumpatur ex causa exhæredationis, an clausula operabitur ? distinguit idem Barto. vbi supra,aut exhæredatio facta est nulla inserta causa, & tunc quia testamentũ est ipso iure nullum , dicendum erit idem quod superius dictum est in ipso filio præterito:Aut est facta cum legitima causa inserta , sed non probata , & tunc cum testamentum sit aliquod interim,sed probata falsitate causæ falsæ detegitur nullum,tunc operabitur quantum ad institutionem : quò autem ad legata nil operabitur,quia illa confirmantur per authen.ex causa,& ista uerba { Et si non ualet } debent exponi,idest quatenus non ualet,argum. in l. Stichum qui meus erit. ff. de legat. 1. & idem dic secundùm eum , si testamentum rumpatur per contratabulas, sufficit enim quò ad operationem clausulæ
11 testamentum rumpi, uel infringi. † Quid autem dices, si testamentum rumpatur ex defectu hæreditatis non aditæ, an clausula operabitur ? dicit ipse quòd sic,per l.eam quã, C. de fideicommiss. & l. quia autem. ff. si quis omiss. causa testa. dumtamen clausula contineat vtrunq; tempus tam præsens quàm futurum,& eodem modo operatur, si testamentum non ualet propter defectum hæredis scripti incapacis, vt d.l.eam quam, secundùm vnam lecturam,& sic legata soluentur per succedentes ab intestato, ut ibi:sinautem,& ipsi repudiant hereditatem, tunc à nullo pręstabuntur,secundùm eum,ut ibi & l.si nemo.ff. de testa. tut. & ibi not.ad quod optimè facit.l.prima.in fin.ff.ut in poss.legat.
12 qui ergo uellet colludere , posset legatarios fraudare . † Sed nunquid poterunt legata conseruari per authen. hoc amplius.C.de fideicomm.dic ut ibi per Docto. no.Nostre. autem in tit.de actio. ex testamento,tenet quòd quantum ad

ad confirmationem codicillorum, non requiritur aditio ab intestato, sed male dicit secundum Iac. de Arét. & Bart. ut not. per eum in l. 2. ff. de fideicommiss. libe. & l. qui filio. §. seruus. ff. de hære. instit. l. si quis cum nullum. §. testamen-
23 to. ff. de iure codicil. † Quid autem in sententia, an lata contra hæredem scriptum in fauorem uenientis ab intestato, præiudicet legatariis? Dic quòd nó, licèt prodesse possit, si feratur pro substituto, ut habetur in l. si seruus pluriu. §. 1. ff. de leg. 1. & l. 1. ff. de excep. rei iud. In contrarium facit l. 1 apinianus. §. si ex causa. ff. de inoffi. test. dic quòd ibi legatarij tenuerunt causam agi, ideo sibi imputatur si non appellauerunt, sed in d. l. 1. & d. §. 1. ignorauerunt. Vbi uerò testamétum esset nullum uitio personæ testatoris, tunc clausula nihil operatur: quia qui non potest testari, nec codicillari, ut l. diuus. §. codicill. ff. de iure codi. facit l. 1. ff. de
24 lega. 3. † Rursus quæritur de quotidiana quæstione. Ecce quòd aliquis fecit testamentum apposita in eo hac clausula codicillari, deinde in processu temporis fecit aliud testamentum in quo consimiliter adiecta fuit hæc clausula, quæritur, an per hoc secundum testamentum sit reuocatū primum cum eius clausula codicillari? Videtur, quòd licèt primum sit reuocatum quò ad testamentum, non tamen quantum ad uim codicillorum, quia testamentum secundum potest se cumpati cum codicillis anterioribus. ar. l. conficiuntur. in prin & l. ante tabulas. cum si. ff. de iu. codi. Bart. autem in præalleg. l. 2. dicit, aut testator in secundo testamento usus est illa vulgari clausula, quam notarij communiter apponunt. videlicet {Cassans & irritans omne aliud testamentum & ultimam uoluntatem ab hodierna die retro conditum & conditam &c.} & tunc per secundum testamentum tollitur primum cum vniuersis in eo dispositis. ut l. si iu e. ff. de lega. 3. & ibi de hoc per eundem. Aut testator nō fuit usus ista clausula {Cassans &c.} quam semper solent apponere notarij, nisi de contraria uoluntate testatoris appareat, & tunc uidetur dicendum primum ualere, saltem tanquam codicillum per d. l. ante tabulas, cum fin. Veruntamen Barto. determinat contra ium. Ratio est duplex, prima, quia in dubio per secundum testamentum uidetur reuocatum totum primum, & quidquid continetur in primo, ut d. l. si iure & l. 1. §. item si ipse. ff. si cui plusquam per l. Falc. & sic illa clausula erit reuocata. Secunda ratio, quia in testamento militis inest tacitè illa clausula {Si non ualet iure communi ualeat iure militari} & tamen per secundum testamentum tollitur primum omni iure tam communi quàm speciali, nisi expressè primum confirmaretur in secundo, licèt primum potuisset, si de eius uoluntate constasset, ualere iure militari, & secundum iure communi. ut l. quærebatur. ff. de test. mil. & ibi not. per
25 glos. † Patet ergo quòd hæc clausula * {Si nō ualet iure
* testamenti &c.} debet intelligi si non ualet alio modo quam per reuocationem expressam uel tacitam ipsius testatoris, quod tene menti. Ex his patet solutio ipsius dubij, quo quæritur, si vtrunque testamentum habens hanc clausulam sit nullum ut testamentum, an vtrumque ualebit ut codicillus? Videtur quòd non. Sed circa secundum habenda erit consideratio, an causa propter quam redditur nullum pariformiter respiciat testamentum ipsum ut testamentum & tanquam codicillum, quo casu nullo iure ualebit: an respiciat ipsum testamentum ut simpliciter testamentum, & tunc ualere poterit ut codicillus. quod qua-
16 liter fit, patet ex prædictis. † Quæritur ulterius, an talis
* clausula codicillaris confirmet substitutionem * pupillarem, & per hoc succedentes ab intestato pupillo teneantur substituto hæreditatem pupilli restituere? dicit Bart. ibi supra quod sic, arg. l. Sceuola. ff. ad Treb. & l. cū fideic. ff. de leg. 1. & quod ibi not. ad quod facit. l. qui duos. in fin.
17 ff. de vulg. & pup. † Sed quid si apposita hac clausula testator adiecerit {Si non ualet iure codicillorum, ualeat tamen iure cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis} quid importabunt ista uerba {ualeat iure cuiuslibet &c.} si contigerit non ualere iure testamenti, nec iure codicillorum dicit idem Barto. quòd operabuntur, ut ualeat iure uoluntatis simplicis & imperfectæ inter liberos. ut l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & l. fi. C. famil. ercis. in qua minus solemni uoluntate, sufficiunt duo testes, etiam si sint mulieres, secundùm Barto. & hanc opi. credo ueram, quando testamentum est factum inter liberos: alias autem si factum esset inter extraneos, illa talis clausula nihil uel modicum operatur: quia solennia testamenti non potest tollere uel minuere testator, nisi in casibus à iure expressis ut in l. nemo potest. ff. de lega. 1. & l. testandi. C. de testam.
18 † Postremò quæritur, quid si in testamento post prædictam clausulam fuerit alia clausula apposita, uidelicet {Si non ualet iure codicillorum, ualeat iure donationis causa mortis,} quid importabunt ista uerba? dic breuiter, quòd si testamentum non ualet iure codicillorum, quòd si quidem hæres institutus fuerit. præsens testamento uel nuncius eius nomine, uel notarius stipulatus est nomine ipsius hæredis, tunc his casibus ius ex ipsa donatione quæritur hæredi scripto: aut fuit absens tempore testamenti per se uel per alium, & tunc nil sibi quæritur uirtute dictæ donationes. ratio est, quia donatio causa mortis requirit præsentiam eius cui donatur, ut l. inter mortis, in prin. ff. de don. causa mor. uel eius nuncij eius nomine stipulantis, ut not. per Cyn. in l. nec ambigitur. C. de dona. & l. 1. circa fin. C. de dona. & l. 2. circa fi. C. de do. causa mor. & no. per Bart. l. tam his. §. fin. ff. de do. causa mor. facit. l. si quis argentum. §. fi. C. de dona. bonum est igitur consilium quòd hæres sit præsens testaméto, uel quòd notarius stipuletur eius nomine & cæterorum, quorum interest, quod tene menti. Sequitur in litera.

* Iure codicillorum. Adde Rom. consi. 179 ubi sustinet codicillos primi testamenti, cuius executio petitur, reuocationem non induxisse, in materia autem clausulæ codicill. vide quæ scribit Rip. respons. 128. col. fi.

* Posthumus. Adde, quòd posthumus non rumpit testamentum, si apponatur clausula codicill. per uerba futuri temporis, secundum communem, sed quòd operetur ea clausula per quæcunque uerba concepta magis communem dicit Barb. consi. 6. lib. 2. Dilec. de arte test. tit. 3. c. 10. num. 3. & uide quæ habētur supra uer. præced. Masuer.

* Clausula. Adde Rom. consi. 178.

* Confirmet substitutionem. Adde Ias. in l. si Titio. §. sicuti. nu. 20. ff. de leg. 2. Masuer.

IVRE donationis causa mortis. Cuius effectus sit hæc clausula. vide supra proximè, & adde quod notaui supra circa formam libelli, quo agitur pro re donata. Sequitur in litera.

CViuscunque alterius vltimæ voluntatis. Hanc clausulam declara ut prædixi. Sequitur in litera.

QVARE cum prædicta. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est. vt superius dixi.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius quando possit legatum auctoritate propria apprehendere.*

1 DOMVM antedictam. † Sed nunquid
* legatarius possit propria auctoritate sine licentia hæredis apprehendere rem legatam? dic quòd non, ut l. prima. §. rediguntur. ff. quorum leg. nisi per testatorem fuerit ei data potestas & licentia rem ipsam ingrediendi sua propria auctoritate, in quo casu posset. ut l. Titia. §. 1. & ibi per Barto. ff. de lega. 2. & idem notarius faciet sapienter, si apposuerit talem licentiam in testamento.

ADDI-

ADDITIO.

a Legatarius. Adde Ludo. Goza. in consi.91. incip. prima facie uidetur, per tot. & Dec. in consi.incip.cōclusionem superius firmatā. num.9.cum seq. quod habes inter cōsilia Maria. Soc. iun.consi.86. in 1. vol. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres morosus ad solutionem legatorum quas pœnas patiatur.*

1 SIMVL cum fructibus. † Sciendum est,quòd hæres morosus circa solutionem legatorum tenetur ad restitutionem fructuū & usurarum rei seu quantitatis legatæ, ut C. de usu,& usufru.leg.l.1.& 2. & tradit in l. in minorum.§.1. in qui. cau. in integ. rest. non est nec. quæ quidem mora contrahitur per lapsum diei, uel per interpellationem l. ex legati causa. ff.de verb.obli. Patitur etiam aliam pœnam hæres morosus. nam si præcepto iudicis eidem facto super solutione legatorum non obtemperauerit,sed in contumacia per annum perseuerauerit, priuatur hæreditate, & defertur substitutis & alijs personis, & de quibus traditur in auth. hoc amplius. C. de fideic.& l.fi.in fine. eod.tit.& in Auct. de hære. & fal §.si quis autem non implens, colla.1.Ioan. Pet. de Ferrarijs.

Forma libelli quo petitur hæreditas ex testamento.

CORAM vobis &c. Agit & in iure proponit Dominicus de Medusbarbis contra & aduersus Pasqualinum Barbatium, & quamcunque aliam personam pro eo, seu eius nomine legitimè in iudicio comparentem, dicens idem Dominicus quòd quondam Andrinus de la Corona in suo ultimo testamento eundem Dominicum, hæredem purè instituit in omnibus eius bonis: quod quidem testamētum exhibet & producit coram uobis ipse Dominicus in forma publica & solenni, non abolitum, nec cancellatum,nec in aliqua sui parte suspectum, uel uitiatum, legitimoque numero testium roboratum, traditum, & subscriptum per Simonem Spekam notarium Papiæ. anno præsenti 1400. die primo Aprilis.
Item dicit & proponit præfatus Dominicus, quòd præfatus Pasqualinus post mortem dicti Andrini indebitè & iniustè occupauit & apprehendit, & adhuc hodie tenet occupatam hæreditatem,resque, & bona hæreditaria,quę dictus quondam Andrinus tempore sui decessus tenebat & possidebat, & ante eius mortem pro suis, & tanquam sua: quam quidem hæreditatem, res, & bona hæreditaria præfatus Pasqualinus dimittere & relaxare recusauit, & hodie recusat Dominico antedicto hæredi, ut præmittitur, instituto, licèt indebitè & iniustè. Quare cùm prædicta sint uera, iureque cautum reperiatur, hæredem scriptum fore per iudicem mittendum in possessionem rerum & bonorum quæ fuerunt tempore mortis defuncti, petit & requirit cum instantia quanta potest Dominicus supradictus, quatenus ex officio vestro, & omni alio iure, modo, uia, & forma,quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam uel interlocutoriam sententiam secundùm quòd de iure melius fieri potest, pronuncietis & declaretis dictum Dominicum fore mittendum, & mitti,& induci debere, in possessionem hæreditatis, & bonorum dicti quondam Andrini, quæ reliquit tempore mortis suæ ac pariter possidet: nec non ipsum Dominicum naturaliter & actualiter introducatis & imponatis in corporalem possessionem hæreditatis & bonorum prædictorum,& sic inductum & impositum manuteneatis, & defendatis,ut iura disponunt,contradictionibus dicti Pasqualini omnino reiectis, & prædicta petit per uos fieri &c. Saluo iure &c. non se astringens &c.

SVMMARIVM.

1 *Remedia pro hæreditate vendicanda quæ sint.*
2 *Condictio ex lege & interdictum quorum bonorum in quibus conueniant.*
3 *Petitio hæreditatis & actio familiæ erciscundæ in quibus cōueniant.*
4 *Petitio datur in quemcunque singularem rei successorem.*

1 CORAM vobis. † Ad [a] euinentiā est scien-
2 dum, quòd in iure quinque reperiuntur remedia pro hæreditate uendicanda. Primum est interdictum quorum bonorum, de quo traditur in toto tit.ff. & C. quorum bonorū. Secundum est condictio ex lege, de quo habetur in l.fi.C. de edic. diui Adriani tollen. super quo fundatur * hic libellus. Tertium est petitio hæreditatis, quæ est actio de qua loquitur tot.titu.ff. & C. de peti. hære. Quartum est actio fami. ercis.de quo habet in tot.tit.ff.& C.fami. ercis. Quintum est fideicommissariæ hæreditatis petitio, de qua loquitur tit. de fideicom.hæred. peti. Prima duo remedia scilicet interdictum quorum bonorum, & condictio ex lege, sunt remedia possessoria, quia in eis solum illud quęritur an defunctus possederit, non autem an dominus uel quasi fuerit, ut in his habetur. Alia uerò tria remedia posteriora scilicet Petitio hæreditatis, Familiæ erciscundę, & Fideicommissaria hęreditatis petitio,proprietatis causam in se habent, quia in eis quęritur, an defunctus fuerit dominus,uel quasi,uel ius aliquod in rebus habuerit, per quę patet una differentia inter dicta remedia. Sunt & alię differentię, de quibus plenè not.per glo.in d.l.fin. & in
2 l. 1. C. quorum bono. † In quibus autem conueniāt duo priora remedia possessoria? Respondetur quòd in pluribus. Primo, quia utrunque datur hæredi scripto. Item datur utrunque pro rebus corporalibus tantùm, non autem pro incorporalibus. vt l. fin.ff. quorum bono. & l.fin. ver. 1. C. de edic. di. Adri.tol. Item utrunque datur pro uniuersa hæreditate,& non pro rebus singularibus. ut l. 1. in fi.ff.quorum bono.& ibi no. Item utrunque remedium est perpetuum tam interdictum quam condictio ex lege,arg. in l. in honorarijs.ff.de ac.& ob.& Insti. de perpe.& tempo. acti. Differunt tamen in aliquibus, quia interdictum datur tam ex testamento quàm ab intestato. d.l.1.ff.quorū bo.& l.1.cum seq. ff.eo.titu. sed condictio ex lege solùm datur * ex testamento, & non ab intestato. ut d. l. fina.in princip. & ibi not. in gloss.super verbo in omnibus bonis.
3 † Quid autem differant à petitione hæreditatis, & quid differat petitio hæreditatis ab actione familiæ erciscundę, tangitur in glo. prealle.& quid differat directa petitio hæreditatis à fideicommissaria,habetur in l.1. ff. de fideicommiss. hær.pet. vna tamen potest generalis differentia determinari inter petitionem hæreditatis & familiæ erciscun-
4 dæ. † Nam * petitio hæreditatis datur in quemcunque singularem rei successorem,ut l.licet minimam, cum sim. ff. de pet.hære.sed actio familiæ erciscundæ competit solum contra hęredem. ut l.2.§.pen.ff.fami.ercisc.

ADDITIONES.

* Hic libellus, Adde ad materiam.d.l.fin.C.de edic. di. Adr. toll.& an & quando uideatur intentatum hoc remedium: uel iudicium pet. hęred.& vide Alex. consi.184. lib.4. vbi inter alia, vult ꝙ vbi peti. sunt fructus qui non ueniunt in hoc iudicio: uideatur intentata petitio hęred. vbi tunc admittuntur exceptiones quæ in hoc non admitterentur.

* Petitio hæred. Adde Ias. in l.1.nu.6. nu.10. C.de inoff.test. vbi ponit reg. cum fall.

* Ex testamento, Adde ꝙ actio ex testō est stricti iuris,& sequitur naturam actionum stricti iuris, in aliquibus tamen

sequitur naturā actionum bonęfidei quò ad fructus & usuras, ut ueniant à tempore moræ, sicut in actionibus bonæfidei, quàm concl. Declara, ut per Ias. in l. si hæres. ff. de eo quod cert. loc. ubi enumerat casus in quibus ea actio hēt instar contract. bonæfidei, pro quo uide eundem Ias. in l. sciendum. nu. 24. ff. de leg. 1. & in l. cum res. nu. 6. & seq. ff. eo. tit. Masuer.

2 Coram vobis. Vide quomodo hic libellus formari debeat, Specu. in titu. de iudi. in 4. par. §. 1. in princ. vers. & alia. Bart. in l. ueluti. ff. de peti. hære. & in l. licet eo. tit. in l. 2. circa medi. de bono. pos. in l. ex diuerso. §. 1. in princi. ff. de rei vendica. & in l. 1. in prin. C. de eden. Bal. in l. 2. ad fin. C. de peti. hære. Pau. de Cast. in l. si hæreditatem. ff. de peti. hæ. & in l. regulariter, eo. tit. col. 1. vers. 2. not. & col. fi. vers. & propter hoc Ange. Areti. Instit. de actio. in §. actionum, col. pen. ves. quæro quomodo formet libellus. & ibi Io. de Plate. col. 15. versi. in petitione hæreditat. & Ias. col. 27. vers. istis pro plenaria, eundem Ias. in l. 2. in princ. C. de inoffic. test. Abb. Pan. in c. 2. de libel. obla. col. 9. ver. sed nūc quæro. Roffre. in tit. de peti. hæ. & Petr. Iaco. in sua pract. in tit. de peti. hæ. Ang. de Peru. in consi. 239. inci. ex themate sic prædicto. in prin. Io. de Ami. in consi. 120. nu. 3. Zilettus.

EVNDEM Dominicum. Si iste Dominicus decessisset in uita testatoris, testm̄ esset nullum, ut in §. posteriore. Instit. qui. mo. test. infir. hr̄ditas uerò non transmitteretur in eius hæredē, ut in §. pro secūdo. & in §. in nouissimo. C. de cad. toll. Si uerò ipse Dominicus uiuit & est sui iuris, potest adire hæreditatē & repudiare sua uoluntate & agere secundùm formam huius libelli: ubi autem esset in patria uel in auita potestate, tunc non posset adire, nec repudiare, nec litem in iudicio mouere sine patris uel aui licētia, quando pater uel auus vult consentire uel consensum præstare, ut habetur in l. cum non solum. §. 1. & §. necessitate. cum seq. C. de bo. quæ lib. Vbi autem recusaret consentire, tunc non liceret patri repudiare in præiudicium filij, nec ecōuerso filio sine auctoritate patris, agnoscere autem hæreditatem potest quilibet eorum altero inuito, ut habetur in l. fi. §. 1. & 2. C. de bo. quæ lib. & l. filio. C. de iu. delib. Quæ autem requirantur circa aditionem uel repudiationē hæreditatis, plenè no. per glo. pe. & Doct. l. is potest. ff. de acqui. hære. & dicetur infra titu. proxi. in glo. penultima.

SVMMARIVM.

1 *Quòt modis hæres instituatur.*
2 *Purè instituere quid sit.*
3 *In diem instituere quid sit.*
4 *Solo animo aditur hæreditas.*
5 *Institutio sub conditione casuali uel mixta non tenet.*
6 *Ius deliberandi transmittitur in hæredem licèt non transmittatur ius adeundi.*
7 *Infans hæres transmittit hæreditatem quamcunque sibi delatam, non solum ad ascendentes per lineam masculinā, sed etiam fœmininam.*
8 *Hæreditas semel adita uel repudiata, amplius agnosci uel repudiari non potest.*
9 *Cautelas quas debeat obseruare uolens adire hæreditatem.*
10 *Filius defuncti de legatis detrahit eius legitimam.*
11 *Faciens inuentarium conseruat omnia à defuncto sibi debita & n. 12.*
13 *Necessaria in formando hæreditatis inuentario.*
14 *Fideicommissarius uniuersalis, an teneatur facere inuentarium.*

1 PVRE Instituit. † Quare dicatur purè, posset scholastichus interrogare, unde pro eius plena & clara doctrina sciendum est, quòd altero de quatuor modis potest quis hr̄es institui, videlicet purè, in diem, sub conditione, & sub
2 modo. † Dicitur autem quis purè institui, quando institutio non est suspensa tempore uel cōditione, ita quòd statim mortuo testatore potest hæres scriptus hæreditatem
3 adire. † In diem dicitur facta institutio, cum aditio est suspensa in euentum alicuius diei, de quo loquitur l. hæreditas ex die. ff. de acqui. hær. Si ergo institutio sit pura, potest hæres statim adire mortuo testatore hæreditatem, dum tamen concurrant alia adminicula, de quibus notatur in d. l. is qui potest. posset tamen aditionem differre in tempus
* prolixius. quia ius * adeundi durat 30. annis. ut l. licet, & quod ibi notatur. C. de iure delib. nisi fortasse ad petitionē creditoris iudex præfigeret tempus breuius ad ipsam aditionem, quod facere posset, ut tradit̄ in l. quandiu. in princ. ff. de acqui. hær. & in l. si quis instituatur. ff. de hære. insti.
4 † Et nota quòd solo animo aditur hęreditas, ut l. si auia. C. de iu. deli. & in l. gerit. ff. de acquir. hær. l. potuit. & ibi no. C. de iur. delib. dum tamen adeatur pure & non sub conditione. ut l. eum qui in fi. ff. de acqui. hęr. per quod patet, quòd licèt institutio recipiat diem & conditionem, tamen aditio non recipit conditionem: Ius autem deliberandi circa aditionem uel repudiationem durat anno, ut l. sancimus. & l. cum antiquioribus. C. de iure deliberandi. quo anno finito, & sic iure deliberandi sublato, adhuc remanet firmum ius adeundi & repudiandi ipsi hæredi usque ad alios. 28. annos secundùm opin. glo. & omnium Doct. ut traditur & not. in d. l. cum antiquioribus. & l. si curatoris. C. de iur. delibe. licet Pla. tenuerit contrarium, ut ibi not. & malè. Cùm enim ius deliberandi repertum sit in fauorem hęredis, non debet in eius odium retorqueri, ut l. quod fauore. C. de legi. & per consequens ipsum ius deliberandi non habebit absorbere ius adeundi quod est perpetuum. argu. Instit. de perpe. & tempo. ac. post princ. & l. licet. C. de iure delibe. cum sim. ibi not. In ea autem institutione, quæ est in diem, solet subdistingui: aut est facta in diem certam, aut incertam, primo casu circunscripta die remanet conditio pura, ut d. l. hęreditas ex die. Secundo casu expectatur euentus ipsius diei, antequam possit hæreditas adiri, ut l. in tempus, in princ. & l. qui filio. in prin. ff. de hęre. insti. Cùm autem quis est institutus sub conditione, tunc considerari oportet, an sit filius in potestate testatoris, an extraneus. Primo casu subdistingue, aut filius est institutus sub conditione impossibili de natura, uel de iure, & tunc institutio reddit̄ nulla, ut l. filius. ff. de cond. inst. licèt in extraneo esset aliqua, ut l. 2. ff. de condic. insti. Aut est institutus sub conditione possibili, & tunc aut est potestatiua, aut casualis, aut mixta, quæ declara ut not. in l. 1. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & in l. testamento. ff. de cond. & demon. Si quidem sit potestatiua, tenet institutio, ut l. suus quoque, in princ. ff. de hære. insti. Sed aliqui distinxerunt, an sit potestatiua quæ possit impleri ultimo uitæ spiritu, uel non, ut refert Cyn. in l. si pater. C. de in-
5 sti. substit. sub conditione fact. † Si uerò sit conditio casualis uel mixta, tunc non tenet institutio nisi in defectum conditionis fuerit exhæredatus, ut d. l. si pater. & d. l. suus quoque. §. pen. Vbi autem extraneus uel filius emancipatus hæres instituitur, tūc distinguitur, an sit institutus sub conditione impossibili, & institutio valet tanquam pura, ipsa conditione habita pro nulla, ut l. obtinuit. C. de cōdi. & dem. & ff. de condi. instit. l. 1. & l. conditiones. Aut institutus sub conditione possibili, & tunc qualiscunque fuerit conditio, siue casualis siue potestatiua, siue mixta, semper tenet institutio, & debet ipsa conditio impleri in forma specifica, antequā hæreditas possit adiri, ut l. Meuius. ff. de condi. indeb. & l. qui hæredi. §. fin. ff. de acqui. hære. & l. si quis ita hæreditatem. de cond. insti. facit l. facta. §. si sub cōditione. & §. si in danda. ff. ad Trebel. Et prædicta procedunt, quando conditio dependet à fortuna uel à uoluntate instituti: ubi autem dependeret à uoluntate expressa alterius personæ puta [Instituo te hæredem si Titius uoluerit, uel si tu me institueris in futurum] tunc tanquā captoria nō ualet, ut l. captatorias. & l. illa institutio. & l. si quis Semproniū. ff. de hær. instit. secus si institutio mea cōferat in præteritum, verbi gratia si dicam [instituo te hæredem
6 si me instituisti] ut l. mulier. §. fi. ff. de cond. insti. † Amplius scias,

scias, quòd licèt semper ius adeundi & hæreditas non adita regulariter per hæredem non transmittatur in eis hæredem, ut l. 1. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. Ius tamen deliberandi, quod annali spatio concluditur, & in consequentiam ius adeundi & refutandi, bene transmittuntur, si ipse hæres intra anni spatium moriatur, ut habetur in l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. Speciale tamen est in filio, qui post ius deliberandi finitum, tam paternam quàm maternã & cęterorum ascendentium hęreditatem nõ aditam & sibi delatam ex testamento uel ab intestato transmittit nedum in descendentes suos ut l. 1. C. de his qui ante aper. tab. sed etiam ad superiores, ut l. apud hostes. C. de suis & leg. & ibi per Doct. immo etiam ad extraneos, ut ibi not. Idemque est si filius est emãcipatus iure nouissimo, cùm sit sublata differentia inter suum & emãcipatum secundùm alios & per hoc sequitur quòd hodie filius matris hæreditatem non aditam transmittit in eius fratrem, licèt aliqui contra, de quo no. plenè per Cyn. & Bar. in l. 2. C. ad Orfic. de qua transmissione uide plenè infra titu. proximo seq. & prædicta procedunt in filio maiore infante. infans uerò hæres omnem etiam extraneorũ hæreditatem sibi delatam trãsmittit ad omnes superiores suos sibi per lineam masculinam tantum coniunctos secũdum aliquos, ut. l. si infanti.
7 C. de iu. delib. † Tu dic melius, quòd immo transmittit etiam ad ascendentes per lineam fœmininam, secundùm Docto. ut dictum est infra tit. proximo & not. plenè in l. si infanti. C. de iure delib. Fallit etiam regula in d. §. in nouissimo. in hærede minore, & in absente probabili causa, quorum successoribus competit beneficium restitutionis in integrum pro adeunda hæreditate non adita per ipsum minorem, uel absentem, ut traditur in l. Pantonius, in princ. ff. de acqui. hær. & ibi per Bart. in l. 1. C. de rest. mili. & ibi per Cyn. & alios, quod est nota. Fallit etiam dicta regula in certis alijs casibus, quos enumerat glo. & Bart. ibi declarat in l. ventre. ff. de acquir. hær. postquam autem fuit hæreditas adita, transfertur dominium bonorum hæreditariorum in ipsum hæredem, ut l. cum hæredes, in princ. ff. de acqui. hær. cum ibi not. sed non trãsfertur possessio nisi
8 naturaliter fuerit apprehensa. † Et no. quòd aditam hæreditatem uel repudiatam semel non licebit ulterius agnoscere uel repudiare, ut l. si quis, & l. sicut. C. de rep. nisi fuerit filius qui post repudiationem adhuc admittitur ad adeundum, si res hęreditariæ sint in eodem statu usque ad triennium, ut l. fin. C. de repud. hæred. uel nisi hæres fuerit minor. 25. annis, qui beneficio in integrum restitutionis auditur uolens post repudiationem adire, etiam si res non sint in eodem statu. ut d. l. fin. cum sim. uel nisi alius cohæres repudiet partem suam, quo casu ille qui prius hæreditatem adiuit poterit suam ac cohæredis eius repudiare, ut
9 l. cum hæreditate, & seq. ff. de acq. hæredi. † Sit tamen cautus hæres scriptus, uel ab intestato succedens, antequam adeat, diligenter inquirere de uiribus hæreditatis, & infra
✱ mensem inchoare inuentarium * omnium bonorum hæreditariorum, & infra alios duos menses complere, quo facto gaudebit tali priuilegio, quia tenebitur solum respondere creditoribus hæreditarijs quatenus patiẽtur uires hęreditatis, detracta falcidia de legatis, & non ultra: si autẽ adierit simpliciter nullo facto inuentario, tunc tenebitur si sit hæres extraneus etiam de suo proprio insolidum, nulla facta detractione falcidiæ, satisfacere in totum credito
10 ribus & legatarijs. † Si uerò sit filius defuncti, tunc licèt creditoribus teneatur insolidum, tamen de legatis detrahet eius legitimam, ut not. per Iac. de Bel. in Auth. de hæredi. & falcid. §. si uerò expresism. ut habetur etiam per tex. in l. fi. §. sin autem dubius. & §. si præfatam. & §. si quis autem temerario proposito. C. de iu. de libe. & in Auth. de
11 hæredi. & falcid. §. si uerò expresism. † Et not. quòd licèt hæres [a] qui non facit inuentarium, priuetur falcidia, non tamen priuatur trebellianica, ut plenè notatur per dictum Iac. in d. §. si uerò expresism. hoc autem tempus faciendi inuentarium non currit ignoranti nisi à tempore scientiæ, quo quis sciuit hæreditatem sibi dalatam esse ex testamento uel ab intestato. ut habetur & nota. in d. §. sin
12 autem dubius. † Aduertendum etiam est, quòd ille qui fecit inuentarium consequitur aliud beneficium, quod sibi conseruat omnia illa quæ sibi erant debita à defuncto. ut d. l. fina. in §. in computatione, quæ nullo facto inuentario extinguuntur per aditionem. l. si debitori. C. de pact. & l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. & l. si debitori. ff. de fide-
13 iusso. cum simi. † In cuius inuentarij forma sunt necessaria infrascripta, uidelicet ut fiat coram iudice. ut d. l. fina. Item requiritur citatio creditorum & legatariorum saltẽ per præconem, & si non comparuerint debent eorum loco adhiberi tres testes patrimonium possidentes in loco quò fit inuentarium. Item hæres debet se in eo inuentario subscribere, uel si scribere nesciat alius notarius pro eo,
14 & sic erunt duo notarij & sex testes, ut d. l. fina. † Sed circa prædicta quæritur, an fideicommissarius uniuersalis te-
b neatur facere inuentarium, [b] sicut dictum est de hęredde principali? dic quòd sic. alioqui tenebitur insolidum creditoribus & legatarijs, sicut dictũ est de hęrede, nec ei prodest inuentarium factum per hęredem, nisi hoc beneficiũ sibi cesserit, quod facere potest, argu. l. si hæres pecuniam. ff. ad Treb. & determinat Iaco. de Bel. in Auth. de hære. & falcidia. §. si uerò expresism. superius allegato.

ADDTIONES.

✱ Ius adeundi, Adde. ꝙ iusiurandi hæreditatem pscribitur spacio 30. annorum, secundùm magis communem opi. per Alex. consi. 143. lib. 2. Rom. consi. 71. col. 2. post med. consi. 149. col. 1. Doct. in l. licet l. cum antiquioribus. C. de iure delib. cõmunem dicit Corn. cõsi. 299 nu. 3. lib. 3. Imol. cõsi. 73. Fely. in c. de quarta. post. nu. 12. de pscrip. Balb. de pręscrip. 4. par. 4. par. principal. q. 19. Mising. Cent. 2. obser. 71. quò in articulo plura noc. Ias. in l. quandiu. ff. de acq. hær. vbi dixi, & not. Por. lib. 3. concl. 34. quid in iure immiscendi: & dic, ut per eundem Por. concl. seq. Ias. in d. l. licet, nu. 2. nu. 5. C. de iur. delib. quo autẽ remedio post præscriptum ius adeundi hæres possit hæreditatem acquirere; vide Dilec. ti. de acq. hęr. c. 6. & in iure adeũdi, seu immiscendi, ꝙ ei pscribatur spacio 30. annorum, cõmunẽ dicit Rol. consi. 21. nu. 56. lib. 2. quam declara, ut p Boer. q. 58. nu. 8. par. 1. & uide Ias. in l. si filius qui patri, nu. 9. ff. de vulg. in l. licèt. C. de iure delib. ubi ponit concl. cõem, ꝙ nedum iuri adeũdi, sed etiam iuri immiscẽdi pscribatur 30. annis, quã limita, ut per eum ibi post nu. 5. qua in materia plura ponit Coras. Miscell. lib. 6. c. 21. Masuer.

✱ Inuentarium, Adde quando incipiat tempus conficieñ. inuentarium: an à die notitiæ delatæ hæreditatis: an uerò à die aditæ cursus mensis, intra quem inuentarium initiari debet, iux. l. vlt. §. sin autem dubius. C. de iur. delib. initium sumat; & Dic, ꝙ aut hæres in nõ adeundo utiť malitia, aut dolo: & tunc, tempus conficieñ. inuentarium à die aditæ hæreditatis initium sumit, aut maliciose differt hæreditatis aditionem, in aliorum detrimẽtum, & tunc ipse mensis ex die scientiæ delatæ hæreditatis non expetata aditione initium sumit, secundũ Rom. cõsi. 84. col. 2. ver. quamobrem, vbi refert opi. in d. §. sin autẽ dubius, quã dicit cõmuniter approbari, ut per Guid. Pap. q. 571. Dec. consi. 633. col. 2. ver. 2. qri ur, quid autem si hæres dubitat de hæreditate, ut quia timet eam damnosam, & deliberat, an uelit adire, & & Dic, ꝙ cautela est, ut curet citationem uel citationes fieri per proclamata contra creditores ut ostedant instrumenta debiti hæreditarij ipsi hæredi, ut deliberare possit, quòd si uocati ad præstitutum diem non ueniant: nec de creditis edoceant: sibi præiudicant, iuxt. not. per Bart. in l. Aristo. ff. de iure delibe. quem refert Mising. Cent. 2. obser. 47. per tex. in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plur quàm per l. fal. Maluer.

a Hæres non conficiens inuentarium priuatur falcidia non trebellianica. vide Bart. & Ang. in l. Paulus. ff. ad l. falci. Ioan. de Imo. in l. creditoribus eo. tit. Bart. in l. rescr. ff. de his qui. ut indi. Bald. in l. fin. C. de iure delibe.

✠ Hæres. Adde, An sicut hodie hæres non conficiens inuentarium perdit detractioné falcidiæ de legatis. §. sancimus, & §. si uerò non fecit, in auct. de hær. & fal. c. Raynaldus, ad fi. de testa. ita etiam hodie perdat Trebell. de fideicommisso uniuersali, & dic, ut per Ias. in l. Marcellus. nu. 57. ff. ad Trebel. ubi artic. examinat, & tandem concludit ꝙ non perdatur Trebellianica, cui succedit ēt conclusio, ꝙ quamuis hæres per non confectionem inuentarij perdat Falcidiam: non tamen amittit Trebel. secundùm ueram & magis cōmunem opi. per Ias. consi. 84. nu. 4. lib. 2. de q. autem, an per non confectionem inuentarij Hæres amittat Trebel. Dic, ꝙ artic. est disputabilis in quo vide Bart. in authen. sed cum testator. nu. 12. C. ad l. Fal. & Dic, quòd pro negatiua stant. 48. Doc. pro affirmatiua uerò 61. Distingue tamen, ut per Osasc. decis. 147. num. 26. & sequ. usque in fi. ubi dicit ꝙ Senatus cēsuit pro affirmatiua, quò ad hæredes extraneos. Intelligēdo tamen, ut per eum ibi, qui paulo post, negatiuam veriorem existimat, nisi à Senatu pro opi. contraria cogeretur: & quam opi. negatiuā sequuntur, Barto & Doc. in apostil. d. authen. sed cum testator. diceñ. seruari in prac. in liberis primi gradus. Rol. consi. 27. nume. 14. nume. 26. lib. 1. consi. 26. nu. 26. lib. 3. Mising. Cent. 3. obser. 60. & sic conclude, ꝙ in filijs & suis non perditur, secus in extraneis, secundùm veriorem opi. per Paris. consi. 81. nu. 52. lib. 2. Rub. Alex. consi. 43. Aym. consi. 17. & ita iudicauit Senatus, eā potissimum ratione, ut auferatur ius & facultas hæredibus non occultañ. bona subiecta fideicom. cum etiam fideicommissarius hæredem ad tale inuentarium conficieñ. compellere possit. Quid de legitima, an amittatur ob non confectum inuentarium, & dic, ut per eundem Osasc. decis. 148. & an inuentarij confectio tollatur exceptione competeñ. ex l. cum à matre. C. de rei vend. vide eundem Osasc. decis. 180. 181. ubi plura in materia inuentarij, & qui citandi sint in illius confectione, qui non, & ibi, an emptor feudi in confectione inuentarij citandus sit à filio, seu agnato feudum reuocare uolente, & quid de creditoribus & legatarijs absentibus à ciuitate, uel loco, & concludit ꝙ non sint citandi in cōfectione inuentarij, docet tamen quid agendum, ibi. nu. 11. & nu. 13. quid operetur confectio inuentarij, & num. 14. ubi quid de successore hærede cum inuentario: an feudum mistum, uel ex pacto & prouidentia alienatum, recuperare possit, etiam si teneatur de euictione, & hæreditas alienantis fuerit soluendo, hæc, & plura alia vide ibi per ipsum Osasc. huius Subalpinæ patriæ Senatus 2. præsidem meritiss. quo in principali articulo, ultra prææallegata, Adde, quòd aliqui dicunt, ꝙ Trebellianica amittitur per non confectionem inuentarij, nisi in liberis primi gradus, secundùm cōmunem per Dec. consi. 236. Nat. consi. 145. nu. 23. quòd non amittatur tenet Ias. in rub. ad Trebel. & cōmunem dicit Nat. consi. 220. 323. Rol. consi. 27. nu. 26. ubi hanc magis communem & piam asserit lib. 1. & quòd etiam liberi amittant tenet Dec. consi. 81. 480. plura not. Aym. consi. 17. Doc. in c. Raynutius. de testa. Masuer.

b An fideicommissarius uniuersalis teneatur facere inuentarium. vide Bal. in l. cum secundum. C. de fideicom.

S V M M A R I V M.

1 *Institutus in re speciali an possit intentare beneficium l. fi. C. de edic. diui Adria. toll.*
2 *Interdictum quorum bonorum non datur pro re singulari.*
3 *Benefi. d. l. fi. an competat haredi succedenti ab intestato.*
4 *Institutus in re certa, quando habeatur loco haredis, & quando loco legatarij.*
5 *Institutus in re certa nullo dato cohærede uniuersali, an non obstante prohibitione testatoris succedat in omnibus bonis.*
6 *Intellectus ad l. peto, in prin. ff. de leg. 2.*
7 *Filia instituta in re certa, an non obstante prohibitione testatoris possit petere dotem maternam.*

✠ IN omnibus eius * bonis. † Quid aūt dices, si fuit institu-
1 tus in speciali re, puta domo, uel fūdo, habebit ne seu in
tentare poterit beneficium d. l. fi. C. de edic. di. Adr. tol. Di
stingue, aut non hēt aliū cohæredē vniuersalem, & tūc qa
detracta rei mentione ꝓ vniuersali reputatur hærede, ut l.
1. §. si ex fundo. ff. de hær. inst. habebit beneficiū d. l. fi. C. de
edi. di. Adr. tol. aut hēt alium cohæredē vniuersalē, & tunc
qa pro legatario reputat. dicūt Doct. ꝙ non habebit illud
2 beneficium. † quia nec interdictū quorū bonorū datur pro
3 re singulari. ut l. 1. in fi. ff. quorū bono. & not. in d. l. fi. † Quæ
ritur insuper, an hæredi ab intestato succedēti cōpetat beneficium d. l. fi. dicunt Doct. ibidem ꝙ nō, ut no. per Cy. in
d. l. fi. in ver. 3. iuxta ꝑmissa q̃ritur &c. & ratio est, quia in
tali possessorio iudex ꝓcedit non per modū notorij, quod
notorium inducitur ꝑ exhibitionē testamenti non aboliti,
nec cācellati. non aūt potest fieri notorium ꝑ id quod quis
alleget verbotenus iudici se ꝓximiorem defuncto, cū hoc
sit facti, & posset iudex faciliter errare, ut not. in l. fi. ff. pro
4 suo. † Vlterius pro meliori declaratione hēdis instituti in
✠ re certa, * quæro qñ habeat loco hēdis, & qñ non. In quo
articulo sic distingue, aut quis instituitur in re certa nullo
alio sibi dato vniuersali cohęrede, & tunc habet loco vniuersalis hēdis instituti, qa rei expressio ꝓ nulla est, ut d. §.
si ex fundo: aut hēt alium vniuersalē cohæredem, & tūc habetur loco legatarij, ut l. quoties. C. de hær. insti. & ibi not.
ueruntamen si hic vniuersalis cohæres repudiet uel tpe te
✠ stamēti mortuus fuerit, habebit iste institutus * in re certa
quò ad ius accrescēdi loco vniuersalis & ueri hæredis, sm
Guli. de Cu. ut not. per eū in l. seruo. ff. de cōdi. insti. ar. in l.
ex militari. §. fi. & l. miles. ff. de testa. mil. quā opin. sequitur
Bar. in l. quoties §. si duo. ff. de hær. insti. & in l. ex facto eo.
5 tit. † Quid dices, si testōr hærede instituto in re certa nullo
dato cohærede vniuersali, expresse ꝓhibuerit ne ipsa insti
tutio trahat ad alia bona, an ipse succedat in omnibus bonis, uel in re certa, in qua est institutus: dicit Bar. in d. §. si
duo, ꝙ tunc solùm succedit in re illa, & cessabit ius accrescendi, & cętera bona deueniēt ad succedētes ab intestato
iure fideicom. arg. l. peto, in prin. ver. quid ergo. ff. de leg. 2.
cōiter Doct. tenēt ꝯrium, quia testator nō potest decedere
pro patre testatus, & pro parte intestatus. ut l. iure naturæ.
ff. de reg. iur. nec pōt facere quin leges locū habeant in suo
6 testō. l. nemo potest. ff. de leg. 1. † Nec ob. d. l. peto. quia loquitur qñ contēplatione alterius cohæredis facta fuerat il
la particularis institutio taxatiue & limitatiuē, meritò ergo vř grauatus eidem partem reliquā restituere. q̃tio autē
ꝑsens loquit qñ alterius contemplatione non fuerat facta
particularis institutio. Sicq; cōcludere licet, ꝙ particularis institutio in re certa nullius alterius cōtēplatione facta
quò ad ius accrescendi nullo alio sibi dato cohærede, loco
hēdis habet, nec uenientibus ab intestato restituere tenet.
7 † Deinde circa hoc * quæro de quotidiana quæst. Ecce pa
✠ ter filiā suā instituit in certis specialibus rebus, iubēs eam
stare debere ipsis rebus tacitam & cōtētam, ita ꝙ de bonis
suis ultra nil petere possit, q̃ritur an excludat à petitione
dotis maternæ: Videtur ꝙ sic. ar. in l. qui uolebat. ff. de hęr.
insti. & d. l. peto, in princ. In ꝯrium determinat Bar. in l. ut
iusiurādi. §. si liberi, in fi. ff. de ope. li. tali rōne, bona dicunt
deducto ęre alieno, ut in l. bonorū. & l. subsignatum. §. bona. ff. de ver. sign. dos autem materna est æs alienū, arg. in l.
ꝑtor. §. emācipati. ff. de colla. bo. meritò sequitur ꝙ in d. ꝓhibitione non cōprehēditur, cùm nō sit de bonis. Aliud er
go esset, si testator dixisset { Nil petere possit in bonis, uel
sup bonis meis &c. } quia videt tūc se retulisse ad omne
ius cōpetens ipsi filiæ quacunq; occasione. ꝓ quod posset
aliquid in ipsis bonis petere. arg. l. rem in bonis. ff. de ac. re.
do. & l. bonorum. §. in bonis. cum sim. ibi no. ff. de ver. sign.
vide quæ scripsi in ꝓcedenti libello, circa articulū dotis.

AD-

ADDITIONES.

* Eius, Adde an hoc uerbum eius, ex mente testatoris uerificetur in omnibus bonis quæ ipse tenebat & possidebat, & vide Grat.consi.9.nu.33.lib.1.consi.22.nu.8.lib.1.Paris.consi.98.nu.14.lib.2.Gozad. consi.99. Alc. consi.412.d.c.46. num.2.qui omnes concludunt pro opi. negatiua, pro affirmatiua uerò stant Alba Mandel.consi.73.num.5.Rui.consi.150. nu.12.lib.3.Alc.cõs.d.c.2. Corn.consi.84.nu.8.lib.2.consi.114.nu.16.eodem, sed Dic, ut per Ias.consi.51.lib.4. q uerba quæ proferuntur à testatoribus, grosso & naturali modo intelligi debent, pro quo fac. Oldr. consi.45. Rip. in l. Centurio. nu.131. ff.de vulg. Alc. in l.obuenire.de ver.sig.Paris.consi.87.nu.9.lib 2. Masuer.

* Loco hæredis, Adde, q regula est, quòd institutus in re certa: habetur loco legatarij, secundum Feder.de Sen.cõs.266.Fulg.consi.69. in prin.Rom.consi.179.nu.10.Ias.in l. Centurio.nu.36.& seq. ff.de Vulg.ubi declarat, & in l. Lucius.nu.25.co.tit. Hinc est, quòd institutus in re certa:non habet actiones hęreditarias actiuè, nec passiuè, sicut legatarius, l. quoties. C. de hær. Inst. Ias. d. l. Lucius. q.11.de vulg. Cur. Iun consi.62.nu.2.& est cõmunis opi.per Mar. Iun.consi.45.nu.3.lib.1. Corn.consi.264. lib.4. cui Adde, q institutus in re certa, non secus ac legatarius: ius acceptandi transmittit, teste Rom. consi.64. Alex. consi. 211. nu.2.lib.7. Aret.tract.de testam.glo.59.ver. Item iure institutionis, qui institutus in re certa Falcidiam non detrahit, imò ex eius institutione sicuti à cęteris legatis Falcidia detrahitur, secundum Aret.consi. 12.col.2.Corn.cõsi.210. nu.19. lib.1.consi.40.num.7. lib.3. Item exemplo legatorum institutio in re certa codicillis adimitur, teste Bert. cõsi.vl.7.dub.li.1.in antiq. q his diebus euenit in facto, in multis tamé casibus institutus in re certa habetur loco hæredis, quos enumerat Franc.in c.1.col.8.& seq.de testa.lib. 6. Lambert. de iure patron.lib.1.par.2. artic.16.q.2. nu.4. Signorol.consi.179. Rom. consi.81. in fi. Alex. consi.128. lib.1. Ias. d. l. Lucius. q. 11. de vulg. Rub. Alex. consi.43. nu.5. Cur. Iun.consi.160.num.6. Mar. Iun. consi.91. lib.1. consi. 147. lib.2. Quæ concl. q institutus. in re certa, non dato cohęrede vniuersali, est hæres vniuersalis, non secus ac si fuisset simpliciter institutus absque mentione certæ rei, ex l.1.§.si ex fundo.ff.de hęr. inst. ampliatur, pro cedere etiam in substituto in re certa, quia censetur in totum substitutus, si non sit datus alius, l. cohęredi §. si. in fi. de vulg. limita procedere, dummodo institutio facta sit per verba ciuilia directa, secus si per uerba communia, uel obliqua, quia uerbum commune uel obliquum adiectum certę rei uel quantitati, uel quotæ, nunquam trahitur ad institutionem directam, l. cogi.§.generaliter. ad Treb. ita limitat Bart. in l. his verbis in princ.ff. de hær. inst. & hoc procedit etiam in substitutione, quia fieri debet per uerba directa ciuilia, aliàs non censetur in totum substitutus, nec directò, secundum Bart. in d. l. Centurio. num. 34.35.36. vbi Rip. nu.155. & seq. ff. de vulg. Quibus omnibus conuenire uidetur, sequentes conclusiones 1. quòd institutus in re certa admittitur in feudo hæreditario, secundum Rol. consi.23.nu.46.48.50. lib.1. post Dec. consi. 208. 2. quòd institutus in re certa, rem in qua est institutus propria autoritate accipere potest, sicut hæres vniuersalis, teste eodem Rol.consi.74. num.23. lib.2.quam communem prius dixit Alex.consi.138. col.pen ver.quo ad aliud lib.1. ex Barto.in l. ex facto. ff.de hær.Inst. vbi etiam concludũt talem institutum in re certa habere ius accrescendi, & quò ad ius accrescen. veri hæredis loco hab[illegible]: testis est Rom.consi.81. in fi. Rip. in l. re coniunctì, nu.1[illegible]1.de leg. 3. per d. l. 1.§.si ex fundo. & fac. quòd institutus in re certa habet portionem cohæredis instituti, qui est mortuus, quem testator putabat uiuere, iux.not. per Bart. in l. seruo. ubi Ias. num.3. ff.de cond. indeb. Quid de substituto in certa re, detracta mentione illius rei, & dic quòd habet totum, & hoc procedit quando substitutio in re certa fit per uerba directa ciuilia, secus si esset facta per uerba directa non ciuilia, secundum Ias.in l. Centurio. nu.35.ff de vulg. ubi examinat. q. quando testator substituit aliquem sub compendio directò in certa portione, & ibi concludit quòd ualeat directò, ex qua decisione habetur limitatio ad l. cohæredi.§. fi.ff.de vulg. alias limitationes ad reg. q institutus in re certa, ubi est alius cohæres vniuersalis, semper habetur loco legatarij l.quoties. C.de hær. Inst. l. ex facto. §.grande.ff.eo. vide per Ias. in d.l.Centurio. nu. 36.vbi declarat, & in d.l.Lucius.n.25.eo.ti.ubi quòd institutus in re certa non est, nec hæres, nec legatarius, uide ibi plura per eum. Masuer.

* Institutus in re certa, Adde, quòd institutus in re certa habet ius accrescen. instituto vniuersali repudian. secundùm communem per Alex. in l. quoties, col.2. C. de hær. Inst. ac potest rem propria autoritate capere, teste Barto. in l. ex facto. de hær.inst. cõmunem dicit idem Alex. consi. 138. post. nu.12. lib. 1. cui Adde, quod vniuersali hærede repudian. particularis est insolidum, secundum communem per eundem Alex. in d. l.quoties. col.2. circa med.C. de hær. inst. Masuer.

* Filiam suam, Adde Boer. q. 3. par.1.q.267. Dec.consi.89. num.4.doc. ad Mathęs. sing. 103.158. Alex.consi.7.lib.3. pulchrè cõsi.69. lib.2. Guid.Pap.q.93.469. Dec. in Auth. præterea, nu.13. ubi Ias. nu.26.C. unde vir & vxor. Port. lib.2. conclu. 4. & quæ habẽtur supra for. lib. pro legat. post nu.48. Doc.ad Dyn. in reg. non est obligatorium, extra de reg. Iur. q autem filia, cui relictum est aliquid cum præcepto, quòd sit tacita, & contenta, ita quòd nihil petere possit: maternam dotem nihilominus petere possit, not. Nat. consi.186. pro quo fac.quæ scribit Dilec. de arte test. tit.3.c.5. & quæ habẽtur supra. for.lib.ad.p. æst. fictus ver. recusauit, nu.8. per Bart.in l. ut iusiurandi.§. si liberi ff. de oper.lib. quid. de institutione facta de filia in suis dotibus tantùm; & Dic ualere, secundùm magis communem, per Alex.consi.177. lib.2. doc. in l.3.§. sed utrum.ff. de minor. De prædicta autem.q.quando testator legat aliquid filiæ, aut alicui, & dicit, ita quòd amplius quicquam petere non possit, uide Bart. in l. fideicommissa §. si quis ita, nu.1.& 2. de leg.3. Bal.in l.liberti: libertæque.nu.28. C. de opi. lib. quid de filia in re certa instituta, an ueniat appellatione hæredis instituti; & q.d qñ fœminę sunt institutę in certis rebus, & demum filij masculi sunt uniuersaliter instituti, postea dicit testator, omnes filios meos inuicem substituo, utrum filię prædictè uideantur cum masculis inuicem substitutæ, & Dic, ut per Ias. in l. Lucius. nu.23.24. & seq. ff.de vulg. ubi concludit secundum communem, fœminas ex certa re institutas ex tali substitutione non admitti, quam concl.limitat ipse ibi. nu.26.& seq. & in hoc non dissimilem ferè casum ponit Euer. lib. Arg. loco à ui numeri. pag.516. ubi testator instituit duos filios masculos hæredes uniuersales, & filiam in certa quantitate, deinde subdit, si aliquis eorum decesserit sine lib. quod portio eius ad superuiuen. ueniat, eo casu, uno ex masculis mortuo, filia admittitur, secundum Barto. in l.fi.ff.ad Trebel. Masuer.



EXHIBET & producit in forma publica. Hæc duo sunt necessaria, scilicet quòd productio fiat coram iudice, & quod testamentum sit in forma publica. eductum, ut per hoc fiat ipsi iudici notorium de iustitia ipsius hæredis instituti, ut d. l. fin. Item & tertium, uidelicet quòd constet ipsum testatorem esse defunctum, ut supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Testium qualis numerus requiratur in testamentis.*
2 *Testamentum militis quot testes requirat.*
3 *Testamentum pagani ut ualidum sit quæ requirat.*
4 *Numerus testium sufficiens ad testandum in aliquo loco contra dispositionem iuris communis, an sit sufficiens ad deferendam hæreditatem existentem in loco ubi seruatur ius commune.*
5 *Facta in uno loco, faciunt fidem in alio.*
6 *Quid iuris in successione hæreditatis defuncti in loco ubi etiam bona habet, ubi primogenitus succedit, cum etiam alia bona in alio loco habeat ubi seruatur ius commune.*

1 VALLATVM legitimo numero testium. † Sed qualis * numerus testiũ exigitur in testamentis? Respondeo sm qualitatem personarũ ipsorum testantium. & hęredum ipsorum institutorum, ac varietaté locorum,
2 in quibus fieri contingit testamentũ. † Vnde ad huius doctrinam debes scire, ꝙ aliquando testator est miles, aliqñ paganus. Si sit miles, aut est in belli conflictu & in acie, & tunc numerus testium nõ requiritur, sed sufficit eius nuda uoluntas: aut est sub tentorio, & tunc requiritur numerus duorum testium, ut hæc habẽtur in l. milites. C. de test. mi. & l. diuus in prin. & l. Lucius. ff. de test. mi. & Inst. eo. tit. in prin. si uerò sit in ciuitate domi suæ, tunc requiritur numerus septem testium, sicut in pagano, ut l. pe. C. de testa. mi. & Inst. eo. §. 1. Requiritur etiam, ꝙ si miles habet filium in potestate, ꝙ ipsum instituat uel exhęredet, aliàs testamentum nullũ est. Attamen in eo est hoc speciale, ꝙ si sciat se filium habere, & non instituat, videtur ipsum tacitè exhæredare: si uerò ignoret se filium habere, tunc nõ instituẽdo videtur præteritis, ut habet in l. sicut certi iuris. & in l. si cũ uel in utero. C. de testa. mi. Ista tamen p̃sumpta exhæredatio forte hodie nil operetur, nisi haberet causam expressã & legitimam p ea quæ traduntur in §. aliud quoque capitulum, in Auth. ut cum de appellatione cognoscitur. & in auth. ex causa. C. de li. prete. quę iura locum habẽt tam in milite
3 quàm in pagano. † Vbi aũt paganus facit testamẽtum, tũc attende, aut est cœcus * carens luminibus, aut est uidens. Primo casu siue sit cœcus naturaliter, siue accidentaliter, dummodo accidens contigerit longo tẽpore ante testm̃, tunc requiritur numerus octo testium, & filij in potestate institutio uel exhęredatio, aut numerus septem testium & notarij subscriptio cum quibusdam alijs solẽnitatibus, ut habet in hac consultissima. C. qui test. face. pos. Si uerò testator uideat, tũc aut facit testamentũ in scriptis, & magna requiritur solẽnitas, videlicet numerus * septem testium, qui propria manu se testõ subscribant, & sigilla sua imprimant, & quòd testator se subscribat, & quædam alia de quibus habet in l. hac consultissima. C. de test. Inst. eo. titu. in princ. Si autem faciat testm̃ nuncupatiuũ, tunc cõsideranda est qualitas loci conditi testamenti: aut enim fit testamẽtum in rure, & tũc si plures haberi non possunt, sufficit numerus. v. testium, ut in l. fi. C. de testa. Aut fit testamẽtum in ciuitate, uel alibi ubi sit psonarum cõpia, & tunc aut in eo instituuntur solũ filij testatoris, & tunc sufficit numerus duorũ testium, etiam si essent mulieres, sm glo. & Bald. in l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. cum auth. ibi posita. Aut in eo instituuntur soli extranei, & tunc requiritur numerus septem testium, ut l. hac cõsultissima. §. p nuncupationem. C. qui testa. fa. pos. & Insti. de test. in prin. nisi statuto uel consuetudine aliud caueatur, ut l. si non speciali. C. de test. requirit etiam & aliud, quòd testator filios, quos in potestate habet, instituat uel exhæredet, aliàs eorũ præteritio redderet testm̃ nullum, ut l. 1. ff. de iniu. rup. & irri. testa. & Insti. de exhæ. lib. in princ. & l. si filius. & l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. Aut instituuntur mixtim extranei cum filijs, & tunc quantum ad filios sufficit numerus duorum testium, quò autẽ ad extraneos requiritur numerus VII. testium, unde sequitur ꝙ aliquando testamẽtum quò ad filios ualebit, & quò ad extraneos erit nullum, est tamẽ casus singularis, ubi sufficit unus testis, uidelicet quã do testamentum fit in præsentia principis, ut in l. omnium. C. de testa. non tamen crederem quod eius præsentia suppleat defectum præteritionis filij, cùm hoc non sit aliquo iure cautum, ergo ad hunc casum non extendendum, quia odiosum arg. in l. si uerò §. de viro. ff. solu. matr. vide de his
4 no. per glo. Insti. de testa. §. fi. † Pro declaratione autẽ prædictorum * quæro. Ecce testator cõdidit testamentũ in ciuitate Venetiarum ubi sufficit nu. 4. testium, bona autẽ hæreditaria sunt in ciuitate Papiæ, in qua originem, & domicilium habuit ipse testator, & secundum quam obseruatur ius commune, nunc uenit hæres scriptus coram judice Papiæ exhibens testm̃ nu. 4. testium roboratũ, petens se mitti in possessionem hæreditatis, & bonorum defuncti, contra quem se opponit proximior agnatus defuncti ab intestato dicens, testamentum nullum ob defectum testium, & ob hoc hæreditatẽ iure successionis ab intestato tanquã proximiori deuolutam, quæritur quid iuris. In qua q. Docto. antiqui pariter & nouissimi multum dubitauerunt, ut refert Specu. in tit. de instru. edi. § compendiose. ver. quid si de cõsuetudine, Cyn. in l. 1. C. de Sum. Trin. & fid. catho. & ibi per Iaco. Butr. & Bart. finaliter & conclusiuè secundùm veriorem opin. tenendum est, quòd hęres scriptus in huiusmodi testamẽto mittendus sit in possessionem excluso ab intestato ueniẽte, cuius illa ratio potissima est, quia, quò ad ualorem testamenti sufficit quòd illa solennitas interuenerit, quæ obseruatur in illo loco in quo perfectum est testamentum, ut l. si. C. de test. & l. si non speciali. C. eo. titu. facit l. milites. ff. de testa. l. diuus, in princ. & l. Lucius. ff. de testa. mili. & accedat l. 1. cum seq. C. quemadm. test. aper. ideoque ipsius testamenti auctoritate facta aditione per hæredem scriptum, ius uniuersum in eum iuris dispositione trãsfunditur, nedum quod habuit defunctus in loco conditi testamenti, ut l. hæres, & l. omne ius. ff. de acquir. hær. & l. nihil aliud ff. de re. iu. sed etiam omne & quodcunque habuit ubique locorum per quandam cõsequentiam. arg. ad hoc in l. 1. ff. de aucto. tut. & Insti. de legi. patr. tut. §. 1. Melius tamen facit, quòd de actione seu obligatione quęsita alicui in certo loco dicitur, quę potest intentari in
5 quolibet loco, ut l. fi. C. de lon. temp. præscri. † Sicut etiam acta facta in uno loco faciunt fidem in alio, ut l. is apud quem. C. de eden. l. à proconsulibus. C. de appel. & l. fina. C. de testi. & l. si. C. de arbi. sic etiam in quolibet alio actu in quo dicimus attendi locum in quo gestus est. ut l. 1. in fi. ff. de ven. insp. cum sim. quam sententiam tenent communi
6 ter omnes Doct. † Vltra quæritur ad huius pleniorem doctrinam, quid in hæreditate delata ab intestato? Ecce consuetudo * est in Anglia quòd primogenitus succedat defuncto, in ciuitate autem Papiæ, unde mihi origo est, succedunt omnes filij æqualiter ab intestato, contingit quòd Papiensis mercator habẽs bona in Anglia & in Papia, decessit in Anglia sine testamento, vult primogenitus succedere in tota hæreditate, tam in bonis Anglicis quam Papiensibus. Reliqui autem filij dicunt hęreditatem uiriliter inter eos distribuendam, quæritur quid iuris. Et certè in hac quæstione fuerunt etiam diuersæ opiniones, ut in præcedenti & meritò; dicunt enim quidam, cum quibus est Guil. de Cu. quòd primogenitus in bonis Anglicis insolidum succedat, in Papien. sit communis diuisio inter eos. ar. in l. si pupillo. ff. de tu. & cu. da. ab his. nec ideo trahetur successio Anglicana ad alia bona, ut in proxi. quæst. dictũ est; quia illa sola & localis consuetudo non est ad alium locum extendenda. arg. in l. in certa forma. ff. de iure fis. & l. constitutionibus. ff. ad municip. quã opinionẽ sequitur Cyn. in d. l. 1. Alij dicũt, ꝙ debet attẽdi locus, in quo adita est hæreditas, p quã aditionem quasi cõtrahitur, ut l. apud Iulianũ, in fi. ff. ex quib. ca. in pos. ea. §. hęredes, Inst. de ob. ex quasi con. sicut inspicitur in contractibus, l. si fundus. §. de eui. Alij, ut Barto. in d. l. 1. considerant formam * consuetudinis

tudinis seu statuti & eius uerba, aut enim uerba statuti, seu consuetudinis sunt in rem, ut puta, § Quòd bona decedentis perueniant in primogenitum, § & tunc attendi debet locus uel loci consuetudo, uel statutum in quo sunt bona hæreditaria, quia res ipsæ afficiuntur tali iure consuetudinario, quod uerum intellige, scilicet in rebus quæ sitæ sunt in ipso loco. arg. in l. rescripto, in fi. ff. de mun. & ho. & l. an in totum. C. de ædi. pri. Aut consuetudo uel statutum loquitur in personam, ut puta. § Primogenitus succedat, § & tunc aut defunctus non erat Anglicus sed Papiensis, & tunc ipsum non ligat, nec comprehendit tale statutum, quia dispositio relata ad personas non porrigitur ad forenses, * argu. in l. fin. C. de testa. iuncta l. conficiuntur. §. 1. ff. de iure codici. & quod not. per Bart. in d. l. 1. Aut erat Anglicus, & tunc primogenitus præferédus est omnibus alijs in bonis Anglicanis, in cæteris autem cómuniter succedunt. & ita loquitur opin. Docto. secundùm eum. ego autem crederem in hoc ultimo casu primogenitum in quibuscunque bonis præferendum. nam cum eius persona sit in hoc habilitata per legem municipalem, dicam eam suũ effectum porrigere per quandam consequentiam ad quæcunque loca. arg. eorũ quæ dicta sunt in prima quæstione.

ADDITIONES.

* Qualis numerus, Adde ꝙ in testamentis quæ fiunt in terris ecclesiæ: duo testes cum parocho sufficiunt, secundum cõmunem per Rol. consi. 53. nu. 41. lib. 3. & ibi. nu. 42. quòd testamentum conditum in terris ecclesiæ cum quatuor testibus sine parocho ualet, & ꝓ prima opi. stat Alex. cõs. 47. col. 1. lib. 2. Boer. q. 9. col. 1. part. 2. Alex. consi. 105. nu. 16. lib. 4. 146. num. 5. lib. 2. consi. 17. nu. 9. lib. 3. Masuer.

* Cæcus, Adde, ꝙ licet in l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. dicatur, quòd in testamento cæci debeat ꝓcedere hæredis institutio: sufficit tamen ꝙ sequatur, secundum communem per Rol. consi. 81. nu. 7. lib. 1. & uide Clar. §. testamentum. q. 17. Masuer.

* Aut est uidens, Adde, quid dicen. in semimortuo, an condere possit testamentum, & dic, ꝙ sic, dumtamé sanę mentis foret, & uerba clara concipiens intelligibiliter proferret l. quoniã indignum. C. de testam. l. Pamphilo. §. propositũ, de leg. 3. no. Rom. cons. 306. nu. 5. Alex. consi. 33. nu. 7. lib. 3. cõs. 105. n. 7. lib. 7. Dec. in l. discretis, n. 7. C. ꝙ test. fac. pos. consi. 489. n. 4. Rom. cõs. 179. n. 9. & quid de testamento illius, cui datus fuit Curator tanquam prodigo & mente capto, cum re uera esset sanę mentis, an ualeat; & vide Rom. consi. 385. nu. 8. Boer. q. 23. nu. 80. Masuer.

* Numerus 7. testium. Adde nunquid numerus 7. testium sit de forma substantiali: an uerò sit de forma probatoria? & uide Ias. in l. 1. nu. 17. ff. de cond. indeb. ubi post longam disputationem concludit, quòd sit de forma substantiali, & in l. nemo potest. 1. lec. nume. 13 ff. de leg. 1. ubi. num. 17. concludit esse de forma essentiali & substantiali, & in secũda lec. nu. 23. pro quo uide quæ not. Cla. §. testamentum. q. 56. Masuer.

* Quæro, Adde facere, quæ scribit Ias. in l. ius ciuile, col. fi. ff. de iust. & iur. in l. si a rogator, nu. 40. ff. de adop. in l. cunctos populos, n. 71. C. de sum. Trin. Cagnol in l. fi. n. 28. ff. de iur. om. iud. doc. ad Bar. i Lex facto, col. 1. ff. de hær. inst.

* Cõsuetudo, Adde Gabr. co. opi. lib. 6. tit. de statut. cócl. 11.

* Formam, Adde Tiraq. de iure primig. q. 46. nu. 1.

* Foreses, Adde quæ habent supra for. lib. act. real. ver. veris. post nu. 23. & q̃ scribit Rom. consi. 39. Ias. in l. si arrogator. nu. 42 ff. de adop. Alex. consi. 16. lib. 1. Nat. consi. 184. Rol. consi. 24. nu. 17. n. 29. lib. 3. vbi inter alia dicit, ꝙ statutũ loquens in persona locum nõ hét in foresi, & doc. Bar. in l. Cũctos populos. col 6. ver. sed circa hoc. C. de sũma Trin. & sic stat concl. ꝙ habilitatio uel inhabilitatio personę ad succeden. uel non succeden. cont. ius cõe: non trahitur ad forenses, secundum Paul. consi. 12. col. 4. in fi. lib. 2. & vide quæ scribit Bart. in l. 1. C. de emancip. lib. ubi ꝙ si forensis

faciat hic testamentum, secundum formam statuti huius ciuitatis, ualet. Masuer.

SUMMARIUM.

1 *Institutus in codicillis, an habeat beneficiũ l. fi. C. de edic. di. Adr. toll.*
2 *Testamentum an reddatur suspectum si una tota oratio in eo reperiatur rasa, deinde est emendata.*
3 *Rasura an litera uel syllaba, an reddat testamentum suspectum.*
4 *Testamentum superlineatum, an reddatur suspectum.*
5 *Protocolum testamenti interlineatum, an reddat testamentũ suspectũ.*



1 NON abolitum nec cancellatum. † Quid autem si fuerit institutus in codicillis, an habeat beneficium d. l. fi. Dicunt ibi Doct. ꝙ non, quia talis dicitur succedere ab intestato, ut l. conficiuntur, in prin. ff. de iur. cod. & hæreditas ab intestato non datur, ut supra dictum est, quam opi. confirmat glo. in l. fi. super uerbo. ex more. C. de cod. proponitur autem testamentum non abolitum, quia in prima sui figura debet esse sine aliqua suspicione, uel alio visibili uitio. Si uerò opponeretur uitium inuisibile, puta quia falsum, uel inofficiosum, aut nullum, non haberet impedire missioné, ut l. 2. C. de edi. di. Adr. nisi opponés probare uellet tale uitium incontinenti secundùm Docto. & glo. ibi positam. debet tamen diligenter aduertere opponens & allegans huiusmodi uitium, nam si succumberet, perderet legatum, ut l. Papi. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & l. Polla. & l. alia. C. de his qui. ut indi. & no. ꝑ glo. in l. si ex sextante, in prin.
2 ff. de exce. rei iud. † Circa præmissorum declarationé quæro, Ecce quòd una tota oratio reperitur rasa, deinde est emendata, an testamentum reddatur suspectum, distingue secundum Doct. aut est certum quòd emendatio est facta manu eiusdem notarij, ut quia ipse notarius hoc protestatus est in sua subscriptione, aut est certum quòd est facta manu alterius, aut est dubium. Primo casu dicunt quidã, quòd testamẽtum non redditur suspectum, alij uerò quos sequitur Cyn. dicunt contra, ut not. per eum in l. fin. præal. arg. ad hoc in l. iubemus. C. de proba. & in §. 1. in Auth. de fid. instr. secundo autem casu repellitur testamentum uelut suspectum. arg. in c. licet. §. 5. extra de cri. fal. Tertio autẽ casu subdistinguitur secundùm quosdam aut est rasura in dictione, aut in litera, uel syllaba: si quidem fit in dictione, tunc suspectum redditur testamentum, ut l. 2. & fi. C. de edi.
3 diui Adr. toll. † Si uerò sit in litera uel syllaba, tunc aut illa rasura alterat sensum uel dubitationem inducit circa dispositionis intellectum, & tũc suspectum facit testamentum, arg. in c. fin. extra de cri. fal. Aut non alterat sensum, & tunc non redditur suspectum, arg. in ca. ex literis, extra de fi. instr. & facit quod no. in c. inter dilectos extra eod. titu.
4 † Quid autem dices, si testũ sit superlineatũ, habens inter lineam & lineam aliquid superadditum. an erit suspectũ, dicunt quidam esse distinguendum eo modo quo supra. Alij dicunt simpliciter reddi suspectum, per text. in c. cum venerab. extra de reli. do. & quod no. Spe. in tit. de instru. edi. §. pstremò. ver. item excipitur, quòd est vituperatum.
5 † Rursus quæritur, quid si protocolum testamẽti sit interlineatum modo quo supra, an propter uitium protocoli impediet missio testamẽti inde extracti, non interlineati nec cancellati? vr quòd sic, quia protocolũ est scriptura & matrix ad quã habetur recursus, ut in Auth. de fid. instrum. §. 1. facit quod not. ꝑ gl. c. ꝯ morem, & ibi ꝑ Arch. & 19. di. c. noli frater. & qđ no. per Bar. in l. Semp. onius. ff. de leg. 2. In oppositũ facit, quia lex solùm considerat formam testamenti, quod in iudicio producitur, de protocolo autẽ nihil disponitur, ergo &c. ut l. si uerò. §. de viro. ff. so. ma.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditate iacente quid agendum.*
2 *Reus conuentus possidens hæreditatem si dicat se eam possidere ex alio testamento, quid agendum.*
3 *Quando reperiuntur duo testamenta facta eodẽ tẽpore quid iuris.*
4 *Fideicommissarius uniuersalis an sit legitimus contradictor.*

1 NIVSTE occupauit. † Aduerte, quòd si hæreditas esset uacaus à nemine occupata, non esset utile hoc remedium intentare, sed deberet hæres scriptus sua propria auctoritate ipsam hæreditatẽ ingredi & apprehendere, ut no. Inno. in c. cum in officijs, extra de testa. & supra dixi in glo. 4. & si ista bona, in quibus petitur fieri missio, essent occupata in uita testatoris, cessaret etiam remedium d. l. fi. ut habetur & no. in d. l. fi. & maximè si haberet
2 titulum à defuncto, ut ibi not. † Quid autem dices, si hic Pascalinus conuentus opponat & dicat se hæredem institutum in alio testamento eiusdem testatoris, an per hoc impediretur missio postulata? dicunt gl. & Doct. quòd sic in præalle. l. fi. & erit isto casu legitimus contradictor, & iudex cognoscet prius & terminabit super utroq; testamento, sic tamen quòd posterius præferatur priori, ut in §. posteriore. Insti. qui. mo. testa. infir. nisi fortasse præcedens esset derogatorium subsequentis, ut l. si quis in principio
3 testamenti. ff. de leg. 3. † Verùm pro huius clariori doctrina sciendum est, quòd aliquando producuntur duo testamenta facta eadem die & hora & æqualiter solennia, in quibus sunt hæredes diuersi scripti, nec apparet qđ prius & quod posterius sit conditum. Aliquando producuntur
✻ duo testamẽta, * quorum unum est altero posterius. Primo casu licèt quæstio sit antiqua & sabatina, de qua p glo. & Cy. in l. 1. C. de edi. di. Adri. tol. & l. 3. C. de codi. & per glo. Dy. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de bo. po. secundùm tab. Attamen secundùm eos conclusiuè tenendum est, ꝙ melior est conditio possidentis, quàm petentis: quia regulariter in pari causa. &c. ut l. si ob turpem, cum ibi no. ff de cond. ob tur. ca. facit §. commodum. Insti. de interdi. Et si fortasse tertia persona possideret & agerent ambo contra eam, tunc per concursum se inuicem impedirent, tum quia scripturæ sunt sibi inuicem contrariæ, ut in l. scripturæ diuersæ. C. de fi. instr. & l. optimam, & quod ibi nota. C. de contrahen. & cõ. stip. tum quia dubitatur de viribus utriusque testamenti. ut in l. sed si de sua. versi. cum autem. ff. de acqu. hære. quia probatio deficit super iure alterius. ut in l. duo sunt Titij. ff. de te. tu. In secundo autem casu, cum duo
✻ producuntur testamenta * quorum unum est altero posterius, subdistingue, aut utrunque est ualidum & solẽne omni iure tam ciuili quàm prætorio, & tam iure communi quàm speciali: aut utrunque est inualidum omni iure: aut unum est ualidum de iure communi, & aliud de iure speciali. aut unum est tantũ ualidum de iure cõmuni uel speciali, & aliud est omni iure inualidum: aut utrunque est ualidum de iure speciali tm̃, & inualidum de iure cõmuni.
✻ Primo casu subdistingue, aut primum testamentum * est derogatorium secundi ex testatoris dispositione, & tunc primum præfertur secundo, nisi in secundo expressè pœniteat testatorem de primo & ipsum specialiter reuocet seu casset hoc modo. videlicet si dicat ⸗ Reuoco tale testamẽtum per me factum scriptum per talem notarium. ⸗ uel si dicat, ⸗ Casso, irrito ac reuoco omne aliud testamentum etiã si in eo sint posita aliqua uerba derogatoria sub quacunque uerborũ conceptione ⸗ ut plenè traditur per Bart. & Doct. in d. l. si quis in principio testamenti. ff. de le. 3. & l. si mihi & tibi. §. in legatis ff. de leg. 1. & idem dic per omnia si sit derogatorium per legis auctoritatem. ut in auth. hoc inter liberos C. de testa. Si uerò primum testamentũ non sit derogatorium secundi, tunc p secundũ tollitur primum, siue ex secundo possit adiri hæreditas de iure ciuili, siue de iure pretorio tantùm, licèt eo casu quo possit adiri de iure prætorio tantùm quidam dicunt contrarium, & malè per tex. in l. si duobus. §. si prius ff. de contrata. et ibi plenè not. per Bar. et etiã tangitur per gl. et Doct. in l. cũ in secũdo. ff. de iniu. rup. et irri. test. l. si quis eũ. ff. de vulg. et pup. et facit d. §. posteriore. Insti. qui. mo. test. infir. et l. si quis priore. ff. ad Trebel. Secundo casu principali, cùm utrunque est inualidum omni iure, tunc frustra quæritur de effectu utriusque. quia non entis nullæ sunt operationes, ut l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. Tertio casu principali, quãdo unum est ualidum iure cõmuni, et aliud ualidum iure speciali, debet temporis ordinatio obseruari, ideoque per secundum tollitur primum, ut l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mili. iũcta l. 2. ff. de iniust. rup. et irrito. et d. §. si prius. nisi prius haberet clausulam derogatoriam secundi, ut superius dictum est. Quarto casu, cùm unum est inualidum omni iure, et aliud ualidum aliquo iure: et tunc, aut præcedit inualidum secundum ualidum, et tunc præfertur secundum, arg. d. §. posteriore, cũ sim. Aut econtra præcedit ualidum et sequitur inualidũ, et tunc aut circa secundum inualidum processit testator ad actum uerbi tantum, sine aliqua hæredis institutione, dicendo ⸗ Volo quòd tale meũ testamentum ualeat ⸗ tunc per tale secundum nõ tollitur primum ut in §. ex eo. et ibi no. Insti. qui. mo. te. infi. etiam si testator talia uerba coram septem testibus protulisset secũdùm Bart. ut per eum not. et habetur in l. si iure. ff. de leg. 3. nisi post huiusmodi inualidam dispositionem testato. perseuerauerit in ea spatio decennij, quo casu tollitur primum testamentum, ut habetur in l. sancimus. C. de testa. Aut testator processit ad actũ facti sine aliqua hæredis institutione, puta cancellãdo uel lacerando primum testamentum, et tunc per hunc actum seu uoluntatem tollitur præcedens testamentum, ut plenè no. in l. nostram, et l. hac cõsultissima. §. si quis. C. de testa. Aut in secundo minus solenni processit ad actum communis institutionis hæredis, et tunc aut illud secundum redditur minus solenne ex uitio præteritionis, aut ex uitio alterius deficientis solennitatis, puta numeri testium. In primo casu dicit gl. quòd per secundum non tollitur primũ, ut in l. si filius qui in potestate. de li. et posth. quod etiam sequitur ibi Bart. et alij Doct. in l. cum in secundo ff. de iniust. rup. et irri. test. et l. si quis eum. in fi. ff. de vul. et pu. quæ opi. procedit quando in secundo testõ sunt extranei instituti, secus si uenientes ab intest. per l. si duobus. §. si prius. ff. de contrata. Secundo aut casu dic, aut 2m est minus solemne de iure cõmuni, sed est solẽne de iure speciali quia in eo sunt institui uenientes ab intestato, et tunc per secundum tollitur primum, ut l. hac consultissima. §. si quis autẽ. & ibi plenè no. C. de testa. Aut est minus solẽne omni iure, & tunc per secundũ non tollitur primum, ut d. §. ex eo. & d. §. si quis autem. Tertio casu principali, quãdo utrunque est ualidum de iure speciali, tunc subdistingue: aut utrunque est ualidum iure & priuilegio militari, & tunc per 2m tollitur primum. ut d. l. 2. ff. de iniust. rup. & irri. testa. nisi primum haberet clausulam derogatoriam. ar. d. l. si quis in principio testamenti. cum sim. Aut utrunque est ualidum priuilegio filiali, & tunc per 2m non tollitur primum, nisi in secundo fiat specialis reuocatio primi, vt d. auth. hoc inter liberos. C. de testa. † Sed an fideicommissarius uniuer-
4 ✻ salis sit legitimus contradictor? * distingue secundum glo. & Doct. in d. l. fi. aut enim possidet, & de iure suo vult statim probare, & tunc est legitimus contradictor & impedit missionem: aut non possidet, & tunc non est legitimus cõtradictor. Sequitur in litera.

ADDITIONES.

✻ Duo testamenta, Adde Clar. §. testm̃. q. vl. ver. quæro pone Villal. inter co. opi. lib. 18. ver. testamenta, Dec. consi. 264. Rom. consi. 235. nu. 7. nu. 8.

✻ Duo producuntur testamenta, Adde, quid de reuocatione clausulę derogatoriæ? & Dic, ꝙ non requiritur, ubi pater inter liberos ultimam conficit uoluntatem, quæ ultima uoluntas in fauorem liberorum facta tollit primã, quamuis non habeat reuocationẽ clausulæ derogatoriæ in prima adiectæ, teste Rom. cõsi. 179. nu. 20. 21. & seq. ubi examinat articulum, an & quando secunda uoluntas tollat primam. Qua in materia Adde regulam, ꝙ actus posterior nullus,

nullus, uel inualidus regulariter non tollit precedentem, de qua per Iaſ. in l.ſi quis ante. nu.13.ff.de acq.poſſeſſ. ubi loquitur etiam de teſtaměto, ad materiam autem l.ſi quis in principio teſtamenti.de leg.3. & an, & quando per ſm teſtamentum tollatur primum. ubi erat clauſula derogatoria, vide Bald. in l. ſancimus. ubi Caſtr. C. de teſta. Dec. conſi.145. Soc.conſi. 163. lib. 1. in l.ſi mihi & tibi. §. in legatis, de leg.1. Aret.& Iaſ. in l.2. de lib. & poſth.& qualiter fieri debeat derogatio in teſtamento inter liberos; vide Rub. Alex. conſi.10.col. vlt. & an debeat reuocari in indiuiduo uel generaliter, Aym. conſ.90.quæ clauſula derogatoria intelligitur inter liberos, ſecundū eūdem Aym. conſi.25.Quid de clauſula non obſtante; an & quādo operetur, ubi primum teſtamentum habet clauſulam derog. ſpecialem; vide Fel. in c.nonnulli,col.5.de reſcrip.& quæ ponit Bal.in c.1.§.ſi.de feud.dat. in uicem legis cōmiſſor. & de teſtatore qui reliquit aliquid pauperibus,&quatenus reuocet teſtamentum: vult illud relictum ualere iure donationis inter uiuos. & alia plura notab. vide ibi, ubi etiā Afflic. quid de diuiſione facta in teſtamento per patrem inter filios,an poſſit reuocari? Dic, ut per Rui. conſi.187. lib.2.96.lib.5.24.nu.60.lib.2.26.34.eo.62.lib.3. ubi quòd clauſula derogatoria non tollitur niſi per clauſulam in indiuiduo in ſecundo teſtamento appoſitam, de quo vide eundē Rui.conſi.16.lib.3.conſi.11. 22.lib.2.Paris.conſ.10. lib. 3. Socin. Iun. conſi. 124. nume.43. lib. 1. Grat.conſi. 95. lib. 1. Quibus omnibus adde, ꝙ ſi duo teſtamenta eodem die legantur facta: neutrum ualet, ſecundum Boer. q. 311. nu.3. pro quo vide glo.in l.ſi.ver.miſſus.C.de edic. diui Adr.toll. Alberic. in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acq. hęr. Maſuer.

✱ Aut primum teſtamentum, Adde Iaſ. in l.2. col. 2. & 3. ff. de lib.& poſth. quo autem remedio tollatur prius teſtamentum habens clauſulam derog.ad 2. uide Dilec.de arte teſt.tit.10. c.1. cuius prioris teſtamenti reuocan. formam docet Aret. in §. ex eo autem. nu.9.inſt.quib.mod. teſt.infirm. qua in materia plura not. Aym.conſi.25. Catel. ver. teſtatorem, Alex.conſi.7. lib.4. Dyn. in reg. Quod ſemel. de reg.iur.

✱ Legitimus contradictor, Adde quando fideicommiſſarius dicatur legitimus contradictor: & vide Bart.in l. filiam vbi doc.in apoſtil.ff.ad Trebel. Caſtr.in l.filiam fratribus. ff.eo.tit.Bart.& doc. in l.ſi.C.de edic. di. Adr.toll. & Dic, ꝙ fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor contra hęredem,ſi probat incontinenti de iure ſuo,iux. tradita per Rui. conſi.27.& ſeq.lib.5. cuius rei prac. pro fideicōmiſſario docet Rol.conſi.78.per totum lib.3. Nat.conſi.200. conſi.400.quando autem poſſit autoritate propria poſſeſſionem capere; & poſt captam amoueri, not. Paris.conſi. 53. nu.163. & ſeq. & conſi.ſeq.lib.3. & Dic, ꝙ ſi occupat autoritate propria ante aditam hęreditatem, ut per Dec. conſi.424. vel poſt, tenetur reſtituere, ut d. conſi. & per Rub.conſi.121.col.vl.& conſi.143. Qui fideicōmiſſarius, ut dicatur legitimus contradictor, plura requiruntur, primò, ꝙ probet ſe poſſediſſe ante mortem teſtatoris, uel ꝙ habeat titulum ſimilem prouenien. à teſtatore, & non à diuerſis, & ut quis ſit legitimus contradictor in remedio d.l.ſi. & excludat ius agen. requiritur ꝙ ipſe habeat ius ſuperius, uel æquale, ius ſuperius, ut quia habeat poſſeſſionem, uel titulum cauſatos in uita teſtatoris, ius autem par uel æquale, ut quia habeat ſimilem titulum titulo hęredis ſcripti, ſecundum Bal. in addi. ad Spec. tit. de teſta. ver. ſed pone, Rol. d.conſi.78.nu.27.lib.3.& ideo ille qui contra hæredem in teſtamento allegat habere titulum & poſſeſſionem facto ſeu contractu defuncti; talis dicitur eſſe legitimus contradictor,& non alius,iux.not.per Saly. d.l.ſi.col.5.ver.3.caſu,Bero.conſi.54.nu.13. lib.2. quæ requiſita, ut quis dicatur legitimus contradictor: pulchrè enumerat Rol.conſi.1.nu.71. lib.1.conſi.78. nu.21. lib.3. Neuiz.conſi.33.nu.13. cui adde, ꝙ fideicommiſſarius non dicitur legitimus contradictor, ubi hęres grauati poteſt detrahere legitimam,& Trebel.teſte Alc.conſi.572.& habetur in l.1.ff.& C.quor.leg, not. Rol.conſi.12.nu.8.lib.2. d. conſi.78. nu.23. lib.3. ubi ꝙ legitimus contradictor nō dicitur, qui nunquam poſſedit, & ibi plura ad forenſem uſum utilia, quid in Agnatis,& quando dicantur legitimi contradictores ad impedien. miſsionem in poſſeſsionem bonorum feudalium, & Dic, ut per eundem Rol. cōſ.98. nu.32. num. 47. lib.3.in principali autem articulo de fideicommiſſario Adde, ꝙ ſi ipſe poſsidens conueniatur ab hęrede: opponit exceptionem dolo facis, in duobus caſibus, ut per Aym.conſi.69. nu.2. non tamen impedit miſſionem, donec detracta ſit Trebellianica, ſecundū Boer. q.166. num.2. eſtq; legitimus contradictor, teſte Neuiz. conſi.35.nu.14. Nat.conſi.234.nu.6.nu.7. quid de fideicōmiſſario uniuerſali,an ſit quaſi hęres, & an iura de hærede loquentia In eo etiam locum habeant, & Dic, ꝙ non proprie, ſecundum communem per Alex. in rep. §. quidam recte.col.5.de lib. & poſthu.Soc.conſi.110.col.3.lib.3. & vide Iaſ.in l.cum filiofamil.nu.106 ff. de leg. 1. vbi plura de fideicommiſſario morien. ante reſtitutionem ſibi factā ab hærede, an tranſmittat; vide ibi, & in l.1.§. de illo. & §. ſi is qui 400. nume.7. ff.ad Trebel. ubi an appellatione hæredis ſaltem largo ſumpto uocabulo ueniat fideicommiſſarius vniuerſalis; & quando, ac quo caſu, Declara,ut per eum ibi, cui Adde not. per Dec. in d.l.ſi.nu.26.col.10. C.de edic. di. Adr. ubi doc. in apoſtil. plura ponunt de fideicommiſſario & hęrede, & in quibus differant, & æquiparentur, vide ibi notabiliter, & per Alex.conſi.82.col 3, lib. 2. Maſuer.

SVMMARIVM.

1 *Heres ad obtinendam miſsionem, quæ debeat probare.*
2 *Viuere quilibet præſumitur uſque ad centum annos.*
3 *Mors teſtatoris qualiter probetur.*
4 *In rebus poſſ. ſi.sà defuncto ut alienis an fiet miſsio.*
5 *Bona apud debitorem depoſita tamen non auocantur per hypothecariam.*


POSSIDEBAT & ante & poſt pro ſuis
1 & tanquam ſua. † Aduerte quòd hæres ut obtineat miſsionem, tria probare tenetur. Primò, quòd teſtamětum ſit ſolenne. Secundò, ꝙ res in quibus petitur miſsio, fuerunt in bonis defuncti tempore eius mortis. Sicq; practica erit, cum fieri quæritur miſsio per hæredem ſcriptū, quòd bona ſingulariter deſcribantur in libello,ſeu requiſitione,& probetur tempore mortis defuncti fuiſſe in eius bonis, per quod patet differentia inter petitionem hæreditatis & hanc miſsionem, ut no.in d.l.ſi. Tertiò probare tenetur,ꝙ teſtator ſit mortuus,quamuis enim appareat te-
2 ſtamentum, non ideo præſumitur eū eſſe mortuum, † quia
✱ quilibet præſumitur uiuere * uſque ad centum annos ut l. fin. C. de ſac.ſan.eccl.& l. an uſuſructus ff. de uſuf u.& ſic non poſſet adire hæreditatem. ut l. neminem, & l. hæres inſtitutus. ff. de acqui.hære.cum uiuentis nō ſit hæreditas. ut l. 1. ff. de hære.uel ac.uen. et l. 2. §. interdum. ff. de uul.
3 & pup. † Sed qualiter probabitur de morte teſtatoris
✱ 2? dic ꝙ per famam, uel præſumptionem, uel unum teſtem,ut no. per glo. in l. 2.§.ſi dubitetur.ff.quemadm.teſt. ape. & l.ſi quidem.C.ſolu.matr. & ibi plene per Cy.& per Barto.in l.genero.in ſi.ff.de his qui nota.infa.& d.§ ſi dubi
4 tetur. † Quid igitur dices, ſi defunctus poſsidebat aliqua bona non pro ſuo, ſed pro alieno, ut quia res erant ſibi cōmodatæ,uel apud eum depoſitæ, an in eis fiet hæc miſsio? dicit glo. ꝙ ſic in præalleg.l ſi.& bene ſecundum Doct.& in hoc conuenit cum petitione hæreditatis.ut l. non tan-
5 tum. in princ.ff.de peti.hære. † Hic moueo tale dubium, quare per hypothecariam non auocantur talia bona debitori commodata uel apud eum depoſita, ſicut per petitio-

nem

nem hęreditatis,& per hoc remedium possessorium, cùm per hypothecariam sola possessio auocetur. ut l.cum venditor,in prin.ff.de cui.potest dici q̃ in hypothecaria requiritur, q̃ ius constituatur in rem per debitorem.C.si ali.res pig.da.tit.l.1.cum seq. quod ius non potest constitui nisi ab eo qui dominus sit, uel quasi, sed hoc non est necesse constitui in hærede. cogitabitis.

ADDITIONES.

✠ Viuere, Adde ad Reg. an quilibet uiuere pręsumatur usq; ad centum annos, & vide quæ scribit Viui. co. opi. lib.2. concl.318. ubi ad partes artic. disputat, affirmatiuam tamen approbat,uti magis cõmunem, cõtra doc. in apostil. ad Alex.consi.2.nu.42.lib.5. De cuius ueritate uide Gabriel.co.opi.lib.2.tit.de præsump.concl.16. & Dic, quòd licet militet ea præsumptio, eam tamen allegare oportet,teste Ias. in l.cum quid.col.6.nu.26.ff.si cert. pet.cuius rei prac. docet Alex. consi.27. post nu.7. lib.7. & dixi ad Ias.in l. si is qui pro emptore. nu.192. ff.de usucap.& in l. fi.nu.13. C.de sacr.san.eccl. & concl. prædictam declara, ut per Paris.consi.86.col.fi.lib.4. Dec.& Cagnol. in l.si emancipati.C.de colla. Port.lib.1.cõcl.11.Coras. Miscell. lib.5.c.18. Alex.d.consi.27. post nu.7.lib.7. Ias.in d.l. cum quid col.6.nu.26.ff.si cert.pet. Masuer.

2 Mors testatoris quomodo probetur. vide Bart.in l.quoties.C.de naufra.lib.11.Bar. in l.fi.C.de edi.diu.Adria.tol. Bald.in l.3. C.de proba. Spe.titu.de prob.in §.1.in ver.uerum, glo.in c.quoniam frequenter,in §. porro. ut lit. non cõtest. Lafr. in repe. cap.quoniam cõtra falsam. de prob. Io. And.in add.Spec.tit.de notorio crimine in §.fama.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an sit necessarius in remedio l. fina.C.de edict.diui Adr.toll.*
2 *Pars quando citanda sit in remedio d.l.fi.*
3 *Appellari non potest à sententia lata in casu d.l.fi.*

1 VARE cum prædicta uera sint. † Pro declaratione huius conclusionis libelli reuoco in dubium, an in hac missione obtinenda sit necessarius libellus? dicunt quidã, quos refert Cy.in d.l.fi.C.de testa.quòd sic, & citari debent quorum interest,& si non cõparauerint, procedetur super eodem libello alia mutatione nõ facta, arg.in auth. siue omnes.C.si ut se ab hære.absti.& l.1.C.qui.pe.tut. Alij dicunt, quos sequitur idem Cy.q̃ in aditione iudicis non est necessarius libellus, nisi postquam apparuerit contradictor, unde practica secundùm omnes talis erit, q̃ hæres scriptus coram iudice præsentet suum testamentum non abolitum &c. & apud acta absq; alia solénitate faciat scribi quomodo petit se mitti in possessionem talium bonorũ
2 virtute talis testamenti. † iudex autem hoc uiso & audito faciet citari illos quorum interest,arg.in l.hoc autem,§.1.ff. ex qui.ca.in pos.ea.& eis comparentibus tunc offeretur libellus nominatim contra eos,si fuerint legitimi contradictores & procedetur ordine iuris obseruato,quia secundùm regulam iuris siue agatur aliqua actione, siue officio iudicis, semper libellus offerendus est,si contradictor apparet, ut habetur & no. in l.2.§.dies.ff. quis or. in bo. pos. ser.ubi autem nullus apparuerit,iudex interlocutoriè pronunciabit ipsum hæredem in possessionem mittendum,& sic habes not.q̃ sententia interlocutoria uel diffinitiua dẽt pcedere hãc missioné,uel executioné:&hęc opi.est in usu. Alij tamen uoluerũt dicere & male,nullos esse citandos;si tamen aliquis contradiceret,tunc audiendus esset, arg. in
3 l.2.uel 3.§.si causa,& l.seruus.ff.de bon.poss. † Ad unum tamen attende, quòd à sententia lata super hac missione, siue fuerit interlocutoria, siue diffinitiua, non potest appellari, ut l.1.C.si de momen.pos.& l.quisquis.C.quorum app. non reci.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis sit in aditione hæreditatis.*

1 QVATENVS ex officio uestro. † Hic quæritur, quis sit iudex competés huius missionis, quouis modo in ea procedatur? ubi est aduertendum,quòd longa super hoc est dubitatio,ut refert Cyn.in d.l.fi.C.de testa. tamen concludendo potest iudicis competentia tripliciter considerari. Vno quidé modo inspecta natura ipsius causæ. Alio modo attenta qualitate rei petitæ. Tertio modo ipsius rei & actoris,personarum inspecta qualitate. Primo modo attento distinguendũ est: aut quæritur de ipsa missione re ipsa, & tunc iudex competens est ille qui habet merum & mixtum Imperium, ita intelligatur glo. illa in d.l.fi. Aut quæritur de pronunciatione de mittendo, & tunc quilibet iudex etiam inferior esset iudex competens, ut l.cognitio.§.ut bonorum.ff.de offic.eius cui man.est iuris. Secundo casu principali, cùm attenditur rei qualitas, dic idem: nam quilibet iudex ordinarius est competens huius missionis,maximè is i cuius iurisdictione est res seu hęreditas sita.ut l.a.ff.quemad.testa.aper.& l.fi.C.de edi.diu. Adr. toll. Et pronunciatio super missione, si fortasse aliqua res posita sit in alterius iurisdictione, ille talis iudex, in cuius territorio illa res sita fuerit, ad literas primi iudicis faciet realem missionem in illa.argu.in l. cum unus. §. 1.ff. de bo.auc.iu.pos.& not.in l. à diuo Pio,in prin. & §.1. de re iudic.ad quod faciunt not.per Bart.in l.1. C. de sum. Trin.& fid.cat.in quæstio.quę incipit,sed dubitatur utrum testamentum &c. Tertio uerò casu, cùm consideramus qualitatem personarum tam rei quàm actoris, tunc distingui debet, aut agitur contra certam personam, ut hic, & tunc iudex competens est iudex rei conuenti, ut in l.iuris ordinem.C.de iurisdi.om.iud. Aut agitur contra incertam personam,cùm nullus appareat contradictor, & tunc iudex competens est ille ubi hæreditas iacet, arg. d. l.cum unus,in §.1.nam actiones,seu condictiones ex lege, potestatem suam ubique exercent, ut l.fi.C.de lon. tempo.pręscrip. Sequitur in litera.

PER uestram diffinitiuam sententiam. Petitur autem hic per sententiam declarari super hac missione,quia (ut supra dictum est)sententia requiritur super ea, uel diffinitiua, si contradictor appareat:uel interlocutoria,si nullus contradicit, ut not.Cyn.in d.l.fi. An autem à tali sententia possit appellari? dixi supra,q̃ non,per l. quisquis.C.quorum ap.non reci. & l.1.C.si de mo.pos.fu.app. & tetigi plenius supra in tit. de ap.quæ interpo.ab interlo. Poterit tamen in integ. restit.peti ex causa iusta. ut determinat Iac. But.in l.falsam.C.si ex fal.instrum.facit quod not.in l.cum se. C.si aduer.rem iud. Sequitur in litera.

SVMMARIVM.

1 *Missus semel in possessionem hæreditatis cadens ab ipsa,an iterum benefi. l.fin C.de edict. Diui Adria.toll.possit petere remissionem.*
2 *Hæres scriptus existens in possessione hæreditatis petens se tueri per benef. d.l.fi.an audiatur.*
3 *Missione secuta contra filium testatoris, si dicat postea testamentum patris inofficiosum, an obstet exceptio rei iudi.*
4 *Filius acceptans patris legatum, an possit dicere testamentum patris nullum quia non est in eo institutus.*
5 *Testamentum quando dicatur nullum ratione prateritionis.*
6 *Filius descendens per lineam fœmininam, an possit dicere testamentum aui materni nullum.*
7 *Annullato testamento cogitur hæres scriptus restituere hæreditatem hæredi legitimo.*
8 *Filius institutus in bonis alienis, & extraneus in proprijs, an possit annullare testamentum patris*
9 *Pater tenetur relinquere filio legitimam, de proprijs bonis, non de alienis.*
10 *Stante statuto,quòd filia dotata nõ succedat quousq; filius masculus ex tetit,an præterita filia & instituto filio testamentum possit dici nullũ.*

Filio

11 *Filio praeterito & mortuo antequam impugnet testamentum patris, an testamentum confirmetur uel nullum remaneat.*
12 *Intellectus ad l. si filius in potestate ff. de lib. & posthu.*
13 *Intellectus l. 2. C. de posthu. hær. instituendis.*
14 *Intellectus l. filio præterito. ff. de iniust. rup. test. & num. 16.*
15 *Posthumo præterito quid iuris.*
16 *Testamentum in quo iam natus est præteritus. est à principio nullum.*
17 *Fauorabilior est causa succedentium ab intestato quàm extraneorum.*
18 *Testamentum ex defectu solennitatis probatoriæ, an confirmetur filij uoluntate tacita, uel expressa.*
19 *Fratre instituto cum extraneo dicente testamentum fratris nullum, quia fratrem præteryt & fratre præterito decedenteq́, an extraneus succedat cum filio instituto.*
20 *Testamentum si dicitur nullum ratione præteritionis, an legata ex eo debeantur.*
21 *Auth. ex causa. C. de lib. præteri. quomodo procedat.*
22 *Ius impugnandi testamentum quantum duret.*
23 *Præteritio uel exhæredatio ut teneat, debet in testamento esse inserta causa legitima.*
24 *Legitima filiorum quæ sit.*
25 *In computatione legitimæ, æs alienum prius debet detrahi.*
26 *Legitima filij an possit auferri per statutum.*
27 *Querela inofficiosi cui competat.*



1 C etiam realiter & actualiter mittatis. † Sed
quid dices, si semel inductus fuit in possessio
nem, posteaq; cecidit ab ipsa possessione, an
poterit iterato petere se mitti à iudice in ean
a dem possessionem beneficio [a] d. l. fi. dicunt
Doct. q non, ut not. Cyn. in d. l. fi. quia hoc beneficium non
potest nisi semel intentari arg. in l. q si in diem, in p. inc. ff.
de pet. hær. sicut nec actio fa. ercisc. ut l. si filia. §. familiæ. ff.
fam. ercis. licèt petitio hæreditatis sæpius intentari possit.
ut l. licet. ff. de peti. hær. & no. per Cy. & glo. in l. 1. C. fam.
2 ercisc. † Deinde quæritur, quid si hæres scriptus sit in pos-
sessione hæreditatis, timens tamen futuram litem, petit à
iudice per beneficium dictæ legis finalis, se tueri in dicta
possessione, quæro an sit audiendus? Docto. in d. l. fi. dicunt
q non, quia istud beneficium est adipiscendæ possessionis,
non tuendæ. ut d. l. fi. verùtamen sm Iac. But. in d. l. fi. si mo
ta esset lis uel quæstio contra ipsum hęredem possessorem
per aduersarium petentem ipsam possessionem declarari
nullam & reuocari debere, posset hæres scriptus per mo-
dum replicationis allegare ipsam esse aliquam, & petere
inquantum appareret nulla, ipsam per iudicem confirma-
ri, & sic patet q quædam consequi possunt per modum ex
3 cipiendi, quæ non per modum agēdi. † Rursus quæritur,
ecce q lata sententia super missione ista contra filium te-
statoris, & facta & secuta reali bonorum apprehensione p
scriptum hæredem, agit filius testatoris contra hæredem
scriptum dicendo testamentum nullū uel inofficiosum, &
uendicat hęreditatem, quęritur an sibi obstet exceptio rei
iudicatæ? dic q non. arg. l. & in eadem. §. fin. ff. de exceptio.
rei iudi. quia nil commune habet proprietas cum posses-
sione, ut l. naturaliter §. nihil. ff. de acquir. possess. ad quod
facit l. si de proprietate. C. si à non compe. iu. & hanc par-
4 tem sequitur glo. magna in fi. posita in d. l. fi. † Sed pone q
testator legauit centum filio in testamēto, in quo alius est
institutus, & acceptauit legatum, deinde vult dicere testa-
mentum nullum, uel inofficiosum, quæritur an possit? dic
q non, quia petendo & agnoscendo legatum uidetur ap-
probare testamentum. ut l. non tantum. §. fi. & l. si ex duo-
bus. ff. de bo. poss. contra tab. facit l. parentibus, in fin. C. de
inoffi. test. & ff. de inoffi. test. l. si pars. in fi. & l. pe. & l. post
legatum, in prin. ff. de his qui. ut indi. Sed econtra, si filius
primò dicat testamentum nullum ex defectu solēnitatis, &
succumbat, non repellitur à legato: secus autem si dicat
ipsum testamentum falsum uel inofficiosum; quia succum
bens perdit legatum, & fisco applicatur, ut l. Papinianus.
§. meminisse. ff. de inoffic. test. l. alia causa. & ibi plenè per
Cy. C. de his qui. ut indig. & l. post legatum. §. 1. cum simil.
cuius ratio est, quia non debet quis præmium consequi ex
eo quod nixus est impugnare, ut in c. cum olim. & ibi not.
extra de censi. & in c. ex eo. & ibi per Dyn. de reg. iur. lib. 6.
5 † Nunc reuocari potest in dubium, quando dicatur testa-
b mentum [b] esse nullum ratione præteritionis. & breuiter
dic, q quando filius vel alius descendens testatoris in ip-
sius potestate constitutus non fuit institutus, uel legitimè
exhæredatus, q tunc dicitur præteritus. ut l. 1. ff. de iniu.
rup. & irri. test. & l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posthu. Et
hoc habet locum etiam in filio legitimo tantùm præteri-
to. ut l. certum. ff. de inie. rup. & irri. test. de iure digesto-
rum. sed de iure C. in tali filio hodie aliter distinguitur,
ut habetur in l. cū adoptiuis. C. de adop. & Inst. eo. tit. §. 2.
6 † Sed quid si filius filiæ, qui non est in aui materni potesta-
te, uel alius descendens per lineam fœmininam, fuerit ab
ipso auo præteritus, an poterit dicere testamentum nullū?
Dic q sic olim, sed non per querelam impugnare poterit
testamentum, ut traditur in §. mater. Insti. de exhære. liber.
hodie uero distinguitur, aut est præteritus ex causa legiti-
ma, & expressa, & locum habet ius antiquum. ut in d. §. ma
ter. Aut nulla causa est expressa, & tunc poterit dicere te-
stamentum nullum, sicut quilibet existēs in potestate, quia
hodie expressio causæ est magis de substantia præteritio-
nis, & exhæredationis in omnibus descendentibus per
quācunque lineam, quàm patria potestas, sm Bar. & Doct.
ut not. in auth. ex causa. C. de lib. præte. & ideo de iure no-
uo potest emancipatus pręteritus sine causa dicere ipsum
testamentum nullum. ut deter. gloss. Instit. de exhære. libe.
in princ. & l. maximum uitium. C. de libe. præter. & eodem
modo filius præteritus à matre sine certa causa, potest ho
die dicere eius testamentum nullum, ut not. in d. §. mater.
& per Bart. in l. si mater. in princ. ff. de vulgar. & pupillar.
7 † Quouis autem modo fuerit testamētum ruptum uel an-
nullatum, cogetur hæres scriptus in eo restituere ipsam
hæreditatem ipsi hæredi legitimo, ad quem delata est hæ-
reditas ab intestato. ut l. cum emācipatus. in prin. ff. de cō-
trata. cum sim. ibi no. ut habetur in d. authen. ex causa. &
8 in cor. unde sum. † Quid autem dices de quæstio. quam
ego vidi. Ecce q pater uel mater instituit filium in bonis
alienis, & extraneum instituit in proprijs, an hic filius po-
terit dicere testm̄ nullum? dic quod sic, quia nemini licet
in rebus alienis facere quemquam sibi hæredem. ut not. in
authent. ingressi. C. de sacr. sau. eccl. licèt possit facere le-
gatarium, ut in l. cum alienam. C. de lega. & in §. non solū.
Instit. eod. tit. ergo dicitur filius præteritus. pro hoc facit,
quia omnia iura de filij institutione loquentia se referunt
ad bona propria patris uel matris. ut l. in suis. ff. de liber.
& posth. & l. maximum uitium. C. de libe. præter. & not. in
9 d. authent. ex causa, & in cor. unde sum. † Ad hoc facit, q
pater tenetur de proprijs bonis, & non de alienis relinque
re filio legitimam, alioqui potest filius impugnare testa-
mentum tanquam inofficiosum, ut l. omnimodo. & l. san-
cimus. C. de inoffic. testamen. & l. Papinianus. §. quoniam.
10 ff. eodem. † Sed circa hoc quæritur, pone q statuto ciui-
tatis cauetur, q fœmina dotata non succedat in hæredita
te paterna quousque superuixerit filius masculus, & pater
fecerit testamentum, in quo filium masculum hęredem in-
stituerit, & filiam præterierit, an testamentum erit nullū?
uidetur q sic per l. maximum uitium. C. de liber. præte. In
contrarium determinat Barto. in l. fi. §. 1. ff. ad Ter. ista ra-
tione, quia ille demum filius rumpit testamentum ratione
præteritionis, qui potest succedere ab intestato, & non ali
ter. ut d. l. 1. §. pen. ff. de contra tab. sed hæc fœmina excludi
tur à successione extantibus masculis per statutum, ergo
liquet ipsam ratione præteritionis eius non posse infringe
re testamentum, sed stabit in pendenti, secundum eum, do-
nec filius institutus superuixerit. eo autem mortuo post
aditam hæreditatem patris nullis ex eo superstitibus libe-
ris, poterit ipsa mulier uendicare hæreditatem patris se-
cundum

cundùm eum, aliter autem esset si statutũ absolutè diceret, {Quòd fœmina non succedat extantibus masculis} quia tunc repelleretur à successione paterna, tam uiuo, quàm mortuo eius fratre masculo. Sicq; patet ꝙ longa est differentia, an statutum loquatur sub hac cõditione: {Vsque uel donec uixerit masculus, & similia.} An simpliciter dicat {Quòd fœmina non succedat &c.} dic ut ibi per eum. Ex præmissis patet quod in ciuitate Papiæ, in qua uiget illud statutum quo disponitur {Quòd extantibus agnatis usque ad quintum gradum inclusiuè, non admittãtur cognati ad successionem defuncti} est necesse testatoribus etiam descendentes ex linea seu per lineam fœmininam instituere
21 re uel exhæredare. † Vlterius quæritur. Ecce ꝙ filius fuit præteritus, & antequam impugnaretur testamentum, mortuus est, quæritur an testamentum cõfirmetur, uel nullum maneat? Vbi notandum est, ꝙ uariæ circa hoc sunt opin. Doct. ut plenè no. in l. filio præterito. ff. de iniusto ru. testa. & per Cyn. & alios in l. 2. C. de posthu. hære. instit. attamen conclusiue sic distingue, aut fuit præteritus filius natus, aut posthumus nasciturus. Primo casu aut moritur ipse filius
22 in uita testatoris, aut post eius mortem. † Siquidem moritur testatore uiuente, tunc subdistingue, aut erant in ipso testamento instituti extranei, qui aliàs non erant ab intestato successuri, & tunc testamentum rumpitur, & nullum remanet, nec filij morte confirmatur, ut l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthu. quæ lex debet sic intelligi. facit Inst. de exhæ. lib. in princ. & ibi no. Aut testamento erant instituti uenientes ab intestato, & tunc morte filij confirmatur testamentum, ut l. posthumus. ver. idem circa. ff. de
23 iniusto rup. & irri. testa. † Si uerò filius moritur post mortem testatoris, tunc secundùm ueram opi. licèt aliqui aliter sentiãt, dic, ꝙ aut loquimur de rigore, & nullo modo con
24 firmatur. sic intelligitur. l. C. de post. hær. institu. † Aut loquimur de æquitate, & tunc confirmatur, siue in eo sint instituti extranei, siue uenientes ab intestato, & siue ipse filius expresè approbet testamentum, siue taceat, ut d. l. filio præterito, quæ sic est intelligenda, quæ quidem æquitas cùm sit scripta in iure, præfertur rigori, ut d. l. 1. C. de
25 leg. & l. placuit. C. de iud. † Secundo autem principali casu, quando posthumus fuit præteritus, tunc distingue ut supra, nam aut posthumus decedit in uita testatoris, aut post eius mortem. Si in uita, tunc siue sint instituti extranei, siue uenientes ab intesta. testamentum confirmatur æquitate prætoria, non ciuili. ut d. l. posthumus. in prin. primo respon. & quò adhoc differt posthumus à iam nato filio, nã in filio iam nato, fit differentia inter personas institutas, ut dictum est: huius autem differentiæ ratio potest esse, quia testamẽtum in quo posthumus est præteritus, est aliquod à sui principio, sed ipsius posthumi natiuitate rumpitur. ut
26 d. l. 2. † Illud autem testamẽtum, in quo iam natus est præteritus, est à sui principio nullum, ut in l. 1. ff. de in. rup. & irri. testa. unde quod ab initio fuit aliquod, facilius uires reassumit, quàm quod fuit nullum, arg. in l. testamentum, & quod ibi no. ff. de testa. in l. 3. in fi. ff. de libe. & posthu. & l. si unus. §. pactus ff. de pac. Si autem moritur post mortẽ testatoris, tunc siue illico, siue ex interuallo non confirmatur de rigore iuris ciuilis. ut d. l. 2. C. de posthum. hær. inst. quæ sic intelligitur: sed de æquitate prætoria bene confirmatur per casum d. l. filio præterito. immo secũdum aliquos inspecto iure prætorio nullo modo fuit ruptum, ut habetur & no. in l. 2. ff. de contratab. Ex hoc patet ꝙ d. l. filio præterito. potest locum habere etiam in filio posthumo. fuit autem in hoc casu dominus Barto. in sing. opin. dicit enim aduertendum esse, an posthumus decedat in tali statu, in quo possit sibi tacita approbatio imputari, & tunc confirmatur: an non, & tunc non confirmatur, arg. in l. si impubes, in fi. ff. de carbo. edi. opi. hæc reprobatur & meritò, quia debet facilius simpliciter cõfirmari in posthumo, quam in iam nato, iuxta rationem prædictam. uel potest distingui in hoc casu sicut in superiori, an sint instituti ue-nientes ab intestato, uel extranei. Primo casu loquitur l. 2. C. de posthu. hær. sicq; secundùm hoc mortuo posthumo post mortem testatoris, non est differentia inter eum & filium iam natum, quia ut obique distinguendum est in-
17 ter eum & institutos. † Et ratio erit, quia fauorabilior est causa succedentium ab intestato, quam extraneorum, ut
18 l. si duobus: §. si post. ff. de contratab. † Sed an testamentum ex defectu solennitatis probato: ia, puta numeri testium confirmetur uoluntate filij tacita uel expressa? dic quòd non, ut no. in l. non dubium. C. de testa. Si tamen scienter ipse filius impleat uoluntatem testatoris soluẽdo legata uel promittendo soluere, non poterit repetere. ut
19 l. 2. & l. si ueritas. C. de fideicom. & l. fin. C. ad l. fal. † Inde quæritur, supra dictum est, ꝙ taciturnitas filij præteriti operatur confirmationem testamenti. Pone ergo duos esse fratres in potestate, quorum unus est præteritus, alter uero institutus cum extraneo, modo frater institutus beneficio præteriti dixit testamentum nullum, quod facere potuit per l. post mortem. in fi. ff. de contrataq. deinde frater ꝑteritus tacuit & mortuus est, ita ꝙ eius taciturnitate cõfirmatum est testamentum per d. l. filio. Extraneus autem uult petere partem suam hæreditatis ex testamento, quæritur an possit, uidetur ꝙ non, sed alteri fratri superstiti deferatur tota hæreditas ab intestato per ius accrescendi argu. in l. 1. §. fi. ff. si tab. te. nul. exta. in Auth. ut cum de app. cog. §. siue igitur. versic. sinautem. In contrarium determinat Barto. in d. l. filio. per l. nunquam, in princ. & l. is qui. §. sed si solus. ff. de leg. præstan. & l. 2. §. sed si sit consanguineus. ff. ad Tertul. Nec obst. d. l. 1. in fi. quia debet intelligi, quando præteritus expresè dixit testamentum nullum,
20 secus autem si tacuit, quod multum no. † Amplius quæritur, quid si testamentum dicatur nullum ratione præteritionis, uel inofficiosum, an legata in eo relicta erunt præstanda? dic breuiter, ꝙ olim nullo modo præstabantur, sed omnia ad nihilum reducebantur, ut l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoffi. testa. cum sim. ibi no. hodie autẽ præstantur, nam uitium interueniens circa præteritionem, uel exhæredationem non se extendit ad legata. ut in auth. ex causa. C. de lib. præter. & in corpore unde sumit. & procedit hoc in præteritione, tam paterna quam materna secundũ communem opi. licèt Iac. But. quem sequuntur aliqui &
21 malè, teneat † ꝙ d. auth. solùm procedat in præteritione materna, & non in paterna, sed in paterna firma remanent iura antiqua. Item procedit d. authen. siue sit filius iam natus, siue posthumus præteritus uel exhæredatus, siue scienter, siue ignoranter ſm communem opi. Alij uero faciunt differentiam inter filium iam natum & posthumum, dicentes ꝙ si filius iam natus præteritus sit uel exhæredatus, tũc legata debẽtur, ut d. authent. ex causa. & in hoc corrigẽtur iura antiqua. Vbi autem præteritus uel exhæredatus sit posthumus, tunc debentur legata, & hoc casu firma remanent, & incorrecta iura antiqua, ut l. 1. C. de post. hære. inst. & l. si quis testamento. ff. de leg. 2. cum sim. quam op. secuti sunt Dyn. Ray. & Iac. Butr. Priorem uerò opin. sequitur Cyn. & Iac. de Are. quam opi. confirmat gloss. in l. generaliter. §. testamento. ff. de fideicom. lib. & in l. bona. §. fin. ff. de capt. & in l. si pater. ff. de fideicom. lib. & ff. de test. tute. l. 1. & l. 2. ff. de le. 2. l. si quis in testamento. & in l. 1. C. de codi. Alia fuit opin. Barto. in d. authen. ex causa, sic dicentis, ꝙ solum attendi debet sciẽtia uel ignorãtia testatoris, circa præteritionem uel exhæredationem interueniens, non autem qualitas personarum ipsorum filiorũ. Aut ergo secundùm eum, testator scienter præterit uel exhæredat filium iam natum uel posthumum, & tunc legata debentur. ut d. authen. ex causa. & quò ad hoc corriguntur iura antiqua. Aut ignoranter, & tunc legata non debentur, & hoc casu stant incorrecta iura antiqua, argu. in l. si cum uel in utero. C. de testa. milit. & l. qui iure militari. ff. eod. tit. puto quòd opi. Cy. & sequaciũ sit æquior,
22 & uerior. † Sed quantum durat ius impugnandi testamen-

mentum, dic aut impugnatur uitio nullitatis, & tunc durat 30. ann. ſicut cętera iura, ut Inſt. de perpe. & temp. ac. in princ. & no. in l. quidam in ſuo ff. de codi. inſt. per Bar. Aut impugnatur uitio crudelitatis, ſeu impietatis tanquam inofficioſum, & tunc durat quinquennio, ut l. Papinianus, in fi. ff. de inoffi. teſta. & l. ſi quis filium. in fi. C. eo. tit. facit l. 2. C. in qui. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. & procedit hoc tam in uim agendi, quam excipiendi, ut d. l. Papin. d. l. ſi fi-
23 lius. † Aduerte tamē ad hoc, ut teneat præteritio, uel exhæredatio, debet in teſtamento eſſe inſerta cauſa legitima, & à iure approbata, ut in §. cauſas. in Authē. ut cū de app. cogn. quam tenetur hæres probare ueram eſſe, quia nō creditur teſtatori, ut ibi, ſicut nec iudici, ut in c. quonia contra falſam. extra de proba. probata autē cauſa per hæredem, filius excluditur ab uniuerſa ſucceſsione, etiā à legitima, ut in d. §. cauſas, in fi. & §. liberi. in fi. C. de inoffi. teſt. & no. in d. l. Papinianus. §. qm̄ autem quarta, ſi uerò non fuerit probata cauſa, admittitur ipſe filius ad debitam portionē ab inteſtato, ac ſi nō fuiſſet præteritus, uel exhæredatus, ut l. omnimodo. & l. ſancimus. §. repletionem. C. de inoffic.
24 teſta. † Iſta autem filij legitima ᶜ olim erat quarta pars
c illius portionis hęreditariæ, quæ ſibi deferebatur ab inteſtato. vt d. §. quoniam. & l. parentibus. C. de inoffi. teſta. hodie uerò eſt uel tertia, uel dimidia ſecundum numerū libe. vnde uerſus ❡ Quatuor, aut infra dant natis iura triētem. Semiſſem uerò dant natis quinque, uel ultra ❡ ut in authē.
25 nouiſsima, & ibi no. C. de inoffic. teſta. † attende tamen ꝙ in computatione huius legitimæ prius detrahi debet omne æs alienum, ut d. §. quoniam. in fin. & probatur in l. 1. §. fi. ff. ad Treb. & l. ſucceſſores. ff. ſi cui plusquam per l. fal. & plenè no. per glo. & Cy. in l. cum à matre. C. de rei vend. &
26 in l. ſancimus. §. in computatione. C. de iur. delib. † Sed dubitatur & aſsidue in practica contingit ſæpe, an legiti-
d ma filij poſsit auferri per ſtatutum, ᵈ ſeu legem municipalem. ſuper quo ſunt uariæ opinionem Dy. tenuit ꝙ ſic in regula indultum, Ricar. Mal. tenuit ꝙ poſsit minui, ſed non in totum auferri, de quo plenè no. per Cy. in l. ſancimus. C. de nup. & per Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. quod no. pro ſtatutis, quæ diſponunt ꝙ
27 filia ſit eius dote contenta &c. † Notan. etiam ꝙ querela inofficioſi teſtamenti competit illi ſoli, qui obtinet primū gradum ſucceſsionis, ut in l. pater filium, & ibi per Bart. ff. de inoffi. teſta. & glo. in l. ſi quis exhæredato. in princ. ff. de iniu. rup. & irri. teſt. & no. Azo in ſum. C. de inoffi. teſta. & glo. in l. neptem. C. eod. ideoque poteſt filius, ſi eius filium inſtituat hæredem, præterire patrem & matrem, nec eis dabitur querela contra filij teſtamentum, quia non obtinent primum ſucceſsionis gradum. Iſta autem querela, de qua præmiſimus, & per quam impugnatur teſtamentum tanꝗ inofficioſum, tranſmittitur in filij hęredem, etiam nō præparata, ſeu lit. non conteſt. licèt olim ſecus eſſet. ut habetur in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſta. patet ergo, ꝙ teſtamentum poteſt impugnari quatuor modis, uidelicet dicendo ipſum nullum ex defectu ſolennitatis, & nullum ex defectu præteritionis: & nullum ex defectu pietatis: & falſum ex defectu ueritatis.

ADDITIONES.

a Beneficio. Adde Spe. in tit. de teſta. §. ſequitur, verſi. quid ſi miſſus in poſſeſsionē, quem citat Alber. de Roſa in d. l. fi. col. antepe. ver. item quæro ſi ſcriptus miſſus fuit, Io. Fabr. in d. l. fi. col. 2. ver. Item nec hæres, Saly. ibi col. 2. ver. ſecundò quæro quid de fideic. Pet. Ia. in tit. de fideicom. Quos omnes & plures alios citat Tiraq. in ſuo tracta. Le mort Sayſit. 4. declaratione ſepti. par. nu. 2. & 3. Zilettus.

b Teſtamentum nullum ratione præteritionis, uide Bald. in l. ſi cū. C. de teſtam. mil. Bal. in auth. ex cauſa. ff. de lib. præt. Bart. in l. cum quis. C. de iur. & facti ign. Bal. in addit. Spe. in tit. de teſt. in verſ. ſi pterita. & ibi Spe. in verſi. pone bis.

❦ Teſtamentum nullum, Adde, ꝙ teſtm̄ eſt nullum præteritione filij, etiam cum inſertione cauſæ, niſi ſit emācipatus, ſecundùm glo. cōmuniter approbatam. in §. exhæredatos. de hær. & Fal. Bar in l. filio præterito, de iniuſt. rup. & in l. Gallus. §. in omnibus. de lib. & poſthu. Iaſ. in auth. ex cauſa. nu. 8. ver. an autem quando filius emancipatus eſt. C. de lib. præter. fallit prædicta concl. ſi filius conſenſerit, quia tunc ualebit teſtamentum, gloſſ. Bart. & Doc. in l. ſi quando C. de inoff. teſt. Alex. Bal. & Iaſ. in l. poſthumo. C. de bono. poſſ. cont. tab. Boer. q. 96. in princ. in præd. cta autem materia præteritionis Adde, quod teſtm̄ nullum præteritione filij ſuſtinetur in vim fideicommiſsi per clauſulam codicillarem, ſecundùm magis communem per Dec. conſi. 228. in prin. Neuiz. conſi. 54. nu. 4. Maſuer.

c Legitima filij. glo. in auth. nouiſsima, & ibi Doct. C. de inoffi. teſta. & in l. nuper. eod tit. Bart. in l. quoties. C. de hær. inſtit. Domi. in c. Raynutius. de teſta.
Adde Ange de Vbal. in conſi. 105. incip. ſtatuto cauetur. col. fi. verſi. contrarium uidetur. Pau. de Caſt. in conſi. 29. incip. circa primum quæſitum. col. pen. verſi. cōſtat autem. in 2. vol. Zaba. conſi. 151. incip. quod autem. Franc. Aret. conſi. 19. incip. ex facto præſupponitur. col. 2. verſic. & procedendo breuiter. Pari. in conſi. 16. incip. circa præſentem cōſultationem. nu. 67. in 2. vol. & conſi. 23. incip. licet dñs Naynus. nu. 4. eo. uol. & conſi. 37. incip. Domina Diamantes, num. 19. in 3. volu. Maria. conſi. 54. incip. Viſis ſcripturis. nu. 8. in 1. vol. & conſi. 254. incip. in cauſa Ser Iacobi. nu. 8. eod. vol. & Maria. Soz. Iunio. in conſi. 25. incip. in teſtamento nobilis viri. nu. 10. 11. in 1. vol. in conſi. 124. incip. viſo puncto ſuperius expoſito. nu. 10. in 2. volu. & in conſi. 79. incip. Sereniſsimi Phil. nu. 42 in 3. vol. Zilettus.

d Vtrum legitima filij tolli poſsit per ſtatutum uide Pau. de Caſt. in auth. nouiſs. C. de inof. teſta. Cy. & Bald. & Doct. in l. ſancimus. C. de nup. Bal. in l. cum l. C. de epiſc. & cler. Bal. in l. 1. in §. ius naturale. de iuſt. & iur. Ang. in l. quod de bonis. in §. fi. ff. ad legem fal. Specu. tit. de inſtr. edi. in §. cōpendioſe. Io. And. in regula indultum. de reg. iur. lib. 6. in in mer. Io. de Imo. c. cū cauſam. de iureiuran. Fed. de Sen. conſi. 75. & in cōſi. 275. Ludo. Roma. cōſi. 132. & in conſi. 32. Pau. de Caſt. conſ. 76. & in conſi. 232. Oldr. conſi. 170. Albe. de Roſ. in tract. ſta. in 2. parte. q. 104.
Vide additionem meam gloſ. ver. Coram, forma libel. pro lega. rei ſingul. nu. 70. Corn. in conſi. 107. incip. in hac conſultatione, per to. in 2. vol. Gozad in conſ. 43. nu. 21. cum ſeq. & Maria. Sozin. Iun. in conſi. 25. incip. caſus iſte. nu. 26. in 1. vol. Zilettus.

❦ Legitima auferri per ſtatutum, Adde, ꝙ licèt legitima ſtatuto minui poſsit: & in hoc omnes Doc. conueniant, teſte Rom. conſi. 16. in fi. ſecundum communem per Aret. tract. teſta. ver. nolens inteſtatus decedere. col. fi. num. 27. Dec. conſi. 106. num. 4. magna tamen eſt controuerſia, an in totum tolli poſsit? & pro affirmatiua dicunt ſtare magis cōmunem opi. Abb. conſi. 75. col. pen. lib. 1. Doc. in l. iura ſanguinis. de regu iur. negatiuam tamen æquiorem dicit Alex. conſi. 211. lib. 7. priorem autem, ꝙ per ſtatutum legitima auferri poſsit: de qua per Dy. in c. Indultum. de reg. iur. lib. 6. ſequitur Ang. conſi. 105. Io. de Ana. conſ. 4. Capra. conſi. 16. 151. Corn. conſi. 100. num. 6. lib. 3. Dec. conſi. 372. num. 4. Cur. Iun. conſi. 153. num. 16. Alexan. conſi. 3. 211. nu. 3. 168. lib. 7. de quo uide quæ ſcribit Nat. conſi. 309. col. 4. & col. fi. vbi temperat concl. procedere, ſaltem exiſteñ. cauſa, & conſi. 201. num. 8. nu. 10. & magis communem dicit Cagnol. d. l. iura ſanguinis. num. 5. Alc. de præſump. reg. 1. præſump. 8. Cur. Iun. conſi. 10. num. 2. nu. 7. Aym. conſi. 236. nume. 2. Boer. q. 188. nu. 6. qu. 204. num. 12. Brun. de ſtatut. exclu. fœm. artic. 9. 1. qu. princip. plura not. Aufr. ad Capel. Toloſ. q. 437. ubi dicit unum notab. in pract. quò ad Pontificios & Cęſareos Doc. inter ſeſe diſsideñ. qui tamen conciliantur per Doc. in d. l. iura ſanguinis, & Alc. d. præſum. 8. Maſuer.

MIS-

MISSVMQVE defendatis. Hoc enim pertinet ad iudicis officium possessorem tueri in eius possessione, ut ff. ne uis fiat ei qui in poss. per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones legitimæ sunt admittendæ.*
2 *Defensio legitima nemini est deneganda.*
3 *Rescriptum, propter quod procedatur in causa, nulla obstante exceptione, qualiter intelligatur.*
4 *Possessor restituens hæredi scripto hæreditatem, an teneatur ad fructus perceptos.*



1 ONTRADICTIONIBVS & exceptionibus. † Hoc debet sane intelligi, videlicet quando sunt tales exceptiones, quę de iure non sunt admittendæ, quæ ponuntur in d.l.2.C.de edi. diui. de quibus no. in
2 d.l.ii. ut supra dixi. † Aliæ autem exceptiones legitimæ sunt audiendæ, & examinandæ, quia defensio legitima nemini est deneganda, cum sit de iure naturali, ut l. ut uim.ff. de iustit. & iu. l. 1. C. unde ui. & in cle. pastoralis. extra de re iud. facit l. scientiam. §. qui cum aliter. ff.ad l.
3 aquil. † Hinc est, quod si Papa, uel princeps rescribat
a iudici, quòd in causa procedat exceptione [a] non obstante, uidetur remota sola exceptio friuola, non autem legitima, ut in c. ex parte, & quod ibi not.extra de offic. deleg. & not.per Barto.in l. 1.ff.quod ui aut clam. Sed pone quòd iste Pasqualinus dicat se expendisse utiliter, uel necessariò in rebus hæreditarijs, an sit audiendus? dic quòd sic, ut l. si quid possessor.ff de pet. hær. procedit hoc in bonæfidei possessore. In malæfidei uerò distinguitur, an res sit ex illa impensa melior facta, & tunc auditur, aliàs se-
4 cus, ut l. planè. & l. quod si sumptus. ff. de pe. hære.† Sed quid si iste Pasqualinus fructus ex his bonis percepit, an tenebitur eos restituere hæredi scripto? dic quòd aut fuit malæfidei possessor, & tunc siue fructus extant, siue cõsumpti sunt, tenetur ad restitutionem. Aut fuit bonæfidei, & tunc subdistinguitur, aut fructus extant, & tunc tenetur eos restituere. Aut sunt consumpti, & tunc tenetur quatenus est factus locupletior, & non ultra, ut hæc omnia habentur, & probantur in l. illud.§.prædo. & l. quòd si sumptus. cum l. seq. & l. cum hæreditas. & l. ancillarum. & l. sed & si lege. §. sed si fructus. & l. item ueniunt. §. fructus. & ibi no.ff.de petit.hæred. licèt ubi agitur actione singulari, aliter distinguatur, ut traditur per gloss. in dict.§ fructus. & latè scripsi supra in primo lib. in gloss. super verbo { Simul cum fructibus. } Sequitur in litera.

ADDITIO.

a Nulla exceptione. Adde, & vide Peru. in c. pastoralis, de appe. & Alex. de Imo. in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur. vbi dicit quòd non intelligitur exclusa exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis nec etiam excepti. comprehensa à statuto, stante statuto quòd nulla excepti. opponi possit.

ET prædicta petit. Hanc clausulam declara cum alijs sequentibus clausulis, ut plenè scripsi in d.primo lib.

Forma libelli pro hæreditate ab intestato delata.



CORAM vobis. Agit & in iure proponit Musellus de Salerno hæres & hæreditario nomine infrascripti Bernardi, contra & aduersus Thomasinum de Barachis, & cõtra quamcunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem. Dicés quòd q. Bernardus de Salerno certo tempore elapso, diem suum clausit extremum, nullo condito per eum testamento, nullisq; ex eo superstitibus liberis, nec aliqua alia persona proximiore in gradu ipsi Bernardo quàm sit dictus Musellus, cuius rei causa hæreditas, & bona d.q. Bernardi fuerunt, & sunt ab intestato deuoluta ad ipsum Musellum, & ad eum iure proximitatis, tanquam proximiorem pleno iure spectauerunt, & pertinuerunt, & hodie spectant, & pertinent ad ipsum, quam hæreditatem adiuit, & adit ex causa prædicta. Item dicit, & proponit idem Musellus, quòd dictam hæreditatem, res, & bona hæreditaria uniuersa præfatus Tho. certo tempore elapso emit, & possedit, & adhuc hodie tenet, & possidet, indebitè & iniustè, ipsamque hæreditatem, res, & bona hæreditaria indebitè & iniustè dimittere, & relaxare, ac restituere dicto Musello hæreditario nomine recusauit, præsentialiterque recusat. Quare cum prædicta uera sint, petit, & requirit præfatus Musellus hęres hęreditario nomine, quo supra, quatenus per uos, & officium uestrum, & omni alia uia, iure, & forma, quibus melius fieri potest, pronuncietis, & declaretis hæreditatem, resq;, & bona hæreditaria antedicta suprascripti q. Bernardi spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere pleno iure dicto Musello tanquã agnato, & proximiori ipsius q. Bernardi. quòdque condemnetis præfatum Thomasinum uersus dictum Musellum, & condemnatum iuris remediis compellatis ad dimittendum, & relaxandum, tradendum, & restituendum eidem Musello dictam hæreditatem, resque, & bona hæreditaria prædicta, simul cum fructibus perceptis per ipsum Thomasinum ex hæreditate, & bonis antedictis, & qui percipi potuerunt, ac etiam in omnibus damnis, interesse, & expensis passis, & factis, & in futurum fiendis, & patiendis. Et prædicta petit per uos fieri &c. deducendo in præsenti iudicio &c. saluo iure addendi &c. non tamen se astringens &c.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditatis petitio datur, tam ex testamento, quàm ab intestato.*
2 *Ius adeundi super hæreditate, durat solum anno.*
3 *Ius deliberandi transmittitur ad omnes hæredes.*
4 *Trasmissio hodie fit æqualiter, tam per emancipatum, quàm per suum.*
5 *Speciale est in infante, quòd per eũ transmittatur hæreditas nõ adita.*
6 *Transuersalium hæreditas non adita non transmittitur.*
7 *Is in quem facta est transmissio semel, si decedat non adita hæreditate, an eam transmittat ad suum hæredem.*
8 *Quid ueniat in hæreditatis petitione.*
9 *Volens agere ad rem singularem hæreditariam, potius debet agere rei vendic. uel publiciana, quàm petitione hæreditatis.*
10 *Rei vendic. & hæredita. petitio, an simul intentari possit.*




1 CORAM vobis. † Hic in præsenti libello intentatur hæreditatis petitio, quæ datur tam ex testamento, quàm ab intestato, ut l. 1. 2. & 3. ff. de peti. hæred. & durat 30. ann. ut l. licet. & ibi not. de iur. & delibe. & l. hæreditatis. C. de petit. hær. & l. hæreditatem. C. in qui. cau. cess. lon. temp. præscr. sicut etiam durat ius, & facultas hęreditatis adeundę, ut d. l. licet. † Ius autem deliberandi
2 super adeunda hereditate durat solùm anno, ut l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & ipsius iuris fit transmissio in hęredem hæredis quemcunque, siue extraneum, siue suum, cum potestate adeundi, uel repudiandi, ut d. l. cum antiquioribus. Anno uerò elapso hæreditas non adita non transmittitur regulariter, nec ius aliquod adeundi, ut l. quoniam. C. de iur. delib. & l. 1. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. nisi sit filius minor infante, qui hæreditatem omnium suorum ascendentium transmittit non aditam, etiam post annum in eius descendentes, ut l. 1. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. & l. 1. C. de his qui ante ape.

ape. tab. immo etiam ad omnes. Cuius gratia circa tranſ-
miſsionem hæreditatis duo ſunt conſideranda principali-
3 ter. † Primò, an ius deliberandi tranſmittatur, & dic
quòd ſic ad omnes hæredes ſiue ſint aſcendentes, ſiue
deſcendentes, ſiue extranei, ut l. cum antiquioribus. C.
de iur. delibe. Secundò eſt conſiderandum, an hæredi-
tas non adita, & ſic ius adeundi tranſmittatur. Et in hoc
eſt diſtinguendum, aut ille qui deceſsit hæreditate non
adita erat infans, & tunc aut erat hæreditas paterna, uel
materna, & tunc tranſmittitur in eius aſcendentes utriuſ-
que lineæ: aut erat hæreditas extranei, & tunc ſecundùm
cõmunem Doct. opi. etiã illa tranſmittitur tam ad patrem
quàm ad matrem, & alios ſuperiores utriuſque lineæ, per
l. ſi infanti. C. de iur. delibe. & not. per Barto. in l. ven-
tre. ff. de acquir. hære. & l. ex militari. ff. de teſta. milit. &
l. 2. §. ſi quis ex liberis. C. ad Tertul. & per Iacob. But. in
d. l. cum antiquioribus. & per Cyn. in dicta l. ſi infanti. li-
cèt Iaco. de Bel. male dicat in Authen. de trien. & ſemiſ.
quòd infans extraneus hæreditatem non tranſmittit ad
eius matrem, nec ad alios ſuperiores ex linea materna, ſi-
cut facit ad patrem. Aut ille qui deceſsit hæreditate non
adita, erat maior infante, & in hoc ſubdiſtingue tres prin-
cipales caſus. Quandoque enim quæritur de tranſmiſ-
ſione hæreditatis paternæ, uel maternæ fienda per filium,
uel alium deſcendentem. Quandoque quæritur econuer-
ſo de tranſmiſsione hæreditatis filij, uel nepotis, aut al-
terius deſcendentis fienda p eorum aſcendentes. Quando-
que quæritur de tranſmiſsione hæreditatis tranſuerſaliũ,
puta fratrum uel conſanguineorum inter ſe, uel aliorum
extraneorum. Primo caſu, dum quæritur de tranſmiſsio-
ne hæreditatis aſcendentium, puta paternæ, uel maternæ
fiendę per eorum deſcendentes, ſubdiſtingue. Aut lo-
quimur in filio, uel nepote in poteſtate defuncti conſtitu-
to, & per eum ſit indiſtinctè tranſmiſsio in quoſcunque,
tam aſcendentes, quàm deſcendentes, quàm etiam extra-
neos, ſecundùm communem omnium Docto. opi. ut pro-
batur in dicta l. ex militari. §. fin. ff. de teſta. milit. & l. hæ-
reditatem. §. ſi filius. ff. de caſt. pec. & l. Lucius. ff. de iur.
fiſc. & not. in l. apud hoſtes, per Cyn. C. de ſuis & legi. &
plenius per eum in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. & l.
2. C. ad orfi. & l. 3. C. de iur. delib. & Bart. in dicta l. vẽn-
tre. Aut loquimur in filio uel nepote emancipato, & tunc
ſi habet deſcendentes ſit in eos tranſmiſsio, ſecundùm
omnes Docto. per l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. ſi ue-
rò habet ſolos aſcendentes, puta auum, uel matrem, &
tunc ſecundùm opin. gloſſ. traditam. in l. 2. C. ad orfi. &
in l. apud hoſtes & dicta l. 1. ſit in eos traſmiſsio de æqui-
tate. d. l. 1. de his qui ante aper. tab. quam opin. ſequitur
Iacob. Butr. ſed Cyn. & Iac. de Aret. uidentur ſentire con-
trarium in dicta l. 2. ad orfi. & dicta l. apud hoſtes, quo-
rum opin. ſequitur Barto. in dict. l. uentre. Aut habet ſo-
los collaterales, uel extraneos, & tunc de iure ueteri pla-
num eſt, quòd non ſit tranſmiſsio, ut dicta l. 2. ad orfic.
ſed iure nouiſsimo, in quo eſt ſublata differentia emanci-
pationis & patriæ poteſtatis, ut in Authen. de hære. ab
inteſt. §. nullam, uidetur dicendum quòd fiet tranſmiſsio,
ſicut dictum eſt de illo qui eſt in poteſtate, pro quo facit
l. meminimus. C. de legi. hære. ſuper quo Barto. dubitat.
in dicta l. uentre, ſed ſequendo opin. Cyn. de qua ſupra,
non ſit tranſmiſsio ad matrem, multominus ad alium col-
4 lateralem, uel extraneum. † Ego credo, quòd hodie
ęqualiter fiat tranſmiſsio, tam per emancipatum, quàm
per ſuum in poteſtate conſtitutum, & hoc reſpectu uera
ſit opin. d. gloſſ. de qua in dicta l. 2. ad orfi. cum enim ille
§. nullam. loquatur generaliter, generaliter debet intel-
ligi, ut l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. cum ſim. &
maximè cum de filij fauore tractatur, quod etiam confir-
mat ratio, & æquitas. dict. l. 1. de his qui ante aper. tab.
Secundo caſu principali, quando quæritur econtra de
tranſmiſsione hæreditatis deſcendentium fienda per eo-
rum aſcendentes. verbi gratia [Deceſsit nepos ſuperſtite
eius patre, & auo, qui pater deceſsit non adita hæreditate
filij, an illam tranſmittet ad auum?] & breuiter ſecun-
5 dum Cyn. & Pet. in dicta l. 1. † dic quòd non, quia ſpecia-
le eſt in infante, ut dicta l. ſi infanti, & quia dicta l. 1. eſt
contra omnes regul. ideo non extendenda ad alios caſus,
ut l. quod uerò contra. & l. quod non ratione. ff. de leg.
Tertio principali caſu, dum quæritur de tranſmiſsione
hæreditatis tranſuerſalium, uel extraneorum per eos fien-
6 da in ſuos hæredes, † dic quòd regulariter talis hæredi-
tas non adita non tranſmittitur, ut dict. §. in nouiſsimo. &
not. per Cyn. in dicta l. 1. Fallit in certis caſibus not. per
gloſſ. & Barto. in dicta l. uentre. de qua materia tranſmiſ-
ſionis plenè not. Iac. de Belu. in Authen. de trien. & ſeq.
7 Sed tamen ſecundum Barto. in pluribus errauit. † Quid ſi
ille, in quem ſemel eſt facta trãſmiſsio, deceſsit ante adi-
tam hæreditatem, nunquid ipſe tranſmittat ad ſuum hæ-
redem? puto quòd non, quia lex de primo tantùm hærede
8 loquitur. † Quid autem ueniant, & deducatur in hac
hæreditatis petitione. Attende quia in ea uenit ius pleni
dominij, & proprietatis, quod competit hæredi, ſicut
competebat defuncto, unde ſententia lata in hac petitio-
ne hæreditatis facit plenum præiudicium inter partes, tam
in proprietate, quàm in poſſeſsione, ut l. ſi inter me & te.
ff. de exce. rei iudica. & in hoc differt a conductione dictæ
l. fin. C. de edi. diu. Adri. toll. de qua in proximo titu. lo-
quuti ſumus. Inſuper per hanc actionem uendicatur om-
nia bona quæ defunctus poſsidebat, ſeu ſimpliciter deti-
nebat, utputa commodata, uel depoſita, ſiue fuerint bo-
na mobilia, ſiue immobilia, ſiue corporalia, ſiue incor-
poralia, & iura & actiones, ut habetur in l. item uiden-
dum. §. fin. & l. non tantum, in princ. ff. de pe. hær. Et da-
tur hæc petitio hæreditatis ſolummodo contra eum qui
poſsidet pro hærede, uel pro poſſeſſore, ut l. regulariter.
cum ſequ. ff. de pe. hære. non autem contra alium alio ſin-
gulari tit. poſsidentem, ut l. hæreditatis petitio. C. de per.
hæred. l. hæreditatem. C. in quib. cau. ceſ. long. tempo.
præſcrip. cum ibi not. & quæ ſit ratio tangitur per Cyn. in
l. cogi. ff. de pe. hære. quæ rationes magis iuris apices, &
ſuperfluas ſubtilitates reſpiciunt, quam ſubditorum uti-
litates. Ideoque ſanctum eſſet ſuper hoc prouidere, quia
multi damnificantur, & decipiuntur, & ob hoc in exordio
litis fiunt interrogationes reo. an poſsideat pro hærede,
9 uel pro poſſeſſore. † Eſt ergo conſultius uolenti agere
ad rem ſingularem hęreditariam, potius rei uendicatio-
nem, uel publicianam intentare, quam hæreditatis peti-
10 tionem. † An autem utraque actio ſimul poſsit intenta-
ri, not. per gloſſ. Cyn. & Iac. Butr. in l. 2. C. de pet. hære.
ſecundum quos concluſiuè dicitur, quòd pro eadem re
non poſſunt ſimul intentari, ſed pro hæreditate poteſt agi
petitione hæreditatis, & pro re ſingulari poteſt agi rei
uendicatione, uel publiciana, uel alio ſingulari titulo, ſed
interdictum quorum bonorum non datur contra titulo ſin-
gulari poſsidentem, ut l. 2. C. quo. bo. & not. per gloſſ. in
l. fin. C. de edi. di. Adri. toll. Interrogandus eſt ergo ante
omnia poſſeſſor, an pro hærede, uel poſſeſſore poſsideat,
11 vt not. in d. l. 2. & l. cogi. ut ſupra dixi. † Competit autem
hæc petitio hæreditatis, cùm ipſa actio ſit ciuilis, his ſolis,
qui ad hæreditatem uocantur de iure ciuili: illis autem,
qui de iure prætorio admittuntur, datur alia actio, quæ
bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio appellatur, quæ
quidem eſt eiuſdem effectus, & poteſtatis, cuius eſt iſta ci-
uilis, ut habetur in l. 1. & 2. ff. de bono. poſſeſ. hęre. pet. Et
not. quòd hęreditas ſolo animo acquiritur, ut l. gerit, &
l. pro hærede. ff. de acquir. hęre. & l. ſi auia. C. de iu. delib.
dumtamen concurrant illa, de quibus not. per gloſſ. in l. is
poteſt. ff. eod. tit. & etiam quòd fiat purè, & non ſub condi-
tione aliqua, & ideo non ualeret, ſi quis diceret [Adeo ta-
lem hæreditatem, ſi eſt locuples, & ſoluendo] ut in l. eum
qui. in fin. ff. eod. titu.

ADDI-

rit intestatus, quòd sibi pariter succedunt pater & mater, & eo.modo auus paternus,& auia,& auus maternus in bonis aduentitiis,& castrẽsibus,quia patris parentibus debetur dimidia,& maternis alia dimidia,ut in auth.defuncto. C. ad Ter. & sic filius in potestate hodie hẽt hæredem, ut 24 Authen. de her. ab inte. §. primo. † Secundo uerò casu, cùm defuncto superest mater sola, uel auia sola, tunc ipsa succedit,ut C.ad or.lege final.in fin. & C. ad ter.l.1. cum seq.nisi velut indigna à successione repellatur, quod est in tribus casibus. primo si transiuit ad secunda vota tutore alio impuberi non petito,ut C. ad ter.l. omnem. & l. sciant.C.de legi. hær.etiam si esset ipsi filio impuberi in paterno testamento specialiter substituta,ut in Auth.de nup. §.sin autem tutelam, collat.4. In quo infinitę mulieres decipiuntur maximè rusticanæ, vnde sanctum esset prouidere per uiã statuti. excusatur tamen in pluribus casibus not. per gloss.in l. matres. C. ad Tertul. Secundus casus est, in quo mulier transiens ad secunda uota priuatur parte successionis filij etiam maioris cum distinctione, de qua habetur in l.mater.C.de Tert. Tertius casus est, si fuerit mulier luxuriata, seu uixerit turpiter, secundum Iac. de Bel. vt no.per eum in Auth.de non eli. secundò nuben. §. cum igitur.colla.1. In tertio autem principali articulo uideli-25 cet † quando parentes supersunt cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis, tunc iure nouissimo æqualiter succedunt, ut in § consequens,in Auth. de hær. ab intest. & d. auth. defuncto, licet olim aliud esset,ut §. frater. Instit.ad Tertul.& in l.fi. C.eo.tit. Quarto casu principali, quando cum parentibus supersunt fratres coniuncti ex altera parte tantùm,tunc eis præferuntur pater & mater,ut d auth. defun. cum si. Quinto casu principali,cum superest auus, vel auia cum fratribus ex altera parte, uel utrinque coniunctis defuncto,tunc sunt uariæ Doct. opi. de quibus per Cyn. in d. auth. defuncto. Attamen secundum ueriorem sententiam simul æqualiter admittuntur, ut est supra dictum in 3.ar.per d.auth.defuncto,cum si. Sexto uerò principali casu,quando superest aliquis ex ascendentibus cum patruis defuncti, uel aliis vlterioribus in gradu, tunc dic semper ascendentes præferri in totum,ut probatur in d.§. 26 consequens,& in auth.defuncto, † est enim ius singulare in fratribus solius defuncti, ut cum ascendentibus admittantur,ut ibi habetur. Septimo, & vltimo casu quando superest mater tantùm cum auo paterno, uel auia paterna,tunc secundum glo.& Doct.in d.auth.defuncto.præfertur pater ipsi auo,uel auiæ,per text. eiusdem auth.cum dicit § Salua gradus prærogatiua &c.§sed Iac. Butr. ibidem dicit quòd pariter succedunt. Nec ob.illa litera, quia aliter est intelligẽda hoc modo,uidelicet quòd ille qui prior est in linea paterna excludat alios inferiores ex eadem linea, & eodem modo, prior in linea materna excludat sequentes in eadẽ linea materna. Exempli gratia, pater excludit auum paternum,quia proximior, & mater excludit auiam maternam,& hoc probatur tali ratione, quia de natura correlatiuorum est,ut posito vno ponatur & reliquũ, vt l. Vranius.ff.de fideiuss.modo sic est, ꝙ si filius moriatur, nepos succedit in eius locum, quantum ad auum, & efficitur in primo gradu,vt Inst.de hær. q̃ ab intest.§.cũ filius. ergo & econuerso auus fiet in primo grado mortuo filio, quantum ad nepotem,& sic debent pariter succedere,quę opin.est æquitati magis proxima. Viso sufficienter de suc-h cessione h descendentium & ascendentium,transeundũ est ad tertium articulum, qui est de successione collatera-27 lium,in quo ante omnia sciendum est, † ꝙ in hac successione collateralium sunt duæ lineæ, vna agnatorum, alia cognatorum,quæ quidem lineæ plures in se gradus continent personarum, & extenditur in his lineis successio ab intestato hodie usque ad decimũ gradum inclusiuè, & nõ vltra,ut no. Institu.de cog.suc.§.fi.& ff.de gra.l.non facilè. & Insti.eod.tit.& no.per Azo.in sum.C.de legit.hær.Item sciendum est, ꝙ olim extantibus agnatis usque ad decimũ gradum,excludebantur cognati in totum,non attenta gradus prærogatiua, sed sola agnationis linea, vt Institut. de gra.§ repetitis.& §.seq.aliàs est in tit.de ser.cog. hodie autem non attenditur diuersitas istarum linearum, sed sola proximitas gradus cuiusque,cùm sit sublata differentia linearum agnationis & cognationis in totum, ut in Auth. de hæred.ab intesta.§.nullam.collat.9.& no.in Authen.in successione. C. de suis & le.attamen per statuta Lombardiæ adhuc hodie remanet inter has lineas differentia, put ipsa lex antiqua 12. tabularum disposuerat,ut Inst.de hær. q̃ ab intest.§.item uetustas,de leg.agn.suc.§.cæterũ. & bene & rectè prouidetur, ut parentelæ per agnatos conseruentur.Contingit tamen aliquãdo,quòd duo erunt in eodem gradu,& tamẽ vnus præfertur alteri iure nouissimo, exemplo in patre & filio defuncti,& in fratre,& pronepote eiusdem defuncti, nam filius præfertur patri, & pronepos fratri,ut d.§.repeti.licèt pronepos sit remotior in gradu,ut ibi,sed hoc operatur diuersitas linearum,quarũ vna est fauorabilior altera,uidelicet descendentiũ,quam ascendentium & collateraliũ: procedit ergo hęc regula quòd proximior præfertur in eadem linea tantum,& non in di-28 uersis simpliciter. † Vnum tamen scias, quod est notatu dignum, quòd licèt regulariter cognatorum numero habeantur qui ex fœminis descendunt, tamen filius sororis solus, non autem ulteriores in gradu inter agnatos annumeratur,& sic prout alij agnati defuncto succedit,ut l. lex duodecim tabu.C. de leg.her.§. hoc etiam addendum.licèt secundum Azo.in sum. de le. hær. sit impropriè agnatus,ideoque non comprehenderetur in statuto,quo disponitur quòd agnati præferantur cognatis usque ad quartũ gradum,quod expressè sequitur Bald.in c.1.in tit.an agn. vel fi.defun.repu.hær. colla.10. Si ergo quæramus de modo,& ordine succedendi inter collaterales agnatos,uel cognatos,distingue sic, aut defuncto supersunt fratres vtrinque coniuncti tantum,& hi succedunt ęqualiter.ff.de suis. & le.hær.l.1. §.fin.& auth.cessante.C.de le.hæ. Aut supersunt coniuncti ex altera parte tantùm, & tunc aut sunt nati ex legitimo matrimonio, aut non. Primo casu pariter succedunt,ut in auth post fratres.C.de le.hær.Secundo casu subdistinguitur,aut sunt coniuncti per patrem tantùm, & non succedunt sibi inuicem,quando sunt spurij,uel incestuosi,ut l.si spurij.ff. vnde cog.si autẽ sunt naturales tantùm, tunc dic ut supradictum est in articulo de filiis natu-29 ralibus tantùm. † Aliquando supersunt defuncto fratres vterini tantùm,& legitimi ex vna parte, & alij fratres ex parte altera tantùm, seu consanguinei tantum ex alia, & & tunc pariter succedunt, * quia agnatio hodie à cognatione non differt,ut in auth.post fratres C.de leg.hære. & hoc in bonis tantùm à defuncto quæsitis: in bonis autem paternis præferuntur consanguinei,in maternis autẽ præferuntur vterini,ut l.de emancipatis,in fin.C. de le. hæ. & 30 no.per glo.in auth.post fratres.eod.tit. † Aliquando supersunt defuncto fratres legitimi ex vtroque parente ex vna parte, alij ex altero parẽte tantùm nati ex alia, & hoc casu præferuntur in successione nati ex vtroque parente in omnibus bonis defuncti vndecunque quæsitis aliis exclusis,ut d.auth.itaque mortuo.C.communi.de suc.& in corpore vnde sumitur.§.hoc igitur,quia duplici iure fungitur,ut ibi nota. Aut supersunt fratres & filij fratrum, & tunc omnes succedunt cum distinctione coniunctorum vtriusque & non coniunctorum,ut d.auth. cessante. Aut supersunt soli nepotes fratrum,uel alij vlteriores,& tunc, qui prior est in gradu,potior est in iure, non habita differentia agnatorum,& cognatorum,ut in auth.in successione.C.de su. & legi.& in corpore vnde sumit, & in d. auth. post fratres, de qua materia successionis plenè tractauit 31 Cy.in d.auth.itaq; mortuo.†Circa ãt præmissa occurrunt quædã dubia declarãda, primo itaq; ad hoc, ut cognoscat quis inter collaterales dicatur prior, vel posterior in gradu quantum ad succ.dendum sibi inuicem, formo talem

ARBOR CONSANGVINITATIS.



quæstionem. § Titius decessit superstitibus sibi quatuor filijs, videlicet Caio, Titio, Sempronio & Alberto, ex quibus omnibus descenderunt tam filij, quàm nepotes, & pronepotes, contingit q; nepos Alberti decesserit sine liberis superstitibus sibi vno filio Sempronij quondam nepote Titij & altero pronepote Caij, quæritur quis horũ in pronepotis defuncti succesione præferatur, seu præferendus sit, § de qua quæst. & similibus aliquid summariè no. per Iac. But. in l. fi. C. de suc. edi. Ad cuius quæst. clario-
32 rem decisionem pro euidentia est sciendum, † quòd in computatione graduum collateralium differunt ius Canonicum & Ciuile ut not. per Gof. in summa de conf. & affi. & Io. An. in sua summa de spon. & matrimo. & super arbore consanguinitatis, & per gloss. in c. fi. extra de consang. & affi. nã ius Cano. ponit duos fratres in primo gradu, & ius Ciuile ponit eos in secundo. Et ratio differentiæ est, quia ius ciuile fundat cespitem transuersalium in eorum ascendentib. scilicet, in patre, qui est in primo gradu, vnde fratres sibi inuicem sunt in secundo, ut Institu. de gra. §. 2. Ius autem Canonicum fundat cespitem cum ipsis fratribus tantùm, sed ius Canonicum habet respectũ quantum ad matrimonia. Ius autem ciuile quantum ad successionem, ut dicit tex. in c. ad sedem 35. q. 5. & no. per glo. & per Bar. in l. 1. & l. scemata. ff. de gra. maior autem difficultas, quæ in hoc fit, est in modo computandi gradus, Ideo est & aliud præmittendum, uidelicet quòd in hac computatione, primò debet superius poni pater cõmunis duorum fratrum. Inferius autem ipsi fratres, à quibus descendunt duæ lineæ separatæ, in qualibet earum ponuntur descendentes ab ipsis fratribus diuisim de persona in personam, qui descendentes inter se appellantur collaterales,
33 vt patet ex figuratione infrascripta. † Item est sciendũ q duplicìter quęritur quoto gradu sit aliquis ex istis collateralibus, vno modo quoto sit gradu, verbi gratia, nepos alterius fratris, quò ad alium fratrem. Alio modo quæritur quoto sint gradu inuicem duo nepotes duorum fratrum, vel pronepotes eorum, & sic de alijs. Circa primum quæsitum fit computatio de persona in personam, incipiendo ab alio fratre, & ponẽdo eũ in secundo gradu, & descendendo per eius lineam vsq; ad nepotem, & sic reperitur

titur quòd filius eius erit in gradu tertio & nepos in quarto, & pronepos in quinto, & sic de cæteris. In hoc casu sic computatio, uel graduum duplicatio ad inuicem, qñ solus frater vult succedere alicui ex descendentibus alterius fratris. In alio autem quæsito, cum agitur de successione inter descendentes plurium fratrum adinuicem, tunc si sunt in pari gradu omnes respectu habito ad eorum descendentes, puta omnes filij fratrum, uel nepotes, uel pronepotes, tunc duplicantur gradus inter eos, nam filij sunt inuicem
34 in quarto gradu. Ratio † quia quælibet persona facit vnum gradum de iure ciuili. v. g. vnus frater facit vnum gradum, alius frater facit alium gradum, & sic sunt inuicem duo gradus, filius vnius fratris facit alium gradum, & sic tertium, & alter filius alterius fratris facit alium gradum, & sic quartum, ergo filij duorum fratrum sunt sibi inuicem in quarto gradu; & per consequens sic gradus duplicando, reperitur quòd eorum nepotes inter se erunt in sexto gradu, & pronepotes eorum in 8. & quod dixi de duobus fratribus, uel eorum descendentibus in numero duorum: idem intelligas in mille fratribus, quia omnes erunt sibi inuicem in secundo gradu tantum. Item in mille eorum filiis, quia & ipsi inter se solùm erunt in quarto, & sic de aliis: ubi autem hi descendentes duorũ fratrum non essent in pari gradu respectu, de quo supra, ut est in proposita quæst. tunc in reperiendo gradum incipiẽdum est ab eo qui est in remotiori gradu, quò ad eius patrem, ut hic est pronepos defunctus, & inde per lineam sui patris ascendere, sicut si iret per scalas usque ad eius patrem inclusiuè: posteaque se diuertere ad alium fratrem, & descendere per eius lineam, sicut per scalas, usque ad illas personas, quæ uolunt ipsi defuncto succedere, & sic in hac tali computatione non computatur, nec includitur, immo excluditur pater communis ipsorum fratrum. Vnde si aduertas, reperies sic dinumerando, & computando gradus, quòd dictus filius Sempronij est in gradu sexto ipsi pronepoti defuncto, & nepos Titij in gradu 7. & pronepos Caij in gradu 8. Et per hoc traditur à Docto. tam de iure ciuili, quàm de iure canonico talis regula in collaterali-
35 bus, quòd † quot sunt personæ detracto communi stipite, tot sunt gradus inter se: in aliis autem lineis ascendentium & descendentium non differt ius canonicum à iure ciuili, immo conueniunt, & traditur secundùm utrunque ius talis regula { Quot sunt personę ascendentium & descendentium, tot sunt gradus inter se. } Et fac semper, ꝙ pater & mater sint in primo gradu ascendentium, & filij in primo gradu descendentium, vnde abnepos, & abauus sunt inuicem in octauo gradu. In collateralibus autem aui, & proaui, & aliorum superiorum differt utrunque ius,
36 not. Docto. ubi supra. † Deinde cognitis gradibus personarum, quæritur secundò, an filij fratrum ueniant ad successionem fratris defuncti cum eorum ascendentibus: dic quòd sic secundùm Cyn. & Doct. non per authen. defuncto, sed per authen. vt fratrum filij. §. primo, situatam. C.
37 de leg. hær. quæ incipit. post fratres. † Vlterius quęritur, pone quòd defuncto supersunt ascendentes dispares numeri, puta auus paternus, aut auus & auia materna, & duo fratres vtrinque coniuncti ipsi defuncto, quæritur qualiter succedere debeant. In qua quæst. Cyn. refert tres opin. Prima est quòd hæreditas diuidatur in quatuor partes hoc modo. pone quòd hæreditas sit ualoris flor. 400. ex ea quantitate centum capiet auus paternus, & auia materna alia centum, & duo fratres alia. 200. argum. dictæ auth. defuncto. Alij uerò diuidunt ipsam hæreditatem in partes uiriles, alij diuidunt vt primi, cum illis 200. fratribus assignatis, ut omnes partes ferant æqualiter, & ita per
38 transit Cyn. nullam opin. approbando. † Vlterius quæritur, pone quòd ad successionem patrui præmortui ueniunt soli filij * aliorum fratrum præmortuorum inter se, an admittantur in capita, uel in stirpes? dic quòd licèt fuerint diuersæ opin. tamen gloss. tenet quòd admittentur in capita, uel in stirpes tantùm, vt not. in Authen. de hæred. ab inte. §. si autem defuncto. & §. si uerò fratres. quam opin. sequuntur Dy. & Iac. de Are. & Cyn. in d. auth. cessante, quia hi filij fratrum repræsentant personam suorum fratrum, hoc casu sicut quando succedunt cum eorum patruis uiuentibus, ut d. §. cum filius, & hanc partem sequitur etiã Barto. in l. post consanguineos. ff. de suis & legi. hære. ubi plenè no. per eum, quæ omnia locum habent etiam cùm agitur inter eos de successione auunculorum, amitarum, & materterarum tantùm. Nec ob. d. §. etiam addendum. Instit. de leg. agn. suc. quia ibi loquitur. de iure. C. quod hodie corrigitur per ius Authen. In vlteriori autem, seu remotiori gradu, ultra prædictos hi filij fratrum non repræsentant personam genitorum suorum, sed ueniũt ex sua propria persona tantum, sicque gradus cuiuscunque personæ attenditur, ut colligitur in d. auth. post fratres. & l. auunculo. C. commu. de suc. & d. §. hoc etiam addendum. & sic succedunt in capita, non in stirpes. ut not. per Cyn. in d. auth. cessante. & in d. auth. post fratres. & per Bar. ubi su-
39 pra. † Ex quibus sequitur quòd vno consanguineo germano defuncto, superstitibus aliis consanguineis germanis, uel aliis remotioribus omnes ad defuncti successionẽ in capita, non in stirpes admittuntur, ut not. etiam per tex. in l. post consanguineos. §. hæc hæreditas. & ibi in gloss. ff. de suis & le. sic qui prior est in gradu præfertur in successione, licèt quando quæritur de successione ascendentium inferior in gradu descendentium uocatur ex persona sui patris cum suo superiore in gradu, ut d. §. cum filius. & l. 3. C. de suis & legiti. & sic ipsi succedunt in stirpes, nõ
40 in capita, ut dictum est. † Postremò uidendum superest de ultimo articulo successorum, quos reuerentiales appellaui, de quibus exempla patent in successione patronorũ, & libertorum. In quo articulo sic cum distinctione conclude, aliquando libertus decedens reliquit in eius hæreditate minorem summam centum aureorum. Aliquando maiorem reliquit. Primo casu, aut decedit testatus alio extraneo hærede instituto, & tunc patronus excluditur, & hæres institutus præfertur. Aut decedit intestatus, & tunc aut superstitibus sibi liberis, & illi in totum succedunt patrono excluso: aut nullis ex eo superstitibus liberis, & tũc patronus succedit in totum, etiam exclusis ascendentibus liberti, quod est mirabile, & singulare, ut hæc omnia habentur Instit. de suc. liber. in princ. §. sed nostra constitutio. in princ. uersi. si autem. Secundo autem casu principali, quando reliquit maiorem summam in eius hæreditate. c. flo. tunc subdistingue. Aut decedit libertus testatus, aut intestatus. Primo casu aut supersunt ei liberi, & illi præferuntur patrono, aut nulli liberi supersunt, & patronus etiam omnibus aliis ascendentibus præfertur, ut supra proximè dictum est, & habetur in d. §. sed nostra. uer. cum uerò maiores. Secundo casu cum decedit testatus, tunc aut filios instituit, & illi patrono excluso præferuntur in totum: aut extraneos instituit, & tunc in parte tertia hæreditatis patronus succedit, quam consequitur tanquã æs alienum, sine aliquo onere legatorum, ut d. §. sed nostra ver. si uerò testamentum. Sunt etiam alia plura debita patrono, maximè inter uiuos per libertum, & à quibus patronus aliquando priuatur certis de causis, quæ habentur p Azo.
41 in sum. C. de bonis quæ lib. & per glo. in d. uersi. si uerò testamentum. † Sed in præmissis solet in dubium reuocari, an libertus alienando, uel se obligando inter uiuos, possit eius patronum sua debita portione fraudare. Ad quod sic videtur respondendum, quòd aut alienat inter uiuos ex causa lucratiua, vel in ultima voluntate, & tunc non tenet alienatio in præiudicium ipsius patroni, nisi donauerit benemerentibus. vt habetur in l. vnus libertus. ff. si quid in frau. pa. Aut alienauit, uel se obligauit ex causa onerosa, & tunc aut fit talis alienatio, uel obligatio dolose, & in fraudem patroni, & tunc per eum poterit reuocari, aut bona fide, & tunc non reuocabitur, vt traditur in

l.1.& 2.& C.si quid in frau.pat.& l.1.§.1.cũ se.ff.eo.& præ dicta faciunt ad quæst. sepissime occurrentem in partibus Montisferrati, Sabaudiæ,& Pedemontium, in quibus sunt nobiles habentes ius succedendi in eorum subditos seu homines in aliqua parte hæreditatis, qui homines plerunque variis ex causis bona sua alienant,& debita contrahunt, vnde dubitatur an tales obligationes,& alienationes ualeant in præiudicium ipsorum nobilium. Vbi est aduertend. quòd aut subditi, uel homines æquiparabuntur libertis, aut filiis. Si æquiparabimus eos libertis, tunc distingue, ut proximè dictum est in eis. Si uerò æquiparabimus eos filiis, & tunc decurrendum est ad ea quæ de filiis traduntur in lege, nam & si parentibus.ff. de inoffic. testam. & in Authen. ut cum de app.cog.§.sancimus, & puto uerius esse, quòd isti homines æquiparantur libertis, & domini sui æquiparantur patronis. ex quo sequitur quòd si talis homo alienauerit inter uiuos, quòd recurrendum est ad distinctionem de qua supra, & si præterierit in testamento suo dominum suum, quòd testamentum ex hoc non reditur ipso iure nullum, sed est rumpendum per contratabul. si nil est domi-
42 no relictum. † Si autem aliquid ei relictum sit, quod ad debitam portionem nõ attingat, tunc dominus potest agere ad supplementum, ut habetur in d.uer.si uerò testamentum, Instit.de suc.li. & in l.si patronus. in princ. ff. si quid in frau.pa. De consuetudine tamen in aliquibus locis aliter obseruatur, ubi autem defuncto ab intestato nulli supersint ascendentes, aut descendentes, uel collaterales, seu reuerentiales, de quibus dictum est, tunc ei vxor succedit, qua non extante ultimò succedit fiscus, ut habetur in l.1.ff. & C. vnde vir & vxor.

ADDTIONES.

✻ Naturales. Adde, quòd naturales dicuntur nati ex soluto & soluta retenta in domo in schemate concubinatus procreandorum liberorum causa, teste Rol. consil. 67. num.duodecimo.lib.tertio.§.si quis autem defunctus, in auten.quibus modo nat.effi. sui, de quo uide plura d.consil. & per Didac. in epit. ad 4. Decretal. par. secunda. cap. 8. §. 4. Masuer.

✻ Ad naturales tantum. Adde, quòd licet patri sine legitima sobole deceden. nedum partem, sed etiam totam suam substantiam filiis naturalibus, uel inter uiuos largiri, secundum Rom. consil. 222. in princip. 397. uel in testamento relinquere, Authen.licet.C. de nat.lib. & in auct. quib. mo.nat.effi.sui.§.si quis autem defunctus, Rom. d. consil. 222. sed quid dicen.in casu, quando pater habet vnum, duos, uel tres filios naturales, & vnum legitimum & naturalem tantum, si condito testamento instituat prædictos tres filios naturales particulares hæredes in florenis mille, pro quolibet, filio legitimo & naturali vniuersali hærede instituto: an ualeat ea particularis institutio quoad naturales, dic, ut per Aym. consi. 200. Ro. d. consi. 222. ubi distinguit, aut testatoris patrimonium sufficit, aut non, ei autem qui dicit sufficere, incumbit probatio, arg. eius qui dicit plures res esse in hæreditate, quàm in inuentario scriptum sit, ex not. per gloss. in lege cum de lege.ff.de probat. Rom.consil.276.in fi d.consil.222. Guid.Pap. q.142. Alexand.consil.55.num.sexto lib.primo.Cur.Sen. consil. 27.num.decimoseptimo.Ias. in l.fina.§.licentia, post prin. C.de iur.delib. in l.cum ex causa, in fin. ff. de re iud. Curt. Iun.consil.150.num.decimo.Aym. consil.secundo. nu.21. vbi dicit communem, quò autem ad principalem quæst. an stan. legitimis, uel legitimo, possit pater testando naturalibus relinquere, dic, quòd potest eis uel ei relinquere vnam vnciam tantum, idest duodecimam partem bonorum relinquere, per glo.& Alber.in l.secunda.C.de nat. lib.cum Authen.ibi posita, & ita consului in hac Ciuitate Taurini ann.1572.pro Philippo filio Michaelis Scopę notarij Voluerien. Masuer.

✻ Instituere. Adde, quòd pater potest instituere filium naturalem insolidum, si non habet alios filios legitimos, teste Paris.consil.primo.num.29.lib.secundo. Authen. licet in princip.C.de nat.lib.Guid.Pap.quæst.426.num octauo. 632. quid in testamento minus solemni, an possit pater filium naturalem hæredem instituere non existen. filiis legitimis,& dic, quòd sic, secundum cõmunem, ut per Guli. Benedic.in cap.Raynutius, uersi.testamentum. primo nu. 83. de testam.Castr.in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Saly. in l.final.C.famil.ercifcun.Specul. de instrum.edi §.compendiosè. uersi.quid si pater naturalis. licet contrariam ueriorem dicat Alexand.in lege, ex facto.§.si quis rogatus.nu. quadragesimoquinto.ff.ad Trebel. Ias.in d.lege hac consultissima.§.ex imperfecto.nu.4. quem sequitur Dec.consil.610.num.secundo.Boer.quęst. 240. num.13.de quo uide quæ scribit Clar.§.testam. q.12. Masuer.

✻ Legitimatus. Adde, quæ de legitimato scribit Rol.consi. 67. a num.14. usque ad 25.consil.83.num.duodecimo.13. & sequen. consi.95.lib.tertio.Ias.in rub.colum.tertia.& in lege, filio quem pater. num. 14. ff. de lib. & posthum. Masuer.

✻ Spurius. Adde de materia spuriorum, quæ scribit Didac. in epit. ad quartũ Decretal. par.secunda. cap.8. §.quinto. Masuer.

✻ Alimententur. Adde Rol.consi.89.col.prima.lib.tertio. Masuer.

✻ Spurio. Adde Rol.consi.67.num.74.75.consi.89.colu.1. lib.3.

✻ Possunt autem tales spurij, Adde Rol.consi.87.num.17.& seq.lib 3.

✻ Filius autem. Adde Rol. consil.67.à nu.74. usque ad 82. lib.3.

✻ Spurius. Adde Rol. consil. 87. num. 26 lib. tertio.

✻ Succedunt. Adde quòd fratres consanguinei succedunt fratri in bonis paternis, & vterini in bonis maternis, secundum communem per Tiraq.lib.1.de retrac. in glos.2. num.4.

✻ Tales spurij. Adde quòd spurij penitus repelluntur ab omni successione paterna, tam ab intestato, quam ex testamento, nec naturales nominandi sunt, nec alendi, secundum ius ciuile, Authen.ex complexu. & Authen. licet. C. de nat. lib. &. hoc adeò uerum est: quòd non tenet donatio facta filio spurio, etiam iuramento firmata, quia spurius incapax est, & inhabilis, iuxta tradita p Doct.in lege hæreditas.C.de his quib.ut indig.per Rol.consil.67. num. 74. 75. lib. tertio. vbi dicit secus esse in naturalibus natis ex concubina, qui ex testamento patri succedere possunt, extan. filiis legitimis & naturalibus, in vna vncia,& nullis extan. legitimis & naturalibus, in totum, d. Authen. licet Dec.consil.403.colum.penul. Paris.consi.primo.num.29. lib.secundo.Rol.d.consi.67. à num.76 usque ad 82. Item & ab intestato, si decesserit sine sobole ciuili, nec superstite coniuge legitima, in duabus vncijs diuidendis, & partiẽdis cum matre, quod secus est in spuriis, teste Rol. d.cõsil. num. 77. quam concl. procedere dicit, etiam de iure Cano.& in terris ecclesię, licet eo iure talis coitus concubinarius sit reprobatus, iuxta communem ibi relatam, & per Caccialup. in l. si qua illustris. num.59. C. ad Orphic. cui Adde, quòd sicut filius naturalis ab intestato patri naturali succedit modo supradicto, ita eodem modo poterit pater filio naturali ab intestato succedere, in auct. quibus mod.nat.effi. leg. colum. penul. uersi. in quibus enim casibus, de quo per eundem Rol.consil.54.num.72. libr.2. In spuriis autem, dic, quòd de ęquitate Cano. quæ secundũ magis communem seruatur etiam in foro Cęsaris, Alimenta in bonis paternis habere debent, ex not.per Rol.d.consil.54.lib.2.consi.22.nu.31.lib.3.consi.74.nu.47.lib.1. post Paris.

Paris.consi.64.colu.2.lib.3. Alc.consil.penul. quibus conuenimunt.not.per Neuiz.Syl.nup. lib.3. uer. stuprator. post num.24.26. quibus spuriis, an ab eorum patre donari possit, uide Rom.consi.43.num.secundo, Dec. consil.462. nu. 21. Guid.Pap.q 280.consi. 14.consi. 17. Rola. d.consi.74. num.28.lib.primo. ubi concludit negatiue, distingue tamen, vt per Calcan. consi.58. & sequen. Neuiz. consil.34. num.tertio. Sed quid spurij appellatione contineatur, & dic, ut per Boer.q.127.num.3.ubi plura in materia, & per Dec. consi.306.433. Aym. consi 166. quid de filia spuria, & quòd u. dicat legatum eidem factum, tam iure ciuili quã Cano.secundum communem, tenet Idem Rol. consi. 85. num.7.lib.3. ubi quòd dispositio cap. cum haberet, de eo qui dux. quam post. per adul. secundum magis communem, locum habet in utroque foro, quid autem in dote excessiua, facta filiæ spuriæ, & ultra congruum modum alimentorum, an repeti possit per hæredes dotantis, & dic, quòd non, ex doct.Barto.in l.fin.ff. de his quibus ut indig. quæ in re distingue, ut per Rol. d.consil. post num.13. ubi post plura tandem concludit, quòd uiuen. marito, nullo modo id quod excedit ueram mensuram dotis, possit ab hæredibus reuocari, secundum eundem Rol. d. consil. 74. num. 48. & sequen.lib.primo, quod autem attinet ad suprascriptam dubitationem, an possit spurio relinqui ab extraneo, uel aliqdid dari inter uiuos, & dic, quòd sic, secundum glo.in §.fin.in glo.uer. participium, in auc. quib. mo.nat.effi.sui quam alleg.Rol. consi 87. num.17. libr.3. quam gloss.sequitur Iaco. de Beluis. per quam gloss. dixit Abb. in d. cap. cum haberet, quòd licet parentes non possint instituere spurios, extraneus tamen potest, quia non prohibentur nisi parentes, quis autem dicatur extraneus, vide tex.in l.vnic.§.extraneum. C. de rei uxor. act. quibus concl. adde, quòd nepos spurius natus ex filio legitimo: succedit ex testamento cognatis patris, licet non patri, nec auo, quia quò ad eos non est spurius, nec reperitur hoc lege prohibitum, teste Rol. d. consil. 87. num.20.21.& seq. vsque in fin.consi.ubi enumerat casus, in quibus spurij tam quam odibiles non succedant, & quibus casibus admittantur, vide ibi d.consi.& nu.24.ubi quòd spurius præterquã patri, succedre potest omnibus alijs parentibus, tam inter viuos, quàm in vl. vol.si ei relinquatur, quam spuriorũ materiam plene tractat Didac. in epit. ad 4. Decretal.2.par. c.8.§.5.& 6. ubi etiam plura de d.Auth.ex complexu.C.de incest. nup. de d.c. cum haberet, & ibi plura de alimentis, de dote data à patre filiæ spuriæ: qualiter ad quantitatem legitimam reducenda sit, quòd autem spurius, nullius rei paternæ capax sit, nec eius legitimatio filiis legitimè natis in successione præiudicet, nisi in casibus de quibus ibi not. Mising. Cent.1. obser.35. ubi quòd beneficium iuris prothomiseos spurio non conceditur, & ibi plures docet cautel. per quas bona paterna iustè spurius accipiat. Masuer.

* Soli filij. Adde, quòd dubitant aliqui, an filij fratrum, seu nepotes ex fratribus, succedant patruo in stirpes, uel in capita, quando uidelicet in tali successione ueniunt ipsi filij fratrum soli absque alio patruo, in qua q.duę fuerunt principales opi.vna Azo.in summa.C.de leg.hær. & gloss.in §. hoc etiam.inst.de leg.agnat.success.uolen.quòd succedant in capita 2.fuit opi.Accur.in Auth.cessante.C. de leg.hær. in l.1.in fi.ff.si pars hær. pet. quòd immo succedant in stirpes, opi.Azonis secutus est Ias.trac.feud.par.8.nu.20 opi. Accur.sequitur Bar.in l.post consanguineos.§.hæreditas. ff.de suis & leg.in l.1.in fin.ff.si pars hæred.pet. Bal. in c.1. §.his uerò, de succ. fratrum, ubi dicit ab hac non esse recedeñ. in consulendo, & in c.1.in prin.col.2.uer.ego dico.de success feud.in Auth. cessante.col.2.C.de leg. hær. licet ibi uideatur sequi opi.Azo.hanc eandem Accu.opi. sequitur Pap.hic Iacobin.in inuest.uer.præsentes.num.13.Port. in d.§.hoc etiam, num.18.instit.de legi.agnat.success.Doc. in apostil.ad Rol. Passag.trac.succ.ab intest.num.16. Nicol. Ybal.eodem tract.success.ab intest.par.1.num.2.ubi plures refert ita teneñ.præsertim Ang. in §. reliquum, in auct. de hær.ab intest.Alex.consi.55.num.4.lib.4. Dec.in l. nepotibus.C. vnde leg.& hanc opi. seruari de consuetudine, saltem in Gallia, testis est Io.de Cirier. tract primog.artic.7. num.18 Guid.Pap.q.134.Tiraq. de retrac. glo. 12. pour. voc.peste, pag.514. Nouissimè uerò dicitur, quòd in Dieta celebrata Spirę, de ann.1529. Imperator Carolus Quintus, cum electoribus tenuit opin.Azo. & ita etiam à supremo Parisiorum Senatu sancitum, anno 1547. vl.Iunij, refert Papon.collec.Arrest.sub rub.de success.leg.Arrest.12. de quo uide quæ scribit Zar.d.tract.feud concl.6. Ferrar. inst.de hær.quæ ab intest.defer. doc. ad Villal. inter com. opin.lib.uer.fratrum, quam quidem opi.uti Accu.communem laudant Bert.consi.2. libr.1. 2.par. Paris. consil. 26. num.9.lib.secundo, Soc.iun. consi.74. num.7. lib. primo. Rui.consi.8.in fin.lib.1. Afflic.tit.si de feud. fuer. controuer.inter do.& agnat.num.16.Neuiz.consi.54. nu.6. nu.7. Zas. singul.respons.lib.primo, ca.7. iacobin.in inuest.uer. præsentes. Viui.com.opi. lib.2. concl.125. ubi inclinat in opi.Barto.in d.l.post consanguineos.§.hæreditas.& uerio rem dicit, quòd filij fratrum, aut so.orum, succedãt patruo in stirpes, non in capita, Neuiz.d.consi.54. quæ omnia plene examinat, & declarat Imbert. in enchirid. iur Galliæ. ver. succedunt, ubi artic.in duas partes principales scindit, distinguendo, aut succedunt fratrum filij cum patruis, aut uerò non sunt patrui, sed fratrum uel sororum filij dic, vt per eum, opin.autem Azo.in summa.C. de leg. ter. uel Accur.d.§.hoc etiam, inst.de leg.agnat.success.dum dicunt filios fratrum, aut sororum admitti ad patrui successionem in capita, non in stirpem, ex §. sed & ipsis. & §. si autem cum fratribus, in auc. de hær. ab intest.uen.declarant aliqui hoc modo, tunc scilicet in locum parentum ad successionem patrui per legem uocari filios in stirpem; quando cum aliquo ex patruis superstite admittuntur ad successionem patrui defuncti, non alio casu, ego tandem Accurs.opi.ueriorem arbitror, hac ratione, nam ratio principalis quæ mouet teneñ. opi. Azo.ea est, quia tali casu quilibet consobrinorum uenit ex suo capite, & non ex capite patrum, quæ ratio uidetur falsa, quia immo etiam hoc casu ueniunt ex capite patrum, ex tex.in Authen. post fratres autem.§.hi autem.C.de leg.hær. ubi quòd filij fratrum excludunt patruum defuncti, quia tamen est in eodem gradu, quod nõ esset si uenirent ex suo capite, hæc tamen sub censura. Masuer.

a Ad huis, uide per Card.Alex. super arbore consanguinitatis.

b Naturales qui sint.uide gloss.Instit.de ingenuis.in §. fin. & diffusè per Card. Alexan.in repe.c. per uenerabilem, qui fil. sint legit.

c Qualiter descendentes succedant ascendentibus ab intesta to uide Doct. in l.si matre, & ibi Bald.C.de suis & leg.Azo in sum.in tit.de suis & legiti.Barto.in l.1.de contrata Bar. in l.si.ff.de his qui. vt indig.

d Nota. qualiter filij adoptiui succedant, uide Spec. titu. de test.in §. sed hodie, Spec.titu.de suc.ab intest. uersi. nec ad naturalium.

* Qualiter filij adoptiui succedant. Adde Rol.consil.96. nu. 44.lib.3.

e No. de filiis naturalibus tantum qualiter eorum patri succedant, uide Doct. in authen.licet.C.de na.lib.& Abb.in c. item, qui fi.sint legi.

* De filiis naturalibus tantum, qualiter eorum patri succedant. Adde Syluestr.in summa.uer.filij quantum ad successionem, Prac.Bal.tit.de succes.ab intest.in rub.nu.3. & seq. Rol.consi.67.à nu.76.usque ad 82.lib.3.

f naturales quot modis efficiantur leg.Car.Alex.in cap.tanta, qui filij sint legi.& per Paleottum nunc Card. in tract. de notis & spur.

* Filij naturales. Adde Didac.in epit. ad 4.Decretal. 2. par. c.8. §.2. & 7.

g Ibi vlt.no.& uide c.innotuit.de elec.c.2.de fil.presby. li.6. & in cap.cenomatenses,in §.quid ergo, & in c. quòd auté, & in c.nascitur. l.6. dict.Bald. in l. tanquam.C.de fideic.& per Card.Alex.in cap.per uenerabilem,in §.quod autem, in ver.non tab.d.§.qui filij sint legiti.

h No.qualiter collaterales succedant ab intestato, uide per Car.Alex.& scribentes super arbore consanguinitatis.

i Matrimonia. Adde Bal.in l.si auiæ in 6.col. de suc.edi. C. scilicet quòd computatio graduum in omnibus præterquã in matrimoniis fit secundum ius ciuile, Saly.in d.l.si auiæ, Spec.tit.de dispu & alle.§.porrò, bar.,in l. iurisconsultus. §.pe.de grad.in aliquibus lect. Ang.in repe.l.2. C. de iud. Io.And.c.2.de arbi.in 6.& in c.2.de reg.iur.eo.lib. Bart.in l.priuilegia,de sac.san.eccl.glo.in §.hactenus.Inst. de gra. Bar. pulchrè in consi.224.incip. an fratres consobrini, Io. And.in addi.Spec tit.de suc. ab intes. & uide omnino dom. Card.Alex.in tit.de consan.& affi. in lec. arboris, in 8.car. versi.quæro circa prædicta vide bonum tex. in c.1. gradu. 35.q.5.Pau.Castr. consi.246. Ioan.Vinzali.

S V M M A R I V M.

1 *Proximus quis dicatur.*
2 *Proximior præfertur posteriori.*

1 IVRE proximitatis. † Ille dicitur proximus, quem nemo præcedit, ut ff.de suis & le.l.2.§.hæreditas.l.1.§.pro ximus.ff.vnde co.& ff.de uerbo.sig.l.proximus. † & pro-
2 ximior præfertur posteriori, quia defertur hæreditas de gradu in gradum, ut ff.quis or.in bo.pos.ser.l.1.& ff.de suis & le.l.1.in fi.& l.2.in prin.& d.§.hæreditas, & Insti.de leg. agn.suc.in prin.& ff.de suc.edi.l.1.cum sim.multis, facit.ff. vnde lib. l.1.

S V M M A R I V M.

1 *In adeunda hæreditate licet sufficiat solus animus adeuntis, tamen quædam alia sunt necessaria.*
2 *Institutus in duobus testamentis factis ab eodem testatore an possit adire.*
3 *Heres institutus debet esse certus, an vxor testatoris sit pregnans.*

1 IPSAMQVE hæreditatem adiuit. † Hic aduerte q in adeunda hæreditate alicui delata ex testamento, uel ab intestato, licet regulariter sufficiat solus animus adeuntis, ut l.si auia.C.de iu. .deli.& l.gerit.ff de acq hæ.. tamen quædam alia sunt necessaria, de quibus plene traditur per glo.& Bar.ff.de acquir.hær.l.is potest repudiare. primum autem, quod requiritur est, quòd ille qui vult adire, sit homo liber, & non seruus. Item quòd sit sui iuris, & non in potestate patris. Item quòd sit compos mentis, & non furiosus. Item quod sit maior. 25.ann. & non minor sub tutela, uel cura alicuius constitutus. Item quòd sciat testatorem defunctum, nec de hoc dubitet. Item quòd hæreditas sit sibi delata. Item quòd sit certus, an fuerit pure institutus, an sub conditione. Item si est institutus sub conditione, debet certus esse & scire, quòd conditio sit impleta. Item debet scire quòd testator potuerit testari. Item si hæreditas sibi defertur ab intestato, debet esse certus, quod nullus eum præcedit in gradu. Item scire debet an hæreditas sibi deferatur ex testamento, uel ab intestato. Item debet esse certus de uiribus testamenti, in quo dicat se hæredem institutum. nam si de eius uiribus dubitet, ut quia dicatur testamentum falsum, tunc recurrendum est ad distinctionem Iurisconsulti traditam in l.cum falsum.ff.de acq. hær. cum sim.ubi sic distinguitur. aut allegatur quòd ipse hæres fecit ipsum testamentum falsum, & tunc quia certus est de facto suo proprio, poterit adire: aut dicitur, q ab alio
2 est falsificatum, & tunc non poterit adire. † Quid si vna & eadem persona sit instituta in duobus testamentis eiusdé testatoris, an poterit adire? dic quòd si dubitet, an posterius testamentum falsum sit, non poterit adire, aliàs sic, ut
3 in l.eum qui. in prin. ff. de acquir. hær. † Item debet esse certus, quòd vxor testatoris non sit prægnans; nam si prægnans esset, nec foret institutus posthumus nasciturus, sed præteritus posset rumpere testamentum, ideoque non poterit interim antequam nascatur heres institutus adire hereditatem, nisi ipse heres esset de liberis, ut hæc habentur in l.cum quidam.§.quod dicitur, & §.suum heredem. ff. de acquir.her. quod no.

QVARE cum prędicta. Hęc est conclusio libelli, ad quam semper debet attendi. Sequitur in litera.

ET † restituendum eidem Musello dictam hęreditaté. Hic nota, quòd ipse erat solus heres, ideoque integram hæreditatem petebat: si uerò habuisset alios cohæredes, tunc necessarium fuisset in libello exprimere, quam partem peteret, an tertiam, uel quartam, ut in l.1. in princ. & §.1. ff. si pars hæredita. pet. nisi cohæredes essent adhuc in ventre, sic quòd incertum sit quòd nasci possint, nam tunc admittitur petitio incertæ partis ipsius hæredis, ut d.l.1.in fi.& l.aut qui. ff.si pars hæredi.peta.& l.cum quidã. ff.de acq.hær. Sequitur in litera.

S V M M A R I V M.

1 *Possessor conuentus hæreditatis petitione qualiter teneatur pro fructibus hæreditatis.*
2 *Intestatus decessisse quando quis dicatur.*

1 SIMVL cum fructibus. † No.qualiter teneatur possessor hęreditatis petitione conuentus pro fructibus hæreditatis, ut plenè not. supra in libello pręcedenti, & traditur in l.item ueniunt.§.fructus.l. sed si lege. §. fructus. ff.
2 de pet. hæred. † Post prædicta forma talem quæst. nam cum hic tractetur de successionibus quę deferuntur ab in-
✱ testato, uideamus quando quis dicatur intestatus ✱ decessisse, & respondetur quòd largè intelligendo quilibet maior, uel impubes, qui non fecit, uel facere non potuit testamentum de iure, uel de facto, intelligitur decessisse intestatus, sed propriè & strictè intelligendo, non dicitur intestatus nisi ille qui de iure potest facere testamentum, & non facit, ut hæc probantur, & not.per Docto.in l. prima, in princ.ff.de suis & legit. per quod sequitur, quòd si uerbum { Intestatus, uel ab intestato } proferatur in aliquo statuto, quòd solùm comprehenderetur persona habilis de iure ad testandum, & non impubes uel alia persona à iure prohibita testari. Nisi consuetudo patrię aliter interpretata esset ipsum uerbum {ab intestato} quia tunc comprehenderentur omnes secundùm Bart.ut per eum not. in d.l.1.in princip.quę faciunt ad multas quęst.de quibus ibi not. Cetera quę sequuntur declara, ut dictum est, & scriptum in primo libello.

ADDITIO.

✱ Intestatus. Adde Rom.consi.4.199.col.1. vbi etiam quid in statuto, & ibi in casu statuti dicunt Doct. in apostil. ad Rom.quòd quomodocunque illud loquatur, comprehendit impuberem, secundum magis communem ibi relatam quam limita, & declara, ut per doc. ibi.

Forma libelli quo agitur ex substitutione.



CORAM vobis Dom.Vicario domini potestatis Papię agit, & in iure proponit Iac. de Ferrariis, contra & aduersus Zanellum de Scalphenatis, & quamlibet aliam personam pro eo, & eius nomine in iudicio legitime comparentem, non per uiam solennis libelli, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis. Dicens, & proponens idem Iaco. quòd q. d. Pet. de Ferrariis eius patruus suum postremum condidit testamentum, in quo ipsum

ipsum Iac.Fran. & Ber. omnes fratres æquis portionibus hæredes instituit, & eosdem inuicem substituit vulgariter, & pupillariter, breuiloquè, & exemplariè, compendiosè, & per fideicommissum. Ea conditione apposita, quòd si quis eorum quandocunque decesserit sine liberis ex suo corpore, & legitimo matrimonio procreatis, quòd tunc ille vel illi, qui ex eis superuiuerent, ipsi decedenti succederent, prout seriosius in dicto testamento continetur, ad quod relatio habeatur tradito & rogato per Ber. Tomiũ Papiæ notarium, ann. mense. & die in eo cõtentis. Insuper dicit & proponit Ia. antedictus, quòd suprascriptus Ber. eius frater iam trib. annis elapsis decessit adita per ipsum hæreditate prædicta nullis ex eo superstitibus liberis, & per eundem Ber. condito testamento, in quo præfatum Zanellum sibi hæredem instituit, qui Zanellus ipsam hæreditatem d.q. Ber. adiuit. & apprehendit, apprehensamq; occupatam detinuit, & hodie detinet indebitè & iniustè. Amplius dicit & proponit d. Iac. quòd per mortem d.q. Ber. ut prædicitur, sine liberis defuncti, eius hæreditas, & bona uirtute dicti fideicommissi, seu substitutionis prædictæ, peruenerunt & deuoluta sunt ad d. Iaco. & Fran. nunc superstites æqualibus portionib. & hodie ad eos spectant, & pertinent, & quamuis præscriptus Zanellus ab eisdem fratribus sæpius requisitus, dictam hæreditatem, & bona hæreditaria per ipsum indebitè occupata restituere, & relaxare denegauerit, & denegat præsentialiter, ac recuset indebitè, & iniustè. Quare cum prædicta uera sint, petit, & requirit dictus Iac. quatenus omni modo, uia, iure, & forma, & causa, quibus melius fieri potest, per uestram diffinitiuam sententiam pronuntietis & declaretis dictam hæreditatem, resque & bona hæreditaria dicti q. Ber. spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere ex causa ante dicta pro parte dimidia ipsi Ia. & ad ipsam dimidiam hæreditatẽ ex prædictis relaxandam, & dimittendam ipsi Ia. præfatum Zanellum per dictam uestram sententiam condemnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis, simul cum fructibus, tam per ipsum Zanellum perceptis, quàm qui percipi potuerunt à tempore mortis citra dicti quondam Ber. necnon in reliquis damnis, interesse, & expensis factis, & passis per dictum Iacobum, & de futuris protestatur deducendo in præsenti iudicio omne ius suum &c. Saluo iure addendi &c.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionum genera quot sunt.*
2 *Substitutio directa cur dicatur.*



ORAM vobis. Quia huius libelli materia sub aureo, & quotidiano subbstitutionum tractatu est fundata, duxi pro rudium informatione aliqua prolixius pertractare.
1 † Sciendum est itaque pro euidentia, quòd substitutionum genera duo sunt; quædam enim sunt substitutiones directæ, quędam obliquę. earum autem quę directæ sunt, quinque sunt species, nam quædam est substitutio vulgaris, alia pupillaris, alia breuiloqua, seu reciproca, alia exemplaris, & alia compendiosa. De obliquis, facile & breue iudicium est, quia unica sola reperitur in iure, quæ fideicommissaria appellatur. Et notandum, quòd sicut istę substitutiones diuersa habent nomina sic, etiam
2 diuersos habent effectus, vt inferius apparebit. † Appellantur autem hæ substitutiones directæ, quia in eis non requiritur factum alterius, nisi solius substituti sua auctoritate capientis ipsa bona ex causa substitutionis, sicut dicitur in libertate directa, quam recta uia consequitur seruus sine ministerio alterius, puta si testator seruo suo legauerit libertatem, vel eundem hæredem instituerit, ut traditur in l. generaliter. §. 1. C. de nec. ser. hær. inst. & l. sed si in conditione. §. 1. ff. de hæ. insti. & ff. de manu. per totum In fideicommissaria autẽ libertate, quæ est directa seruus libertatem accipit de manu alterius, videlicet hæredis, de qua loquitur ff. de fide. lib. per tot. & eo. modo dicimus in fideicommissaria substitutione, ad quam peruenitur interueniente * restitutione, & sic facto hæredis scripti, de qua loquitur to. tit. ff. & C. ad Treb.

ADDITIO.

* Restitutione, Adde quando non sit necessaria restitutio sed possit recta via agi aduersus bonorum possessores, & vide Paris. consi. 114. numero 116. libro secundo. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio an fuit nominaliter, vel verbaliter nihil refert.*
2 *Substitutio vulgaris fit per verba negatiua, & etiam conditionaliter prolata.*
3 *Substitutio cur vulgaris dicatur.*
4 *Substitutioni vulgari quando locus sit.*
5 *Substitutus vulgariter an præferatur hæredi hæredis, mortuo hærede ante aditam hæreditatem.*
6 *Substitutus per fideicommissum, an præferatur substituto vulgariter hærede instituto repudiante.*
7 *Substitutio vulgaris quotuplex sit.*
8 *Vulgaris substitutio, quando finiatur.*
9 *Substitutio pupillari an finiatur substitutio vulgaris in ea contenta nu. 10. 11. 12. 13 & 14.*
15 *Facta substitutione per fideicommissum, an ex tacita vulgari, vel fideicommissaria vel compendiosa contenta admittatur substitutus.*
16 *Substitutionis vulgaris quot sint effectus.*
17 *Substitutio vulgaris, an reuiuiscat etiam quo ad alios, vno ex pluribus hæredibus institutis adeunte.*
18 *Petita in integrum restitutione aduersus aditionem hæreditatis, an substitutio extincta reuiuiscat.*
19 *Substitutus reuiuiscens, vt in superiori casu, an succedat de iure ciuili, vel prætorio.*
20 *Existentia sui hæredis, an sicut cõfirmat tabulas pupillares, ita etiam annullet, & confirmet substitutionem vulgarem.*
21 *Hærede instituto adeunte non ex iure ciuili sed prætorio, an expiret substitutio vulgaris.*



1 VBSTITVIT vulgariter. † Istud est nomen aduerbialiter prolatum, & alia sequẽtia, sed nil refert. an nominaliter, uel aduerbialiter proferantur, secundum Bart. & Doct. magis enim attendi debet intentio, & mens testatoris, quàm figura verborum, vt l. non figura. ff. de act. & ob. & l. 3. in fin. C. de lib. præte. Pro huius itaque vulgaris substitutionis doctrina quæritur de pluribus, primò de eius forma, ubi respondetur, quòd cõis, & à iure introducta forma talis est {Instituo mihi hæredem Caium, & si hæres non erit, P. substituo} vt habetur Insti. de vulga. substi. in prin. ff. de vulg. & pup. l. 1. in
2 prin. † Ex quibus patet, quòd hæc substitutio fit per verba negatiua conditionaliter prolata, patet etiam quòd vulgariter substitutus dicitur conditionaliter institutus, et idem est in omni alia substitutione, ut inquit glo. in l. qui
3 liberis, in prin. ff. de vulga. & pupill. † Secundò quæritur, quare appelletur hoc nomine vulgaris, respondeo secundùm omnes Doct. quia vulgus ea utitur, & quilibet popularis in suo testamento, & quia cuicunque fieri potest.
4 † Tertiò quæritur, quando huic substitutioni sit locus, Dic, quòd tunc cùm hæres scriptus non est hæres, uel quia nõ vult, vel quia non potest, ut in l. cum proponas. C. de hær. insti. Non posse autem intelligitur, uel per seipsum, uel per alium facto eius, ut d. l. cum proponas. & Insti. de vulga. subst. §. fi. vnde secundùm Bart. si testator unum solum casum in substitutione expressit, puta, {Si hęres esse noluerit} tamen dic, quòd in ea includitur alius casus, uidelicet {Si hæres esse non poterit,} quod uidetur probari in l.

Gallus.

Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& post.nam paria sunt nolle,& non posse, vt l.mulier.ff.ad Treb. & l. 1. §.vlus.ff. 5 de proc.fallit in casu l. Iul. ff.si qs om.cā test. † Sed quid si hæres post mortem testatoris,& ante aditam hæreditatem decesserit,ut aliquando contingit tempore epidimię, vel magnæ mortalitatis infra tempus deliberandi ,quod est annus à tempore mortis testatoris,an substitutus vulgariter præferatur in successione excludendo hæredem hæredis?dic, quòd non, immo hæres hæredis si uoluerit esse ✱ † hæres , excludet ipsum substitutum; & ratio huius est, quia hæres defunctus alium facit hæredem ministerio sui quod sufficit ad excludendum alium substitutum,ut dictū est per d.leg cum proponas, cum sim.secundum Bart.pro qua decis.facit l.pater,& quod ibi not.ff.de hær.inst.& l. 1. C.de his qui ante aper.tab.ibi;Alios &c.;& l.si quis filium 2.respon.ff.de acquir. hæred.& not.per glo.in l. sed si pro dote.§.1.ff.de le. præst.& ibi not.per Barto. & plenius per eum in d.l.1. in prin.ff.de vulg.& pupil. facit ad prædicta quod in simili dicitur de hærede indigno , cui fiscus succedit excluso eius vulgari substituto , ut not. per glo.in l. si sequens in prin. ff. ad sil.& in l.in seruitute.§.ei qui ff.de 6 bon.lib. † Postea quæro de quæst.quæ de facto cōtingit. Ecce, quod testator filio suo duos substitutos dedit, unum vulgariter,alium per fideicommissum,institutus repudiat hæreditatem,modo vulgariter substitutus vult adire,substitutus autem per fideicommissum vult compellere hæhæredem scriptum adire , & sibi hæreditatem restituere per l.cogi.cum sim.ff.ad Treb. Quæritur quis eorum substitutorum præferendus sit: dicit Barto. in d.l.1. sic debere distingui:aut fideicommissum fuit à substituto repetitum, & tunc præfertur vulgariter substitutus fideicommissario, ut l.si patroni.§.fi.ff.ad Treb. aut non fuit à substituto repetitum,& tunc præfertur fideicommissarius ut l. non iustā C.ad Treb.& l.facta.§. Iulianus,& l.recusare.§.Titius 7 ff.ad Treb. † Vlterius quæritur, quotuplex est substitutio vulgaris?dicunt communiter gl.& Doct. q̄ est duplex, videlicet tacita,& expressa,ut Azo. in sum.co.tit.& gl.Insti. de pup.subst.in prin. Alij addunt tertiam speciem,uidelicet,q̄ quædam est partim tacita & partim expressa,ut no. Bart.in d.l.1.Est autem expressa illa quæ concipitur sub illa forma, de qua supra dictum est. Tacita uerò illa est, quæ includitur in expressa pupillari. ut in l. iam hoc iure, in prin.ff.de vulg.& pup. cum sim.uel in expressa reciproca.vt l.Lucius.ff.eo.tit.& l.quamuis.C.de impu.& ali.sub. vel in alia substitutione . Illa autem est partim expressa,& partim tacita,quæ in sui forma vnum casum exprimit , & 8 alium tacitè includit. † Deinde quæritur, quando hæc substitutio finatur?dic adita hæreditate per scriptum hæ✱ redem,ut in l. * post aditam.C.de impu & ali. sub.in l. si mater.in fi.ff.de vulg.& pup.& in l.cum testamento 2.resp., ff.de hær.Insti.siue sit tacita,siue expressa pupillaris.Dubitari tamen consueuit in tacita vulgari quæ continetur in expressa pupillari. An sublata pupillaris,uel extincta expi✱ ret & finiatur substitutio * vulgaris in ea contenta. 9 In q̄ quæ.conclusiuè sic puto considerandum,& pariter distinguendum colligendo plura sparsim à Doct. tradita Aliquādo substitutio pupillaris annullatur in uita testatoris:aliquando post mortem testatoris. Primò casu aduertendum est,q̄ hæc annullatio potest contingere diuersis modis vno mo quia fuit tacite facta hæc substitutio extraneo uel maiori,uel à matre , uel ab eo qui non habet in potestate, quibus casibus est inutilis ipsa substitutio pupillaris, ut l. si mater ff. de vulg.& pup.in §. extraneo. Insti.eo.tit.Alio modo uitiatur,quia pupillus ipse factus est maior, uel qui decesit viuo testatore, & aut quia emancipatus fuit, qui bus casib. etiam redditur nulla ipsa pupillaris substitutio, ut infra no.in materia pupillari.Si quidem ipsa substitutio pupillaris redditur inutilis,quia facta sit extraneo,uel maiori , tunc secundùm Guil. de Cu. cuius opin. approbat Bart.in d.l.1.in prin.in ult.q.talis substitutio in se continet

vulgarē, nec propter uitium pupillaris inficitur vulgaris, quia uitiato expresso remanet firmum tacitum in eo contentum, ut in l.1.§.1.ff qui.mod. pig. uel hypo. so.& quia ubi peccatur, in materia , si non ualet ut agitur ualet ut ualere potest, ut in l. si unus §. si acceptilatio ff. de pac. & probatur per l.si fideiussor.ff.de leg. 1.& per l.si C.de hær. institu. nec huic repugnat glo. in d §. extraneo,per quam Ray. noluit tenere contrarium , quia est falsa secundum eos.Si verò hæc pupillaris substitutio finiatur per emancipationem,tunc secundum Guil.Ray.& Barto.ubi supra veniem quæro quid si pater.extinguitur tacit a vulgaris, quia illa conditio quæ est in pupillari. ualet si in potestate permanserit,sicut uitiat ipsam pupillarem,ita & ipsam vulgarem.argu.in l. mulieri & Titio. ff. de cond.& dem. & quia uniformiter circa utranque debet operari, ut in l. si legatarius.in fi.ff.de leg. 3.& imputet sibi testator, si sibi non prouidit, postquam facto suo hoc contingit , argum. 10 in l. tractabatur.ff.de testam.mil. cum similib. † Vbi verò hæc substitutio pupillaris finitur per mortem pupilli in vita testatoris, tunc non extinguitur vulgaris, ideoque vulgariter substitutus ad hæreditatem admittitur , ut determinat glo.in l.lex.Cornelia ff. de vulg. & pup. quæ est super ver.non extitant.& alia gl. similis posita in l.si pater ff.eo.tit.quam opin.sequitur Guil. sed Dyn tenet contrarium per l.quod si filius.ff.de cast.pec.ibi. ;Nihil &c.; idē sentit gl.& sequitur Cy.in l.precibus.C.de impu.& alijs l. substit.pro quorum opi.facit , quia si extinguitur per emācipationem , ut proxime dictum est , cur non sic per eius mortē, cū eadem sit ratio utroque casu? Bar. verò in d.l.1. in ver.vlterius quæro pupillus. pro concordia sic distin11 guit.† Aliquando pupillus uiuo patre moritur ciuiliter quia ab hostibus capitur: aut post mortem patris moritur naturaliter,& tūc firma remanet tacita uulgaris, & substitutus admittitur:& ita procedit quod habetur in d.l.lege. Cornelia.ff. de testa.Ratio,quia patre uiuo adhuc durabit spes pupillaris substitutionis unde non potest patri imputari,cur testamentum nō mutauerit : Aut filius patre uiuo decesit , & post illum filius etiam immediate , ita q̄ non habuit tempus mutandi testamentum,et idem quod supra quia cùm institutus ueniat ex tacita uulgari , præsumptio est,quòd eum instituisset, si uixisset. sic loquitur l. si pater, 12 cum gloss. † Aut pater decessit ex interuallo, ita quod habuit potestatem mutandi testamentum,& sic repellitur substitutus : nam cùm potuit sibi pater prouidere , & non fecit,lex non succurrit sibi,arg.in l. tractabatur. ff.de test. mil.& l.3.C.de inof.test.& ita procedit opi. Dyn. in d.l.1. 13 §. quòd si filius. † Venio ad 2. articulum principalem qui est,quando pupillaris substitutio annullatur post mortem defuncti testatoris , quod quidem potest contingere dupliciter,uno modo quando pupillus effectus est maior alio modo quando pupillus posthumus non est natus.Si quidem annulletur propter pubertatem superuenientem tunc secundùm gloss.in l. lex Cornelia ff. de uul. & pupil. super uer. ad agnatum,nō extinguitur uulgaris hæc tacita, & per hoc substitutus uulgariter admittitur , alij ut Dyn. Iac.& Ray.tenent contrarium per l.qui habebat.ff.de uul. & pup.& l.si fundum per fideicommissum.§.fi. cum l.seq. ff.de le.1.quam opin. etiam sequitur glo. Insti.eo.ti.in gl. agna.sed Barto. in d.l.1.uer.quæro quid si ille.distinguit: aut pupillaris substitutio facta fuit cum limitatione tēporis,puta si decesserit infra pupillarem ætatem,& tunc finitur vulgaris & pupillaris, quia uoluntas defuncti nō fuit prouidere ultra illud tempus, arg.ff.de uulgar. & pup.l.si ita quis.& l.si plures,in prin. quo casu procedit opi. Cyn. & sequa.nisi forte quis diceret , quòd cùm uulgaris sit inducta ad prouisionem testatoris cum per eam ipsi succedatur,non uidetur ab hac prouisione recessisse.prouidendo filio ex substitutione pupillari; Aut fuit facta sine temporis præfinitione.ut quia dixit ;Quisquis mihi hæres erit & filio meo hæres esto;tunc licèt pupillaris expiret adueniente

ueniente pubertate. vt de vulg. & pupil. l. in pupillari. & l. Centurio, tamen durabit uulgaris, & sic hic substitutus ad
14 mittitur. ut l. fin. C. de hær. insti. † Vbi autem hæc pupillaris substitutio deficit, quia pupillus posthumus non est natus qui sperabatur nasci, tunc secundum gl. remanet firma substitutio uulgaris, & substitutus admittitur, ut no. in l. penu. ff. de uent. inspi. & facit l. fi. C. de insti. & substit. Alij dicunt contra, nisi sit cohæres, cuius aditione confirmatur uulgaris, Bart. in l. 1. uersi. item quæro, distinguit: aut spes natiuitatis posthumi deficit post mortem testatoris, uel ante per tempus modicum, & tunc durat uulgaris, & admittitur substitutus, & sic procedit op. gl. in d. l. penul. Aut deficit, quia decessit, uel natus non est per longum tempus ante ipsius testatoris mortem, & tunc expirat uulgaris, & repellitur substitutus, ut supradictum est in alio casu. Et ex præmissis habes quãdo testamentum potest incipere à tacita uulgari, & quando non, de quo per glo. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus, & l. ita tamen. §. à patre. ff. ad Tre. & plenè per Bart. ubi supra uer. quæro an testamentum. Ad tollendum ergo prædicta dubia, & ad faciendum rem claram debet prudẽs notarius exprimere specialiter, & expresse omnes species substitutionum, & uti uerbis hic appositis dicens§ Quòd talem substituit uulgariter, & pupillariter, &
15 p fideicõmissum.§ † Quid ergo si substituit simpliciter per fideicommissum, an ex tacita uulgari, uel fideicommissaria, uel compendiosa contenta admittatur substitutus? dic ut infra not. in materia compendiosæ. uer. § Proinde quæro § & uide Cyn. in dicta l. precibus, facit quod habetur in l. Thais. §. pen. ff. de fideicom. lib. & in l. 1. §. pro secundo.
16 C. de cad. tol. † Quæritur ultra, qui sunt effectus substitutionis uulgaris? dic quòd quinque. Primus est in homine sui iuris hærede scripto, quia intelligitur si hæres non erit uel mutato eius statu hæres esse non possit, uel alium sibi hæredem non fecerit. In homine autem alieni iuris intelligitur, si hæres non erit uel alium non fecerit. ut Instit. de uulga. substitu. in fin. & l. cum proponas. C. de hær. insti. Secundus est effectus, quia testamentum potest uires assumere ab isto secundo gradu, uidelicet ab ipsa uulgari, ut l. 3. in fi. ff. de li. & posth. Tertius est effectus, quia ista uulgaris expressa si fiat pupillo, continet tacitam pupillarem. ut l. iã hoc iure, in prin. ff. de uul. & pup. Quartus est effectus, quia per eam defuncto succeditur, & non hæredi scripto. ut insti. de uulg. substi. in prin. Quintus effectus est, quia facit de suo necessario hæredem uoluntarium. vt in l. si filius hæres ff. de lib. & posthum. & l. Papinianus. §. quarta autem ff. de
17 inoffi. testa. † Modo quæro circa prædicta. Pone quòd plures sunt hæredes instituti, quibus omnibus unus solus est vulgariter substitutus, an per aditionem hæreditatis factam ab uno euanescat substitutio quò ad alium, seu quo ad alios? distingue breuiter secundum Doctor. ubi supra hoc modo, aut substitutio respicit omnes cohæredes coniunctim, uerbi gratia, dixit testator § Si Titius & Caius hæredes non erunt. § uel § Si neque Titius, neque Caius hæredes erunt, Sempronium substituo, § & similia, tunc aditione facta ab uno expirat substitutio quò ad alios. Ratio est, quia requiritur defectus aditionis copulatiuè in persona utriusque, ut probatur in l. quidam testamento. ff. de uulg. & pup. l. quamuis. ff. de impube. & alijs substi. & not. per gl. Instit. de uulga. substit. §. si instituto. Aut substitutio respicit omnes diuisim & separatim, uerbi gratia, si testator dixit § Caio hæredi meo substituo Sempronium, & Titio hæredi meo substituo eundem Sempronium, § uel similia. & tunc per aditionem unius expirat substitutio quò ad alios. ut. ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. pen. ff. de uul. & pup. l. duobus. §. filius. & l. cum ex filio. §. fi. & l. cohæredi. §. cohæres.
18 ff. eot. tit. cum sim. † Inde quæritur, pone quòd facta aditione ipse hæres impetrauit contra ipsum in integrum restitutionem, quod fieri potest. C. si ut se ab hære. absti. l. 1. cum sim. ibi not. an hæc substitutio uulgaris extincta per aditionem* restaurabitur per hanc in integ. restitutionem? Dic breuiter quòd sic, per tex. in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. & l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. & l. ex contractu. ff. de reg. iur. & not. per Cyn. in l. post aditam. &
19 & per Bart. in d. l. 1. de vulg. & pup. † Sed an iste substitutus, cuius substitutio restaurata est per talẽ restitutionẽ admittatur de iure ciuili, uel prætorio? ampla est inter Docto. disputatio, nam Vltramontani, quorum opin sequitur Cy. in l. qui se patris. C. unde lib. tenent, quòd solùm admittatur de iure prætorio, sicque habebit solum annum ad bonorũ possessionem petendam, ut probatur in l. 1. § interdum ff. de uulg. & pup. Sed Barto. ubi supra tenet quòd utroque iure tam ciuili, quàm prætorio admittatur per tex. in l. 1. §. si quis adita. ff. ad Trebel. & ibi de hoc per eum, & per consequens adire poterit usque ad 30. ann. facit. l. fin. ff. de suc.
20 edi. † Item quæritur, nunquid existentia sui hæredis sicut confirmat tabulas pupillares, ut l. si filius qui patri. ff. de uul. & pupi. & ff. de acq. hære. l. si filius, & l. Iulianus. ita etiã annullet, & confirmet ipsa substitutionem uulgarem? dicit Barto. in d. l. 1. quòd non, quia ad hoc ut substitutio uulgaris expiret, requiritur uera hominis aditio & expressa, nec sufficit ficta uel præsumpta, & hoc modo debet intelli
21 gi. d. l. post aditã. quod est multum notandum. † Vltra quæritur, si hæres institutus non potest esse hæres de iure ciuili, sed solùm de iure prætorio in casibus not. per gloss. & Docto. in l. fin. C. vnde leg. an per aditionem factam de iure prætorio expirabit ipsa uulgaris substitutio? In qua quæst. licet Barto. valde dubitet, dicit tamen non improbabiliter sic posse distingui, aut ius succedendi de iure prætorio traxit originẽ in uita testatoris, ut patet in l. posthumus. in princip. de iniusto rup. & irri. test. & l. facta. §. si sub conditione. ff. ad Treb. & tunc per aditionem factam de iure prætorio finitur ipsa substitutio, ut probatur in d. l. conditionibus. §. si patronus. ff. de condi. & dem. Quod quidẽ firmatur tali ratione, ille qui succedit de iure prætorio contra voluntatem defuncti per bon. possess. contratabu. excludit successorem de iure ciuili, ut per tot. tit. ff. de bon. possess. cõtratab. ergo multo fortius succedens de iure prætorio secundùm uoluntatem defuncti, excludet illum substitutum. Aut ius succedendi de iure prætorio traxit originem post mortem testatoris, uerbi gratia, filius est præteritus à primo gradu, & exhæredatus a secundo, primus gradus redditur nullus propter præteritionẽ filij, Vnde fit locus secundo de iure ciuili, postquam filius præteritus approbauit testamentum, quod facere potuit, per l. filio præterito. ff. de iniust. rup. & irri. test. Certè hoc casu institutus præfertur substituto. arg. in l. cum in secundo, & quod ibi nota. ff. de iniust. rup. & irri. test. & l. si quis eum. §. primo. ff. de acquir. hæredita. per quæ patet quod approbatio filij non confirmat institutionem primi gradus in præiudicium substituti, cuius ratio est, quia ius fuit ipsi substituto quæsitum per ipsam petitionem. vnde sequens approbatio non est potens ipsum ius quæsitum eidem auferre, ut in regula alteri per alterum, nec huic sniæ habet refragari glo. in l. si quis. ff. de uul. & pup. & quia secundùm aliquos illa glos. est falsa. Tu autem verius dic, omnem vulgariter substitutum per aditionem cuiuscunque heredis de iure ciuili, uel prætorio pœnitus excludi per tex. in l. si duobus §. si prius. ff. de contratabu. & ibi not. Barr. pro qua opinio. facit l. puberem. & quod ibi not. et l. suum hæredem. C. de iure deliberandi.

ADDITIONES.

✠ Post additam, Adde, & reg. desumitur ex l post aditam hic alleg. amplia, & limita, vt per Ias. in l. 1. num. 64. ff. de vulg. Matuer.

✠ Substitutio vulg. Adde, quòd in vulg. expressa, tacita pup. continetur, secundum Ias. in l. 1. nu. 61. ff. de vulg. vbi ponit reg. cum fal. & in l. precibus, num. 7. C. de impub. quam declara, ut per Rip. in l. secunda, num. 40. ff de vulg. vbi differit de

rit de communi qua etiam per Ias.in l. moribus num. 40. eod.tit. Masuer.

✠ Restaurabitur, Adde Ias in l. 1.num.34.ff.de vulg. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillaris substitutio unde dicta.*
2 *Pupillari in substitutione, quot sint necessaria.*
3 *Hæredibus quibus substituatur pupillariter nu.4. & 6.*
7 *Quare is cui fit substitutio debet esse impubes.*
8 *Stante statuto quòd pubes minor ann.25 non possit testari, an poterit ei pupillariter substitui.*
9 *Filio naturali tantum pater potest hodie substituere, non autem pupillariter.*
10 *Substitutio facta filio naturali legitimato per principem post mortē, an valeat.*
11 *Pater si faciat testamentum sibi minus solenne, an valeat substitutio pupillaris.*
12 *Substitutio facta nepoti præterita ex filio emancipato, an valeat.*
13 *Vitiato testamento ex causa præteritionis, an vitietur substitutio pupillaris.*
14 *Hæreditate non adita, an valeat substitutio pupillaris.*
15 *Sola existentia sui hæredis, an confirmet pupillarem substitutionem.*
16 *Substitutio quæ aliàs sustineri non potest, an sustineatur per vim fideicom.*
17 *Pupillaris substitutionis quis sit effectus nu.18. 19. & 20.*
21 *Tacita vulgaris contenta in expressa pupillari, an excludat matrem*
22 *Expressa pupillaris, an sicut excludit matrem, ita excludet patrem.*
23 *Expressa pupillaris, an excludat fratrem pupilli.*
24 *Tacita pupillaris admittitur contra matrem.*

1 VPILARITER † Hæc substitutio est secūda species inter directas substitutiões quæ fit solum pupillo. Ideoque pupillaris dicta est. vt institut.de pupil. substi. quę in multis differt à præcedenti, vt inferius apparebit, forma autem eius est talis, Si filius meus in pupillari ætate decesserit, Caium substituo, ut probatur in l. 2.in prin. ff.de vulg.& pup. & Instit. de pup. subst.in prin.de natura cuius pupillaris substitutionis tra-
2 ctauit Bar.in d.l.2. in prin. † Vnde pro ipsius declaratione quæritur, quot sunt necessaria in substitutione pupillari? dic conclusiuè, quòd octo secundum Doctor.& glo.in d. l. 2. in princip. quorum uno deficiente ipsa substitutio uitiatur. Primum quod requiritur est, quòd persona cui
✠ sit hæc substitutio, sit impubes. * Secundum, quòd sit in potestate testatoris. Tertium, quod sit de liberis eius. Quartum, quòd per mortem testatoris efficiatur sui iuris, nec reincidat in alterius potestatem. ut d.l.2. in princi.& ver. plane. Quintum, quòd in uita testatoris non desierit esse in eius potestate, ut l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulgar.& pup. Sextum quòd pater sibiipsi faciat testamentum ut ff. de vulg.& pup. l. 1.in fin.& d.l.2.ver. quisquis. Septimum, quòd impubes sit institutus, uel exhæredatus, ut d. l.2.uer. sed si eos & d. l.1.§. pluri. Octauum & vltimum requisitū est, quòd ipsius testatoris adeatur hæreditas. d.l.2. & uersi. adeo. vel pro adita hæreditate reputetur, vt infra dicetur. Nunc autē procedendum est ad declarationem separatim omnium prædictorum articulorum, vnde circa primum de liberis quæro, quibus liberis posit pupillariter substi-
3 tui, † vbi aduertendum, quòd quidam sunt liberi naturales & legitimi, & his potest indubitanter substitui cuiuscunque gradus sint, ut d.l.2.in princ.& d.l. si testamento. C.de
4 impu.& alijs substi.& insti.de pup.substi. in prin. † Quidā sunt filij legitimi tantum, ut filij adoptiui, & in his attenditur, an transeant in potestatē patris adoptiui, an non, quod qualiter fiat traditur in l.cū in adoptiuis.C. de adop.& Insti.eo.§. 1.ut si transeant in potestatē posit eis substitui, aliàs non.ut l.si arrogator.ff.de ado.& l. sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulg. & pup.& not.per gl. in d.l.2.in prin.
5 & versi.sed si extraneum. ff.eo.tit. † Quidam autem sunt liberi naturales tantùm, ut nati ex concubina, & istis non potest pupillariter substitui, quia non sunt in potestate testatoris.ut l.Lucius. ff. de vulg.& pup. & multominus pōt substitui spurijs, vel incestuosis, cū nec illi sint in potestate.
6 † Quidam sunt hæredes penitus * extranei, & his non
✠ potest pupillariter substitui, vt l.verbis ciuilibus.ff.de vul. & pup. quia in eis deficiunt substantialia, de quibus supra. Quid igitur si testator eius nepotem ex fratre, uel sorore in pupillari ætate constitutum sibi hæredem instituerit, eique pupillariter substituerit, ut plerunque accidit uel ignorantia testatoris, uel notarij, an hæc substitutio aliqd operabitur? & dicunt glo.in d.l.uerbis.& Doct. quod sic, quia operabitur iure fideicommissi, & sic operabitur ut resoluatur in fideicommissariam substitutionem, ne uerba frustratoriè uideantur apposita, sed operentur eo modo quo possint arg. in l.si quando.ff.de leg. 1.ita quòd si non ualēt ut agebatur, saltem ualeant ut ualere possint, ut traditur plene per glo.& Doct.in l. 1.§.eum qui ff. de consti.pec.& per Cyn.in l. non codicillum C. de testamen. Si uerò hæc pupillaris substitutio facta esset maiori extraneo, tunc nō resolueretur in fideicommissariam, secundum Doct. in d. l.2.quia duplex uitium cōcurrens in hoc, uidelicet ætatis & patriæ potestatis impedit hanc resolutionem, pro qua sententia facit l.Sceuola & l.ex facto.in prin.ff.Treb. Transeo ad secundum articulum qui est, quod requiritur, quod is cui fit substitutio sit impubes, & quæro de ratione huius.
7 † Respondeo, ratio est, quia impubes testari non potest.l. qua ætate.ff.de testa.unde lex huiusmodi personis prouidere uoluit, ut ille pater sub cuius sunt potestate, ipsis faciat testamentum, nam pupillaris substitutio appellatur testamentum filij, ut d.l. 2.§. quisquis. & §. interdum. & l. patris & filij ff.de uulg. & pup. & Inst. de pupil. subst.§. 1. per hoc sequitur & declaratur, quod ideo non potest fieri puberi, quia ipse pōt per se testari, ut d. l.uerbis.& in l.in pupillari.& habetur in l.qua ætate ff.de testa .& si diceretur, ergo hac ratione attenta debet posse quilibet extraneus pupillo instituto pupillariter substituere. Responde quòd in hac substitutione lex magis confisa est de patre, quàm
8 de extraneo. † Sed circa hoc occurrit dubium pone, quod statuto ciuitatis caueatur, Quòd pubes minor 25.non possit facere testamentum, an pater eius poterit sibi pupillariter substituere, uidetur quòd sic à paritate rationis, quia si potest substituere impuberi, qui non potest testari, ergo & isti qui priuatur factione testamenti, unde cum in utroque sit eadem ratio, & eadem iuris dispositio esse debet, ut l. illud.ff.ad leg.aquiliam, & l.quod dictum ff.de pact. & l.cum tale.§.falsa.ff.de cond.& dem. cum sim.Bart.autē tenet contrarium in d. l.2.& in d. l. ex facto. ff. de uulg.& pup.in prin. quia in pupillo non est sola illa ratio, uidelicet defectus ætatis, sed etiam inhabilitas procreationis filiorum, quæ ratio cessat in maiore. An autem huic impuberi prohibito testari per statutum possit substitui, sicut prodigo, & furioso? dic.ut no.per eum in d.l.ex facto.Cir-
8 ca tertium * substantiale quod est, quòd impubes sit in potestate. quæro an iure nouissimo Auctenticorum, quo exæquata est patria potestas & emancipatio, ut in §. nullā, in Auth. de hæré.ab intest sit necesse, quòd impubes sit in potestate? dicunt Doct.quòd sic, Nec ob.d.§.nullam, quia loquitur in eo tantum casu quo locus eo successioni ab intestato: hic autem loquitur cum agitur de successione ex testamento, quo casu iura uetera remanent in eo recta, ut determinat glo. in d.l. Gallus.§. & quid si tantum.ff.de lib.& posth.& in auth. ex causa.C.de li. præt.& C.de coll. l.si emancipati.Ex quibus patet. quòd l.si mater ff. de uul.
9 pup. adhuc hodie remanet incorrecta † sequitur etiam & aliud. uidelicet, quòd filio naturali tantum, pater non potest, etiam hodie substituere, ut dictum est, pupillariter,

Quid

10 † Quid autem dices, si pater filio naturali pupillariter substituerit, qui post mortem patris fuit legitimatus per Principem, vel Comitem, quod fieri potest, ut in authen. item si quis, & in corpore vnde sumitur. C. de natu. lib. an
* reconualescat * hæc substitutio, videtur quòd non, per regulam l. quod ab initio. ff. de reg. iur. In contrarium determinat Bar. in d. l. 2. cuius ratio est, quia hęc legitimatio retrotrahitur, ut l. fin. ff. de nat. rest. sicut dicitur in reuerso ab hostibus, ut l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. & l. pater, cum l. seq. ff. de capt. & postlim. & l. illa institutio. §. 1 ff. de hære. insti. & sic non differt hoc casu ab alijs sui principio natis legitimis & naturalibus; ut in Auth. quibus modis
11 natur. effi. sui. §. illud & §. bella. † Nunc autem alijs pro nunc omissis articulis capio illum, qui est, quòd pater sibi debet facere testamentum, & quæro si fecit testamentum minus solenne de iure communi, licèt sit solenne de iure speciali, vt puta cum duobus, uel tribus testibus, ut l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. an tenebit pupillaris substitutio? distingue, aut substitutus est de liberis, & tunc tenet: aut est extraneus, & tunc non ualet, per d. §. ex imperfecto. quod nota, quia multoties occurrit de fa-
12 cto, & sic tenet Bart. ubi supra. † Descendo ad alium articulum qui est, quòd debet impubes esse institutus, uel exhæredatus; quia si esset præteritus, testamẽtum esset nullum d. l. 2. versi. sed si & l. 1. de iniu. rup. & irri. test. Et quæro, quid si facta fuerit substitutio nepoti præterito ex filio emancipato, an vitiabitur hæc substitutio? dicit Bar. quòd non in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & ibi per eum in d. l. 2. coniuncta, l. meminimus. C. de le. hęr. Cuius ratio potest esse, quia hæc substitutio reperta est fauore filiorum, ut dictum est, unde non debet in eorum læsionem retorqueri, ut l. quod fauore. C. de legi. & l. si iu-
13 dex. ff. de min. † Vlterius quæro, an vitiato paterno testamento ex causa præteritionis, uel exhæredationis, uitietur ipsa pupillaris substitutio? dicunt Docto. quòd nõ, nisi pupillus cum tutoris sui auctoritate approbauerit testamentum, quod fieri potest per l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. testa. coniuncta l. si ad pupillos. ff. de auctorit. tut. Ex quo patet, quòd authen. ex causa, quæ dicit rumpi testamentum quò ad institutionem non habet locum in
14 pupillari substitutione. ut ibi not. per Docto. † Venio ad aliud necessarium ad hanc substitutionem, quod est ut hęreditas patris adeatur, & quęro quid si non fuerit adita, an hæc substitutio confirmetur per auth. ex causa? dicunt quidam, ꝙ non, per l. si nemo. ff. de testam. tu. Bart. autem tenet contrarium sequendo opin. communem. ut in l. 1. §.
15 fi. in 4. opp. ff. de vulg. & pup. quæ opi. uerior est. † Sed an sola existentia sui hæredis sine alia expressa aditione confirmet tabulas pupillares? dic breuiter secundum omnes, quòd sic. in l. pater, in prin. ff. de priui. credi. & tangitur in l. filius qui patri. ff. de vulga. & pup. per quod sequitur unũ quotidianum, quòd si pater habeat vnicum filium impuberem, quem hæredem instituit, & eidem pupillariter substituit, quòd licèt ipse pupillus decesserit non adita hæreditate per eum, quòd nihilominus substitutus pupillari substitutione admittetur, de quo per Cy. in l. quidã eulogio. C. de iure delibe. & per Barto. in l. si filius, la seconda. & l. si nemo. ff. de test. tut. Quęro amplius, si hęc substitutio facta pupillo non tenet ex defectu ipsius testatoris, uel ipsius pupilli, an ualebit saltem iure fideicommissi? dic ut supra dixi, quòd sic. ut habetur & notatur. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pup. & l. Sceuola. & l. ex facto. ff. ad
16 Trebe. cum sim. † Effectus autem huius inuestigationis est, quia pupillaris substitutio trahitur tam ad bona testatoris, quàm ad propria ipsius pupilli. vt in l. sed si plures §. ad substitutos. ff. de vulg. & pupillari. & in l. Centurio. in prin. ff. eo. tit. Sed substitutio fideicommissaria solùm trahitur ad bona testatoris, vt in d. l. Centurio. uersi. 1. & l. cohæredi. §. cum filiæ. in fi. ff. de vulg. & pup. Ex præmissis
* habes, quibus modis pupillaris substitutio finiatur.* Alius casus est, si substitutus prædecedat ipsi pupillo. ut in l. qui habebat ff. de vulg. & pup. quia hæc pupillaris substitutio non transit in hæredem substituti, licet ius accrescendi trãseat, ut l. qui pater. ff. de acquir. hære. & l. qui liberis. §. fi. & l. sed si plures in prin. ff. de vulga. & pup. & l. si ex plu. ibus. ff. de suis & leg. Alius est si pupillus decedat in uita testatoris, ut l. apud Iulianum. §. idem Iulianus ff. ad Trebell. facit l. quòd si filius. ff. de Cast. pecu. cum similibus. & dixi
17 supra circa tacitam vulgarem. † Deinde quæritur, quis sit effectus huius pupillaris substitutionis. Et breuiter dic, quòd est multiplex. Primus est, quia in se continet tacitam vulgarem, ut dictum est, & probatur in l. iam hoc iure, in
18 princip. ff. de vulg. & pup. cum si. † Secundus est effectus quia per hanc substitutionem fit hæres substitutus pupillo ut inst. de subst. pup. in prin. & l. Centurio. ff. eod. tit. Sed in quibus bonis succedat substitutus, an in bonis pupilli tantum, vel etiam paternis? distingue plenius, quam supra dixerim secundum Docto. & Bart. vbi supra. Aut hæc substitutio est facta filio legitimo tantum, ut puta adoptiuo, & tunc ei succeditur solùm in bonis sibi delatis à testatore. ut in l si arrogator. ff. de adopt. & l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. Aut est facta filio legitimo & naturali, & tunc succedunt in omnibus bonis sibi undecunque delatis. ut d. l. sed si plures. §. ad substitutos, licèt miles priuilegio militari possit hãc substitutionem restringere ad certa bona uel sua tantum, uel pupilli tm̃, ut d. §. ad substitutos. & sic patet, quòd quis potest grauari in rebus proprijs per uiam substitutionis, quod est uerum, & speciale in substitutione directa pupillari. Secus autem in fideicõmissaria, ut l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. & l. ex facto, in prin. §. 1. ff. ad Treb nisi testator specialiter, & expresse ipsum hæredem scriptum grauauerit de restituẽdo res proprias, & ipse hæres ex rebus hæreditatis tot fructus percepit, qui æquiualeant rebus proprijs, ut l. ita tamen. §. Trebellianum. ff. ad Treb. & l. cum pater. §. Titio
19 ff. de leg. 2. quo casu tenet. & valet grauamen. ut ibi † Tertius effectus est, ꝙ testator potest illum facere hæredẽ suũ, & necessarium pupillo, quem facere potest sibiipsi. vt d. l. si plures. §. quos possum, & l. 2. §. prius, in fi. ff. de vulg. & pup. Et ex hoc sequitur, ꝙ mortuo pupillo si substitutus decedat ante aditam hæreditatem, cum sit suus & necessarius transmittit ipsam hæreditatem in eius hæredem, ut l. 1. C. de his qui ante aper. ta. quod not. quia tp̃e epidimiæ põt
20 contingere. † Quartus effectus est, ꝙ hæc substitutio pupillaris expressa matrẽ pupilli ab eius hæreditate & à legitima in toto excludit, ut in c. si pater, in fi. ext. de test. li. 6. & in l. precib. & ibi no. C. de imp. & ali. sub. & l. Papinia. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. Tacita autem pupillaris ipsam non excludit, immo mater ipsa excludit eo casu substitutum, ut in l. fi. C. de insti. & sub. no. in d. l. precib. in fin. & idem dicit per omnia in auia pupilli secundum Bar. ar. in l. nepotes, & l. ubi auiarum. C. de suis & leg. in Auth. matri & aui. C. quando mul. tut. off. fun. po. in corpore. Auth. ut lit. mat. & au. in prin. pro quo facit. l. 2. §. si mater. coniuncto. §. si de nepotibus. ff. ad Treb. Sed hic quæritur de tali dubio, si filius non potest matrem excludere à sua legitima, ergo multominus pater eius: quia qui non potest per se, nec per alium. Sol. respondetur per text. & glo. in d. c. si pater. & in d. §. sed nec impuberis. quòd hæc substitutio patris est testamentum, cuius contrarium dictum est supra, cum dixerim, quòd est testamentum filij: sed potest sustineri, quòd est testamentum patris quò ad quid, & quò ad aliud testamentum filij, ut no. in l. patris &
21 filij. ff. de vulg. & pupill. † Post hæc quæritur, b an tacita vulgaris contenta in expressa pupillari excludat ma-
b trem? videtur quòd non à paritate rationis, quia si tacita
* pupillaris * non excludit eam, ergo nec tacita vulgaris. In contrarium facit, quia non reperitur iure cautum, ergo non est dicendum, ut in Auth. de trien. & semis. §. consideremus. Item quia de separatis non est recta illatio. vt l.

Papinianus

tunc trahitur etiam ad fideicommissa ias, quia ex uerbis illis colligitu: mens testatoris uoluisse trahi.ut d.l.precibus.& ibi no. gloss. & per Bartol. in lege Centu:io. ff. de vulgar. & pupillar. Aut est tacita simpliciter, & tunc secundum Dyn. & Bartol. non porrigitur ad fideicommissarias, sed ad vulgares tantùm. vnde cùm à principio valuerit iure directo, postea nō obliquaſ. vt lege uerbis ciuilibus.ff.de vulgar.& pupil.& ibi not. Nec huic sententiæ habet repugnare lex qui plures. in princip. ibi § In omnem casum &c.§ ff. eod titul.quia ille text.debet exponi, id est, in omne emolumentum proueniens ex directa sub-

25 stitutione. † Rursus quæritur de alio multoties occurrente. Ecce quòd testator habet quatuor filios, duos habet ex prima vxore, alios ex secunda, quos omnes hæredes sibi instituit, eosque inuicem substituit; deinde vnus ex his moritur. quæritur an cæteri omnes superstites ad eius successionem admittantur, an solus frater utrinque coniunctus cæteris præferatur? & videtur fratrem solùm vtrinque coniunctum cęteris anteferri per text.in authen. post fratres, & in authent. defuncto. C. communia de suc. Ad idem facit, quia coniunctus coniunctione legali æquiparatur coniuncto coniunctione hominis. ut lege ex testamento. C. de hæredi. institut. vnde cum isti duo fratres sint coniuncti coniunctione legali, sequitur ipsum fratrē debere cęteris anteferri, sicut præfertur coniunctus coniunctione hominis, ut lege cohæredi.§ discretas.ff.de vulgar. & pupillari. Alij dicunt, omnes æqualiter admittendos, quasi hæc fuerit mens testatoris, cùm parem affectionem ad omnes institutos ostenderit, & per consequens eandem uidetur habuisse in substitutione, argumento in l.qui liberis.§.hæc uerba.ff. de vulgar. & pupillar. & hanc partem sequuntur communiter Doctor. Nec obst. contrarium, quia illud procedit in coniunctione, quæ ius accrescendi inducit, hoc autem procedit in coniunctione sanguinis, in qua attenditur motus charitatis & dilectionis, vt no.in d.§.qui discretas. Vel dic quòd d.authen.loquitur in successione ab intestato, hic in successione ex testamento, in qua testatoris uoluntas potius quàm legis attenditur.ut l.in testamentis.ff.de re iud.& l.in conditionibus.

26 ff.de cond. & demon. cum sim. † Postea quæritur, an is qui est reciprocè substitutus, possit uenire ad successionē præmortui utroque iure, tam accrescendi, quam iure substitutionis? gloss. dicit quòd sic. in lege nec his.§. si hęres. ff. de acquirend. hæred. & idem sentit Barto. in lege re coniuncti.ff. de legat.tertiò, hoc idem determinat glo. in lege testamento. C. de impub. & alius substitut. & ibi per Cyn. patet ergo, quòd inter plures hæredes ante aditam hæreditatem, & non post, est locus iuri accrescendi. Facit lex si ex pluribus. ff. de suis & leg.hæred.& l. prima.ff. de usufru.accre.& ibi not.per gloss.& in l.prima.§.his ita. C.de cadu.tollen.& ibi per Cyn. & plenissimè per Bart. in

41 d. lege re coniuncti. Pro cuius materiæ * declaratione aduertendum est, quòd aliquando sunt plures hæredes coniuncti, uel disiuncti in aliqua institutione, uel substitutione directa, secus autem in fideicommissaria, ut infra dicam. Aliquando sunt plures legatarij coniuncti, uel disiuncti in legato. Aliquando sunt plures contrahentes coniuncti in contractu. Primo casu subdistingue, aut sunt hæredes ex testamento, uel ab intestato: si ex testamento, aut omnes disiuncti, aut omnes coniuncti, aut quidam coniuncti & alij disiuncti. Primo casu, ubi sunt omnes disiuncti, tunc portio deficiens alijs accrescit, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, ut in regula ius nostrum.ff.de regul.iur.etiam illis inuitis. vt dicta lege testamento & ibi not. C. de impub. & ali. substitutio.& lege p ima.§. his ita. C.de caduc.tollend.& lege prima. C. quando non pe.par.pet.accre.& ibi per Cy. Secundo casu, cum sunt omnes coniuncti, tunc aut post partem defectam, alius cohęres adiuit partem suam, & tunc ei inuito accrescit portio deficiens. ut dicta lege testamento.ff.de acquirend.hæredita. lege si quis hæres, & lege si tu ex parte. Aut ante partem defectam cohæres suam partem adiuerat, & tunc aut pars ipsa deficiens deficit beneficio speciali, ut quia restitutus est in integrum ad repudiationem faciendam, & tunc non accrescit cohæredi inuito sed solùm uolenti, ut lege si minori.ff. de acquirend.hæredit. Aut deficit beneficio communi, ut quia nunquam adiuerat, & tunc non accrescit cohæredi inuito simpliciter, sed defertur sibi electio, an uelit suam partem retinere uel repudiare: & si uoluerit retinere, alia pars deficiens sibi accrescat: si uerò repudiet, non accrescat. vt est text singul. in lege cum hæreditate. ff. de acquiren. hæredi. & per hoc patet, quòd post aditam hæreditatem admittitur quis ad repudiandam partem suam beneficio alterius, qui ex persona sua non admitteretur. vt lege sicut, & lege suus. de repudian.hæredita. Tertio casu cum alij sunt coniuncti, & alij disiuncti, tunc si quidem deficiat portio vnius ex coniunctis accrescit soli coniuncto cum limitatione supra proximè tradita. Si uerò deficiat portio unius ex disiunctis, tunc accrescit communiter omnibus, vt hæc habentur in dict.§.his ita. Ratio autem diuersitatis ibi ponitur. Nec obstat. l. item quod Sabinus. §. primo. ff. de hæredi. institu. quia ille. §. secundum ueram opinio. debet intelligi, quòd

27 ibi erant omnes disiuncti. † Quod autem dictum est accrescere cohæredi, idem intelligas in ipsius cohæredis hærede, quia ius accrescendi sequitur portionem hæreditariam ad quemcunque deueniat, sed non sic ius substitutionis, quia illud finitur cum persona, nec transit ad hæredem suum. ut lege si ex pluribus. ff. de suis & leg. hæredi. & lege sed si plures, in princip. & lege qui habebat. ff. de uulgar. & pupil. nisi fortasse substitutio esset iuri accrescendi coniuncta, uerbi gratia, si esset unus & idem hæres & substitutus, ut lege qui patri. ff. de uulgar. & pupil. secundum Bartol. ubi supra. Et notandum, quòd portio quæ accrescit pluribus cohæredibus non accrescit æqualiter, sed pro portionibus hæreditariis. ut lege Meuio, in princip. ff. de legat. secundò. & lege liber homo. §. cum quis. ff. de hæredi. instit. Hic pro aliqua declaratione præmissorum quæro, regula est, quòd inter legatarium, & hæredem non est locus iuri accrescendi. ut not. in lege quoties. ff. de hæredi. instit. & lege prima.§. si ex fundo. ff. eodem titul. Pone ergo quòd testator putans Titium uiuere ipsum hæredem uniuersalem instituit, Sempronio autem fundum legauit, quęritur cum Titius reperiatur mortuus, an hæreditas quæ sibi deferebatur, accrescat Sempronio legatario: uidetur quod non per regulam antedictam. Tu dic quòd accrescit, ut expressè determinat Guliel. de Cun. in lege seruo. ff. de condit.indeb. & Barto. in lege quoties.§. si duo. ff. de hęred.institut. Non obst. prædicta regula, quia tunc locum habet prædicta regula, cum hæreditas facta fuerit quasi caduca, ut not. in dicta lege quoties, & §. si duo.

28 † Sed hic considerandum occurrit, an accrescat cum onere, vel sine onere, vbi distinguendum, aut accrescit portio pro non scripta, aut caduca, aut quasi caduca. Si pro non scripta, aut portio deficit delicto ipsius hęredis priuati, & tunc aliis accrescit cū suo onere. ff. de his q̄ pro non scrip. l.fi. Aut est pro non scripta ex alia cā, & tunc in legatis accrescit sine onere. ut l. 1. §. in primo. C. de cad. toll. In hæreditatibus āt sunt opi diuersæ, tū dic ſm Bart. aut onus fuit simpliciter appositū, & tunc accrescit cū onere. ut d.§. his ita. Aut fuit appositū nominatim, & tunc aut ab oībus hæredib. & accrescit cū onere. vt d l.q̄ conditio. 2. resp. ff. de ꝯdi.& de.& l. ciuitatib.§. Luc. ff. de le.1. Aut nominatim ab vno solo, & tūc accrescit sine onere, ut l. Cels.§.pe.& fi. ff.de le.2. Secundo casu & 3. accrescit cū onere. ut d.l. 1.§. pro secundo & §. in nouissimo. C.de cad.tol.& adde his q̄

 no. per

no.per Barto.in l.quæ conditio.& l.plautius.ff.de condit. & demon. Venio ad secundum principalem articulum, qui fuit quando sunt plures hæredes ab intestato, in quo sic dicas secundum Barto. quòd regulariter ubi sunt pares in gradu & coniunctione, locus est iuri accrescendi inter eos.ut d.l.si ex pluribus.ff. de suis & leg. Vbi uerò esset disparitas in coniunctione, uerbi gratia, pone quòd pater decessit pluribus relictis filiis & nepotibus ex filio præmortuo, quorum vnus partem suam repudiauit, qualiter ad partem repudiatam admittentur cæteri? distinguit Bartol.ubi supra. Aut repudiat vnus ex nepotibus, & tunc soli fratri suo accrescit exclusis patruis tanquam duplici iure coniuncto. Aut repudiat vnus de filiis, & tunc nedũ ipsi fratri, sed cæteris nepotibus pariter accrescit, argum. in l.si duobus in fin. ff. de contr.atab.& ff.de coniung.cum eman.lib.l.prima.§.si quis ex nepotibus, fallit in casu.l. 1.

19 §. si duo fratres.ff.de colla.bono. † Quid autem dices, si pater decesserit duobus filiis superstitibus ex prima vxore, & aliis duobus ex secunda, alter ex his repudiat partẽ suam, cui accrescet? dicit ipse Barto.quòd accrescet pariter omnibus, ut in l.si duobus. in fin. ff. de cont.atab. & ff. de coniung.cum eman.lib.l.prima.§.si quis ex nepotibus. Nec huic sententiæ repugnat authen.cessante.C. de legit. hæred. quia ibi loquitur secundum eum in successione iã quæsita ipsi fratri defuncto, in qua præfertur plus coniunctus.hic autem loquitur de successione nondum ipsi defuncto quæsita, alij deferenda per ius accrescendi, quo casu non attenditur maioritas coniunctionis, pro quo facit. l.fin.ff. ad Treb.Cyn. tamen tenet contrarium. vt not.in l. cohæredi.§.qui discretas.& l.iam hoc iure.ff.de vul. & pu

20 pil. † Viso de hæredibus, uidendum superest de legatariis, an inter eos sit locus iuri accrescendi, de quo per Cy. in d.l.prima.§.his ita.C.de cad.tollen.& l. si Fortidianum fundum.C.de legat.& per Barto. plenissime.d. l. re coniuncti. ff. de legat. 3. Pro cuius faciliori introductione sciendum est, quòd quidam sunt disiuncti re & uerbis, quidam autem utroque modo coniuncti, quidam uerò coniuncti re tantùm, & quidam uerbis tantum coniuncti. Dicuntur autem illi omnino disiuncti, quado in diuersis orationibus vni legatur vna res, & alij alia res, uerbi gratia {Lego Titio fundum, item lego Sempronio domum} & inter istos non est locus iuri accrescendi. vt l & Proculo. ff.de leg.2.& d.l.1.in prin.& ibi per gl.ff. de vsufr. accresc.

21 † Coniuncti uerò utroque modo dicuntur illi, qui simul copulantur in eadem re. v. g. {Titio & Sempronio lego fundum} vt no.per gloss. in l.1. de usufr. accrescen. quod exemplum reprobatur per Pe.licèt male secundum Bart. quia pro glo.est text.Instit.de leg.§.sed si eadem res.& ibi no.coniuncta.l.triplici.ff.de uerbo.signifi. Verbis tantum coniuncti dicuntur, quando personæ copulantur in oratione, & in re legata diuiduntur.v.g {Titio & Sempronio lego fundum æquis portionibus, uel singulis pro dimidia, aut vni pro tertia parte, alij pro duabus} vt l.si ita quis.de hære.instit.& l.Mæuio.ff.de lega.2. Re autem tantùm coniuncti sunt, quando personæ separantur in diuersis orationibus, & in eadem re instituantur.v.g. {Titio lego fundũ, item Sempronio lego eundem fundum} vt l.si separatim. ff.de cond.& demon.& l.si plures.ff.de leg.1. quo casu uidetur in dubio legando secundo adimere primo, secundũ glo.in d.l.1.de usufr. accrescen. quæ in hoc malè dicit secundum Dyn.& Barto.ut no.in d.l.si pluribus.& l. sicut.ff. de adim.leg.& pro eis facit d.l.re coniuncti.& l. 1.§.final. cum sua gloss.ff.de stip.seruo. Quibus sic præmissis respondeo ad quæst. distinguendo, aut sunt pariter coniuncti re & uerbis, & habet locum inter eos ius accrescendi si uelint, non autem eis inuitis. vt l.prima.§. ubi autem legatariis.C.de cadu. tol. & ibi per Cyn. & procedit hoc ius accrescendi modo, de quo infra dicetur. Aut sunt coniuncti uerbis tantum, & tunc subdistingue secundum Bartol. aut in uerbis est coniunctio, sed in re totalis, & separata diuisio, ut [Lego Titio & Sempronio singulos boues, & sim.] & non habet locum inter eos ius accrescendi, ut ff.de usu.accr. l.prima, in 2. respon. facit l.rectè dicimus. §.fin. ff de verbor. signifi. aut in re non est totalis diuisio, v. gra. {Lego Titio, & Sempronio fundum æquis portionibus pro indiuiso} & tunc quia res est indiuisa, nec possunt partes ad oculum demonstrari. ut l. Mæuius. §. duobus.ff.de legat. secundò, erit locus iuri accrescendi si velint, ut d. l. re coniuncti. Aut sunt coniuncti re tantum, & tunc subdistinguitur, aut sunt coniuncti in usufructu tãtu, aut in dominio. Primo casu, aut portio vnius deficit ante acquisitionem usufructus, & habet locum ius accrescendi, quia à principio totidem singulis est collatum. Aut deficit post acquisitionem, & tunc habet locum etiam ius accrescendi inter uolentes. ut probatur in d.l.prima.§. interdum.ff. de usufru. accres. Secundo casu cùm sunt coniuncti in dominio, tunc habet locum ius non decrescendi, quia à principio cuilibet ipsa res fuit insolidum attributa, sicque per solum concursum faciebant sibi partes, quo concursu cessante remanet res ipsa insolidum apud aliũ, vt habetur in d.l.si Fortidianum.C. de lega. & ibi not.per Cyn.& probatur in d.l prima.§.sin autem ad deficientis.C. de caduc tollen & cum hac distinctione, & tali modo ueniunt simul ad hoc ius accrescendi qui cõiuncti sunt utroque modo, scilicet re & uerbis, licèt in hoc sint aliqui qui contrarium sentiant. vt not.per Barto.in d.l.re coniuncti.

❧ Ad quæ uide quæ habentur in l.planè. * §.si coniuncti. ff. de legat. primò. & in §. si eadem res, Institut. de legat.

22 † Aduerte tamen ad vnum, quòd si aliquis ex coniunctis fuerit admissus ad partem suam de iure speciali non utetur iure accrescendi, ut l. mulieri & Titio.ff.de condit.

23 & demonst.& ibi not.per Barto. † Porrò, quia superius ustum est quibus casibus pars deficiens aliis accrescit uideamus an in legatis accrescat cum suo onere, uel sine, sicut supra dictum est in hæreditate. In quo articulo sic distingue, aut pars deficiens est pro non scripta, & accrescit sine onere.ut d.l.prima.§.in primo.de caduc.toll.aut erat caduca, uel quasi, & tunc aut sunt coniuncti uerbis tantùm, aut utroque modo. Primo casu distinguit Bartol. aut onus erat impositum nominatim, aut simpliciter, ut supra dictum est in hæredibus, uel dic secundum Cyn, quòd in legatariis considerandum est hoc. Aut enim est onus consistens in dando, & tunc accrescit cum tali onere.d. l. prima.§ ne autem.C. de cadu. tollen. Aut consistit in faciendo, & tunc aut non inhæret personæ, & idem; aut inhæret personæ, & tunc non accrescit cum onere, sed sine eo, ut habetur in d. l. prima. §. sin autem. & §. si uerò talis. Vbi autem sunt utroque modo coniuncti, tunc aut pars deficiens est pro non scripta, & idem quòd supra distinguendum est per d. l. primã. §. in primo. Aut est caduca, uel quasi, & tunc licèt in hoc sint diuersæ opin. tamen ueritas est, quòd sine onere accrescit, quinimmo non decrescit, cum cuilibet insolidum res ipsa à prin. fuerit attributa, sicut in coniunctis re tantum, ut dictum est: & cum ista determinatione intelligendus est præalleg. §. ubi autem

24 legatariis, & ibi per Cy. † Nunc restat discutere articulum, qui est, an inter plures contrahentes locus sit iuri accrescendi. In quo sic distingue secundum Bar.aut quæritur de iure accrescendi, quod procedit ex coniunctione hominis, aut ex coniunctione legis. Primo casu, aut quæritur de vsufructu accrescendo, & in eo locum habet ius accrescendi.l.prima.§.fin.ff.de usufr.accres. aut quæritur de dominio uel proprietate, & tunc aut loquimur in diuiduis, & locum habet ius accrescendi, ut l.prima. §.primo. ff de usufr.accres.& lege p. oprium.ff. communia prædio. & dic ut ibi not. Aut loquimur in indiuiduis, & tunc aut loquimur de dispositis a principe, & habet locum ius accrescendi, ut l.prima.C.si so.imperia.do. lib. decimo, aut

est

est in dispositis per alium inferiorem, & tunc aut interest contrahentis, quòd locus fiat iuri accrescendi, & habebit locum etiam aduersario inuito, ut probatur in l. fundus ille. ff. de contrahend. emptio. & ibi not. Aut eius non interest, & tunc cessat ius accrescendi, ut l. si mihi & Titio. ff. de uerbor. obliga. & ibi no. per Barto. in d. lege si duo patroni, in princip. ff. de iureiurand. Fallit in assignatione
25 libertorum, ut ff. de assi. lib. leg. fi. † Per quæ colligitur
c [c] determinatio ad illam quæst. quando eadem res duobus est data in feudum, uel emphyteusim, an sit locus iuri accrescendi inter eos, in qua quæstio. Barto. in d. l. si mihi & Titio. sic distinguit: aut res ipsa data fuit ambobus præsentibus & acceptantibus, & tunc morte vnius non fit locus iuri accrescendi, per d. l. si mihi & Titio. quia per acceptationem & requisitionem cessat ius accrescendi, ut l. circa. ff. de usu. leg. & ad hoc bene facit. cap. prim. de duo. fra. de no. benefi. inu. colum decima, & de gra. suc. in feu. cap. primo, nisi esset emphyteusis paterna. Si autem data fuerit vni præsenti & alteri absenti, tunc non ualet nisi pro dimidia regulariter, ut d. l. si mihi. Fallit si esset talis persona quæ possit absenti quærere, uel ex forma statutorum, vel iuris communis. Item quæritur soli præsenti insolidum si esset contractus onerosus. ut d. l. fundus ille. Sed
d quid dices [d] si sit patri res aliqua in feudum concessa, uel emphyteusim recipienti pro se & filiis suis, quo mortuo alter ex filiis decessit sine hærede, an crescat alteri portio sua, uel redeat ad dominum? dic secundum Barto. quòd accrescit, quia hæc acquisitio est paterna, ideo sit locus iuri accrescendi, ut d. cap. primo, de duo. fra. de no. benefi. inue. & in c. cum uero Corradus, qui feu. da. pos. Targitur per Cyn. in d. l. prima. C. quando non pe. par. & per Specu. in tit. de loca §. nunc aliqua, uer. 69. & per Dy. in l. codi-
26 cilli. ff. de vsuf. legat. † Postremò quæritur an ius huius reciprocæ substitutionis transeat ad hæredes ipsius substituti? dic breuiter quòd non, ut d. l. Lucius. §. fin. & l. qui plures, & l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulgar. & pup. nisi forcasse & hæredes eius essent pariter cum eo substituti, vt plerunque uidi fieri, & est optimum consilium, ut testator dicat ❡ Titiú, & filios, ac hæredes suos Caio substituo ❡ ius autem accrescendi transit in quoscunque, ut l. si ex pluribus. ff. de leg. hær. & hęc sufficiant.

ADDTIONES.

✻ Testator. Adde Aym. consi. 43. Ias. in l. Lucius. num. 31. ff. de uulg. Nat. consi. 130. col 6.

✻ Materiæ. Adde, & limita hanc iuris accrescen. materiam ut per Ias. in l. si duo patroni. num. sexto. ff. de iureiurand. Mafuer.

✻ In l. planè. Adde Ias. in d. l. planè. §. si coniunctim. num. 4. vbi refert communem, quòd si testator dicat, lego Titio & Seio fundum, dicuntur illi coniuncti, re & uerbis, quam sequitur Alex. consil. 109. lib. 2. ubi etiam dicit, quòd ius accrescendi cessat dato substituto. Masuer.

✻ Breuiloquæ. Adde, quòd reciproca substitutio non continet fideicommissariam, secundùm Cur. & alios in rub. colum. 4. C. de impub. in l. hæreditatem. C. eod. ubi inter alia, quod huiusmodi substitutiones, puta, breuiloqua & compendiosa, non sunt diuersæ substitutionum species, sed potius nomina magistralia, ut sub breui sermone possint plures substitutiones complecti, teste Cur. d. l. secunda. colum. 4. C. eod. ubi quòd substitutio reciproca facta personis imparibus: non continet fideicommissariam, & si facta sit personis æqualibus, secundum communem ibi relatam, quam limita, ut per eum ibi, cui adde, quod ad hoc vt sit breuiloqua: requiritur, quòd fiat pluribus, & fiat inuicem, & sit reciproca, item continet directas tantum, non fideicommissarias, ex not. per eundem Cur. in l. precibus. colum. 17. 11. C. eod. ubi quòd quando breuiloqua facta est in codicillis: mens testatoris est interpretata in l. Scęuola. ff. ad Treb. quòd trahi debeat ad fideicommissariam, quia in materia breuiloqu., uide quæ scribit Dil. de arte test. tit. de substit. cap. 14. cap. 19. Nat. consil. 326. ubi disputat casum breuiloquę mistæ cum compendiosa, de quo uide Dec. in l. in testamento la 1. ubi Castr. colum. tertia. C. de testam. mil. quid in breuiloqua simplici, an contineat tacita pup. & dic, ut per Nat. d. consil. 326. ubi plura circa illum artic. an quando breuiloqua substitutio est mista cum compendiosa: licet facta sit personis imparibus, contineat pup. saltem tacitam contentam in vulg. & tandem d. consil. colum. secunda, post med. uer. ego in hac, sequitur opin. Castr. ibi alleg qui uoluit, quòd quando breuiloqua substitutio est mixta cum compendiosa, ut in casu de quo ibi, licet facta sit personis imparibus, contineat pup. motus tali ratione, quia tali casu, reciproca propter mixturam compendiosæ: comprehendit fideicommissariam, quæ pupillo est onerosa, ergo multomagis continere debet pup. quæ est fauorabilis pupillo, est uerum quòd aliqui noluerunt contrarium, quibus responde ut per eū ibi, ubi etiam declarat Doc. Dec. in l in testamento. C. de mil. test. & quid in breuiloqua simplici, quid in mista cum compendiosa, uide latius. d. consi. & quæ doctè & copiosè scribit Rol. consi. 29. per totum lib. 1. ubi breuiloquæ materiam tractat. Masuer.

a Secundo quæritur. Adde Bart. in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupil. Bald. in l. precibus. C. de impu. & aliis substitution.

b Quæro ergo. Adde Bald. in l. precibus. C. de impu. & ali. substit. Bal. in l. Centurio. ff. de uulg. & pup. Bal in reper. cap. si pater, de testam. lib. sexto, & Barba. in cap. Ray. de testam.

c Colligitur, Adde Bald. in c. decedenti. qui feu. da. poss. in vsib. feu. Bad. in l. si qua. C. ad Ter. Doct. in l. mihi & Titio, de uerb. obl. Spec. in tit. de feu. uer. 36. Pau. de Castr. consil. 156. & seq.

d Dices. Vide Abb. in c. Ray. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaris substitutio, quare dicitur.*
2 *Muto, surdo, & prodigo, an substituatur exemplariter.*
3 *Exemplariter substituere qui possint.*
4 *Exemplariter substitui quibus possit.*
5 *Substitutus exemplariter à matre, an præferatur substituto exemplariter à patre.*
6 *Exemplariter substitui quæ personæ p. sint.*
7 *Ex pluribus filiis, an possit vnum ad substituendum eligere.*
8 *Pater, an teneatur substituere æqualiter fratres, tam utrinque coniunctos quàm ex eadem matre tantum.*
9 *Vulgaris uel pupillaris facta mentecapto, an contineat exemplarem.*
10 *In expressa pupillari, an contineatur tacita exemplaris.*
11 *Tacita exemplaris, an excludat matrem.*
12 *Quæ sint necessaria ad substitutionem exemplarem.*
13 *Substitutio exemplaris quando finiatur.*
14 *Substitutio exemplaris extincta per sanitatem superuenientem, an reuiuiscat morbo inualescente.*
15 *Substitutio exemplaris, an sit penitus extincta condito testamento per mentecaptum tempore sanitatis.*
16 *Condito testamento ante furorem, substit. exemplaris facta tempore furoris non ualet.*
17 *Superuenientibus liberis, an finiatur substitutio exemplaris.*



Xemplariæ. Hæc substitutio est de raro contingentibus. Cuius forma talis est ❡ Si filius meus mentecaptus uel furiosus antequam redierit ad sanos mores, decesserit,
1 substituo sibi Sempronium. ❡ † Hęc enī exemplaris dicitur, quia ad exemplum pupillaris est inuenta, ut qua ratione fit substitutio pupillaris ei qui defectu ætatis testari non potest, sic & ei qui defectu sensualitatis impeditur testari, ut traditur in lege humanita-

tis,ut ibi per Cyn. C. de impub. & aliis substitutio. & in l.
ex facto,& ibi per Bar.ff.de uulg.& pup.& in §.qua actio-
2 ne. Institut. de pup. substit. † Sed circa hanc quæritur,
an muto,surdo,& prodigo, possit substitui exemplariter?
uidetur quod non, quia de furioso, & mentecapto loqui-
tur lex, ergo ad alios non extenditur, argum.in l. si uerò.
§.de uiro.ff. solut. matrimo. nisi de speciali gratia princi-
pis,vt d.l.ex facto, & hanc partem sequuntur alij quos re-
fert Cyn. in d.l. humanitatis. Alij tenent contra, quia in
eis est eadem ratio,ergo idem ius,ut l.illud.ff. ad l. Aquil.
ad quod facit.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& po
sthum.& l.prima.C.de cu.fu.& l. furiosi. C. de nupt. Nec
obst. quòd l. humanitatis. loquitur de solo mente capto:
quia illud solum est positum gratia exempli,quod non ha
bet regulam restringere. vt l. damni infecti. in fin. la.2. ff.
de dam. infect. & hæc uerior, non ergo est opus pro hac
substitutione hodie principem adire, cũ omni iure liceat
cuicunque hanc substitutionem facere propria auctorita-
te,& quo ad hoc remanet correcta.l.ex facto prӕalleg.
3 † Deinde quæritur, a qui possint exemplariter substi-
tuere? dic breuiter quòd soli ascendentes utriusque sexus,
videlicet pater & mater,& alij superiores,ut dicit tex.in
d.l. humanitatis, & d. §. qua ratione, per quod colligitur
vna differentia inter hanc exemplarem substitutionem,&
pupillarem: nam mater non potest pupillariter substitue
re, quia non habet filium in potestate. vt l. si mater. ff. de
4 vulgar.& pupilla. † Tertiò principaliter quæritur, qui-
bus potest exemplariter substitui? Dic quòd liberis tantũ,
non extraneis patientibus aliquod uitium de prædictis,
siue sint in potestate,siue sint sui iuris, siue sint naturales &
legitimi,siue naturales tantum,siue legitimi tãtum. vt d.l.
humanitatis.& l.ex facto per quæ patet alia differentia in
ter hanc & pupillarem,quia pupillaris non fit naturali tan
tum,uel emancipato, ut supra dictum est, & probatur in
d l.Lucius. cum sim. Est etiam alia differentia, quia hæc
substitutio non fit impuberi, sed soli puberi. si enim fieret
pupillo furioso operaretur hæc substitutio, tanquam pu-
pillaris potius,quam exemplaris attẽto uitio seu defectu
naturali potius quam accidentali.arg.in l.qui habet.ff. de
tute. nisi pupillus esset emancipatus, quo casu cum non
posset operari ut pupillaris, operaretur ut exemplaris se-
cundum Docto.& Barto.vt no in d.l.ex facto,& per Cyn.
5 in d.l. humanitatis. † Quartò quæritur, quoniam dictũ
est, patrem & matrem posse hanc facere substitutionem,
pone quod pater filio furioso dedit vnum substitutum,
mater dedit alium, quis eorum præfertur? dic quòd licèt
in hoc diuersæ sint opin. Illa tamen æquior est, qua distin-
guitur,aut filius erat in potestate patris, & tunc præfertur
substitutus datus ab eo in paternis bonis, uel aduentitiis,
quia ius paternæ potestatis potentius est iure matris. In
bonis autem maternis præferendus est ab ea substitutus,
argum.eius quod dicitur de filio arrogato,ut in l. si arro-
gator.ff.de adop.& l.si plures.§.in arrogato. ff.de vulga.&
pup.facit etiam quod dicitur de tutore, ut l. mater. C. de
testam.tut.& l.mulier.& l.si patronus.ff. de confir. tuto. Si
autem filius erat emancipatus, & tunc in bonis paternis
præfertur substitutus à patre. In bonis maternis præfer-
tur substitutus à matre: In aduentitiis æqualiter omnes
admittuntur, quod totum operatur diuersitas parentum
& patrimoniorum,sicut aliàs dicitur in d.l.si arrogator.&
quæ dicta sunt in patre & matre, locum etiam habent in
auo & auia,& aliis superioribus, ut plenè tradit Barto.in
d.l ex facto. miror tamen quod Docto. non considerauc-
runt in hac quæst. qualitatem personarum substitutarum.
argum. d. l. humanitatis. credo quòd hoc posuerunt pro
constanti. Sed quid si mater transiuit ad secunda uota,
an priuetur hoc priuilegio substituendi exemplariter ipsi
filio? dic quòd sic,quia tunc cessat illa humanitas,de qua
in d.l.humanitatis,argum.in l.omnem. C. ad Ter. & lege
sciant. C.de leg. hære. & quod habetur in l. lex quæ tuto-
res.C.de admi.tut.& in authen.hoc sacramentum.C.quan
6 do mul.tu.offic.fun.po.& l. 1.C.ubi pu. edu. de. † Sextò
quæritur, quæ sint illæ personæ quæ possunt exemplariter
substitui. Dic quòd illæ solæ quas uerisimile esset ipsos
liberos sibi substituisse, uel instituisse si fuissent sanę men-
tis,& potuissent testari,utputa ipsorum filios,nepotes, &
alios similes proximiores. Extranei autem illis exstanti-
bus substitui non possent,ut probatur in d. l. humanitatis.
Et ex hoc colligitur etiam differentia inter hanc substitu-
tionem exemplarem,& pupillarem,quia in pupillari om-
nes possunt substitui.vt in l.secunda. §. quos possum. ff. de
vulgar.& pupil. & in hac illi soli, de quibus dictum est:
quamquam quidam uoluerunt dicere, quòd d.l. humani-
tatis. corrigat.d.§. quos possunt. cum sim. ut sit hodie idẽ
quoad hoc in utraque substitutione,quæ opin.non est cõ-
munis,ut refert Cyn.in d.l humanitatis.& Barto. in d.l. ex
7 facto. † Quid igitur si iste filius, cui fit hæc substitutio,
habeat plures filios uel fratres,an liceat patri eius uel ma-
tri vnum ex eis eligere,& illum solum substituere aliјs ex-
clusis,uel prӕteritis? Dic breuiter, quòd licèt quò ad hoc
sint contrariæ opin. Docto. attamen uerior est opin. ut
distinguatur,aut non subest iusta causa prӕteritionis, uel
exhæredationis,& tunc tenetur æqualiter eos substituere,
& ratio est, quia pater & mater pari modo debent se ha-
bere in hac substitutione, sicut uerisimiliter se habuisset
ipsius filius si testamentum condidisset. ut probatur per
8 text. in d. lege humanitatis. † Post hęc quęritur, quid si
filius habet fratres utrinque coniunctos, & alios uterinos
tantum,an pater teneatur ipsos æqualiter substituere? qui
dam quos refert Barto.in d.l.ex facto, dicunt quòd solum
vtrinque coniuncti sunt substituendi: quia hi soli sunt sub
stituendi,qui admittuntur ad querelam, ut probat text. in
d lege humanitatis,& quia uterini soli non admittuntur
ad querelam. ut lege si fratris. C. de inoffic. testam. ergo
non sunt substituendi. Alij autem distinguunt, aut sub-
stitutio fit à patre,uel à matre: si a patre, tunc præferen-
di sunt in substitutione utrinque coniuncti,uel consangui
nei tantum. Si uerò à matre, tunc sunt æqualiter substi-
tuendi omnes, de quo plenius uide in d. lege ex facto.
9 † Rursus quæritur, si pater substituerit solum vulgariter,
uel pupillariter tantum filio suo impuberi, & menteca-
pto. An in hac uulgari & pupillari contineatur exem-
plaris substitutio? dicunt quidam quòd in hac uulgari
expressa non continetur tacita exemplaris, nec simplici-
ter in pupillari, ne duo specialia in eodem concurrere ui-
deantur.ut no.in l.prima. C. de dot. promiss. & lege cum
post.§.gener.& ibi not.ff.de iure dot. Barto. ubi supra di-
stinguit, aut tempore quo pater substituit, filius nullum
patiebatur defectum, & tunc non continetur in ea exem-
plaris propter superuenientem defectum, quia ad casum
inexcogitatum non sunt extendenda uerba substitutionis.
argumen.in lege inter stipulantem.§.sacram.ff. de uerbo.
obligat. Aut tempore testamenti filius patiebatur defe-
ctum furoris. & tunc in uulgari continebitur tacita pupil-
laris.infra tempora pupillaris ætatis,& cessabit exempla-
ris,attento potius naturæ uitio quam accidentis,ut supra
dictum est: post uerò pupillarem ætatem continebitur
exemplaris, & sic prouisio testatoris uideatur relata ad
omne tempus secundùm qualitatem personæ, si tamen
persona substituta fuerit de his quæ continentur in d.lege
humanitatis,& hoc dictat æquitas & humanitas. dicta le-
ge,facit in argumen.l.qui neque. & l.si prædicta ff. de reb.
10 eorum. † An autem b in expressa pupillari contimea-
b tur tacita exemplaris,uoluerunt quidam dicere,quòd sic.
ratione similitudinis quam habent inter se ut plurimum
istæ duæ substitutiones. Ideoque de una in aliam facilior
est transitus. argum.in leg. rem. §. item quęcunque. ff. de
rei uendi.& lege si accepto, cum sim. eodem titulo. Alij
distinguunt, an hæc pupillaris fit tacita cum limitatio-
ne temporis. uerbi gratia } Si filius meus decesserit in pu-
pillari

ppilla-i ætate substituo.} Et tunc si semel ualere potuit
ut pupillaris, postea in aliam non resoluitur, ac obliqua-
tur, ut lege si ita quis. ff. de hæred. instit. Aut est facta sim-
plicitер, & tunc aut est facta filio in potestate, & ualet ut
pupillaris usque ad pubertatem, & post ualet ut exempla
ris, argumen. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupil. Aut est
facta filio emancipato, & tunc ualet ut exemplaris. argu-
21 men. in lege Gallus. §. primo. ff. de liber. & posthum. † Vl-
c tra quæritur, [c] an prædicta tacita exemplaris excludat
matrem, dic secundùm Docto. quòd non, nec alias per-
sonas quas nō excluderet tacita pupillaris, sapit enim hæc
substitutio in multis naturam pupillaris, ut statim subij-
ciam, cùm sit ad ipsius exemplum inducta & reperta, ut in
§. qua ratione, Institut. de pupil. substitut. ergo &c. ut leg.
prima. ff. de lega. primo. l. secunda. C. commu. de lega. Sed
expressa exemplaris bene matrem includeret eadem ra-
tione qua pupillaris expressa, quod tenet Barto. ubi supra.
22 † Item quæro, quot sunt necessaria, ad hoc ut exempla-
ris substitutio fiat & ualeat? Dic breuiter, quòd sex. Pri-
mò uidelicet, quòd is cui fit substitutio sit de liberis. Se-
cundò, quòd sit mente captus, uel in simili uitio constitu-
tus tempore testamenti seu mortis ipsius testatoris. argu.
in d. l. secunda. §. si extraneus. ff. de vulgar. & pupil. Tertiò,
quod morte testatoris non reincidat in alterius potesta-
tem, quia si reincideret, quod non potest per se, non pote-
rit per alium. argum. in l. neque. C. de hæredit. instit. sicut
de pupillari superius dictum est. Quartò, quòd testator
faciat sibi testamētum, ut d. l. humanitatis. Quintò, quòd
sit institutus saltem in legitima, non autem exhæredatus,
nec præteritus. vt d. l. humanitatis. Sextò, quòd ipsius te-
statoris adeatur hæreditas expressè, uel habeatur pro adi-
ta ipso iure per existentiam sui hæredis, ut supra dictum
est de pupillari. vt lege si filius qui patri. ff. de vulgar. &
pupil. & l. fin. §. primo. C. de cu. fu. hoc sequitur Barto. ubi
supra. ex quibus patet differentia, & consonantia inter has
23 substitutiones. † Septimò quæritur [d] quando hæc sub
d stitutio exemplaris finiatur & uitietur. ad hoc sic respon-
deo, quòd generaliter uitiabitur ubicunque aliquid ex
prædictis substantialibus defecerit. Finitur etiam ex su-
perueniente conualescentia, & qualitercunque uitium
cessauerit. Item finitur si filios, quos prius non habue-
24 rat, susceperit hic furiosus. vt d. lege humanitatis. † Sed
circa hoc quæritur, quid si per conualescentiam superue-
nientem extincta sit substitutio exemplaris postquam rein
cidat in furorem, an substitutio reuiuiscat seu reconuale-
scat? & quidam distinguunt, aut uterq; actus furoris ces-
santis & redeuntis contingit in uita testatoris, & tunc re-
conualescit substitutio. argum. l. posthumus. ff. de iniu. rup.
& irri. testa. iuncta l. secunda. ff. de petit. hæred. Aut con-
tingit post eius mortem, & tunc non reconualescit per iu
ra prædicta. Barto. autem in d. l. ex facto. aliter distinguit,
aut enim furor & demētia perseuerat, & tunc planum est,
quòd substitutio firma stat: aut furor cessat, & eodem mo-
do cessat substitutio, non autem extinguitur. Ideoque si
iterum superueniat furor, ipsa substitutio uires assumit,
quæ prius cessauerat, & tali uerbo {Cessat} utitur cum
25 ministerio d. l. humanitatis. † Ex quibus secundùm eum
colligi potest decisio ad quæstionem, quid si filius post re
ditum ad sanos mores testamentum fecit, quod facere po-
tuit, si erat sui iuris. ut l. furiosus. C. qui testam. fac. pos. si
post reincidat in furorem, quòd non reuiuiscat ulterius
substitutio exemplaris, quia per eius propriam prouisio-
nem satisfactum est in bonis eius, vnde superflua est alie-
na, ne per indirectum sublata esset sibi testandi facultas,
quod esse non debet. vt l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb.
26 obliga. † Deciditur etiam, & aliud uidelicet, quòd si ta-
lis filius qui prius nunquam fuerat furiosus in sua perfe-
cta salute fecit testamentum, deinde superuenerit sibi fu-
ror, quòd non poterit sibi exemplariter, uel à patre, uel à
matre substitui ratione prædicta, ad quod facit. l. si arro-

gator. cum ibi not. ff. de adoptio. uidetur tamen opin. Bar.
in eo quod dicit substitutionem cessare, contradicere text.
17 in d. l. ex facto. † Postremò quæritur, an ex perueniенti-
bus liberis finiatur substitutio exemplaris, & dic quòd sic,
siue sint filij naturales tantùm, uel legitimi, uel simul legi-
timi & naturales, ut probat text. in d. lege humanitatis,
in ratione sui. licèt ille tex. loquatur in filio suo, & hoc te
net Bartol. in d. l. ex facto pro quo facit, quia præsumptio
est ipsum furiosum, si foret sanæ mentis, ipsos filios cæte-
ris in institutione prætulisse. vt l. cum acutissimi. C. de si-
deicom. & l. cum auus. ff. de condi. & demon.

ADDITIONES.

a Deinde quæritur. Adde Bar. in l. ex facto. de vulg. & pu-
pil. Bal. & Doct. in l. humanitatis. C. de impub.
b An autem. Adde Alex. in l. humanitatis. C. de impub. uer:
tertiò quæritur. & Alex. consi. 25. in 1. vol.
c Vltra quæritur. Adde Bald. in l. Lucius. ff. de vulgar. &
pupillar.
d Septimò quæritur. Adde Barto. in l. ex facto. ff. de vulga.
& pupilla.

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa substitutio cur ita dicatur.*
2 *Compendiosa substitutionis, quæ sit forma.*
3 *Compendiosa an sit species de per se.*
4 *Compendiosa quas substitutiones comprehendat.*
5 *Verba directa compendio, quæ sint.*
6 *Verba obliqua quæ appellentur.*
7 *Verba communia quæ sint.*
8 *Substitutio facta per uerba directa quas substitutiones comprehendat*
9 *Pupillaris contenta in compendiosa an sit tacita uel expressa.*
10 *Verbum sine liberis, adiectum uerbis compendio quid importet. nu. 11. 12. 15. & 16.*
13 *Substitutio facta, si filia mea decedat antequam nubat, an sit compendiosa uel fideicommissaria.*
14 *Compendiosa facta per uerba merè obliqua, quæ substitutio sit.*
17 *Qui sit effectus an substitutio sit directa uel fideicommissaria.*
18 *Compendiosa quando fit per uerbum commune, quid importet.*
19 *Mater quando est in medio, an sufficiat fuisse tempore mortis testatoris, licèt non fuerit tempore quo cedit dies substitutionis.*
20 *Substitutio facta filio, si impubes sine liberis &c. an eo decedente post pupillarem ætatem locum habeat.*
21 *Facta substitutione filiis de tertia persona vno ex eis decedente, cohæres, an substitutus admittatur.*
22 *In substitutione compendiosa pluribus continente pupillarem, vulgarem, & fideicommiss. an sit locus substitutio cum distinctione prædicta proxime.*
23 *In vulgari cur exigatur implementum conditionis in persona omnium institutorum, vt sit locus substitutio, in aliis autè distinguatur.*
24 *Substitutio de pauperibus, an habeat locum vno ex pluribus piis institutis decedente sine filiis.*
25 *Substitutio compendiosa facta per uerbum commune, an contineat substitutionem vulgarem.*
26 *Substitutus compendiosè in re certa, an sit hæres in solidum, num. 27. & 28.*
29 *Quæ differentia inter institutionem quota & substitutionem.*
30 *Substitutio compendiosa facta per uerba directa, & communia, an iudicetur directa, uel fideicommissaria.*
31 *Verbum perueniat, an sit directum vel obliquum.*
32 *Verbum pertineat, an sit directum vel obliquum.*
33 *Verbum accrescat, an sit directum uel obliquum.*
34 *Verbum mortatur, quid importet.*
35 *Substitutio compendiosa qualiter finiatur.*

1 OMPENDIOSAE. Aduertendum est
multum circa hanc substitutionem, quia est,
in quotidiano usu, ut lege legaui. ff. de lib. le-
gata, quæ ideo compendiosa appellatur,
quia secundum quoddam, fit sub quodam
uerborum compendio, includens in se mul-

tas substitutiones, & plura tempora, quæ quidem deriuatio, seu denominatio, non est concludens, quia & reciproca substitutio est huiusmodi, sicque etiam denominanda compendiosa: & ideo melius dic, quòd ideo sic appellatur, quia Imperator eam sic baptizauit. vt l. precibus. C. de impub. & alijs substitut. nec super hoc est insistendum, quia plura sunt negocia, quàm vocabula. vt l. natura. ff. de præscri. verb. & sunt talia pernacibus relinquenda. vt l. secunda. C. de constit. pecu. & gloss. in rub. ff. solut. matrim.
2 † Circa hanc substitutionem de pluribus est quærendum, & primò quæ sit eius forma. vbi respondetur quòd talis est: Quandocunque filius, uel hæres meus sine liberis decesserit, Sempronium eidem substituo: vt habetur in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. & ibi plenè per Barto. & in d. l. precibus. vbi per Cyn. & per hoc not. quòd hæc substitutio fit per hoc aduerbium: Quandocunque, uel si. † Inde
3 quæritur, an hæc substitutio compendiosa sit species substitutionis distincta & separata ab alijs? dicunt Doct. aut hæc substitutio fit a milite qui potest directò substituere, & tunc est propriè species substitutionis distincta ab aliis. ut d. l. Centurio. & l. precibus. Aut fit à pagano, & tunc quia paganus non potest substituere directò, nisi vulgariter & pupillariter. Ideo vltra hos casus, & eorũ tempora talis directa substitutio non porrigitur, sed resoluitur in fideicommissariam, vnde in pagano est adiectio quædam infra tempora pubertatis, postea uerò est species distincta, quia transit secundùm aliquos in fideicommissariam, vt infra dicetur, & supradictum est de reciproca, & non substitutio per se ab aliis distincta, nisi forte aliis per statuta terrarum reperiretur aliud dispositum, quia tunc idem in pagano, quod in milite esset censendũ.
4 † Tertiò quæritur, quas species substitutionum comprehendere habeat compendiosa substitutio si fiat à milite vel pagano? dic quòd si quidem fiat à milite, tunc attenta persona eius cui fit ex forma substituendi, aliquando comprehendit vulgarem tantùm, aliquando simul vtranque, & idem dico in pagano, in quo comprehendit aliquando etiam fideicommissariam, ut d. l. Centurio, & apertius demonstrabitur in sequentibus. Quæro igitur de eorum declaratione, quando comprehendet vulgarem, vel pupillarem, aut fideicommissariam. Cuius gratia præsciendum est, quod aliquando hæc substitutio compendiosa fit per uerba merè directa, aliquando per uerba merè
5 rè obliqua, & aliquando per uerba communia. † Verba autem directa appellantur illa quæ ita directò referuntur ad personam substituti, quòd in acquisitione hæreditatis ipsius factum, & ministerium, & non alterius personę requiritur, verbi gratia, si testator dixerit: Caium filium meum hæredem instituo, & quandocunq; ipse filius meus decesserit, talis sit hæres sibi: vt not. per gloss. super uerbo directas. & l. eam quam. C. de fideicommiss. & l. omne uerbum. C. communia de lega. & in l. precibus. C. de impu. & aliis substit. per hoc enim, quòd dicit: Sit hæres: agit testator, ut substitutus à seipso capiat sine alterius ministerio, & idem si dixerit: Talem instituo, & quandocunque
6 filius meus decesserit, talem substituo. † Verba autem obliqua appellantur illa, per quæ testator in acquisitione fienda per substitutum exigit alterius ministerium, uerbi gratia si testator dixerit: Quandocunque filius meus decesserit, restituat hæreditatem Caio: nam isto casu & sequentibus, non potest Caius à se ipso intrare, & apprehendere hæreditatem, nisi præcedente & interueniente facto hæredis restituentis, ut l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. & l. ex facto. §. ex facto. & §. fi. l. recusare. §. Titius. & l. restituta & quasi per totum. ff. ad Treb. Idem si dixerit: Rogo, ut facias Caium hæredem: vt leg. ex facto. in princip. & in l. filiusfam. §. ut quis hæredem. ff. de legat. 1. Idem si dixerit: Reddat hæreditatem Caio: vt l. cum quidam. ff. de lega. secundò, ut l. uerba sunt obliqua. & lege verbum reddendi. ff. de verbor. signifi. uerba ergo: Restituat, reddat, recipiat, & satisfaciat: sunt obliqua, ut patet
7 ex prædictis. † Verba autem communia sunt illa, quæ se possunt habere ad utrunque significatum, uidelicet quòd hæres capiat à seipso, uel ab alio, & sic possunt esse directa, & obliqua, de quibus ponuntur exempla per gloss. in in d. lege precibus. & primò in uerbo substituo, ut puta, si testator dixerit: Quandocunque hæres meus decesserit, Sempronium substituo: hoc enim uerbum: Substituo: aptum est referri tam ad directam, quàm ad obliquã substitutionem propter ipsius uerbi generalitatem, nã vnusquisque dicitur substitutus, qui in locum alterius subrogatur. argum. in lege Titius. cum seq. ff. de hæred instit. & l. prima. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cadu. tol. sunt etiam alia exempla de uerbis communibus, & alia de quibus dubitatur, an sint directa, uel obliqua, uel communia, de quibus omnibus infra declarabitur, nec mireris de hac inuestigatione, quia inter directã substitutionem & obliquam multiplex est differentia, maximè illa, quia de directa nulla detrahitur quarta, de fideicommissaria sic, ut infra patebit. His itaque sic præmissis rediens ad propositam quæstionem concludo, tres casus principaliter examinãdos. Aliqñ fit substitutio cõpendiosa per verba merè directa: Aliqñ ꝑ uerba merè obliqua. Aliqñ ꝑ uerba cõia.
8 † Circa primũ articulũ cùm fit ꝑ uerba mere directa, quęritur de pluribus quæstionibus. & primò quas species substitutionum comprehendat in se hæc tacita substitutio compendiosa. & distingue, aut hæc substitutio fit à milite, aut à pagano. Primo casu omni tempore est directa. ut d. l. Centurio. & sic comprehendit vulgarem, pupillarem, & aliam quancunque directam pro toto tempore. Secundo casu subdistingue, aut fit impuberi, & resoluitur in fideicommissariam, & secundùm illam operatur pro toto tempore, quia paganus ultra ætatem pupillarem non potest directò substituere, tex. est in lege Scęuola. ff. ad Treb. facit quod not. in lege uerbis ciuilibus. & in l. in pupillari. ff. de vulgar. & pupillar. Aut fit pupillo, & tunc secundùm communem opin. gloss. & Docto. infra tempora pupillaris ætatis fungitur uice pupillaris substitutionis, & tanquam de pupillari disponitur, postea autem finitur. ut d. l. uerbis. & d. l. in pupillari. quam opin. sequitur in hoc gloss. in d. l. Centurio. & in lege precibus. & Institut. de pupil. substitut. in gloss. magna. & idem Azo in sum. eodem tit. & idem Cyn. in d. lege precibus glo. in ca. Raynutius. extra de testam. & Ioan. And. in glo. in cap. primo. extra de testam. lib. sexto. Alij autem sunt qui dicunt, quòd ualet infra tempora pubertatis, ut pupillaris, postea autem trahitur ad fideicommissariam, quam opin. sequutus est Ioan. And. mutato proposito in nouella sua super d. cap. primo, & alij quidam idem sentiunt, & mouentur præcipuè ex coniecturata mente testatoris, qui comprehendendo omne tempus uidetur substitutionẽ hanc uoluisse operari omni tempore, prout melius posset, ad quam mentẽ uerba sunt inquantum possunt trahenda, ut in l. secunda, in fin. C. de lib. præter. & in l. in conditionib. de condi. & demon. etiam impropriando ipsa uerba. ut l. si alij, & ibi not. ff. de usufru. lega. & l. insulam. ff. de præscr. uer. Barto. autem in d. lege Centurio. uoluit pro concordia distin-
9 guere, quæ truffa est. † Sed circa prædicta quæritur, an pupillaris contenta in hac substitutione compendiosa sit tacita uel expressa, & quędam gloss. magna in d. l. Centurio, & in l. precibus, uidetur sentire quòd sit tacita, quod etiam uidetur probari per text. in d. l. precibus. Tu tamen secundum Bart. dic, quòd quantum ad formam uerborum est tacita, sed quantum ad iuris effectum est expressa, quod patet, quia matrem excludit, ut in cap. primo. extra de testamen. libr. sexto. & dict. lege precibus. & nota. per
10 Bartol. in dict. lege Centurio. in quarta opin. † Quid autem dices de quæstione quotidiana. pone quòd in hac substitutione facta per uerba directa testator adiecerit uerbum: Sine liberis: uerbi gratia: Quandocunque

docunque decesserit filius meus sine liberis, Sempronius sit hęres] an idem hoc casu erit censendum quod in proxima quæstione dictum est. Aduerte quòd sicut in præcedenti quæstione sunt opin. contrariæ, sic in ista. & quidé gloss. in d. lege precibus, dicit quòd omni tempore hæc substitutio est fideicommissa propter illa uerba {Sine liberis} & idem sequitur gloss. in d. cap. Ray. Do. tamen communiter tenent idem quod in præcedenti, uidelicet quòd infra tempora pubertatis ualeat, ut pupillaris, postea trahatur ad fideicommissariam per d. l. Centurio. Quidam autem dicunt quòd opin. gloss. est uerior. quia propter illa uerba {Sine liberis} substitutio uidetur relata ad id tempus principaliter quo liberos habere posit, ar. in l. prima, in princip. ff. de suis & leg. sicque debet ista substitutio pro omni tempore esse vniformis. & eodem iure censeri. argum. leg. eum qui ædes. ff. de usucap. quæ opin. reprobatur eo maximè, quia ille sermo indefinitus [Quandocunque decesserit &c.] æquiparatur vniuersali, ut l. si pluribus. ff. de leg. secundo, vnde debet per se tantum operari quantum cum uerbis illis adiunctis [Sine liberis &c.] patet igitur ex præmissis quòd hæc uerba [Sine liberis] faciunt substitutionem fideicommissariam post tempora pubertatis secundum opin. communem, uel omni tempore secundum opin. glo. cuius effectus est maximus, ut per
11 te dignoscere potes. † Et hæc faciunt ad quæstionem quam habui de facto. Testator habens filium pupillum sic dixit [Si filius meus decesserit in pupillari ætate sine filijs, Caium sibi substituo] quæritur an hæc substitutio sit pupillaris tantum, uel fideicommissaria tantum, uel simul utraque? Dubium autem oritur ex eo, quia ista uerba [Sine liberis] determinationem habent ab illis uerbis [In pupillari ætate] sicque uidetur quòd sit pupillaris, nec in hac substitutione est apposita aliqua alternatiua uel copulatiua, quæ habeat denotare hanc substitutionem debere in tempus post pubertatem extendi, immo magis oppositum, quia testator tempus limitauit, & designauit, dum dixit [In pupillari ætate &c.] & per hoc substitutionem ipsam restrinxit ad hoc tempus, argum. in l. si ita quis. ff. de vulgar. & pupil. In contrarium est ueritas, quia hæc talis substitutio est pupillaris infra tempora pupillaris ætatis, postea est fideicómissaria, nec uidetur restricta ad tempus pupillaris ætatis tantum, sed ultra protensa, & hoc per illa uerba [Sine liberis] quæ natura sui significati important ut ad tempus potentiæ habendi liberos substitutio referatur, quod est post pupillarem ętaté: & illa uerba [In pupillari] magis causa demonstrationis personæ, quàm limitationis temporis uideantur apposita: & hec omnia interpretari benignius est, attenta mente defuncti qui bene sciebat ipsum in pupilla. ætate filios generare non posse, alioquin uerba illa [Sine liberis] frustratoriè essent prolata, & nihil operarentur contra. l. si quando. ff. de legat. 1. vt ergo aliquid operentur, dicendum est hanc substitutionem ultra pupillarem ætatem extédi. Idé fortius est tenendum, si testator dixerit [Si filius meus decesserit impubes sine liberis, &c.] & ita clarè determinat Barto. in d. l. Centurio, & Innoc. in cap. Rayn. extra de te-
12 stam. † Deinde de alio quæritur. Ecce testator habens filiam pupillam, ipsam hæredem instituit, & si sine liberis decederet quandocunque eidem Caium substituit: præmoritur testator, hæc filia nupsit, & dotem de bonis paternis eius marito dedit, pacto apposito quòd ipse lucretur dotem si ipsa sine liberis præmori contigerit in matrimonio, deinde casus contigit, quod ipsa filia sine liberis pendente matrimonio decessit, propter quod substitutus vult reuocare bona paterna in dotem tradita, quæritur an sit audiendus? Hic aduertendum, quia quæstio est quotidiana, & distinguendum sic secundum Barto. aut bona in dotem * tradita sunt usque ad legitimam, & non vltra, & tunc non auditur substitutus uolens illam reuocare, quia in legitima non tenuit substitutio, ut in lege quoniam in prioribus. & lege quoniam nouella. C. de inoffic. testam. aut sunt ultra legitimam, & tunc aut dos erat talis quæ conueniebat marito eius, attenta conditione personæ, & patriæ consuetudine, & tunc non auditur substitutus. text. est no. in lege mulier. §. cum proponebatur. ff. ad Trebel. coniuncta authen. res quæ. C. commu. de legat. Aut erat talis dos quæ nec filiæ nec marito conueniebat, & tunc auditur substitutus: de qua quæstione plenius vide quod not. Bartol. in l. Lucius Titius. §. maritus. ff. ad Trebel. coniuncta authen. res quæ. C. communia de lega.
13 & per Cy. in l. prima. §. uideamus. C. de rei vxo. actio. † Insuper quæritur de occurrenti sæpe quæstione. Ecce quòd pater habens filiam eam hæredem instituit, & sibi hoc modo substituit [Si filia mea decesserit antequam nupserit, sibi Caium substituo] quæritur qualis sit hęc substitutio, an compendiosa, uel fideicommissaria? Dic quòd in pagano est fideicommissaria, quia habet extensionem ultra ætatem pupillarem, ná hęc conditio potest impleri quandocunque, & sufficit simplex desponsatio, nec est necessaria ductio in domum mariti, ut habetur in lege hec conditio, & l. an fuerit, cum sim. ibi no. ff. de condi. & demon. & per hoc sequitur, quòd si filia moritur post mortem patris in pupillari ætate, quòd substitutus poterit ex pupillari substitutione contenta in fideicommissaria substitutione ipsi filiæ directò succedere, ut no. infra in secunda glo. versi. amplius quęritur. Quid autem dices, si testator fecerit hanc substitutionem per uerbum [Lego] & non per uerbum [Substituo] verbi gra. dixit testator [Quandocunque decesserit filius meus sine liberis, lego vniuersa bona mea Caio] erit ne isto casu substitutio tantùm, vel legatum, uel quid aliud? videtur quòd sit substitutio, & non simplex legatum per tex. secundum Barto. in l. uerbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. & lege filium. §. legata. iuncta. l. prima, in princ. ff. de leg. pręst. An autem sit directa, uel fideicommissaria? Barto. tenet quòd sit omni tempore fideicommissaria. per l. Iulianus. §. fin. ad Treb. licèt secundum strictam significationem, & propriam ipsum uerbum [Lego] sit species distincta à uerbo [Substituo] ideo diuersos habet titulos. dic latius, vt tangit Bartol. in d. l.
14 Centurio. † Venio nunc ad secundum articulum, qui est, quando substitutio fit per uerba mere obliqua, quo casu dic breuiter secundùm omnes, quòd est fideicommissaria pro omni tempore tam in milite, quàm in pagano, nec mater per talem substitutionem excluditur à legitima filij, & trebellianica, ut lege coheredi. §. cum filię. ff. de vulgar. & pupil. & facit. le. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. leg.
15 † Inde quęritur de quęstione quotidiana, quę est, Testator dixit [Quandocunque decesserit filius meus sine liberis, uolo quòd bona mea distribuantur inter pauperes per meos fideicommissarios & executores infrascriptos] quęritur an talis substitutio sit fideicommissaria * infra tempora pupillaris ętatis? & videtur quòd omni tempore sit fideicommissaria, argumen. d. l. fundi Trebatiani. pro quo facit glo. in d. l. precibus. In contrarium; determinat Barto. in d. l. Centurio. dicens quòd est directa infra tempora pubertatis. & sit ratio secundùm eum, quia in hac dispositione, subintelligitur uerbum [Accipiant. & sit sensus [Si filius meus decesserit sine liberis, tunc executores accipiant bona mea, & dent pauperibus] vt lege alio herede. ff. de alimen. & ciba. legat. & ibi plenè per eum de materia istorum executorum. Ad quod etiam facit l. denique. §. interdum. eodem titul. & in Authen de eccl. titul. §. si quis autem. quod quidem uerbum [Accipiant] est verbum directum, ut probatur in cap. primo. extra de tes. lib. sexto, & ibi nota. & in lege his uerbis. in princip. ff. de hęred. institut. & pro hoc uidetur text. in cap. cum tibi, extra de testam. ubi tales executores nullo alio hærede instituto pro hæredibus reputantur, prout etiam sequitur Roffr. in titut. de testam. versi. quid erit. & Specul. in titul. de instrum. edi. §. nunc aliqua. versicul. item pone, &

notandum secundùm Barto. quòd hæc talis compendiosa in casu isto matrem excludit, quia pupillaris in ea inclusa est magis expressa, quàm tacita, attenta præsumpta voluntate defuncti, quæ præsumitur ex diuersis coniecturis, & maxime ex hac, quia pro salute animæ suæ instituit pauperes Christi, & per hos ipsum Deum, qui est salus omnium. Ideoque præferri debet salus animæ proprio amori filiorum, ut l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. Iuxta illud Euangelij. § Nisi dereliqueritis patrem, & matrem, uxorem, & filios, non intrabitis in regnum cœlorum. §

36 † Vltra quæro, quid si testator nullos nominauit executores, sed simpliciter dixit § Si filius meus quandocunque sine filiis decesserit, uolo quòd bona mea dentur pauperibus § an hoc casu talis substitutio erit fideicommissaria? Et uidetur quod sit directa, eo modo quo proximè dictum est, quia hoc casu episcopus loci est ordinarius executor, ut l. nulli, & l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. ergo locum tenebit hæredis. In contrariũ determin. Bar. in d. l. Centurio. dicens quòd omni tempore est fideicõmissaria, quia hæc uerba § Dentur bona mea pauperibus § sunt uerba merè obliqua, ergo &c. vt d. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. & idem esset si testator dixisset § Volo quòd bona mea uendantur, & pretium detur pauperibus, quos elegerint mei executores § secundùm eum.

37 † Vlterius quæritur, quis sit effectus, an substitutio sit directa, uel fideicommissaria? Respondeo multiplex, nam ex directa nulla detrahitur quarta, quia institutus uel substitutus capit à seipso, ut dictum est, sed in fideicommissaria detrahitur quarta, ut Insti. de fideicõ. hæred. §. sed quia, & l. in fideicõmissaria. ff. ad Trebell. & in cap. Raynutius. & in cap. Raynaldus. extra de testa. Itẽ propter legitimam debitam iure naturę, quæ non cadit in restitutione, nec substitutio quæritur, sed detrahitur de hæreditate, ut l. quoniam in prioribus, & l. omnimodo, & l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & in præalleg. cap. Raynutius & in c. Raynaldus, & in d. c. si pater. de testa. lib. 6. & not. in d. c. cum filiæ, sed in directa ueniret legitima applicanda substituto, si filius decederet in pupillari ætate, postea non, ut in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgar. & pupil. & d. l. Centurio. idem propter fructus, qui non restituuntur ipsi substituto in directa substitutione nisi extarẽt vel penderent tempore quo cedit dies substitutionis, ut d. l. Centurio. in fin. In fideicõmissaria aliter distinguitur, vt infra dicam in gloss. sequen. item propter matrem quæ in directa excluditur à legitima, sed non in fideicommissaria, ut dictum est de his in dicta l. precibus.

38 † Nunc autem uidendum est de tertio articulo, quando fit hæc substitutio per uerbum commune, ut est uerbum § Substituo § & quæro, si testator habens filium impuberem dixit § Quandocunque decesserit talem substituo § An talis substitutio erit omni tempore directa, an fideicõmissaria? super quo

✠ variæ sunt opi. Tamen secundùm communem, * & veriorem opin. sic conclude. Aliquando hæc substitutio fit cum quadam expressa temporum diuisione, seu distinctione. verbi gratia § Si filius meus decesserit infra pupillarem ætatem, uel postea quandocunque, Caium substituo § & in hoc concordant omnes, quòd infra tempus pupillaris ætatis ualet iure directo ut pupillaris, postea uerò trahitur ad fideicommissariam, ut habetur & not. per gloss. & Cyn. & alios scribentes in d. l. precibus. Aliquando fit substitutio simpliciter cum signo distributiuo. § Quandocunque § verbi gratia § Quandocunque filius meus decesserit, Caium substituo § & in hoc casu reperio quatuor opin. Prima fuit, quòd omni tempore sit fideicommissaria, quam tenet gloss. in d. l. precibus. & l. Centurio. & Azo in sum. C. de impu. & alijs subst. gloss. in d. ca. Raynutius, & Ioan. And. in glo. in d. cap. si pater, hanc similiter opin. sequuntur Dyn. Mar. & Ray. & quasi communiter omnes. Secunda fuit opin. alterius gloss. positæ Institut. de pup. substit. gloss. magna, quæ tenet, quòd infra tempora pupillaris ætatis ualet iure directo, postea uerò obliquatur, & trahitur ad fideicommissariam, quam opin. proposito mutato sequitur Ioan. Andr. in nouel. super d. cap. si pater. Tertia est opin. Iac. de Aret. & Cy. in d. lege. precibus. distinguentium, aut hæc substitutio est facta cum termino antedicto, uel signo distributiuo intra tempus, & tunc habet locum opin. gloss. Instit. de pupil. substit. & eius sequacium. Aut est facta simpliciter, & tunc procedit opin. gloss. in d. lege precibus, & sequacium. Quarta est opin. Bartol. in d. lege Centurio, distinguentis sic. Aut ex aliquibus coniecturis uel præsumptionibus constare potest de mente testatoris, quòd voluerit eam ualere iure directo infra tempora pupillaris ætatis, & tunc uerum dicit d. gloss. Institut. de pupil. substit. & qui sequuntur eam. Aut de his non constat, & tunc aut mater est in medio, & fit interpretatio pro matre, ut sit omni tempore fideicommissaria, vt d. l. precibus. argum. in lege qui duos. ff. de reb. dub. Aut mater non est in medio, & tunc aut filius moritur in pupillari ætate, & iudicabitur directa pro eo tempore: aut moritur postea, & tunc iudicabitur fideicommissaria. & fit ratio secundum eum, quia quando uerbum potest se habere ad plura tempora, debet iudicari prolatum esse secundùm futuros euentus, ut lege tertia, in fin. ff. de adi. lega. & lege hæc conditio. ff. de condit. & demonst. vnde sequitur quòd si contigerit ipsum filium decedere in pupillari ætate, iudicabitur prolatum in hunc casum pupillaris substitutionis: si uerò decesserit postea, iudicabitur prolatum in casum fideicommissariæ substitutionis: quia lex semper est certa, ut lege uentre. & lege cum quidam. ff. de acquiren. hæred. ideo facit præsumi talem fuisse ab initio substitutum, qualem sequens euentus demonstrat: ueruntamen in iudicando non est recedendum à communi opin. de qua latius uide Barto. in d. lege Centurio. Nam ego Io. Pe. huius opusculi, & nouæ practicæ compositor solis conclusionibus intendo sermonibus prolixioribus resecatis.

39 † Hic autem dubitatur de vno uidelicet, quando mater dicitur esse in medio, an sufficiat fuisse tempore mortis testatoris, licèt non sit tempore quo cedit dies substitutionis? Dic breuiter quòd debet esse superstes, & uiuens tempore quo cedit dies substitutionis, ut probatur in dicta lege precibus, in fine coniuncta gloss. magna. in princip. & fit ratio, quia cùm fauor matris sit causa resolutionis, & alterationis substitutionis, ut dictum est, si ipsa defuncta sit eo tempore, cessare habet ipse fauor, & per consequens remanet substitutio in sua propria natura, & de hoc est tex. expressus in lege fin. in fin. C. de institut. & substitut.

40 † Deinde quæritur de eo quod superius aliqualiter tetigi. Ecce quòd testator sic dixit § Si filius meus impubes decesserit sine liberis, Caium substituo § vtrum eo decedente post pupillarem ætatem sine liberis, locus fiat substitutioni? Videtur quòd non, quia non decessit impubes, per hoc enim quòd testator dixit § Impubes § videtur testator substitutionem limitasse ad tempus pupillaris ætatis, argum. in lege si ita quis. ff. de vulga. & pupil. dicit Innoc. distinguendum. an illud uerbum § Impubes § adijciatur uerbo dispositiuo, an executiuo. Primo casu fit locus substitutioni, quia uerbum illud uidetur appositum potius gratia demonstrationis, quàm limitationis. Secundo casu repellitur substitutus. argum. ad hanc distinctionem in lege secunda. ff. de auro & argen. legat. & lege in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & lege Titius. ff. de testam. mil. Sed Ioan. And. in dict. cap. si pater. tenet simpliciter quòd locus fiat substitutioni propter illa verba § Sine liberis § quæ respiciunt tempus quo liberos procreare poterat, & illud uerbum § Impubes § videtur non gratia limitationis appositum, sed gratia demonstrationis. patet ergo quòd hæc substitutio § Si sine liberis decesserit § facta simpliciter sine signo distributiuo q̃cunq; & omni tempore est fideicõmissaria, quod ẽt in dubio sequitur Iac. de Are. & omnes, ut supra tactum est in proxi.

quæst.

31 quæst. † Amplius quæritur de quotidiana quæst. Ecce testator habens quatuor filios eisdem substituit hoc modo {Si filij mei decesserint i pupillari ætate uel postea quádocunque, Caium substituo, uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum} deinde vnus ex eis sine liberis decessit, uel hæreditaté repudiauit, quæritur in eius successione quis præferatur, an cohæres, an Caius substitutus? Et videtur quòd Caius substitutus cęteris cohæredibus præferatur, nam regula est iuris quod substitutus præferatur coniuncto, tam in legato quàm in hæreditate. ut in l. 1. §. 1. & §. finautem aliquis. C. de cad. tol. & in authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. & ille sermo pluralis {Si filij mei decesserint} resoluitur in singularitatem, vt l. falsa demonstratio. §. 1. ff. de cond. tio. & demonstra. & l. quamuis. C. de impub. & alijs substi. In contrarium autem facit. l. penul. C. de impub. & alijs substi. Pro quorum omnium concordia sic distingue secundùm Barto. vt per eum not. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. de vulgar. & pupillar. Aut substitutio est facta pluribus separatim, aut coniunctim. Primo casu locus est substitutioni in persona cuiuscunq; substituti, cum euenerit conditio substitutionis, ut l. pen. ff. de insu. rup. & irri. test. & l. pater filium. §. fin. secundùm primam lect. ff. ad l. Falcid. Secundo verò casu cùm fit pluribus coniunctim, tunc subdistingue: aut substitutio fit simpliciter sine adiectione nominis collectiui, aut cũ ea adiectione. Primo casu subdistinguitur, aut fuit substitutio vulgaris, aut pupillaris, aut fideicommissaria: si fuit vulgaris. verbi gratia dixit testator {Si filij mei, uel tales per me instituti hæredes non erunt, talis sit hæres, uel talem substituo} & tunc requiritur esse nullum hæredem, & sit locus substituto, ut probatur in d. l. quamuis. C. de impub. & & alijs subst. & no. in d. l. hoc articulo. ff. de hæred. inst. & d. l. falsa. §. fi. Si auté fuerit pupillaris substitutio, tunc dic per omnia, ut infra dicetur in fideicommissaria, in qua sic est dicendum, quòd regulariter morte, uel repudiatione cuiuscunque hæredis extat conditio fideicommissariæ substitutionis, sicque fit locus substituto in personam illius qui decesserit, uel repudiauerit, ut l. Lucius. §. Caio ff. ad Treb. facit l. fi. §. filium. ff. de leg. 2. quæ regula fallit, qñ præsumptio est, testatorem aliud voluisse, quod quidem præsumitur quando uoluit inter ipsos hæredes saluum esse, & locum habere ius accrescendi. arg. in l. uel singulis. ff. de vulg. & pup. uel natura rei hoc inducit, ut patet in usu, & habitatione. l. codicilli. ff. de vsuf. le. Item fallit si superest. aliqua persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excluderet fideicõmissarium substitutum, ut puta aliquis de liberis, ut l. is qui ducenta. §. item si pater. ff. de re. du. l. cum acutissimi. C. de fideicom & l. generaliter. C. de insti. & substit. Secundo casu principali, uidelicet, cum substitutio est facta cum adiectione nominis collectiui, uerbi gratia si testator dixerit {Si omnes hæredes mei, uel si uterque uel ambo decesserint &c. } & tunc aut attendis propriam significationem vocabuli, & repellitur substitutus, vt d. l. hæredes mei. §. cum ita, in princ. aut interpretationem, quæ ex defuncti voluntate colligi potest, & tunc aduerte, an superest aliquis de liberis qui extraneum substitutum solet excludere, & tũc repellitur substitutus, vt. d. l. fi. C. de impu. & al. sub. Aut non superest aliquis de liberis, uel fortasse ipsemet substitutus est de liberis, &
32 tunc admittitur substitutus, vt d. §. cum ita. † Quid autem si facta fuerit substitutio compendiosa pluribus institutis, quæ continet uulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, ut idem Bartol. not. in d. l. Centurio. & dixi supra, an ut substituto locus fiat, erit adhibenda dicta distinctio, si fuerunt plures hæredes, ut prædicitur, instituti? ad quod respondet idem Bartolus quòd si quidem extiterit conditio vulgaris, iudicabitur ut de vulgari, & distinguetur prout de ea superius dictum est, & eodem modo si contin-
33 gerit conditio pupillaris aut fideicommissaria. † Hic autem occurrit quærendum de ratione diuersitatis, quare in vulgari exigitur implementum conditionis in persona omnium institutorum, hoc est, nullum esse hæredem, ut fiat locus substituto; in alijs autem substitutionibus distinguitur prout supra, respondeo secundum eum, quia in substitutione vulgari, quæ locum habet solum ante aditá hæreditatem, ut l. post aditam. C. de impub. & al. sub. fit locus iuri accrescẽdi in persona cohęredis tanquam unũ corpus, & simul iuncti pręferuntur, & ideo omniũ concursus in omittenda hęreditate requiritur, ut substituto sit locus, ar. l. 1. §. his ita, ibi {Cur ita uarie &c.} C. de cad. tol. & talis uidetur fuisse mens defuncti, ideo &c. sed substitutio pupillaris & fideicõmissaria locum habet solum post aditam hęreditatem, & sic post ius quęsitum ipsis substitutis, quo casu cessat ius accrescendi, ut l. si ex pluribus. ff. de suis & le. hæ & l. 1. in fin. ff. de usufr. ac. & per consequens desinunt ipsi instituti esse unum corpus, & tanquam de singulis iudicatur, meritò ergo in persona singulorum locus est substitutioni ex pręsumpta uoluntate defuncti alio non apparente: sinautem, uel secundum uoluntatem testatoris aliter constaret, quòd post aditam hæreditatem locus fieret iuri accrescendi, tunc secundùm eum requireretur conditionem extare in persona omnium hęredum ut locus fieret ipsi substituto, ut in l. codicillis. in prin. ff. de
34 de usuf. le. & ibi not. † Deinde quęritur de uno in practica sępius occurrente. Ecce, quod testator tribus uel pluribus hæredibus institutis sic dixit {Si prædicti hæredes mei sine filijs decesserint, uolo quòd bona mea distribuantur inter pauperes Christi, } contingit casus quòd unus ex hæredibus decessit sine liberis, quæritur an pauperes Christi ad ipsius portionem admittãtur? ubi ante omnia pro decisione quæstio. aduertendum, an ipse hęres decesserit ante aditam hęreditatem, & tunc cohęredes debent in ipsius portione pauperib. anteferri, per ea quę dicta sunt supra proxi. circa substitutionem uulgarem: Aut decessit post aditam hęreditatem, & tunc, aut isti hęredes erant de liberis testatoris, & tunc cohęredes pręferuntur pauperibus, quasi testatoris intentio fuerit inter eos conseruare uoluisse inuicem ius successionis, & in unum casum uoluisse tantùm pauperes admitti, scilicet si omnes sine filijs decederent, argum. in l. uel singulis. cum ibi no. ff. de uulg. & pupill. & d. l. si is qui ducenta § item si pater. & l. cum acutissimi. C. de fideicomm. & l. generaliter, C. de insti. & substit. Aut erant hæredes penitus extranei, & tunc, aut in substitutione appositum fuit signum uniuersale relatum ad omnia bona totius hęreditatis v. g. {Volo quòd omnia bona mea dentur pauperibus, } uel si fuit apposita copula inter personas hęredum relata ad casum futurum verbi gratia {Si Titius & Caius ac Sẽpronius hęredes mei &c.} uel signum uniuersale fuit appositum determinans & respiciens ipsum nomen hęredis, uerbi gratia {Si omnes hęredes mei decesserint, } & similia quibus casibus requiritur concursus omnium, uidelicet omnes institutos decedere sine liberis, ut pauperes admittantur, & non aliter, ut not. in l. Titia Seio §. Seia. ff. de legat. secundo & ex his quę singulariter not. Bartolus in l. non potest, & l. uel singulis. ff. de uulgar. & pupillar. & hoc operatur coniectura, & uoluntas defuncti, quæ sumitur ex prędictis. Aut substitutio sit simpliciter sine aliquo signo, & tunc ubi non potest per coniecturas constare de mente testatoris, in dubio substitutus prefertur cohęredibus, & per consequens isti pauperes in parte premortui pręferuntur uirtute substitutionis alijs cohęredibus, ut probatur in l. hęredes mei §. cum ita. ff. ad Treb. nam regulariter ubi de mente testatoris in contrarium non apparet, substitutus pręfertur cõiuncto, ut traditur in l. 3. §. si duo. ff. de bon. pos. secundum tab. & in l. 1. in §. 1. & §. finautem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. & in auth. hoc amplius. C. de fideicom. ubi autem per aliqua signa, uel indicia, seu coniecturas de mente contraria appareret, tunc coniunctus pręfertur substituto, ut est text. not. secundum Doct. in l. quidam testamento

25 mento.ff.de vulg. & pup. & ibi per Bart. † Rursus quæritur, Ecce quod testator filium solum sibi hæredem instituit, deinde sic substituit, { Si filius meus decesserit sine liberis, vel eorum filij sine filijs, Caium substituo, } an hæc substitutio teneat in filijs filiorum? videtur quòd nō, quia eis nil reliquit testator, ergo grauare eos non potuit, ut l. ab eo.C.de fidecom.facit l. Lucius. & quod ibi not. ff.de hære.insti. & l.si sic.ff.de leg. 2. Tu verò secundum Docto. sic distingue, aut fideicommissum relinquitur ab ipso primo filio, & sic substitutio assumit principium in eo, licèt sub duplici conditione, & euentu concipiatur, & tunc ualet substitutio in persona omnium, ut in hac quæstione, quia ille grauatur principaliter qui oneratur, quis conditio eueniat in persona nepotum, vel filiorū hęredis.ut l. cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vul.& pu.& ff.de cond.& dem. l.legato sub conditione. Aut fideicommissum nominatim & determinatè relinquitur ab ipsis nepotibus, & sic substitutio & grauamen principium habet in eis, & tunc non ualet per d.l.si sic, cum simi. licèt habeat obstare quædam regula quæ se habet, quòd testator grauando uidetur legare.ut in l.denique.§.interdum.ff. de pec.& quod not. in l.alio.ff.de al.& ci.le.& l.si ita stipulatio. in prin.ff.de op.

26 li. † Amplius quęritur, an hęc compendiosa substitutio facta per verbum commune, contineat substitutionem vulgarem? Circa quod br. sic distingue, aut compendiosa continet pupillarem, ut in casibus superius expressis, & tunc in consequētiam continet uulgarem, ut in l.iam hoc iure, in prin.ff.de uulg.& pup.Aut non continet pupillarē, ut quia facta in maiori uel in extraneo, & tunc, aut hæc compendiosa facta est per uerbum merè obliquum, & tūc non continet uulgarem, immo non adita hæreditate in totum euanescit dicta substitutio obliqua, ut l.ille à quo §.si de testamento.in fi.ff.ad Treb. Aut est facta per uerbū commune ut præsupponitur in quæstione, ut est uerbum {Substituo} ut supra tactum est, & tunc dic secundum communem opin.quòd continet uulgarem, ut plenè not.in d. l.precibus & Bart. in d.l. Centurio.& hoc importat significatio uerborum, & mens testatoris, quę est ut siue decedat substitutus in uita ipsius testatoris, siue post mortem, siue ante testamentum, siue post, quòd in omnem euentū substitutionis habeant hęreditatem, propter illud uerbū {Quandocunque} quod de sui natura importat omne tempus, & pro hoc facit in argu. l. 2.in fi.ff. de adim.leg.& l.

27 hæc conditio.§.si conditioni.ff.de cond. & dem. † Quęritur ulterius, pone q hæc compendiosa substitutio fiat in re certa per uerbum commune uerbi gratia { Quandocunque filius meus decesserit, Caium substituo in tali domo] Quæritur an talis substitutus in re certa, nullo alio dato cohęrede generali, admittatur ad solidam hæreditatem in euentum conditionis? uidetur quòd sic. arg.in l.quoties C.de hęre.inst. Barto.& Ray. dicunt contra nam uerbum commune adiectum rei particulari, nunquam trahitur ad institutionem, sed importat simplex legatum, & sic uerbū [Substituo] hoc casu sumitur impropriè.ut l.cog.§ generaliter.ff.ad Treb.facit in Auth.ut cum de ap.cog. §.aliud

28 quoque, uer.cęterum.† Et ex hoc secundum eos infertur decisio ad hanc quęst. Ecce quod testator filiam instituit in re certa uel quantitate.& subiunxit, q si decederet sine filijs qńcunq; q dicta res uel quātitas perueniat in talē, an substitutio cōtineat pupillarē substōnem? & determinant ipsi, q non, est idem in simili, quia hī loco simplicis legatarij, ut dixi. Sed multum ob.d.l.quoties.& l.1.§. si ex fundo.ff.de here.inst.& q ibi not.& in l.his uerbis.ff. eo.tit.sic enim secundum eos sequeretur, q hoc legatum debeatur huic substituto ab hæredibus dictę filię, siue sint hæredes ex testamento, siue ab intestato, quod not. quia potest sępe de facto contingere. Quid igitur dices, si hęc talis substitutio fiat per uerbum commune in certa quota hęreditatis, uerbi gratia testator dixit { Illum substituo in tertia parte hęreditatis } an hoc casu erit uera substitutio uel legatum? Bar. ubi supra sic distinguit, aut testator fecit alios substitutos inter quos hæreditatē diuisit per quotas, v.g. [Si filius meus decesserit, substitō eidē Caium in tertia, Sempronīū in quarta, & sic de sim.] & tūc erit ꝑpriè substitō, & talis particularis substitō consequitur illos effectus quos cōsequeretur uniuersalis, arg.l. 1.§.diuus.ff.de hæ.inst.cum sim. Aut nullam partiū distributionem fecit, sed unum solum in certa quota substituit, & de reliquis partibus nil dixit, & tunc hæc particularis substitutio non trahitur ad institutionem, sed ad legatum, ut l. cum autem.ff.de le.3.sicq; ab hæredibus ipsius filij petitur tale legatum absque ulla detractione quartæ, ut prædixi, & apud eos remanebunt

29 reliquæ partes hæreditatis, quod est notandum. † Ex quibus patet differentia inter institutionem particularem quotæ, & substitutionem. nam prima institutio quotæ certæ particularis trahitur ad reliquas alio non dato cohærede, ut d.l.1.& in l.quot.§.si duo.ff. de hęre. insti.sed non sic particularis substitutio, quia in hac distinguitur, ut præ

30 dictum est. † Et qm̄ prædicta procedunt qn̄ substitutio est facta per uerbū merè directū uel per uerbū merè obliquū, uel ꝑ uerbū merè commune, ideo superest quęrēdum quid iuris, si utrunque uerbum tam directum quàm commune apponatur in substitutione v.g.si testator dixerit, [Si filius meus decesserit quandocunque sine liberis, talis sit hęres, & talem substituo, & uolo quòd mea hęreditas perueniat in talem, & sim.] prout sępe faciunt notarij qui multiplicant in uerbis credentes euitare errorem, & incidunt in illum, an talis substitutio iudicabitur directa uel fideicommissaria? dicit Bar. distingue, aut ista uerba sunt separatim relata ad diuersas personas substitutas, & tunc quodlibet uerbum operabitur suum effectum secundum qualitatem ꝑsonæ institutæ cui fit substitutio. Aut ista uerba sint simul relata ad unam personam tantùm substitutam.ut in q.pręsupponit, & tunc est in electione substituti capere, uel ex in directa, uel ex fideicommissaria substitutione. ar. in l.testamento.ff.de manu.te. & l.recusare.§. Titius.ff.ad Tre.& idem est tenendum per omnia secundum eum, si testator dixit [Volo hanc substitutionem ualere uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum] aut si dixerit [Caium substituo uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum] ut sit semper in electione substituti capere ex qua substitutione uoluerit, uel dic de hoc ut no.Cy. in d.l.precibus.§.restat, uersi.quid si, idem est etiam secundum Bart. si testator dixerit [Si decesserit sine liberis Caium instituo, & substituo] uel si dixerit [Volo bona mea peruenire ad Caium iure institutionis, & substitutionis] arg. in l.pen. ff.de uetr.

31 inspi.& in d.l.recusare.§. Titius † Amplius quærendum est de significatu quorundā uerborum an sint directa, obliqua, uel communia: quia aliquoties talia uerba apponi solent in huiusmodi substitutionibus. Et primò quæritur de

a uerbo [Peniteat,] [a] an sit directum, aut obliquum, uel commune, & quidam dicūt, quod est obliquum. l. hęredes mei.§. cum ita, & l.hęredibus.§.fin.ff.ad Treb. Sed Inno.in d.c.Ray.tenet. q sit directum, pro cuius opin.facit.d.l. hęredes mei in prin.& l.cum uirum C. de fideico. & l.balista cum l.seq.ff.ad Treb.Bar.uerò dicit, q est commune, quia eius significatum est commune, ut colligit ex iuribus pręalleg.

32 alleg. † Deinde quæritur quid de uerbo [Peniteat] [b] &

b secundum eum idem dicendum est, q ei commune, cum reperiatur in iure habere utrunque significatum, uidelicet directum, ut in l.licèt.C.de pac. Item obliquum, ut in l.si fideicommissa.§.si filio.ff.de lega. 3.& l.1.C.de pact. inter empt.& uen.& l.Lucius. §.filiam ff.de le.2.& ibi not.Idem dicit per omnia secundùm eum in uerbo Habeat quod reperitur aliquando esse directum, ut l. stipulatio. ista. § habere licere.ff.de uer.ob.Aliquando reperitur esse obliquū ut in l.fideicommissa.§.si filio.ff.de le. 3. Idem est in uerbo ea{Remanet} & in uerbo{Redeat} ut in l. si cum ante nuptias.C.de do.ante nu. & l.si duobus.ff.de test.mi.Idem est per omnia in verbo{Succedat} vt in l. non tantum, in prin.

ff. de

ff. de fideic. li. & l. restituta. §. fi. in prin. ff. de fidecom. li. & l. restituta. §. fi. in princ. ff. ad Treb. & videtur casus in d. cap. Raynu. ext. de test. quod verbum aliquando reperitur esse directum, ut l. 1. & 2. C. com. de suc. & l. quanquam & l. si in personam. C. de fideic. Idem dicendum in verbo [Reuertatur, quod aliquando reperitur in significatu obliquo, ut in l. 3. C. de pac. inter emp. & ven. Aliquando in directo, ut not. per gl. in l. 1. ff. de do. in fi. gl. ad quod facit l. Lucius §. tres hæredes. ff. ad Treb. Idem similiter de verbo [Deuoluatur] quod est commune, quia reperitur in significatu obliquo, ut l. 2. & quod ibi not. ff. de al. & ci. le. & etiam reperitur in directo, ut l. emancipatus. C. de le. hæ. & in l.
33 si infanti. C. de in. del. † Quid autem c dices de verbo
[Accrescat] an sit directum, vel obliquum? uidetur quòd sit obliquum arg. in l. codicilli. ff. de usuf. le. In contrarium determinat Bar. quòd sit directum per text. in l. 1. C. quãdo non peten. par. & in l. 1. §. his ita. C. de cad. tol. ideoq; hoc verbum aptum est comprehendere pupillarem substitutionem, vt in l. qui patri. in prin. ff. de acquir. hær. Nec ob. d. l. codicillis. quia loquitur quando hoc verbum fuit prolatum in codicillis, ideo ad solum fideicommissum, & sic ad casum obliquum porrigitur. ar. in l. Scæuola. ff. ad Tre.
34 † Sed quid de verbo [Moriatur] v. g. si testator dixit, & ita multoties practicatur ultra montes [Si filius meus decesserit sine filijs siue moriatur Caium substituo.] An est directum, uel obliquum? dic, quòd est directum & per consequens substitutio est directa per text. in c. si pater, extra de
35 test. lib. 6. † Postremò quæritur qualiter, & quando hęc substitutio finiatur? Ad quod responderi potest, quòd aut sit à milite, & tunc finitur defecta conditione in ea apposita: aut fit à pagano, & tunc cum eo casu non sit propria species substitutionis per se, sed quædam adiectio ad aliã, dicendum est eam finiri his modis, quibus finiri solet illa quæ includitur in ea, siue sit pupillaris inclusa, siue vulgaris, siue simul vtraque, aut alia, prout supra dictum est secundum omnes.

ADDITIONES.

✠ Aut bona in dotem. Adde facere quæ scribit Alex. in l. à filia. ff. ad Treb. vbi quærit, an dos cadat in fideicommisso? & an pater filiam fideicommisso in dote grauare possit? quid in statuto, quòd vxore deceden. sine liberis maritus lucretur certam partem dotis: an tale statutum locum habeat quando constituitur de bonis fideicommisso subiectis: & dic, ut per Aym. consi. 186. Rol. de dote. q. 57. num. 7. 13. 14. ubi concludit pro affirmatiua & sic, si pater reliquit dotem filiæ: & ei substituit, maritus, cui dos data fuit stañ. d. statuto uel consuetudine de lucro dotis: excludet substitutum, secundum Rol. d. q. 57. quam concl. declara ut per eum d. tract. q. 58. cui Adde, quòd nec de tali lucro ipsa uxor in mariti præiudicium testari poterit, teste Rol, d. trac. q. 81. Osasc. decis. 20. nu. 6. secundum quam cõsului hoc anno 1574. mẽse Aprilis in oppido Caramaniæ, cõtra Vitalẽ Grossi. Ad dicta autem Pap. hic Adde, quòd licèt in generali fideicommisso dos non includatur, fideicommissum tamen speciale factum in dote valet, quatenus dos excedit legitimam, secundum communem, per Rom. cõs. 135. col. ver. item & quòd ea, Dec. in l. cum proponas, col. 2. in princi. C. de pac. quæ dos, an ueniat in substitutione vulg. & an filia grauari possit in dote per fideicommissum distingue, ut per Bar. in l. Lucius. §. maritus ff. ad Treb. vbi Docto. in apostil. pulchrè Nat. consi. 455. col. 3. Alex. d. l. à filia ff. ad Trebel. text. in l. fi. §. filiæ. ff. de leg. secundo. Masuer.

✠ Vel fideicommissaria. Adde Rom. consi. 185. quid in substitutione fideicommissaria filijs facta; & Dic, quòd non impedit detractionẽ legitimæ ex bonis filiorum matri debitæ, secundum Rom. d. consi. 185. num. 6. Mant. consi. 298. iuxta fi.

✠ Secundum communem, Adde quòd substitutio compendiosa facta à pagano impuberi per uerba communia, intra tempora pup. ætatis ualet iure directo indistinctè, & mater excluditur secundum communem per Ias. in l. precibus col. 9. ver. tu tene contra Bar. C. de impub. Lafr. in l. centurio col. 10. in fi. de uulg. Corn. consi. 187. lib. 1. & magis communem dicit Rol. consi. 69. num. 6. num. 13. lib. 1. post Castr. in l. centurio, in fi. de vulg. Aym. consi. 141. nu. 2. & hoc quãdo est facta in bonis & hæreditate pupilli, sed si restricta sit ad bona testatoris: pupillarem non comprehendit, teste Aym. consi. 98. nu. 10. & consi. 141 in fi. Dec. tñ in d. l. precibus. col. 11. uult matrem habere saltem suam legitimam, quòd autem ea substitutio sit omni tempore fideicommissaria: siue mater sit in medio, siue non tenet Castr. consi. 142. li. 1. pro quo uide quæ not. Doct. in apostil. ad Alex. consi. 17. num. 11. lib. 3. referunt omnes opin. doc. antiq. & recentiorum differeñ. quæ sit receptior, de qua etiã plura ponit Dec. consi. 228. col. 2. 572. 643. Ias. in d. l. centurio, num. 30. Zas. trac. subst. c. 5. tit. de compendiosa col. 10. & seq. Euerard. lib. ar. loco à persona ad tempus, Dile. de arte test. tit. 5. ca. 6. ubi quærit, quo remedio substitutio facta uerbis communibus directa fit, etiam matre superstite; quibus omnibus, et ad q. an substitutio compendiosa à pagano per uerba communia facta pupillo sit omni tempore fideicommissaria, matre existeñ. in medio nec alio filio substituto, an uerò directa intra tempus pup. ætatis, post uerò pup. ætatẽ fideicõmissaria, Adde Bursat. consi. 8. num. 39. ubi postquam doc. Cateruas hinc inde pro affirmatiua, & negatiua adduxit, tandem pro affirmatiua concludit, & sic, quòd omni tempore sit fideicommissaria, & mater in medio existens in casu, de quo ibi non excluditur à legitima & Treb. sibi dictis in hęreditate filij per prędictã substitutionem cõpendiosam uerbis communib. factã secundum magis communem ibi relatam d. consi. 8. secundum quam opin. affirmatiuam fauore matris fuit iudicatum per excell. huius subalpinæ patriæ senatum in causa Mariæ relictæ quondam Valeriani de Truffarello contra Ioannem Candellarium substitutum, in qua uisis & relatis scribentium opinionibus pro parte negatiua stare auctoritates quinquagintaquinque, pro affirmatiua sexagintasex compertum fuit, & subtiliter fuit responsum ad car. si pater de testamentis. In quo maius fundamentum partis negatiuæ consistebat, itaque tanquam magis cõmunẽ & æquiorem sequuti sunt patres amplissimi in causa prædicta dẽ anno præsenti 1574. quo, & mense Maij has qualescunque annotationes, Dei Op. Max. fauore ac sacratiss. uirginis, in studiosorum gratiam in hac florentiss. Taurinorum Augusta ætatis meæ anno 38. absolui, ego Ioan. Antonius Masueri I. C. minimus, sub Sanctæ matris Eccl. & peritiorum censura &c.

a Verbum, perueniat an sit ob. Adde Bar. in l. Centurio, de uulg. & pup. Bar. in l. hæreditatis. C. de hære. inst. Bal. in l. fin. C. de sac. san. eccl.

b Pertineat. Adde Bar. in l. 1. in fi. ff. de do. & in l. Seia in fin. C. de do. caus. mor. Cyn. Barto. & Bal. in l. 1. in fi. C. de pac. inter emp. & uend.

c Quid autem. Adde Bar. in l. codicillis. ff. de usufr. leg.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio fideicommissaria est merè obliqua.*
2 *Substitutio fideicommissaria in quibus differat à compendiosa.*
3 *Hæres institutus quot modis grauetur restituere.*
4 *Vnus effectus fideic. ne sit hæredis nomen inane.*
5 *Hæres an in vna sola re possit trebellianicam retinere.*
6 *Quartæ duæ videlicet legitima, & trebellianica an possint detrahi per filium restituere grauatum.*
Quid computetur in legitimam uel trebellianicam.
7 *Fructus percepti, an computentur in treb. nu. 8.*
9 *Hærede scripto recusante hæreditatem adire, an euanescat substitutio.*

An in

10 *An in substitutione ueniant prælegata facta ipsi cohæredi grauato.*
11 *Facta restitutione, an instantes soluere teneatur.*
12 *Ad instantiam legatariorum, an hæres sit compellendus adire, substituto eum non compellente.*
13 *Facto legato de tertia parte bonorum, an isto casu hæres adire compellatur.*
14 *Dos prælegata, an restituatur cum hæreditate si eueniat casus restitutionis.*
15 *Alienatio rerũ restituẽdarum per grauatum permissa inter uiuos, an etiam sit permissa in ultima uoluntate.*

1 AC per Fideicommissum. * † Hæc quidem
✱ substitututio est merè obliqua, & in communi usu. & de ipsa traditur in l. precibus. C. de impub. & al. sub. & d. l. Centurio, ut supra dictum est. Differt autem à præce
2 denti, prout superius declaratum est. † Insuper differt in alio multum notando, nam compendiosa aliquando cõtinet vulgarem ut supra dictum est, in ver. {His itaque} sed ista fideicommissaria si fiat per uerba merè obliqua, non continet vulgarem nisi sit expressa, per tex. in l. recusare. §. Titius hęres, & in l. ille à quo. §. si de testamento, in fi. ff. ad Treb. cuius ratio est manifesta, nam si uulgarem contineret, frustra prouisum esset substituto, ut institutus cogeretur adire, nec fideicommissum euanesceret: quia ex uulgari adire substitutus posset, cuius contrarium est dispositum in l. quia poterat, & l. recusare. §. 1. & l. cogi, cũ sim. ff. ad Trebel. imino si sit substitutus expressè, uulgariter, & per fideicommissum, potest eligere quam uiam uoluerit, ut d. §. Titius hæres. Fit autem à pagano hæc substitutio per uerbum commune hoc modo {Quandocunque filius meus decesserit, Caium substituo} fit etiam per illa uerba, uidelicet {Rogo, uel grauo hæredem meum, ut Caio restituat hæreditatem} & hæc forma uerborum est propriè, & strictè forma fideicommissariæ substitutionis, & habetur in l. ex facto. §. ex facto, & §. fina. & l. si quis
3 rogatus, cum sim. ff. ad Treb. † Ad huius autem fideicommissariæ substitutionis pleniorem notitiam sciendum est, quòd quandoque hæres institutus grauatur hæreditatem
✱ * restituere purè, quandoque sub conditione, quandoq; post mortem ipsius hæredis, quandoque in diem certam, ut traditur in l. Lucius §. hæredem, & §. rogatus, & §. fin. & l. recusare. §. fi. & l. sciendum. ff. ad Trebel. & l. post mortẽ. C. de fideicommis. & institu. de fideicommis. hære. §. post
4 autem. † Item est sciendum quòd inter cæteros effectus huius substitutionis ille est, nam hæres de restituendo gra
✱ uatus, detrahit quartam, ne reperiatur * habere inane nomen hæredis, ut in d. §. sed quia. Institu. de fideicommis. hære. & in l. 1. & 3. l. non iustam, cum l. seq. C. ad Treb. & in l. fi. ff. ad Treb. facit cap. Raynu. & cap. Raynal. extra de
5 testa. † An autem in una sola re possit hæres hanc quartam Trebellianicam detrahere? dicit Iac. Butr. in l. filium quem habentem. C. de famil. ercisc. quod sic, Cyn. autem ibi tenet contrarium, & idem Barto. in l. 4. ff. ad l. Fal. dixi
6 supra in forma lib. pro le. rei singu. circa prin. † Sed circa
a hoc insurgit dubium, an filius [a] grauatus de restituendo
✱ possit detrahere duas quartas, * uidelicet legitimam debitam iure naturæ, [b] & Trebellianicam? super quo fuit apud glo. & Doct. antiquos ingens disputatio, ut traditur in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. quæ altercatio hodie est sopita in p. allega. ca. Rayn. & c. Raynal. in quibus distinguitur, aut filius est grauatus restituere purè, & tunc detrahit unam solam quartam, aut sub cõditione, uel in diem, & tunc detrahit duas quartas; quod tene menti, quia quotidie occurrit de facto, unde uidemus quotidie substitui filijs si decesserint fine liberis, ideo que casu adueniente proximiores ipsi filio, puta mater uel patruus, aut alius hæres eius, poterunt ex persona filij defuncti detrahere duas quartas, & reliquum restituere substituto. Patet ergo ex præmissis quòd in legitima non potest filio substitui per fideicommissum, sed pupillariter sic, ut not. in d. l. quoniam in prioribus, & l. ex tribus. C. de inoff. testa. in d. c. si pater. de testa. in 6. patet similiter & aliud memoriæ commendandum, uidelicet quòd si hęc substitutio fideicommissaria facta fuerit pure filio, & in testamento sit apposita illa clausula codicillaris.
c [c] Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum &c. } & contingat testamentum infringi uel annullari uitio præteritionis, uel exhęredationis, aut solennitatis, quòd ipse filius vel hæres eius, & quilibet ab intestato defuncto succedens tenetur hæreditatem pure substituto restituere. Et ob hoc, quia reperitur purè rogatus non potest nisi vnam quartam detrahere, uel Treb. vel legitimam prout elegerit, & ita etiam determinat & sæpius se consuluisse dicit Barto. in d. §. meminisse, & dixi plene supra in tit. de forma lib. pro leg. rei sing. in gl. Valere debeat iure
✱ codicillorum &c. } * Quid autem computetur in legitima, uel Trebellianica. plenè not. per glo. & Docto. in l. in quartam. ff. ad leg. fal. in l. quoniam nouella, cum sim. C. de inof. test. & adde de istis duabus quartis quod not. per Cy. & Iac. Butr. in l. quanquam. C. ad l. fal. & per Iac. de Belu.
7 in Auth. de hęre. & fal. §. si uerò. Sed quid dices * de
✱ fructibus per hæredem perceptis ante diem restitutionis, an illos computabit in quartam Treb. Distingue, aut illos percepit hęres iudicio, & uoluntate testatoris, quod est quando grauatur restituere in diem uel sub conditione, & tunc sibi imputat, & computat in quartam, quod not. quia male practicatur. si tamen fructus ipsi quartam excederent, non per hoc superfluum restitueret, ut l. uxorem. §. sorori. cum ibi not. ff. de le. 3. Fallit in filijs primi gradus qui hos fructus non computant sibi in quartam Trebellianicam, ut habetur in l. iubemus. C. ad Treb. & not. per gl. & Doct. in l. in fideicommissaria, in princ. ff. ad Treb. computant tantum hi filij fructus extantes in causam dotis pro quam diminuta est hæreditas, consumptos uerò non sibi compensant, not. per Bar. & ibi tex. in l. mulier. §. cum pro poneretur. ff. ad Treb. coniuncta l. Titius rogatus, & quod per eundem not. in l. qui quadringenta. ff. eo. tit. Aut eos percepit interueniente negligentia fideicommissarij non petentis, & tunc illos non computat in quartam. Aut eos percepit interueniente mora ipsiusmet hæredis non restituentis, & tunc sibi illos imputat in quartam, & quod superest restituit, ut habetur, & not. in l. in fideicõmissaria, & l. mulier. §. hæres & l. ita tamen §. hęres extitit ex asse. ff. ad Treb. & not. in d. l. iubemus. Et prædicta locum habent, quando hæres grauatur simpliciter restituere hęreditatẽ? quando uerò grauatur restituere quidquid supererit ex hęreditate tempore mortis suę, & tunc ueniunt solùm in restitutione illa bona quę non sunt alienata per hęredem, sed non fructus eorum, uel uttamen hodie reseruatur per hęredem quarta integra ipsi fideicommissario, ut hæc habentur, & not. in l. Titius rogatus, & l. deducta. §. pen. & fin. ff. ad Treb. coniuncta auth. contra rogatos. C. ad Trebell. licèt olim non cogeretur aliquis dimittere fideicommissario, sed distinguebatur, an alienatio esset fraudulenta,
8 uel non. ut d. l. Lucius cum simi. † Ex quibus deciditur illud quotidianum. Ecce quòd extraneus est institutus, & eidem facta substituto, de qua supra. Deinde hic hęres decedit sine liberis, & fit locus huic substituto qui auocat hęreditatẽ, uolunt hęredes eius defuncti hæreditatis retinere quartã: certe poterit substitutus eis imputare fructus, quos defunctus hęres percepit ex hęreditate dum uixit, licet malè apud plurimos super hoc aduertatur. Et per hoc etiam aliud sequitur, quòd substitutus ille potest compellere scriptum hęredem ad faciendum inuentarium de bonis ipsius hęreditatis, quia de eis, & de fructibus eorum tenet facere rationem debitam ipsi substituto, ut probatur, & ibi no. in l. cum tale §. 1. ff. de cond. & dem. & scribitur per Cynum in auth. sed cum testator. C. ad l. falcid. in 9. q. & in hoc errant multi, potest etiam & hæredem compellere ad sibi satisdandum de hæreditate restituenda adueniente die uel

die vel conditione, niſi eſſet grauatus reſtituere fratri ſuo, à filio, vt habetur & not. per gl. & Cyn. in l. cum Archemidoram. C. ut in poſſ. le. & in d. l. iubemus, niſi teſtator ſatiſdare prohibuerit, ut ibi not. per text. in l. 1. C. eo. ti. quibus caſibus a ſatiſdatione excuſatur. Die verò, & conditione reſtitutionis pendente, interdicta eſt regulariter hæredi alienatio rerum ipſarum hæreditarium, niſi pro dote filiarum, & pro donatione propter nuptias, ut in auth. res quæ C. com. de le. & ſi facta fuerit alienatio in caſibus prohibitis, tunc adueniente die, & conditione reuocatur, ut ibi habetur per Cyn. & not. per Bart. in d. l. ſeruo legato. §. 1. ff. de le. 1. & l. ſi fundum. ff. de cond. & dem. & in l. fi. §. finautem. C. comm. de leg. & per Bart. in l. Marcellus. §. res quæ ff. ad Treb. ſaluo quòd in dictis duobus caſibus exceptuatis, in quibus firma remanet, & durat alienatio, & eodem modo tenet irreuocabiliter facta alienatio in cauſam ſuorum alimentorum ſecundum Iac. de Aret. licet glo. contrarium teneat, ut refert Cyn. in d. auth. res quæ. Inde quæritur, an quod dicitur de dote, locum habeat tam in ea conſtituenda quàm in iam conſtituta exigenda? dic ſecundum Cy. vbi ſupra quod ſi grauatus eſt maſculus, tunc poteſt conſtituere dotem, & eam dotis nomine alienare tam pro ſe, quam pro filijs ſuis, ut d. auth res quæ. Si uerò ſit fœmina, tunc poteſt ſibi ipſi tantum dotem conſtituere nõ autem filijs eius: quia non eſt officium maternum dotare filiam, ut l. fi. C. do. promi. Item habent locum in dote aggrauata per aliũ exigenda, & ſic poteſt ſoluere ſuæ nurui, quando alia ipſius grauati bona non ſufficiunt, ſecundum Docto. ubi ſupra, & ſi filius grauatus alienet extra dictas cauſas, tenet alienatio uſque ad eius legitimam, ut ibi no. & ſi filia dotata poſtea moriatur & ſic ſoluatur matrimonium, non propterea dos reſtituitur fideicommiſſario, ſecundum Doct. vbi ſupra, quod eſt notandum, licet fructus per eam ex hæreditate perceptos computare debeat in cauſam ipſius dotis ſi extant, alias non, ut prædixi. An autem in quarta falc. quæ detrahitur de legatis particularibus cõ
9 putentur fructus, tangitur per Cyn. in d. l. iubemus. † Sed pone, quòd hæres ſcriptus recuſat hæreditatem adire, an ſubſtitutio euaneſcat? & dic breuiter quod ſuccurritur ſubſtituto, & obuiatur hæredis dolo, ut mediante iudice compellatur adire & reſtituere. ut l. apud Iulianum. §. Antiſtia & l. nam quod. §. qui compulſus, & l. cogi, in princip. ff. ad Treb. cum ſim. quinimo pœna amiſsionis quartæ Treb. afficitur heres qui inuitus & compulſus adiuit, ut in d. §. qui compulſus. Fallit ſi fuit compulſus infra tempus deliberandi, quia tunc quartam retineri poterit, ut l. omnes. ff. ad Trebel. habet autem locum huiuſmodi compulſio, ſiue hæres fuerit grauatus reſtituere pure, ſiue in diem uel ſub conditione, non aũt añ diei, uel cõditionis euentum cogi poterit adire. & ſi paſſus eſt ſe cogi adire, priuatur quarta, & commodo medij temporis, quia ſtatim reſtituit, ut hæc habentur in d. l. apud Iulianum. §. utrum. & §. Antiſtia. & ibi no. ff. ad Treb. Nec obſt. d. l. ſed & ſi alio loco. §. ſi. & l. ſed & ſi ante. ff. eo. tit. quia loquuntur quando hæres ſpõte adiuit, ut ibi nota. ante autem factam reſtitutionem non tranſeunt actiones hæreditariæ in hunc ſubſtitutum, nec agendi ulla poteſtas, niſi in certis caſibus, quia ut habetur, & not. in l. pen. C. ad Treb. & l. 1. uer. ſed quoties ff. eo. titu. & ſi fortaſſe deceſſerit ſubſtitutus ante reſtitutionem ſibi factam, an hæres eius ſit audiendus? dic ut infra dicam, & not. per Barto. in d. l. cum filio. ff. de le. 1. Et quid iuris ſit, ſi inſtitutus prædecedat ante aditam & reſtitutam hæreditatem? dic ut infra dicam, & not. per glo. & Docto. in l. eum quam C. de fideic. & l. ille à quo. §. ſi teſtamento. ff. ad Tre.
10 † Poſt hęc quæritur, an in ſubſtitutione ueniant prælegata facta ipſi cohæredi grauato? dic, ꝙ ſic ſm diſtinctionem traditam in l. cum virum. C. de fideic. & l. Marcellus. §. quidã. ff. ad Tre. & ibi per Bar. fallit in donatione facta vxori ut l. ſequens quæſtio. ff. de leg. 2. & in dote, ut in l. a filia, in prin. & l. mulier. §. cũ proponeret. l. Lucius. §. maritus ff. ad
11 Treb. quæ duo non reſtituuntur, ut infra habetur. † Quis autem facta reſtitutione teneatur ſoluere legata, an inſtitutus, uel ſubſtitutus? dic, ꝙ regulariter ad ſolutionem legatorum tenetur ſubſtitutus in totum, ad ſolutionem aũt cæterorum creditorum tenetur quilibet eorum pro rata, videlicet hæres pro ſua quota ſi illam retinuit, & ſubſtitutus pro alijs partibus, ut Inſt. de fideic. hæ. ed. §. ſed quia ſtipulationes in fin. & not. per Bar. in l. qui quadringenta. & l. Marcellus, ad Treb. & per Cyn. in l. 1. in fi. & §. pen. ff. ad Treb. Ad pleniorem tñ doctrinam poteſt ſic diſtingui. Cum quæritur an ſubſtitutus admittatur ita ad prælegata facta inſtituto, ſicut admittitur ad hęreditatem, dic ꝙ aut loquimur in ſubſtituto vulgari tantum, & ille non admittitur ad prælegata inſtituti, vt l. Miles. §. pro parte. ff. de le. 2. & l. Sexti lia. ff. de le. 3. Aut loquimur in ſubſtituto pupillariter tantùm, & ille admittitur ad omnia, ut l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil. l. cum pater. in prin. ff. ad l. falc. idem per omnia in ſubſtituto exemplariter, ut l. humanitatis. C. de imp. & al. ſubſt. & in §. qua ratione, Inſt. de pup. ſub. Aut loquimur in ſubſtituto per fideicõmiſſum, & tunc aut teſtator utitur uerbis generalib. præteriti tempo: is, aut uerbis futuri temporis. Primo caſu, aut primò rogat hæreditatem reſtitui, & poſtea prælegat, & tunc talia legata non ſunt ſubſtituto præſtanda, ut l. Titia ff. ad l. falc. Aut econuerſo prius prælegat, poſtea rogat, & tunc aut facit mentionem totius hęreditatis, quia mandat hæreditatem reſtitui, & tunc non cedunt legata ſubſtituto ut l. ſi Titius. ff. de leg. 2. Aut nullam facit mentionem hęreditatis, ſed generaliter loquitur, & tunc cedunt legata ſubſtituto, ut l. Marcellus. §. quidam præalleg. Si autem teſtator utitur uerbis futuri temporis & generalibus tunc indiſtinctè legata cedunt ſubſtituto, ut l. cum uirum. & l. cum pater §. fidei tuæ. ff. de leg. 2. Quid autem ſi teſtator dixit ſimpliciter {Talem ſubſtituo per fideicommiſſariam} an ueniant prælegata? puto quòd non per d. l. cum virum
12 cum ſimilib. † Sed pone ꝙ hęres recuſat adire, nec ſubſtitutus curat ipſum compellere, an ad inſtantiam legatariorum ſingulorum cogendus ſit adire? dic breuiter ꝙ non, per text. in l. non eſt cogendus, & in l. nam quod, in fi.
13 & l. cogi verſ. & generaliter. ff. ad Treb. † Quid autem ſi teſtator dixerit {Lego tertiam partem bonorum meorũ} uel {Lego tertiam partem hæreditatis meæ} an his caſib. poterit hæres compelli adire per ipſum legatarium? Dic, plenè ut per glo. & Bar. in l. mulier §. fi. ff. ad Treb. Et not. ꝙ ſi iſte legatarius partis hæreditatis ſit grauatus ipſam partem alij reſtituere non poterit quartam trebellianicã retinere, ut in d. §. fi. & ibi ratio aſsignatur. Deinde quæriẽ qua foma ſit talis reſtitutio hæreditatis? dic, quòd fit dupliciter, uidelicet re, & uerbo. Re fit, cùm hæres inducit ſubſtitutum in poſſeſsionem corporalem rerum hæreditariarum, ſiue omnium, ſiue vnius rei. Verbo autem fit, ſi hæres dicat {Reſtituo tibi hæreditatem, & illam tibi relaxo,} ut hæc probãtur & no. in l. facta & l. reſtituta. ff. ad Treb. qua quidem reſtitutione facta etiam ſolo uerbo, ſtatim tranſeunt omnia iura hæreditaria in ipſum fideicommiſſariũ, tam actiuè quem paſsiuè, ut d. l. & l. quamuis. eo. tit. & etiã obligationes naturales tantum, ut l. ſi eius pupilli. ff. ad Treb. Quod tamen fallit in certis caſibus qui habentur, & not. in l. perinde. §. reſtituta & l. patroni. in prin. ff. ad Tre. Bona autẽ propria ipſius heredis non ueniunt in reſtitutionem, quia in eis non poteſt hæres aggrauari per fideicommiſſum, ut in l. cohæredi. §. cum filiæ, poſt prin. ff. de uulg. & pup. & l. ex facto, in princip. & §. 1. ff. ad Treb. & no. per Doct. in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uul. & pu. niſi in uno caſu, ut dixi ſupra in gl. in uerbo {Pupillariter.}
14 † Quid in dote prælegata filiæ grauatæ de reſtituenda hęreditate, ſi deceſſerit ſine liberis, an erit dos reſtituenda fideicommiſſario ſimul cum hęreditate? dic ſecundum Doct. ut not. per Bart. in l. Lucius. §. ſi maritus. ff. ad Treb. & per Cy. in l. 1. §. uideamus. C. de rei uxo. ac. Aut pater filię

liæ dotem dedit inter viuos, & tunc cum filia habeat dotē
iure suo, & non hæreditario, ideo non cadit in fideicom-
missum, ut l. pater filiam, in prin. ff. ad l. falc. aut pater ipsi
filiæ dotem in testamento legauit, & tunc, aut simpliciter
& generaliter substituit, & tunc dos non includitur in
fideicommisso, nisi aliud appareat testatorem sensisse, ut l.
à filia, & l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. Aut spe
cialiter, & expresse eam grauauit de dote restituenda, &
tunc aut filia habet aliunde tantum de bonis patris, quod
sufficit ad legitimam, & tunc venit ad restitutionem, quia
potest hoc casu in ea grauari, ut l. fi. §. filiæ. ff. de leg. 2. Aut
non habet tantum, quod sufficit ad legitimam, & tunc nō
tenet grauamen. ideo non cadit in fideicommissum. l. quo-
niam in prioribus. l. quoniam nouella. C. de inof. test. Aut
ipsa filia per seipsam sibi dotem de hæreditate ipsa consti
tuit, quod facere potest, per d. auth. res quæ, & tunc alio
non apparente non cedit dos fideicommissario, ut d. §. cū
15 proponeretur, ubi de hoc casus. † Vlterius quæritur,
dictū est supra quòd permissa est alienatio rerum quæ su-
biacent restitutioni in causa dotis, & donationis propter
nuptias, hoc est verum quando fit hęc alienatio per gra-
16 uatum inter viuos. † Quid autem si fiat in vltima uolun
tate v. g. si grauatus de restituendo facit testamentū, in quo
specialiter dotem constituit, & assignauit filiæ suæ de bo-
nis, quæ restituere grauatus est, quæritur an ualeat talis
alienatio, & habeat minuere fideicommissum? Bart. deter-
minat quòd sic in l. à filia. ff. ad Treb. & per text. in §. cum
proponeretur, & quia si sibi licet inter viuos, ergo in vlti-
ma voluntate. ex quibus patet, ꝙ sicut natiuitate filij in
totum euanescit fideicommissum. vt d. l. cum auus & d. l. cū
acutissimi, ita euanescit pro parte quando pro filia dos,
aut pro filio donatio propter nuptias constituitur uel sol
uitur de bonis hæreditatis, vel aliter in causam alimento-
rum alienatur, ut supra dictum est.

ADDITIONES.

* Per fideicommissum. Adde, an in cōtractibus constitui possit fideicommissum, & dic, quòd aliqui dixerunt, quòd non, ex not. in §. non autem, Inst. de codicil. contrarium tñ largo modo etiam in contractu inter vivos oriri fidecommissum dixerunt Dec. consi. 63. nu. 4. 245. nu. 7. & 8. Aym. consi. 19. nu. 8. 130 circa fi. Fernan. in rep. l. in quartam nu. 239. ff. ad l. fal. Soc. in l. qui Romæ §. cohæredes nu. 19. ff. de ver. ob. quæ fideicommissa an censeantur fauorabilia, uel odiosa. & dic, ꝙ fauorabilia, per text. in versi. tantusq; fauor instit. de fideicom. hær. in l. cogi, ver. in antiquo. ff. ad Treb. not. Rol. consi 46. num. 3. consi. 56. in fi. lib. 3. quod scire utile est, ut sciat iudex: an in dubio pro fideicōmisso iudicañ. sit, qua in re, aliqui distinguunt, ut per Dec. in l. in testamentis. ff. de reg. iur. Aym. consi. 108. nu. 3. Bell. consi. 180. num. n. Arch. consi. 27. col. 3. Capic. decis. 108. num. 15. Nat. consi. 601. ubi concludit, facieñ. esse latam interpretationem pro legatis & fidecommissis. Masuer.

* Sub conditione. Adde, quid in legato, aut fideicommisso conditionali, an in hæredem legatarij, uel fideicommissarij transferatur? & Dic, quòd non, secundum Ro. consil. 17. 162. 247. l. unic. §. sin autem. C. de cad. tol. l. prima. ff. de cond. & demonst. l. si cum hæres. ff. quando dies leg. ced. l. in causæ. §. Pomponius. ff. de minor. pro quo uide quæ scribunt Alexan consi. 30. num. tertio lib. secundo consil. 206. column. prima libro 6. ubi loquitur de iure substitutionis quod non transmittitur etiam ad filios, de cuius veritate, & an &, quando fideicommissum conditionale transmittatur in hæredes? uide Dec consi. 369. 515. Cagnol. in l. 1. nu. 16. C. de pac. Rol. consi. 46. num. 5. lib. 3. Fernand. Tolos. trac. success. conuentional. c. 4. nu. 6. qua in re, dixit Nat. consi. 323. col. fi. in prin. ius fideicommissi cōditionalis ad hæredem non transmitti, secundum communem ibi relatam, quam declarat. Masuer.

* Grauatus, Adde Clar. §. testamemtum quæstio. 72. Masuer.

* Duas quartas. Adde, quòd filius grauatus de restituendo hęreditatem purè detrahit unam quartam tantum, sub cōditione duas, teste Nat. consi. 255. num. 5. glo. fi. & Bar. in l. Papinianus. §. meminisse ff. de inof. test. ubi Cagnol. num. 10. 18. in 4. differētia ampliat etiam ubi legitima propter numerum filiorum esset semis, & ibi subdit, quid si testamentum non valet? Quam concl. de duabus quartis detraheñ. dicit esse communem Ias. in l. cohæredi. §. cum filię num. 10. ff. de vulg. & magis communem Rol. consi. 12. nu. 7. consi. 25. nu. 9. lib. 1. post Alex. consi. 26. nu. 7. lib. 1. fallit ea conclusio, nisi dies utriusque simul cedat, teste Alexan. consi. 142. nu. 14. li. 2. item fallit in alijs ascendeñ. secundū Ias. in l. filium quem, nu. 9. C. fami. ercis. item fallit in filio instituto in re certa, quia non est hęres uniuersalis, l. lex falc. § nunquam, ubi Ias. ff. ad l. falc. Aym. consi. 131. nu. 13. cuius contrarium uidetur tenere Curt. Iun. consi. 106. per totum. Item fallit, si testator prohibeat Treb. ut per Ias. in d. §. nunquam numer. 10. contra quem tenet Alba Mandel. consi. 7. nu. 6. Quid si adsit tacita prohibitio? ut quia testator iubeat restitui totam hęreditatem? & dic, ut per Nat. consi. 321. num. 5. fallit etiam prędicta conclu. si pia causa sit substituta. secundum cōmunem per Cagnol. d. l. Papi. §. meminisse num. 18. de inoffi. test. Idem si filius sit institutus contemplatione alterius, ut per Nat. d. consi. 321. nu. 9. & qui filius quid probare debeat: uide Nat. consi. 332. num. 1. prędictam aut concl. quod filius grauatus fideicommisso possit detrahere legitimam sibi iure naturę debitā communem dicit Rol. consi. 26. nu. 20. lib. 3. amplia procedere etiam si fideicommissum pię causæ deberetur, & etiam si filius approbasset testamentum patris, quia talis approbatio non pręiudicat filio: quin possit cōsequi integram legitimam in bonis patris, Rol. d. consi. nu. 21. quid si grauatus sit restituere hæreditatem sub cōditione? & dic, quòd potest detrahere duas quartas, legitimam scilicet, & Treb. Quæ duæ quartę debitę filio grauato sub conditione, ascendunt ad dimidiam hęreditatis fideicommitteñ. secundum communem per Rol. d. consi. 26. num. 23. 25. consi. 12. num. 6. consi. 31. num. 29. lib. 1. Nat. d. consi. 255. post Guid. Pap. q. 52. & quò ad legitimam, quòd ea non minuatur ob legata facta ad pias causa: not. idem Rol. d. consi. 39. num. 24. lib. 3. & num. 25. ubi quòd ea potentior est legatis, cum debeatur tamquam ęs alienum, ꝙ quidem ęs alienum omnia legata minuit, quę conclus. procedit etiam in filijs, qui propter propriam causam nō sunt priuandi legitima, teste Rol. d. consil. 39 numer. 27. ubi refert dictum Augustini, qui uult ecclesiam instituere: & filium exhæredare, ex de quo plura not. Ias. in l. si unus post num. 8. C. de testa. quid de re prohibita alienari per testatorem: an Treb. detrahatur? & dic, quòd non, ut per Guid. Pap. q. 51. ante fin. nu. 2. Rom. consi. 206. col. 4. Cur. Iun. consi. 117. colu. 2. & communem dicit Paris. consi. 9. num. 15. lib. 2. cuius detractioni Treb. ut locus sit, quæ requirantur? uide Roma. d. consi 206. col. 1. nu. 2. ubi etiam disputat, an per testatorem prohiberi possit, & post plura concludit, quod sic. nume. 4. secundum commmunem, per Imo. in l. Marcellus. ff. ad Treb. Aret. in §. sed quia, num. 3. inst. de fideic. hęr. Alex. consi. 67. lib. 1. consi. 5. ante fi. lib. 3. Dec. consil. 81. 4. dub. Mar. Iun. consi. 137. nu. 6. lib. 1. post Bal. consi. 170. num. 5. lib. 5. qua in re dicit Rom. d. consil. 206. num. 6. quòd quemadmodum in casu suo non potest Treb. expressè prohiberi, ita nec tacitè per prohibitionē alienationis, cuius contrarium scribit Paris. consi. 126. nu. 36. lib. 1. consi. 17. num. 23. consi. seq. num. 102. li. 2. sed cum Rom. uidetur stare Idem Paris. consi. 43. num. 45. li. 3. sed an possit testator Tre. filiorū extenuare, præcipiendo, ne in ea fructus hæreditarij imputentur; & dic, ut per Ro. d. consi. 206. num. 6. ubi concludit quòd non, quem sequit Guid. Pap. q. 51. Alex. consi. 5. ante fi. lib. 4. Rip in l. filiusf.

§. diui

§.diui num.30 de leg.1.& licet aliqui contrarium voluerint, priorem tamen æquiorem & magis communẽ, filijsq; fauorabiliorem, dicit Ias.in d.l. Marcellus, in prin. nu.55. ad Treb. Dec.consi. 81.4.dub.consi.318.num.269.nu.15. Rip. in l.nemo potest, num.52.de leg.1.Mar.Iun.consi.131. num.58.consi.117.num.7 lib.1.consi.18.num.2.lib.2.Cur. Iun.consi.70.nu.16.160.ante fi. Paris.consi.43.num.26. lib.3. si ergo Treb. exp. esse prohiberi non potest in filijs primi gradus: multo minus tacitè, sicque inquit Roma.d. consi.206.col.2.post.nu 6. quòd in restitutione facienda de qua ibi. Fran & eius hæredes Trebel.cum legitima detrahent, absq; imputatione fructuum hęreditatis facienda in d.quarta, per l.iubemus C.ad Treb. de qua ibi,& idem sentit Bart.in l.quod de bonis.§.quod anus, vbi Alex.ff.ad Treb.Ang.consi.121.3.dub.Oldr.consi.131.ante fin.& hanc communem dicunt Gozad.consi.97.nu.14.Mar.Iun.consi. 131.nu.63.lib.1.Rip. in l.in fideicommissaria, nu. 30.ff.ad Treb.Paris.consi.1.nu.98.consi.43. num.73.& seq.lib.3. quam sententiam uti æquiorem & magis communem, aliquãdo approbauit Rota teste Cassia.decis.1.q fructus titu.de testa.quod autem non detrahatur Treb. de legatis ad pias causas relictis.not. Idem Rom. d.consi.206.num. 7.consi.239.nu.2. Curt.Iun.consi.120.num.13.Alex.Ias. & alij in d.l.Marcellus Ro. consi.276 in fi Tiraq.de priuileg.piæ causæ 26.priuileg.Quam conc.intellige, ut per Rom.d.consi.206.in fin.Alex.consi. 20.nu.14.lib.3.in d.l. Marcellus num.6.ubi Ias.num.34.ff.ad Treb.Alex.in l. 1.§. ad municipium in fi.in l. cum dotem post prin.ff.ad l.falc. Soc.consi.144.ante fi. li.1. Masuer.

✱ A filijs. Adde, quòd affirmatiuam tenet & communem dicit Rol.consi.39 num.7.lib.3. ubi etiam quærit quid in grauato fideico.conditionali, an duas quartas detrahere possit legitimam scilicet,& Treb. & post plura concludit quòd non, sed vnam tantum, secundum communem & veriorem sententiam, cuius rationes uide ibi, ubi ponit casus, in quibus alia est causa filiorum,& alia ascenden.ibi d. consi.a num.10. usque ad 20.in quo consi. tres principales articul.tractat. primum, an legitima patris in bonis filij sit quarta eius partis, quam habiturus esset ab intest.in bonis eius,& ibi d.consi.nu. 4.concludit, quòd non, secundũ communem ibi relatam, & per Aym. consi.110.vlt.dub.2. artic.est, an pater grauatus fideicomm. conditionali: duas quartas detrahere possit? legitimã & Tre. & post longam disputationem concludit, quòd non, secundum communẽ ibi d.consi.nu.10.& seq.3.artic.de fructibus perceptis per ascenden.grauatum: uide ibi num.21.ubi pulchrè. Masuer.

✱ Quid autem computetur, Adde, quòd hæres grauatus per fideicommissum restituere hæditatem, potest retinere quartam Treb.tot.tit.ff.& C.ad Treb.& in ista Treb.cõputat solũ illud, quod percipit iure hæreditario à cohęrede aliud non, licet in falcidia computet quicquid percipit iure hæreditario, etiam a non cohærede secundum Barto. in l.in quartam ff.ad l. fal.in Treb.ergo computatur illud quod hęres iure hęreditario capit ex parte cohęredis, teste Ias.in l.singularia nu.16.ff.si cert. pet. Masuer.

✱ De fructibus, Adde quid diceñ. de fructibus perceptis per ascendeñ.grauatum; & dic, quòd imputantur ei in Treb. imò etiam in legitimam, secundum communem per Rol. consi.39, num.21.& seq. lib.3.vbi referendo Picum in l.in quartam nu.285. ff.ad l.falc. dicit, fructus prædictos non tantum imputañ. esse parentibus primi gradus in fal. vel Treb.sed etiam in legitimam, quia ascenden.non debetur nisi una quarta tantum,& tamen fructus computantur in illa n,& licet in liberis primi gradus non imputentur fructus in aliquam quartam, secus tamen est in parentibus, iuxta tradità per Doct.in l.quod de bonis.§. si anus.ff.ad l. fal.Rol.d.consi.39.num.23.de quo per eundem consi.30. lib 1.Masuer.

b Iure naturæ. Adde quæ scribit Ioannes Claudius Apruti-nus in suo opere responsorum, quòd ius legitimæ est de iure naturali & diuino, prout probatur Numeri. c.26.ubi idem Claudius confirmat conclusionem Doctorum dicentium legitimam naturæ nullo statuto, nulla consuetudine posse tolli neque ius dotis, quod bene fuit consideratum à Paulo in l.cum ratio ff.de bon.damna. quamuis à quibusdã Doctoribus dicatur, quòd debet intelligi naturæ, idest iure ciuili persuadente natu æ coniunctione. & similiter etiam in l.pronunciatio.§.similiter.ff de verbo. oblig sed concluditur quòd ius legitimæ & dotis succedit post mortem patris in locum alimetorum, & nemo negare poterit ius alimentorum esse iu e naturali constitutum,& propterea esse immutabile, & quòd ius legitimæ dotis succedat loco alimentorum affirmat Alex. de Imo.in consi.69.in 1. vol. Zilettus.

c De clausula codicillari. vide Ange.in l.verbis ciuilibus ff. de vulga.& pup. quod ubi est clausula codillaris.substitutio facta uidetur fideicommissaria,& sic poterit detrahere duas quartas, quæ codicillaris clausula communiter apponitur de consuetudine tabellionum, no. Bal.in l.prima. ff.de iure codicil.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si sine filijs, an tacitè subintelligatur.*
2 *Conditio prædicta de quibus liberis intelligatur nume.3.*
4 *Filius spurius, an excludat substitutum.*
5 *Conditio si sine liberis, adiecta filio sacerdoti instituto, de quibus liberis intelligatur.*
6 *Substitutus an excludatur, decedentibus liberis, ante mortem hæredis.*
7 *Conditio si sine liberis, an habeat locum vno tantum superstite.*
8 *Filio pupillo hærede instituto mortuo in vita testatoris, substitutus an admittatur virtute substitutionis.*
9 *Clausula codicillaris an excludat substitutum vel non, in casibus præmissis.*
10 *Substitutio prædicta si fiat sub alio nomine filiorum, quid sit numero 11.*



1 Ecederet sine filijs. † Hic aduerte, q licèt hæc conditio sit expressa à testatore, tñ subintelligitur in hac substitutione tacitè ex iuris interpretatione, ut habetur in l. cum auus.ff.de cond. & dem. & l.cũ acutissimi. C.de fideic.& in l. gñaliter C. de institu.&
2 subst.facit l.iubemus.§.finautem.C.ad Treb.cum si.† Quæritur de quib.liberis hæc conditio intelligatur.ut per hoc intelligamus, pp quos liberos hęc substitutio finiatur: ubi rñdetur, q aut hæc cõdõ simpliciter apponitur sine aliquo signo demonstratiuo ipsorum liberorum, aut cum aliquo signo demõstratiuo eorum. Si quidem signũ aliquod fuit appositum, ut v.g.patet in forma ista cũ dixit,Ex suo corpore legitimè procreatis, uel similia, & tunc intelligitur prout uerba sonant de filijs naturalib. & legitimis, ut dicã infra. Vbi aũt nullum signũ interuenit, tunc aut hæres decessit superstitib. sibi filijs legitimis tñ, aut naturalib.tñ, aut naturalib.& legitimis. Primo casu dic, q filij legitimi tantum non excludunt substitutum, sed excludantur à substituto, per tex.in l.fideicommissum.ff.de cond.& dem. & & l.si ita quis ff.de legat.2. Secundo casu subdistinguitur secundum aliquos, aut isti naturales tantum fuerunt concepti in seruitute paterna, & tunc substitutum excludunt, & ei præferuntu . Lex facto. §.si quis rogatus, el primo, in princ.ff. ad Treb. & optime probatur in l. Lucius §.Damæ.in fin.ff.de leg.secundò, aut fuerunt concepti in libertate paterna,& tunc, aut apparet de uoluntate testatoris, & ea seruabitur: aut non apparet,& tunc aut hæres patris erat homo in dignitate positus, & tunc de his filijs non uidetur testator sensisse, cum talis soboles apud constitutos in dignitate sit abhominabilis,& ideo non excluderetur substitutus, aliter autem si non erat in dignitate positus tunc

tunc excluderetur, ut d. §. si quis rogatus, ult. responso, & ibi not. per glo. & Barto. Tu autem potes attentare aliter intelligere illum §. hoc modo, aut filius naturalis erat iam natus tempore testamenti, & tunc excluditur ab eo substitutus, siue fuerit naturalis ex seruitute, siue ex libertate, & ita intelligatur principium d. §. si quis rogatus, cum si. Aut natus est post testamentum, & tunc subdistingue, ut supra dictum est. Tertio casu dicendum est filios naturales & legitimos indistincte excludere substitutum, siue sint libe ri primi gradus, uel vlterioris, ut d. l. iubemus. §. si autem. C. ad Tre. cum sim.

3 † Circa præmissa occurrit tale dubiũ filius legitimus tantũ in potestate constitutus præteritus olim rumpebat testamentum, ac si esset naturalis & legitimus, ut l. certum, de iniu. rup. & irri. te. licèt hodie aliter distinguatur, ut l. cum in adoptiuis. § sed ne articulum. C. de adop. & Insti. de succe. ab inte. §. sed ea omnia, quare ergo non excluditur substitutus sicut legitimus filius & naturalis, ut dictum est. Responderi potest, quòd non est par affectio quo ad testatorem in filio alieno quæ est in suo proprio, ideoque testator non uidetur cogitasse de filio legitimo tantum ipsius hæredis quò ad excludendum substitutum: de suo autem proprio præsumptum est ipsum cogitasse, uel dic, quòd ratio est in proprio filio illa de qua traditur in l. in suis, ff. de lib. & posth.

4 † Quid autem dicemus in filio spurio, an excludat substitutum? dicunt Doct. quòd non, quia non est nominandus filius, nec alendus de iure ciuili. ut in Auth. quibus mo. na. effi. sui. §. fi. & in auth. ex complexu. C. de incest. nupt.

5 † Sed posset hic quæri, si testator habens filium religiosum vel in sacerdotio constitutum decesserit ipso hærede instituto sub ea conditione si sine liberis decesserit, de quibus liberis intelligetur hæc conditio? dic ut disputat Bart. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Treb. Et prędicta, quę dicta sunt de hærede masculo sub prædicta conditione grauato, locum habent in muliere, etiam taliter instituta per d. l. hæredibus, præallega. §. fi. ff. ad Treb. licèt Bart. sub dubio forte uoluerit aliter distinguere, arg. Instit. de suc. cogna. §. quæ uulgo.

6 † Quæritur, si hæres taliter grauatus habuit liberos, qui tamen decesserint ante mortem ipsius hæredis, an substitutus excludatur? dic, quòd non, nam ut excludatur oportet, quòd filij super sint tpe, quo moritur ipse hæres: quod

A patet, dum dicitur [Si decesserit * sine liberis,] quæ verba ad tempus mortis relationem habent, ut d. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Tre. licèt contrafacere uideatur l. hæ. edibus, in princ. ff. ad Treb. Sed ibi fuit alia forma, uidelicet [Donec habuerit filios] quæ dictio [Donec,] limitationem temporis significat, & dispositionem restringit ad tempus sicut dictio [Quousque] vel [Quoad] ut not. per Barto. in l. si filius. ff. ad Tertul ad quod facit l. cui vsufructus. & l. generali. §. duas filias. ff. de vsufr. le. & l. legatum est, in prin. ff. de an. leg. & l. fi. §. fi. ff. de rescin. vend. merito ergo ibi in casu adueniente, quo liberos habeat, impletur conditio statim quæ postea non infringitur si liberi moriantur, quia tempus natiuitatis eorum fuit in conditione, hic autem tempus mortis hæredis, & existentiæ ipsorum filiorum.

7 † Quid autem si hæres moriatur uno solo filio superstite, an deficiat conditio, uel purificentur dictæ substitutiones? uidetur quòd cessat conditio, & fiat per consequens locus substituto. Sermo enim iste [Sine liberis] pluralis est, sicq; exigit concursum saltem duorum, arg. in l. vbi numerus. ff. de testi. Tu autem dic contra per text. in l. non est sine liberis ff. de ver. sig. & l. pater Seuerinam. ff. de cond. & dem. ille etiam sermo resoluitur in singularitates, a g. in l. falsa demonstratio, in fi. ff. de condit. demonst. & d. l. cum tale. §. falsus. ff. eo. tit. & de prædic. not. per Archi. in cap. si pater extra de testa. lib. 6. Deinde quæritur, quid si hæres decesserit solis superstitibus nepotibus ex filio præmortuo, uel ex filia, an excludatur, uel admittatur substitutus? dic quòd excludetur per tex. in l. 1. C. de cond. instit. & ibi not. in l.

B iubemus. §. 4. C. ad Tertul. Nam appellatione * filiorum continetur nepos, tam ex filio quàm ex filia. ut l. liberorũ, & ibi per Bartõ. ff. de verb. sig. per Cyn. in l. si testamentũ. C. de quæst.

8 † Amplius quæritur, si filius pupillus hæres institutus, cui facta etiam est hæc substitutio moriatur in uita testatoris, an substitutus admittatur uirtute substitutionis? uidetur, quòd non, per text. in l. apud Iulianum. §. uirum. & §. Antistia, & l. ille à quo. §. si de testamento, in fi. ff. ad Treb. & l. tutores. §. hæres. ff. de admi. tut. Alij dicunt contra, ut not. per Cyn. in d. l. precibus, & per Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pup. Pro solutione huius est decurrendum ad ea quæ supra sunt tacta in præcedenti gloss. in illa quæst. qua quæritur, quas species substitutionum in se contineat hæc substitutio fideicommissaria uel compendiosa: unde dic, quod aut hæc substitutio est facta per verba merè obliqua, & quia tunc in ea, ut prædixi, nõ continetur vulgaris, expirat in totum substitutio ista filio mortuo in uita testatoris, & sic excluditur substitutus, ita loquuntur dictæ ll. ille à quo. §. si de testamento. & d. §. vtrum. & §. Antistia, cũ si. Aut est facta per verbum commune, [Vt substituo talē] & tunc, quia in ea includitur uulgaris uel pupillaris inspecta mente defuncti, quia per talem substitutionem uidetur sibi omnem casum prouidisse, arg. in l. 3. in fi. ff. de adimen. lega. & l. hæc conditio. §. si conditioni. ff. de cond. & dem.

9 † Quid autem si testamentum, in quo hic filius defunctus ut supra minor uel maior & taliter de restituendo grauatus, habet clausulam codicillarem insertam, ut communiter apponunt notarij in omnibus testamentis, an substitutus audiatur contra hæredes ab intestato ipsius filij? uidetur quòd non, per d. §. vtrum. & §. Antistia, cum si. & hoc sequuntur quidam. Alij dicunt contra, quia virtus illius clausulæ hoc habet importare secundum ea quæ habentur in l. 1. ff. de iu. codi. ad quod etiam faciunt no. in l. cohæredi. §. cum filiæ ff. de vulg. & pup. Sed tu distingue, aut filius decessit post mortem eius, & locum habet hæc opin. secunda, de qua dictum est supra in præcedenti glo. & in hanc partem uidetur inclinare Bart. in d. l. 1. argu. ad hoc in d. l. Sceuola. ff. ad Treb. & l. fideicom. ff. de leg. 1. & l. qui duos, in fi. ff. de vulg. & pupilla.

10 † Sed quid si hæc substitutio facta sit sub alio nomine quàm filiorum, verbi gratia, [Si decesserit sine hærede, Caium substituo] quid

C continebitur appellatione * hæredis? videtur quòd omnes, tam filij, quàm extranei, ut l. sciendum. & l. hæredis. cum si. ibi no. ff. de verb. sig. & pro hoc videtur, quòd quilibet, qui sit hæredis hæres siue ex testamento, siue ab intestato, siue sit de liberis siue non, excludat substitutum.

11 † In contra-

D rium * est ueritas quantum ad hunc casum in quo appellatione hæredis continetur solum filius, & cæteri qui appellatione filiorum continentur per text. not. in l. ex facto §. fi. ff. ad Treb. & ibi not. per. Bartol. & hæc uera quando hęc conditio adijcitur hęredi substituto in hęreditate.

12 † Quid autem si adijciatur simplici legatario? uidetur quòd idem à paritate rationis. Credo contra, & sto in isto casu regulę d. l. hæredis, cum simi. quia casus speciales contra regulam non debent ad alios casus extendi, sed restringi ut l. si verò §. de viro. ff. sol. matr. & l. quod verò ff. de legi. cum sim. Est enim maior dilectio quo ad substitutum in hereditate, quàm ad simplicem legatarium, ideo fauore substituti appellatio hæredis restringitur ad solum filium & ad omnem hęredem in legatario porrigitur, de quo uide quod pulchrè not. per Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib & post.

13 † An autem sit necessarium hoc casu quando dixit testator [Sine hęrede] quò ad excludendum substitutum, quòd filius fiat hæres re & nomine, uel sufficit, quòd reperiatur filius superesse, dicit Bar. quòd est necesse ipsum filium patris hęreditatem adire, & hoc habet importare sensus illorum uerborum [Sine hęrede] ut not. per glo. in d. §. fina. est ergo melius, quòd testato dicat [Si sine filijs decesserit &c.] quantum ad fauorem hæredum.

ADDITIONES.

* Sine liberis. Adde Ias. in l. si quis, colum. secunda, circa med. C. de insti. & substi. Dilect. de arte test. titu. 5. cap. 15. Zas. tract. substi. uer. conditio sine liberis, & quòd liberorum appellatione ueniunt masculi, & fœminæ: not. Ias. in l. secunda. §. liberos. ff. de in ius uocand. ubi infert ad plura not.

* Pluralis. Adde Ias. in l. si seruus. §. si plurium. colum. 1. ff. si quis caut. ubi plura de pluralitate quando resoluitur in singular. & ibi an sufficiat pro parte implere illud quod est in conditione, ad hoc ut consequatur promissum uel legatum. Masuer.

* Appell. filiorum, Adde Ias. in l. de quibus, numer. 19. & seq. ff. de leg. ubi examinat materiam, & ibi quid in contract. quid in ulti. uol. quid in feudis, & an filiorum appellatione ueniant tam masculi quam fœminæ: uide eundem Ias. in l. si quis, id quod. ff. de iur. omni. iudi. & quid appellatione liberorum, eundem in l. secunda. § liberos. ff. de in ius uoc.

* Appellatione hæredis, Adde, an statutum loquens de hærede: locum habeat etiam in bonorum possessore, & dic, ut per Ias. in l. prima. §. bonorum, in fin. ff. ad Treb. in l. fin. nume. 21. C. de edi. di. adr. ubi concludit quòd largo sumpto uocabulo uenit bonorum possessor, de appellatione autem hæredis, uide quæ scribit idem Ias. in l. fideiussor. §. prætor ait. num. 5. ff. qui satisd. cog. Gabriel com. opinio. lib. 6. tit. de uerbo. signifi. conclu. 2. 3. & 4. Roland. consi. 70. num. 39. lib. 3. post Roma. singu. 456. Ias. in l. gallus. §. etiam. ff. de lib. & posthum. in l. pro hęrede. §. si quid tamen. nume. 9. ff. de acquiren. hęred. vbi quid iure communi quid in feudali, quid in emphyt. uide ibi, cui Adde, quòd hæredum appellatione ueniunt masculi, & fœminę, secus in materia feudali, teste Rolan. consi. 58. nume. 27. lib. 3. quia tunc intelligitur de masculo, secundũ Alc. consi. 126. nume. 13. de quo uerbo hæres, uide Rol. dicto consi. nume. 51. ubi quòd verbum si hæres erit, intelligitur de eo qui adiuit hæreditatem, & quòd non dicatur quis hæres, antequam testamentum aditione confirmatum sit, not. Rolã. d. consi. nume. 53. ubi plura not. in materia. Masu.

* Si sine filijs decesserit, Adde quid dicend. si fiat substitutio alicui si decederet sine filijs masculis, & dic, quòd euanescit ipsis extan. tempore mortis instituti, iuxta gl. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ver. ex uoluntate. ff. ad trebel. dum dicit gloss. dummodo uiuant liberi post mortem testatoris, tex. in l. filiusfamil. §. cum quis. de lega. 1. & not. Roland. consilio quinquagesimosexto, numero 9. libro 3. ubi numero decimo, quòd rogatus per fideicommissum restituere si sine liberis decesserit, conditio substitutionis dicitur defecisse: si ei superuixerint liberi, quod etiam procedit quicquid postea contingat de ipsis filijs masculis, quia licet filij qui faciunt deficere fideicommissum, moriantur postea sine filijs masculis, non tamen locum habet substitutio quæ expirauit, teste Oldr. consilio uigesimoprimo, per tex. in l. cum uxori. C. quando dies leg. ced. & hanc dicit communem Roland. dicto consilio quinquagesimosexto, nume. decimo, undecimo, ubi quòd sufficit conditionem semel fuisse impletam, quamuis postea non duret illud implementum. l. si quis hæredem. C. de institut. & substitut. text. in l. hæredibus; in princip. ff. ad Trebel. quam concl. latius declarat. Rolan. dicto consil. numero uigesimoquarto, & colum. 6. ubi an extendatur ad filiam de qua ibi, ubi etiam quomodo procedat dictum Oldra. dicto consil. uigesimoprimo. ex Dec. consi. 456. numero uigesimoquinto. Quid si testator habẽs quatuor filios, instituat eos uniuersaliter, & filiam in certa quantitate, & si alter ex filijs decesserit sine filijs, substituit supe. stites, & dic, quòd istud ultimum uerbum restringitur ad masculos, non ad fœminas, teste Rolan. consilio octuagesimosecundo, numero trigesimotertio, libro tertio, ubi plura, quando masculinum concipiat fœmininum, ibi numero trigesimoquarto, trigesimoquinto, trigesimonono, cui adde, quòd appellatione filiorum in vl. uol. ueniunt nepotes, cùm pp fauorem illorum aliquid statuitur, & hoc maximè quando filij fuerũt honorati, vt quia instituti hæredes, & hanc communem dicit Idem Rolan. consilio octuagesimonono, numero quarto, & quinto, libro tertio, ubi quòd terminus liberorum comprehendit nedum nepotes sed etiã pronepotes, & alios, ex Dec. consilio ducentesimoquadragesimooctauo, numero tertio, ducentesimouigesimotertio, colum. fin. & ideo inquit Roland. dicto consilio quòd dispositio §. ex imperfecto l. hac consultissima, loquens de liberis extenditur ad nepotes, quod maximè procedere dicit in legato, quod dicitur esse honor, l. amicissimos. ff. de excus. tut. Roland. dicto cõsilio nume: o sexto, num. septimo, & octauo, ubi quòd appellatione liberorum veniunt nedum masculi, sed etiam fœminæ, & quòd stipulatio pro se & liberis, includit etiã filias, filiorum autem appellatione an includantur nepotes, uide Rom. consilio centesimouigesimonono, quod in fauorabilibus, & in his in quibus lata facienda est interpretatio: procedere, & nepotes comprehendi scribit Dec. cõsilio trecentesimoquinquagesimotertio, numero secundo in l. secunda, ubi Ias. & alij C. de in ius uoc. de quo per Roma. consilio centesimoquadragesimooctauo, quatercentesimotrigesimooctauo, vlt. dub. ubi uidetur concludere pro negatiua, quòd filiorum appell. nepotes non comprehendantur, cui adde Dec. consilio nonagesimoquinto, colum. tertia, uers. sed tamen, consilio trecentesimononagesimoprimo, numero primo, Rub. consilio centesimoquadragesimoquarto, numero quarto, Bertr. consilio centesimoquarto, post numerum quintum, libro secundo, Cur. Iun. consilio centesimodecimoprimo, licet Roma. dicto consilio centesimouigesimonono, ad fin. dicat statutum fauorabile de filijs loquens ad nepotes extendi, & dicto consilio centesimoquadragesimooctauo, post med. ubi quòd prouisio testatoris circa filios: extenditur ad nepotes, qua in re distingue, ut per doc. in l. Gallus. §. instituens ff. de lib. & posthu. Tiraq. de iure primog. q. 40. numero quadragesimoprimo quibus accedit concl. quòd nunquã filiorum appellatione ueniunt nepotes, nisi de loqueñ. mẽte aliter appareat, hoc enim communis usus loqueñ. suadet, iuxta l. quid si nepotes ff. de testa. tutel. Quid in substitutionibus, & quo remedio uteñ. fit ut tam filij, quam nepotes teneantur ad restitutionẽ fideicommissi, & uide Dilec. tit. de subst. c. quarto, & an conditio si quis decedat sine filijs ex suo corpore natis deficiat extañ. nepotibus ex filio, dic, ut per Rol. de dote. q. 56. Masuer.

a In 3rium est ueritas. Adde Bal. consi. 406. in fi. in 4. parte.

SVMMARIVM.

1 *Verba ex suo corpore, & legitimo matrimonio procreatis quid importent.*

2 *Substitutus an excludatur per naturalem legitimatum post mortem testatoris in casu quo sint apposita supradicta uerba.*

3 *Facta substitutione herede ingresso monasterium, an excludatur substitutus.*

1 Ex suo corpore & legitimo matrimonio procreatis. † Ista verba multum sunt notanda, & ea semper debent apponere, & exprimere notarij in talibus substitutionibus, nam ex hoc tolluntur multa dubia, & etiam euitantur scandala absurda, ut patet ex sequentibus, notãter ergo dicitur { Suo corpore, { vt per hoc videatur legitimum tantùm, qui natus est extra corpus excludere: quamquam, & si non essent apposita ista verba, tamen excluderetur, ut dictum est per l. fideicommissum. ff. de condi. & demonst. cum sim. Patet etiam q per illa verba { Ex legitimo

 matri-

matrimonio} voluit testator à filio naturali tantùm excludi substitutum, quando expresse hoc non dixe. it, scilicet substitutum excludere: sic ergo collige q quantum ad fauorem instituti, melius est facere, & omittere ista uerba {Ex legitimo matrimonio &c.} quàm illa exprimere: quo autem ad fauorem substituti melius est exprimere quam
ꝑ tacere: quod no. tu notarie. † Quid si dixerit {Si decesserit sine filijs ex suo corpore & legitimo matrimonio natis,} & decesserit filio naturali tantum nato, sed postea per principem legitimato, an per eũ excludatur substitutus? videtur quòd non, quia non est natus legitimus, sed naturalis tantum, ideo cessant uerba substitutionis, & per consequens eius effectus, argum. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solu. matri. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. In contrarium
✠ facit, non tantum* operatur legitimatio sequens, quantũ natiuitas legitima præcedens, ut in l. secunda. ff. de natu. resti. & ibi tex. sicque de æquipollentibus idẽ debet esse iudicium, ut in l. si mater. C. de insti. & substitu. & in cap. tua nos. extra de consan. & affini. & ibi no. & per Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. facit q no. supra
3 in gl. {Pupillariter} versiculo quid autem dices. † Quid au-
a tem dices[a] de quæstione multoties occurente, ecce q facta huiusmodi substitutione hæres ingressus est monasterium, an excludatur substitutus? & videtur q sic, quia monasterium loco filij reputatur, ut est tex. in cap. in præsentia. extra de prob. & auth. nisi rogati. C. ad Treb. & ibi de hoc per Cy. facit in auth. de san. episcop. §. sed hoc in præsenti. col. 9. & ibi plene de hoc per Iac. de Bel. & hæc uerba [Ex suo corpore] conueniunt huic casui, quia ingrediendo monasterium videtur ex suo corpore actu sibi filium procreare, sicque cum verba conueniant, ergo & effectus, ar. l. adigere, §. quamuis. de iur. patr. In contrarium facit mens, & intentio testatoris, ad quam uerba inquantum possunt semper sunt trahenda, arg. in l. in conditionibus. ff. de condi. & dem. & l. 3. in fi. C. de lib. præte. nam ipse testator dicendo {Ex suo corpore,} uidetur in mente gessisse de filijs qui producuntur per generationem naturalem. Sic enim est communis vsus loquendi, & interpretandi, cui est adhærendum, ut in l. cum de lanionis. §. asinã ff. de fun. instruct. & instrum. le. Qui autem ingreditur monasterium, quærit sibi filium fictum & præsumptum non procreatum, uel naturali ministerio productum; meritò ergo ad talẽ filium verba huiusmodi, nec testatoris intentio porrigitur: sicque per monasterium excluditur substitutus, sed ipse substitutus monasterium excludit, eique antefertur, arg. in d. l. fideicommissum. ff. de condit & demonstr. & l. si ita quis, in fi. ff. de le. 2. ad quod etiam facit quod in simili traditur in l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tol. Confirmatur etiam per tex. in l. lege. 12. tab. in princ. C. de le. hæ. Præterea si testator simpliciter dixisset [Si decesserit sine liberis &c.] legitimus tantùm filius, ut est monasterium, vel adoptatus non excluderet substitutum, per d. l. fideicõmissum. multominus si expressit {Ex suo corpore &c.} & hanc partem tenet Iac. Butr. in d. §. sed hoc in præsenti, & Do. Bald. in l. deo nobis C. de episco. & cleri. quæ opi. uera est, & omni æquitati & iuri consentanea, multumque laicis fructuosa. Vnde eo tempore quo studebant Imperatores ampliare fidem christianã, quæ tunc modica erat, & in paruo statu, oportuit conferre multa priuilegia ecclesijs, & his qui se ad fidem catholicam conuertebant, ut patet per titu. C. de Sacros. Ecc. & in titu. C. de epi. & cle. & in auth. de san. epi. & in tit. de eccle. ti. cum multis similibus inter quæ priuilegia fuit istud, videlicet, quòd bona ingredientium monasteria applicarentur ipsis monasterijs. Redeundo autem ad propositam quæstionem dic, quòd quando in dispositione adijciuntur verba vltra prædicta verba, sequentia scilicet {Ex legitimo matrimonio procreatis} cessat pdicta disputatio, quia inter hæredẽ & monasteriũ nullũ ꝯhit mat imoniũ, ut patet ex definitiõe matrimonij, de qua traditur Insti. de nup. in prin. cũ ibi no.

ADDITIONES.

✠ Legitimatio. Adde, an legitimatus dicatur legitimus, & quomodo, & an verè, vel fictè, & vide Ias. in rub. col. 3. & in l. filio quem pater. nu. 14. & seq. ff. de lib. & posthu. ubi concludit, quòd non sit propriè & verè legitimus, de quo per eundem in l. si is qui pro emptore à nu. 257. vsque ad 260. ff. de vsucap. Plot. de in lit. iur. §. 8. nu. 19. Carol. ver. legitimati, Iodoc. in Enchirid simil iuris. ver. legitimatus, cautel. autem pro patre voleñ. legitimare filios naturales, uide per Cepol. cautel. 223. cui adde, quòd legitimatio semel facta non reuocatur ex superuenientia liberorum legitimorum secundum Ias. in l. tale pactum. §. pater qui, nu. nu. 8. ff. de pac. ubi dixi. Matuer.

a Quid autem dices. Adde Fel. in cap. præsentia, de proba. & Alex. de Imo. consi. 120. in 2. uol.

✠ Quid autem dices. Adde quod hæc q. est disputabilis, in qua, post Bar. in l. si ita quis §. is cui in tempus ff. de leg. 2. scripserunt Doct. grauis. magis tamen communis sententia est contra substitutum, teste Dec. in c. in presentia, col. 30. nu. 227. & seq. de proba. quam declara, ut per Suarez. lib. sent. ver. substitutio, Viui. inter com. opi. lib. 27. versi. substitutus sub conditione, ubi ponit amplia. & limit. ad communem conclu. de qua ibi, quæ prædicta communis opi. intelligitur procedere, nisi ad excluden. Monasteriũ concurrant cõiecturæ uoluntatis testatoris, de quibus per Dec. consi. 259. Dilec. de art. test. tit. 5. c. 18. ubi docet quo remedio substitutus præferatur Monasterio, distingue, ut per eum ibi, in principali autem q. de qua per Pap. hic, ad de Ossasc. decis. 126. nu. 12. ubi concludit pro negatiua, neque in casu suo defecisse conditionem substitutionis, & & propterea monasterium loco filij admitten. non esse, neque præferen. substituto, ex iuribus ibi alleg. & ibi nu. 20. quòd monasterium non habetur loco filij: nisi in casibus à iure expressis, secundum communem ibi relatam, quam concl. declarat Nat. cõs. 282. nu. 13. post Boer. q. 221. 354. Guid. Pap. q. 477. Dec. d. consil. 259. col. fi. 426. Rom. sing. 456. Ias in auth. si qua mulier, nu. 18. C. de Sacros. eccl. & hodie Anno 1574. adhuc pendet quæstio indecisa coram excell. huius subalpinæ patriæ senatu in causa Antonij Generis ciuis Taurini, pro cuius resolutione plura hinc inde adducta leguntur, & in specie Didac. resol. lib. 1. c. 19. nu. 8. nu. 9. Cagnol. in l. 2. nu. 120. C. de pac. inter emp. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus el 1. nu. 9. num. 37. ff. ad Treb. Emil. consi. 109. Alex. consi. 121. lib. 2. Aym. consi. 152. col. 2. Dec. d. consi. 426. Nat. d. consi. 282. nu. 13. Rol. consi. 35. nu. 11. lib. 3. omnium doctè & copiosè Bursat. conf. 52. nu. 41. conf. 97. nu. 23. & seq. lib. 1. Masuar.

b Imperator habuit utrunque gladium Doct. in c. nouit. de iudi. & diffusè per do. Ant. Rosellum in sua monarchia. opus aureum ac diuinum. Fran. Curtius.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio reciproca, quibus verbis fieri possit.*
2 *An euacuetur substitutio decedente substituto ante hæredem, uel hæreditatis restitutionem sibi factam nu. 3. & 4.*

1 QVI ex eis superuixeret. † Hæc est sustitutio reciproca, de qua traditur in l. Titius, & Seius. cum l. seq. ff.
2 de vul. & pup. † Hic aũt quæritũ, quid si substitutus decesserit ante hæredẽ, uel antequã sibi facta fuerit hæreditatis restitutio? vr quòd sic: quia hæreditas non adita ad hæredes nõ transmittitũ, ut in l. 1. §. in nouissimo. C. de ca. tol. cũ sim. In cõtrariũ facit l. 3. & l. si in personã. C. de fideicõ. dic distinguendũ sic. Aut loquimur in substitutione directa, & illa non transmittitũ, ut d. §. in nouissimo. Aut loquimur in substitutione fideicõmissaria, & tũc subdistingue: aut hæres fuit rogatus de restituẽdo purè, uel post mortẽ suã, uel sub cõdõne. † Primo casu substitutus trãsmittit in eius hæredẽ ius petẽdi hoc fideicõmissum, ut d. l. 3. & l. si in psonã & gbai in l. cogi. §. idẽ Metianus, & ibi gl. in l. apud Iulianum,

num.§.verum,cum sim.ff.ad Treb. Secundo autem & tertio casu,cum fuit grauatus post mortem, & sub conditione,tunc euacuatur substitutio,nec fit per substitutum illa transmissio si nondum cesserat dies petendi fideicommissum,puta quia conditio nondum venerat,ut l.4.ff. quãdo dies leg ced.& no.per glo.in l.post mortem.C.de fideicó. Si uero ante mortem substituti extitisset cõditio, quanquá nulla facta esset restitutio, fieret tamen eo casu transmissio.nec euacuaretur substitutio.ut l.fin. C. quando di.leg. ced.& not.per Cyn.in d.l.3.& plenius per Bar.in l.filio. ff. de leg. 1. Nec ob.d.§.in nouissimo:quia illa regula procedit in substitutione directa, puta uulgari uel pupillari, ut sup. a dixi,quæ non transmittitur in hæredem, ut l.liberis.§.hæc verba.& l.Lucius.§ fin.& l.qui plures. ff. de uul. & pup.& l.si ex pluribus,in fin.ff.de suis & legiti. & nota. per gloss.& Cy.in l.1.§.his ita.C. de cadu.tollen.

4 † Differentiæ autem ratio potest assignari, quia in hac fideicommissaria substitutione hæres est obligatus ipsi substituto quàm cito cessit dies fideicommissi petendi, & ipsi quæsitum est ius ad rem, ut l.cogi.& l.postulante.ff.ad Trebellia.quam obligationem transmittit in suum hæredem.argum.in l.1.C.ut ac.ab hæ.& contra hæ. & l.1.C. de hæ.act. quæ quidem obligatio,& ius ad rem cessat in substitutione directa, meritò ergo finitur cum persona, nec transmittitur,argum.eorum quæ nota.in gloss.sequen. & quia nemo transfert in alium quod non habet penes seipsum,ut l. nemo plus iuris.ff.de regul. iur.& adde quod infra not.in ultima gloss.& prædicta sunt multum notanda,quia quotidiana,uidemus enim quòd testatores filios grauant hæreditatem restituere aliis personis, si contigerit ipsos decedere sine filijs, & sæpe occurrit ipsos substitutos filiis prædecedere,certè si postea moriantur filij sine filijs,hęredes substituti præmortui à petitione huius hæreditatis,& fideicommissi penitus excluduntur,& ideo notarius debet dicere {Substituit Caium, & eius filios natos,& nascituros.}

DEcessit adita per ipsum hæreditate. Quid igitur si decessit iste Bernardus antequam adiret hæreditaté, an ipsius hęres cogendus erit adire & restituere? Breuiter in hoc distinguitur,ut no.per glo.& Cyn.in l.eam quá C.de fideicommis.aut hęres grauatus decessit infra tempus deliberandi, & tunc hęres eius cogendus est adire & restituere,argum.l.cum antiquioribus.C.de iud.delib.Aut decessit post tempus deliberandi, & tunc, aut præcesserat coactio seu compulsio in persona grauati, & tunc hæres eius cogitur adire,ut l.non iustam. C. ad Treb. aut nulla præcesserat compulsio,& tunc non cogitur adire,ut l.ille à quo.§.si de testamento,in fin.& ibi no.ff.ad Trebel.Aut hæres sponte adiuit, sed antequam restitueret decessit,& tunc hæres eius cogitur restituere, ut probatur in l.si eius. §.si quis.ff.ad Treb.& not.per glo.in d.l. ille à quo.§.1.in fi.& per Cynum in l.3.C.de fideicommissis.

QVare cum prædicta uera sint. Hæc est conclusio petitionis,& libelli,ad quam omnia reducuntur,ideoque ad eam semper aduerte,ut alias scripsi.

QVodque condemnetis dictum Zanel. Hic quæritur, an possit agi contra dictum Zanellum ante restitutionem factam saltem verbo dicto Iaco. substituto? dic breuiter, quòd aut agitur ad vniuersum fideicommissum consequendum, & tunc etiam ante restitutionem factam agi potest,ut fiat, ut l.cogi. & l.postulante.& l. ná quod §.primo.ff.ad Treb.cum simili. Aut cogitur contra eum pro re aliqua singulari, uel contra alium possessoré, & tunc non potest agi ante restitutionem factam, ut l.fi. in fin.cum ibi not.ff.de fideicommis.hæ. pe. & supra dixi. Fallit in certis casibus,in quibus ipso iure potestas agendi transit in fideicommissarium, sine alia restitutione, ut no per gloss.in l.pen.C.ad Trebel.& l.quia perinde.§. restitura.& l.si patroni,in princ.ff.ad Treb.Primus est, si hæres grauatus fuerit contumax in restituendo,per quod patet quòd frustra supra quæsitum est, an hęres hęredis post compulsionem teneatur restituere. Secundus casus est, si grauatus decesserit sine hęrede. Tertius,si fideicommissarius alteri secundo restituere sit grauatus. Quartus,quando grauatus alienauit hęreditatem in toto uel pro parte, quia in alienatione non est necessaria restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Inter substitutos est locus iuri accrescendi.*
2 *Cessio uel alienatio iuris substitutionis,ante euentum conditionis facta per ipsum substitutum an teneat.nu.3.& 4.*

DImidiam partem hæreditatis.Quid si Franciscus eius frater,& cohęres repudiet partem suam,uel aliter sit ab ea exclusus morte,uel defectu conditionis non imple-
1 te,an accrescet ipsi Iacobo? uidetur q sic,† quia inter substitutos sit locus iuri accrescendi, ut l.1.§.his ita.C.de cad. tol. Sed in contrarium determinat.gl.& Cy.in d.§. his ita, per l.si pluribus.ff.de suis & leg.& l.si plures.in princip.de uulg.& pup.iuncta l.substitutio.& quod ibi no.ff. de acqu. rer.domi.Ad quod facit l.1.§.sed & quoties.& l.cogi. §.si quis autem.& §.Metianus.& §.idem Metianus. ff. ad Tre. Nec ob.§.his ita.quia loquitur in substitutione directa.secus autem in fideicommissaria, & huius est ratio manifesta,quia in directa si non fieret accrementum, succederet absurdum,ut quis decederet pro parte testatus,& pro parte intestatus,quod ius nostrum non patitur. ut in regula ius nostrum.ff.de reg.iur.quæ ratio cessat in fideicõmissa. Nam institutus partem repudiatam in se retinet cùm sit hæres,ideoq; alteri non accrescit,quia testator in ea parte hæredem habet,ut l.1.in fi.ff.ad Treb.& l.fi.C.eo. facit
2 insti.de fideicommis.hę.§.si quis ex vna. † Postremò circa materiam prædictarum substitutionum formo talé quæstionem,quam uidi de facto. Ecce q substitutus vulgariter,aut pupillariter, uel alio modo antequam casus substitutionis eueniat, uult uendere ipsum ius substitutionis, aut cedere alicui personæ,quęritur an possit,& an teneat talis iuris cessio uel uenditio? & uidetur quod sic per tex. in l.specie.& quod ibi nota.C.de do.& l nulla. C. de contrahen.emp. In contrarium facit tex.in l. constante. C. de dona. quod autem non ualeat talis donatio probatur per tex.in l.fi.ff.de hære.uel acti.uendi. sed quòd ipsa uenditio teneat,est tex.non uiolando literam in l.2.§.2.ff. eo.tit. licèt secundùm intellectum gloss.sit tex.pro prima parte.

3 † Sed hic insurgit aliud dubium,dictum est supra q substituto directo decedenti ante conditionis euentum, ius huiusmodi directę substitutionis extinguitur. Pone ergo quòd facta huius iuris alienatione in aliam personam decedat substitutus ante cõditionis euentum, & superueniat emptor, uel cessionarius, an expirabit ius substitutionis quantum ad emptorem vel cessionarium,posito quòd uenditio teneat? uidetur quòd non,arg.eius, quod dicitur de vsufructu translato à persona filij in personam patris, ubi mors utriusque requiritur,ut usufructus finiatur, ut habetur in l.fi.ver.si uerò C.ad Tertul.& no.per glo.in l.2.in fi. C.de bo.mat.& l.quod scitis. C. de bo. quę lib. In contrarium facit,quia per talem iuris alienationem impugnatur voluntas defuncti,qui uoluit illũ solũ qué nominauit sibi esse hředem,ergo ad aliũ tale ius tranferri nõ potuit, & traslatũ extinguit morte solius ipsius substituti, ar. eorũ q habent,& notantur in l.qui liberis §. hęc uerba. ff. de vul.
4 & pu.† Et ex hoc sequit q ius dictæ substõnis vẽdi, uel cedi nõ possit alteri,ut dixi supra: sed tu cogita latius super his.& p prima parte facit,q alienatio transit cũ cã sua,ut l.alienatio.ff.de contrah.emp.nec debet conditio dispositionis testatoris immutari facto successoris,ut l.q fundus. in fi.ff.de cond.& demon.ff.de ue b.obli.l.2.§.1.cum sim.

Forma libelli pro hæreditate vel re singulari diuidenda.



ORAM vobis &c. agit & in iure proponit d.Augu.de Salerna.ll.doc. contra & aduersus Dominicum de Salerna eius fratrem, & contra quãcunque aliam personam pro eo, seu eius nomine in iudicio legitimè comparentem dicens quòd q.egregius & spectabilis.ll.doct.d. Fran. de Salerna eorum genitor pluri tempore decessit superstitibus sibi etiam hæredibus vniuersalibus institutis prædictis fratribus, eiusq; filijs: qui fratres post mortem dicti eorum patris,& adita per eos hæreditate communiter,& pro indiuiso tenuerunt, & possederunt, ac hodie tenent & possident totam & vniuersam hæreditatem prędictam. Insuper dicit& proponit prefatus dom.August.quòd Bernard.de Saler.in suo vltimo testamẽto legauit, & reliquit fratribus memoratis pro æqualibus portionibus, domũ unam positam,& iacentem in Papia,cui cohæret,&c.quã domum ijdem fratres pluribus annis, post mortem dicti Ber.communiter, & pro indiuiso tenuerunt, & possederunt,& hodie tenent,& possident. verum quia iure cautũ est,quòd omnis communio parit discordiam, & negligi solet quod communiter possidetur,præfatus d.August.sæpe & sæpius requisiuit suprascriptum Dominicum quatenus diuisionem simul cum ipso dom.August.faceret de hęreditate, & domo prædictis, quam tamen facere usque nunc neglexit,ac recusauit, licèt indebitè,& iniustè. Idcirco cum prædicta vera sint, præfatus dom.August.petit,& requirit à vobis Domi.Vicario antedicto,quatenus omni modo,via,iure,& forma, quibus melius fieri potest, per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condẽnatum iuris remedijs compellatis suprascriptum Dominicum,ad faciendum & fieri faciendum simul cum domi. Augusti.diuisionem rerum hæreditariarum,& domus:amplius q; eundem Dominicum condemnetis forma prædicta in omnibus,& singulis fructibus per eum habitis, & perceptis,& in futurum percipiendis de & pro parte,& partibus tangentibus,& pertinentibus ipsi do.August. ex dictis domo,& hæreditate simul cum cæteris damnis interesse,& expensis passis,& factis, & fiendis, & patiendis per ipsum d.August.Et prædicta petit &c. deducendo in præsenti iudicio &c.non astringens se &c.



2 Oram vobis [a] Aduerte hic in forma pręsentis libelli,nam in ea duplex actio intẽtatur, videlicet actio familiæ ercifcundæ, quæ competit pro hæreditate diuidenda, vt in toto tit.ff.& C.fam.erc.Et actio communi diui.quæ pro re singulari,puta domo uel fundo datur,vt in toto ti.ff.& C.com.diui. hoc autem nomen fami. erc.compositum est, vt exponatur familiæ, id est, hæreditatis,& ercis.idest,diuidendæ,ut not.per gl.in rub.ff.fam. ercis.& quæ sit differentia inter has actiones; infra patebit.nec est absonum dicere ꝙ in eodem libello plures actiones simul proponantur, vt scripsi in primo libello, & tangitur per Dyn.in regula nullus pluribus.

ADDITIO.

a Coram vobis. Adde qualiter formetur libellus in actionẽ fami.ercisc.Io.Fab.in §.quędam aliæ,insti.de actio.col.4. versi.quæritur de forma libelli,& ibi Bald.colum.2.Ang. Aret.colum.4.ver.libellus autem.Ioan.Petr.Pla. colu.fin. versi.quid autem.& Ias.col.9.versi.an autem in hoc iudicio,& Pe.Iaco.in tit.de actio. fam.ercis. Zilettus.

DOminus Francifcus. Iste vir fuit frater matris meæ, & sic auunculus meus, & dicti eius filij mei consanguinei germani, fuit autem mihi genitor Dom.August.& eius frater mihi patruus dominus Auogarius legum professores, à quibus ipse minimus inter eos ortum habui, quem mihi dedit prouidentia creatoris.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ erciscundæ, vbi habeat locum.*
2 *Per actionem familiæ erciscundæ, quid diuidatur.*
3 *Actio familiæ erciscundæ quoties intentari possit.*
4 *Actio communi diuidundo, quando competat.*
5 *Actio familiæ erciscundæ, an habeat locum inter possidentes rem hæreditariam diuisam, ita tamen quòd non probetur per instrumentum diuisio.*
6 *In præscriptione rei singularis, an ex longæua possessione præsumatur de titulo.*
7 *Ex fratribus stantibus in communione hæreditatis paternæ per spatiũ 30. anno. an alter possit prouocare alterum ad diuisionem.*
8 *Diuisioni facta per testamentum standum est.*
9 *Hæredes qui teneantur adinuicem bona conferre.*
10 *Filij succedentes olim non tenebantur quartam conferre.*
11 *Bona quæ sint conferenda.*
13 *Peculium castrense, uel quasi, & aduentitium, nullo modo conferũtur.*
14 *Pecunia soluta pro condemnatione filij, an sit conferenda.*
15 *Fructus & redditus dignitatis quæsitæ filio per patrem, an sint conferendi.*
16 *Libri empti filio pro studio, an sint conferendi post mortem patris.*
17 *Pater, an teneatur ad pecunias mutuo acceptas a filio gratia studij de eius uoluntate.*
18 *Lucrum ex pecunia profectitia, an fratribus sit conferendum.*
19 *Facta donatione per aliquem cum pacto, vt ipse donans teneatur vt pater & donatarius vt filius, nunquid heredes donantis possint petere acquisita per donatarium.*
20 *Expensæ factæ in studio, an possint fratri imputari in quartam.*
21 *Expensæ factæ circa vxorem filij, an conferantur, si uelit frater. nu. 12. & seq.*
24 *Filius missus in studium, an debeat sustentari ad studium de bonis cõmunibus interim patre mortuo. nu. 25.*
26 *Alienatio facta de bonis pro indiuiso, & communiter possessis per fratres, an noceat fratri alienanti.*
27 *Res superlucrata per fratrem stantibus rebus pro indiuiso, an communicentur, nu 28. & seq.*
30 *Frater fratri, an teneatur dotem suarum sororum communicare.*
31 *Quæsita ex stipendio, an sint communicanda.*
32 *Dotans filiam fratris de rebus communibus, an possit eam fratri computare.*
33 *Dotans filiam propriam de consensu fratris, de rebus communibus, an sibi debeat computare.*
34 *Fratre qui non uagatur nolente conferre fratri uaganti quæsita ex bonis communibus, quid iuris.*
35 *In diuisione hæreditatis quale sit officium iudicis.*
36 *An agatur de euictione facta diuisione inter cohæredes.*
37 *Diuisioni facta per patrem qualitercunque standum est.*
38 *Collationi quando sit locus.*



Ommuniter. Et pro indiuiso. Ex his uerbis & alijs, quæ inferius subijciuntur, colligitur qualitas utriusque actionis. videlicet eius quæ pro hæreditate diuidenda à iure attribuitur, quæ famil.ercifcund.appellatur, vt dixi, & probatur in l.secunda, in princip. ff.fami.ercisc. & alterius quæ communi diuidundo dicitur, ut l.prima, & secunda.ff.communi diuidun.& l.prima cum sequ.eod. titu. Differentia autem inter vtranque actionem inferius
1 apparebit. † Sciendum est ergo, quòd actio familiæ erciscundæ locum habet in quacunque hæreditate, uel bonorum possess. quouis modo debita, siue ex testamento, siue ab intestato, siue de iure prætorio, siue de iure ciuili, uel aliter quoquo modo, ut l. secunda, in princ.& §.1.
2 & l.sed & eius, in fi.& l.si ex asse.ff.fam.ercifcun.† Deinde sciendum est, ꝙ per hãc actionem diuiduntur omnia bona mobilia

mobilia, & immobilia, iura, & actiones, & nomina debitorum, quæ fuerunt in bonis ipsius defuncti tempore mortis suæ, ut l. planè & l. cęteræ, & l. ueniunt, cum l. sequen. ff. fam. ercis. licèt nomina debitorum magis assignanda sint quàm diuidenda, cùm sint ipso iure diuisa, ut inquit text. in l. ea quæ. C. famil. erciscun. & in d. l. 2. in fi. & l. cæteræ in

3 princ. † Rursus est sciendum, quòd hæc actio non potest nisi semel in iudicio intentari, ut l. si filius. ff. fami. ercisc. & not. per gl. in l. 1. C. eod. titu. Sed petitio hæreditatis bene potest pluries intentari, ut l. licet. ff. de peti. hæred. & quæ sit huius differentiæ ratio, tangitur per Cyn. in d. l. 1.

4 † Quartò & vltimò sciendum est, quòd pro rebus singularibus & hæreditarijs, vna uel pluribus diuidendis, agendū est actione communi diuidundo, vt l. inter cohæredes, in prin. ff. eo. tit. quia fam. erciscun. agi non posset, cùm semel actum fuerit, vt dictum est: si tamen actum non esset, nec quis agere vellet hoc iudicio vniuersali fami. erciscund. possent cohæredes eo omisso agere iudicio singulari communi diuidundo, pro rebus singularibus diuidendis. ut d. l. inter cohæredes, in princ. & §. 1. & in l. hoc iudicio cum sim. eodem tit. & notandum quòd hanc diuisionem vniuersalem hæreditatis posset quis consequi per actionem petitionis hæreditatis, quam consequitur per actionem fam. erc. vt dicit text. in l. non possumus ff. si pars hæ. pe. quæ sit

5 huius ratio, declara, ut ibi not. † Sed pro declaratione prædictorum quæro, quid econtra. pone enim quòd isti fratres longo tempore pro diuiso tenuerunt ista bona habitando separatim, & quilibet eorum faciendo colere partem hæreditatis, non tamen apparent testes, nec instrumenta de ipsa diuisione, sed solùm apparet, quòd longo tempore quilibet eorum separatim, & pro parte sua ipsam hæreditatem possedit, quæritur, an possit peti inter eos diuisio per actionē famil. erciscun. In huius solutione est aduertendum, quia de facto plerunque occurrit ista quæst.

* nam solent aliqui, ita secrete facere diuisionem * hæreditatis, quia nolunt, ut in notitiam transeat aliquorum, quā quæst. formauit gloss. in l. si maior. C. communi diu. & ibi per Cy. & Odof. & alios, & in ea reperiuntur variæ Doct. opi. tam antiquorum quam mod. dicunt autem quidam ꝙ præsumitur facta diuisio, & ideo amplius peti non potest, argum. in l. cum de in rem uerso. ff. vsur. coniuncta l. 2. C. de acqu. possess. & quod habetur in l. si quis diuturno. ff. si ser. vend. & in l. 1. in fi. ff. de aqua plu. ar. cum simi. Et hanc partem sequitur Odo. alij uerò, ut Iac. de Ra. & Pet. tenent contrarium dicentes, quod de diuisione non præsumitur nisi probetur per testes, vel instrumenta, ut d. l. si maior, cum sim. Nec ob. d. l. cum de in rem uerso, quia ibi loquitur in actu solutionis uel alterius præstationis frequentato, quę fieri solet de difficili nisi subsit iusta causa, quæ ad hoc cogit, arg. in l. cum de indebito, in fi. ff. de proba. vnde de causa præsumitur tali solutione interueniente. Sed hic loquitur in actu diuisionis, in quo sola patientia interuenit, qui actus communiter de facili fieri solet, ideo sola patientia non facit præsumi causam præcessisse diuisionis, nec alium titulum, nisi aliunde probetur. Sed posset hic iuuenis contradicere, nam si in quæst. supponitur, quòd isti fratres steterunt separati & separatim terras coluerunt, non cadit præsumptio diuisionis, arg. optimum ad hoc in l. itaque cum separatim. ff. pro soc. nisi forsitan quis respondeat, quòd ista separatio videtur facta potius gratia commodioris usus, quàm diuisionis. Nec ob. d. l. si quis diuturno, cum si. quia illa iura loquuntur, cùm quis obligatus erat ad patientiam præstandam, de qua obligatione pręsumitur ex temporis diuturnitate, etiam si aliter non probetur, & hanc opi. Iac. & Pet. puto ueram inter fratres, inter quos consueuit gratia commoditatis potius, quàm diuisionis quilibet colere vnam partem bonorum: inter extraneos verò putarem opi. Odo. veriorem ꝑ

6 d. l. itaque, quam ipse nesciuit allegare. † Sed quid dices in præscriptione rei singularis, an ex longæua possessione præsumatur de titulo, si titulus allegatur. gl. dubitat in d. l. si maior. dicunt quidam, quòd sic, arg. d. l. cum de in rem verso. Iaco. & Cy. in d. l. si maior, tenent contrarium, quia in pręscriptione rerum corporalium requiritur probatio veri tit. non præsumpti, ut l. nulli C. de rei ven. & hæc ve-

7 rior. Ad l. 1. cum de in rem uer. responde ut supra. † Vlterius quęritur, quid si isti duo fratres steterunt, ut plerunque de facto uidi, in communione paternę hęreditatis & possessione spatio. 30. ann. an poterit alter alterum ad di-

* uisionem * pronocare? vr ꝙ non, quia omne ius omnisq; actio tollitur spatio 30. an. ut l. omnis, & l. cum notissimi, C. de pręscri. 30. ann. vnde obstante pręscriptione alter alterum ad diuisionem non poterit prouocare. Aduerte ꝙ gl. in l. 1. §. ad hoc. C. de ann. excep. & in l. fi. C. com. diui. distinguit. Aut quæritur an sit pręscriptum dominium rerum, & dicendum ꝙ non, ideoq; commune erit dominiū hęreditatis & bonorum ut. iusque. Aut quęritur an sit præscriptum actioni competenti pro diuisione fienda, & dicendum est ꝙ sic. Ex quo sequitur quòd necesse habebūt perpetuo stare in communione. Et hanc partem sequutus est Ray. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. & est ratio secundum eum, quia pręscriptio solùm illud ius perimit, & aufert, in quo reperitur adhibita negligentia: sed in proprietate nulla intercessit negligentia, quia dominio & proprietate continue vsi sunt, ergò contra dominium non erit cursa pręscriptio, manebunt ergo in tali communione, ut dixi, & in hoc etiam residet Cyn. in d. §. ad hoc quę opin. mihi multum vr æquitati & benignitati contraria, cùm per eam remoueatur naturalis charitas inter fratres & tollatur inter eos materia communionis. Quare alij dicunt & longe melius, aut isti fratres steterūt diuisi, aut steterunt communiter in poss. si diuisi, & tunc obst. præscriptio in omnibus, tam quò ad actionem quàm quò ad dominium. Aut steterunt continuè in cōi possessione & indiuisi, & tunc minus habebit obstare præscriptio, nec quò ad actionem, nec quò ad dominium duplici rōne, Primò, quia possidenti non currit præscriptio, ut l. male agitur. C. de præsc. lon. tempo. Secundò, quia per pactum non potest tolli actio, quę pro diuisione datur, ut l. 1. & l. hoc iudicium. § si conueniat. ff. cōi diui. ergo nec præscriptione, argu. in l. nam satis. §. sed si is. ff. quemad ser. amit. quam opi. tenent Iac. de Aret. Guil. de Cu. & plures alij, ꝗ cōis est & eam sequitur Bal in l. fi. C. fini. regun. & ipsam puto veriorē, maximè cùm neuter pręscribere intenderet, sed tanquam de re communi vtendum putauit. Denique ad pleniorem doctrinam præmissorum, quia in hęreditate diuidenda, quędam sunt bona quæ inter fratres conferuntur, quædam sunt quæ deducuntur, de singulis uideamus, Eo tamen præmisso ad euidentiam, ꝙ aliquando pater fa-

* cit testamentum solemne inter liberos diuidendo * bona sua, & singulis assignando illam partem bonorum, de qua

8 sibi vr † & huic diuisioni standum est, nisi pars assignata esset minor legitima, quia tunc agi potest ad supplementū, vt probatur in l. qui volebat. ff. de hær. institu. coniuncta l. quoniam in prioribus, & l. ex tribus. & l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. eo. tit. & idem per omnia si fecerit testamentum minus solenne defectu numeri testium, quia ei standum est, ut l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Aliquando pater diuidit bona sua inter uiuos assignando cuilibet filiorum partem suam, & tali diuisioni ēt est standum, ut plerunq; vidi fieri a prudētibus & a diuitibus patribus, ut habetur in l. fi. C. fam. ercis. & l. si filia. §. si pater, & l. si pater. & l. ex patre. §. si ff. fam. ercis. dūmodo non sit minor legitima portio cuilibet assignata, ut ibi no. Aliquando pater non diuidit, nec testamentū facit, sed ab intestato decedit, & tunc omnes æqualiter succedunt, ut in auth. de hęre. ab intest. in princ. & inst. de hęr. q̄ ab intest. in prin. & in §. 1. Et in oibus casib. ꝓdictis dubitari cōsueuit de collatione bonorū inter hēdes & successores hēda, & quando, &

do,& qualiter,& per quos. Itaque de tribus principaliter est quærendum & disserendum. Primò, qui sint illi hæredes qui sibi inuicem bona conferre teneantur. Secundò, quæritur, quæ & qualia bona sint inuicem conferenda. Tertiò, an hæc bonorum collatio locum habeat tam ex
9 testamento quàm ab intestato. † Circa primum sciendum est, quòd quo ad præsens attinet, quatuor sunt species hæredum, sunt enim quidam ascendentes, alij descẽdentes, alij collaterales, alij extranei. Ascendentium duę sunt species. nam quidam sunt in potestate, quidam emãcipati. Circa ascendentes illud est conclusiuè tenendum secundum sententiam omnium, quòd siue ipsi succedant eorum liberis emancipatis, uel in potestate constitutis, nõ tenentur inter se inuicem aliqua bona conferre, & idem per omnia dic in collateralibus & extraneis, qui simpliciter non astringuntur sibi inuicem conferre, siue tales personæ succedant ex testamento siue abintestato, quia hoc non reperitur aliquo iure cautum, secundum quòd determin. Iac. de Aret. Cyn. & alij in l. si emancipati. C. de colla. sicq; ille titulus locum non habet in personis supradictis. Relinquitur ergo sola dubitatio in hæredibus descendentibus qui liberi appellantur, ubi conclusiuè dic, quòd aut soli emancipati succedunt patri uel auo, & tunc sola profectitia tenentur conferre sibi inuicem secundum omnes, ut probatur in l. ut liberis. C. de coll. & nota. plenè per Cyn. in d. l. si emancipati. Aut succedunt cum collateralibus, uel extraneis, & idem quod supra. Aut succedunt cum alijs existentibus in potestate, & tunc licèt sit diuersitas opin. tamen secundùm ueritatem emancipati conferunt suis in potestate constitutis sola profectitia. Et econtra sui emancipatis, & sic est æqualitas inter eos in modo collationis, secundum doct. ubi supra, quam opin. sequitur Iac. But. in l. certum. C. famil. ercis. & l. fi. C. de col
10 lat. † Verum tamen aduerte, quia olim filij succedẽtes ex testamento paterno, non tenebantur quartam conferre, ut in l. 1. C. de colla. Hodie autem siue succedant ex testamento, siue ab intestato, tenentur inuicem conferre modo quo supra, ut in auth. ex testamento. C. de colla. nisi te
11 stator aliud disposuerit, ut ibi. † Hic autem insurgit aliud dubium, per quod declarabitur secundum quęsitum, quod erat, quæ bona sint conferenda, unde quæro an simplex donatio facta filio in potestate, uel emancipato à patre, vel auo, debeat conferri, sicut conferuntur alia bona profectitia, quam quæstionem examinat glo. ac Dyn. & Cyn. in d. auth. ex testamento, & plenius Barto. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bon. dic ergo distinguendum secundũ eos. Aliquando hæc donatio fit filio emancipato, & tunc est conferenda, ut l. ex liberis, in fin. C. de collat. Cuius ratio est, quia hæc donatio tenuit in uita patris donantis, & ex ea fuit filio ius quæsitum, meritò ergo uenit conferenda: sic intelligitur, quod habetur in d. auth. ex testamento. Aliquando fit hæc donatio filio existenti in potestate, & hic subdistinguitur: Aut pater post ipsam donationem filium emancipauit, sicq; ipsa donatio quæ à principio non ualuit in uita patris confirmatur, & tunc debet conferri, sicut si à principio fuisset facta filio emancipato, ut dictũ est arg. ad hoc in l. siue emancipatus. C. de dona. ff. eo. l. donationes. §. si pater, coniuncta l. ut liberis, in fin. C. de collat. aut pater non emancipauit ipsum filium, sicq; in eius vita confirmationem non recepit, sed post eius mortem confirmationem assumpsit, & hoc casu, quia talis donatio legatorum naturam assumit, ut in l. donationibus. C. ad leg. falc. & sic incipit mortuo patre dominium eius quæri filio, meritò in collationem non venit, ut l. a patre. & l. ea demum. C. de colla. & in l. 1. §. si ab ipso. ff. de colla. bono. & l. filiæ. C. fam. ercisc. fallit hoc in tribus casibus. Primò, si emergeret inæqualitas, quo casu donatio, quæ morte cõfirmatur, conferri deberet, ut l. pen. §. fin. C. de colla. Secundò fallit, si pater hoc ordinauerit, arg. l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. test. Tertiò, si pater donasset ut haberet filius in peculio profectitio, ut l. si donatione. C. de col
12 la. † Post hæc quæritur, quid si pater filiæ donauerit ob aliquam certam causam in donatione expressam, an talis donatio, sit conferenda? dic secundùm Bart. vbi supra, q̃ donandi causa potest esse multiplex, & secundum diuersitatem causæ, diuersificabitur modus collationis, ideoq; sic distingue. Aliquando pater donauit filio tanquam benemerito, quia se habuit in exhibitione bonorum plurium uersus patrem multum affluenter: Aliquando donauit filio ut habeat in profectitio peculio: Aliquando donat ex alijs causis, quæ uariæ sunt, ut infra dicetur. Si quidem donatio facta fuerit filio tanquã benemerito hoc expresso ut cõiter fit in instrumentis donationũ, tunc licèt glo. sint variæ, tamen conclusiuè secundũ veritatẽ dic, dum est, talẽ donationem tenere, & dicet talis donatio peculiũ aduentitium non profectitium, ideoq; non confertur, ut no. per gl. in auth. vnde si parens. C. de inoff. testa. quod sequit Gui. de Cun. & Ia. But. Et aduerte ad unum, q̃ in hoc casu non sufficit, quòd notarius dicat in instrumento, q̃ pater donat tali eius filio pp multa eius seruitia ab eo recepta, & sim. quia illa uerba narratiua non probant merita præcessisse, sed est opus aliunde probari, secundũ Bart. in l. q̃d si forte. ff. de cast. pecu. & l. is qui. §. pe. ff. de leg. præstan. Si uero pater donet ut filius habeat in peculio profectitio,
13 tunc debet hæc donatio conferri, ut dictum est. † Peculiũ aũt castrense, uel quasi, & aduentitium nullo modo cõferuntur, ut traditur in l. certum. C. famil. ercis. & l. 1. § nec castrense. ff. de colla. bon. & l. fi. C. de coll. cum sim. ubi aũt donat ex alia causa, tunc sm Bart. considera: Aut est talis causa pp quam cogitur pater filio donare, puta ex causa dotis uel donationis propter nup. ut l. fin. C. de dot. prom. & l. qui liberos ff. de rit. nu. & tũc debet talis donatio conferri, ut ff. de coll. do. per totũ, & l. filiæ, & l. illa. C. de coll. cũ sim. Cuius ratio est, quia cum pater det ex iuris necessitate, vr̃ uelle quod conferat, & etiam quia hæc donatio q̃ritur filio in uita patris, ideoq; conferenda est, ut dixi supra, & probatur in l. Põponius Philadelphus. ff. fami. ercisc. Et hoc nota pro sororibus maritatis & dotatis, quę uolũt uenire ad successionem hęreditatis paternę simul cũ fratribus, q̃ tenentur dotes suas conferre, & eodem modo frater alteri fratri donationem propter nuptias quam pater eius contulit, dum frater ipse uxorẽ duxit. Aut causa donationis est talis, quę non necessitabat patrem ad donandũ, & tunc distinguitur an dederit, ut habebat in peculio profectitio, uel aduentitio, aut castrensi, uel quasi, ut dictum
14 est. † Sed circa prędicta* quæritur secundum Bart. pone
* q̃* pater soluit pecuniam ob condemnationem filio im
* positam pp aliquod eius delictum, an in diuisione paternæ hæreditatis debebit hæc pœna soluta conferri, & ipsi fratri imputari, & secundum eum sic est distinguẽdum, ut plenè scripsi in l. Stichus. ff. de pecu. leg. & per Guil. de Cu. in l. frater a fratre. ff. de condi. indeb. aut filius tpe solutionis habebat solum peculiũ profectitium, & de eo præsumitur facta solutio, & ob hoc de ipsa tali pecunia soluta fienda est collatio, ut supra sæpius dictum est, & ita intelligitur d. l. Stichus, & quod ibi not. Aut habebat solũ peculium aduentitium, & tũc præsumitur de eo facta solutio,
* arg. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. & quia pater vr̃* magis administratorio nomine soluisse quàm proprio. argu. in l. post mortem. ff. q̃n ex fac. tu. & l. cum unus. §. fi. ff. de admi. tut. ideoq; nulla collatio fiet, ut alias dictum est. Aut nullum habebat peculium, & tunc aut pater soluit condemnationem hanc ex necessitate, quia per statutum ciuitatis erat ad hoc strictus, uel fideiusserat pro ipso filio, & tunc
* quia talis solutio imputatur in legitimã* filio, ut l. hæredes §. si filius. ff. fam. ercis. Ideoq; conferri & imputari, ar. l. illud C. de colla. Aut soluit ex uoluntate simpliciter, & tunc vr̃ facta solutio causa pietatis, unde non audiretur pater uolens talem impensam à filio repetere, argum. in l. 1. C. de neg. gest. & l. filius, cum ibi no. ff. de nego. gest. sicque ideo

non

non confertur, ut supra dictum est de simplici donatio-
ne: & eadem conclusio locum habet si pater soluerit pe-
cuniam pro redemptione filij captiuati, nam in dubio ta-
lis solutio uidetur facta causa pietatis, alio non apparen-
te, & ob hoc non confertur, quia nec à filio repeteretur,
ut supra proxime dictum est, facit l. liber captus. ff. de cap.
& postli. reuer. & no. per Guil. in d. l. frater a fratre. Item
* dic per omnia in donatione facta filio seu expensa
pro eo facta pro aliqua militia uel doctoratu, præbenda,
vel episcopatu, aut alia dignitate sibi quæsita secundum
aliquos, sed secundum Barto. vbi supra dicendum est lo-
cum esse collationi duplici ratione. Prima, quia talis ex-
pensa facta est ex necessitate, cum pater sibi obligetur iu-
re naturæ quærere filio honorem & dignitatem, ut in au-
then. constitutio, quæ de digni. Secunda ratio est, quia
hæc pecunia filio quæritur in uita patris, ergo &c. ut di-
15 ctum est. † Sed an fructus & reditus huius dignitatis cō-
ferantur, dic secundum eundem: aut talis dignitas est trā-
sitoria in hæredes, uel alienabilis in quemcunque, & tunc
tam dignitas quam eius reditus conferri debent, iuxta for
mam l. omnimodo. in fi. C. de inoffi. testa. cum talis militia
in quartam filio imputetur, ut ibi, & sic locum habet illa
regula, quòd ea quæ computantur in quartam conferun-
tur, sed non e contra uertitur, ut habetur in l. illud, in princip.
& §. 1. C. de colla. aut hæc dignitas non est transitoria in
hæredes uel non est alienabilis, ut dignitas episcopatus
uel abbatiæ, uel doctoratus, & tunc non confertur ipsa,
nec eius reditus, nec in quartam filio imputatur, ut d. l.
omnimodo, quasi hæc dignitas in peculio castrensi uel
quasi fore censeatur, ut l. sacrosanctæ. C. de epi. & cler. ali-
quando contingit, quòd pater dat pecuniam filio, & igno
ratur quo animo dederit, an ut illam habeat in peculio,
uel eam habeat in mera donatione, quo casu secundū Bar
to. considerandum est, an præcesserint aliqua merita, & tūc
præsumptio est mere donationis, propter merita præce-
dentia filij, ar. in l. si donatio. C. de dona. Aut merita nulla
præcesserunt, & tunc aut illud quod filio dedit ipse pater
emit nomine ipsius filij, & tunc præsumitur dedisse animo
donandi, ut ar. in l. filiæ. C. fa. erc. & l. 2. C. si quis alteri uel
sibi. aut solum tradidit, sed non emit, & tunc in dubio vr̄
dedisse filio, ut habeat in peculio profectitio, ut l. q tri-
ctuarij in prin. ff. de ac. rer. domi. nisi per aliqua alia indi-
cia contrarium appareret, puta si dederit pecuniam filio
existenti in militia, uel in studio, nam tunc uidetur dedis-
se, ut habeat in peculio castrensi, uel quasi, argu. in l. 1. C.
de cast. pec. lib. 12. & hoc sequitur Dyn. & Cyn. post eum,
ut not. in l. si donatione. C. de colla. Aut econtra emit no-
mine filij, sed non tradidit, & tunc uidetur emisse, ut ha-
beat in peculio profectitio. Aliquando contingit quòd
pater non emit nec tradidit filio, sed ex promissione acqui-
rit, qui filio promittit, & in hoc Iaco. de Aret. & Bar. post
eum, in l. si pater. ff. de dona. sic distinguit: Aut quandoque
ab extraneo pater stipulatur pecuniam nomine filij, & tūc
uidetur stipulari, ut filius habeat in peculio profectitio. ut
probatur in l. fi. ff. de pec. Aliquando non ipse pater, sed fi-
lius stipulatur de iussu patris, & tunc ex numero filiorum,
& quantitate pecuniæ in stipulationem deductæ, præsu-
mitur donatio, uel q habeat in peculio profectitio, arg. in
l. quæsitum. § si pater. ff. de fun. instr. & l. si filio. ff. de leg. 3.
16 & l. si licitum. ff. de dona. inter uir. & uxor. † Deinde pro-
latiori præmissorum doctrina quæro de no. quæstio. Ecce
* q pater emit * filio suo libros pro studendo in iure uel in
medicina in studio Bon. uel Papiæ, tunc quæritur an mor-
tuo patre isti libri debeant conferri? quam quæstionē ple
nè ponit Cy. in l. filiæ, licet in sacris. C. de colla. & Bart. in
d. §. nec castrense. & in ea sunt uariæ opi. nam gl. in l. fi. C.
fami. ercis. tenet q non conferantur, per illum tex. quā opi.
sequuntur Dyn. & Cyn. ubi supra. Alij ut Odo. dicunt q de
bet conferri, sicut alia simplex donatio, ut supra actū est.
Vbertus vero de Bobio Docto. antiquus tenet opi. Dy. li-
cet eum præcesserit ætate, tali ratione: certū est enim, q si
pater donet filio militanti arma & equos, quod illa non
conferūtur, tanquam bona castrensia uel quasi, ut d. §. nec
castrense. ergo nec filius libros, nam militant causarū pa-
troni & studentes in iure. ut l. fori. C. de aduo. diuer. iudi.
nam arma & leges fraternizant, ut in inst. in procem. & C. de
no. C. confir. & C. de off. di. iu. l. 1. l. Iconius, Bar. autem ubi su
pra sic distinguit, quando pater libros pro filio emit, nec
tamen adhuc tradidit eos filio, nec expressit q filio dona-
uit uel donare proposuit, & tunc quia remanserunt in ple
no dominio & hæreditate patris diuidendi sunt & confe-
rendi, arg. in l. 1. C. de castren. pecu. lib. 12. Nā ut donatio
perficiatur, requiritur traditio, ut l. 2. C. si quis alte. uel si-
bi, & l. filij. C. de dona. inter uirum & uxo. Quandoque pa
ter emit nomine filij & expressit se donare ipsi filio, & hic
subdistingue, aut eo tpe filius erat in dignitate doctora-
tus uel aduocatus, & tunc tanquam peculium quasi castrē
se non confertur, ut d. l. 1. in 2. respon. C. de castren. pecu. &
ff. eod. l. castrense ad quod facit l. si filius. C. fam. ercis. Aut
eo tempore filius erat in actu simplici scholastico, & tunc
aut ante patris obitum filius compleuerat studium suum,
& tunc quia incepit quasi militare, illi tales libri efficiunt
quasi castrense peculium, & talis donatio confirmatur, ar.
C. de do. l. siue emancipatus, & ff. eo. l. donationes. §. patri.
ideoq; cessare debet collatio, ut d. §. nec castrense. Aut pa-
ter est præmortuus ante studium completum, seu antequā
doctoratum assumpsisset, & tunc non potest dici peculiū
tale esse quasi castrense, quia qualitas personæ demōstrat
nullam in ea esse dignitatē ex his, de quibus habetur in l.
fi. C. de dignita. lib. 12. non enim iure cautum reperitur, q
nudi scholares habeant peculium castrense, uel quasi, nec
est conueniens eos gaudere beneficio dignitatis, qui non-
dum dignitatem sunt assecuti. arg. in l. 1. C. de ex. artifi. lib.
12. & l. fi. C. de iurisd. omni. iudi. unde cōcludendum est idē
in hac donatione, quod supra dictum est in simplici dona
tione, quæ si morte patris confirmetur non confertur, &
maxime fauore studentium, argu. optimum in l. qui pater,
17 ff. fam. ercis. † Sed pone, q filius de uoluntate uel præ-
ter uoluntatem patris iuit ad studium, & pro eius expen-
sis mutuò sumpsit pecuniam à personis extraneis, an pa-
ter & eius hæredes teneantur ad solutionem, & ad restitu
tionem huius pecuniæ? Breuiter dic ut plenè not. per gl.
in l. sed Iulianus § quod dicitur. ff. ad sen. cont. macedo.
18 † Amplius quæritur, pone q filius ex pecunia profecti-
tia aliquid est lucratus, an hoc lucrum sit fratribus suis cō
ferendum? & conclusiuè determinat gloss. q sic, in l. cum
oportet, in prin. C. de bon. quæ lib. quam opi. sequitur Spe
cu. in tit. de iud. §. sequitur. Bar. autem in d. §. nec castrense,
aliter distinguit: aut filius lucrum consequitur ex tali pe-
* cunia sine aliquo onere suo, vel personæ exercitio, * & tūc
procedit opin. prædicta; aut lucrum consequitur eius exer
citio mediante, & tunc debet considerari lucrum, quod
potest ex pecunia prouenire per se, & lucrum quod pōt p
uenire exercitio personæ, & attribuere cuique portionē
suam, & lucrum pecuniæ communicare tanquam profe-
ctitium, lucrum autem personæ tanquam aduentitiū non
tenetur communicare, hoc modo debet intelligi qđ tradi
tur in d. l. cum oportet, per glo. & inst. per quas perso. post
princ. & si forsitan dubitetur, quæ sit portio condigna at-
tribuenda personæ, & quæ attribuenda pecuniæ, dicendū
est secundum generalem consuetudinem, nisi quantitas es-
set nimis magna, quia medietas est attribuenda personæ,
& alia medietas pecuniæ, de quo not. in l. 1. C. pro soc.
19 † Circa prædicta quæritur de alia quæst. sæpe occurren
te in Monteferrato. Ecce q Titius donauit partē dimidiā
omniū bonorū suorum Caio hoc pacto, q simul cū eo de-
beat habitare, eumq; nutrire & alimentare, & tanquā pa-
trē tractare & tenere, uersaq; uice idem Titius tenere de-
beat, & habere Caium tanquā filium. modo contingit q di
ctus Caius uiuēte dicto Titio aliqua bona acquisiuit, de-

inde moritur Titius, eius hæredes petunt ab ipso Caio par
tem bonorum per eum acquisitorum, quæritur an sint au-
diendi? Respondeo breuiter ante omnia considerandum
esse quod per uerba prædicta non sint facti inuicem pater
& filius, cum in filij arrogatione & adoptione requiratur
auctoritas superioris, ut alias dixi, ideo sequitur quod ad-
uenticia, nec castensia, uel quasi quò ad dominium uel usu
fructum fuerunt quæsita ipsi Titio, nec ratione societatis
omnium bonorum inter eos contractę tacitè uel expresè
dici potest ipsa bona communicari debere, quia uerba do
nationis hoc non exprimunt: dici ergo posset, quod aut
ista bona sunt acquisita ex rebus amborum tam donatis
quam retentis, & tunc hæredes sunt audiendi, ut partē fe-
rant: Aut sunt quæsita ex propria persona ipsius Caij & ip
sius industria, uel aliunde, & tunc non sunt audiendi arg.
eorum quæ dicuntur de filio naturali supra proximè. nam
licèt non sint inuicem pater & filius, tamen quia se obliga-
uerunt tractare tanquam tales, sequitur quod quātum ad
se in casu isto pro talibus sunt habendi: cogita super hoc.
20 Item quæritur * pone ꝙ pater pro filio existente in stu-
a dio, ut moris est, fecit expensas singulis annis pro eius vi-
ctu & vestibus, patre mortuo uolunt fratres sibi illam ex-
pensam imputare in quartam, & uolunt quòd eam confe-
rāt, quæritur an talis expensa sit filio computanda & con-
ferenda? Bart. ubi supra, sic distinguit: aut iste filius nulla
bona habebat, & tunc non imputabitur, nec conferetur, sic
intelligatur l. qui pater. ff. fam. ercisc. aut filius habebat ad
uenticia uel castrensia seu quasi, & in pecunia cōsistentia,
& tunc præsumitur in dubio alio non apparente, quòd pa
ter miserit & dederit de pecunia ipsius filij potius quàm
de sua, argu. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. quia potius
administratorio nomine quàm proprio misisse p̄sumitur,
vt l. post mortem. ff. quando ex fac. tuto. & videtur casus
21 in l. fi. ff. de per. hære. † Deinde quærit de quæstione quoti-
diana. Ecce quod pater habens duos filios vni ex eis dedit
vxorem, & eam duxit in domum, & pro ea fecit, ut moris
* est, uarias * expensas in nuptijs uestibus & iocalibus. Mor
tuo patre vult alter frater ducere vxorem, & petit ab alio
fratre, ut alterum de duobus faciat, uel patiatur de com-
munibus bonis fieri pro eius vxore similes expensas, uel cō
ferat omnes expensas pro vxore sua factas, quæritur quid
iuris. Dicit idem Barto. ubi supra, quòd iste frater qui hoc
petit non est audiendus quantum ad expensam de commu
nibus bonis fiendam, sed illam facere debet de suo ꝓprio,
nisi contrarium pater ordinasset in eius testamento, argu.
ad hæc, in l. 3. §. fin. ff. de mu. & hon. & ibi not. per gloss.
22 † Quo autem ad collationem faciendam distinguendum
est secundum eum, aut sunt vestes viles, & aliæ pro quoti-
diano vsu necessariæ, & tales non sunt conferendę, quia ab
initio tenuit in eis donatio inter socerum & nurum, vt l. ex
animo, in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor. & ff. ad l. fal. l.
sed si vsufuctus. §. fin. cum glo. sua. facit l. peculium nasci-
tur. ff. de pecu. Aut sunt vestes & alia preciosa iocalia &
festiua, & tunc ueniunt conferenda talia qualia sunt, quia
ista remanserunt in dominio soceri cùm in his non tenue-
rit donatio, ut l. mortis suæ causa. §. fin. ff. de don. inter vi-
rum & vxor. & ff. de pecu. l. id vestimētum, & ibi text. not.
Nec obst. si dicatur, hæc donatio saltem morte soceri con
firmatur, quia respondetur, quòd à principio non fuerunt
donatæ, sed ad solum vsum concessæ, vnde non habet lo-
23 cum illa regula, ut d. l. mortis causa, in fin. † Ex his patet
* secundum Bart. quòd ista iocalia, * quæ à viris mittuntur
vxoribus dum sunt in domo parentum antequam ductæ
sint ad domum mariti, videantur magis ad usum conces-
sa quam donata, ideoque morte viri non confirmatur ta-
lis donatio, multoque minus confirmatur morte soceri,
stante adhuc matrimonio inter eos. ut probatur in l. cum
hic status. §. oratio, cum seq. ff. de don. inter virum & vxo.
24 & facit quod not. in l. pe. §. 1. ff. solu. matr. † Item quæri-
tur. Ecce quòd pater in vita sua misit filium suum ad stu-
dium, posteaq́ue decessit ipse pater, quo defuncto requi-
ritur ipse filius ab alijs fratribus, quòd sibi prouideatur,
de expensis in cōmunibus bonis hæreditarijs, an bene di-
cat? Dy. tenuit ꝙ sic, quia munus cœptum perfici debet de
communi, vt l. si filia. §. idem scribit. ff. fam. ercis. & d. l. 1. §.
nec castrense, vers. sed si adhuc, & per glo. not. in l. qui ori-
ginem. §. fi. ff. de mun. & ho. & l. Lucius. §. idem respondit.
ff. ad muni. & ibi not. per Dyn. facit in argu. ff. pro soc. l. hæ
res socij. ff. de hære. in. l. 1. & l. furti. §. fina. ff. de his qui no.
infa. Sed Barto. vbi supra tenet contrarium, quia factum
patris ita demum obligat hæredes, si ad illud explicādum
pater fuerat necessariò obligatus, ut l. sed si filium ff. de
mune. & ho. coniuncta l. honores. §. his qui ff. de decu. Sed
non reperitur iure cautum, quòd pater necessariò astrin-
gatur tenere filiū in studio, ergo &c. Nam aut dices istos
fratres obligatos ad hoc ratione paternæ obligationis in
eos transfusæ, & hoc non ratione prædicta. Aut dices eos
teneri ex sua propria obligatione, & idem multominus,
quia nec ex lege, nec ex eorum voluntate sunt ad hoc astri
cti. Aut dices eos teneri vigore obligationis paternę, eius
morte confirmatæ, & hoc non arctat: quia pro futuro tem
pore nulla interuenit traditio, quæ est necessaria, ut mor-
te debeat confirmari, ut l. Papinianus. ff. de don. inter vir.
& vxor. si tamen ipse filius in vita patris stando in studio
aliqua debita ex honesta causa contraxerit, soluenda erunt
per fratres de communi pecunia tanquā æs alienum. arg.
in l. macedoniani. & l. sed Iulianus. §. penul. ff. ad Maced.
Aduerte quia ego aliter sentio in præcedenti casu, & di-
stinguo sic concordando opi. omnium: aut iste filius in vi-
ta patris per modicum tempus fuit in studio, & tunc pro-
cedit opin. Barto. aut fuit ibi longo tempore, ita quòd iam
perfectus est in multis, & tunc aut portio contingens ipsi
filio de bonis paternis est sufficiens sibi facere consuetas
expensas & adhuc procedit opi. Bar. aut non est sufficiens
25 sibi facere expensas, & tunc procedit opin. Dyn. † Et ra-
tio differentiæ potest assignari, nam quando stetit longo
tempore in studio, nec habet de parte sua quicquam suf-
ficiens ad solitas expensas, tunc pater per tam longam pa-
tientiam videtur alligasse se ad talem expensam, & æqui-
tas etiam suggerit ne tempus in vacuum perdidisse appa-
reat, si studium non perficiat, & ne in derisum cadat quòd
de communi suppleatur expensa, quæ ratio cessat cùm ibi
stetit modico tempore, uel sufficientem partem hæredita-
26 tis habeat ad supportandum expen. † Insuper quæritur,
pone quòd mortuo patre isti fratres hęreditatem paternā
communiter & indiuisè tenuerunt & possederunt, vnus ex
eis aliqua bona alienauit sine alterius consensu, an talis a-
lienatio ei nocebit? dic quòd non regulariter, ut in l. 1. &
2. C. de commu. re alie. plenè not. per Glo. & Doct. in l. in
27 familiæ fam. ercis. † Sed quid si vnus ex eis aliqua super-
lucratus fuerit, vel emit, an talia superlucrata, uel empta
sint inter eos communicanda. Distingue breuiter sic, aut
fuit inter eos contracta societas omnium bonorum, & hæ-
reditatis, aut ipsius hæreditatis tantùm. Primo casu bona
vndecunque quæsita etiam aliunde quàm ex hæreditate
sunt communicanda, vt l. cum duobus. §. si inter fratres,
alias incipit l. Papinianus. ff. pro soc. Secundo casu sunt
communicanda ea sola, quæ sunt ex hæreditate quæsita, vt
in d. §. si inter fratres, & probatur in l. si patruus. C. commu
nia vtri. iu. cum ibi not. Aut nulla fuit inter eos societas
specialis uel generalis contracta, & tunc aut ille quæsiuit
ex rebus communibus suo proprio nomine tantùm, & nō
tenetur communicare: aut quæsiuit nomine omnium, &
communicare tenetur, ut hæc probantur in l. si patruus, cū
ibi not. de quo statim plenius dicam. In dubio autem non
præsumitur inter eos contracta aliqua societas. vt l. ex pa-
tre §. filius. ff. fam. ercisc. & not. per Bar. in l. Titium & Mę
uium. §. altero ff. de admi. tut. nisi omne lucrum ponerent
in communi, quo casu præsumitur tacitè contracta socie-
tas inter eos non generalis, sed illius tantùm negociatio-
nis

nis secundùm eum. Sed domi. Bald. in d.l.si patruus,& in quodam tractatu de duobus fratribus dicit,siue nullus f.atrum negocietur,siue alter tantùm,siue omnes, quòd si ponant omnia lucra in communi ex hoc & alijs actibus, seu circunstantijs, præsumitur inter eos tacitè contracta societas generalis.argu.in l.cum duobus.§.cum duo. ff.pro soc. & sic omnia bona qualitercunque quæsita erunt inter eos communicanda: vbi autem certum sit eos non esse socios, & tunc omnes sumptus quos alter ex eis fecerit circa suam personam stando puta in studio, uel circa filiam,in eam maritando, vel in ducendo propriam vxorem, tenetur ipse solus agnoscere & subire, argu.in l. socius pro filia. ff.
28 pro soc. † Quod autem dixi, tacitè societatem præsumi, & tacitè contrahi,non est inconueniens, quia in contractibus maxime bonæ fidei, tantùm operantur conuentiones tacite, quantum expressæ, vt l. item quia conuentiones. ff. de pac. & l.cum quid.ff. si cert.pet.& l. triticū.ff.de verbo. oblig.cum sim.& pro tanto bonum est cōsilium quòd mortuo patre superstitibus sibi pluribus filijs si intēdant stare simul & fugere quæstiones,quòd statim faciant & societatem ineat inter se omnium bonorum: aut saltem totius hæreditatis, & pacisci simul quòd quæcunque quærenda cōmunicentur inter eos: ex hoc enim tolletur omnis mate-
29 ria iurgiorum. † Quid ergo si processerint in communione * cum illo communi errore, vt solet communiter facere nulla facta conuentione,nec vlla contracta societate,quid erit de quęsitis per alterum ex eis? Dic plenius, quia aut bona uel pecunia sunt quæsita ex personæ industria, & ista in dubio non sunt communicanda. Insti.per quas pso. no.acqui.§.j.in fi. Aut sunt quæsita a forma,ex causa donationis, vel legati,& tunc aut donatio uel legatum processit solùm contemplatione illius,cui donatum uel legatum est, & tunc non debet communicari, vt d.§. 1. & in l. cum oportet. & ibi no.C.de bon.quæ lib.aut processit donatio vel legatum contemplatione omnium ipsorum fratrum & domus eorum, & tunc debet communicari, ut habetur in l. Lombarda, in tit.de suc.l.si fratres, vbi autem non apparet, cuius contemplatione fuerit facta donatio vel legatum,tunc præsumitur facta contemplatione personæ nominatæ in legato ipso uel institutione,argu.pro soc. l. nec adiecit. si verò de causa uel titulo acquisitionis non apparet, tunc contemplari oportet, an persona, quæ quæsiuit, sit industriosa, & præsumetur tunc fore quæsitum ex eius industria,considerata tamen quantitate lucri & qualitate exercitij.arg.in l.si defunctus.C.arb.tut. cum sim. aliàs autem præsumeñ. erit quòd sint quęsita ex rebus hæreditarijs, dumtamen ipsæ res hæreditariæ sint tales quæ deductis expensis possint tātum superfuisse ex quo tale lucrum sequi poterit. arg.eorum quæ not.per gloss.in d. §. 1. & in d.l.cum oportet §. 1.& in l. Quintus Mutius.ff de don. inter vir.& vxo. ad quod etiam facit quod habetur in d.l.fratres in Lombarda. & in Auth. de eccl.tit.§. interdicimus, de quo pulchrè not.Barto.in l.Titium §. altero.ff.de adm. tut.facit l.si patruus.C.communia vtri.iu. Aut constat ipsa bona esse acquisita ex rebus cōmunibus,& tunc distingue, vt supra proximè,an acquisierit suo proprio nomine tantum, an nomine cōmuni per d.l.si patruus, & per d.l. 2. C. si quis al. vel sibi,& l.si ex pecunia. C.de rei vend.& l.si de tua.C.de do.inter vir. & vxo.& quæ dicta sunt de imputatione, detractione, & collatione fienda, locum habent secundum Bal.in rebus extantibus de præsenti. In consumptis autem nulla fienda est detractio,sed cedere debent cōmuni vtilitati & damno per text. in c.fina.de fra.de no.be.
30 inue.colu.10. & ibi per eum. † Vlterius quæritur, b an
b frater fratri teneatur dotem suarum vxorum cōmunicare? super qua quæst. Cyn.in l.2.C.fam.ercis.determinat,quod sic patre viuente,secus eo mortuo,pro quo facit l dotem. ff. de ca.pe.& l.actio.§.si.cum sequ.ff.pro soc.& l.si filia. § 1.ff.fa.mercis.quam dist. Barto.in l.si cum dotem §.transgrediamur.ff.sol.matr.dicit procedere de iure antiquo,hodie autem non procedit,cum dos dicatur iure nouo peculium aduenticium,vt d l.cum oportet,& l.non solùm. sicque indistinctè non est conferenda nec communicanda vt l.fin.C.de colla. Ex his patet decisio * ad quæst.sępissime occurrentem. Ecce quod mortuo patre filij eius perseuerant in eadem bonorum cōmunione, quorum vnus accepit vxorem, deinde moritur ipse frater maritatus, vxor eius petit dotem sibi restitui de communibus bonis, dicunt alij fratres,nos non tenemur de bonis nostris,seu de parte nostra aliquid ad tuæ dotis restitutionem cōtribuere, quæritur quid iuris. Distingue aut omnes receperunt dotem ipsam, & omnes tenentur,ut l.fi.C.de do.ca.non nume.aut ipse solus vir recepit,& tunc aut cōuertit illam,& hoc constat,in in vtilitatem communem omnium, & tunc alij tenentur de in rem verso,ipse verò actione de dote, arg.in l. l. iure societ.ff.pro soc.& qualiter dicantur versa in communem vtilitatem, vide no. per tex.in l.quòd si seruus.§. & generaliter cum sequ.ff.de in rem verso. Aut non constat esse versam in communem vtilitatem, & tunc ipse vir solus & eius pars sola hæreditatis tenetur, nam sicut non cedit hæc dos in communione & cōtributione,sic nec debet cedere in communi obligatione, vt supra dictum est. Ad præmissa faciunt quæ notabiliter ponit Bar. in d.l. Titium & Meuium. §. altero ex duobus.ff. de admin. tut. vbi vide, & vide etiam Specu.in d.§.sequitur.cum ver.seq. tit.de iu.
31 † Amplius quæritur,pone quòd unus ex fratribus est stipendiarius,& in stipendio aliqua quæsiuit,an teneatur illa communicare? dicit Barto.in d.l.cum duobus.§.si inter fratres.ff.pro soc.aut fuerunt quæsita ex rebus cōmunibus, puta ex equis & armis communibus,aut ex alijs rebus primo casu considerandum est, quid & quantum ex ipsis rebus cōibus poterit proficisci, & ea portio debet communicari alia verò aliunde quæsita communicari non debet, argu.in l.qui solidum.§.si ex causa.ff. de leg. 2. melius facit
32 d.c.fina.de duo. fratr.de no. benefi. in. † Item quæritur
c c de quotidiana quæst. Ecce quòd fratribus stantibus in communione alter ex eis fortè maior domus, dotauit eorum sororem, uel filiam alterius fratris & eam nuptui tradidit, posteaquè in diuisione bonorum vult ipse frater cōputare huiusmodi dotem alteri fratri, quæritur an possit? videtur quòd non, per l. 1.§.accedit. C. de rei vxo. ac. vbi patet,quod videtur donare,ergo non poterit compensare uel computare. In contrarium facit l. vxorem. §. pater natura.ff.de leg.2.& l. Nesennius.ff.de neg.gest.& hāc partem tenuit Iac. de Are.ut refert Cyn.in d.§. accedit, & l.fin.C.de do.promis. Alij tenent primam partem.quia cau
33 sa dotis & alimentorum exequantur, dic ut ibi. † Quid autem si unus ex fratribus de rebus communibus dotauit eius propriam filiam altero eius fratre consentiente,an in diuisione poterit iste frater patruus dictæ filiæ computare fratri suo dictam dotem? Dic quòd sic, nec eius consensus sibi præiudicabit, ut uideatur per hoc sibi quicquam de suo donasse,ut ex prædictis patet. Concludendo ergo cùm quæritur * de expenditis uel acquisitis per aliquem ex fratribus qd fie.i debeat, distingue duos casus.aut quæritur de expenditis uel acquisitis in uita patris, aut post eius mortem. Primo casu dic vt supra ver.sed pone quòd filius. cum pluribus ver. præcedentibus & seq. & per Bart. in d.§.altero. Secundo casu dic, ut supra ver.insuper quęritur.cum alijs ver. seq.& per Bart. & Bald.in d.tracta. de
34 duo fratr. & per Spec. in d.§.sequitur. † Sed quid dices de eo quod plerunque vidi. Ecce duo fratres erant, unus domi remāsit,& curam domus & bonorum egit, alius per orbem vagando transiuit,& uterque eorum aliqua superlucratus est, modo qui stetit extra domum non vult. nec tenetur quæsita per eum conferre nisi modo quo supra dictū est. Is autem qui domi remansit, ad collationem eorum quæ quęsiuit ex communibus bonis,compellitur; quęritur quid iuris. Breuiter dico sic,quòd considerandum est qd & quantum quærere possit ex persona & cura sua,& attribuere

buere huiusmodi acquisiti partem personæ suæ, & reliqua attribuere bonis, & partem attributam personæ non conferre, iuxta ea quæ superius dicta sunt in alia quæst.

35 † Postea quæritur, quale esse debeat iudicis officium in hac diuisione hæreditatis? dic quòd est latissimum, quia iure quolibet potest cuique hæredum dare partem suam, & si uiderit commodius aliter diuidere, poterit uni assignare unam rem insolidum, & alij aliam, uel uni fundū, & alij pecuniam, uel alia similia facere, quæ utilitati ipsorum hæredum uiderit expedire, ut probatur in l. item Labeo. §. 1. & l. hæredes. §. pen. & l. officio, & l. Mæuia. §. pen. & fin. ff. fam. ercisc. & in l. iudicem. ff. communi diui. & instit. de offic. iud. §. si familiæ ercisc. debet etiam iudex facere cauere de euictione hoc casu, ut d. l. hæredes. §. penul.

36 † Reuoco in dubium si facta diuisione inter cohæredes aliqua res euincatur, an agi poterit de euictione? Breuiter dic, quòd aut diuisio fuit facta à testatore, aut ab ipsis cohæredibus, aut à iudice. Primo casu dicit glo. in l. si cogitatione. C. famil. ercisc. quòd non potest agi de euictione, ar. in l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. sed Iac. de Are. & Cyn. communiter, & alij tenent contrarium, ut per eos in d. l. si cogitatione. argumen in l. si pater. ff. fam. ercis. & pro hac parte facit, quia diuisio est similis uenditioni, ut l. 1. C. communia utriusq. iud. unde sicut in uenditione agitur de euictione, ut ff. & C. de euic. per totum. sic erit in diuisione. Secundo & tertio casu in dubio agitur de euictione, ut l. si familiæ. & ibi per glo. & Doct. C. fam. ercisc.

37 † Vltimò no. quòd si facta fuerit diuisio * uniuersalis bonorum per patrem inter filios, etiam in testamento minus solenni, uel inter uiuos, ut solent facere uiri prudentes ad tollendum omnem materiam dissensionum inter filios, quod eo casu standum est tali diuisioni omnino, nisi forte diminuerit legitimam alicui eorum, ut traditur, & habetur in l. si cogitatione, & l. quoties, & l. fin. C. famil. ercisc. ... si qui pater, & l. si filiam. § si pater. & l. ex patre. §. si. cum fin. cod. tit. licet pactum simpliciter à filio interpositum & factum ipsi patri de non succedendo sibi, non nocet ipsi filio, ut l. pactum. C. de colla. Circa tertium principio ... quod fuit, an ex testamento, uel ab intestato locus sit collationi. dic concludue quod siue quis

38 succedat ex testamento, siue ab intestato, † quod locus est collationi, nisi contrarium sit per testatorem dispositū, ut hodie est terminatum per tex. in aut. ex testamento. C. de collat.

ADDITIONES.

* Diuisionem hæreditatis, Adde, quomodo diuisio inter fratres facienda sit, & uide Guid. pap. q. 289. Mising. cēt. 4. obser. 37. Quid de communione, seu societate: quando inter aliquos contracta præsumatur; & quomodo communicationis separatio seu diuisio: & uide Rom. consil. 418. vbi plura de l. si maior. C. communi diuid. Alexan. consil. 92. 1. dub. lib. 2. Dec. consi. 79. colum. fin. Rom. consil. 205. col. 2. uer. 3. principaliter.

* Ad diuisionem prouocare, Adde, quid dicendum quādo sunt duo fratres, unus maior, alter minor, si non adsit statutum, uel consuetudo in loco? & dic, quòd discordia est inter legistas, & Cano. ex not. per Ias. in §. quædam. nu. 65. & seq. insti. de act. in l. 1. num. 39. ff. si cert. pet. Bertr. cōsi. 117. colum. 2. lib. 2. in antiq. qui in eam sententiam inclinare uidetur, ut maior faciat partes, minor eligat, & hanc opi. approbant Cano. legistę uerò contrariam, teste Ias. in l. 1. in prin. num. 7. C. communia de leg. Bertr. consi. 163. colum. 3. lib. 2. in no. & hanc posteriorem in diuisione bonorum patrimonialium, non etiam ecclesiasticorū comprobat Ioan. Cirier. de primoge. lib. 2. q. 3. uer. circa octauam prærogatiuam, pro quo uide Tiraq. tract. de iure primig. q. 60. num. 9. & 10. Viui. com. opi. lib. 2. conclu. 33. & distingue, ut per Rom. consi. 106. nume. 4. Luc. de pen. in l. meminimus. C. quando & quibus quar. pars. lib. 10. Alexand. consi. 7. in fi. lib. 5. Dec. in l. 1. num. 3. C. de trās. cōsi. 349. num. 2. limita, ut per Rom. d. consi. 106. Mising. cent. 4. obser. 37. Matuer.

* Diuidendo bona, Adde, quibus remedijs possit pater inter filios irreuocabiliter sua bona diuidere: & uide Dilec. de arte test. tit. 2. c. 2.

* Sed circa prædicta quæritur. Adde, quòd de iure communi pater non tenetur pro condemnatione facta contra filium ex delicto, si filius ob contumaciam fuit condemnatus: secundum Ias. in l. cum filiusfam. stichum, post num. 13. ff. de uerb. ob. ubi disputat q. de statuto disponen. quòd pater teneatur, pro qua uide eundem in auth. nouissima, num. 8. C. de inoffi. test. Quid dicen. de fratribus soluentibus condemnationem, an quilibet debeat soluere de suo proprio, & distingue, ut per doct. in apostil. ad Bart. in l. cum duobus. §. damnum. ff. pro soc. ubi quòd alter frater non tenetur contribuere pro condemnatione fratris, si fuit licite condemnatus, secus si iniuria iudicis, quia tunc de communi solui debet si erant socij generales, & quando fratri in partem imputari debeat pecunia soluta pro maleficio per eum commisso? vide Barto. in l. si fratres. §. Idem Papinianus, num. 1. ff. pro soc. Matuer.

* Pater soluit, Adde Ias. in §. actiones aut. nume. 64. num. 89. 93. insti. de act. & quæ scribit Catel. ver. pater obligatus soluere, Ias. in l. 3. colum. 2. circa fin. post numer. 3. ff. ne quis eum qui in ius uoc. ubi quòd pater non tenetur pro delicto filij, nec pro eo aliquam condemnationem soluere, nec etiam de legitima ipsius filij condemnati soluere, Catel. uer. legitima, & an censeatur fideiussor filij; Dic, ut per eundem Ias. in l. cum filiusfam. stichum. nu. 5. de uer. obl. ubi plura usque ad num. 13. & in l. si quis iniquum. §. si filius, num. 5. ff. quod quisque iur. & an filius teneatur soluere uel fideiubere pro patre incarcerato, uide Boer. qō. 328. par. 1. ad dicta autē Pap. hic, Adde Ias. in l. lex Cornelia. nume. 6. ff. de uulg. in l. as potest. nume. 17. 18. & seq. ff. de acq. hær. Masuer.

* Quia pater uidetur Adde, quòd pater siue ex necessitate, siue ex uoluntate soluat pro delicto filij: si uelit imputat ad legitimam, secundum Rip. in l. in quartam. nu. 183. ff. ad l. Fal. post Bar. in l. stichus. ff. de pecul. leg. licet ibi loquatur in filio condemnato, pro quo pater promiserat, teste Bald. in auth. Quod locum C. de colla. idem dicen. ubi pater actum utilem gereret, idem in casu l. 1. C. de decur. li. 10. ubi Ioan. Plat. & not. Boer. q. 221. num. 7. usque ad 14. & an pater teneatur restituere pecuniam tertio redimenti filium, dic ut per eundem, q. 126. nume. 14. Quid in dubio, an quando filius habet peculium, uideatur soluisse de peculio, & dic, ut per Aufr. ad Capel. Tolos. q. 121. Item an super peculio, in quo filius habet administrationem, fiet executio pro delicto, uide eundem ad Tolos. q. 2. & facit quæ scribit Boer. qō. 7. & dic, quòd in uno pater tenetur, ubi filius deliquit circa negotium, cui illum præposuit, l. 1. §. si familiæ. ff. de publ. l. si. ff. quod iussu, Rom. consi. 74. Qua in q. laudatur distinctio, quam tradit Barto. in d. l. stichus, in 3. membro suæ distinct. dum loquitur quando pater fideiussit pro filio: & soluit pœnam, in qua ille fuit condemnatus, quo casu alij fratres in diuisione hæreditatis deductionem summæ solutæ super ipsius condemnati portione fieri postulabunt, per Doct. Bar. ibi, secundum quā sæpius consului, & not. Nicol. Moron. tract. de fide & pace. par. 2. q. 33. Quid autem dicen. in socio omnium bonorum uoluntate propria uel ex necessitate expen. facien. an sibi, uel societati imputare debeat, & dic, ut per Rom. consi. 145. col. 2. circa med. Matuer.

* In legitimam, Adde Aufr. ad Capel. Tolos. quæstio. 121. quando pater cogitur soluere pro filio: an possit in suam legitimam imputare.

* Item dic, Adde doct. in apostil. ad pract. Masueri, titu. de dote, num. 6.

Pater

* Pater emit, Adde Dilect. de arte test. tit. 6. c. 52. vbi docet cautel. seruan. quando pater filio studen. uult prælegare sumptus, de quo plura not. Viui. com. opi. lib. 2. concl. 126. post Ias. in l. filiæ licet. C. de colla.

* Personæ exercitio, Adde facere, quæ scribit Rom. consi. 168. nu. 6. ubi ratione industriæ maior pars lucri ex societate perueniens, industriæ tribu quàm alteri, qualitate personæ, & opera inspectis, de quo uide Deci. in l. pen. in fi. C. de colla.

* Varias expensas, Adde, Rom. consi 172. col. 2.

* Iocalia, Adde Cagnol. in l. contractus. nume. 35. & seq. ff. de reg. iu. Rom. consi. 146. vbi loquitur etiam quid de uestimentis per socerum nurui, uel maritum uxori factis: an uideantur donata, uel non, & quid de ornamentis uel alijs iocalibus. uide ibi, colum. 1. Quid de donatione inter spõsum & sponsam per uerba de præsenti an valeat, uide Roma. d. consi. col. 2. nume. 3. & 4. qua in materia iocal. plura not. Idem consi. 172. colum. 2. in fi. 254. Ancha. consi. 181. Angel. consi. 134. 339. Alex. in l. si is qui quadraginta. §. fin. colum. 1. ff. ad l. Fal. in l. pen. §. 1. ff. solu. mat. consil. 42. num. 4. lib. 5. Corn. consi. 81. lib. i. Afflict. decisi. 315. Nat. consil. 147. colum. 4. uer. 3. dubitatur. consi. 317. Ias. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulg. pract. Bald. tit. de extraord. quæst. q. 8. Neuiz. Syl. nup. pag. 164. omnium copiosius Rolan. consi. 10. per totum lib. 1. & Dic, quòd donata uxori à consanguineis uiri, remanent ipsius uiri, non autem illius. cuius contemplatione donantur, teste Roma. consil. 172. col. 2. in fi. & hoc secundum unam opin. Sed secundũ aliam, dicit quòd donata uxori à consanguineis uiri in uxoris dominium effectualiter transeunt, per l. seruus communis. ff. de don. inter uir. ita concludit Rom. in l. ut liberis. col. pen. C. de colla. de quo uide quæ scribit Aret. in §. fuerat. num. 26. inst. de act. Cor. consi. 81. col. pen. lib. 1. Ias. d. l. sed si plures. §. fi. colum. ult. ff. de uulg. Dec. d. l. ut liberis. num. 23. ubi Ias. num. 17. opi. Bar. d. l. sed si plures, magis communem testatur, de qua plura not. Rolan. d. consil. 10, Clar. §. donatio. q. 10. Viui. comm. opin. lib. 2. conclu. 93. Masuer.

* In communione, Adde, quòd communio sine societate esse potest, ex not. per Rom. consi. 168. colum. 2. num. 3. l. ut sit pro socio. ff. pro soc. unde sequitur, inquit Rom. d. cõs. quòd communione approbata non censetur inducta societas, distingue tamẽ, ut per eum ibi, ubi ponit casum de sorore, quæ uult succedere fratri defuncto, & ex illius persona ab altero fratre superstite communi, bona inter se & fratrem administrante petit fructus, & quæcunque respectu rerum communium dicto fratri aduenientia, & concludit, ꝙ probata communione, absque alterius societatis celebratione: ratio fructuum ex rebus communibus prouenientium habebitur in actione communi diuidun. adeò ꝙ dicta soror eos pro rata actione communi diuid. diuid. petere potest, l. si minor. C. cõmuni diuid. & sic probata societate dicta soror, tanquam fratris consocij hæres, commoda quæcunque & fructus ex re societatis prouenien. petet. teste Rom. d. consi. nu. 4.

* Patet decisio, Adde Roma. consi. 172. col. ul. nu. 3. ubi dicit, dotem de communi fratrum substantia non esse redden. sed de propria mariti recipien. nisi probetur uersa in re communi, quid de donatione propter nup. uide ibi.

* De expenditis, Adde quid dicen. de expen. factis per vnũ ex fratribus, qui minorem habebat familiam: altero fratre maiorem habente, & dic, ut per Rom. consi. 172. colu. ul. post med. Anch. consi. 302. in fin. Alexan. consi. 76. lib. 4. Ias. in auth. quod locum. nu. 6. in l. penul. num. 4. C. de colla. Masuer.

* Diuisio, Adde Ossasc. decis. 126. vbi post plura tandem nume. 3. concludit non valere, ex rationibus ibi alleg. qua in materia: vide quæ scribunt Paris. consi. 126. num. 103. lib. 2. Nat. consi. 273. 474. Dilec. de arte test. tit. 3. ca. 2. Imbert. in enchirid. iur. Gall. ver. collationis exceptio, & Turt. inter commu. opi. lib. 4. uer. diuisio, de qua cum esset quæstio in facto, in quo pater fecerat diuisionem in testamento, & iurauerat, filij cum patris consensu diuiserant bona ad formam testamenti, tam pater quam filij promiserant non contrauenire cum iuramento, quærebatur, an ea diuisio posset reuocari, uel haberet uim testamenti irreuocabilis, & dictum fuit ꝙ non.

a Item quæritur. Adde Bal. in auth. ex parte. C. de colla. Barto. in l. 3. §. nec castrense. ff. de cast. pecu. & Franc. Porc. in tract. de duo. fra. in 2. par. te, in 36. q.

* Item quæritur, Adde quid dicen. de expensa studij facta per unum ex fratribus, alio confratri omnium bonorum socio, an ipsi societati imputanda sit, an verò ipsi fratri tantummodo, & eius portioni, & dic, ut per Rom. consil. 145. col. 1. in fi. ubi eam impensam portioni ipsius fratris partiq; studentis filij ascribendam dicit, cuius cõtrarium not. Ruin. consi. 101. 2. dub. lib. 1. Sed Rom. sententiam sequitur Ias. in auth. quod locum. colu. 4. C. de colla. vbi ponit reg. cum limit. quod quidem Rom. consi. declaratur per doct. in apostil. ad Alc. tract. præsump. reg. 1. præsum. 35. Quid in expensa studij & doctoratus, quid in patruo, qui mortuo patre fecit impensam doctoratus pro nepote, quid de expensa studij facta per fratres mortuo patre, qui remanent simul in communione, & habent bona indiuisa: nunquid talis expensa computabitur postea in eius partem, distingue, & declara, ut per Ias. d. auth. quod locum, ubi omnes q. huic materiæ pertinen. examinat.

b Vlterius quæritur. Adde Pet. de Perusio in tracta. socie. in 3. parte in 15. colu. & in 6. parte in 9. q. & Francis. Port. in tract. de duo. fra. q. 52. & 64. q. & 66. q.

* Vlterius quæritur. Adde Rom. consi. 406. vbi refert quinque opi. & tandem ul. approbat uti ueriorem, & æquiorẽ, distinguendo tamen, ut per eum ibi, & Dec. consi. 66. & cõsi. seq. colum. 2. ubi inter alia plura dicit, quòd ad considerandum cuius sit lucrum dotis: consideratur penes quem sint onera matrimonij, pro quo uide eundem Roma. consil. 471. Masuer.

c Item quæritur. Adde Pau. de Cast. consil. 120. & Petr. de Peru. in tracta. societatis, in 6. par. q. 10.

SVMMARIVM.

1 *Actio communi diuidundo quando intentetur.*
2 *Pro actione communi diuidundo, an agatur de euictione.*
3 *An possit peti diuisio contra pactum de non diuidendo rem communem.*
4 *Domus emphyteutica, an possit peti diuisio.*
5 *Laudemium, an solui debeat pro re emphyteutica diuisa.*
6 *Actio communi diuidundo, an præscribatur.*

1 DOmum unam. † Hic intentatur actio singularis, quæ pro re singulari diuidenda competit, siue sit corporalis, siue incorporalis, & appellatur communi diuidundo, ut plenè traditur in l. hoc iudicium. in principio. & in l. in iudicium, & l. communi diuidundo. §. cum usufructu. ff. communi diuidun. siue ipsæ res diuidendæ sint communes ex societate, uel ex ultima uoluntate, ut l. 2. ff. communi diuidun. dummodo sint communes ex causa honesta, aliàs autem cessaret hæc actio, ut l. communi diui. §. inter prædones. ff. communi diuidun. An autem pro communi pariete agatur lis hac actione, dicam infra in
2 alia gl. † Sed an pro hac diuisione singulari de euictione agi possit? dic ꝙ sic, ut habetur in l. item quamuis. in fin. ff. eod. tit. † Quid autem, si habentes rem communem cõ-
3 uenerunt, & pacti sunt, quòd res ipsa nullo tempore diui-
* datur, an poterit peti diuisio? dic ꝙ sic, quia tale pactum * est nullum, ut in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diui. secus si alter alteri pactum faciat de nõ petẽdo partem suam, quia per illud inducitur remissio totius iuris, quod habet in parte sua, ut probatur in l. in hoc iudicium. §. si paciscar. ff. communi diui. † Idẽ quæritur quid si
4 ista

ista domus est emphyteutica, seu vectigalis, an poterit peti eius diuisio? dic quòd nõ, ut ipsa diuidatur in partes, ne confundatur præstatio ficti, uel canonis, sed debebit ipsa domus in totum integraliter uni assignari, & alteri attribuere tantam pecuniam parti suæ æquiualentem, uel aliã rem, ut habetur in l. communi diuidundo, in princip. & ibi no. ff. communi diuid. cuius contrarium plerunq; obseruatur.
5 tur. † Et aduerte quòd si cohęredes inter se diuidendo hanc rem emphyteuticam in totum attribuant uni ex eis rem ipsam, quòd tenentur domino denunciare, & ei laudemium a soluere pro parte, quæ fuerat aliorum, quorũ respectu hæc diuisio continet alienationem pro eorũ partibus, sicut venditio, cui hæc diuisio comparatur, ut habetur in l. 1. C. communia utriusq; iudi. quod multum not. quia multi sæpe decipiuntur: & si fiat diuisio plurium rerum inter eos communium, tunc poterit iudex uel arbiter super hoc electus res singulares insolidum, uel pro parte singulis assignare, prout utilitati partium viderit melius expedire, ut d. §. si familiæ, in fi. & d. l. in iudicium. ff. communi diui. & l. 2. & l. ad officium. C. communi di. cum sim. quod no. contra illos sic proteruos qui dicunt se velle habere in singulis rebus partem suam, ut dixi supra in uersi.
6 postea quæritur. † Sed an huic actioni communi diuidundo præscribatur? dic ut supra plenè dixi, & not. per gl. & Doctor. l. 1. §. ad hæc. C. de ann. excep. & l. fi. C. communi diui. Quid autem si hæc res fuerit per unum longo tempore possessa pro diuiso, an ex hoc præsumatur facta diuisio? dic ut supra dixi, de quo no. per glo. & doct. in l. si maior. C. com. diui.

ADDITIONES.

a Laudemium. Adde ꝙ hoc dictum Papien. refert & sequitur Bertran. in consi. 320. incip. ponit in facto, ad fin. in 1. vol. & hanc etiam opi. sequitur Tiraq. in tract. de utroque retra. car. 130. num. 77. Maria. Soz. Iun. in consi. 70. num. 6. in 3. vol. Zilettus.

✠ Tale pactum. Adde, quid si ea conuentio sit iurata, & dic, ꝙ firmabitur iuramento, secundum Rol. consi. 6. num. 27. num. 55. lib. 1. pro quo uide eundem. consi. 84. num. 10. eodem lib. Dilec. de arte test. tit. 8. c. 8. Alexand. consi. 18. lib. 2. Ias. in §. quædam. col. 8. insti. de act. in auth. cui relictũ C. de indic. uid. toll. Qua in materia vide Roma. consil. 13. num. 2. consi. 106. num. 3. Alex. consi. 59. num. 9. lib. 5. Cur. Sen. consi. 52. colum. 2. Dec. consil. 213. post princip. doct. in Apostil. ad Bar. in l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuid. & dic, quod potest prohiberi ne fiat, diuisio duran. vita alicuius, iuxta not. per Dec. consi. 442. cõsil. 265. Et cùm tractaretur quæstio coram excelen. huius subalpinæ patriæ senatu: pro conuentione iurata, iudicatum fuit, anno 1171. mense Decembris.

✠ Laudemium, Adde, an ex diuisione debeatur laudemiũ, & dic, ut per Capel. Tolos. q. 75. vbi distinguit inter diuisionem uoluntariam, & necessariam, quòd autem non debeatur pro diuisione: scribit Neuiz. consil. 15. num. 15. Ias. in l. fi. col. 25. C. de iure emphy. Alex. in l. si domus. §. fin. de leg. 1. & habetur in antiq. Ducal. Decretis huius patriæ li. 3. pag. 61. vbi quod non debetur de bonis hæreditarijs, legatis, fideicommissis, nec de rerum diuisione, quid de uẽditione sub constituti possessorij lege facta: absque uera traditione, an ex ea debeatur, & dic, ut per Imbert. in Enchirid. iur. Galliæ, uer. laudemia, ubi refert duas opin. contrarias, eam tamen obseruari in Gallia, quòd confestim atque contractus venditionis initus est: etiam sine constituto uel precario, fit ius laudemiorum domino quæsitũ, quod est precij quinquagesima, secundum ius scriptum, ex not. per eum ibi, & per Cagnol. in l. 2. num. 235. 237. C. de pact. inter emp. & uend. licet de consuetudine tertiam esse dicat Neuiz. consi. 88. col. fin, ubi concludit, illud per ementem etiam cum pacto de retrouendendo solui debere, sequitur Ias. in d. l. fin. colum. 109. C. de iur. emphyt. Capel. Tolos. q. 454. Quid in permutatione: an ex ea debeatur, & dic, quòd sic, secundum Capel. Tolos. q. 27. cuius contrarium scribit Iacobin. in inuest. tit. de Royd. col. 21. circa med. ver. sed an præsupposito statuto. nume. 32. Boer. q. 263. nume. 1. Guid. Pap. q. 92. quid de uenditione quæ resoluitur, & dic, ut per Rol. consi. 51. num. 20. lib. 2. ubi concludit, quòd sic, quia sufficit, quod res semel fuerit vendita, & si non duret. l. si quis. C. de institu. & substi. pro quo fac. quæ scribit pract. Masueri, tit. de emp. & uendi. nume. 16. ad prædictam aũt conclu. quid sit laudemium, uel quæ summa, aut pars pecuniæ debeatur, adde, quòd aliqui dixerunt esse sextam partem uenditionis rei, sicque pro quolibet floreno Sabaudiæ precij alienationis rei duos grossos Sabaudiæ exigi posse, facta gratia de quarta parte, & sic de florenis quatuor unum remitti scribit Cagnol. d. l. 2. nume. 237. C. de pact. inter emp. ubi dictorũ Ducal. Decretorum dispositionem approbat, allegando Dec. consi. 204. Brun. consi. 44. col. fi. & plura alia in materia laudemij, cuius amplisś. & vtilisś. tractatum ab Amedeo de Ponte Ducali huius patriæ Senatore integerrimo omnes expectant. Masuer.

a Omnis communio a parit discordiam. Probatur in l. cum pater. § dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. in re cõmuni ff. de ser. vrb. præd. & dicta l. fin. C. communi diuid. cum sim.

ADDITIONES.

a Omnis communio. Adde doct. in l. 1. C. quando & in quibus, Specu. in tit. de iud. in 4. circa prin.
Adde quæ Io. Claudius Aprutinus scribit, in tract. de iust. & iur. vbi declarat & refert causas discordiarum prouenientium ex communione, & propterea dicit ipse finem gubernationis œconomicæ esse difficillimum, quia consistit in illo præcepto, neminem lædere, tria enim sunt iuris pręcepta, honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum unicuiq; tribuere, declarat ibidem Claudius, quòd omnia præcepta triplicis Philosophiæ moralis ethicæ, œconomicæ, & politicæ rediguntur ad hos tres fines, videlicet finis gubernationis ethicæ, est honestè uiuere, quæ gubernatio est facilis, quia pertinet ad mores sui ipsius: finis enim politicæ gubernationis, qui est reddere vnicuiq; habenti iuris prudentiam, & iurisdictionem, quia qui non uiuunt secundum uirtutem amore virtutis, compelluntur rectè viuere metu pœnarum, sed finis gubernationis œconomicæ, quæ consistit in gubernatione familiæ, fratrum, vxorum, consanguineorum, affinium, & communione amicorum, est difficillimũ, ut nemo ex ijs lædatur, & potissimum, quia obsequium amicos, ueritas odium parit, ipse Clau. refert ibi causas, quare communio parit discordias, sed maxima omnium est superbia, quando alter alteri cedere non dignatur, & omnes nolunt fieri æquales, & potissimum, quia nemo, nisi benignitate præditus cædit illi quem parem credit, aut habet, propterea ibi Clau. reprehendit glo. in §. iuris præcepta, insti. de iust. & iu. ubi malè dixit per illa tria præcepta ibi malè implicita, ius diffiniri, sed non longius procedam.

ET negligi solet. Hoc probatur in l. 2. C. quando & qui. qua. pars. de. li. 10.

ICcirco. Hæc est conclusio libelli, ad quam semper aduertendum est, ut sæpius dixi.

IN omnibus & singulis fru. Hic notandum est quòd pro omni actione, quæ pro diuisione competit, siue generali, ut est actio fam. ercil. siue speciali, ut est actio communi di. locum habet petitio fructuum, quorum semper habenda

benda est ratio, vt habetur & traditur ad literam in l. fundum quem, & l. pe. ff. fam. ercisc. & l. per hoc iudicium. §. fin. ff. communi diui. Illud autem non est omittendum, quòd mota lite in actione fam. ercisc. interdicitur omnis rerum hæreditariarum alienatio voluntaria, sed necessaria permittitur, ut habet in l. alienationes. ff. fam. erci. & l. diuus. ff. de pet. hær. idem in act. communi diui. vt l. 1. & ibi not. C. communi diui.

SVMMARIVM.

1 *In re communi, quid possit fieri inuito socio, nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

1 ET in futurum percipiendis. † De istis futuris fructibus tenebitur eo modo, quo distinguitur de alijs possessoribus, de quibus plenè dixi in primo libello; in gl. super verbo{ Fructibus} & per docto. in l. certum. C. de rei vendi. Post præmissa ad altiorem indaginem eorum quæ ad domus diuisionem pertinent, quæro si in pariete communi domus alter sociorum velit trabem imponere, vel aliquid simile in eo facere, an possit alio inuito? videtur quòd non, quia in re communi potior est conditio prohibentis, quàm facientis, ut in l. Sabinus. ff. communi diui. & in regula, in re communi, de regu. iur. lib. 6. & ibi plenè per Dyn. in contrarium est veritas per text. in l. si ædes. ff. communi diui. Non ob. d. l. Sabinus, quia ibi loquitur quando uolebat aliquid facere, quod non pertinebat ad eum vsum, ad quem res ipsa erat destinata, & disposita, hic autem sic, dic ut ibi per Dyn. Vltra quæritur pro declaratione communis parietis, si vnus ex socijs velit parietem reficere, an possit? distingue, aut uult eundem reficere de consensu aliorum, & tunc potest, & hoc est clarum, aut contra voluntatem eorum, & tunc subdistingue, aut paries non erat idoneus ad onera substinēda, uel minabatur ruinam, & tunc poterit reficere alijs inuitis, & ipsum demoliri in totum, uel pro parte, prout necessitas exigit, ut probatur in l. si ædes. ff. communi diui. & in l. in parietis, cum l. seq. & ibi no. per Bar. ff. de damn. inf. quo casu iste reficiens agere poterit contra consortes ad repetitionem expen. pro parte illis contingente, ut habetur in l. si vt proponis. C. de ędi. priua. de qua quidem expensa fiet deductio omnium rerum quæ ex primo pariete in nouum sunt immissa, ut traditur in l. cum emptor, in fi. & in l. inter quos. §. fin. ff. de dam. infec. Aut paries erat de se idoneus & sufficiens ad omnia onera substinenda, & tunc non licet alteri consorti ipsum demoliri, & reficere, vt l. parietem. ff. de serui. urba. præd. & sic potest intelligi. d. l. Sabinus, licèt hoc casu quilibet eorum possit talem parietem incrustare, & dealbare, & pingere, ut habetur in l. quidam Iberus. §. si. de serui. vrba. prædio. ac etiam scalas ibi apponere, ut l. fistulas. §. si. ff. de ser. vrba. prædio. & insuper apud parietem communem balneum facere, dūtamen ex eius humore paries ipse non lædatur, ut d. §. si. & l. fistulas, & d. l. quidam libertus, in prin. non autem licet alicui in pariete communi affigere aliquod canale per quod aqua pluuia recipiatur, ut d. l. fistulas, in princi. nec etiam licet ibi in eo facere fenestras ad aerem recipiendum, ut l. eos qui. de serui. urba. prædio.

2 † Sed an in ipso pariete vel apud ipsum communem parietem liceat facere sterquilinium, quod in vulgari appellatur necessarium? videtur quòd sic, per ea quæ habentur & not. per glo. in l. si quando. §. fin. ff. si ser. vendi. Tu autem sic distingue, aut ex eo sterquilinio nullum consortibus infertur damnum, & tunc licitum est ipsum facere & habere. in d. §. si. aut ex eo infertur damnum consorti, uel in ipso pariete, qui marcescit propter humorem & malum odorem, & lædit puteum consortis, & similia, & tunc dico quòd non licet habere tale sterquilinium, quod probo, quia nō licet tenere tribulos, nec canale vel fistulam iuxta communem parietem, ergo multominus tale sterquilinium, ut d. l. fistulas, in prin. & in fi. & d. l. quidā Iberius, in prin. pro quo etiam facit quòd non licet facere in proprio, ergo multominus in communi, quod noceat alieno, ut in l. sicut. §. Aristo. ver. idemq; ait. ff. si ser. vend. & l. 1. §. idem

3 ait aquam, cum ibi not. ff. de aqua plu. arcen. † Sed quid, si plures consortes concurrant in refectione communis parietis, sed vnus vult reficere vno modo & alter alio, quid erit? dic quòd ille præfertur in refectione qui magis idonee vult reficere, & vtilius pro communi vsu, vt habe

4 tur in l. in reficiendo. ff. de dam. infect. † Sed quid dices, si vnus ex consortibus reficit communem parietem, & alius consocius timet ex ea refectione sibi damnū inferri, qualiter sibi prouidebitur? dic quòd per cautionem damni infecti, ut plene not. per Bar. in l. inter quos, in princi. ff. de dam. infect. ad quod etiam facit d. l. in parietis & l. si ædibus, & l. damni. §. 1. ff. de dam. infect. l. damni infect. §. cum

5 parietem. ff. eod. tit. † Denique illud est notatu dignum, quòd si paries alicuius se per dimidium pedem inclinauerit in domum alterius, potest contra eum agi, ut ipsum erigat & reficiat, ut est tex. in l. si cum meus in fi. & l. si quan-

6 do, in prin. ff. si ser. vend. † Sed an in pariete [a] proprio li-

a ceat hostium de nouo facere versus viam contra vicini voluntatem? distingue breuiter sic, aut læditur ius publicū vel vicini, & tunc non potest: aut non læditur, & tunc potest hostium facere, vt habetur. in l. si. ff. si ser. uendi. & in l. si. ff. de ser. vrba. prædio,

ADDITIO.

a Pariete. Adde Ioannem Claudium in illa q. quam scribit ad Scipionem Claudium, & Marium Claudium suos fratres, cuius titulus est Vadicona, vbi tradit regulam, dum quærit, an liceat vicino aliquid de nouo facere in pariete, vel altius tollere ædes suas, & inquit quòd vnicuique licet facere quidquid libitum fuerit, si ædificans ex hoc cōsequitur vtilitatem & commodum. Secus autem est si videtur facere aliquo dolo ad æmulationem, vel ad damnum alterius, quia quælibet res præsumitur libera, nisi cōtrarium de seruitute debita constet l. cum eo. ff. de seruit. vrba. prædio. l. sicuti. §. sed si sequitur. ff. si ser. uendi. facit l. binas ædes habeo ff. de seru. urb. præd. adducit ipse ea quæ dicit Cyn. & Saly. in l. altius. C. de seruit. & aqua. dum referunt illam quæstionem, quòd quidam ędificauit domum ita altam & eminentem, ut inspiceret secreta monialium, vel vxorem, vel filiam vicini, & hoc fieri non potest. Secus autem est, si ædificans ædificaret altius propter suam vtilitatem, quia hic potest fieri & probatur in l. procula. ff. de dam. infe. sed Ioan. de Imo. in l. in fundo. ff. de rei uendica. dicit quòd in dubio non præsumitur aliquis dolo facere, nisi appareat quòd aliās fuerit minatus, argu. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex cau. in possess. eat. uel etiam si aliquis inciderit venas aquæ scaturientis, & nullam inde habeat vtilitatem, sed solum vt alteri noceat. Hoc autem fieri non potest, ut not. in l. in creditore. ff. de euic. & in l. 1. §. Labeo. ff. de aqua plu. arcen. possunt addi quæ dicunt Bal. & Saly. in l. si manifesta. C. de seru. & Bar. in rep. l. quominus, in prima quæstione. ff. de flumi. & Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. si vitium. ff. de edendo, vbi habes quæstionem illius qui habebat molendinum in parte inferiori fluminis, alius habebat in parte superiori, & si unus istorum construeret molendinum, & potissimum noceret domino inferiori molendini, non autem propter suā propriam vtilitatem, hoc fieri non poterat legibus & rationibus supradictis. Ziletus.

DAmnis, interesse & expensis. Aduerte quòd in hac actione communi diuidundo habenda est ratio damnorū illatorum in re ipsa, ut in l. si non omnes. §. 1. & l. item quā uis, in prin. ff. communi diuidun. ac etiam expensarum in ea factarum, vt in l. in hoc iudicium. §. impēdia, & l. si quis cum ęstimaret. ff. communi diuidun.

ET Prædicta. Hæc clausula cum seqentibus declaranda est eo modo, quo habetur supra in primo libel.

Forma inquisitionis.



HAEC est quædam Inquisitio & titulus inquisitionis, quæ fit & fieri intenditur per spectabilem virum Rayn. de Beccaria de Plebe ciuitatis Mediolani honorabilem Potestatem, contra & aduersus Petrum de Rosario, & Guli. de Habiate in eo, de eo, & super eo, ꝙ ad aures & notitiã præfati domini Potestatis fama publica præcedente, & clamosa insinuatione subsequente peruenit, non quidem à maleuolis, & perfidis, sed à fide dignis personis, non vno, sed pluribus, quòd suprascri. Pet. & Guliel. Deum præ oculis non habentes, sed humani generis inimicum, unus alteri, & alter alteri opem, auxilium, consilium, & fauorem, ad infrascripta maleficia cõmittenda & perpetranda sibi adinuicem præstantes, per eorum superbiam & audaciam scienter, tractate, & appensate, & dolosè, percusserunt & uulnerauerunt cum armis, & ensibus euaginatis Albertum de Bosco pluribus percussionibus, cum maxima sanguinis effusione, uidelicet vna percussione in capite ipsius Alberti, & alia in pectore, ex quibus percussionibus idem Albertus fuit & est mortuus. Item in eo, de eo, & super eo, ꝙ præfati Petr. & Guli. eodem peruerso spiritu instigati, sibi inuicem præstantes opem, consilium, & fauorem, scienter & dolosè furto, & per furtum subtraxerunt de domo, & in domo Iacobi de Ferrarijs florenos centum in moneta argenti, & amplius capellum vnum perlarum, pretij & valoris scutatorum quinquaginta, & cinctum unum argenti, pretij & ualoris floren. 13. dictam pecuniam & res contractando, & amouendo de loco ad locum, & in eorum usus conuertendo, præter, & contra uoluntatem dicti Iacobi, in ipsius maximam iniuriam. Quę omnia & singula commissa & perpetrata fuerunt per suprascriptos Petr. & Guli. videlicet dictum homicidium de anno presente, & mense Februarij proximè præteriti in ciuitate Mediolani, in strata publica, in uicina seu parochia sancti Michae. cui cohæret ab una parte &c. Dictum autem furtum commissum, & perpetratum anno præsenti, & mense Maij proximè præteriti in domo dicti Iacob. posita in Papia in parrochia sancti Gregorij, cui cohęret &c. præter & contra formam iuris & statutorum dictæ ciuita. Mediolani & Papiæ. Super quibus omnibus & singulis ab eis dependentibus, emergentibus, & connexis, pręfatus dominus Potestas procedere intendit, & culpabiles punire, debita forma iuris, & quocunque alio modo, uia, iure, & forma, quibus melius potuit, & debebit, sic & taliter quòd ipsorum delinquentium pœna cęteris transeat in exemplum.

S V M M A R I V M.

1 *Quot modis procedatur in causis criminalibus.*
2 *Proponens crimen per uiam excep. an se inscribat, & no. 3.*
4 *Quomodo hodie procedatur in causis criminalibus.*
5 *An quilibet admittatur ad accusandum per uiam accusationis.*
6 *Propter omissam qualitatem potest de nouo repeti accusatio & inquisitio.*
7 *Probato facto, sed non qualitate facti proposita, an possit sequi condemnatio.*
8 *Exceptio, fui accusatus aliàs, an sit impeditiua secundæ accusationis.*
9 *Stante statuto puniente pro aliqua qualitate delicti, an duplicata qualitate pœna quoque duplicetur.*
10 *Agi an simul possit, ciuiliter & criminaliter pro eodem delicto.*
11 *Iudex qualiter procedat, accusatione porrecta.*
12 *Reo comparente quid faciat iudex.*
13 *Vnica rei confessio, an sufficiat ad condemnationem.*
14 *Præcedentibus indicijs pro omni crimine, an quis possit torqueri.*
15 *Crimina leuia quæ sint.*
16 *Indicia qualia esse debeant, ut quis p illa possit subijci quæstionibus.*
17 *Tortura an requirantur plura indicia copulatiue.*
18 *Indicium per quot testes probetur.*
19 *Indiciorum an sit danda copia reo ad torturam.*
20 *Iudex an teneatur pro reo mortuo in tormentis.*
21 *Iudex an iterum possit torquere, in prima tortura reo nolẽte cõfiteri Noua indicia quæ dicantur.*
22 *Iudex ex officio an possit in causa criminali testes producere.*
23 *Reus comparens, an tradatur in carcerem si sit alternatiua pœna imponenda corporalis scilicet & pecuniaria, nu. 24. & 25.*
26 *Pro debito contracto, an quis possit capi personaliter.*
27 *In eisdem carceribus, an possit quis ad instantiam alterius saxiri seu recomendari.*
28 *Reus si non compareat in causa criminali quid agendum.*
29 *Datis semel fideiussoribus per reum de comparendo & iudicato soluendo, si citatus nolit comparere quid agendum.*
30 *Reus fugiens super alterius territorium, an possit citari à iudice, vbi est crimen commissum.*
31 *Delinquentes, an possint auferri de ecclesijs.*
32 *Saluum conductum petitum, an sit dandum.*
33 *Citatus reus mittens procuratorem, an sit excusatus.*
34 *Procurator an admittatur, ubi per statutũ absens condemnari põt.*
35 *Procurator in causa criminali, an admittatur vbi per statutum venit imponenda pœna pecuniaria pro crimine.*
36 *Qualiter quæratur de crimine per exceptionem, nu. 37.*
38 *Quid seruetur quando proceditur super crimine per denunciationem.*
39 *Officialibus deputatis ad denunciandum, an credatur.*
40 *Inquisitio est omni iure prohibita in ciuilibus.*
41 *Inquisitio in criminalibus quotuplex sit.*



HAEC est quædam inquisitio. Viso in superioribus de iudicijs, de contractibus, uel quasi, & de ultimis uoluntatibus, satis conueniens est aliqua subijcere de maleficijs, quia omne ius
1 nostrum pertinet ad hæc quatuor. † Deinde sciendum est ꝙ in maleficijs seu causis criminalibus procedi potest altero de quatuor modis, videlicet per accusationem, per exceptionem, per denunciationem, & per inquisitionem. Regulariter autem procedendum est per accusationem, quia scriptum est, ꝙ nemo sine accusatore punitur, ut l. rescripto. § si quis accusatorem. ff. de mu. & hon. Iuxta illud Dominicum. Mulier vbi est qui te accusat, facit qđ habetur 2. q. 1. c. nihil, & ca. de manifesta, cum si. ibi not. nisi in certis specialibus casibus quibus ex officio procedi potest, de quibus traditur per glo. & Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adul. & per Gandin. in suo libello malef. in 1. rub. & per Gof. in summa decre. in tit. de accu. cuius regulæ ratio fuit, ut nullus de crimine infamaretur, nisi cum plena causæ cognitione, & vt audacia accusantium compesceretur, ne faciliter prorumperent ad iniuriam & infamiam alicuius, metu similitudinis supplicij, ut habetur in l. 1. in prin. cum ibi not. ff. ad Turpi. l. Ideoque de iure communi in causis criminalibus est libellus offerendus, in eo plura solennia requiruntur, inter quę illud præcipuè est fiendũ, quod accusator se subscribat ad pœnam talionis quæ est similitudo supplicij, ut in l. libellorum. ff. de accusa. & ibi plenè per Bart. in l. fin. C. de accu. cum sim. Quæ quidem inscriptio ad pœnam talionis per consuetudinem iam diu obtentam recessit ab aula, & est penitus abolita, ut refert Gandin. in suo lib. malefi. sub rub. qualiter fiet accusatio, & idem firmat Bar. in d. l. libellorum, & l. si cui, in prin. eo.
2 ti. & hoc ratione de qua infra proxi. † Sed quid dices de iure cõi, si crimen opponitur per uiam excipiendi an debebit excipiens se inscribere ad pœnam talionis? videtur ꝙ sic. per l. si. C. de fi. instrum. nam qui excipit, agit, ut l. 1. ff. de excep. In contrarium determinat Dy. & Pe. quos sequitur Cy. vt per eum no. in l. crimen. C. qui ac. non pos. Bar. in l. si cui, in prin. ff. de accusa. distinguit, aut apponitur exceptio criminis solùm ad impediendum, & tunc non est necessaria inscriptio, & sic procedit opi. Dyn. aut opponitur hæc exceptio ad puniendum criminosum, & tunc erit necessaria hæc inscriptio, ar. eorum quæ habentur in c. super

his,

his, extra de accu. Non ob. d. l. fi. quia loquitur in accusante secundùm Dyn. uel pôt dici q loquitur in excipiēte ad
3 puniendum sequendo distinctionem Bar. † In casibus aūt, in quibus agens vel excipiens tenetur se subscribere ad pœnam talionis, iudex considerabit qualitatem criminis. & si ex eo venit imponenda pœna corporalis, tunc accusator & reus ponentur ambo in carceribus, aliàs autē relaxabuntur datis fideiussoribus, ut d. l. fi. C. de ac. & ibi per
4 Cy. † Verum hodie per statuta terrarum & decreta principum in casibus exceptuatis à regula, est facta generalis & vniuersalis regula, q de omni crimine posit cognosci sine accusatore iudicis officio per inquisitionem, qđ ideo
a secundum aliquos adinueutū est, ne maleficia [a] remaneāt impunita, quæ plerunque defectu accusatoris impunita remanebant. quod repugnabat bono statui reipublicæ, vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. status enim reipublicæ cōfunditur, si locus delinquentibus præbeatur, ideoque summum remedium in peccantibus est accelerata correctio. iuxta illud Valerij Prætoris { Non solùm manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculus à libidinoso aspectu cōtinēs esse debet} probatur in auth. vt iudi. sine quoquo suff. §. 1. in fine & in §. magis autem, in fi. col. 2. Si enim auaritia iudicum & officialium animabus inhæreat, quis non sine periculo furabitur, quis non latrocinabitur, quis non homicidium faciet, adulterium, cæteraq; similia committat ad illum iudicem respiciens, qui auro omnia vendit? cesset igitur his iudicibus imminere prosanus ardor auaritiæ, &
* omni cura, & cum puritate [b] studeant iudicium & veritatē ministrare, ut in l. 1. §. iubemus. ff. de offic. præfect. præto. Aphri. sintq; etiam iudices iustitiæ ministri constantes super omnimoda exhibenda iustitia; quia Iustitia est constans & perpetua uoluntas &c. ut l. iustitia, ff. de iusti. & iure. Insti. de iustitia & iure, in prin. nec enim amore uel timore debent animum à veritate & iustitia declinare, nam ut inquit Tullius. Profectò non est iustus iudex, qui mortē,
5 qui exilium, qui egestatem timet. † Vltra quæritur, nunquid de iure communi, quo per uiam accusationis regulariter proceditur, quilibet ad accusandum admittatur? & breuiter dicendum est quòd non, sunt enim certæ personæ quæ ab accusando repelluntur, quæ connumerantur per Gan. in rub. qui accu. pos. & per Azo. in sum. C. qui ac. non pos. & per Gof. in sum. extra de accu. sunt etiam quædam aliæ personæ quæ non possunt accusari, quas connumerat idem Gan. in ti. qui ac. pos. & qui non, & per Azo. & Goff. vbi supra, inter quas personas est ille homo qui semel accusatus est, nam vlterius de eodem crimine accusari non poterit. ut in c. de his. extra de accus. & l. licet, in fi. nau. caup. stab. & per Cyn. in l. neganda, & l. qui de crimine, qui accu. non poss. Sed circa hoc insurgit tale dubium, Ecce quòd aliquis fuit accusatus, quòd Titium uulnerauit cum sanguinis effusione, vel cū spata, aut adiecta alia
* qualitate: * uel econuerso fuit accusatus simpliciter sine expressione qualitatis: quia illa qualitas non fuit adiecta, uel non fuit probata, ipse fuit absolutus. Quæritur an de nouo poterit accusari qualitate detracta, uel adiecta? uidetur q non, quia pro delicto eiusdem hominis non debet sæpius quæri, ut d. l. licet. Hanc. q. disputat Bar. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adult. in l. senatus. ff. de accus. & breuiter sic concludit, quandoque prima sententia fuit absolutoria, quandoque fuit condemnatoria. Primo casu distingue, an talis qualitatis adiectio, uel detractio facit alterari delictum secūdum maius vel minus, & tunc potest de nouo accusatio proponi, quia alia res cēsetur esse, arg. in l. cum quæritur. ff. de excep. rei iud. si uerò non alterat delictum, sed alterat condemnationem, tunc aut sententia fuit absolutoria super ipso principali facto, quia non factū seu commissum delictum, & tunc non pôt de nouo iterum accusari. Aut fuit absolutoria, quia illa qualitas, quç erat necessaria fuit omissa, & tunc poterit de nouo accusari, arg. in l. qui habebat, in prin. ff. de insti. & in l. 1. §. 1. ff. si fa. fur. fe. di. Fallit si ex alterius delicto cōueniatur, ut in l. in delictis §. si detracta. ff. de noxali. Secundo casu, quando sententia fuit condemnatoria, tunc dicit Spec. in ti. de accu. §. 1. q non pôt ulterius accusari, per tex. in l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniu. pro cuius opi. vř tex. in l. qui seruum, in fi. ff. de act. & ob. In contrarium videtur esse ca-
6 sus in l. Item quæritur, in fi. ff. eo. † Finaliter dicit Bart. pp omissam qualitatem posse repeti de nouo accusationem, & eodem modo inquisitionem per d. l. unde quæritur, in fi. & per l. Iulianus. ff. de uer. obli. & l. huiusmodi. §. ædes. ff. de solu. & arg. eorum quç no. in l. eleganter. §. non solum. ff. de do. Erit autem iudicis officium secūdum eum in hoc nouo processu hoc modo, nam si utraque pœna est solum pecuniaria, tunc fiet condemnatio in secunda quantū defuit in prima, ar. d. l. quæritur. in fi. & ar. d. l. Iuli. si uerò prima fuit pecuniaria, & secunda corporalis, tunc secūda pœna imponeretur in totum, & prima pœna, si non est soluta, non soluetur. Sinautem fuerit soluta, tunc repetetur: quia prima condemnatio deuenit ad non causam, ut arg. in l. si fullo. ff. de cond. sine causa. & l. in cōmodato. §. fi. ff. cōmo. si aūt vtraq; pœna est corporalis, & tunc si prima fuit imposita, est locus repetitioni, ideo dicit Barto. dubito quid fiendū, sed cogitandū. Ego dicerem, q hoc casu locū haberet opi. Spe. cum iuribus per eum alle. vbi aūt super prima accusatione nondū esset lata aliqua sententia, tūc siue fuerit nomen receptum inter reos, siue non, poterit processu tali pendente de nouo accusari, pp qualitatem omissam in priori accusatione, secundùm Bar. in l. per minorē. ff. de
7 iud. & l. 1. C. qui accu. non pos. cum sim. † Amplius pro declaratione prædictorum quæritur, pone q aliquis accusauit Titium de percussione facta cum sanguine, uel in palatio, uel de nocte, uel cū aliqua qualitate, quæ habet grauare pœnam. Modo probatur de percussione, sed non de sanguine, uel alia qualitate, quæritur, an ex hoc processu posit sequi condemnatio? & breuiter Cy. in l. 3. C. de proba. tenet q non, per l. prætor. §. docere. ff. ui bon. rap. & d. l. meminisse. §. quid tamen; Guli. autem de Cu. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. tenet contrariū dicens, q pôt ferri sententia condemnatoria super facto, arg. l. bouē. §. aliqñ. ff. de ædi. edi. Alij sunt qui dicunt, q ut posit ferri sententia, debet iudicio pendente detrahi de libello accusatorio illa qualitas ꝓposita in eo, qua detractione facta poterit ferri sententia, ut in d. l. in delictis. §. si detracta. Bar. aūt post oēs uoluit aliter distinguere. in d. §. quid tñ, dicit enim q aliqñ talis qualitas nō probata facię cessare accusationē, & tūc debet sequi absolutio per d. l. prætor. §. dotem. Qñq; illa qualitas habet alterare factū & crimen, & tunc ea probata nō pôt sequi cōdēnatio, ut d. §. q d tñ. Aut no. hēt alterare facta nec crimē, & tunc pôt cōdēnatio sequi, si pendente iudicio fiat detractio illius qualitatis, alias secus, ut in d. §. si detracta. Nec ob. §. aliquādo, quia ibi loquitur, qñ verba petitionis adaptantur ad utrāque actionem, hic autem secus, de quo plenius dic ut ibi.
8 † Præterea quærit, an hęc exceptio, {Fuit semel de hoc crimine accusatus,} sit impeditiua processus secundæ accusationis, & sit dilatoria: an uerò sit exceptio peremptoria, quā quæstionē disputat gl. & Bar. in d. l. senatus, & not. q hæc qstio ꝓcedit tā ante latam sniam in prima accusatione, q̄ post. dicunt quidam quòd habet impedire processum, per tex. dictę l. seq. sena. ibi { Senatus} & l. pœ. nu. ca. sta. in fin. Alij aliter dicunt, ut ibi. Sed Barto. in hoc sic distinguit, aut ista exceptio proponitur formaliter ad impediendum processum, & tunc eum impedit. & sic procedit dicta opi. Aut proponitur ad absolutionem super crimine obtinendam, & tunc erit exceptio peremptoria, & locum habet alia opi. Facit ad hoc quod habetur in cap. primo, extra de lit. non contest. lib. 6. & quod no. per. Bar.
9 in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiuran. † Item quæritur

tur. videmus per statuta Lombardiæ pœnas pro delictis * duplicari * secundùm qualitatem temporis, vel loci, aut personæ commissi delicti:cùm alia sit pœna imposita delinquenti in palatio, alia delinquenti de nocte, & sic de singulis, alia in persona officialis &c. Modo dubitatur si aliquis percussit Titium de nocte, & in palatio, an pro quālibet qualitate fiat duplicatio pœnæ, videlicet pro eo q deliquit in palatio duplicetur? Dixerunt quidam quod sufficit una duplicatio: quia senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus puniatur, ut d.l.senatus. Bar. autē in l.sanctio legum.ff. de pœ. sic distinguit, aut istæ pœnæ imponuntur per simplicem numerum, puta 10. vel 20. & tunc pro omnibus qualitatibus pœna duplicabitur, & imponetur.ut l.aut facta.ff.de pœn.& sic punietur. quia deliquit in palatio. Aut istæ pœnæ ponuntur per nomina multiplicatiua videlicet duplum, triplum, & quadruplū, tunc idem respectus erit habendus, ut pro omni qualitate duplicetur, sic tamen ut nulla quadruplum excedat secundū eum, ut institu.de ac.§.omnes. Sed si diceres, quo modo respondebitur ad d.l.sanctio legum? & dic secundùm eum, quod diuersis respectibus & qualitatibus potest quis uario modo puniri, ita loquūtur præcedentia, eodem autem

30 respectu nequaquam, ut in contrario. † Post hæc quæritur, an simul & semel * eodem tempore pro eodem delicto possit agi ciuiliter & criminaliter? & breuiter dic q non per tex in l.interdum.ff.de pub.iudi.& in l.2.§.1. ff. ui bono.rapt.diuersis autem respectibus an agi possit, distinguitur, ut plenè no.per Gandin.in titu. qualiter fiat accusatio, uer.sed pone, & per Cy.in l.1.C.quando ciui.ac. præiu.cri. Aut ambæ actiones competunt pro re familiari. id est, pro eo quod abest ex substantia actoris, aut competūt simpliciter ad uindictam. Primo casu una intentata potest alia intentari, nec una tollitur per aliam, ut d.l. 1. Secundo casu una tollitur per aliam, sicque una intentata remanet alia sublata, ut d.l.senatus, & l.prætor ait.§.1. ff. de iniu. Nec præmissis ob.l.interdum.§.qui furem. ff. de fur. ubi tex.probat q ciuilis & criminalis possunt eodē libello proponi. Quia respondetur secundùm Cy.in d.l.1. q ille est casus specialis & singularis, ut ibi not. Regula autē est in contrarium. Alij dicunt q sic ibi de facto contingit, non de iure. Alij dicunt quòd ibi fur fuit deprehensus cū re furtiua, & iudex statim præcepit iuris ordine prætermisso rem restitui, sicq; de facto potius quàm de iure fuit prælitus auditus per iudicem super utroque, quam sol.sequitur Gandi.sed Bar.in d.§. qui furem, dat nouam practicam ac nouum intellectum in hac materia: dicit enim, quòd aliquando ciuilis & criminalis proponuntur principaliter, & tunc nō possunt successiuè intentari, ut dictum est, nec simul proponi eodem tempore, ut d l.interdum.ff. de publi. iu. aliquando criminalis proponitur principaliter, sed ciuilis incidenter, & tunc vtriusque concursus admittitur & toleratur, sicque loquitur d.§.qui furem. secū dùm eum, quam opi.confirmat per tex.in l.3.§. si dicatur, ff. fin. regum. unde per hoc secundum eum substinetur libellus quo dicitur. ¶ Peto talem puniri de tali furto uel rapina rei mihi subtractæ & ipsam rem mihi restitui, nam hæc restitutio venit incidenter iudicis officio, unde ille qui fuerat prius iudex solius causæ criminalis. ut l. solemus.§.latrunculator. ff.de iud.erit huiusmodi incidenter iudex competens, licet sit ciuilis secundum eum, arg.in l. medicus.ff.de uar.& extraor.cog. & l.pen.ff. de calum.& l. quod euitandi.C.de cōdi.ob tur.ca. quæ omnia locum habent etiam si iudex procederet per uiam inquisitionis secundum Mar.de Fano.ut refert Cy.in l. si quis homicidij. C.qui accu.non pos.quam opi.Bart. credo omni æquitati consentaneam tam dirimendarum litium.l. ut quidam extimauerunt. ff.si cert. peta. quàm ut circuitus & pluralitas processus euitetur, ut l.dominus testamento. ff. de condit.

31 inde. † Vlterius quæritur iudex acccusatione porrecta, vel inquisitione formata, qualiter procedere debeat, respondetur quòd citare debet reum, ut ueniat responsurus * * inquisitioni uel accusationi, ut C.de requi.rei.l. prima. in fin.& ff.de cust.& exhi.re.l.1.& per totum, & si quidem comparuerit, tunc audiet iudex eius excep. tam declinatorias quàm peremptorias, sicut fit in ciuilibus causis, ut traditur in l.excep.C.de proba.& l.fin. C.de excep. & l. si maritus.§.præscriptiones.ff.de adul si uero contumax fuit tunc secundùm ius commune faciet descriptionem & annotationem omnium bonorum suorum secundùm formā l.inter prouinciam.ff. de bon.præscrip.de qua proscriptione postea fiet ipsi reo notitia per iudicē, per eius literas, & si quidem comparuit inf.a annum uolens iuri parere, tunc ipsa bona recuperat, & auditur ad omnem eiusdem defensionem: si uerò comparere contempserit, tunc eo ipso anno illa bona perdit & applicantur fisco iure pleno in pœnam suæ contumaciæ. non tamen per hoc reputatur pro confesso de crimine, sed super eo ad eius accusationē fiendam auditur perpetuò, ut hæc omnia habentur, & plene traduntur in l.1.ff.de requi.re.& in d. l.diuus. ff.de cust. & exhi.re. & per Gandi. in titu. quid sit agendum reo absente & contumace. Duo ergo sunt articuli examinandi. Primus est, quid fiendum sit pro reo comparente. Secundus, quid seruandum sit ipso reo in contumacia perseue-

32 rante. † Circa primum quando reus comparet debet iudex ultra prædicta quærere ab eo ueritatem super crimine de quo inculpabatur, & si quidem confiteatur crimen & se culpabilem, non est aliter disputandum, sed in eum ferenda est sententia, quia in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, ut in l.proinde.ff.ad l. Aqui.

33 l.1. C.de confe.& l si debitori. ff. de iu cum fiscal. † In hoc tamen oritur tale dubium, an sufficiat ad condemnationem unica confessio rei, super quo glo.sunt contrariæ, nam glo.in l.1.ff.de cu.& exhi.reo & l.si quis in ea.C.eo. tit.quòd unica confessio non sufficiat, sed requiritur secūda per quam perseueretur in prima. Idemque sentit glo. in l.prima, §. Diuus Seuerus ff. de quæst. Tu autem secundùm Doct.plenius distingue, aut quis cōfitetur sponte, aut metu tormentorum. Si sponte, tunc sufficit una confessio, & sic loquitur gloss. pro parte superius alleg. * Si uerò metu tormentorum * requiritur secunda confessio spontanea primæ confirmatoria, ut probatur in l. si confessus.ff.de cust.& exhi.re.& in l.1.§.quæstio.& §. sed an vltro.ff.de quæst.quam opi.sequitur Azo in sum. de confess. §.item habetur, in fin.& Bartol in dicta l.prima, in fin. de cust.& exh.& plenè per eundem in dicto §. Diuus Seuerus. & per Gand.in tit. quis sit effectus quæstionis. ubi autem reus negat se culpabilem de delicto, tunc procedet iudex ad recipiendum probationes & indicia: & si quidem probabitur plenè & clarè de delicto, condemnabit eum, nam in criminalibus quò ad condemnationem debent esse probationes luce clariores, ut l.sciat.C de prob. facit l.2.cum ibi no.C.quo app.non reci. Si autem probationes non sint plenæ & claræ, sed quædam indicia & semiplenæ probationes, tunc considerabit iudex qualitatem criminis, an sit leue, uel graue, & quæ, & qualia sint indicia, & an sufficiant ad torturam uel non, ut l. absentem, in prin.& in l.aut facta.ff.de pœ.& infra dicam. Interim autem pendente huiusmodi processu si sit pro delicto imponenda pœna corporalis, tūc reus detrudetur in carcerem; si autem sit solùm imponenda pœna pecuniaria, tunc da- * tis idoneis fideiussoribus * relaxabitur, ut hæc habentur in l.si confessus.& l.diuus.ff.de cust.re. Fallit autem in muliere, quæ si non potest dare fideiussorem, statur suæ iuratoriæ cautioni, in auth.ut null.iud.§. necessarium. cum autē pro delicto quis est carceratus, tenet iudex infra mensem causam expedire, ipsum relaxando, uel condemnando, ut

34 in l.fi.C.de cust.re.† Superest nunc quærere, an pro omni crimine possit quis torqueri extantib.indicijs? & eum, quia non

non extantibus legitimis indiciis, non debet quis regulariter subiici tormentis, ut l. 1. post princip. & l. vnius. §. in ea causa. ff. de quaesti. & breuiter dic, quòd si loquimur in seruo, tunc ille potest arbitrio iudicis subiici tormentis, tam in causa pecuniaria, quàm criminali, licèt non sic de facili in causa pecuniaria sicut in criminali, ut habetur & no. in l. diuus. ff. de quaesti. Si uerò loquimur in libero homine, tunc in causis ciuilibus nullo modo torquendus est, in causis autem grauibus tantum torqueri potest, in leuibus autem criminibus nequaquá, ut habetur in l. edictū. ff. de quaest. & ibi per Docto. & Bart. in l. diuus. ff. de quest. & Gandi. in tit. de quaest. & tormētis, uer. ex quibus autem
25 causi, & not. in l. prima. C. de quaest. cum sim. † Quae autem sint leuia crimina, traditur in l. leuia. C. de accu. vnde malè faciunt nonnulli officiales qui ut rapiant pecunias & extorqueant, pro quibusdam leuibus iniurijs uerbalibus, uel etiam actualibus, puta detractione capillorum, vel rebutatione, aut tractu alicuius leuis lapidis sine per-
26 cussione, faciunt inculpatum poni sub tortura. † Post haec quaeritur, quae & qualia sint & esse debeant indicia, ut quis per illa possit subijci quaestionibus, & tormentis, dicendum est secundum Docto. quòd in hoc non potest dari certa regula, sed haec omnia relinquuntur discretioni & arbitrio iudicantis. argum. in l. 4. ver. tu magis. ff. de testi. Barto. tamē in l. qui sine. ff. de quaestio. & Gand. in tit. quid praece. debe. quaestio. in tit. de praesump. & in tit. de ind. & Cyn. in l. fin. C. de quaestio. dant aliqua exempla, inter quae
b ponitur illud, quando reus fugam arripuit, nam [b] fuga facit eum suspectum, & ideo secundùm Dyn. est sufficiens indicium ad torturam, ut per eum nota. in l. impuberibus. §. fi. ff. de suspect. tut. & pro eo facit. l. 1. & 2. de requi. reis, & in Auth. de coll. §. super hoc sancimus, cum §. sequenti. collat. 9. In contrarium tenet Iaco. de Belui. in §. iubemus autem. in fi. d. Auth. de colla. opi. autem Dyn. uerior est secundum Barto. & Doct. ut per eum no. in l. lege Cornelia. ff. ad Sil. & per Cy. in l. vnica. C. de rap. virgi. & d. l.
27 qui sine liberis. ff. de quaestio. † Dubitari autem consueuit, an requirantur plura indicia copulatiuè, ut quis possit subijci torturae, uel vnum indicium? super quo idem Barto. in d. l. quae sine, ita distinguit. Aliquando indicium est propinquum negocio, de quo quaeritur respiciens principaliter ipsum v. g. vnus testis de uisu, uel confessio facta per reum extra iudicium, & tunc sufficit vnum tale indicium ad torturam. ut no. per glo. in l. capite quinto. ff. de adul. aliquando indicium est remotū nec respiciens principaliter ipsum factum. v. g. quòd reus est homo malae famae, & similia, & hoc casu requiruntur plura indicia, nec sufficeret vnum, & ita loquuntur omnia illa iura quae de indiciis in plurali loquuntur, de quibus in d. l. 1. in princ. &
28 l. vnius. §. 1. & l. qui sine. cum si. ff. de quaest. † Quaeritur
c autem per quot testes [c] debeat probari indicium? dic quòd vbicunque indicium est propinquum facto, tunc probatur per vnum testem, qui deponat de uisu: si uerò sit remotum, tunc requiruntur duo, secundum Barto. & intellige quòd vnus facit indicium si sit omni exceptione ma-
* ior, * quia non debet esse uilis. l. 1. §. idem tor. & ibi Barto. ff. de quaestio. per ea quae no. per eundem Barto. in l. 1. §. diuus, & in l. maritus, in prin. & l. diuus. ff. de quaest. ar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. uer. uenio ad quartum &c.
29 † Sed nunquid de his indiciis sit danda reo copia ante torturam? dic quòd sic, & eidem terminus assignandus ad faciendum defensionem eius, ne tormentis subijciatur. licèt hoc malè obseruent isti moderni latrunculatores, ut haec habentur, & not. in c. qualiter & quando, extra de accus. & ibi not. per Inno. & Io. And. & per Barto. in d. l. qui sine. facit. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quaestio. & per Gandi. in tit. utrum torquendo sit danda defensio. & si quidem ista indicia fuerint super generali inquisitione recepta, non praeiudicabunt ipsi reo, contra quem postea specialis inquisitio est formata, quia eo non specialiter citato, uel admonito fuere recepta, arg. in l. si quando. C. de testa. secundum Barto. ubi supra. licet autem iudicis arbitrio cōmissum sit praecedentibus legitimis indiciis, posse procedere ad torturam, non tamen sic inconsultè procedere debet, ut dignus fieri possit reprehensione, sed cum magna temperantia torturam adhibere, ut in l. quaestionis modus. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestio. nam si debitum modum excederet, litem suam faceret, & puniendus
d esset pro qualitate criminis, [d] doli, & culpae secundum
30 Guid. de Suz. & per Gandi. ut per eos plenè not. † An iudex teneatur si reus defecerit in tormentis, ut quia membrum debilitauit, uel simile quid? argum. ad hoc quòd sic in l. apud Labeonem. §. quaestionis uerbo. ff. de iniu. & §. sed & si iussu, quorum opin. sequitur Barto. in d. l. questio
31 nis modus & Cyn. in l. Grachus. C. de adulte. † Quid ergo dicendum si reus adhibita semel tortura nihil uoluit de crimine se culpabilem confiteri, die autem sequenti vel iterato iudex vult eum torqueri, queritur, an possit, Docto. communiter. vt refert Cyn. in d. l. fina. C. de quaestio. & Gandi. in tit. utrum possit quaestio repeti. sic distinguunt, aut post primam torturam superuenerunt noua indicia fortiora prioribus, & tunc poterit iterum torqueri: aut nulla superuenerunt noua indicia, & tunc non pote-
e rit torqueri amplius, ut traditur & not. in l. repeti. [e] ff. de quaest. & l. vnius. §. fin. ff. eod. sed Barto. in d. l. vnius. §. 1. voluit aliter distinguere, & ita dicit seruari in practica. Aliquando sunt contra reum plura indicia leuia & remota, & tunc habet locum distinctio antedicta, aliquando sunt contra eum plura indicia propinqua & manifesta, puta testes de uisu & sim. & tunc licet super istis indiciis fuerit semel tortus, tamen super eisdem etiam non superuenientibus alijs torqueri poterit. & sic debet intelligi. d. l. repeti. & l. diuus. §. primo, semper tamen cum debito moderamine, vt dictum est: & si in tortura crimen confessus fuerit, non ex hoc confessio sibi praeiudicabit, sed necesse erit postquam depositus fuerit à tortura quòd die sequen-
f ti [f] sponte perseueret in ipsa confessione, ut habetur & not. per Barto. in l. prima. §. Diuus Seuerus, & §. si quis ultro. ff. de quaestio. facit quod not. in l. 2. C. de custo. & exhi. reo. & l. 2. C. quo app. non reci. & plenè per Gandi. in titu. vtrum torquendo sit danda defensio & in titu. quando dicatur confessio facta formidine tormentorum. & per Cy. in l. fin. C. de quaestio. Et quia in superioribus dictum est ex superuenientibus indiciis nouis, quòd repeti potest tortura, quaeritur quae dicantur noua indicia? ad quod breuiter respondeo, quòd noua indicia dicuntur illa quae differunt à prioribus specie & substantia. v. g. priora erant de mala fama rei, quòd erat inimicus occisi & similia. superuenit postea vnus testis, qui dixit se uidisse illum percutere reum, uel alius dicit se uidisse illum aufugere cum gladio euaginato, talia enim indicia appellantur noua, quae differunt à prioribus specie uel substantia, sicut dicimus in capitulis nouis & antiquis, ut traditur in lege per hāc. C. de tempo. appell. & in cap. fraternitatis, extra de testi. & ex hoc reprobata fuit de facto fatuitas cuiusdam iudicis, qui post primam torturam adhibitam propter indicium famae, dum superuenissent noui testes qui deposuissent famam esse contra reum, adhuc repetijt contra eum torturam. Nam isto casu non superuenit nouum indicium, sed sola noua probatio praecedentis indicij nouiter facti, quod indicium famae fuerat ex praecedenti tortu-
32 ra purgatum, quod tene menti tu iudex. † Nunquid autem iudex ex officio suo parte negligente testes producere poterit in his causis criminalibus ad probationem criminis, & à seipso testes recipere, determinat Bart. quòd sic, per not. in l. prima, in fin. ff. de quaestio. & in lege secunda. §. si publico. ff. de adult. & in lege quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. facit. l. 2. C. de abolit. et post didicita alia testificata, ar. in c. cum clamor, extra de test. & ibi per Innoc. & Io. An. in d. c. fraternitatis, de testi.

23 † Rursus quæritur, quia in præcedentibus tactum est reo comparente debet in carcerem detrudi; si pro delicto imponēda est pœna corporalis, alias secus, quæritur apud aliquos, quid si pro delicto imponenda est pœna duplex alternatiue non dico copulatiuè, quia tunc non haberet quęstio dubium, quarum vna est pecuniaria, alia corporalis. v.g. dicit statutum quòd qui percusserit aliquem in palatio cōdemnetur in mille flor. uel in amputatione manus, an hoc casu detrudetur reus in carceribus? Dyn. & Bar. determinant quòd sic, ut no. in l.1. ff. de publ. iud. quia in alternatiuis vtrunque est in obligatione, licet reus solutione vnius liberetur. ut l. illud, de constituta pecunia. & l. cum
24 illud. quando dies leg. ced. cum seq. † Item determinat vbi supra quando pœna corporalis est imponenda conditionaliter in defectum pecuniariæ, uerbi gratia, disponit statutum si non soluerit centum amputetur sibi pes. nam isto casu succedere habet in obligationem pœna corporalis, non soluta pecuniaria, ideoque spectatur quod euenire potest, ut probatur in l.1. §. Item si ita. ff. ad l. falci. & l.2. ff. de pe. leg. Verum ut huius articuli quando & quibus casibus possit quis in carcerem detrudi, plenior habeatur notitia. distingue sic, secundum Bar. ut plene per eum not. in l. sacrilegij. §. cum eo, aliàs incipit l. Labeo. ff. ad l. Iuliam pecu. Aliquando quæritur, an possit capi personaliter & detrudi in carcerem a priuata persona. Aliquando quæritur an possit capi & detrudi in carcerem à iudice, uel per nuncium de eius mandato. Primo casu subdistinguendū est, aut quis priuatus vult illum capere pro debito priuato, ut quia est eius debitor ex causa mutui uel depositi in centum; nec vult ipsi satisfacere, & tunc non poterit sua auctoritate ipsum capere nec detinere. ut in l. non est singulis. ff. de reg. iur. Fallit in casu speciali quando debitor est in fuga, ut in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. c. e. aut vult ipsum capere propter delictum ab eo commissum, & tūnc si sit crimen capitale, uel ex quo est sibi imponenda pœna sanguinis, tunc in flagranti crimine licitū est capere, aliàs secus, ut ꝓbatur in l.1. C. de rap. virgi. & in l. in seruitute. in fi. ff. de fur. & in l. capite quinto. ff. de adulte. dumtamen postquam cœpit ducat ipsum ad iudicem infra 20. horas, si fieri potest, ut d. l. capite quinto, ad quod facit. l. fi. C. de male. & mathe. & l.2. C. de fal. mo-
25 ne. † Secundo autem casu principali quæritur, an hoc iudici liceat, subdistingue, aut iudex vult ipsum capere seu capi facere pro delicto per eum commisso, aut pro debito per eum contracto. Primo casu poterit ipsum capi facere, etiam si esset in domo propria. ut C. de offi. diuer. iudi. l.1. & l. nemo. ff. de reg. iur. & in l. plerique. ff. de in ius voc. Fallit in muliere quæ committitur fideiussoribus in crimine pecuniario. ut d. l.1. ff. de offi. diuer. iud. & in auth.
26 ibi posita. † Si autem vult ipsum capere pro debito contracto, tunc aut debitum est fiscale, & poterit capi personaliter. vt d. l. Labeo. §. cum eo. ad l. Iulia. pecul. sic tamen quòd non includatur in carcerem, sed solum detineatur in platea uel in palatio, ut l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10. nisi forte persistat in nimia contumacia. ut ibi habetur. Aut est debitum priuatū, & tunc aut ipse debitor fuit
✱ semel in iudicio & promisit sistere * in iudicio & nō stetit. & tūc debet capi, ut in Auth. de exhi. reis. §. si uerò quidam. C. quomodo & quando iudex, in l. consentaneum. & ibi no. aut nunquam fuit in iudicio nec sistere promisit, & tunc iudex non debet facere ipsum capi, nisi prius citato vel admonito. ut d. l. consentaneum, cum ibi not. Si tamen velit potest ipsum reali citatione ad se duci facere, non ut eum detrudat in carcerem, uel de domo extrahat inuitum vt d. l. plerique. ff. de in ius vo. sed ut eum respondere cōpellat. Sicque regula est, quòd pro debito priuato nullus est in carcerem detrudendus, nisi prius fuerit per sententiam condemnatus, quo casu poterit in executione sententię detrudi in carceribus donec soluerit, aut bonis suis cesserit.
g 8 Vt habetur in l.1. C. qui bo. ced. pos. idemque poterit detineri si iudicis mandato non obtemperans fuerit per iudicem de inobedientia condemnatus. nam cum pœna applicetur fisco, ut l. mulctarum. C. de modo mulctan. poterit hoc casu de domo extrahi & in carcerem poni. ut not. in d. l. plerique. & l. nemo. ff. de reg. iur. propterea sunt quidā assumentes cautelam, quod quando debitor latitat in domo nec ad mandatum iudicis vult comparere, faciant ipsum condemnari de præcepto spreto, seu de inobedientia, & deinde faciant ipsum inuitum extrahi de domo & incarcerari, & hoc facto poterit pro debito priuato postea re-
✱ commendari & sequestrari, * vt no. per Bar. in l.2. in fin.
27 ff. de custo. & exhi. reo. † Quid autem dices, si aliquis fuit in carcere positus ex vna causa ad vnius instantiam, an poterit ad alterius instantiam recommendari, seu saxiri in eisdem carceribus ex alia causa? distingue, aut prima causa fuit iusta aut iniusta, si fuit iusta subdistingue, ut plenè not. per Bar. in l.2. ff. de custo. & exhi. re. & in quæstio. per
28 eum disputata quæ incipit Lapus. † Videamus aūt de secundo articulo, qui est, quid fiendum sit in reo non cōparente, sed in contumacia perseuerante. Et breuiter respōdetur quòd citandus est, & si non compareat bona eius annotantur, ut supra dictum est, & hoc de iure cōi, sed ex forma statutorum omnium ciuitatū Italię secundùm quæ cōtumax habetur pro confesso de crimine, cessat dicta annotatio, & fertur contra eum sententia, ut per ipsum Bart. not. in d. l.1. de requiren. reis & per Gand. ubi supra in tit.
29 quid sit agendum reo absente. † Sed hic quæritur, pone quod reus citatus comparuit & dedit fideiussores de iudicio sisti & de iudicato soluendo, ut moris est, & sic relaxatus est, deinde iudex iterum citauit eum ad aliquem articulū causæ, qui comparere contempsit, quæritur quale erit officium iudicis, respondet Bar. in l. pen. ff. de quæstio. quod si extat statutum de quo supra, ualet quod contumax habeatur pro confesso. quòd tunc perinde erit ac si nunquam cōparuisset in iudicio, & sic habebitur pro confesso de crimine. arg. d. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. sed iure communi non subsistente dicto statuto, secundum quod nō potest absens diffinitiuè condemnari. ut l. absentem. ff. de pœnis. & l.1. in prin. ff. de requiren. reis, deberet iudex contra eū procedere pignoribus capiis, & mulcta indicta ut no. per
30 glo. in d. l. pen. † Sed pone quòd reus aufugit super alie-
✱ no territorio, an poterit iudex criminis ipsum citare? * videtur quòd non, per tex. in cle. pastoralis. de re iudi. sed debebit scribere literas illi iudici super cuius territorio habitat, ut eidem præcipiat, quòd coram suo iudice compareat, ut d. l.1. ff. de requirend. reis. Cyn. tenet quòd uerbalis citatio fieri possit in alieno territoritorio, sed non realis, vt l. omnes. §. si uerò apparitor. C. de episco. & cleri. l.2. C. de offic. prætori. cōiuncta Auth. ut nulli. iudi. §. si uero, quę est auth. si uero crimini, posita. C. de adul. quam opin. sequitur Gandi. in tit. de citatione reorum, Bartolus autem qui fuit lumen legum aliter dictæ clementi. respōdet. quē omnes sequuntur in d. l.1. dicit enim quòd ibi loquitur in eo qui citauit in territorio illius, cuius ipse citans erat suppositus, nam Imperator de quo ibi loquitur, est suppositus Papæ, sed si esset aliquis iudex qui non esset suppositus
31 tunc procederet opin. prædicta. † Ex his potest non improbabiliter quæri de eo quod seruetur in partibus Fran-
✱ ciæ & Alemaniæ, an reus confugiens ad ecclesiam, * puta homicida, uel latro, & similes possint ab inde extrahi, & realiter per iudicem secularem citari, & uidetur quòd non, per tex. in l. prima. C. de his qui ad ecclesiam confug. & in cap. fin. extra de immu. eccle. cum similibus, & ita bene prudenter obseruat Italia, quæ est omnium prouinciarum domina, in qua residet monarchia omnisque uirtus scientiarum & fructuum affluentia, & locorum & ciuita-
32 tum pulchritudo & magna copia. † Amplius quærit ecce quod reus citatus dicit, quod libenter comparebit, sed vult ante omnia quòd iudex det sibi fidantiam, & saluum conductum

ctum, an dari debeat? Barto.in l.is qui reus.ff.de publ.iu-
dic.& in l.1.ff.ad leg. Iuliam maiesta. determinat quòd sit
in iudicis arbitrio dare, uel denegare, inspecta qualitate
personæ,& delicti,ar.d.l.is qui reus,cum glo.de qua quæ-
stione etiam tangitur per Cy.in l.præsenti, in fi. C. de his
qui ad ecclesiam confug.& per Guil. de Cun. in l.1. ff. de
dolo,& per Iac.de Belui.in Auth.de man.prin.§.sed neq.
33 colu.4. † Insuper quæritur. Ecce quòd citatus est reus,
nec uenit,sed procuratorē misit, quæritur an sit excusatus,
vbi breuiter conclude, quòd licèt in causis ciuilibus suffi-
ciat regulariter mittere procuratorem,ut l.1.§.usus. ff. de
procur.cum multis ll. seq. attamen in criminalibus aliter
distinguitur,aut est tale crimen, ex quo uenit imponenda
pœna maior relegatione,& tunc non excusatur mittendo
procuratorem,sed ipse personaliter debet uenire: aut est
imponenda pœna minor relegatione, & tunc excusatur,
vt plenè traditur per tex.& per gl.& Doct.in l.seruū quo-
que.§.publicę.ff.de procur.& l.pe §.ad crimen.ff. de publ.
iudi.& per Gandi.in tit. utrum procurator in maleficiis in
terueniat.ut per Cy.& alios in l reos.C.de accus.nec suffi
ceret in causis criminalibus quòd procurator haberet ge-
nerale mandatum,sed debet esse speciale & expressum ad
causas criminales,ut no.Innoc. in c.super his, in vlt. glo.
extra de accu.& Io.An.in cle. 2. extra de procur. sic ergo
in crimine,in quo esset imponenda pœna pecuniaria tan-
* tùm,bene admittitur procurator, * vt d.§.publicę. secus
autem si imponenda esset pœna corporalis, & prædicta
locum habent de iure communi secundum quod absens
34 non potest damnari:ut l.absentem.ff.de pœn. † Quid er-
go dicemus hodie secundùm statuta ciuitatum per quæ
absens in causa corporali & capitali potest condemnari,
an poterit procurator admitti, & comparere ad plenam
defensionem ipsius rei,dic ut refert Cy.in d.l.reos, de ac-
cu.ubi determinat quòd sic, quia hoc casu cessat ratio iu-
ris communis, quæ est quòd absens nec eius procurator
possunt cōdemnari,nam, ut dictum est,hoc casu ex forma
statuti potest damnari, & sic per consequens debebit eius
procurator admitti,& pro hac opi. facit tex.ad literam in
d.§.public.,ibi {Vbicunque absens condemnari pōt &c.}
Barto.autem in d.§. ad crimen dicit quòd nullus procura
torio nomine huius absentis admittendus est per tex.d.§.
ad crimen, sed tanquam quilibet de populo ad allegandū
causas absentiæ & innocentiæ bene admittēdus est,ut d.§.
publicę.& idem not.in l. ad reprimendum,in gloss. super
verbo, uel legitimè. tamen iudices maleficiorum nolunt
35 aliquem audire qualitercunque ueniat. † Sed quid si per
statutum imponitur pro crimine homicidij pœna pecunia
ria tantùm,ut est in aliquibus terris,an admittetur pro ab
sente procurator,uidetur in dubio ꝙ sic,per tex in d.§. pu
blicę ubi regula traditur,ꝙ in pœnis pecuniarijs procura
tor admittitur, de qua quæstione plenè traditur ꝑ Gand.
in tit. vtrum procurator in maleficiis interueniat, & per
Bar.in d.§.ad crimen,& per Dyn. secundum quem in hoc
sic est distinguendum.aut per statutum imponitur hęc pœ
na pecuniaria pro homicidio purè & simpliciter, & tunc
admittitur procurator ratione prædicta,ergo pari ratio-
ne debet admitti in quæstione proxima præcedenti, & sic
erit uera opi.Dy.Aut hęc pœna imponitur purè,& corpo
ralis sub conditione,uel è contra corporalis purè,& pecu
niaria sub conditione,tunc nō admittitur procurator, cū
his casibus pœna dici possit capitalis secundum doctrinā
Bar.traditam in l.2.ff.de publ.iud. & supra dixi. Amplius
quæritur quid si pater compareat ad plenam defensionē
filij in cā capitali,an debeat audiri,uidetur ꝙ nō,per text.
in d.§.ad crimen.Gandi.autem in d. tit. refert opinionem
Guil.de Suza. qui tenet patrem debere audiri si satisdedit
de filio repræsentando,si eum contigerit in cā succumbe-
re,aliter non,ut plenè not. ibi. Postremò circa præmissa
quæritur, quid si iudex formauit processum de sola per-
cussione,& de ipsius percussi morte dubitatur, an procu-
rator poterit interuenire? Dicunt quidam quòd sic,cū pro
testatione si non apparuerit vulnus esse mort.le. Bar.autē
in l.prætor ait.§.damni.in prin.ff.de dam.infe. dicit ꝙ aut
ex eodem processu potest sequi condemnatio de morte,
& tunc non est audiendus procurator:aut nō potest sequi
super morte condemnatio, & tunc absolutè audiri debet,
36 sine protestatione ut ibi. † Sequitur nunc uidere quali-
ter de crimine cognoscatur per exceptionem, ubi aduer-
tendum quòd uariis modis opponitur exceptio criminis;
quandoque enim opponitur contra accusatorem allegan
do ipsum esse homicidam,uel adulterum, aut lenonem,&
sim.ut habetur in l.2.§.si publico,& l.si uxor.§.si iudex. ff.
de adul.quandoque opponitur contra testes; quandoque
contra instrumenta; quandoque contra electū ad officiū
aliquod,uel dignitatē,in quibus casibus quæritur, an pro-
bato crimine sit ille condemnandus,circa quod sic distin-
gue. Aut exceptio criminis fuit similiter opposita ad finē,
& intentionem repellendi criminosum ab accusatione,
vel officio,seu dignitate, uel testem à testimonio, aut in-
strumentum à probatione, quod est cum hac forma oppo
nendi,ita se habet.domine iudex,dico ꝙ talis qui me accu
sauit non est audiendus in sua accusatione, quia est leno,
uel adulter. & sim. uel dico ꝙ tali testi non est præstanda
per uos fides,uel tali instrumento, quia ipse est falsarius,
vel periurus,aut homicida, & instrumentum est falsum,
& sim.& sic solum exceptio proposita tendit ad repellen-
dum,& tunc licet probetur crimen, tamen criminosus nō
condemnabitur,sed solùm ab accusatione,uel testimonio
& probatione repellitur. Aut exceptio criminis fuit oppo
sita etiam ad finem, & intentionem criminosum puniendi
uel condemnandi, quod est si dicatur,domine iudex, ille
non est audiendus in sua accusatione,uel eius testimonio,
aut tali instrumento fides præstanda tali de causa,ut supra
dictum est, petens & requirens per uos ipsum puniri de
crimino per me obiecto.&c.& hoc casu non solùm crimi-
ne probato repelletur,uerum etiam punietur,ut hæc om-
nia habentur & traduntur in c.cum dilectus.§.fin.extra de
ord.cog.& in l.Lucius,& ibi ꝑ Doc.ff. de his qui no. infa.
facit.c.ex parte,extra de test. & extra de simo. c. licet he-
ly. secundùm quam distinctionem potest intelligi. d.§. si
publico.& l.quoniam Alexandrum. C. de adulter. de quo
articulo plenè uide per Bar.in d.§.si publico,& per Cy.in
l.ubi.C.de fal.& quod habetur in c.1.& 2. extra de excep.
Sed pone quòd contra instrumentum quo mediante à me
petebantur mille, opposui exceptionem falsi ad finem pu
niendi,iudex tamen me condemnauit super debito,sed su
per falso,uel uero instrumento nihil declarauit, quæritur
an agendo criminaliter possim accusare instrumentū ite-
rum de falso. Dyn.determinat ꝙ non,quia super eode de-
licto non est sæpius quærēdum & disputandum,ut l.licet,
in fi.ff.nau.cau.stab.& 23.q.5.c.quid ergo & eodem mo-
do si in executione sententiæ uelit quis postea adhuc repe
tere quæstionem falsi, non debet audiri secundum eū, ar.
in l.qui cum agnitis,cum ibi no. ff. de exce. & eorum quæ
not.in l.1.C.si ex fal. instr.& in l.fi.C.de fide instru.& uide
super hoc quæ plenè not.Gand.in tit.qualiter de crimine
cognoscitur per exceptionē.& per gl.in c. licet, extra de
prob.& per Bar.in d.§.si publico,& per Cy.in d.l.ubi,& l.
37 qui sepulchra. C. de sepulchro vio. † Si autem secundū
aliquos fuisset opposita hæc exceptio falsi ad finem tan-
tùm repellendi actorem, & non puniendi, & tunc senten
tia lata contra me in principali negocio, non impediret
criminaliter de falso agi in alio iudicio. arg. in l.1. §.1. ff.
vi bono.rap.& quod not.in l.1.C.quan.ciui. ac. præiu. cri.
39 † Transeamus nunc ad articulum quando proceditur
super crimine per denunciationem,de cuius materia ple-
nè tangitur & not. in lege diuus. ff. de custo. & exhib. re.
per Barto.in l.ab accusatione. §. nunciatores.ff. ad Tur-
pil. & lege prima. C. de cu. libr. 12. & lege ea quidem, &
ibi not. per Cyn. C. de accu. vbi aduertendum, quòd de

iure canonico, quilibet qui bono zelo mouet ad denunciandum, audiendus est, si prius denunciatum admonuerit ut se corrigat, ut tr. dit in c. qualiter & qñ, extra de accu. & in c. cum Io. & An. extra de re iud. & in c. licet hely. extra de sim. De iure at ciuili admittuntur ad denunciandum soli officiales specialiter & ad hoc deputati, ut lege diuus, & quod no. per Cy. in l. ea quidem. C. de accu. quia eo iure nemo sine accusatore inculpandus est, ut l. si. C. de accu. & l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mu. & hon. Cùm autem quis denunciatur de crimine, tunc de iure ciuili super denuncia. formanda est per iudicem inquisitio in qua narrabit iudex quomodo propter denunciam per talem officialem dictam procedere ex officio intendit & c. ut communiter seruatur in practica, ut plenè per Cy. in d. l. ea quidem. De iure autem canon. pót iudex dupliciter procedere, uide licet per inquisitionem modo quo supra, uel super simplici denuncia, ac si accusatio esset producta. ut habetur in d. c. licet hely. quod sequitur Bar. in d. l. diuus. eo autem casu quo procedit iudex super sola denunciatione, tunc contra denunciãtem possunt opponi omnes illæ exceptiones quæ possent opponi contra accusatorem, secundum Bar. ut probatur & notatur in c. in omni negocio, extra de testa. & in cap. super his, extra de accus. cum sim. & si apparuerit denunciantem calumniosè denunciasse, puniendus erit per iudicem pœna extraordinaria. ut d. l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turpi. & d. l. ea quidem, & in c. si. extra de calum. & amplius in expensis litis, ut no. per Cyn. in l. seueriter. C. de excu. tu. & per Bart. in l. senatus. §. an & eos. ff. ad Tur. & Barto. in l. sancimus. C. de iudi. facit quod habetur. in l. 1. C. de sum. recupe. libr. 10.

39 † Nunquid autem istis officialibus deputatis ad denunciandum sit credendum, Barto. in d. l. diuus. sic distinguit. Quædam sunt crimina grauia, & in istis non creditur eis. Quædam sunt crimina leuia, & in his credendum est eis, sicut in officialibus deputatis ad custodiam pratorum & vinearum; tamen in hoc attendi debet forma sui officij, nam quandoque sunt deputati ad referendum ea quæ re ipsa inuenerint, & tunc creditur eorum relationi. argum. in l. 1. §. quies. ff. de offi. præfe. vrb. quandoque sunt deputati ad referendũ delicta quæ auditu uel fama percipiunt, & tunc non creditur eis, nisi eatenus ut iudex possit super tali relatione inquisitionem suam formare. ut d. l. diuus, & l. ea quidem. Quam distinctionem tetigit Gand. in titul. qualiter de malefic. cognoscitur per denunciationem. & Cyn. in d. l. ea quidem. ibi uide. Descendo ad quartum articulum, qui est cum de crimine cognoscitur per inquisitionem. vbi notandum, quòd, ut prædictum est, omnis inquisitio in causis criminalibus regulariter est prohibita de iure communi, licet ex forma statutorum sit regulariter permissa, nisi in certis casibus notatis in d. l. 2. §. si publi-

40 co. † In ciuilibus autem causis est omni iure prohibita, cùm in eis procedendum sit per uiam actionis, ut Insti. de act. per totum & l. edita. C. de eden. ff. eo. l. 1. in prin. secundùm quod determinat Inno. in c. ad nostram, extra de iureiu. nisi in aliquibus casibus specialibus ibi per eum not. inter quos est ille, quãdo inquiritur de iuribus principis,

41 vt l. 1. & l. pen. C. de bo. va. lib. 11. † Est insuper sciendum * quòd inquisitio * quæ fit in causis criminalibus est duplex vna generalis, quò ad personas & delictum, quam faciunt officiales in ingressu sui officij, de qua loquitur lex congruit. ff. de offi. præsi. cum si. ibi no. Alia est inquisitio specialis quò ad personas & delicta, de qua loquitur præsens forma. & plene per Bar. in d. §. si publico, & per tex. & glo. & Innoc. in c. qualiter & quando, & c. inquisitionis. extra de accus. & in d. c. licet hely. extra de sim. & per Gand. in d. titu. quomodo de malefic. cog. per inquisitionem, in qua quidem speciali inquisitione procedendum est per iudicem ordine inferius annotato in glo. super uerbo famã publica.

ADDITIONES.

* Metu tormentorum. Adde quæ de confessione inquisiti tam in tormentis, quàm extra, scribit Rol. consil. 3. consil. 17. lib. 3. & ibi nu. 18. quid de confessione qualificata, cui Adde, quòd etsi confessio facta coram incompeten. iudice, faciat indicium ad torturam secundum communem, limitatur tamen, ut locum non habeat, quando coram competen. iudice ante torturam ea fuit reuocata, secundũ Bal. in l. 1. col. pen. in fi. C. de confess. Rol. consi. 31. ubi dicit cõmunem. nu. 17. lib. 3. ubi dicit cautum esse debere torquen. vt dicat, se expressè reuocare dictam confessionem, quia ea reuocatio ualebit etiam non docto de errore, sequitur Ias. in l. magistratibus. colu. 2. ff. de iur. om. iud. Ferrar. cautel. 27. Rol. d. consi. nu. 19. post Rom. consi. 167. ubi pulchrè in materia. Mauer.

* Idoneis fideiussoribus. Adde Olasc. decis. 18. ubi an captus pro crimine cuius pœna est pecuniaria, & in eius defectũ corporalis, an relaxari debeat fideiussoribus, & post plura ibi num. 4. dicit senatum censuisse, reum esse relaxan. mediò fideiusso. um immobilia possidentium saltem pro cõcurren. quantitate, & cum conditione, quòd si contingeret ordinari reum esse exhibendum, & non exhiberet pro cõuicto haberetur, tam respectu partis lęse quàm fisci, qua in materia, Adde Ang. i ac. malef. uer. quòd fama publica. q. 11. nu. 67. & seq. Bar. in l. eos. §. super his. C. de appell. Gril. de relax. carcer. tit. de fideiussor. reorum.

* Omni excep. maior. Adde Rol. consi. 3. nu. 38. consi. 11. consil. 37. per totum. lib. 3. ubi pulchrè in materia indiciorum, & torturæ, & quomodo in eis testes faciant indicium & probationem, cui Adde, quòd iudices torquen. indebitè inquisitum, pœna capitali puniri debeat, secundum communem, per Rol. d. consi. 12. num. 7. 34. lib. 3. & si torqueãt aliquem nullis præceden. indicijs, ibi d. consi. nu. 31. 32. 34 & seq. ubi ponit amplia. ad reg. quòd tortura non potest dari nisi præceden. legitimis indicijs, ibi nu. 36. 37. & qui testes non faciant indicium, uide ibi, & consi. 17. lib. 3. & quod confessio ex ui torturæ extorta, nullis præcedentibus indiciis, nullius sit roboris, nec præiudicet inquisito etiam si ratificata fuerit, communem dicit Rol. d. consil. 12. num. 90. 91. usque ad 96. ubi ponit amplia. lib. tertio.

* Citare. Adde Bar. in l. 1. §. præsides. nu. 3. ff. de req reis. Ias. in l. extra territorium. nu. 24. ff. de iur. om. iud. & an, & qñ valeat citatio facta extra territorium, dic, ut per Aret. cõsil. 135. col. vlt. Mauer.

* Responsurus. Adde, quid de responsione, uel confessione facta in criminali quomodo debeat intelligi ut præiudicet, uel non obsit respondeñ. & quid quò ad qualitates an & quomodo sit facienda relatio, & uide Ias. in l. si cui serui. §. si à filio. ff. de leg. 1.

* Quando debitor est in fuga. Adde, quid de occultante debitorem: ne capi possit, an teneatur ad omne damnum & interesse creditoris, & dic, ut p Ias. in l. 1. §. quod prætor num. 7. ff. ne quis eum qui in ius voc. ubi etiam. nu. 6. quid in eximente seu retineñ. uiolenter uocatum in ius, & ibi num. 8. quid de eo, qui est causa, quòd debitor alicuius fugiat, quid in eximente aliquem à carceribus uel facień. aufugere carceratos, tam pro causa ciuili, quàm criminali vide in d. §. quod prætor. num. 12. & in eximeñ. aliquem de manu familiæ, uide Hypol. sing. 137. & loquitur in debito ciuili, Euerard. lib. Arg. loco à fisco ad eccl. in criminali uerò not. idem sing. 273. Alex. consi. 35. lib. 2. Ias. in l. j. §. is uidetur. col. fi. ff. si quis iud. non obtemp. Mauer.

* Promisit sistere. Adde quid si debitor in instrumento expressè conuenit, quòd si non soluerit in termino, possit incarcerari, præsupposito quòd tale pactũ ualeat, dic quòd hæres debitoris quamuis non soluat, non poterit uigore talis pacti incarcerari, secus est in statuto, quia statutum loquens de incarcerando debitore, locum habet etiam in eius hærede, iux. no. per Ias. in l. si decesserit. nu. 13. ff. qui satisd.

tisd.cog.rationes uide ibi.nu.14 cui Adde, Alex.con.188. num.2.lib 1.consi.18.col fi.post med.lib 6.consi.96.lib.4. Nat.consi.29.col.8.num.10.& seq.consi.430. Boer. q. 10. par.1. Soc.consi.14.col.1.lib.3.Bard. trac. de temp. util. & conti. c.12.num.5.quibus in locis declarant articulum,in materia autem capturæ, & quæ ad illius concessionē con currere debeant,uide Nat.consi.29. consil.31. consil.430. col.pen.& etiam col.3.& 4.post Rom.cons.310.Dec.con sil.75.doc.in apostil.ad Prac.Bonacur.tit. de recusa. nu.3. Neuiz.consi.52.Ias.in l.si arbitro.ff.qui satisd.cog. Lanfr. in c. quoniam contra, titul. de recus. à num.5. usque ad 8. quam capturam non posse committi aut concedi nisi prius facta excussione bonorum debitoris,sc ibit Alexan. consi.159.col.fin.lib.2.ubi num.7.loquitur de recommen datione carcerati,pro qua uide Bar.in l. tutor. §. tutores. num.3.ff.de suspec.tut. Rob. de ord. iud. c.29. num.58.ꝙ autem debitor suspectus de fuga capi possit, etiam pendeñ.lite not.Ias.in l.si ab arbitro.num.6.ff. qui satisd. cog. Bauer.trac.de mora.par.3.§.condescendo. num.13. Rip. in c.1. num.88.de iudi.ubi ponit reg. cum 11.amplia. & 8. limit. quid de captura per iudicem incompeteñ. & dic, non ualere secundum communem per Rol.consi.65.nu.6 lib.3. quam declara ut per eum ibi. num.31.32.33. & seq. cui adde, ꝙ incarceratus iuris ordine non seruato: ante omnia relaxandus est teste Hypol.cons.38.col.pen.Rol. consi.6.num.34.lib.3.in suspecto autem de fuga quòd per iudicem incompeteñ. capi possit,scribit Mising. Cent. 2. obser.65.qua in materia plura not.Ias.in l. de pupillo. §. si quis riuos.ff.de oper.no.nunc. Rom.consi.224.col.2. in prin.ubi quòd neque ex ui constitutionis, neque ex ui iuris communis,ad partis petitionem capi potest, nisi prius fuerit in contumacia constitutus,aut de fuga suspectus,secundum Rip.in l.obligatione.num.25.ff.de pig. Ro.consi.310.in princ.sed obstat, quod idem scribit.consil.142. pro quo uide Hypol.in l.de vnoquoque,post num.14. de re iud.ubi ipsius Rom.consi.142. impugnat, prædictis accedit,quòd ad debitoris capturam procedi nō potest, nisi debitum sit liquidum,teste Grat.consi.138.num.5.lib.2.& nisi prius bonorum facta excussione,ut per Rom. cōs. 12. post num.4.d.consi.224.num.8.consi.310.post prin.quod tamen non seruatur in hac patria,ex nouorum Ducal.Decretorum dispositione.lib.5.c.37.ubi datur electio creditori recurreñ.ad personam uel bona,quod aliquibus rigorosum uisum est, stañ.maximè antiq.decretorū benigniori dispositione.lib.2.pag.26.quid diceñ. de debitore debitoris,& dic,quòd de iure communi exigi non potest, nisi prius debitor principalis condemnatus fuerit secundum Rom.d.consi.224.col.fi.num.7.& 8. quid de sexagenario, an per ciuili debito detineri possit,& dic quòd sic,nō esse tamen arctè detineñ.sed in domo prætoris simpliciter arrestañ. scribit Osasc. decis.123. num.4. & ita uidi seruatū à senatu erga Georgium Balzani Raconisieñ.anno 1567. pro quo allegabam Nat.consi.319.ubi ponit casum septuagenarij clerici, & uoleñ.cedere bonis, præterea adducebam tex.in l.qui in metallum.ff de pœnis.Rom.consi.120. col.2.sed ut iam dixi,obtinui,quòd cum eo senecta & paupertate afflicto mitius ageretur extra carceres, in ędibus iusdiceñ. Masuer.

✱ Recomendari. Edde ꝙ hanc cautel.docet Bar. in l. cū eo. quæ est l.sacrilegij.ff.ad l.Iul.pecul.doc.in l. plerique. ff. de in ius vocan.Cepol.cautel.51.Ferrat.cautel.12. Catel. ver.domus. Mising.Cent.4. obser.66. ubi limitat not.per Doc.in d.l.plerique, procedere in causis ciuilibus, secus in criminal.per glo.in l. nemo. de domo,de reg. iur. quæ doc. fallit in debitore suspecto de fuga, qui è domo etiā die festo extrahi potest,per gloss.in l.fi. C. de fer. Ias. in l. vinum.num.3.& seq.ff.si cert.pet. ubi quid in ecclesia, uel loco sacro,2. fallit, quia potest quis ob æs alienum in domo sua comprehendi.l.sacrilegij, in fi.ad l.Iul.pecul. not. Mising.d.obser.69. quorum omnium doctrinam, quò ad extraheñ.à domo pro causa ciuili,damnat Suarez. lib. co. opin.uer.carceri,post Ias.in d.l.plerique. post nu.27. uer. sed Abb.quia poterit,inquit ipse, comparere per procuratorem,& euitare contumaciam,teste Gabriel.co.opi.li. 7. tit.de criminal.conclu.10.num.37.Ias.in l.fi.num.3. C. de procur.quæ omnia declara,ut per Por.co.opi. lib.3. conclu.10.Ias.d.l.uinum,Gabriel.d.concl. 10.nu.38. Viui. co. opi.lib.1.concl.35.quòd autem carceratus pro debito nō uero possit pro alio uerò debito in carceribus recomendari:dummodo captura nō habuerit defectum formę,scribit Ias.in l. 1.§.quod prætor.num.10.ff.ne quis eum qui in ius uoc. ubi quòd immo etiam captus in domo pro debito fisci, & carceratus, potest in in carceribus pro debito priuato recomendari, quid de citatione carcerati, & an per procuratorem comparere debeat,dic,ut per Ias.in l.2. nu.10.ff.de in ius voc. Masuer.

✱ Ad ecclesiam. Adde ꝙ confugiens ad ecclesiam, Cymiterium,uel domum episcopi propter maleficium,gaudet immunitate,ut non possit ab ea uiolenter extrahi,nec debet ecclesia illum iudici seculari tradere, nisi constito ꝙ crimen commiserit,propter quod ea immunitate priuandus sit. c. inter alia. c.immunitate,ubi Abb.& alij extra de immun. eccl. quæ ecclesia maior iuxta eam passuum 50. minor uerò in circuitu passuum 30. eo gaudet priuilegio, ut nemo intra dictos limites capi possit, teste Rom. consil. 227.Oldr. consil.55. Bar. in auc.de mand. princip. §. sed neque. Ang.trac.malef.uer.in scalis sancti Petronij,Ias.in l.plerique,uer.12.extende.ff.de in ius voc. Mant.consi.60. num.8.& de iure communi,nemo etiam pro delicto quantūcunq; graui,in ecclesia capi potest, aut in eius atrio,nisi in delictis enumeratis per Rom.d.consi.227.Mant.consi. 60.nu.7.Oldr.consi.54.quid in homicida uoluntario, & dic,ut per Boer.q.191.quod quidem priuilegium,tam clerico,quàm laico est commune,ex no.per Ro.consi.180. in prin.cuius sententia in consi. 234. indistinctè non recipit, vt per Abb.in c.fi.nu.9.& in c.inter alia. nu.23. de immu. eccl.quid in confugieñ.pro ciuili debito,& uide Castr. in rub.C.de ijs qui ad eccl.confug.Oldr.d.consi.55.ubi ꝙ in casibus, in quibus de iure communi uel municipali quis pro debito capi potest & incarcerari, in illis ab ecclesia extrahi potest,qua in materia uide,quæ scribunt Rom. d. consi.227.234. Alex.consi.145 lib.7.Capel.Tolos. q.422. Boer. q.109.110.Iodoc. Prac.crim.c.10. Coras. Miscell. lib.5.c.23.Bos. tit.de captura.nu.22. vsque ad 33. quid de confugieñ.ad hospitale,& dic,ut per Ro.consi.477.col.1. in fi.& col.2.circa med.ubi ꝙ erit tutus à iudice seculari, si hospitale sit Pōtificis autoritate constructum, quā concl. declara,& distingue,ut latius per eum ibi. Masuer.

✱ Admittitur Procurator. Adde, ꝙ regulariter in ciuili cā non tenetur quis comparere personaliter,nisi in causis grauibus,& alijs de quibus in c.querelam,extra de procur. p Bur. in c.cum dilecti,de dolo & cont.notatur in l.in pecuniarijs. ff. de procur. & dicitur causa grauis seu magna arbitrio iudicis teste Ias.in l.2. §.si quis in iudicio. col.fi. nu. 32.ff. si quis caut. pro quo uide etiam quæ scribit Bar. in l.2.§.defendi.ff.quib.ex caus.in pos.eatur,ubi docet Prac. notab.tam in ciuil.quàm in crim.& ibi etiā datur cautela pro constituendo procuratorem, ubi principalis citatur personaliter comparitur us, & ut constitutio ualeat, uide ibi uer.quare cautela est,in principali autem articulo.Adde,quòd licet procurator in criminali causa interuenire non possit, si tamen interuenerit, & admissus fuerit, quia non à parte,nec à iudice reiectus, valent gesta per eū, teste Rom.consi.215.nu.3.& est communis opi secundum Fel. in c.meminimus.col.per.de accus. Dec. in l. in ambiguis. §.non est nouū.nu.5.usq; ad 14.ff.de reg.iur.consi.469.in fi. qñ aūt reus, uel actor absens procuratorē mittere possit ad excusañ.contumaciā,uide per Bar.in l.1.ff. de diuers. & temp.præscrip. & ibi qñ quis teneat mittere procuratorē, & ad dicta Pap.hic,Adde Prac.Bal.tit. de proc. q.10. Ias.

 in l.

in l.eum rem.nu.2.C.de procur.ubi dixi,& plura no.Rol. consil.47.libr.tertio, ubi est locus proprius & inter alia num.21.declarat Bar.in l.seruum.§.publ.ff.de procur. hic alleg. Matuer.

* Inquisitio. Adde, quæ de inquisitione scribunt Rol.consi. 16.nu.3.consi.31.nu.20.consi.51.nu.22.consi.24.num.90. lib.1.consi.19.nu.12.lib.2.consi.3.nu.9.vsque ad 45.consi. 27.lib.3 Rob de ord.iud.c.27. & quæ inquisitio sit permissa, uide Dec.consi.615.nu.6.Anch.consi.182.Nat.consil.138.298.col.11.422.col.3. post Alex. consi.138. col.fin. lib.6.consi.120.lib.2.cautel.autem ad impedien.inquisitionem uide per Cepol.cautel.25.Hypol.sing.305.

a Hæc regula fallit in quibusdam casibus, in quibus potest per inquisitionem procedi, quos refert Glo.Bar.& Docto. in l.2.§.si publico.ff.ad l.Iul.de adult.& in l.1.§.propterea.ff. de suspect.tut.Specu.in tit.de inquisitio. §. quando.autem in 3.par.Spe.& Doct.in l. mulieré. C. si man. ita fue. & 5. Ang.Aret.in tract.malefi.in prima glo. Zilet.

Item. Adde, quod confessio ratificata ne uideatur facta metu tormentorum, debet ratificari per vnum diem & vnam noctem post tormenta, aliàs dicetur facta metu tormentorum, per ea quæ uoluere Bar.& Doct.in l.1.§.Diuus.ff. de quæstioni.& Ang.in l.2.C.de custo.reo. & plenius probat Alex.de Imo.in consil.99. in 3.vol. Adde pro iudicis instructione quòd quamuis communiter dicatur à Doctoribus, quod pœna iudicis qui non præcedentibus iustis & indubitatis iudiciis reum torquet, sit quod teneatur actione iniuriarū & satisfacere offenso in syndicatu. & aliqui Doct. dixerint indistinctè omnem iudicem qui iniustè uel ultra modum torquet aliquem teneri pœna capitis.per ea quæ scribit Bal.in l.decuriones.C. de quæstion.dum dicit quod illa lex est argumentum, quod de quacunque tortura, quam iudex dolo malo & sine causa dederit est pœna capitis, quod intelligitur & restringitur à Doct.ad terminos illius tex. tamen Ias.in l.hoc edictum.ff.quod quisque iur.postquam retulit opi. Alex.& Lud.Ro. dixit esse cogitandum in prædictis. ipse Claudius uerò dicit esse seruandam triplicem distinctionem. aut iudices iniustè & dolosè torquent & excedunt modū, & præbent causam ut rei moriantur cruciatu tormentorum,& sic tales iudices tenentur pœna capitis, ut no.in l.lege Cornelia.ff.de sicar.in princ. & ita tenent Bar.in l.quæstioni.ff.de quæstio. Aut iudices immoderate torquent, sed non præcedentibus indiciis legitimis & indubitatis,& tunc quia iniustè torquent putat ipse iudices debere torqueri, eisdem & similibus tormētis. Doc. in d.l.hoc edicto. Aut simpliciter torquent aliquem iustè, sed excedunt modum nec propterea rei moriuntur, neque debilitantur aliquo membro.& tunc propter istum excessum tenentur actione iniuriarum arbitrio iudicis.l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniuriis per ea quæ dicunt Docto. in rub.C.de pœna iud. qui male iudi.& Saly.in l.fin.eo.tit. Zilettus.

b Fuga facit eum suspectum. Quid de fuga, an sit sufficiens indicium ad torturam, distingue, aut fuit antequam denuncia.& iudex aliquid præparauerit, & tunc facit indicium & suspi.contra eum.vt l.lege Cornelia.ff.ad sil.& ibi Bar. & Doct. aut uero aufugit uel stat clausus postquam est inquisitus de crimine capitali, & tunc nō adest præsumptio contra eum, quia iustè debuit & potuit timere, ita Bar.in l.1.ff.de his qui mortem sibi consciue. dicit Bart.in d.l.lex Corn. quod aliquando fuga obiicitur alicui pro crimine.& probata fuga probatur crimen, ut l. si desertores. C. de ser.li.11.& l.desertorem.C. de remissio. quandoque fuga obiicitur alicui ad proba.alterius criminis, non ut crimen pro se, & tunc quandoque est crimen solius susp. & tunc fuga est probatio plena, quia facit quem suspectum. vt l.impuberibus.ff.de suspe.tut.quandoque est crimen de quo requiritur plena probatio de ipso facto non de suspitione tantum, & tunc fuga non facit plenam probationē, vt l.1.C.de rap.uir.& in l.2.eo.tit.& in Auth.de exhi. reis. §.suspectos. sed uerum indicium semiplenam probationē facit, vt no.gl.1. l.in bonæfidei.C.de iureiura.in l.admonēdi.ff.eo.tit.& plenius per Salyc.in d.l.in bonęfidei.sed Lu. de Ro.in d.l.lex Corn.limitat dictum Bar.in l.1.& primo quamuis nondum interueniret accusator, si tamen interuenerit libellus minatorius de accusando.quia de hoc resultat in multis casibus idem quod resultaret ex libello accusatorio, ut est tex.in l.miles.§.sicubi.ff.de adult.Secundò nisi alia suspicio laboraret cōtra fugientem, quia tunc fuga arrepta vna cum hac suspitionem maximam inducit, ar.no.in l.fi.C.qui numero tut.Et unde gl.no. in Auth. de exhi.reis.§.si uerò in glo.fi.ubi familiaris recedens fugitiue uidetur furatus esse res quæ in domo non reperiuntur, quam glo.no.Fran.Curt.Adde Plot.in repet.l. si quando. C.vnde vi.nu.983. Zilett.

c Testes.quid de teste qui non potest nec debuit examinari, an examinatus faciat indicium ad torturam.Bar. quod non in l.3. §. diuus.el 1. & §. siue. uersi. item Seuerus in ea. l. & idem in l.diuus.§.ex quibus.ff.de quæstio.Bart. uerò tenet contra in l.ex libero.§.1. eo.tit. sed idem Bar.omnes contrarieta.reducit ad concordiam in l.maritus eo. tit.

d Pro qualitate criminis.vnde dicit Bar.in l. decuriones. ff. de quæstio.arg.illius.l.quòd de quacunque tortura quam facit iudex dolo malo & sine causa est pœna capitis. Idē Bal.in l.1.C.de priua.car.& ideo cogita.

e Repeti alleg.Dyn.tenere opinionem, quòd semper possit repeti questio siue tortura, cum iudici uidetur, in tract.suo de quæstioni.uer.quid si fuit semel tortus, qui ita dicit obseruari. & allegat text. pro opi.doctorū, in Auth. ut iud. sine quoquo.suf.§.oportet. Ibi, iudicio meo, tenet Barto. in d.l.vnius.§.1. Quod cogita.

f Quod die sequen.Ad idem uide Iac.But.in l.fi.C.de eu. & exhi.re.quod requiratur perseuerantia, & non debet duci incontinenti post tortu: am ad tribunal, sed debet reseruari per diem & noctem sine tormentis, & tunc debet duci. & si confitetur, dicitur perseuerasse: si autem confitetur incontinenti post tormenta, non dicitur perseuerantia. vide Ang.ita declarantem in l.1.ff.de eu.& exhi.re.sed Bart. in d. §. diuus Seuerus. dicit illud tempus esse relinquendum arbitrio iudi.malefi.cogita.

Adde quæ scribit Io.Clau. in consi.101. incip. Alcibiades vir summi ingenij. in fi. quod est in 1. uol. consi.criminalium diuersorum Doctorum per me edito.

g Cesserit. An pacto possit renunciari cessioni bonorum iuramento.Bar.quòd non in l.alia.§.eleganter.ff.sol.mat. & hanc tenet Cyn.& Dyn.contra Iaco. de Aret. Can.in cap. Odoardus, de so.Iac.de Bel.in authent.de fideiuss §.quòd autem.Bal.in trac.suo de carcer.in penul.col. & in l.1.C. qui bon.ced.poss.distinguit, in effectu tamen concludit quod non ualet ad effectum, ut teneatur in carcere &c.ad idem quòd cessio bonorum non prosit ei qui in fraudem aliena uit, dissipauit, & simili. quòd sub spe huius beneficij debita contraxit, ita Dyn.in c.pecca.de regul.iur.lib.6.quem sequitur & alleg. Ang. in l.1.ff.de cess.bon. item cessat beneficium cessionis ubi debitor est obligatus fisco propter onera, uel munera.l.propter.C.qui bo.cede. poss. licet secus pro alio debito publico.l.nemo.C. de exa. tri. lib. 10. l.pater.C.qui bon.ced.poss.licèt Bar. indistinctè dicat debitorem reipu. non admitti ad cessionem bonorum, vide Ang.in l.1.C.qui bon.ced.poss. Quid de statuto dictante quòd obligati per instrumenta guarentigiæ ponantur in carcerem, & non extrahantur nisi soluto debito. an admittitur cessio bonorum? Angel. in d.l. prima, quòd non qui dicit ita pronunciatum Perusij ipso aduocante, Bald. contra in l.1.C.eodem.in uer. quæro si statutū, cogita.Itē no. quod qui cedit bonis duo dēt facere, confiteri debitum,& bona creditoribus indicare. Ad primum est tex.in l.pe. ff. de ces.bo.Bald.plenè in l.1.C.eo. tit. Ad secundum est gl. in l.1. prælleg. hoc tamen secundum non puto uerum in datione libelli.sed sufficit bona indicare ad petitionē creditor.

dito. Secundò no. ꝙ beneficium cessionis cessat ubi debitor dispensasset bona in fraudem creditorũ tex. & ibi Bar. in l.fi.ff.de his quæ in fraud.credi. Barto.in l.alia.§.eleg.ff. sol.mat.& Dy.Inst.de act.§ at si quis in fraudem. Secundò fallit & cessat si debitor tempore ob.sciebat se non soluendo.l.pe.ff.de iu Bar.in d.§.eleganter. Tertiò cessat si aliàs debitor habuit beneficium quinquen.l.fi. & ibi Bal.C.qui bon.cede. poss. Quartò fallit si bona debitoris essent confiscata, quæ princeps sibi restituit, singulariter tex.in l. 2. ff. de sen pas.Lud.de vi be.in d.§.eleganter.& no. ꝙ non cessat beneficiũ cessionis, licèt sint debitor & creditor paris egestа.licet secus sit in beneficio. ne quis conueniatur nisi quatenus facere potest. Bar.in l.maritum.ff sol.mat.idem Barto.in l.pe.ff.de ced.bon.ubi non dicit quòd glo.ibi reprobatur à Pet.& Dyn. quia cedens non debet esse nudus, sed panni saltem debent relinqui, exemplo damnati ad mortem. ibi uide Bar.& An. an mercator fallitus posit cedere bonis Bal.quòd non.l.fi.C.qui bon.ce.pos.omnia prędicta habent locum in cessione non in termino quinquennali, quia illud dependet à voluntate creditorum, cum solum non posset differre sol.sed remittere.ar.l.in re mandata.C.man.& l.pen.C.de pac.& eo ipso quòd quis petit terminum quinquen.confitetur debitum.l.ad so.C. de sen. & re iu.l.tale pactum.§.qui prouocant.ff.de pac.Cyn. no. in l.fi.ff.de cę.bo.dicit ꝙ inoleuit cõsuetudo in partibus Italiæ, ut nudus uadat bonis cedens in loco pu. & posteriora percutiat ad lapidem uel columnam cridãdo ter, cedo bonis. No. ꝙ ubi quis luit in corpus non potens soluer, licèt deueniat ad pinguiorem fortunam, non potest conueniri, quia corporalis pœna succedit loco totalis satisfa. Ang. in l. 1.ff.de ce.bo.alleg.Io.And.in glo.in c.peccati.de regulis iuris lib. sexto.

* Cesserit. Adde, quòd obligatio ad carceres: & renuntiatio cessionis bonorum, non firmatur iuramento, secundum cõmunem per Alc.in c.cum contingat.nu.69. de iureiuran. pro quo uide quæ scribit Bar.in l.cum seruus.ff. de condi. caus. dat. & quod dicitur de cessione, limita, ut per Soc. trac.fall.341.fall.& uide Capel.tolos.q.61.& an post cessionem posit reus mulctari, dic, ut per doc.in apostil.ad Bar.in l.1.ff ex quib.caus.in poss. eatur. Maluer.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio, an hab[ea]t locum contra inculpatos mortuos.*
2 *Minores inculpati, an possint stare in iudicio, nu. 3.*



1 CONTRA & aduersus Petrum & Guil. † Aduerte ꝙ si isti inculpati viuunt, planè procedit inquisitio contra illos ex forma statutorum, quia de iure communi iste casus non est de illis in quibus per inquisitionem procedi posit: vbi auté essent mortui, an posit procedi contra eos dicẽdum est ꝙ non, quia regulariter mortuo delinquente ante sententiam latam, extinguitur crimen, tam quò ad personam, quàm quò ad pœnam corporalem & pecuniariam, ut ibi, licèt quò ad pœnã pecuniariam aliqui uoluerint dicere contrarium, per tex.in d.l.de functo.§.1.cum si.de qua diuersitate plene refert Bar.in d. l.defuncto.& Dy.in l.1.C.ne ex deli.defun.sed secundum Bar. tenendum est crimen extingui etiam quò ad pœnam pecuniariam, quando reus est mortuus ante latam sententiam. ubi autem decesserit post latam contra eum sententiam, tunc distinguitur. aut per eum fuerat appellatio interposita, aut non: si quidem fuerat appellatum, & pendente appellatione decessit, tunc quò ad pœnam extinguitur crimen: quò autem ad bona & pœnam pecuniariam considerandum est, an bona in totum, uel in partem, fuerint expressè adempta in sententia, & tunc remanet firma causa bonorum: aut fuerunt adempta tacitè in consequentiã criminis, & tunc extinguitur crimen quò ad omnia, ut habetur & notatur in l.1.C.si reus uel accu.mor.fue.& l.si is qui.C.si pen.appella.mors interue.excipiuntur tamen certi casus in quibus mortuo reo * ante latam sententiam remanet potestas procedendi firma de quibus uo. in d. l. 2. C.si reus, uel accu.mor. fue. & d.l. ex defuncto, & l. ex iu-

2 diciorum in fi.ff.de publ. iud. † Quid autem si isti inculpati sunt minores 25. annis, an poterint per se respondere inquisitioni & stare in iudicio sine patris auctoritate, dic quòd non, sed dandus est eis per iudicem curator, ut probatur in l.clarum.C.de auct.præstan.licet iudices hoc

3 malè seruent. † Quid autem si fuerit in patris potestate constitutus an poterit respondere, & in hoc iudicio stare sine patris auctoritate? dic quòd non, ut l.cum oportet.§. necessitatem.C.de bon.quæ liber. quod etiam male obseruatur per iudices.

ADDITIO.

* Mortuo reo. Adde, ꝙ de crimine læsę maiestatis etiã post mortem quis accusari potest, & illius memoria damnari, l.fi.C.ad l.Iul.maiest.§.per contrarium, inst. de hær. quæ ab intest.no. Rom.sing.436.quod ius accusañ.durat quinquennio, per glo.in l.manicheos C.de hær.glo.24.q.2.in summa, quid in crimine hæresis, & dic, ut per Abb. in cap. cum nobis.col.pe.de præscrip.ubi Fel col.5.& 6. Rom.d. sing.436.Hiero.Gig.trac.crim.læse maiest. human. lib.1. Rub.qualiter in crim.lęse.q.23.ubi respondet ad glo. c.2. de præscrip.lib.6.& c.accusatus, de hæret.cod. Carrer. de homicid.§.6.nu.373.& in trac. de hæret. nu.142. de quo, cum esset quæstio in hac subalpina patria, prętextu cuiusdam mulieris hæreticæ defunctæ, dubitabatur an & quomodo illius memoria damnari posset, cuius rei Prac. docet Bos. tit. de hæret. nu.30. & seq. Claud. crim. reg. 70. 126.165.casus autem in quibus contra defunctum procedi potest: dicebam notari per glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accus.per Fel.d.c.cum à nobis, de præscrip. in c si quis episcopus.de hæret.in c.super his.col.3. de accus. Dec. in l.2.ubi Ias.C.qui test.fac.poss.quo in casu, & qualiter procedeñ.sit ut defuncti memoria damnetur, plura no.Paris. consi.2.nu.209.lib.4.doc.in l. vnic. C. ex delic. defunc. in d.§.per contrarium.Ang.trac. malef. uer. & hai tradita la patria.nu.17.& uer.qui dominus iudex uidens. num.41. & seq.doc.in l.pupillum.§.in hæredes.de reg.iur.Rom sing. 785.Cepol.cautel.17.Bos.tit.de sent.nu.47.quid de cadauere, & dic, ut per Cur.in l.imperiũ.nu.38.ubi Dec.col.4. de iur. om. iud. quid de pœna malefici mortui post diffinitiuam sententiam, & uide Iodoc.Prac.crim.c.52.nu.6. quid diceñ. de reo mortuo post litem contest. & cõfesio, vel conuicto de delicto, an sententia in pœna pecuniaria in personam procuratoris domini litis effecti ferri possit, & dic, ꝙ sic, secundum ueriorem & receptiorẽ sententiam, per Osasc.decis.149.nu.9.ubi concludit, sententiam pecuniariam mortuo inquisito post litem contestatã proferri posse, per tex.in d.l.ex iudiciorum, in fi. ff.de accus. l. vnic.ff.si pendeñ.appel.mors interuen.l.3.§.fi.C.eo ti.l.fi. C. si reus, uel accus.quibus omnibus adde, memoriam defuncti damnari non posse: nisi quando crimen læse maiest. committitur contra personã principis, uel rempub. Rom. vt pulchrè scribit Rol.consi.1.nu.16.& seq lib.3.ubi damnat eos, qui dicunt, in omni crimine lęse maiest. quando quis uenit contra dominium principis: posse defuncti memoriam damnari, quam sententiam firmat ex Capic. decis. 230.num.19.Gram.decis.6.nu.19.Aym.consi.224.num.6. Dec.consi.410.colu.pen. quid de hærede an ex delicto defuncti conueniri posit, & dic, ut per Osasc. decis. 152. & quando defuncti contumacia hæredem afficiat, eundem decis.106. Maluer.

SVMMARIVM.

1 *Fama debet præcedere inquisitionem.*
2 *Processus an teneat, iudice procedente ad inquisitionem, fama non præcedente.*
3 *Iudex debet dare copiam inquisitionis, & indiciorum reo antequam cogat eum respondere.*
4 *Contra processum criminalem factum præcipitanter, an opponatur nullitas.*
5 *Inquisitio inchoata cessat, accusatore superueniente.*
6 *Pendente iudicio inquisitionis, passus an possit agere ciuiliter ad interesse suum.*

1 AMA publica præcedente. † Notanter dicitur præcedente, quia de ordine debito inquisitionis est quòd fama præcedat inquisitionem, uel talia indicia sufficientia, quæ probentur per testes idoneos, nõ maleuolos seu inimicos, sed fide dignos, ut sequitur, de quibus testibus & inquisitione dãda est copia ipsi reo, ut d.§.
2 qualiter, cum sim. † Quid ergo si nulla fama nec indicijs præcedentibus processit iudex ad inquisitionem, ut fit per officiales Montisferrati, an tunc uitiabitur processus & inquisitio? dic, aut reus opponit contra inquisitionem, ꝙ fama non præcessit & tunc ipsa inquisitio & processus uitiatur, aut ipse reus tacuit, & nihil opposuit, & tunc sibi imputetur, & tenebit inquisitio & processus, ut hæc habẽtur
3 in c.si extra de acc.lib.6. † Per quod patet, ꝙ iudex debet dare ipsi reo copiam indiciorum & inquisitionis antequã cogat eum respondere, ut possit infra terminum sibi assignãdum suas exceptiones & defensiones proponere cõtra
4 processum. † Quid autem si nullo super hoc dato termino, sed præcipitanter reus super inquisitione examinatus fuerit, & confessus simpliciter se deliquisse. An poterit postea contra inquisitionem uitium nullitatis opponere? dic ꝙ non per tex.in c.1.extra de accu.lib.6. Et sic per hoc etiam patet, ꝙ pessimè faciunt ipsi iudices reos compellere inquisitioni respondere, nullo præcedente, nec assignato eis termino ad accipiendam copiam indiciorum, & inquisitionis, de hac autem fama plene no.per Bar. in d. l. q. fine. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & ego scripsi supra in tractatu positionum, & prædicta procedunt secundum Gand. ut per eum no. in d.tit. qualiter de malef. cogno per inquisitionem &c. quando inquisitio est formata ad alicuius instantiam, & promotionem, ubi autem esset formata ex solo iudicis officio nullo promouente, tunc non tenetur iudex de necessitate reo prius copiam facere de prædictis, sed potest alia dilatione non data, ipsum compellere inquisitioni respondere: & siquidem confiteatur delictum, planum est. si uerò neget, tunc procedere debet ad informationem, & testes recipiendos, de qui-
* bus postea debet dare copiam * ipsi reo, & eidem terminum defensionis assignare, ut d.c. qualiter & quãdo. cum si. quam practicam obseruant iudices in omni casu, ut su-
5 pra dixi † Post a hæc quæritur de illa vulgari quæstio-
a ne, an superueniente accusatore post formatam inquisitionem cessare debeat ipsa inquisitio, & procedi debeat solũ super accusatione, quam quæstionem plenè disputat Cyn. in d.l. ea quidem. & Bar. in l. si maritus. ff. de adul. & Gand. in d.tit. & Dy. in c. actus legitimi, extra de reg. iur. lib. 6. finaliter & conclusiuè duæ referuntur opi. vna Dyn. quę est ꝙ cessare debeat inquisitio & procedi debeat super accusatione, per regulam, quæ habet, quòd auxilium ordinarium cessare facit extraordinarium, ut in l. in causæ. & ibi no. ff de mino. quam opi. sequitur Bar. in d.l. si maritus. & Gan. ubi supra. alia fuit Cy. & sequacium, ut no. per eum in d.l. ea quidem. qui tenent contrarium, dic ut ibi. veruntamen licet hæc disputatio procedat de iure communi, tamen per statuta terrarum ista quęstio est sopita secundum Bar. quia per illa statuta omnis inquisitio est remediũ ordinarium, sicque ex superuenienti accusatione non habebit cessare; sed locus erit præuentioni, per regulam, qui
6 prior est in tempore. † Vltra quæritur, pone quòd pro
* delicto agi potest ciuiliter ad interesse partis, * & criminaliter ad pœnã applicandam fisco, & super eo iudex formauit inquisitionem criminaliter, an poterit pars offensa, criminali iudicio pendente, agere ciuiliter pro suo interesse, uel eo finito, & uidetur ꝙ sic, quia regula prohibitiua, quæ traditur in l. 1. C. quando ci. ac. præiu. crimi. locum habet, quando est vnus, & idem promotor iudicij criminalis & ciuilis, quo casu sibi potest ascribi culpa si nesciuit eligere iudiciũ ciuile, antequam criminale. sed quæstio præsens loquitur, quãdo vnus, uidelicet iudex est promotor in criminalibus, & pars vult promouere ciuilem, vnde factum iudicis non debet ipsi parti nocere, ar. in regula iuris non debet. extra de reg. iur. & ibi per Dy. lib. 6. In contrarium facit l. 1. C. quando ci. ac. præiu. cri. & quia factum iudicis repræsentat factum partis. ut l. si ob causam C. de euic. maxime cum hodie per statuta terrarum inquisitiò sit remedium ordinarium, ut supra dictum est. Ego in hoc dubito, vnde cogita.

ADDITIONES.

* Fama publica; Adde, quòd inquisitio contra aliquem formari nõ potest, & formata non tenet, nisi pręcedẽ. diffamatione, secundum communem per Rol. consi. 3. nu. 9. nume. 16. lib. tertio, quam dicit procedere, etiam si inquisitio fieret ex mero officio, ut latius per eum ibi. Masuer.

* Dare copiam. Adde Rol. consi. 18. nu. 47. 58 62. lib. 3. ubi est locus proprius in mater. quòd inquisito dari debet copia indiciorum cum termino ad illa purgã. antequam torquentur.

* Ad interesse partis; Adde, ꝙ opi. affirmatiuam tenet Rol. consi. 30. 39. lib. 2. secundum quem sepius consului, & obtinui coram excell. huius patrie Senatu, præsertim anno 1569. in causa Ioãnoni Prati, contra Iugaler de Bereta de urlis, pro qua uide quæ scribunt Fel. in c. postulasti de Iudęis, in c. 1. col. 3. de iudi. Sal. in l. qui crimen. colu. 4. circa med. C. qui accus. Bar. in l. interdum. § qui furem. ff. de fur. in l. prætor. §. 1. de iniur. in l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. Rob. de ord. iud. 4. par. aliqua per Aym. consi. 14. 58. circa fin. Alex. & Ial. in l. Diuus. ff. de re iud. Masuer.

a Post hæc: Adde Io. And. in reg. actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus.

NON quidem à maleuolis; Hoc est secundum necessarium ad dictam inquisitionem formandam, si enim haberet fama exordium ab inimicis & odiosis ipsius rei, non deberet iudex ad inquisitionem procedere, immo deberet reum relaxare, ideoque solet reus uolens inquisitionem impugnare, probare quòd illi à quibus fama traxit originem, sunt eius inimici odiosi, ut traditur in d. cap. qualiter & quando, & c. licet hely. cum sim. & per Gandi. in d. tit.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quæ & quot sint, per quas homo ad alterius odium inclinatur.*

NON vno, sed pluribus. Meritò sic dicitur quia vox vnius vox nullius, ut in l. iusiur. C. de testi. maximè, quia indiciũ regulariter a duobus testibus est probandũ, vt supra dictum est. & hoc est tertium quod requiritur ad formandam inquisitionem, uidelicet quòd sint homines
1 bonæ conditionis. † Quæro hic de vna quæstione morali, quæ sunt illæ causæ, & quot, & per quas homo ad odium alterius inclinetur, dic, prout ipse comprehendo sunt quatuor. Prima offensiones. Secunda mali mores. Tertia denegata seruitia. Quarta communis inuidia.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Præstans auxilium, an teneatur eadem pœna qua delinquens, numero 2.*
3 *Opem vel auxilium dare quando quis uideatur, nu. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Quis teneatur de solo consilio.*
9 *Mandans homicidium, an teneatur sicut homicida.*
10 *Qualiter mandās teneatur.*
11 *Mandans, an verè uel fictè dicatur delictum committere.*
12 *Habens ratum delictum qualiter teneatur.*



P E M auxilium, consilium & fauorem.
1 † Aduerte quòd ista sunt quatuor, quæ vi-
dentur idem, & tamen differunt in aliqui-
bus, vt infra demonstrabitur, de auxilio
itaque & ope quid significēt & importent,
traditur in §. ope, Inst. de obl. quæ ex delic.
nascuntur, & in l. in furti actione §. opem, & in l. is qui opē
ff. de fur. & ibi plenè per Bart. faciunt quæ habentur in l.
sæpe. §. fin. ff. de verbo. sign. & cap. 1. extra de offi. deleg.
2 † Sed hic quæritur, ᵃ an ille præstat auxilium, uel opē
a delinquenti, teneatur eadem pœna qua ipse delinquens?
Aduerte quod Dyn. determinando sic distinguit, aut præ-
stans opem suo ministerio dedit causam delicto; & sic
fuit causa uel furti, uel homicidij, & tunc tenetur eadem
pœna qua ipse faciens, seu occidēs, ut in l. nihil interest. ff.
ad l. Corn. de sica. aut non dedit causam homicidio eius
ministerio, & tunc tenetur media pœna, qua delinquens
in totum tenetur, vt in d. l. is qui opem, pro qua opinione
bene facit text. cum glo. in c. sicut dignum, extra de homi.
quam opinionem sequitur Gandi. in tit. de homic. §. item
pone quod Titius, & plenè tangitur per Cyn. in l. 1. C. de
nisi ager. non rump. Bart. autem in d. l. is qui opem, tenet
simpliciter, & indistinctè quòd teneatur eadem pęna, per
text. in l. is cuius ope. ff. ad l. Iul. de adult. in l. 1. C. de rap.
virgi. credo opi. Dyn. esse veriorem, per d. c. sicut dignum
3 cum ibi not. † Vlterius quæritur ᵇ quando dicatur
b præstare opem, vel auxilium. Sol. dicit Bart. in d. l. in furti.
§. ope. distingue, aut auxilium punitur ratione alicuius
actus indeterminati. verbi gratia, si statutū disponant, quod
bannito non præstetur auxilium sub certa pœna. Aut auxi
lium punitur ratione alicuius actus notorij, & determina
✱ ti, v.g. dicit statutum, quòd * quicunque præstiterit opē
vel auxilium furi uel homicidæ, puniatur tali pœna.
4 † Primo casu auxilium dicitur præstari largo modo qua-
litercunque eidem in aliquo succurratur, siue præstando
sibi pecuniam, siue eum associando, siue alios fauores ei
præstando, quę eidem habeant utilitatem, uel honorem
afferre. argum. in l. 4. §. post prin. ff. ad leg. Iul. maiest. & l. si
fuerit. ff. de reb. dub. & l. diuus. & l. in metallum. ff. de pœ.
5 † Secundo autem casu cōsiderandum est secundum eum
quod tale auxilium dici potest pręstari alteri pluribus modis
ut ante maleficium, & in ipso maleficio. & post ipsum ma-
6 leficium † Ante maleficium dicitur pręstari, uerbi gra-
tia, si quis pręstiterit scalas, uel ferramenta, aut arma ad
maleficium committendum, & de tali auxilio loquitur l.
si pignori. §. qui ferramenta. ff. de fur. cum sim. In ipso ma-
leficio autem dicitur auxilium pręstari. uerbi gratia cum
quis est pręsens in maleficio & suadet uel hortatur, ut id
committatur, de quo loquitur l. 1. C. de rapt. virgi. & ea
7 quę habentur in l. is cuius ope. ff de adul. cum sim † Post
verò maleficium dicitur pręstari auxilium, uidelicet quā
reo pręstatur ad fugam arripien. de quo auxilio loquitur.
l. 1. & l. si C. de his qui latro. Et si forsan malefactor fuerit
captus per famulos officialis seu iudicis, & alius cum ar-
mis uiolenter eripuerit de manib. eorum, tenetur l. Iul. de
ui pub. ut habetur in l. lege Iul. ff. ad l. Iul. de ui pu. si uerò
eripuerit sine armis, tunc tenebitur lege Iul. de ui priua.
8 ut l. lege Iul. ff. ad l. Iul. de ui priua. † Post hęc ᶜ quęritur
c apud scolasticos, an quis de solo consilio teneatur, sicut de
solo auxilio, super quo solet distingui secundum quosdā,
an consilium sit fraudulentum uel non, & an ille cui pręs-
statur consilium erat aliàs delictum commissurus, uel nō,
ut plenè disputat Dyn. in c. nullus ex consilio, extra de reg.
iur. lib. 6. & tangitur per Inn. & per glo. in d. c. sicut dignū.
& per glo. in d. §. ope. Institut. de obl. quę ex delict. & per
Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. per glo. in l.
9 consilium. ff. de re iud. ubi uideas. † Quid autem dicemus
in eo qui expressè mandauit homicidium, uel aliud deli-
ctum committi, an pariformiter punietur, sicut homicida
dic, quod sic per text. in d. §. si mandato, & ibi not. in d. c. mu-
lieres. de sent. excom & l. non eo minus. C. de accus. & ibi
10 plene per Cy. † Dubium tamen insurgit ex ho an man-
dans teneatur ut principalis, uel ut præstans opem, & au-
xilium, conclusiue determinat Cyn. in d. l. non eo minus,
✱ Et Bar. in d. c. si mandato, quòd tenetur * tanquam prin-
11 cipalis. † Sed an is qui mandauit dicatur, uerè, uel fictè
✱ * delictum commisisse, tex. in d. c. mulieres, uidetur di-
cere quod uere, alij quod solum ficte dicitur committere.
per tex. in l. ita autem, in §. gessisse. ff. de admi. tuto. Cyn. &
Barto. ubi supra uolunt distinguere, sed cum eadem pęna
teneatur qua delinquens. non est multum curandum de
tali distinctione, nisi in iuris subtilitate, de qua ibi uide, quia
ut sępius dixi opusculum hoc pro notarijs, & procuratori
12 bus est cōpositum. † Vlterius quęritur de eo qui à prin-
cipio non mandauit committi delictum, nec opem, nec
auxilium pręstitit, sed alius eius nomine, & contemplatio
ne homicidium fecerit, illud ratum habuit, an tenebitur
sicut ille qui fecit. Item quid si illum, qui à principio man-
dauit, postea ante delictum commissum mandati pęnituit,
an teneatur secuto delicto. uide de his omnibus, quę sunt
de iuris apicibus quæ no. Cyn. in d. l. non eo minus, & per
glo. & Doct. in d. c. mulieres, quibus adde quæ not. Barto,
in l. sed si unus. §. seruus meus. ff. de iniu.

A D D I T I O N E S.

✱ Opem, auxilium. Adde, quid dicens. de eo qui fortuito, &
non ex proposito fuit præsens maleficio, an iure commu-
ni puniri possit, aut reputetur delinquens; & dic, quòd
non, teste Rom. consi. 117. ubi etiam quærit, quid de illo
qui maleficium impedire potuit ne committeretur, & nō
impediuit; & dicit; quod propter non factum à iure com-
muni quis non punitur, ex no. in reg. culpa caret, ubi Dec.
de reg. iur. Dyn. in reg. non est sine culpa, eo. tit. lib. 6. Fel.
in c. quante, col. fi. de senten. excom. Dec. in cap. 1. in glo. 2.
de offic. deleg. in l. ut uim, num. 33. de iust. & iur. doct. ad
Dyn. d. ca. non est sine culpa. Quid autem operetur præ-
sentia ex proposito, & dic ut per Rom. d. consi. 117. col. 2.
in princi. & quid de armato astan. delicto incidenter &
fortuito non ex proposito; & dic, quòd non dicetur opem
tulisse, nec auxilium delinquenti præstitisse, ut uoluit An-
char. consi. 116. uersi. hæc autem, Fel. in c. sicut de dignum
col. 3. de homicid. in c. 1. col. 6. de offic. deleg. Paris. consi.
152. nu. 32. consi. 164. nu. 11. lib. 4. Matuer.
✱ Quicunque. Adde facere quæ scribit Alexan. consi. 135.
lib. 1.
✱ Tanquam principalis, Adde, an & quando mandans fieri
homicidium teneatur, & uide Ias. in lege seruum fugitiuū
num. 21. C. de ser. fugit.
✱ Delictum commisisse, adde Ias. in l. si is qui pro emptore,
num. 361. 382. ff. de usucap. Pract. Bald. tit. de statut. q. 18.
& dic, quod mandans non dicitur proprie facere. sed inter
pretatiuè secundum communem, per Alexand. consil. 65.
num. 11. lib. 4. not. Clar. in Prac. §. fi. q. 89. qua in re distin-
gue, ut per Viui. com. opi. lib. 2. concl. 270. & uide tex. in l.
pen. in prin. ff. ne quis eum qui in ius voc. est ui exim. Bar.
in l. is cuius ope. ff. de adul. quid de statuto loquen. de man
dante, & uide Rui. consi. 71. lib. 4. Masuer.

Sed

a Sed hic queritur. Adde gloss. in versicu. pari pena, in cap.
primo, de offic. deleg. &c. nuper, & in c. quantæ præsum-
ptionis. de sent. excom. & in l. iubemus, in §. 1. C. de sacro-
san. eccl.
b Vlterius queritur. Adde Bar. in l. si in rixa. ff. de sic. Bar. in l.
qui sermo. Bal in margarita. in ver. exilium, Bald. in l. 1. C.
de ser. fug. Bal. in raptores. C. de epis. & cle. & Imo. in cap.
continentium. de cle. percu.
c Post hæc. Adde Fely. in c. sicut dignum. de homicid.
* Post hæc. Adde, quòd consulens delictum committi,
tenetur, si delinquens non est soluendo, teste Ias. in l. ex
hoc edicto, num. 2. ff. de eo per quem fac. erit, de quo uide
quæ scribit Dec. in c. quia quæsitum, de of. deleg. cui adde,
quòd consulen. verba in dubio in bonum interpretari
debent, ex not. per eundem consilio 189. numero 5.
Matuer.

S V M M A R I V M.

1 *In maleficijs in dubio præsumitur potius dolus quàm casus.*
2 *Homicidium quot modis committatur.*
3 *Consideranda in maleficijs.*
4 *Lata culpa an sufficiat in delinquente quò ad condemnationem.*
5 *Lata culpa quando dolo æquiparetur. nu. 6. 7. 8. & 9*



1 APPENSATE & dolosè. † Nota ver-
bum dolosè, quia secus esset si casualiter,
vt not. in c. 1. extra de homicid. in cle. & in
l. respiciendum. §. fi. ff. de pœn. in dubio ta-
men potius in maleficijs præsumitur do-
lus, quàm casus, ut not. in l. 1. C. ad l. Corn.
de sica. & l. 1. in fi. ff. eo. & attenditur principaliter animus
delinquentis, magis quàm actus, ut l. respiciendum, in fin.
ff. de pœ. adeo quod si quis alium insequitur cum gladio
animo, & intentione ipsum occidendi, licet eum non per-
cutiat nec occidat, tamen de iure communi tenetur ac si
occidisset, ut in l. si is qui cum telo. C. ad leg. Corn. de sica.
& in l. 1. §. diuus. ff. eo, & in l. aut facta §. euentus. ff. de pœn.
Sed de iure municipali statutorum Italiæ potius attendit
actus quam animus; ideo pro solo animo non tenetur quis
de occiso, nisi re ipsa occisio sit secuta secundum Barto. In
hoc corriguntur, & meritò iura communia, ut per eum
not. in l. 1. in prin. & in l. si rixa. ff. ad legem Corn de sicar.
2 † Sciendum [a] tamen est, quòd homicidium de iure cõ-
a muni dicitur committi tribus modis, uidelicet, uoluntate
necessitate, & casu. Quod autem committitur voluntate,
tribus fit modis, uidilicet facto, mandato, & consilio, quæ
omnia plenè declara, ut not. per Glo. & Doct. in d c. sicut
dignum, extra de homicid. & in d. clemen. 1. eod titu. & d.
3 l. respiciendum. § primo † Prætérea sciendum est, quòd
in maleficijs multa sunt consideranda, uidelicet causa, per
sona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus, quæ
omnia ponuntur, & declarantur per tex. in l. aut facta. de
pœn. & per Gl. in d. c. sicut dignum, deinde sciendum est, quod
aliquando homicidium committitur extra rixã, aliquãdo
in rixa, inter quæ est differentia, ut not. per Barto. in d. l. si
in rixa. ff. de sica aliquando committitur impetu, quod lex
interpretatur propter ebrietatem, ut in d. l. respiciendum
§. fi. versi. impetu, licet Bar. ibi notauerit, quòd latius quandoque
sumitur hoc verbum impetu, videlicet quando inter ali-
quos subito & concitato rumore committitur delictum,
ut in d. l. si in rixa. & facit quod habetur Instit. ad legem
Aquiliam. in §. impetu, nec enim aliud est impetus, quam
quidam subitus motus, ut in l. illud, in fin. ff. ad leg Aquil.
4 † Post hæc autem quæritur, an in omnibus delictis quo
ad pœnam delinquentis imponendam, requiratur dolus
in ipso delinquente, uel sufficiat lata culpa, uel leuis &c.
circa quod gl. posita in l. in actionibs. ff. de in lit. iur. & in l.
magna negligentia. ff. de ver. sig. & l. in lege Cor. ff. ad leg.
Corn. de sica. distinguunt sic. Aut pro delicto est imponen
da pœna corporalis, aut pecuniaria. Primo casu requiri-
tur dolus, nec sufficit lata culpa, licèt dolus in dubio præ-
sumatur affuisse, nisi per circunstantias probetur defuisse,
ut dictum est, & not. in l. 1. C. ad leg. Corn. de sica. Secundo
autem casu sufficit lata culpa, & sic in hoc casu lata culpa
æquiparatur dolo, quod non accidit in casu præcedenti.
5 † Vnde gratia [b] huius latius uidendum est, quando &
b quibus casibus lata culpa dolo æquiparetur; in qua quæ-
stione sic distingue secundum Bart. ut plenè per eum not.
in l. quod Nerua. ff. deposi. & in l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. esse
ius. fue. aut loquimur in cõtractibus, uel quasi, aut in deli-
ctis, uel quasi. Primo casu lata culpa dolo æquipatur, ut in
d. l. quod Nerua. cum si. ibi no. Secundo casu subdistingue
aut tractatur de pœna corporali imponenda pro ipso
delicto, & tunc lata culpa non æquiparatur dolo, siue sit
pœna ista ordinaria, ut d. l. in lege Cornelia, siue sit pœna
extraordinaria, ut l. 3. in prin. ff. de cri. stellio. & hoc modo
procedit glo. quæ est in d. l. in actionibus. Aut tractatur
de pœna pecuniaria imponenda, & tunc subdistingue, aut
enim lex specialiter & expresè pro ipso delicto requirit
dolum interuenire, & tunc lata culpa non æquiparatur
dolo, ut in l. 2. §. hæc actio. ff. ui bonor. raptor. & in l. 1 §. si
quis ideo. ff. ne uis fiat ei, & quod not. in d. l. magna negli-
gentia. Aut lex non requirit expresè dolum, & tunc lata
culpa æquiparatur dolo, ut l. 1. §. 1. ff si mẽs. fal. mo. dixe. &
l. 1. §. non autem. ff. si quis test. li. esse ius. fue. Nec huic intel
lectui in præcedenti casu repugnant text. in d. §. non autẽ,
& l. 1. in prin. eo. ti. ubi dicitur, quòd lata culpa dolo æqui-
paratur. nam ibi ideo est, quia iurisconsultus illam exten-
sionem expresse facit, & sic lex ibi expresè prouidit sic in
6 casu illo, aliàs autem secus esset, ut dictum est supra. † Ex
quibus secundum Barto. ubi supra, decidi potest quæstio
quotidiana. Pone, quod statuto cauetur, quòd pro tali de-
licto sit pœna pedis, uel mille flore. an requiratur dolus
in ipso delinquente, uel sufficiat lata culpa? & secundum
eum, est sic distinguendum, aut in statuto sit expressa, &
specialis mentio de dolo, uerbi gratia si dicatur in eo;
quicunque fecerit, uel commiserit dolosè tale quid, pu-
niatur in mille, uel in amputatione pedis: & tunc requirit
dolus, nec sufficeret lata culpa; quia a uerbis statuti non
est recedendum, ut l. quod constiturum ff. de testa. mili. &
l. 1. §. is qui nauem ff. de exer. cum simili. Aut nulla doli sit
expressa mentio in statuto, sed simpliciter in eo disponitur
qui tale quid commisserit puniatur ut supra, & tunc, aut
per statutum imponitur pœna corporalis, & tunc in du-
bio requiritur dolus, nec sufficit lata culpa per l. in lege
Corn. cum ibi no. ff. ad leg. Cor. de sicar. Aut imponitur
pœna pecuniaria, & tunc aut statutum loquitur per uoca
bula importantia crimen, quod sui natura requirit dolum
verbi gratia, si statutum dicat: quicunque commiserit fal-
sum, uel fecerit furtum, uel homicidium, puniatur tali mo
7 do. † Nam falsum furtũ, & homicidium non comitti-
tur nisi dolose, vt l. 1. ff. de furt. l. nec exemplum. C. de fal.
& d l. in lege Cor. cũ si. & hoc casu requiritur dolus * nec
sufficit lata culpa. Aut statutum loquitur per verba impor
tantia crimen, quod sui natura non habet requirere dolũ, &
tũc cõsiderandũ est, an statutũ puniat actum criminosum,
prout infertur principaliter in personam patientis, verbi
gratia si statutum dicat: aliquem percusserit &c. & tunc re
quiritur dolus, nec lata culpa sufficit, quia iniuria non
potest inferri in personam sine uoluntate & affectione
delinquentis, ut in l. 3. ff de iniu. aut punit actum simplici-
ter prout infertur in re aliqua, si puta dicat statutum, qui
intrauit domum alterius &c. Tunc sufficit lata culpa, &
sic hoc casu lata culpa dolo æquiparatur; & hoc modo
debet intelligi. §. non autem, præallegat. & l. 1. §. 1. ff. si mẽs.
8 fal. mo. dixe. † Et ex hoc infertur decisio ad aliam quæ-
stionem. Si statuto caueatur, quòd quicunque turbauerit
aliquem in sua possessione, vel alterius possessionem tur-
bauerit, condemnetur in centum, an requiratur dolus, vel

sufficiat lata culpa? De qua vide supra in tit. de turba. pos. 9 & per Bart. in d. §. non autem. † Nunquid ergo in casib. in quibus quis non tenetur de delicto, dolo non interueniente, sed sola lata vel leui culpa, dicemus eum excusari * † in totum à crimine commisso per latam culpam, vel leuem? dicit Cy. q. non, vt not. per eum in l. si quis non dicā C. de episc. & cler. Idemque determinat Barto. ubi supra vnde secundum eos erit puniendus pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponenda secundum qualitatem criminis, vt probatur in l. 1. ver. sed si claua, & ibi not. ff. ad leg. Corn. de sicar. in qua pœna extraordinaria imponenda, considerabit iudex consuetudinem hactenus in similibus obseruatam, ut habetur in l. si quis reum, in fin. ff. de custo. & exhi. re. & not. per gloss. in l. hodie. ff. de pœn. & in l. respiciendum, in princ. eodem titulo, & plene per Barto. in l. in lege Corn. ff. de sicar. & in l. respiciendum. §. fin. ff. de pœn.

ADDITIONES.

* Dolus. Adde Ias. in l. 1. col. pen. ff. de legib & in l. ex quacunque num. 41. ff. si quis in iur. voc. non ier. & quid de eo qui proiecit lapidem sine animo occidendi, & dic, ut per eundem in l. 1. §. quod prætor nu. 2. & 3. ff. ne quis eum qui in ius uoc. vbi plura de statuto punień homicidium vel aliud delictum corporale, & ibi quòd intelligitur si dolo, non casualiter, etiam si culpa interuenerit, quam concl. limita, nisi statutū diceret, quomōcunq; occiderit, vel quouis modo, uel qualitercunque, quia tunc non debet distingui an dolo, uel culpa, iuxta doc. Ias. in locis p̄dictis, ad dicta autem Pap. hic nu. 5. n. 7. uide eundem Ias. in l. in actionibus nu. 23. 26. 27. & seq. ff. de in lit. iur. Masuer.

* Eum excusari. Adde, quid dicen. de eo qui homicidio causam dedit, qua pœna punietur: & dic, quòd pœna extraordinaria arbitrio iudicis, in quo arbitrio, habenda est ratio personarum, & facultatum, ita tamen, q̄ ad mortem non condemnetur, quia arbitraria pœna mortis pœnam non includit, teste Ofasc. decis. 104. numero 3. numero 9. vbi dicit reprobari glo. in §. in summa inst. de iniur. Masuer.

a Sciendum tamen. Adde Spec. in titu. de homic. in §. pone, & diffusè per Fel. in rub. de homici.

b Vnde gratia. Adde Bar. in l. 1. ff. de legi. Bal. in l. data opera. C. de qui accus. non pos. Bar. in l. impuberibus. in §. 1. ff. de suspe. tut. Pau. de Cast. in l. 1. ff. de legi. Pau. de Castr. in consi. 19. & 191.

SVMMARIVM.

1 *Armorum appellatione, lapides & fustes continentur.*

a 1 CVM armis a & ensibus. † Appellatione armorū continentur lapides & fustes, ut l. armorum. ff. de verb. sign. & l. 3. §. armis. ff. de vi & vi arma. cum simil. ibi no. Et per hoc quod hic dicitur, ensibus euaginatis, patet manifestè de animo doloso delinquentis, quia per talia signa, & similia discernitur propositum eius, ut not. per Bar. in l. 1. in fi. ff. ad l. Cor. de sic. & per gl. in c. significasti, de homi. & ibi per Inn.

ADDITIONES.

a Cum armis. Adde l. 3. in §. armis. ff. de vi & vi ar. Ang. in l. armatos, ad leg. Iul. de ui pub. gl. in cle. ne agro, de sta. mo. gloss. in c. clerici, 23. q. 8.
Cum armis. Adde, quid si cum pugno? & dic, ut per Ias. in l. 1. §. prætor ait, numero tertio ff. de in ius uoc.

SVMMARIVM.

1 *Animus ad occidendum ex pluribus percussionibus præsumitur.*
2 *Percusso a pluribus, pluribus vulneribus sed uno mortali, qualiter illi omnes teneantur.*
3 *Statuta pœna pro non capto homicida, si sint plures homicidæ, an multiplicetur pœna.*
4 *Præstantes opem tribus personis, qualiter teneatur.*
5 *Plures delinquentes qualiter puniantur.*
6 *Percutiens vno ictu pluribus percussionibus, qualiter puniatur nu. 7 & 8*
9 *Percutiens pluries in eodem loco corporis, quomodo puniatur.*
10 *Congregati homines ad capiendum castrum, occidente unum qualiter teneantur.*

a 1 PLVRIBVS percusionibus. a † Ecce aliud signum videlicet pluralitas percussionum, per quod demonstratur eorum maliuolum, & dolosum propositum: & si fuerint omnes percusiones mortales, ambo tenentur de homicidio, imò fortius de iure communi etiam si non fuerint mortales, tamen de occiso tenentur, quia effectus demonstrat eos habuisse animum occidendi, & hoc sufficit, ut in d. l. is qui cum telo. quanquam ex forma statutorum non sufficiat propositum dolosum per se, nisi factum sit cōsumatum, ut supra 2 dixi. † Quid aūt dicemus de illa q. antiqua & sæpius con * tingente in practica. Ecce a quòd pluribus coadunatis, in vna magna rixa, interficitur vnus, qui percussus reperitur pluribus percusionibus, quarum vna sola est mortalis, aliæ verò non, & ignoratur à quo vulnus mortale sit illatū, quæritur an delinquētes omnes, uel nullus teneatur de occiso, uel omnes de solo vulnerato, quam quæstionē tetigit Dy. in c. in obscuris. extra de reg. iur. lib. 6. & Cy. in l. quoniam multa C. ad l. Iul. de ui pub. in vlt. q. & Bart. in d. l. si in rixa. ff. de sic. dicit Albe. Papi. quòd aut apparet ex cuius ictu, uel percusione mortuus est, & tūc ille solus de occiso tenetur, cęteri autem de vulnerato, per text. in d. l. si in rixa. Aut hoc non apparet, & tunc nullus de homicidio tenetur, sed omnes de uulnerato, & pecunialiter iudicis arbitrio de iure communi uenient puniendi, ut l. ita uulneratus, in fin. ad l. Aquiliam. Nec obst. l. item Mela. §. si plures ff. ad l. Aquil. quia secundū eum loquitur quando ciuiliter agitur ad emendationem damni serui occisi, hic autem cum agitur criminaliter ad pœnam corporalem, ut puta homicidij, ubi debent probationes esse luce meridiana clariores, ut l. sciant. C. de proba. & quo casu nemo condemnandus est ex præsumptionibus, ut in l. absentem in fi. ff. de pœ. pro qua opi. est gl. in d. §. si plures, Bar. uerò & Dyn. & Cyn. ubi supra, & Inn. in c. significasti. de homic. sic distinguunt, aut omnes habebant propositum committendi homicidium, aut unus tantum, uel nullus. Primo casu, de iure communi secundum quod magis attenditur animus quā actus facti, tenentur omnes de occiso, ut in d. l. is qui cum telo, cum sim. & intelligam eos fuisse talis propositi, maximè si clamabant ad mortem, ut fecerunt iudei contra Christum, quod sequitur Inno. in d. c. significasti, de iure autem statutorum Italiæ secundum quod attendit factum, & non propositum, ut prædixi, est distinguendum ut infra proximè. Secundo casu, quando unus tantum uel nullus erat propositi homicidium committendi, tunc contemplari debet ictus cuiuscunque per se, & si quidem apparuerit cuius ictu, uel percusione sit mortuus, ille solus de occiso principaliter tenebitur, alij uerò poterunt condemnari ope & auxilio præstito ad homicidium committendum, secundum eum, ut in l. actione. §. ope, cum sim. ff. de furt. ac etiam de uulnerato, & coadunatione, vt l. 3. ff. ad l. Iul. de ui priu. Si uerò non apparet cuius ictu fuerit mortuus, tunc aduertendum, quòd hoc potest cōtingere dupliciter, uno modo, quia nullum uulnus erat per se mortale,

mortale, sed omnia simul iuncta faciunt uulnus esse mor-
tale, & hoc casu puniuntur omnes de occiso, quia uerum
est dicere omnes occidisse, ut in l. item Mela. §. si plures
trabem. ff. ad l. Aquil. & in l. ita uulneratus, in fin. ff. eo titu.
arg. in l. si plures. ff. ar. fu. cę. quod sequitur Inno. in d. cà.
significasti, alio modo contingit non apparere de persona
* quæ intulit vulnus mortale, si constat unum solum uul-
nus esse mortale, & alia esse non mortalia, & tunc propter
ignorantiam personæ quæ intulit illud uulnus mortale,
præsumitur omnes simul uulnerasse, secundum Bar. & per
consequens tenentur omnes * de occiso, & sic intelligit
d. l. item Mela. §. si plures trabem. & §. sed si plures secun-
do responso: sicut in simili dicitur, quando plures simul
decesserunt, & ignoratur de ordine, quia præsumitur
omnes in dubio pariter decessisse, ut in l. inter uirum. & l.
sed de illo. ff. de rebus dubijs quam opinio. in casu isto
sequitur Dyn. & Cyn. ut supra, sed re uera opin. est Alb.
æquior, quia in dubijs est inclinandum in benignio-
rem partem, ut l. benignius. ff. de legib. maximè in pœ-
nis, ut in l. si de interpretatione. ff. de pœn. licet pro priori
opin. faciat text. in d. c. significasti. in uersi. quòd si discerni.
3 † Sed pone statuto cauetur, quòd uilla teneatur capere
homicidam, quòd si non fecerit, tunc soluat pro pœna
flor. mil. accidit, quòd plures homines occiderunt simul
aliquem, qui capi non potuerunt, uel capti non sunt, quæ-
ritur an uilla teneatur soluere pro singulis eorum flor.
mil. & quidem Dyn. ut refert Bar. in d. l. si rixa determinat
quòd non, sed sufficit una pœna pro omnibus, nam ipsi
omnes pro uno reputantur secundum Bartol. quando ex
facto eorum alius debet teneri, puta commune seu uilla,
ut in l. si cum exhibuissent. §. si. ff. de pub. & l. 1. & per to. ff. si
fa. fur. fe. di. & licèt statutum loquatur in singulari, quia
tamen sermo ille indefinitè profertur, uniuersali sermoni
æquiparatur, sicque resoluitur in plurali, ut sit sensus, si
omnes homicidas non cœperit, argum. in l. si plures. ff. de
leg. 3. & l. si pluribus de le. 2. per quod sequitur quod uno
solo ex homicidis capto, & sibi capite detruncato, quòd
commune, seu uilla liberabitur, si alios homicidas non
cœperit, quia quantum ad liberandum uillam sufficit pro
homicidio quòd alter eorum pęnam impositam patiatur
licet in contrarium faciat ille uerborum sensus, dum dici-
tur, si omnes homicidas non cœperit, qui requirere uidet
omnium simul concursum, argu. in l. si. ff. de in ius uoc. ut e-
ant uel satis. & in l. seruus. §. si plurium. ff. si quis cau. cum
4 ibi not. † Et ex his etiam deciditur alia quæstio * unus
præstitit opem & auxilium tribus personis ad committen-
dum aliquod maleficium, seu homicidium, nunquid iste
punietur pro singulis eorum, ac si separatim unicuique
opem præstitisset, & auxilium? & breuiter secundum Dy.
debet solum puniri una pœna pro omnibus, per rationem
prædictam, & eodem modo puniendus esset unica pœna
tantum pro omnibus ille qui mandasset uulnerari, uel
occidi unum uel plures personas, nam illę personæ plures
pro una sola reputantur, per rationes prædictas secundum
5 Bart. in d. l. in rixa. † Quid autem in casu econuerso, si
plures * personæ deliquerunt in unam personam tan-
tum, an ipsi omnes debeant una pœna communiter uel
diuersis pœnis singulariter puniri, dic, ut supra dixi: quæ
disputatio, de qua supra, procedit quando erant plures
delinquentes non officiales, ubi autem essent officiales,
tunc omnes reputantur pro uno, quando delinquunt in
his quæ pertinent ad officium eorum, & sic omnes simul
una pœna puniantur, ut habetur in l. si multi. ff. de pub. &
6 l. in tres. ff. de admi. tuto. † Rursus quæritur, pone quòd
unus * alium percussit unico ictu pluribus percussionib.
puta cum bidente, uel tridente, an percussor sit puniendus
pro singulis percussionibus? Bart. distinguit in l. senatus. ff.
de ac. & plenius in l. si gemina arbor. ff. ar. fur. cæs. & in l.
nūquam plura. ff. de priua. delic. aliquando lex uel statutū
punit actum criminosum, prout ab agente infertur sim-
pliciter, & indeterminatè, v. g. si disponat statutū hoc mo-
do, si quis sagitauerit per ciuitatem, uel si quis extraxerit
gladium in platea, puniatur tali pœnà, & tunc si unico
actu sagitauerit plures sagitas, uel extraxerit plures gla-
dios, puniendus est pro unico delicto, & unica pœna
tantum, argumen. l. tria onera ff. de execu. tu. aliquando lex
punit actum criminosum determinatè respectu personæ
patientis. ver. g. dicit statutum, si quis percusserit aliquam
personam puniatur in tantum: et hoc casu considera, quòd
aut ex eodē actu criminoso resultant duo tituli criminis,
se inuicem habentes tanquam genus & species, sicut homi
cidium & parricidium, nam parricidium est species homi-
cidij, & tunc punitur parricidium cōmittens una tantum
pœna, & unà lege, ut in d. l. senatus. ff. de accus. & eodem
modo si unum crimen sit pars alterius uere & præsumpti-
uè, ut sunt arma ad percussionem, uel insultum, & subgi-
natio ad percussionem. Idem si unum crimen in alio con-
fundatur. ver. g. quā ex una percussione, uel plurib. statim
sequitur homicidium, nam pro solo homicidio punietur
delinquens, & in alijs præcedentibus casibus etiam pro
uno solo delicto punitur, ut determi. glo. l. qui de crimine
C. de accus. & ubi per Cyn. in 4. q. & per Bar. in l. nunquam
plura. ff. de priua. deli. pro quo facit l. illud in fi. ad l. Aqui.
& not. per Bart. in l. libellorum. & in d. l. senatus. ff. de acc.
Aut ex eodem facto resultant duo crimina, quorum unum
non est pars alterius, nec alterum confunditur in alio, sed
se habent ut species separatæ, puta uerba iniuriosa cum
percussione, & tunc pro omnibus punietur, ut in l. si adul-
terium cum incestu. ff. de adul. nam regulariter actus cri-
minosi sunt considerandi respectu patientis, ut l. 1. in fi. ff.
de iniur. & l. multa. C. ad l. Iul. de ui pu. quia ex illis plures
7 resultant effectus, ut in d. l. nunquam plura. † Ideoque
in proposita quæstione, cum quis alium percussit cum
tridente pluribus percussionibus, nec ex eis statim sequu-
tum est homicidium, punitur pro pluribus percussionibus
* argu. in l. Titia. in fi. & in l. si pluribus. in prin. ff. de uer.
ob. & idem erit secundum eum si unico actu, & instrumē-
to factæ sunt plures eidē personæ percussiones in diuersis
membris. uerbi gratia si cum ense quis unico ictu sit per-
cussus in capite, & in manu, uel si debilitati sunt & uulnera
ti plures articuli eiusdē membri; puta duo uel tres digiti
eiusdem manus, nam pro pluribus percussionibus percu-
tiens punietur, arg. in l. de pupillo. §. si quis nunciat. ff. de
nou. oper. nunc. & l. si seruus seruum. §. rupisse. ff. ad legem
Aquil. imò quod amplius est secundum eum & si percus-
sio facta sit in uno loco, & caro putrefacta sit aperta in
alio loco, punietur delinquens pluribus percussionibus
8 argu. l. si seruus seruum. §. nulli. ff. ad l. Aquil. † Ex quib.
deciditur illa quæstio. si quis unico actu dixerit alicui
plures iniurias, uel dederit plures alapas, an pro omnibus
sit puniendus, ubi dicitur quòd sic, licèt teneatur simul
omnes proponere in eodem libello, & non in diuersis, ut
habetur in l. prætor edicit. §. si plures alias, si uerò plures.
ff. de iniur. facit l. nunquam plura. ff. de priua. del. & no. per
Bar. in d. §. si plures. & per Cy. in l. si nō conuitij. C. de iniu.
& per Bar. in l. apud Labeonem. in §. conuitium. ff. de iniu.
9 † Sed quid erit si in eodem loco corporis quis fuerit
pluries ab eadem persona percussus, an percussor punie-
tur pro pluribus uulneribus, an pro uno tantum? breuiter
distingue secundum eum. Aut statutum imponit pœnam
pro uulnere, aut pro percussione. Primo casu cum sit uni-
cum uulnus, licèt ampliatum ex multiplicatione ictuum,
punietur solùm pro uno uulnere. Secundo autem casu
punitur pro pluribus, cum sint plures actus percutiendi,
ut in d. l. nunquam plura. Quid autem dices, quando unus
committit delictum in pluribus, uel plures in pluribus,
qualiter fiet punitio, dic ut no. per Bar. in l. 2. §. si ad plures
ff de sep. uio. quā aūt plura delicta committuntur circa rē
aliquam no. per eundē Bart. in l. inficiando. §. infans. ff. de
fu. t. quandoque committuntur plura delicta non facto

sed

sed uerbo,& de his uide quod per eum not.in l.item apud
10 Labeonem §.conuitium.ff. de iniur. † Vltimò ex prædictis colligi potest decisio ad aliam quæstionem, quæ his temporibus sæpius de facto occurrit. Ecce quòd aliquis congregauit gentes ad capiendum aliquod castrũ, villam, vel ciuitatem, vel aliam possessionem, & in tali insultu vel rixa aliquis de ciuitate, uel terra occisus est. Quæritur nunquid omnes teneantur de occiso. uel ille solus qui occidit, si de eo constet,& uidetur quòd ille solus, tam secundùm opin. Alb. quàm Dy. & aliorum ut supra dictum est. * In contrarium, quòd omnes * teneantur, uel saltem ille qui gentes coadunauit simul cum ipso percussore, faciũt quæ habentur in tex.& per Cyn. in l.quoniam multa.C.ad l.Iul.de ui pu.vel priua.& sic in dubio, si iustitia uires haberet multorum capita essent truncanda. Nec obst.disputatio & opi. Alb.& sequa. quia loquitur quando homicidium est commissum sine proposito, uel coadunatione inuadendi locum alterius, uel possessionẽ, sed simplici proposito offendendi personam, unde sequitur ꝙ grauius est delictum, locum alienum inuadere, quàm personã, quod nota.

ADDITIONES.

* Ecce. Adde Alex.consi.2.nu.4.lib.7.consi.14 lib. 3.consil. 13.nu.4.lib.1.Rol.consi.63.nu. 6.lib. 2. vbi declarant gl. l.si in rixa. quæ est l.si ff.de sic. Boe.q.310.Alc.de præsum. 44.reg.3.nu.4.Paris.consi.148.lib.4. Hip.sing. 403. Dyn. in c.ratihabitionem. nu.15. in c. in pœnis in c. in obscuris de reg. iur.prac.Bal.ti.de sent.q.7.Ancha.consi. 216.Hip. consi. 34.

* De persona. Adde quid dicen.si vnus vulnerauit Titium mortiferè, adeo quòd certum est ipsum ex vulnere moriturum, postea ex interuallo alius eundem titium vulnerauit, & occidit, dubitatur quis eorum teneatur de occiso: & dic, quòd vterque tenetur de occiso, ita decidit Ias.in l. si is qui pro emptore num.210.& seq.ff.de vsucap.ubi dixi contrarium tamen scribit Ro. sing. 260.per text.in l.item Mela.§.Celsus ait ff.ad l.Aquil.& fac.Cre.sin.56. tex.in l. huic scripturæ.§ si seruus.ff.ad l.Aquil.& vide quæ scribit Bar.in l.damni infecti stipulatio.§. Sabini nu. 4. & seq. ff. de dam.infect. ubi Doct. in apostil.ponunt plures.qq.not. & ibi nume. 6. an qui promisit præsentare accusatum de vulnere, teneatur, si vulneratus decessit; quid de accusato de vulnere qui dedit fideiussorem de iudicio sisti, & iudicato soluendo, postea vulneratus moritur: an fideiussor teneatur pœna imposita pro homicidio? & dic, vt per Barto.in l.fideiussores magistratuum. ff. de fideiuss. Masuer.

* Tenentur omnes. Adde Cagnol.in l.semper in obscuris col. pen.de reg. iur.Hypol. sing.217.Alex.consi.46.lib.4. consi.2.col.2.lib 7.prac. Bal.tit.de sent.q.3. Iodoc. p act. Cri.c.76.nu.14 Hip.consi.14.25.31. Gandi.tit.de homic. nu.12.& seq.Alex.consi.54 lib.5.Nat.consi. 340.colu.fin. num. 15.

* Alia quæstio. Adde, ꝙ quando duo unum interfecerunt an quilibet teneatur de homicidio; & vide pract. quam docet Bartol. in l.qui seruo.§. si duo ff.de fur. & fac.Paris. consi.152. lib.4.

* Si plures. Adde, an ex delinquen.multitudine minuatur pœna:& dic, ut per Fel.in c.dilecte.nu 7.de excep. quid si vnum tantum vulnus appareat in corpore occisi: an omnes percutien. condemnari vel absolui debeant, uide Fel.in c. significasti nu.9. de homic.

* Vnus. Adde, Ias.in l.quod dicitur, de verbo.oblig. Masuer.

* Pro pluribus percussionibus. Adde, qualiter concurrãt plura delicta & plures pœnæ ex uno actu; & uide Alber. in l.fi.C.defens.ciuit. fac.tex.in l.3.C.ad l.Iul.de ui pub. in l.3.& 4. ff.e.tit. vbi licet ex illo tit. puniri debeat stuprator, raptor, incendiarius, seditiosus pœna illius tituli, si hoc fiat cum armis, non tamen excluditur alia pœna expressè à lege speciali imposita, cum clarum sit quòd pro pœna stupri & alijs de quibus ibi punitur pœna capitis, quibus adde, quæ scribit Bar.in l.infitiando.§. infans.ff.de fur.ubi Doctor.in apostil. dicunt, quòd identitas temporis facit idem esse delictum, per gl.in l.1.C. vnde ui secus si diuersis temporibus, quia diuersę erunt pœnę, uide latius ibi declarationem ad illud, quando dicantur plura delicta ex eodem facto. Masuer.

* Omnes. Adde, quòd Innocens quandoque in multitudine & uniuersitate punietur, cuius contrarium videtur velle Ofasc. decis.90.nu.9. quando ad punien. vniuersitatem in ponitur pœna pecuniaria, pro qua soluenda esset imponenda collecta, nam dicit ipse, innocentes nõ contribuũt, uide latius per eum ibi, quid in ciuitate, uel uniuersitate an possit delinquere:& an ex delicto obligetur, dic, ut p Mising.cent.4.obser.78.& 79.

a Percussionib. Adde Claudium Aprutinum in quæstione sua, cuius est Mirabellum, ubi scribit differentiam legis Aquiliæ, & legis Corneliæ de sicarijs, & inquit, quòd in lege Cornelia de sicarijs consideratur magis animus occidentis quam actus, sed lex Aquilia magis respicit actũ quam animum, ut consideretur ex quo ictu ensis, & gladij cotis uel fustis, uel cuiuscunque generis armorum secuta fuit mors vulnerati, uideamus animum, ut l.item Mela.§. sed si plures seruum plures ff.ad leg.Aquil.& quando aliquis in rixa est occisus, tunc ictus cuiusque considerari oportet, ut ille qui occidit teneatur lege Cornelia de sicarijs. sed est animaduertendum, quòd si quatuor, uel quinque, uel plures socij proficiscuntur animo & proposito occidendi, quamuis vnus solus percusserit, omnes tamen tenent de occiso; ita tenent Doct. in l. si in rixa, & sic non consideratur ictus, sed animus, ut in l.1.§. Diuus, & l.Diuus.ff. ad l. Corn.de sicar.aliter si non animo & proposito interficiendi tales socij fuerunt, nec constat neque apparet, cuius ictus armorum mortuus fuerit occisus & interfectus, tunc ratione rei dubiæ & facti ancipitis nullus tenẽ lege Cornelia de sicarijs, quæ requirit animum congruentem cum facto: ut d.l.1.§. Diuus, & d. l. Diuus, quoniam sanctius est impunitum facinus relinquere nocentis, quã damnare innocentem.l.absentem.ff.de pœnis,& hoc modo optimus quisque iudex debet omnes æqualiter absoluere, quò ad pœnam, quę irrogatur ex lege Cornelia de sicarijs, sed quò ad pœnam legis Aquiliæ omnes proculdubio tenentur, ut l.item Mela §.sed si seruum plures, & hoc tenent Cy.in l.multa, facit nota.C.ad l.Iul.& hoc pp hanc rationem, quia ex lege Aquilia consideratur leuissima culpa, ut l.in l.ff.ad l. Aquiliam, sed quotiescunque nõ apparet, cuius ictu aliquis mortuus fuerit, uel quoniam nullum vulnus erat per se mortale, sed vulnera simul iuncta iudicio medicorum erant mortalia, tunc omnes puniũtur de homicidio, quia omnes occiderunt, ut probant Do. & potissimum Inno. in cap. significasti, extra de homicid. Zilettus.

* Percussionibus. Adde Ias.in l.2.§.prætor, ait nu.2. ff.de in ius uoc.

VNA percussione in capite. Aduerte quòd in accusatione & inquisitione debet exprimi locus vulnerum, & qualitas eius, & alia de quibus no.in d.l.libellorũ. de accu.& ibi per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus an quis in dubio præsumatur ex vulneribus, numero secundo.*

EX quibus percussionibus idem Albertus mortuus
1 est. † Quæritur, an in dubio præsumatur mortuus ex

ex vulneribus. * Ubi sic distingue, aut percussus mortuus est infra paucos dies post vulnus illatum: aut post longum tempus. Primo casu præsumitur esse mortuus ex eo vulnere. Secundo non, ut no. in glo. in c. 2. extra de cle. percu. in quo tamen standum est iudicio medici vnius, uel plurium si haberi possunt, ut in l. semel. C. de re mi. lib. 12. & ibi per Bart. & in c. signi. de hom. & not. per Barto. in d. l. si rixa. ff.
2 de sicar. † Sed quod dicatur breue, uel longum tempus dicunt cõmuniter medici, si moriatur inf. a. 40. dies à tempore uulneris illati, tunc dicitur, & præsumitur mortuus ex vulneribus, aliàs autem præsumitur mortuus ex solo malo regimine. Et quia circa protestationes medicorum solent cõmitti fraudes, cum multi corrupti pecunia, uel gratia attestentur contra veritatem, pro tanto in aliquib. locis prouisum & declaratum est, q̃ si vulneratus decesserit infra tot dies, præsumatur ex vulnerib. mortuus, aliàs secus.

ADDITIONES.

Mortuus ex vulneribus. Adde de vulnerato qui decessit intra paucos dies, & uide quæ scribit Euer. lib. arg. loco ab effectu, & quando præsumatur quis mortuus ex vulnere, uide quæ no. prac. Masuer. tit. de præsump. nu. 14. ubi inter alia, quòd post 40. dies nullus vulneratus deambulans dicitur mori ex vulnere, sed potius ex alia causa, ut ibi, de quo plura not. Bos. tit. de homic. col. pen. & fi. Fel. in cap. presbyterum, de homid. uolunt. uel casual. in princ. ubi qñ vulneratur præsumatur mortuus ex uulnere, cui adde Ang. tract. malef. uer. & ex interuallo, Cepol. consilio 28. Gram. consi. 2. Bart. tract. de percuss. & in l. huic scripturæ ff. ad l. Aquil. quid de uulnerato qui medicũ non adhibuit, & dic, q̃ præsumitur decessisse ex sua culpa, nõ ex ulnere, qñ qualitas uulneris iudicio medicorum poterat se habere ad uitam & mortem secundum Bald. in l. si ab hostibus §. si uir uxorem, ubi Ias. num. 8. ff. sol. mat. ubi plura de medico imperito, cuius iudicium iudex sequitur, & peritiorũ iudicio reuocatur, quo casu factum per iudicem censetur, ac si per falsas attestationes factum esset, ex not. per Bal. d. §. si uir uxor, quo in articulo, quando uulneratus non adhibuit medicum, distingue, ut per prac. Bal. tit. de extraord. q. 9. Iodoc. prac. crim. c. 77. tit. de inuasione. Masuer.

2 Vulneribus. Adde Blancum in prac. cri. in §. his sic præmissi nu. 68. 69. & 70. usque ad nu. 137. ubi uidebis decisionẽ huius quæstionis Ziletus.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid.*
2 *Furtum quomodo noscatur.*
3 *Fur qualiter hodie puniatur.*
4 *Furti condemnatus infamis efficitur.*

FVRTO * & per furtum subtraxerunt. Debes scire quòd moderno tempore, & tempore mortis magni ducis Medio. citra fuerunt, & sunt plures fures, quàm unquam fuerint, quia de mille nouemcẽtum uiuunt de furtis rapinis, latrocinijs, & robarijs, quod quidem furtum est contra ius diuinum, & humanum, ut not. in d. l. 1. in fin.
1 ff. de furt. † Est autem furtum contrectatio rei alienæ fraudulosa, inuito domino, animo lucrandi, ut in d. §. fin. & committitur hoc furtum in rebus mobilibus tantum, non
2 autem in immobilibus, ut l. uerum. ff. de fur. † Sciendum præterea est, quòd furtum aliquando incipit à delicto simpliciter, ut puta, cum quis clam ingressus domum alterius pecuniam subtraxerit, uel quid simile. Aliquando incipit à contractu, & inde uertitur in delictum, ut puta si depositarius, uel commodatarius utitur re ad alium usum, l. qui re sibi commodata, & l. fullo. in princip. & in l. si pignore. in prin. & l. qui iumenta cum sim. ff. de fur. facit quod habet in §. itaque, & in §. placuit. insti. de obli. ex quasi male.
3 † Pœna autem furti * de iure communi est hodie extra ordinaria arbitrio iudicis tam pecuniaiter quàm corporaliter imponenda, ita tamen, quod furto nemo morti, nec abscisioni membri tradatur, ut in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. ut ibi no. nisi sit fur famosus, qui debet furca suspendi l. capitalium §. famosus. ff. de pœ. uel nisi furãdo pacem ruperit, quo casu pro furto 5. solidorum potest furca suspendi, ut in lib. feu. tit. de pa. iura fir. c. 1. §. si quis 5. solidos, & not. per Doct. in d. auth. sed nouo iure. uerum tamen ex forma statutorum totius Italiæ, & omnium prouinciarum aliter est super furtis, & alijs criminibus prouisum, quibus statutis est deseruiẽdum, ut in l. omnes popu
4 li. ff. de iust. & iur. † quouis tamen modo quis condemnetur de furto, siue peculiariter, siue corporaliter, siue leui culpa, siue graui, uel magna, est infamis, * ut l. non poterit. ff. de fur. & hoc de iure communi quando processum est contra furem per accusationem, & condemnationem, & secundum formam iuris communis, ubi autẽ esset condemnatus secundum formam statutorum, uel per uiã inquisitionis contra eum formatæ, ut fieri uidemus quotidie, tunc contrariæ sunt opin. Glo. & Doct. ut refert Bar. in d. l. infamem. ff. de pu. iud. nã quidã dicunt, q̃ nec aliquis condemnatus publico iudicio per inquisitionem infamis efficit, ut not per gl. in l. 3. §. præterea. ff. de suspe. tut. & in l. fi. C. eo ti. & ibi per Cyn. nec etiam damnatus ex forma statutorum, & sic per condictionẽ ex lege, quia nulla condictio habet infamare, ut l. cessat. ff. de act. & ob. cum sim. Bar. autem in d. l. infamem. Old. & And. de Pil. tenent contra. quia cum inquisitio ex forma statutorum sit remediũ ordinarium, ut supra dictum est, & succedat in locum accusationis, sapiet eius naturam, arg. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. cum sim. est enim uerum dicere, qui damnatus est per inquisitionem fore damnatum pub. iud. ergo habet locũ legis dispositio, de qua in l. 1. ff. de his q̃ no t. infa. & eadem ratione dicit Bart. in damnato ex forma statuti, qui infamis efficitur, quia non ordo, uel modus processus, sed rei effectus debet attendi, ut in l. ordo. ff. de pub. iud. de hac materia infamiæ plenius uide per Bart. in ea l. infamem.

ADDITIONES.

1 Pœna

Furto. Adde quid sit furtum, quid rapina, quid uiolentia & dic, ut per Rom. consi. 144. 150. 152. col. 2. in prin. nu. 2. nu. 3. & quæ sit pœna furti eundem consi. 113. 203. nu. 9. Alex. consi. 152. nu. 5. lib. 2. qua in materia plura not. Ias. in l. cum seruus. ff. de cond. caus. dat. Alexan. consi. 71. inter consi. cri. 2. par. Quid de furto domestico, an puniatur, & uide Alex. consi. 135. lib. 1. & dic, quòd si factum sit furtum suspicio est contra uicinos præsertim si sunt malæ famæ, quo casu possunt torqueri, teste Ias. in l. in actionibus, nu. 42. ff. de in lit. iur. cui Adde, quòd furtum facere dicitur, qui iumenta sibi commodata longius duxit, aliouè modo usus est inuito domino, secundum Catel. uer. furtum, ubi plura not. quid de famulo, uel alio misso ad amicum cum pecunia, ueste, libro, uel simi. & ille aufugit cum re quam deferebat; & distingue, ut per Ias. in l. 1. nu. 41. & seq. ff. de eo per quem fac. erit, cui adde Suarez. lib. com. opin. uer. furtum, eundem Ias. in l. si ego, col. fi. nu. 7. ff. si cert. pet. in l. eius qui in prouincia. §. quas uerò, nu. 7. eo. tit. in l. si procurator falso, nu. 10. & seq. ff. de cond. caus. dat. ubi quid in famulo creditoris, cui debitor dedit pecuniam, de quo famulo misso ad aliquid restituen. uel ad recipien. mutuũ qui cum ipsis rebus aufugit, cuius periculo erit? Dic, ut p Abb. in c. significante, nu. 8. extra de pig. post Bar. in l. argentum. ff. commod. in l. suspectum. ff. de suspec. tut. tex. in l. si mandauero sibi. §. si tibi centum. ff. mand. in l. si is cui C. de fur. Ias. d. l. eius qui §. quas uerò num. 7. si cert. pet. quid dicen.

diceñ. quando quis accepit rem restituturus; puta doctor, vel scholaris ingressus est bibliothecam, accepit librum, animo & intentione restituendi: an dicatur furtum? & qd in inuentore alicuius rei, an possit rem retinere; & quo modo; & an petere aliquod præmium pro inuentione, ac pro indicando furem; & dic, ut per Bart. in l. falsus. §. qui alienum. ff. de fur. & in l. 4. §. si tibi. ff. de cód. ob. turp. caus. vbi concludit quòd sic, quem sequitur Ias. in l. solent. ff. de præscr. verb. & habetur in l. in ciuilé C. de fur. vbi Bar. per Ang. in l. quibusdá. §. fi. ff. de iure fisci quid de reperto in domo animo furandi, antequam incipiat aliquid contrectare; & dic, quod non potest puniri pœna furti sed extra ordinem, teste Ias. in l. possideri. §. si rem apud, num. 2. ff. de acq. poss. vbi plura de vendeñ rem alienam, quibus adde, quòd pro furto competunt tres actiones, actio furti ad pœnam dupli, vel quadrupli, condictio furtiua ad rem l. si pro fure. §. 1. de cond. furt. & condictio generaliter, quę ad utrunque competere potest, teste eodem Ias. in l. certi condictio. nu. 22. ff. si cer. pet. vbi ponit, quæ sit ratio, quòd actio furti infamat, & non condictio generalis, quæ intentatur pro furto ad pœnam, dic, ut per eum in locis prædictis. Masuer.

* Pœna autem furti. Adde pęnam primi furti etiam magni, puta, mille florenorum, non esse capitalem, nec posse furé pro primo furto puniri pœna mortis, secundum communem per Alexan. consi. 71. nu. 21. inter consi. cri. 2. par. Io. Fich. inter co. opin. lib. 14. uer. pœnam, Rol. consi. 51. nu. 43. lib. 1. ubi plura in materia, quæ autem sit pœna furti dic, ut per Rom. consi. 203. nu. 9. quid de iure communi Alex. consi. 110. colu. vlt. lib. 4. ubi quòd pro nullis paruis furtis non potest fur suspendi, de quo per Ias. in §. ex maleficijs, nu. 9. & seq. Inst. de act. Clar. in prac. §. furtum, ver. sed quæro quæ sit pœna, Iodo. prac. crim. c. 110. Ias. in l. si seruus. nu. 5. nu. 6. & per totam illam l. ff. de cond. caus. dat. Rol. d. consi. 51. lib. primo per totum, ubi pulchrè. Masuer.

* Est infamis. Adde Rol. consi. 3. nu. 21. & per totum consi. lib. 3. ubi inter alia, quòd condemnatus de furto per sententiam, dicitur infamis infamia iuris, declara, ut latius p eum ibi, quis auté dicatur infamis infamia facti uel iuris, dic, ut per Ias. in l. cunctos populos. 2. lec. num. 44. 45. C. de sum. Tri. Bald. in l. frater C. de inof. test. Tremol. ad pract. Bonacur. titu. quib. mod. examen ord. litera ibi & qûo ac quibus in causis infamis repellatur à testimonio in crim. & & quid in infami emendato, dic, ut per Rol. d. consi. 3. ubi ponit concl. affirmatiuam, quam declarat. Masuer.

SVMMARIVM.

1 *Res plures furata, & an dicatur vnum furtum vel plura.*

1 FLORENOS centum. † Vides hic quòd plures res furatę fuerũt, unde quæritur an tot sint furta quot sunt res, & in hoc sic distingue, aut plures res furantur vno & eodem tempore, & tunc dicitur vnum furtum tantum, pro omnibus rebus, & non plura furta ut habetur in l. eum qui. §. idem dicit, & ibi not. per Bart. ff. de furt. Aut plures res fuerunt diuersis temporibus furatæ, & tũc quot erunt res, tot erunt furta, ut in d. l. eum qui. §. Pomponius tract. quod not. propter statuta quæ disponunt, quòd pro quolibet furto condemnetur fur in tanta pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Contrectatio est de substantia furti.*

2 *Furta an committantur tot, quot sunt contrectationes numero tertio.*

4 *Bouum damnum dantium, an committatur furtum si aliò ducantur.*

1 CONTRECTANDO & amouendo de loco ad locum. † Not. quòd hæc contrectatio est de substantia furti, qua cessante furtum non committitur quia sola cogitatione, uerbo que, uel alio simplici actu, nõ committitur furtum, nisi secuta ammotione & portatione rei de loco ad locum, ut in l. 1. §. sola cogitatione, & l. si quis

2 vxori §. neque verbo. ff. de fur. † Sed nunquid quot interueniunt contrectationes, tot committantur furta v. g. fur rem furtiuam contrectauit Placentiæ deinde Cremonæ, deinde Ferrariæ, & postea fugit, an punietur pro omnibus contrectationibus eiusdem rei? videtur quòd non, per tex. in l. eum qui furti, in prin. ff. de fur. & per hoc patet quòd si fur commisit furtum in ciuitate Papiæ, & postea rem furtiuam contrectauit Mediolani, & ibi reperiatur cum re furata, quòd potestas Medio. nõ possit eũ punire,

3 ut in d. l. eum qui. † In contrarium tamen determinat

* Bart. * in l. si dominium. ff. de fur. & hoc tali ratione, ex mutatione noui dominij rei subtractę nascitur noua actio furti ex sequenti contrectatione ipsi nouo domino ut d. l. si dominiũ. & l. inter omnes. § si. ff. de furt. ergo pari ratione ex mutatione noui territorij, & noua contrectatione debet nasci noua actio furti ad uindictam publicam: sicq; ibi secundum eum poterit puniri: quæ opin. licet sit æqua ut compescantur delinquentium maleficia, tamen non est communis, nec per modernos de iuris subtilitate approbata, de qua quæstione tangitur per Gand. in tit. quæ sit pœna furi imponenda, uersicu sed iterum pone.

4 † Deinde quæritur a secundum Gandi. in in tit. præal-

a leg. Ecce dum boues mei darent damnum in pratis Caij, ipse Caius dictos boues meos sua auctoritate cœpit, & ad domum suam eos duxit contra meam uoluntatem detinẽdo, quæritur an possim ipsum accusare de furto, dete: . q nõ secundum Mar. de Fa. quia furtum sine animo doloso furandi & lucrandi non fit, ut d. l. 1. in fin. ff. de furt. & in d. l. si quis vxori. §. cum creditores ff. ad l. Aquil. l. si quis §. fi. & consuetudo admittit talem determinationem usque ad emendam damni, sicque peccare non dicitur quod fit de consuetudine approbata, argum. l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. & in l. scire oportet. §. Lucius. ff. de administ. tutor. & l. prima in fin. ff. de uent. inspi.

ADDITIONES.

* Determinat Bart. Adde, quòd opin. Bartol. in d. l. si dominium, communiter reprobari dicit Alex. consi. 71. quod est inter consi. cri. Zileti par. 1. pro quo uide quæ scribunt Viui. inter co. opi. lib. 9. uer. iudex domicilij in fin. Suarez. lib. sent. uer. fur. ubi refert duas com. opi. Capic. decis. 104. post Bar. in l. unic. col. 6. in fin. C. de confess. qua in q dic, q reus inuentus cum re subtracta: si res esset furata in loco ubi inuenitur, potest ibi conueniri, aliàs ad suum iudicem data satisdatione remittitur, secundum communem per Boer. q. 218. num. 3. & 4. quam declara, ut per Villal. inter com. opin. lib. 16. uer. reus, & per Clar. inter comm. opin. uer. uagabundus, cuius opin. stare contra publicam utilitatem dicit Suarez. loco super alleg.

a Deinde quæro. Adde Doct. in c. si bos, de iniu. & damnato dato.

* Deinde quæro. Adde, quid de damno dato ab aliquo animali contra quem agere debeat læsus, & damnum passus; & quæ consequi possit, & dic, ut per Roma. consil. 178. & an dominus prædii possit animal in prædio in damno inuentum retinere; & dic, ut per Bart. in l. ratis. ff. de incẽd. ruin. naufr. ubi concludit, quòd non, quid de damno dato uicino aut alij pro suarum rerum conseruatione; & dic, q talis damnificans non tenetur, teste Ias. in l. qui seruandarum. ff. de præscrip. ue: b. quid de bestia dimissa in pascuis quæ est de perdita, uel à feris deuorata; & dic, ut per eundem

dem Ias. in l. possideri §. Nerua filius, col. fin. ff. de acq. poss. verum autem dominus bestiarum teneatur pro damno dato à suis bestijs, quæ sunt in fuga, vel sine custodia absente pastore, & dic, ut per prac. Bald. titul. de statutis q. texta nu. 2. ubi concludit, quòd non.

SVMMARIVM.

1 *Semper præsumitur rem contrectatam esse contra domini uoluntatem.*
2 *Fur an liberetur à manibus iudicis, si dominus dicat sibi furtum factũ non esse, hoc est con'en'um præstitisse.*
3 *Fur si dicat se credidisse dominum consentire, & dominus contradicat an liberetur.*



RAETER & contra uoluntatem dicti Ia. † Aduerte, quòd in dubio semper præsumitur, quòd dominus fuerit inuitus, & contra uoluntatem eius fuerit res subtracta in l. qui vas. §. uetare. ff. de furt. & not. per gl. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.
1 (margin)

2 † Quid ergo si formato processu inquisitionis per iudicẽ contra furem, veniat dominus rei furatæ coram iudice, & dicat, & protestetur, quòd ipse accepit rem ipsam de eius cõsensu & voluntate, an liberabitur fur, & circumducetur processus? uidetur quòd sic, quia scienti & uolenti non fit iniuria, nec dolus, ut l. cum donationis. C. de transa. & probatur per text. in d. §. rectè quam sententiã disputando tenuit Iaco. Butr. & hoc quia inquisitio, & officium iudicis succedit in locum accusationis partis, ut in l. si ob cãm C. de euic. unde cessante accusatione, & partis uoluntate, debet cessare iudicis officium in tali inquisitione. Sed Barto. in d. §. rectè, non approbat hanc opi. quia sequeretur absurdum, quòd esset in potestate domini liberare, uel nõ non, ipsum furem; unde secundum eum considerandum est, quod ex furto, & quocunque alio delicto nascuntur duæ obligationes, & duo iura, unum personæ, damnum, uel iniuriam, seu furtum passæ, aliud reipublicæ, cuius interest ne delicta remaneant impunita, ut l. licitatio. §. quod illicite. ff. de pub. & l. ita vulneratus in fi. ff. ad l. Aquil. & l. 1. §. merito. in fi. ff. depo. Unde licèt ius partis remittatur ꝑ hanc protestationem, nõ tamen remittitur ius reipublicę sicut confessio, uel protestatio filij, uel serui, nõ nocet patri, uel domino, nisi appareant aliqua legitima indicia ꝑ quæ conualidetur ipsa confessio, ut in l. quæro in fin. ff. de ędi. edi. & l. cum probatio. ff. de prob. ita in proposito talis protestatio domini nõ nocebit iuri publico nisi appareãt aliqua indicia propter quæ dici possit, quòd consensum, & uoluntatem probauerit, uerbi g. quia est eius cõsanguineus, uel proximus & amicus, uel consuetus talia concedere, & sim. quibus apparentibus iudex non procedit vlterius. quod est notandum, & habui semel de facto, pro hac determinatione facit quod habetur in capitu. 1. & 2. extra de collu. † Sed pone econuerso, quòd dominus dicat se non adhibuisse consensum, fur autem dicat * quòd credebat ipsum dominum permissurum, & sic non commisisse dolosè furtum, an excusatus erit ipse fur, & suæ assertioni in hoc credatur, glo. in d. §. rectè, uidetur tenere quòd sic, pro qua facit quod no. per glo. in §. aliæ, Insti. de actio. Alibi verò melius distinguit glo. §. placuit. Instit. de obl. quæ ex deli. Aut fur habuit rem ipsam ab initio domini uoluntate, & sic furtum incœpit à contractu, verbi gratia, quia rem sibi commodauerat, ut iret Mediolanum & iuit Romam, & tunc est credendum assertioni furis dicentis se credidisse dominum permissurum: aut furtum incœpit à sola contrectatione & exportatione, & tunc non erit eius assertioni credendum, quia contra eum est pręsumptio iuris, cũ nemo uideatur sua bona uelle iactare seu perdere, ut l. cum de indebito, in fi. ff. de prob. nisi aliquibus indicijs contrarium appareat, quod sequitur Bar. in d. §. rectè.

ADDITIO.

* Fur autem dicat. Adde, quid si pœniteat, dum est in actu furandi; & vide Ias. in l. quamuis nu. 9. ff. de in ius voc. ubi quòd in extraord. criminibus locum habet pœnitentia, quæ reducit rem ad pristinum statum, & hoc procedit in pœna legali, secus in conuentionali.

IN domo dicti Iacobi posita Papiæ. Not. quòd furtum erat commissum in domo, in qua erant res furatæ. Quid ergo si repertæ fuerunt ipsæ res extra domum, puta in uia, ut aliquando accidit, quòd sacculus pecuniæ, uel annulus, aut corrigium auratum cadit in terra, & alius inde transiens illum accipit, & in suos usus conuertit, an furtum committat? distingue, ut habetur in text. not. in l. falsus creditor. in §. qui alienum. ff. de fur. Deinde aduerte hic quomodo iudex uel potestas Mediolani procedit ꝑ
a furto facto in Papia a Quod an facere possit dixi supra. Vnum autem aduerte, quod si rem furatam non detulit Mediolanum, licet sola persona eius reperiatur, non poterit etiam secundum Bar. opin. de qua supra, in Mediolano puniri, quia in eo loco nulla interuenit noua contrectatio, & sic cessare habet ratio ipsius Bart. quam multum not.

ADDITIO.

a Papia. Adde Bar. & Bald. in l. sed nec legatarius. ff. de cõd. fur. Bart. in l. si dominium. de fur. in l. si adducta. C. de fur. & ibi Doct. Bald. in l. qui furere ff. de sta. ho. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fid. cat. col. 12. & in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & in cap. 1. §. iniuria, de pa. iur. fir. Pet. de Anch. & Io. de Ana. in cap. fi. de fur. Ab. Panor. in cap. 1. de rapto. An. Barb. in c. postulasti, in fi. de fo comp Ang. Are. in tract. malefi. in Glo. & uestem cœlestem, in uer si. quæro quid si fur. & ibi August. de Arim. & eundem Ang. Insti. de oblig. quæ ex delict. nal. §. furtum. Bal. in consi. 152. incip. præsupponitur, in 5. uolu. & Cepol. in consi. 58. causarum criminalium, col. pen. Zilettus.

SVMMARIVM.

1 *Annus, mensis, dies & hora, an poni debeant inquisitione.*

* ANNO præsenti * mense Maij. † Hoc tempus
1 ideo ponitur, quia in criminalibus causis tempus delicti commissi, scilicet annus & mensis, non autem dies apponi debent in causa & inquisitione, ut in l. libellorum ff. de accus. & ibi plenè per Barto. nisi forte per diei omissionem reo auferatur defensio, quia tunc cogeretur accusator exprimere diem delicti commissi, ut deter. Barto. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. & in l. 2. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. Item tenetur etiam diem exprimere secundum Bart. opin. supra, quando delictum non uniformiter esset punibile in qualibet die, sed solum in aliqua die, puta, nundinarum, uel in festo S. Mariæ. & eodem modo debet exprimi hora, qua delictum est commissum, quando non est uniformiter punibile qualibet hora, argumen. l. cum actum ff. de neg. gest. & in l. actor. C. de proba. & in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nou. oper. nunc. ad quod facit c. fi. extra de rescr. in cle. & in l. 1. §. fi. ff. de incend. rui. naufra. &c.

ADDITIO.

* Anno præsenti. Adde Ias. in l. 2. §. si quis ephesi. ff. de eo quod cert. loco, & declarat per Mising. cent. 2. obser. 32. obser. 40. Ias. in l. edita, nu. 23. C. de eden. Rob. de or. iud. c. 31. num. 11. 13. & seq. Bos. tit. de in quis. num. 90. & seq.

Ias. in

Ias. in l. quid sit nominatim nu. 12. nu. 13. num. 14. ff. de lib. & posth. pro quo fac. quæ idem Ias. scribit in l. non solú. §. sciendum, col. 2. ff. de ope. no. nun. de probatione loci, & temporis, quò ad delictum, & in l. edita num. 22. 23. C. de eden. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Locus loci, an in accusatione vel inquisitione exprimi debeat.*

* IN domo * dicti Iacobi. Ecce aliud substátiale, quod est exprimendum in accusatione, & inquisitione, unde licet locus, in quo delictum est cómissum, ut d. l. libellorú.
1 † Sed quæritur an locus loci debeat exprimi, puta in camera domus prædictæ, distinguit Bartolus ubi supra: aut delictum est æqualiter punibile in utroque loco, & tunc sufficit generaliter locum exprimere, uidelicet domum simpliciter, ubi autem nó esset æqualiter vbique punibile, tunc debet exprimi locus loci pari ratione, sicut dictum est supra de hora & die.

ADDITIO.

* In domo, Adde Ias. in l. edita nu. 22. & seq. C. de eden.

S V M M A R I V M.

1 *Locus delicti commissi, saltem per duo confinia, est certificandus.*

1 CVI cohæret &c. † Hic not. quòd locus delicti cómissi certificandus est salté per duo confinia, ut l. forma ff. de censi. nisi forte locus ipse esset notorius secundum Barto. ubi supra, vt v. g. palatium ciuitatis, vel platea cómunis, & ecclesia maior: quia notoria alia demonstratione non indigent, ut l. 1. circa fi. ff. de do. præle. & in l. certum. ff. si cer pet.

* CONTRA formam iuris * & statutorum. Hic dubitari potest, an vtraque pœna, tam iuris communis, quàm statutorum puniri possint delinquentes. Et breuiter Bart. in d. l. 2. §. si publico. ff. de adult. tenet, quòd non, sed in arbitrio iudicis residebit imponere quam pœnam uoluerit, uel legis communis uel municipalis, sicut accusator potest eligere quam uiam uoluerit intentare, vel iuris communis, uel municipalis, ut per eum not. in l. sanctio legum. ff. de pœn. & vide quod infra dicam in glo. super ver. debita forma iuris.

ADDITIO.

* Iuris, & statutorum. Adde, quòd quando á statuto imponit pœna, ea omissa, quæ imponitur á iure communi: statuti pœnam iudex sequi debet, secundum Rom. consi. 117. col. 2. Cuma consi. 154. col. pen. Abb. in c. de causis col. pen. vbi Dec. post num. 14. de offi. deleg. Barb. consi. 25. col. penul. lib. 2. Ruin. consi. 86. lib. 5. Ang. trac. malef. ver. & ibi caput á spatulis, versi. quid autem, & an per pœnam statutariam sublata sit pœna iuris communis; uide Doct. in apostil. ad Bar. in l. 1. ff. vi bon. rapt. vbi quid possit iudex, qui iurauit seruare statuta; in quibus autem delictis leges & statuta, transgredi liceat; dic, ut per Ias. in l. cum seruus, col. 1. ff. de cond. caus. dat. Rol. consi. 7. nu. 7. lib. 7. consi. 12. per totum lib. 3. Masuer.

S V M M A R I V M.

1 *Libelli conclusio non requiritur in criminalibus.*

* 1 SVPER Quibus omnibus. * † Hæc est conclusio inquisitionis, quæ tamen in causis criminalibus non est necessaria secundum Doct. vt no. Bart. in d. §. si publico & in d. l. libellorum, & per Cyn. in l. nec exemplum. C. ad l. Corn. de fal. & in l. in causis. C. de actio. & est ratio, quia res ipsa supplet conclusionem, ut l. 1. in prin. ver. si autem pronunciauit. ff. ad turpil. licet aliud sit in ciuilib. ut dixi in primo libell. & not per Doctor. in l. prima in prin. ff. de eden.

ADDITIO.

* Super quibus omnibus. Adde declarationem huius clausulæ per Rom. consi. 110. num. 3. Soc. consi. 188. col. pe. uer. & maximè. lib. 2. Fel. in c. 2. col. 15. de rescrip. & in c. licet causam, col. antepen. 5. limit. de proba. Ang. tract. malef ver. super quibus. ver. quartò est utilis.

AC AB eis dependentibus. Quæ dicantur dependentia, incidentia, emergentia, & connexa, no. Spe. plene in titu. de incid. quæstioni. & per Doct. & gloss. in l. quod iussit ff. de re iud. & in l. quoties. C. de iudi. & in l. 1. C. de ord. iud. & extra de or. cog. c. 1. & 2. Et not. quòd bo-
a na est cautela a inserere hanc clausulam in inquisitione propter multa, quæ possunt incidenter occurrere super quibus opponi posset ea omissa in inquisitione.

ADDITIO.

a Et hanc cautelam tenet Ang. de Aret in prac. sua in uersi. emergentibus &c. propter duo. Primò quia si tantum inquireretur de vulneribus, non posset sequi condemnatio de morte sequuta, sed bene adiecta dicta clausula posset sequi condemnatio de morte, quia hoc est emergens & contingens ex vulneribus. Secundò operatur, quia si omittitur aliqua qualitas, puta loci, uel temporis, quæ uirtute processus nó posset intelligi attentata secundú materiam Barto. in l. senatus. ff. de accu. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. secundum Flo. quia si apponitur dicta clausula, & qualificatur talis qualitas, & probatur, sequi potest condemnatio uirtute talis clausulæ, arg. not. in l. 1. C. de ord. iud. & maxime per Bald. & Saly. quoniam in criminibus proceditur ad similitudinem ciuilium. l. absentem. de pœn. uide Ang. de Aret. ubi supra &c. adde tu, & intellige prædicta uera, dummodo illa qualitas non importet diuersitatem facti, ut puta si fit inquisitio de delicto commisso de die, & tale delictum probetur de nocte, quia uirtute talis clausulæ, possit sequi códenatio ita ét in qualitate loci, ita Bal. in l. 2. C. de prob. qué refert & sequitur Ale. in consi. 121. col. 4. uer. quod vltimú in 1. vol. allegat ét Bal. in l. edita. colum. 13. versi. sed quid si statutum dicit C. de eden. & uide d. Socin. in consi. 188. in fi. uer. & maximè, ubi dicit, q dicta clausula importat tantum quantum clausula omni meliori modo &c.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex an possit punire pœna iuris communis & municipalis.*
2 *Pœnarum quot genera sint.*
3 *Iudex quilibet, an possit quamcunque pœnam imponere.*
4 *Parte nó cóparéte, an statim absq; alia citatióe possit iudex mulctare*

DEBITA forma iuris. Iste sermo iuris est generalis, & aptus referri tam ad ius municipale, quàm ad ius commune, in l. penu. & l. omnes populi. ff. de de iusti. &
1 iur. & in §. constat. instit. de iure natur. gen. & ci. † Nun-
2 quid ergo poterit iudex a istos delinquentes punire pœna iuris cómunis, ac etiam municipalis, dixi aliquid supra sed nunc dicam latius. dixerunt quidá q non, quia senatus censuit, ne quis pluribus legibus reus fiat, ut in l. senatus. ff. de accu. Alij dicunt q utraq; pœna ligant isti delinquen-
* tes, sed est in arbitrio iudicis * imponere quam uelit, cú

vna imposita cessat alia, ut in d.l.senatus.& hanc opinio.se quitur Barto.in d.§.si publico, ut supra dixi. Alij dicunt quod
1 vtraque pôt imponi nisi per legem municipalē fuerit lex communis correcta, quod tamen in dubio præsumitur secundum eos, ar.ad hanc opi in l.quoties.ff.de ac.& obli.& ibi no. Alij latius & plenius sic distinguunt, ut no. per Bar. in l.sanctio legum.ff.de poe.& per Cy in l. qui sepul.viol. C.de sepul.vio. Aut vna pœna est generalis & alia specialis, aut utraque est specialis. Primo casu est distinguendū, aut pœna generalis est incerta, & arbitraria, & tunc sola specialis pœna erit imponenda, quia talis dispositio pœnalis incerta non extenditur ad specificata, siue sit dispositio specialis in ea lege, uel diuersis legibus, ut in d.l.sanctio legum, secundum lec. glo. aut utraque pœna est certa, & tunc aut utraque imponitur in ea lege, uel statuto, & tunc sola specialis imponitur; quia dispositio generalis ad specificata non trahitur, ut in d.l.sanctio legum.secundum lec. Dy. Aut utraque pœna imponitur in diuersis legibus uel statutis, & tunc aut vna imponitur à lege, alia imponitur ab homine ministerio legis, ut quia eius arbitrio lex pœnam concedit imponi, uel dicit, iudex eum puniat in tanto, & tunc vna non tollitur per aliam, sed ambę pœnæ erunt imponendę, ar.l.non dubium. C. de leg. iuncta.l.iubemus.C. de sac.san.eccl. Aut utraque pœna est imponenda per hominem, & tunc inspecta origine utraque est in obligatione, & impositione, sed inspecta executione sufficit alteram imponi, ut in l.prætor edixit. §.1. ff. de iniur.& in l.senatus.ff.de accu. Aut utraque pœna imponitur per l.simpliciter sine ministerio hominis, & tunc specialis pœna tantum erat imponenda, per d.regulam generi per speciem, de qua traditur per Dy. in c. generi per speciem, de regul.iur.lib.6. Sed huic repugnat tex. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de pub. dic ubi. Secundo autem casu principali quando utraque pœna est specialis, tunc est in iudicis arbitrio imponere, quam uoluerit, nisi lege cautū esset, quod vtraque imponeretur, uel appareret ex aliquibus præsumptionibus, & coniecturis, quòd statuentes voluerint corrigere ius commune, uel ab eo discedere, quod in dubio præsumitur, quibus casibus cessaret pœna iuris communis, & locus esset tantum pœnę iuris municipalis, per ea quæ habentur in d.l.quoties, & no. per Bart. ubi supra & in l. 1. ff.vi bo.rap.& per Cyn. in d. l. qui sepulchra.
2 † Postremò circa huiusmodi pœnas est sciendum, quòd duo principaliter sunt genera pœnarum, quędam sunt pęnæ ordinariæ, quędam extraordinariæ. Ordinariæ quidē pœnæ appellantur illę, quæ habent à iure certam & limitatam taxationem illius pœnæ, quam sustinere debet delinquens pro suo delicto, ut v.g. si lege uel statuto caueatur, quòd quicunque fecerit uim publicam, sit pœna deportationis, uel qui percusserit aliquem, sit pœna abscisionis manus, uel alia pecuniaria, puta librarum mille, ut patet in infinitis exemplis diuersarum pœnarum, tam corporalium, quàm pecunialium, ut ff.& C.de poen.& ff.& C. ad l.Iul.maie.& ad l.Iul.de sica.& ad l.Iul.de vi publ.&c. & in statutis omnium ciuitatum & terrarum, quarum quidem pœnarum natura, & conditio est, ut in eis augendis & diminuendis nullum arbitrium iudex habeat, ut traditur in l.1. post prin.uersic.nam & Papinianus. ff. ad Turp.
* nisi forte ex magna causa * secundum ea quæ nota.per glo.& Docto.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not. infa. Et si forsan iudex pronunciauerit super delicto tantum, nec de pœna aliquid expresserit, tamen sententia tenebit, licet incerta quantum ad pęnam fuerit, cum lex sit certa de pœna, & iudicis defectus suppletur per legem, ut habetur in d.l.1.uersi.sin autem, & ibi per Barto.ff. ad Turp. pœna uerò extraordinaria appellatur illa quæ imponitur arbitrio iudicantis, super qua imponenda nulla reperitur taxatio, uel limitatio facta, ut probatur in l.3. §.pen.ff. de cri. stel. quæ pœna extraordinaria appellatur propriè & strictè multa, ut habetur in l.aliud est fraus.§.inter multam.& in l.si qua pœna.ff.de uerb. sig. ueruntamen Barto.in d.l. si qua pœna, ad pleniorem cognitionem huiusmodi pœnarum tradit talem doctrinam, per quam secundum eum cognoscitur quæ dicatur pœna, & quæ multa: dicit enim, quòd vbicunque lege communi, uel statuto pœna imponitur pro delicto nominato, ut est furtum, homicidium, & similia, tunc illa propriè est pœna, siue ordinaria siue extraordinaria, ut in d.§. inter multam. ubi èt imponitur pro alio crimine innominato, ut pro contumacia, uel pro aliquo clamore, & similib.tunc est propriè multa. In harum autem pœnarum extraord. seu multarum impositione debet iudex obseruare cōsuetudinem hactenus in sim.obseruatam, ut supra dixi, & habetur in l. si quis reum.in fi.ff.de cust.& exhi.re. & nota.per gloss. in l. hodie, & in l.respiciendum, in prin. ff. de poe. nec tamen
* credas quòd cuicunque iudici liceat multam indicere, * nec quantum uoluerit imponere. Iudex enim simpliciter in causa delegata non habet ius indicendi multam, nisi super hoc habeat speciale mandatum, ut l.a. in fin. ff. de iu.& in d. §. inter multam. Quod expressè determinat Barto.in l. 1. ff. si quis iusdi. non obtempe. quod multum not. pro istis iudicibus quibus quotidie delegantur quæstiones. In contrarium tamen facit.l.fi.ff.de offi. eius cui
3 manda. est iurisd. cum sim. † Sed nec iudices ordinarij possunt in quacunque quantitate multam imponere, nam fienda est differentia inter maiores iudices & minores, & quidem maiores possunt magnas multas imponere, iudices uerò minores non possunt nisi paruas multas imponere vt l.maiores.C.de modo mul.& in l. defensores. C. de defen.ciui.& sic debet intelligi.l.1.ff.si quis iusdi. non ob-
4 tem. cum sim. ibi not. † Sed circa prædicta quæritur de vno quotidiano, uidelicet utrum eo ipso quòd pars citata non comparuit, possit statim à iudice multari ab sque noua citatione, dicit Bar. quod non, immo iterum citandus est, & eidem terminus assignari debet ad faciendum suā defensionem, cùm plures sint iustæ causæ, quibus excusandus est si non uenit, ut probatur, & ibi no. per Barto. in l. ex quacunque causa.ff.si quis in ius vo.non ier.l.2.ff.si quis cautio. cum si.

ADDITIONES.

* In arbitrio iudicis. Adde Rol.cōsi.7.nu.7.lib.1.12.nu 12. & seq.lib.3.ubi ponit reg. quod in criminibus grauibus licitum est iura transgredi adeò quod in eis etiam iuris ordine non seruato procedi potest, quam concl.declara, ut per eū d.consi.nu.14.16.& seq.& nu.72.cui Adde, quod iudex ex causa leges & statuta transgredi potest, teste Rom.consi.308 Mising.Cent 2.obser.54.quid quādo uariæ sunt opi. doc. circa pœnas, dic, quod iudex eā sequi debet, quę mitiorem pęnam imponit, secundum Ias.in l.cunctos populos. 2.lect. nu.70.C.de sum.Trin.Ofasc. decis.80. nu.8. pro qua fac. quod quando plures pœnæ intentantur uigore plurium ordinamentorum: uidetur intentata minor, ex no.per Bar. con sil.32.33.& fac.Rom.consi.117.col.1.

* Ex magna causa. Adde qd dicesi. in maiori magistratu, & dic, quòd propter enormitatem delicti licitum est ei iura & consuetudines transgredi, secus in minore, quia tenetur ad vnguem seruare statuta, secundum Rol. consil. 33. num.20.lib.primo, post Bald. in Authen. hodie per illum tex.C.de iudi.in Authen.sed nouo iure, colu.secunda.C. de ser.fug.Ias.in §.ex maleficiis.colum. secunda, instit. de act.Rol.consi.70.num.16.eodem lib.primo, quam concl. declara, ut per eundem.consi.septimo.num.7. lib. primo, per Hypol.sing.244.Rom.consil.429.& fac. Alexand. in lege vnic.§.primo.num.12.ubi Ias.num.3.si quis iusd. non obtemp.Oldr.consil.16.Alexan.consi.65.lib.1.Guid.Pap. quæstio.206. Nat.consil.32. colum. secunda. quid in iudice qui iurauit seruare statuta, & dic, quòd pœnam in minorem quam imposita sit à statuto, moderare potest,

secun-

secundum Rom.d.consi.429.pro quo uide quę no doc. in apostil.ad Bar.in l.1.ff.ui bon.rap. ubi plura de pœna statutaria & iuris communis, & quid iudex possit in eis, uide ibi,& Barto.in l.si hominem ff.mand.quid diceñ. quando à lege datur arbitrium in maleficiis, & dic, quòd ad mortem se extendit, si sit factum nimis graue, teste Bar.in l.ñ.ff.de re.diuit.Mathes.sing.48.101. Fel.in c.ex literis.nu.23.de consti.& quomodo debeat iudex arbitrium suum regulare, & si imponitur pœna mortis quæ ex aliqua causa alleuiatur: an possit imponere pœnam minorem,uide Neuiz.consi.75.nu.7.& quid liceat maiori,quid minori magistratui propter delicti enormitatem, dic, ut per Rol.consi.33.nu.20.consi.70.nu.26.lib.1. quid diceñ. de pœna capitali,& dic,℘ ea imposita per statutum, semper de minori,ut de exilio,intelligitur,teste Mising.Centu.2.obser.45.quam in dubio de minori intelligeñ ét scribit Rob.Mar.3.disput.nu.7.quæ capitalis siue corporalis pœna locum non habet,si non adsit dolus, secus in pecuniaria,ex not.per Cepol. cautel.2.nu.13.qua in materia, plura not.Alex.consi.115.nu.7.lib.3.121.num.2.lib.7.& nu. 3. ubi ponit rationem quare iudices in eorum sententiis dicunt,condemnamus ad pœnam capitis,ita ℘ anima separetur a corpore,idem Alex.consil.104.col.2. in prin. lib. 1. ubi ℘ appellatione capitalis pœnæ uenit exilium, quibus omnibus adde, ℘ pęna capitalis, in dubio non intelligitur de morte naturali,secundum Abb. in c. at si clerici. nu.38. de iudi. de quo uide quæ scribit Blanc. Prac. crim.c.3.nu.7.Foler.uer.pęnis debitis.nu.48. quam pęnã, & alias omnes,quomodo iudex arbitrari debeat.not.Alexan.consi.5.col.ñ.in fi.lib.1.

* Sic debet intelligi. Adde Ias.in l.1. hic alleg. num.3. & 4. Castr.in l.1.ad fi.ff. de offic. eius. Guid.Pap.q.450.quid in delegato,an possit mulctare,& dic, ℘ sic, secundum eundem Guid.q.60.Capel.tolos.q.274. quam concl. declara, vt per Laufr.Balb.concl.155.Rob.de ord.iud. c.8. nu.74. qua in materia mulctæ.vide quæ scribit Ias.in d.l.1.§. hoc iudicium.col.pen.si quis iussi.non obtemp.& ibi nu.36.℘ ad hoc,ut quis mulctari possit. requiritur uera contumacia,nec sufficit ficta,limita,ut per eum, quò ad mulctã applicañ.fisco,secus quò ad mulctam applicandam parti, rationem uide ibi,ponit aliam limit.notab.de qua mulcta & etiam de pęna plura not.idem Ias.in l.& si post tres,nu.20. ff.si quis caut.Neuiz.consi.61.& an castellani possint mulctas imponere, dic,quòd non de iure,secus de consuetudine, ut per Guid. Pap. q.686. quæ omnia,huic mulctarum materiæ pertineñ. docte, copiose & vtiliter tractat Rol. consi 47. per totum consil. lib.2. post Neuiz. d.consil.61. Capel.tolos. q.274.

a Iudex. Adde ℘ Claudius in dicta sua quæstione, Mirabelli. Animaduertendum, dicit ℘si statutum loquitur in casu simplici non posse extendi ad casum mixtum,ut No. Bal. in l.omnes populi,in 12.col.ff.de iustitia & iure,quod hoc modo Bal.declarat uidelicet, si statutum disponit ℘ mulier non contrahat sine consensu propinquorum, non extenditur ad ermaphroditum,quia non est proprie mulier, sed homo mixtus,adducit tex.in l. hoc legatum. ff. de le.3. sed melius adducitur in argumentum.l.uim passam.§.præscriptione.ff.de adul.& faciunt,quæ no. Doct.in l.2. ff. de verb.ob.& l.si ita scriptum,in prin.ff.de liber.& posthum. Dicit etiam ipse Claudius,℘ in criminalibus est aduertendum in diuersis pœnis impositis,tam in statutis quàm iure communi,si sunt plura delicta simul ab vno cõmissa, exẽpli gratia,ab eo qui occidit filium, clarum est ℘ tunc pater tenetur. l. Corn. de sicariis, & l. Pompeia de parricidis,sed licet utraque lege teneatur,tamen non potest utraque lege puniri,ut l.Senatus.& ibi Bar.ff.de accu.ubi Paulus inquit,Senatus censuit,ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. Sed hæc lex senatus,ut putat Bart. non habet locum in delictis non nominatis, ut si aliquis extorserit abiste cultrum e manu, & intulit tibi vulnus & te expoliauit, uel pecuniam tibi surripuit,tũc ex vno actu resultant duo crimina distincta & separata, & ille à quo fuisti vulneratus,& spoliatus,utroque delicto debet puniri,quia nunquam plura delicta concurrentia debent relinqui impunita, & si ex pluribus delictis sequuntur plures effectus,plures pœnę ueniunt imponendæ.ut l.3.ff.de termo. sed adhibita iuris prudẽtia est considerandũ,si ex vno facto resultant duo crimina. seu duo tituli criminis, quæ se habent ut genus & species; vt homicidium,quod est genus,& parricidium quod est species; isto casu non pot puniri nisi vna lege tãtum,ut d.l.senatus propterea idẽ Claudius reprehendit Io. Glossatorem.nimis adhærentem iudęis,& potissimum in c relegantes. 23. q.5. in qua non intellexit hiperbolicam locutionem,ubi loquitur Euprasio. incestuoso autem adultero, ét ipsi uindictæ abstulit modum,quia si adulterum punias non remanet in quo uindicetur incestus. si incestuoso iungas pœnam, inultum crimen adulterij remanebit. hæc locutio est hiperbolica. vt si de tot læsis,sua numina quisque deorum uindicet, pęnis non satis vnus eris. Glossator autem ibi male exponeret, nisi posset defendi, quia locutus est per uerbum uidetur,asserendo ℘ secundùm Canones,adulterium & incestus morte puniatur,nam non sequitur ex illo capitulo,dũ hiperbolicè loquitur, ℘ adulterium secundum Canones puniatur mòrte, quæ expositio perturbauit mentem Bart. in tract.suo de differ.iur.Canon. & ciuil. sed postea quàm plures alij ausi sunt in adulterio imponere pœnã mortis, non credentes hodie apud ueros Christianos pœnã adulterij esse penitus correctam,auctoritate nostri redemptoris Domini Nostri Iesu Christi. qui cũ sit maximus iudex, & naturæ author.optimè nouit, fœminas esse huic fragilitati ita obnoxias,ut mereantur misericordiam, & sufficere pro pœna separationem thori,& pœnitentiam moderatam, ut postea reconciliẽtur uiris, & potissimum,quia etiam uiri plerique omnes,quibus Deus concessit uirtutẽ maioris constantiæ & fortitudinis,prolabuntur in hæc & maiora peccata, sed isti qui putãt hodie posse seruari ius ciuile, & posse statuta condi, quæ imponant pœnã mortis pro stupro & adulterio, ostendunt non credere correctionem euangelicam, & piam determinationem Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ,ut c.quod asit durum 32.q.1. Et adulteros solùm ab Ecclesia puniri debere, ut 33.q.2.c admonete, nam lex Christiana non vult mortem peccatoris in quibusdam criminibus, ex nimia fragilitate prouenientibus,sed ut conuertatur & viuat. Pœna enim adulterij est pœnitentia annorum duodecim,c.presbyter. 11.dist. & pęna incestus est pœnitentia trigintaquatuor annorũ. Decepit etiam multos peruersa expositio illius uerbi mactare, in c.de benedicto.34.q.1.illi uerò ut sequerentur sæuitatem hypocritarum,intelligunt uerbum mactare,pro interficere,sed decipiuntur,mactare enim significat punire, & male tractare,ut legitur de martyribus Primo & Fœliciano,extenuerunt eos milites,& virgis fortiter mactauerũt, & Plautus ét in Aulula. Dotatæ mactant damno, & malo viros.Redeo nunc ad id vnde digressi sumus,concludendum est distinctionem,quam supra posuimus, esse iudicibus necessariam, secundũ iuris prudentiam, & pietatem Christianam,ut scripsit idem Claudius in prooem. legum municipalium. Zilett.

SVMMARIVM.

1 *Quid fiat de bonis damnatorum.*
2 *Filius,an possit petere suam legitimam in bonis publicandis.*
3 *Vitam amittentes,an possint testari.*
Intellectus ad auth. l. bet hodie.C.de don.inter vir. & vxor.
4 *Bona seipsos interficientium,an publicentur.*
5 *Qualiter qui puniatur pro alieno delicto num. 6.*
6 *Pro delicto sui familiaris,an quis possit conueniri.*
7 *Officiales tenentur de delicto suorum officialium in officio commisso.*
8 *Cautio de non offendendo,an possit peti.*

1 TRANSEAT in exemplum. Sicut poena a vnius, metus fit aliorum, ut habetur in l.1.C.ad l.Iul.repe-
2 tun.& in l.aut facta.in fi.de pœnis. † Quid autem erit de bonis istorum damnatorum de iure communi? dic, q ubi quis damnatur de crimine, ex quo perdit uitam, uel ciuitatem, aut libertatem, tunc eius bona deferuntur in fiscũ iure digestorum, secundum distinctionẽ positam per glo. & tex.in l.1.ff.de bon.damna.& ibi plenè per Bar.de iure
* autem nouissimo Authenticorum reseruantur * venientibus ab intestato, ut in auth.bona damnatorum.C.de bo. proscrip.ubi autem uita, ciuitas, uel libertas non amittitur, tunc nullo iure deferuntur in fiscum, sed remanent apud delinquentes,& eius hæredes.ut ff.de interdi.& re-
3 legati.l.relegati. † Sed quid si statuto, uel decreto simpliciter caueatur, q bona homicidæ publicentur, an filius po-
b terit petere eius legitimam, b dic q sic, ut probatur in l.1. & ibi no.per glo.& in l.ratio.in prin.& in §.ex bonis.cum
* seq.ff.de bo.dam.& idem credo uersa uice si filius * fuerit damnatus, nam patri reseruanda est sua legitima arg. d.l. cum ratio. §. si liberum, super quibus, & aliis dic ut per Bar.in l.si finita.§.si de uectigalibus.ff.de dam.infect.& p Dyn.in regula indultũ,& per Cy.in l.sancimus.C.de nup.
3 Nunquid † autem de iure nouissimo hi qui per cõdemnationem amittunt uitam, possint testari? videtur q sic, per d.auth.bona damnatorum.in contrarium determinat Barto.& Doct. quando post condemnationem non debet condemnatus superuiuere, per l.eius qui. §. si cui.& ibi nota. per Bar.ff.de test.cum simi.& sic quò ad hæc iura antiqua remanent incorrecta,& per hoc sequitur secundum eum quòd illi qui hodie per ciuitates Lombardię ex forma statutorum damnantur ad mortẽ,& ad furcas postea suspenduntur, uel decapitantur post sententiam, etiam pendente tempore ad appellandum, non possunt facere testamentum; cuius ratio est, quia statim lata sententia facti sunt serui pęnæ, ut l.qui ultimo.ff.de pœ.& idem sequitur Bar. in l.certa forma.C.de iure fis.& plenè per d.Bal.in l.& in priuatorũ.C.si à non comp.iudi. Secus autem si damnatus remaneret, ut quia deportaretur, uel in confinibus remaneret, uel aliter exbanniretur, quia tũc posset testari secundum formam iuris cõis, non autem secundum formam statutorum ciuitatis à qua bannitus esset, secundum Bart.ubi supra,& uide per eum in d.l.1.de bon.dam.& ita debet intelligi auth.sed hodie.C.de dona.inter vir.& vxor.secun-
4 dum Dy. † Vlterius quæritur, an bona eorum qui seipsos interfecerunt, publicentur hodie, sicut olim, uel agnatis reseruentur per auth. bona damnatorum, supra alle.dicunt hodie non publicantur, sed agnatis deferuntur,& sic iura antiqua etiam in hoc casu per d.auth. remanent correcta, vt determinat Bar.in l.qui rei.in fin.ff.de bon. eorum qui mor.sibi consci.& per gl.in l.si.C.de iu.fisc.cum sim.quod
5 not.quia habui bis de facto. † Et quia in superioribus satis compendiosè est tactum, qualiter procedatur & puniatur quis pro eius proprio delicto, superest uidere an, qualiter,& quando quis puniendus sit pro alieno delicto. Circa quod est breuiter aduertendum, q regulariter nullus debet ex facto, seu delicto alterius grauari uel puniri, ad quod committendum nullum præstiterit auxilium, consilium, uel fauorem, ut C.ne fil.pro pat.per totum,& C. ne vx.pro mar.per tot. quia pœnæ debent solum tenere suos auctores.ut in l.sancimus.C.de pœ.nec ad agnatos, uel affines innocentes debent extendi, ut dicit ibi tex.& habetur in c.quæsiuit.extra de his quę fi.à ma. par. c. absurdum enim est, ut alteri per alterum possit afferri iniqua conditio, ut l.rem hæreditariam.in fi.ff.de eui.& in l.electio.§.fin.ff.de noxa.& plene per Dy.in regula non debet.de reg.iur.li.6. veruntamen in certis casibus specialibus reperitur aliquãdo contrarium, inter quos est, quando pater committit cri-
* men læsæ maiestatis. quo casu filius * sustinet illas pœnas
6 de quibus in l.si quis.C.ad l.Iuliam maie. † Vnde pro huius pleniori declaratione reuoco in dubium, an quis pro
* delicto sui familiaris possit conueniri, * in qua quæstione est sic conclusiuè distinguendum, aut ille familiaris est homo liber, aut seruus. Primo casu aut familiaris deliquit in re.quã dominus eius simpliciter tenebat, cuius tamen dominium, uel quasi erat alterius, ut quia res erat commodata, uel locata ipsi dño suo: aut deliquit in re alterius,& ab alio possessa: aut deliquit in personam alterius tantum. Primo casu subdistingue, aut dominus famuli ad rei custodiã erat obligatus ex contractu præcedenti,& tunc tenetur p delicto famuli in re ipsa commisso.ut l.qui insulam. §. fin. ff.loca. aut non erat obligatus ad hoc,& tunc non tenetur dominus, ut in lege si uendita. in princip. ff. de peri. & com.rei uendi. nisi lex ipsum dominum obligaret propter communem contractum, uel conuentionẽ, quadam suadente æquitate, ne tertia persona damnum incurrat, ut in l fluminum fluuius.§.quãquam.ff.de dam.infec.facit.l.si fundus.in fi.& l.sed de damno.ff.loc.quo casu tenetur pro famulo ut ibi. Secundo autem casu, quando deliquit in re alterius,& ab alio possessa, tunc dominus non tenetur, ut in d.l.si uendita.in prin.& d.l.quoties.in prin.& §.fi.ff. de no.& per Doc.in l.1.ff.si fa.fur.fe.dic. Tertio casu, quando deliquit in persona alterius, ut puta vulnerando, aut rapiẽdo, uel aliter delinquẽdo,& tunc aut iste famulus deliquit in officio cõmisso domino suo,& tunc tenetur dñs, ut l.1.ff.fur.aduer.nau.cau.stab.per totum,& l.1.§. familiæ.ff. de publ.& ibi plenè de hoc per Bar.facit. ff. nau. cau. stab. per totum. Aut deliquit extra officium,& tunc dñs nõ tenetur, ut in d.l.quoties.in prin.& §.fin. ff. de noxa.nisi dñs mandasset, uel opem, aut auxilium præstitisset, ut supra dictum est. Si uerò familiaris erat seruus, tunc tenetur dñs noxaliter de peculio, ut ff.de noxal.& per totum,& de pecu.per totum.faciunt quæ not.& habentur in l.si familia.
7 de iu.om.iu.& ff.si fa. fur. fe. di. per to. † Et prędicta faciunt ad quæstionẽ potestatum & officialiũ qui in officio eorum ducunt familiares, nam si tales familiares deliquerunt in officio, ipsi officiales tenentur prout supra.& probatur in l.1.C.ad l.Iul.repe.& l.nullus.C.de asse. Si tamen ipse officialis exhibeat delinquentem famulum liberatur secundum Bar.& Ray.ar.d.l. nullus.l.1.in §.nouissime.ff. de publ.& ibi not. secus si dominus famuli exercet officiũ priuatum, puta tabernam uel hospitariam. quia tunc non excusaretur ipsum exhibẽdo, secundum Bar.ar.d.§.nouissimè.cuius ratio esse potest, quia isto casu ex quasi contractu dominus tenetur ad diligentiam & custodiã. ideo re-
8 quiritur, ut supra dictum est. † Postremò quia offensiones quotidie insurgunt, quæro si quis timeat ne ab aliquo offendatur, an possit petere q sibi caueatur de non offendendo, quam quæstionem format Spe.in tit.de pig.in §.sequitur.uer.quid si timeo, Dic conclusiuè secundũ Bar.& Gul. de Cu. Quandoque timetur damnum inferri de re ad rem,& tunc præstanda est cautio, ut in toto tit.ff. de dam. infe. Quandoque timetur de persona in personam,& tunc idẽ. vt in l.denunciemus.C.de his qui ad eccle.confug. Quandoque timetur de re ad personam,& tunc nulla præstatur cautio, ut in l.qui bona.§.qui damni,& §.si quis iuxta ff.de dam.infe.& ibi per Bar. põt tamen officio iudicis is cuius res est, cogi rem sam reficere, ut in l.præses.ff.de offic.præsi. Quandoque timetur de persona ad rem,& tunc præstabitur cautio, ut in l.si fideiussor.in fi.ff.qui satisd.cog.& in l.Imperatores.ff.de app.cum si.ergo &c.& sic est finis.

ADDITIONES.

* Reseruantur. Adde quę de hoc scribunt Guid.Pap.q.437. Dec.consi.252.col.4.consi.442.Cagnol.in l.ea sola deportationis.ff.de re.iu.Capel.tolos.q.150.Nat.consi.218.n.5. & dic, q de iure cõi bona non publicantur aliquo casu, excepto crimine lęsæ maiestatis, nisi hoc fiat à statuto uel cõsuetudine, secundum cõem, per Rol.consi.29.in prin.li.3. Cep.consi.17.in fi.Dec.d.consi.442.nu.5.438.quæ confiscatio,

fiscatio non trahitur ad bona subiecta fideicommisso, & sic prohibita alienari, secundum Rol.consi. 1.num.44. lib.1.post Alex.consi.23.lib.1. Quid de bonis conditionalibus? & dic, ea non uenire in publicatione bonorum, ex not.per Rom.conc.247. col.2.in prin.per glo.in l.non ad ea.ff.de cond.& demon. contra text.in l. inter socerum.§. fi.ff.de pac.dot.& hanc communem sequitur Bal. in l.etiā ante fi.ver.& nota.C.ad l.fal.Ang.tract.malef. ver.& eius bona publicamus.ver.& no.quod facta,pro quo fac.quod in publicatione bonorum nō ueniunt bona futura,& Bal. in l.1.col.pen.ver.ex prædictis. C.de hær.inst. Alex.consi. 25.in fi.consi.75.num.12. lib.1.Dec. in l. si quis iniquum §.fi.ff.quod quisque iur.Cagnol. d. l. ea sola.nu.6.de reg. iur.& latè disputat Ias.in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. nu.6.& 7.ff.de verb.ob. post Doct. in apostil.ad Bar.in l.si madauero.§. is cui bona ff. mand. Dec.d. consi. 438.vbi etiam an fiscus posit petere legitimam debitam filio,& quando,vt ibi,& consi.442.pro quo vide eundem consi.235.doc.ad Bar.in l.si qua.ff. de his qui sunt sui vel alien.neque obstat,quod Bald.dicit d. l. 1. Nam procedit eius dictum in bonis ex contractu conditionali, quæ ueniunt in generali publicatione bonorum, non autem in bonis debitis ex fideicommisso conditionali, quæ non veniunt secundum communem, quam distinctionem laudat Ro.sing.170.Alex.in l.si marito post prin.ff.sol.mat.& d.l.si quis iniquum.§. illud quoque,ad fi.ff. quod quisque iur.pro quo uide Dec.d.consi. 438.442. Neuiz. consi.73. nu.10.& declara,ut per Rom.d.sing. 170. Nat.consi.472. nu.11.quid dicen. de bonis publicatis existen. in diuersis ciuitatibus? & dic,quòd debent, ut existunt, vnicuique ciuitati applicari,quòd intellige,ut p Bar. in l.1.col.fi.C.de sum Trin. Io. And.& alios in c. cum secundum,de hæret. in 6.Ang.d ver.& eius bona publicamus,ver. quæro bona in sententia, Rom.in l.1.num.24.C.quando non pet.par. cuius rei pra.ponit Alex.consi.31. li.1. quod autem supra dictum est de bonis futuris:an ueniant in confiscatione; & dic,quòd videtur quòd non, ex l. si mandauero.§.is cuius ff.mand.Alexan.consi.10.in fi.consi.23. 75.lib.1.Cur.Sen. consi.59.col.7.Dec.consil.445.nume. 65. 438.quod & in fideicommisso conditionali ad fiscum scilicet non transferri scribit Rom.d.consi.247. quæ tamen opi.dubitabilis redditur ex l. 2.C. de bon. proscr. sed declara,ut per Cast. consi.212.col.fi.lib.2.& in condemnato, qui ciuitatem & libertatem amisit, quòd veniant futura in confiscatione scribit Idem Castr.consi.438. lib.1. consi.56. col. 2.qui d. consi.212. videtur loqui in crimine læse maiestatis, sed poterit etiam intelligi in minori crimine, quia pœna deportationis ex minori delicto irrogatur, teste Nicol. Moron.trac.de fid.& pace par.1.q. 25.vbi latius declarat. Masuer..

* Si filius. Adde, quid dicen. si condemnetur filiusfam.in in confiscatione bonorum propter crimen læse maiest.an censeantur publicata bona aduenitia, quorum usufructus ad patrem pertinet, & dic,q sic,secundum Osasc.decis.94. post numer. 8. ubi dicit, senatum censuisse, proprietatem peculij aduentitij ipsius filijfam.condemnati in confiscatione, saluo vsufructu, patri venire, pro quo uide etiam quæ scribit Boer. q.7.Ias.in §. actiones autem,numero 65. instit. de actione Barto. in l. si finita, §. si de vectigalibus numero duodecimo ff.de damn.infe.Capel.Tolos.q.120. Masuer.

* Filius. Adde, quòd filius & si in bonis patris damnati de crimine læse maiestatis nihil habere debeat,filiam tamen dotari debet, secundum communem per Rolan.consi.73. num. 23. lib.3. Bald. in l.si patri,col.3. C. de dot. promiss. in materia autem l. quisquis.C.ad l. maiesta. vide eundem Rolan. consi.74.libro tertio,vbi pulchrè.

* Posit conueniri. Adde,an dominus obligetur ex delicto serui,& an prætor aut alius officialis ex delicto suæ familiæ,& dic,ut per Ias. in l.frater à fratre 1. lect.num.39. ff.de cond.indeb.in l. seruum,nu.14. C.de ser.fug. & quid in filio an puniatur ex delicto patris, vide Dyn.in reg. non debet aliquis,extra de reg. iur. & quando teneatur dominus ex delicto familię, Capel. Tolos. q.164. 195.pro quo fac.quæ scribit Ias.in l.stipulatio ista habere,col. 5.nu.12. ff.de verb.ob.Bar.in l.1.§.idem Labeo.ff.quod ui aut clam in l.ne quid ff. de incend. ruin. nauf.ubi quando dominus tenetur pro facto familiæ tenetur ciuiliter,non criminaliter,uide latius ibi Doct in apostil.l.ubi declarant. Masuer.

a Pœna. Adde quod Claudius in eadem q.cuius titulus est, Mirabellum, amplificat hanc sententiam, pœnam unius esse metum aliorum,ut l.1.C.ad leg.Iul.repe.& l. aut facta ff.de pœn.habere potissimum locum in imperitis,& in his qui habitum uirtutis ex frequentatis actibus non acquisiuerunt, & in pessimis hominibus qui Dei timorem, & omnem religionem spreuerunt, isti uerò si pœnarum metu a factis & sceleribus non coercerentur. omnis status uniuersalis pacis perturbaretur. nam. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni uirtutis amore,propterea est officium præsidis pœnis & supplicijs purgare prouinciam malis hominibus: quia homines iuris naturalis rationalis imperiti, negligunt ista tria præcepta, ad quę tanquam tres fines, bonitatis et æquitatis, ipse Claudius ostendit posse reduci omnes leges, et omnia documenta duplicis philosophiæ moralis, & omnia documenta euangelica,& decalogi.quæ tendunt ad unum finē pacis,bene beateq; uiuendi.nam implicite probat idē Clau. Inst.de iust.& iu.§.iuris pcepta.Nā effectus pacis est honeste uiuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere.ideo ipse Clau. dum publice interpretatus est tit. de iusti. & iu. semper reprehendit ibi negligentiam Triboniani, qui in compilatione institutionis prætermisit definitionem iuris naturalis, quod descendit a iustitia & reprehendit glo.quæ dixit in illis præceptis definiri ius,& & idem Clau. publicè legendo semper probauit pacem nec in ciuitatibus, neque domi, neque in prouincijs esse posse,sine his trib. præceptis iuris naturalis, & rationalis, & verè ciuilis, & quòd qui vult pacem, de necessitate dēt velle iustitiam, quod probat ipse auctoritate sacrarum literarum.Psal.cuius initium est.Benedixisti Domine terrā tuam,ibi,Iustitia & pax osculatæ sunt,ueritas de terra orta est,Iustitia de cœlo prospexit. etenim Dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum, quamobrem viri mali,qui (ut ait ipse Clau.) tātummodo sequuntur ius naturale sensuale. quod natura omnia animalia docuit,ut insti. de iur.na. gen.& ciui. in prin. & neglecta ratione, & neglecta fide ducuntur sensu, & ad id solum quod adest,quodque præsens est, seaccommodant,paululum sentientes, præteritum aut futurum.homines autem qui ius naturale rationale, quodque dicitur ius gentium, sequuntur, illo iure mouentur, à quo Iustitia descendit quod dicit à iussu luminis rationis, quod dedit Deus omni animæ uenienti in hunc mundum, qui homines dummodo habeant organa integra sanæ mentis & quibus anima posit exequi uirtutem.Iustitiæ ex qua oritur doctrina bonitatis & æquitatis nititur semper sensum refrenare, ab omnibus flagitijs, & sceleribus amore Dei Opt. Max. qui illa procreauit, & causas rerum uidet, earumq; progressus,quasi antecessiones non ignorat;rebusque præsentibus adiungit atq; annectit futuras,semper anteponit ius naturale rationale,quod dicitur ius gentium, & solis hominibus inter se commune est, moderato & subiugato iure naturali sensuali, quod est commune omnibus animalib. ut probatur.l.1.§.huius studij.ff.de iust.& iu.& absque aliquo exemplo pœnarum & supplicij, uiri boni qui habitū uirtutis adepti fuerunt,& ius naturale ratione quod diximus solis hominibus esse inter se commune,summo amore sequuntur,semper habent in animo & in mente,quæ dicuntur in l. ueluti l. ut vim. & l. iustitia.ff. eod. quæ verba

referam

referam, veluti erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus, ut uim atque iniuriam propulsemus, & cũ inter nos cognationem quandam natura constituerit, cõsequens hominem homini insidiari nefas esse. Zilettus.

b Eius legitimam. Idem confirmat Caudius Aprutinus, in suo opere responsorum, vbi multis rationibus dicit non esse recedendum à l. cum ratio. ff. de bon. damnato. quæ lex conuenit iuri diuino, & cõcordat cum pietate Christiana cuius verba si optimus quisque Christianus mente & animo consideraret secundum prudentiam iuris naturalis, procul amota omni passione iuris naturalis sensualis, nunquam auderet peruertere & cauillari sensum illius legis, sed Docto. quamuis fuerint Christiani recedendo ab opinione Pauli Iurisconsulti asserendo legitimam naturę filiorum posse tolli vel minui statuto, consuetudine, delicto patris, ostendunt non considerasse in sacris literis ca. 27. Numeri. & verba Diui Augustini 17. q. vlt. c. fi. & decipiuntur illa opinione plurimum Doctorum maximæ auctoritatis in iure ciuili, qui putarunt ius legitimæ, & ius dotis filiæ, fundari in iure naturali sensuali, uel primæuo, ut fundatur ius alimentorum, & non fundari contractu matrimonij, & ius trientis & semissis deberi tanquam æs alienum à patribus omnibus filijs, dummodo non comittant aliquam causam ingratitudinis, quod flagitiũ destruit non solum pietatem paternam, sed fontem diuinæ pietatis, atqui cognoscunt & concedunt legitimam parentum nõ prouenire iure naturali sensuali, sicut ius alimentorũ quo iuris peritia cætera animalia reguntur, sed cõcedunt fundari contractu sacramenti matrimonij, qui præsupponit consensum viri atque mulieris indiuiduam uitæ consuetudinem continentium, cum proposito trium bonorũ prolis, fidei & sacramenti, de necessitate confitebuntur legitimam portionem esse debitum quod debet præferri omni priuilegio ecclesiæ, & omni obligationi ex contractu uel ex quasi contractu, & omnibus obligationibus ex maleficio uel quasi maleficio, & quicunque ausus fuerit dicere pro delicto patris posse tolli, uel minui statuto, uel consuetudine, uel etiam pro obligatione alicuius eleemosinæ, ex opinione illorum Doctorum, qui æquiuocando, assumunt falsum in c. licet, extra de uoto, & uot. redẽ. & committunt furtum & rapinam à qua non possunt absolui, sine restitutione & satis iniuriæ factæ filijs, & filiab. quia non licet furari debitum legitimæ naturalis, neque rem alienam, colore alicuius bonæ operæ, ut 14. q. 1. cap. forte. c. nemo, & c. denique, & 14. q. 6. cap. si res aliena. &c. comperimus. Zilettus.

✠ Eius legitimam. Adde Dec. consi. 235. nu. 4. Rol. consi. 79. nu. 9. vsque ad nu. 39. lib. 2. vbi alleg. & sequitur Pap. hic, & dic, quòd decretum generaliter disponens, quòd bona homicidæ confiscentur, non extenditur ad legitimam filiorum, secundum communem per Rol. d. consi. Clar. prac. cri. q. 78. ver. uidendum est. Masuer.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes sunt Quaterniones, præter KK Duernionem.





Venetijs, Apud Franciſcum Zilettum.

M D LXXV.